


160
7
25.
BIB.NAZ.NAPOLI

HVGONIS
DE SANCTO CHARO,
S. Romanæ Ecclesiæ Tituli S. Sabinæ
CARDINALIS PRIMI ORDINIS
PRÆDICATORVM
TOMVS QVARTVS,
In Libros Prophetarum Isaiæ, Ieremiæ, & eiusdem Threnorum, Baruch.

OPVS ADMIRABILE, OMNIBVS CONCIONATORIBVS, ac Sacræ Theologiæ Professoribus pernecessarium:

IN QVO DECLARANTVR SENSVS OMNES, LITERALIS SCILICET, Allegoricus, Tropologicus, & Anagogicus, maxima cum studentium vtilitate.

EDITIO VLTIMA PRÆ CÆTERIS RECOGNITA ET EMENDATA.



LVGDVNI,
Sumptibus IOANNIS ANTONII HVGVETAN, & GVILLIELMI BARBIER.
M. DC. LXIX.
CVM APPROBAT. ET PERMISSV.



REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI D. HVGONIS DE SANCTO CARO.

Sacrosancta Ecclesia Romana, Tituli S. Sabina Cardinalis primi de Ordine S. Dominici, in postillam super Isaiam Prophetam.

PROLOGVS.



ABEMVS firmiorem sermonem propheticum, cui benefacitis attẽdentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec illucescat dies, & lucifer oriatur in cordibus vestris 2. *Petr.* 1. d. In his verbis nos reddit Apostolus circa lectionem Prophetarũ, dociles, beneuolos, & attẽtos, per tria, quæ ibi de Propheta signãter exprimũtur, s. firmitas immobilis veritati, obscuritas profũdæ difficultatis, suauitas multiplicis vtilitatis. Primum innuitur *hic*: Habemus firmiorem sermonem propheticum, id est, omnino firmum, quia sicut est prophetatum, quodlibet necesse est euenire. Vnde prophetia describitur diuina reuelatio, vel inspiratio euentus rerũ immobili veritate denuncians. Secundum exprimitur, *ibi*: Cui benefacitis attendẽtes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, i. in hoc seculo nequam pleno caligine peccatorum. Et congruentissimè comparatur lucernæ sermo propheticus: Lucerna enim est lux in testa, & sermo propheticus lucem veram, quæ illuminat omnem hominum venientem in hunc mundum, i. Christum, clausum tenet sub testa litteræ figura-
Ioan. 1. lis. Vnde de illo Propheta & plus quam Propheta Ioanne Baptista, dicitur *Ioan.* 5. f. Ille erat lucerna ardens & lucens. Ardens interiùs igne charitatis & zeli: lucens exteriùs luce doctrinæ & exempli. Tertium notatur, *ibi*: Donec illucescat dies. Dies dico gratiæ, & lucifer, id est, Christus oriatur in cordibus vestris per fidem. Nam fides in corde. Christus est in corde, dicit *Aug.* Ad hoc & de hoc omnes Prophetæ Prophetauerunt, inter quos Isaias, quem p æ manibus habemus, apertiùs, & distinctiùs de Christi humanitate prophetauit. Et ideò per faciem designatur, tam in visione Ezechielis, quam in reuelatione Ioannis. Vnde & eius prophetia per totum aduentum legitur. Ieremiæ verò facies vituli assignatur, quia de Christi passione prophetauit: Vnde & liber eius legitur tempore passionis. Facies leonis attribuitur Danieli, quia præ cæteris apte de resurrectione Christi, in qua Christus se verum Regem esse monstrauit, & leo Regiam significat potestatem. Vnde & de Christo resurgente dicitur *Apocal.* 5. d. Ecce vicit leo de Tribu Iuda. Facies Aquilæ attribuitur Ezechieli, qui præ cæteris altiùs te Christi prophetauit. Vnde dixit *Ezec.* 2. a. Hæc visio similitudinis gloriæ Domini, & vidi & cecidi in faciem meam, &c. Præcellit autem Isaias alios Prophetas in quinque, scil. tempore dignitate, sermonis vrbanitate,
Isaias præcel. alios prophetas in quinque. sententiarum Profunditate, verborum apertione. Tempore fere centum quinquaginta anois prophetauit ante Ieremiam in Iudæa, nondum decem Tribubus captiuatis. Ieremias autem postea prophetauit, imminente captiuitate duarum Tribuum, iam decem aliis captiuatis. Ezechiel autem ferè eodem tempore prophetauit in trãsmigratione Babylonis, vbi cũ Rege Ioachin & aliis Nobilibus a Nabuchodonosor abductus fuit. Daniel verò longè postea prophetauit. Dignitate Præcellit Isaias alios Prophetas, quia nobilis genere fuit: Vnde neptem, vel filiam Regis Iuda in vxorem habuit Sermonis vrbanitate præcellit: quia vrbanus vrbanè locutus est: non simplici vel pastorali eloquio vtens, sicut alij. Mysteriorum profunditate præcellit. Vniuersa etiam Christi & Ecclesiæ Sacramenta profundissimè prosecutus est Item verborum apertione præfuit, quia apertè de Christo locutus est, vt non de futuris prophetiam, sed potiùs de præteritis historiam texere videatur. Vnde etiam *in prologo dicit Ieron.* quòd non tam Propheta dicendus est, quàm Euangelistam se innuit esse, vbi dicit. Quàm pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem. *inf.* 52. b. Quasi Apostolum se ostendit vbi dixit: Ecce ego: mitte me, &c. *inf.* 6. c. Dicit autem *Ieron.* quòd multi Græcorum in huius Prophetæ expositione sudauerunt; sed nemo consummauit: Multi manum primam, apposuerunt, sed nullus extremam. Iste etiam Propheta sicut & alij scriptus est intùs & foris. Intùs quantum ad spiritualem intelligentiam, foris quantum ad historiam quæ narratur. Vnde patet, quòd in hoc libro duplex est materia, extrinseca, s. & intrinseca. Extrinseca materia sunt duæ Tribus principaliter: & decem secundariò. Intrinseca materia sunt Christi & Ecclesiæ Sacramenta: siue catholici & hæretici. Catholici quidem per duas Tribus; hæretici verò per decem Tribus designantur. Intentio Auctoris similiter duplex, literalis & spiritualis. Literalis intentio est Iudæos ab idololatria & aliis vitiis reuocare: Spiritualis intentio est omnes malos à vitiis deterrere, & ad desiderium æternorum prouocare. Attenduntur autem quatuor circa intentionem, scil. beneficiorum Dei commemoratio, delictorum exprobratio, suppliciorum cõminatio, præmiorũ promissio. Modus agẽdi patebit ex serie libri. Non enim ordinatè, vel serio notat historiam; sed saltãdo secũdũ Spiritus reuelationẽ, sicut dicitur *Cant.* 2. b. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles.

Explicit Prologus Auctoris.

EIVSDEM REVERENDISSIMI PATRIS DOMINI HVGONIS.

Prologi Sancti Ieronymi in Isaiam Prophetam.

EXPOSITIO.

NEmo cum Prophetas, &c.] Præmittit autem Ieronymus Prologum huic libro, in quo sunt quinque partitiones. In prima quorundam elidit errorem: In secunda excitat Lectoris attentionem, *ibi*. Ac primum de Isaia: In tertia captat beneuolentiam, *ibi*, Nec ignoro quanti laboris sit, &c. In quarta reddit auditorem docilẽ, *ibi*, Prophetauit autem Isaias. In quinta se commendat

a NEmo cùm Prophetas viderit versibus esse *b* descriptos, metro *c* eos æstimet apud Hebræos ligari, & *d* aliquid simile habere de psalmis, † vel operibus Salomonis. *e* Sed quod in Demosthene & Tullio solet *f* fieri, vt per cola scribantur, & commata, *h* qui vtique prosa

orationib' Paulæ & Eustochij, quarum rogatu trãstulit librum istũ de Hebræo in Latinũ, super quẽ etiã cõmentatus est. Septuaginta autem interpretes ante Christi natiuitatem transtulerũt librum istũ de Hebræo in Græcum. Post Natiuitatem verò Christi transtulit eundem librum de Hebræo in Græcum Aquila, postea Theodotion, postea Symmacus, tandem Origenes. Sed quia istæ translationes corruptæ erant, necesse fuit, vt de ipso fonte Hebraicæ veritatis transferret eum Ieronymus in Latinum. Primò ergo elidens errorem, qui dicebant Isaiam metricè scriptum esse apud Hebræos, dicit. *a* Nemo cum Prophetas, &c.] i. breuis clausulis, *b* Descriptos,] i. distinctos. *c* Metro eos æstimet, &c.] Exquisitè loquitur Ieronym. Nam qui metricè scribit, quodãmodo coarctatur, & metro quasi quodam vinculo ligatur. *d* Et aliquid simile habere, &c.] i. nemo putet, vel æstimet Prophetas apud Hebræos scriptos metricè sicut psalmos & opera Salomonis, quæ carmine elegiaco scripta esse dantur, vt Cantica Canticorum, & finem Prouerbiorum: Mulierem fortem quis inueniet? Vnde dicit *Iero. super proemio Iob.* Omnia ferè Scripturarũ Cãtica metricè scripta sunt. *e* Sed] potiùs æstimet, supple, Quid in Demosthene & Tullio, id est, in scripturis eorum, qui prosaicè scripserunt. *f* Solet fieri, vt per cola, &c.] Prophetæ, sc. vel Demonsthenes & Tullius. *g* Qui vtique prosa, &c.] id est, prosaicè & non metricè. Nota quod cola & comma aliter, & aliter appellantur apud Poetas, & apud prosaicè scribentes. Dicit enim *Isidorus*, quod apud Poetas in commate vna syllaba post duos pedes remanet, vt

al. 8. &

& non versibus † scripserunt. *a* Nos quoque vtilitati legentium prouidentes *b* interpretationem nouam *c* nouo scribendi genere distinximus. Ac primum *d* de Isaia sciēdum, quòd in *e* sermone suo disertus sit, *f* quippe *g* vt vir nobilis, & *h* vrbanæ † eloquentiæ, nec *i* habens † quicquam in eloquio rusticitatis admixtum. *k* Vnde accidit, vt præ cæteris florē *l* sermonis eius translatio nō *m* potuerit † conseruare. *n* Deinde etiam, hoc adiiciendum, quòd *o* non tam Propheta dicendus sit, quam Euāgelista. *p* Ita enim vniuersa Christi Ecclesiæ quæ mysteria ad liquidum *q* prosecutus est, vt *r* non eum putes de futuro vaticinari; sed *s* de præteritis historiam texere. † Vnde *t* coniicio noluisse *u* tunc temporis Septuaginta interpretes fidei suæ Sacramenta *x* perspicuè Ethnicis *y* prodere, ne sanctum *z* canibus & margaritas porcis darēt, *a* quæ, cùm *b* hanc editionem *c* legeritis, *d* ab illis *e* animaduerteris abscondita. Nec *f* ignoro, quanti laboris sit Prophetas intelligere, nec *g* facile quemquam posse iudicare de interpretatione, nisi *h* intellexerit *i* antequam legerit. *k* Nos quoque *l* patere morsibus plurimorum, qui *m* stimulante inuidia,

Al. † contēpserunt.

Al. † elegantiæ.

Al. † quippiam.

Al. † obseruare.

Al. † Et inde.

legerat huius auctor. Cola autem, vel colon est, quando post duos pedes nihil remanet, vt si diceretur, longum tectum. In prosa verò dicitur comma secundum quosdam incisio imperfectæ orationis, sine coniunctionis interpositione, quæ propriè subdistinctio appellatur, vt *inf.* 1. a. Væ Genti peccatrici populo graui iniquitate semini nequam, filiis sceleratis. Colon autem, siue cola est incisio, siue pausatio perfectæ orationis, quę propriè dicitur distinctio, vt *ibi Ps.* 1. Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, &c. Sed non est hoc exēplum conueniēs; quia ibi interposita est coniūctio. Sed *inf.* 1. b. potest poni exemplum vbi dicitur: Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Et ita secundum hoc differt colon & comma in hoc tamen, quòd comma est incisio, siue pausatio, sine coniunctione facta inter orationes imperfectas, quæ subdistinctio appellatur; Colon vero est incisio, siue pausatio inter orationes perfectas, sine coniūctione similiter, quæ distinctio appellatur. Secundum Tullium comma est, quando dictiones, vel imperfectæ orationes paulatim sine coniūctione proferuntur, vt *ibi*: Acrimonia, voce, vultu, gestu, hostes terruisti. Colon vero est, vbi distinctè, & sine coniunctione orationes perfectæ proferuntur, vt ibi: Inimicum oderas, amicum lædebas, tibiipsi non consulebas. Sed idem est cum priori sensu. Aliquando comma dicitur vnum capitulum, vel vna distinctio libri vbi de vna materia agitur. Vnde super illud *Ier.* 48. c. Audiuimus superbiam Moab, &c. dicit *Rabanus*, In superiori commate, id est, superiori capitulo, errantes ad pœnitentiam prouocauit. Alij dicunt, quod comma & colon sunt distinctiones, quæ fiunt per maiores, & minores literas. Maiores, vt in principio versus: minores, vt in fine & in medio. Alij dicunt, quòd comma est distinctio, quæ fit causa pausationis, siue eleuatione, vel depressione vocis nondum finita sententia, vt *inf.* 1. a. Væ Genti peccatrici, &c. Colon verò est distinctio facta cum eleuatione vocis, nondum sententia finita, vt ibi: Populus Gentium qui ambulabat in tenebris, &c. Periodus verò est, quando tota finita est sententia ex diuersis orationibus constans, vt ibi: Populus Gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. *inf.* 9. a. Primo modo & secundo accipitur hic comma & colon. Vnde sensus est: Per cola, id est, per breues incisiones sine coniunctionis interpositione factas: Et, per commata, id est, per maiores incisiones sine coniunctione factas, scribantur, Prophetæ, scilicet, vel illi, vel alij. Qui vtique prosa & non versibus, id est metris, scripserunt libros. *Isidorus* autem in secundo etymologiarum libro dicit: Componitur autem vel instituitur omnis oratio, verbis, comma, & colon, & periodo. Comma particula est sententiæ, colon membrū periodus ambitus vel circuitus. Fit autem ex coniunctione verborum comma, ex commate colon, ex colon periodus. Comma, est iuncturæ finitio, vt puta: Ecce vereor Iudices, ecce vnum comma. Sequitur & aliud comma: Ne turpe sit pro fortissimo viro dicere, & factum est colon, id est, membrum quod intellectum sensui præstat, sed adhuc oratio pendet, sicque demum ex pluribus membris fit periodus, id est, extrema sententiæ clausula: Ita veterum iudiciorum morem requirunt. Periodus autem longior esse non debet, quàm vt vno spiritu proferatur.

a Nos quoque vtilitati legentium] id est, legere volentium, prouidentes. Adhuc est de prima parte, & tamen quodammodo excitat attentionem & captat beneuolentiam per hoc, quod dicit, vtilitati legentium prouidentes.

b Interpretationem nouam] id est, translationem nouam, quia nemo ante eum transtulerat de Hebræo in latinum.

c Nouo scribendi genere distinximus, id est, per cola & commata. Sed contra sic erat in Hebræo, ergo non fuit nouum genus. Responsio. Nouū fuit apud Latinos. Vel hoc dicit, quia licet essent in Hebræo, tamen non ita apertè & distinctè, vt ipse transtulit. *d* Ac primū de *Isaia*, &c.] Secūda pars procemij, in qua excitat attentionem commendando personam Auctoris, s. Isaiæ. Et primò commendat eū ab vrbanitate eloquentiæ: Nutritus etiam fuit in palatio, vbi verba sunt eleganria, & nobilis fuit prosapiæ, quæ vrbanè consueuit loqui. Et hoc est. Ac primū de Isaia sciēdum. Prophetā auctore huius libri. *e* Quòd in sermone suo disertus sit] id est, apertus & elegans. *f* Quippe] i. non est mirum. *g* Vt vir nobilis) genere, & magis mēte. *h* Et vrbanæ eloquentiæ, i. elegātis eloquētiæ *i* Nec habens quicquam in eloquio] suo, rusticitatis admixtum. *k* Vnde accidit vt præ cæteris] Prophetis.

l Florē sermonis eius translatio ista in Latino facta. *m* Nō potuerit conseruare,] i. dulcedinē, ac iucunditatem, & florentē sermonē huius Prophetæ non potuit translator seruare in sua translatione. Sicut accidit quòd quandoq; quæ dicuntur in Latino pulchra sūt, & placēt, & sapiunt; quæ in Gallico dicta minus placent & sapiūnt: Et è conuerso: Postea commēdat Prophetam Ieronymus a modo dicēdi, ab apertione dictorum, & ab operis vtilitate, dicens.

n Deinde etiam hoc adiiciendum,] priori commendationi Prophetæ. *o* non tam Propheta, &c.] qui quasi iam facta, manifeste narrat. *p* Ita enim vniuersa Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum,] i. clarè & expressè. *q* Prosecutus est] in scribendo. *r* Vt non eum putes de futuro vaticinari] i. prophetare. *s* Sed de præteritis historiam texere] i. componere. *t* Vnde coniicio,] i. scio, vel cognosco, vel æstimo.

u Noluisse tunc temporis Septuaginta interpretes fidei suæ Sacramenta,] id est, Trinitatis, & Incarnationis ac Passionis secreta mysteria.

x Perspicuè Ethnicis] id est, Ægyptiis.

y Prodere] id est, manifestare.

z Ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent.] *Matt.* 7. a. i. ne, scilicet, Ptolomæus Rex Ægypti, ad cuius preces isti Septuaginta interpretes transtulerunt Bibliam de Hebræo in Græcum, qui colebat vnum Deum, insurgeret contra eos & improperaret eis, quod colerent hominē, & tres Deos. Hoc pleniùs determinat. *Ieronymus in libro Hebraicarum quæstionum.*

a Quæ Sacramenta. *b* Cùm hanc editionem,] quam modò facio. *c* Legeritis] ô Paula, & Eustochium.

d Ab illis] Septuaginta interpretibus. *e* Animaduerteris absondita] id est, quæ illi prætermiserunt de Trinitate, & Incarnatione, ac Passione Domini propter dictas causas, à me inuenietis supplera. Vnde *inf.* 9. b. vbi Septuaginta interpretes transtulerunt: Et vocabitur magni consilij Angelus: Ieronymus transtulit sicut erat in Hebræo: Et vocabitur nomen eius admirabilis Consiliarius, Pater futuri sæculi, Princeps pacis.

f Nec ignoro, &c.] Tertia pars procemij, in qua captat Ieronymus beneuolentiam à perpessione laborum, quos sustinuit in subeundo onus tantæ difficultatis. Et hoc est: Nec ignoro, quanti laboris sit Prophetas intelligere,] nedum interpretari.

g Nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione,] an sit vera, vel falsa:

h Nisi intellexerit] Prophetas secundum Hebræum.

i Antequam legerit,] interpretationem meam: Quasi dicat, nemo potest de hac interpretatione mea Isaiæ iudicare, nisi tangit quosdam æmulos, qui non intelligentes Hebraicam veritatem reprehendebant eius translationem.

k Nos quoque] supple, non ignoro.

l Patere morsibus plurimorum,] id est, detractionibus æmulorum, qui plurimi sunt.

m Qui stimulante inuidia] id est, spiritu inuidiæ.

Quod con

a Quod consequi non valent] id est, laure, vel intelligere.
b Despiciunt] quasi malè dictum.
c Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum] Vulgariter loquitur, id est, licenter me expono periculis, & detractionibus æmulorum. Et allidit forte historiæ de facto Scæuolæ, qui cũ, vellet personam occidere hostem Romani imperij, occidit Scribam consortem & assessorem eius & ideò quia errauit, manum tamdiu in igne tenuit, donec combusta fuit, dicens. Pereat manus, quæ errauit. d Et nihilominus hoc à fastidiosis] id est, pigris. Vel fastuosis, id est, superbis à fastu.
e Lectoribus precor vt quomodo] i. sicut.
f Græci post Septuaginta translatores Aquilam & symmachum & Theodotionem, i. translationes eorũ, legunt. Et hoc.

quod a consequi nó valent, b despiciunt. c Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum, & d nihilominus hoc à † fastidiosis e lectoribus precor, vt quomodo Græci f post Septuaginta Translatores Aquilam, & Symmachũ & Theodotionem legũt, g vel ob studium doctrinæ suæ, h vel vt Septuaginta magis ex i collatione eorum, intelligant; sic k & isti l saltem vnum m post priores n habere dignentur interpretem. o Legant priùs & p postea despiciant, ne q videantur non ex iudicio, sed ex r odij præsumptione ignorata damnare. s Prophetauit antè Isaias in † Ierusalem & in t Iudæa necdum u decé Tribubus in captiuitatem ductis, ac x de vtroque regno, y nunc commixtim, nunc separatim texit z oraculum. Et a cùm interdum ad b præsentem respiciat historiam, & c post Babyloniæ captiuitatem d reditum populi significet, in e Iudæam; f tamen omnis g eius cura

g Vel ob studium doctrinæ suæ] id est, propter exercitium scientiæ suæ, vel vt multa legentes, multa sciant, & alios doceant.
h Vel vt Septuaginta] id est, editionem eorum.
i Magis ex collatione eorum] id est, translationum eorum, intelligant quasi dicat ideò multa legunt, vt plura sciant: vel vt ex collatione multorum Septuaginta meliùs intelligant.
k Sic & isti) id est, æmuli mei.
l Saltem vnum,] me, scilicet.
m Post priores) qui transtulerunt de Græco in Latinum.
n Habere dignentur interpretem,) id est, translatorem de Hebræo in Latinum.
o Legant priùs] editionem meam.
p Et postea despiciant,] si reprehensibile aliquid videatur: Cibus enim non generat nauseam nisi prægustatus.
q Ne videantur non ex iudicio] discretionis.
r Sed ex odij præsumptione ignorata damnare,]quod est maximum peccatum.
s Prophetauit autem, &c.] Quarta pars in quâ reddit docilem auditorem, dicẽdo de quibus, & quo tempore prophetaui. Et hoc est: Prophetauit autem Isaias in Ierusalem, metropoli & nobilissima ciuitate Iudææ. Et in Iudæa. Sed quid est hoc? Nonne satis dixerat eum prophetasse in Iudæa, cùm dixit eum prophetasse in Ierusalem? Respon. Iudæa quandoque dicitur tota terra promissionis, vt in Psalm. 75. Notus in Iudæa Deus. Quandoque dicitur terra duarum Tribuum Matth. 2. d. Audiens autem, quòd Archelaus regnaret in Iudæa. Quandoque ponitur pro sorte Iudæ. 2. Paral. 20. d. Iudæa & Ierusalem; nolite timere, id est, sors Iudæ, & sors Beniamin, in qua erat primò Ierusalem. Et sic accipitur hic. Vnde sensus est.
s Prophetauit autem Isaias in Ierusalem,] id est, in sorte Beniamin.
t Et in Iudæa,] id est, in sorte Iudæ. Aliqui libri habent: In Israël & in Iudæa, id est, in terra decem Tribuum, & in terra duarum Tribuum.
u Necdum decem Tribubus in captiuitatem ductis,]quæ postea captiuatæ sunt per Salmanasar Regem Assyriorum, 4. Reg. 15. Sed contrarium videtur. 4. Reg. 20. & in multis alijs locis in glossa, quòd Isaias prophetauit vsque ad Manassen, qui occidit eum, & constat, quod tunc erant captiuatæ decem Tribus, scilicet, sexto anno Ezechiæ patris Manasses, vt legitur. 4. Reg. 18. Solutio. Expone, Prophetauit, id est, prophetare inchoauit.
x Ac de vtroque regno,] id est, decem Tribuum, & duarum. y Nunc commixtim, nunc separatim texit] id est ordinat.

de h vocatione Gentium, & de i aduentu Christi est. k Quem l quantò plus amatis O Paula, & Eustochium, tantò magis ab eo petite, vt pro m obtrectatione præsenti n qua me indesinenter æmuli o laniant, ipse mihi p mercedem restituat in futuro, q qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ r eruditione sudasse, ne s Iudæi de falsitate Scripturarum Ecclesiis eius t diutiùs insultarent.

Explicit Prologus.

INCIPIT ARGVmentum.

Isaias in Ierusalem nobili genere ortus est, ibiq; prophetauit. Sub Manasse Rege sectus in duas partes occubuit. Sepultusque est sub quercu Rogel, iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias Rex iacto obstruxerat puluere.

Explicit Argumentum.

z Oraculum] id est, prophetiam, quæ est diuinum responsum.
a Et cum interdum, id est, in aliquibus locis.
b Ad præsentem respiciat historiam]id est, ad ea, quæ fiebant tẽpore suo.
c Et post Babyloniæ captiuitatem] id est, post captam Babyloné à Persis & Medis. De qua agitur. infrà 13. d. & Daniel. 5. g.
d Reditum populi Iudaici; significet, id est, Prophetet.
e In Iudæam] vnde captiuati fuerant. De qua prophẽtia redeundi in Iudæam habetur infr. 30. & 37. Et.
f Tamen) licet ita prophetet, nunc de hoc, nunc de alio.

g Omnis eius cura] id est, principalis, & præcipua eius intentio.
h De vocatione Gentium]ad fidem.
i Et de aduentu Christi] in carnem, est.
k Quem, &c.] Quinta pars, in qua se commendat orationibus Paulæ & Eustochij, Quem, id est, Christum.
l Quantò plus amatis, ô Paula, & Eustochium, tantò magis ab eo petite]orationibus, & eleemosynis.
m Vt pro obtrectatione præsenti,] id est, pro sustinentia præsentis obtrectationis.
n Qua me indesinenter æmuli] id est, inuidi.
o Laniant) detrahendo.
p Ipse mihi mercedem restituat in futuro,] id est, in aliò sæculo.
q Qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ]id est, Chaldaicæ & Hebraicæ.
r Eruditione sudasse,] quia propter hoc, vt dicitur, fecit sibi limari dentes. Et quare ita sudauerit in hoc ostendit.
s Ne Iudæi de falsitate Scripturarum Ecclesiis eius,] id est Christi.
t Diutiùs insultarent] dicentes nos nescire veritatem, & habere corrupta exemplaria.

Explicit expositio Prologi Sancti Ieronymi.

REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS, ET D. DOMINI HVGONIS DE SANCTO CHARO,

Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ, Tituli sanctæ Sabinæ Cardinalis primi de Ordine S. Dominici, Postilla super Isaiam incipit.

EXPOSITIO CAP. I.

VIsio Isaiæ] Prophetæ. Hic est titulus libri vsque *ibi* Audite Cœli.] In quo breuiter ostenditur, de quibus, & quando prophetauit. Et est sensus: Hic est, vel incipit.

a Visio] id est, liber, Isaiæ, in quo, quæ Deo reuelante viderat, ostendit.

INCIPIT LIBER Isaiæ Prophetæ.

CAP. I.

a VIsio Isaiæ filij b Amos, c quam vidit † super d Iudam & e Ierusalem, in f diebus Oziæ, g Ioathan, Achaz & Ezechiæ Regum Iuda. h Audite cæli, & i auribus k percipe terra: l quoniam Dominus locutus est. Filios m enutriui & n exaltaui; ipsi o autem spreuerunt me,

al. † contra.

Vel sic. a Visio Isaiæ] id est, intellectus, quo ventura præuidit in spiritu Isaias, hic est, id est, in hoc libro exprimitur. Et huic expositioni videtur congruere Gloss. illa. Visionis tria sunt genera. Primum corporale, quo videmus cœlum & terram & cætera huiusmodi, vbi tamen aliquid aliud significatur quod non videtur vt *Exod.* 3. a. Ignis in rubo. Et *Daniel.* 5. a. manus scribentis in pariete. Secundum spirituale, quo videmus nō res, sed imagines in somnis, vt Pharao, *Gen.* 41. Et Nabuchadonosor, *Dan.* 4. a. Vel in Vigilia vt *Ezech.* 8. d. qui vidit picturas bestiarum in pariete templi, sedens in domo sua in Babylone. Tertium est intellectuale, quod est in ratione, quo Creatorem cognoscimus, & Spiritu sancto reuelante per lucem, aut per elocutionem interiorem intelligimus spiritualia quæque, vt animas & Angelos, & cætera huiusmodi, quæ non habent imagines, nec imaginationem, sed ratione, siue solo intellectu comprehenduntur: Videre enim etiam pro intelligere accipitur. Vnde sæpe quæritur: Videsne, i. intelligis. Vnde Prophetæ dicuntur videntes, i. intelligentes. *Amos* 7. & 1. *Reg.* 9. & multis alijs locis.

b Filij Amos] Prophetæ, non illius, qui fuit vnus ex duodecim Prophetis. Iste etiam primam & vltimam literam habet sui nominis Aleph & Sade, & interpretatur fortitudo, vel robustus: Ille autem primam & vltimam literam habet Ain & Samech: & interpretatur populus grauis, vel durus. Sunt autem eædem literæ, i. elementa Ain & Samech quod Aleph & Sade, sed differunt in sono & figura, sicut, a, scil. h. Iste amos pater Isaiæ Propheta fuit, aliter non poneretur in principio prophetiæ, dicunt Hebræi, qui patres & auos & atauos Prophetarum, quorum omnia in principio prophetiæ ponuntur, asserunt fuisse prophetas. Et forte iste fuit Propheta non officio, sed reuelatione multis enim multa reuelata sunt, quæ non annunciauerunt, vel scripserunt. c Quam vidit] spiritualiter in spiritualibus oculis. d Super Iudam] id est, Tribum Iudæ. e Et Ierusalem] id est, Tribum Beniamin, de quibus principaliter prophetauit Isaias. In hoc quod dicit, super, innuit pondus tribulationis, quod præuidit Isaias venturum super duas Tribus, Septuaginta & Theodotion posuerunt, contra Iudam & Ierusalem: quia nec prospera, nec aduersa voluit in titulo demonstrare.

f In diebus Oziæ] qui & Azarias dicitur 4. *Reg.* 15. a. Ioathan, Achaz, & Ezechiæ Regum Iuda.] In diebus istorum Prophetauit Isaias successiuè, quædam in diebus Oziæ, quædam in diebus Ioathan, quædam in diebus Achaz, quædam in diebus Ezechiæ, & in diebus Manasse filij Ezechiæ & occisus fuit ab ipso. Hic dicit *Gloss. Ieronymi.* Isaiam Oseæ Ioël & Amos eodem tempore prophetasse ex Regibus, qui in titulo ponuntur, promptum est cognoscere. Quod falsum esse videtur, quia in titulo Ioëlis non ponitur aliquis Rex Responsio. Loquitur Ieron. secundum regulam Hebræorum, qui dicunt quod Prophetæ, quod non habent nomina Regum in titulis, prophetauerunt sub eisdem regibus, sub quibus prophetauerunt Prophetæ, qui eos antecedunt.

Paral. 26.

h Audite cœli, &c.] Finito titulo, in quo, quis Propheta, & cuius filius, & contra quos, & quo tempore prophetauit demonstratum est, incipit narrationem prophetiæ suæ: Primò inuocans cœlum & terram in testimonium contra Iudæos, nisi se conuerterint ad eius verba, sicut Moyses data, vel recapitulata lege inuocauit cœlum & terram in testimonium contra filios Israel, nisi fecerint legem quod iustè punirentur. *Deut.* 32. Audite cœli, quæ loquar: audiat terra verba oris mei. Diuiditur autem hoc capitulum in decem partes. In prima inuocat Isaias in testimonium contra Iudæos cælum & terram, quòd iustè puniendi sint, nisi fecerint quod hortatur. In secunda reprehendit Iudæos de ingratitudine, *ibi*, Filios enutriui, &c. In tertia reprehendit eos de obstinatione peccandi, *ibi*: Væ Genti peccatrici, &c. In quarta de impudentia peccandi, *ibi*: Audite verbum Domini, &c. In quinta arguit eos de diuini cult' violatione, *ibi*, Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, &c. In sexta consulit eis, vt pœniteant, à malo caueant, & bonum faciant, *ibi*, Lauamini mūdi estote, &c. In septima ponit duos effectus, siue fructus pœnitentiæ, scilicet purificationem à delicto in præsenti, & æternam retributionē in futuro, *ibi*, Si fuerint peccata vestra, &c. In octaua determinat, quæ pœnæ sequuntur contemptores, *ibi*, Si volueritis, &c. In nona plangit ciuitatem per Scribarum & Pharisæorum malitiam, & auaritiam deprauatam, *ibi*. Quomodo facta est meretrix ciuitas, &c. In decima & vltima ostendit Dominum de his omnibus se vindicaturum, *ibi*, Propter hoc, ait Dominus. &c. Dicit ergo. h Audite cæli] Expressio est, sicut cùm dicitur: Si homines tacerent, lapides clamarent. *Luc.* 19. f. Vel est metonymia. h Audite cæli] id est, Angeli. i Et auribus percipe terra,] id est, homines. Vel, h Cœli] id est, maiores spirituales intelligentes, audite Prophetiam meam, in qua inuenietis profunda mysteria, quæ poteritis mirari. i Et auribus,] interioribus & exterioribus. k Percipe terra] i. minores, carnales sensibiles prophetiam meam, quia ibi inuenietis simplicem historiam, quam quasi lac sugere poteritis. Est enim visio Isaiæ, quasi fluuius, in quo peditare potest agnus, & Elephas natare Et dicit *Ieronymus in quadam Glossa*, quòd Isaias cœlos pluraliter voluit dici, sed singulariter intelligi, sicut singulas ciuitates plurali numero Thebas, vel Athenas dicimus vel vocamus. Et videtur quòd malè dicat, quia *sup. Gen. in principio* dicit *Gloss. Strabi.* quòd septem sunt cœli. Responsio. Singulariter voluit dici pro cœlo Empyreo; sed pluraliter voluit intelligi pro contentis in eo. Et posset aliquis dicere. Quid iubes audire cœlos Quid loquens de spiritu tuo falsa? Non dicit ipse. l Quoniam Dominus locutus est] non vobis, quia indigni estis, sed mihi, vt quod audiui in spiritu, referam vobis spiritum audire non meremini. Loquitur autem nobis Dominus quatuor modis, sicut dicitur *Prouerbiorum* 1. c. Primò per prædicationem, Vnde: Vocaui, & renuistis. Secundò, per beneficiorum exhibitionem. Vnde extendi manum meam; & non fuit, qui aspiceret. Tertio, per internam inspirationem. Vnde, Et despexistis omne consilium meum. Quarto per flagellorum correctionem. Vnde Et increpationes meas neglexistis. Item loquitur nobis per se per Angelos, per Prophetas, per Apostolos, per Scripturas, per creaturas. Quid autem locutus est, subdit. m Filios enutriui, &c.) id est, Iudæos, quos adoptaui in filios, & appellaui primogenitos, *Exod.* 4. f. Filios enutriui, id est, extra alios specialiter nutriui, dando eis manna in deserto. *Exod.* 16. d.

Dominus loquitur nobis quatuor modis.

n Et exaltaui dando eis legem in monte Sinai. *Exod.* 20. Et miracula multa pro eis faciendo, & hostes eorum eis subijciendo.

o Ipsi autem spreuerunt me,] idola adorando, præcepta mea transgrediendo, Prophetas meos cōtēnendo, & persequendo, Quidam autem codices habent, Filios genui, sed nō bene, quia qui natus est ex Deo, non peccat, vt dicit *Gl.*

A Vnde 1.

Mysticè.

Mysticè. a Visio Isaiæ) id est, Christo, d Super Iudam & Ierusalem) id est, contra Clericos & laicos: & contra sæculares & claustrales.

h Audite, cœli) id est, Clerici vel Claustrales.

l Et auribus percipe terra) id est, laici vel sæculares.

m Filios enutriui) id est, Clerico vel Claustrales mihi in filios adoptaui. n Exultaui] super omnes Gentes dignitatum collatione, & beneficiorum amplitudine. Vnde 1. *Petr.* 2. b. Vos estis genus electum, regale Sacerdotium, Gens sancta, populus acquisitionis. ic exprobratur ingratitudo Clericorum. Similiter *Ier.* 5. b. Saturaui eos, & mœchati sunt, in domo meretricis luxuriabantur. Et parum *inf.* g. Magnificati sunt & ditati, incrassati sunt & impinguati: & præterierunt sermones meos pessimè. Ideò autem inuocat cœlum & terram, vt armentur in vltione cōtra inimicos Christi. Vnde *Sap.* 5. c. Accipiet armaturam zelus ipsius, & armabit creaturam in

vltionem inimi

a Vnde 1. *Ioan. vlt.* d. Scimus, quoniam omnis, qui natus est ex Deo, non peccat. a Cognouit bos, &c. Hoc exponit *Ioan. Chrysost.* ad literam, de boue, & asino, quos duxit Ioseph secum in Bethleem, quando iuit, vt profiteretur Dño *ibi*, bouem ad vendendum, & asinum ad portandum vxorem prægnantē, quasi dicat, ita feci eis, & ipsi beneficiis ingrati nesciērit, sicut bruta animal a, vt intelligerent nutritiū suum. Nec comparat eos cani animali sagacissimo, qui pro paruo cibo tecta Domino suum defendit, sed stolidioris sensus boui, & asino, quorum alter terram vertit, alter homines subuehit. Vnde & iumenta appellātur, quia homines iuuant. *Gloss.* mysticè exponit. a Cognouit] credendo b Bos] id est, conuersi de Iudæis, c Possessorem suum] id est, Christum Dominum.

B a Cognouit b bos c possessorem suum: d asinus e præsepe Domini sui; f Israël autē g me non cognouit, & h populus meus non i intellexit. k Væ l Genti peccatrici, m populo graui iniquitate, n semini nequam, filiis o sceleratis. p Dereliquerunt Dominum, q blasphemauerunt r sanctum Israel, f abalienati sunt retrorsum.

d Et asinus] id est, Gentilis lasciuus, & immundus prius. *Al.* † *humanitatem.* e Præsepe Domini sui] i. † humilitatem Christi, quam nobis dēmonstrauit, cum natus statim in præsepio reclinari voluit, vt fœno carnis suæ reficeret vniuersos credentes de Gentibus, & Iudæis, *inf.* 23. d. Beati qui seminatis super omnes aquas immittentes pedem bouis, & asini, id est, affectum Iudaici, & Gentilis populi sub iugo Euangelij.

f Israel autem] id est, Scribæ, & Pharisæi, & Sacerdotes clauem scientiæ, & legis habentes. *Matth.* 23. g. Me non cognouit] cui tot, & tanta beneficia contuli. h Et populus meus] id est, minores Clerici mei per fidem, & obedientiam,

i Non intellexit] id est, intelligere noluit diem visitationis suæ, & quantam pœnam passurus est pro ingratitudine sua. Vel sic. f Israel autem] quem enutriui.

g Non cognouit] per obedientiam, me, cuius diem vidit Abraham, & gauisus est, *Ioan.* 8. g. Cuius aduentum chorus prophetarum expectando vaticinatus est. h Et populus meus] quem exaltaui. i Non intellexit] me per fidem *Ier.* 8. c. Miluus in coelo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui; populus autem meus non cognouit iudicium Domini. *Luc.* 19. g. Non relinquent in te lapidem, super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. *Iob.* 13. b. Interroga iumenta, & docebunt te, *infra* 23. a. Erubesce Sidon, ait mare, k Væ Genti, &c.] Tertia pars, in qua arguit Iudæos de obstinatione peccandi, comminans eis æternum supplicium: quia filium Dei, qui salutem attulit recipere noluerunt, & contra flagella Domini ceruicem indurauerunt. Dicit ergo, k Væ] id est, æternum supplicium imminet. l Genti peccatrici] ex consuetudine. m Populo, graui iniquitate] peccatorum multitudine. n Semini nequam cogitationum, & affectionum enormitate quæ sunt quasi semina mali operis. o Filiis sceleratis] patrum malorum imitatione, *Ioan.* 8. f. Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Alij interpretes loco, semini nequam, posuerunt, semini pessimorum, i. Dæmonū, vt non semini parentum sit vitium, sed malitiæ eorum, qui propria voluntate Dominū dereliquerunt, & Diabolo adhæserūt. Vnde sequitur. p Dereliquerunt, Dñm) non Dñs ipsos, idola adorantes, filium Dei non recipientes. q Blasphemarunt] verbis iniquis. r Sanctum Israel) i. Sanctum Sanctorum fide viuentium Dēū, hoc est Christum, qui Deū videntes sanctificat, hunc blasphemauerunt Iudæi, dicentes: Dæmonium habes, & Samaritanus es tu. *Ioan.* 8. f Et non habemus Regem, nisi Cæsarem. *Ioan.* 19. e. Et nonne hic est filius fabri. *Matth.* 13. g. Et in *Psal.* 77. Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? f Abalienati sunt retrorsum pœnitentes de bono, & apostatantes de proposito. Vnde qui dicebantur pars & filij Dei. *Deut.* 32. a. de eis dicetur modò Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Contra hos dicitur. *Luc.* 9. g. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei, habendo, vel prædicando. Vnde vxor Loth, quia respexit post tergum suum, cùm fugisset de Sodomis, conuersa est in effigiem salis. *Gen.* 19. e. Propter hoc dicitur 2. *Pet.* 2. d. Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quā post agnitam retrò cōuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Ideo Apostolus posteriorum oblitus in anteriora se extendit. *Phil.* 3. c. Et sancta animalia ibant ante faciem suam, & non reuertebantur, cùm ambularent. *Ezech.* 1. c. Possunt autem hæc aptari tribus peccatis conuenienter, i. peccato in Deum, in proximum, in seipsum. p Dereliquerunt Dominum] id est, peccauerunt in Deum. q Blasphemauerunt sanctum Israel] id est, proximum a terrenis sanctificatum, & à Dei visione eleuatum. f Abalienati sunt retrorsum] à seipsis, locum suum & statum dimittentes. Ecce quod primò posuit Auctor quaternarium, dicens.

k Væ Genti peccatrici: populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis per quod omnia peccata sub quaternario, cogitationis, locutionis, operis, & consuetudinis comprehenduntur: Postea subiungit vnum ternarium.

p Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum] in quo notatur, quòd sub ternario comprehenduntur peccata, i. concupiscentia oculorum,

⊖ vltionem inimicorum, induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium iustum: sumet scutum inexpugnabile æquitatem acuet autem diram iram in lanceā, & pugnabit cum illo contra insensatos orbis terrarum excandescet aqua maris in illos. Item *Sap.* 16. d. Creatura tua tibi factori deseruiens, excandescet in tormentum aduersus iniustos: *Iudic.* 5. c. De cœlo dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine, & cursu suo aduersus Sisaram pugnauerunt. a Cognouit bos, &c. Duplex est hic moralitas. Vna est de exaggeratione ingratitudinis Clericorum, vel Claustralium per comparationem brutorum. Et est simile *Ier.* 8. c. Attendi, & auscultaui, nemo, quod bonum est, loquitur nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, quid feci? Et postea sequitur: Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Alia moralitas, quòd laici, qui sunt quasi boues, & asini respectu Clericorum, melius cognoscunt Deum, & eius voluntatem faciunt quàm Clerici, vel Claustrales, qui debent esse populus peculiaris Domini. Vnde *infr.* 23. a. Erubesce Sidon, ait mare, Sidon interpretatur venatio, & significat Clēricos, qui arcu S. Scripturæ, & sagittā prædicationis debent venari laicos, & interficere mundo, & peccato. Per mare autem significantur laici qui in fluctu, & amaritudine sæculi inuoluuntur. Isti exemplo melioris conuersationis erubescentiam faciunt Clericis. Vnde *Ier.* 5. b. Forsitan pauperes sunt, & stulti ignorantes viam Domini; & iudicium Dei sui: Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: Ipsi enim cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui. Ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. Item *Deut.* 28. d. Aduena, qui moratur tecum in terra, ascendet super te eritque sublimior, tu autem descendes, & eris inferior. Ipse fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. k Væ Genti peccatrici, populo graui iniquitate, &c.] Per quatuor clausulas, quatuor genera peccatorum comprehendit, i. peccādi consuetudinē, peccati occultationem, siue excusationē, peccati defensionem, exempli perniciem, siue peccati obstinationem. Tria prima grauia sunt, sed quartū est grauissimum. Vnde *Amos* 2. a. Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam, eo quod abiecerit legem Dñi *Thre.* 1. c. Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius, conuolutæ sūt, & impositæ collo meo. Est autem grauitas multiplex. Prima grauitas morum. *Psal.* 34. In populo graui laudabo te. Secunda grauitas pœnæ, vel tædij 2. *Cor.* 1. b. Supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Tertia grauitas culpæ, Vnde *Ps.* 37. Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Quarta grauitas malitiæ. *Zach.* 7. c. Aggrauauerunt aures suas, ne audirent legem. Quinta grauitas acidiæ. *Iob.* 7. d. factus sum mihimetipsi grauis. Sexta grauitas legis. *Act.* 15. c. Hoc est onus, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus, *Exod.* 17. c. Manus Moysi erant graues. Septima grauitas intelligentiæ, 2. *Cor.* 10. c. Epistolæ inquiunt graues sunt & fortes. Octaua grauitas obdurationis. *Exo.* 7. c. Ingratum est cor Pharaonis. Nona grauitas pigritiæ. *Psal.* 4. Filij hominum, vsquequo graui corde. Decima grauitas oppressionis. *Sap.* 9. c. Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam. Vndecima grauitas diuitiarum. *Gen.* 13. a. Erat Abraham diues valde. Alia litera, grauis valde. p Dereliquerunt Dominum) superbiendo. *Ier.* 2. f. Omnes dereliquistis me, dicit Dominus. q Blasphemarunt sanctum Israel) malo exemplo alios corrumpendo. *Rom.* 2. d. Nomen Dei blasphematur per vos inter Gētes, *infr.* 52. b. Dominatores eius iniquè agūt dicit Domin⁹, & iugiter nomē meum tota die blasphematur. f Abalienati sunt retror-

Mysticè.

Quatuor genera peccatorum.

Multiplex grauitas.

A tia oculorum concupiscentia carnis, superbia vitæ. 1. *Ioan.* 2. c. Per superbiam derelinquitur Deus, per concupiscentiam carnis blasphematur proximus, per concupiscentiam oculorum alienatur homo à seipso. Propter illum ternarium & quaternarium maledictum, dicitur *Amos* 1. & 2. super tribus sceleribus & super quatuor non conuertam eum. Itē B propter ternariū dicitur *Cant.* 4. b. ter: Veni, veni, veni, de Libano. Propter quaternarium dicitur *ibid.* 6. d. quater: Reuertere, reuertere, reuertere, reuertere Sunamitis, i. captiua. *a* Super quo] Ostensa diuersitate peccatorum, quia Iudæi peccauerunt, ostendit eorum obstinationem, quia ad flagella Domini se non correxerunt, licet multipliciter flagellati. Et hoc est, Super quo, id est, in qua parte, vel quo genere percussionis vel qua vtilitate.

Super *a* quo *b* percutiam vos vltra *c* addentes *d* præuaricationem? Omne *e* caput *f* languidum, & *g* omne cor *h* mœrens. A *i* planta pedis vsque *k* ad verticem, nō *l* est in eo *m* sanitas. *n* Vulnus & *o* liuor & *p* plaga tumens, non *q* est circumligata, *r* nec curata medicamine, neque *f* fota oleo. *t* Terra vestra *u* deserta, *x* ciuitates vestræ *y* succensæ sunt igni. *z* Regionem vestram coram vobis alieni deuorant: & *a* desolabitur *b* sicut in vastitate hostili.

b Percutiam vos vltra] id est, amplius quasi dicat, omni genere percussionis, & in omni parte percussi vos, & nihil profui, sed potius obfuit, quia vos estis.

c Addentes] id est, multiplicantes.

d Præuaricationem] i. peccatum maximè incorrigibilitatis & obstinationis. Vnde *Ier.* 2. f. Frustra percussi filios vestros disciplinam non receperunt. *Psal.* 88. Destruxisti eum ab emundatione. Posset etiam dici.

a Super quo percutiam vos vltra] id est, pro quo peccato vos puniam, quasi dicat inopem me copia fecit. Vel sic.

a Super quo percutiam vos vltra] id est, quod durum malagma, quam medicinam mordacem apponam vobis vltra? Omnes artes meas expertus sum, & nihil profeci. Et quare hoc? *c* Addentes præuaricationem] vt pollestas nihil addere queat. Iuxta illud: Non habet vlterius, quid vestris moribus addat posteritas. Deinde ostendit plenius eorum incorrigibilitatem, quia omni genere flagelli percussit eos, & in omni parte; & tamen non correxerunt se, sed peiores effecti sunt. Et hoc est. *e* Omne caput languidum] præ infirmitate.

g Et omne cor mœrens] præ dolore.

i A planta pedis vsque ad verticem, non est in eo] id est, Populo, vel capite, sanitas. Vel vt dicit *Glos.* metaphoricè loquitur, per caput Reges & Principes, per cor Prophetas & legis Doctores, per plantam pedis accipit minores, id est, plebem. Et quia si caput dolet cætera membra dolent: ita quia Principes, Doctores vitiati sunt, ablata est à populo medicina. Et hoc est.

e Omne caput] id est, omnes Reges & Principes. *f* Languidum] quia lassati & grassati erant propter bellorum & seditionum instantiam & multiplicitatem.

g Et omne cor] id est, Prophetæ & Doctores & alij sapientes *h* Mœrens] quia vident populi destructionem, & sua & aliorū peccata plangunt. Vnde *infra*. *i* A planta pedis] id est, à minoribus. *k* Vsque ad verticem] id est, vsque ad maiores. *l* Non est in eo] id est, in isto populo. *m* Sanitas mentis vel corporis, quia omnes percussit Dominus & Chaldæi vel Romani, & à minimis vsque ad summos captiuauerunt, vel vulnerauerunt, vel occiderunt. *n* Vulnus] quod fit baculo. *o* Et liuor] qui fit virgis. *p* Et plaga tumens] quæ fit gladio, & aliquando baculo. *q* Non est circumligata] panniculis ad reprimendum tumorem inflaturæ. *r* Nec curata medicamine] ad sanandum liuorem. *f* Nec fota oleo] ad liniendum dolorem. Oleum ad vulnus, medicamen ad liuorem, ligatura refertur ad plagam: quasi dicat, omni genere flagelli percussi fuerunt, & nullo genere medicinæ curati. Et ponit distinctè species & nomina plagarum, vt ostendat eorum plagas insanabiles. Vnde dicit *Glos.* Hæc extremæ, id est, Romanæ captiuitati congruunt vbi nullum fuit remedium. *t* Terra vestra deserta erit, ad literam, quod fuit factum à Babylonis primò, & secundò à Romanis. *x* Ciuitates vestræ succensæ] sunt, igni, Babyloniorum vel Romanorum.

z Regionem vestram coram vobis alieni deuorant] id est, Samaritæ, quos adduxit de Assyria Salmanasar in terram decem Tribuum, 4. *Reg.* 17. d. Vel, alieni, id est, Romani, qui omnino & irreparabiliter quadragesimo secundo anno post mortem Domini Iudæorum terram vastauerunt & destruxerunt.

a Et desolabitur] terra vestra. *b* Sicut in vastitate, &c.] id est, sicut fieri solet vastatio ab hostibus. Et est, sicut, non C nota similitudinis, sed expressio veritatis. Similiter in *Psalm.* 125. conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati, id est, vere consolati.

A Et dereli[n]*quo sum*, peccata præterita iterando. *Tren.* 1. c. Expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum.

a Super quo membro, quia iam non habet in vobis noua plaga locum. Vel, Super quo, id est, quo modo, vel instructione.

b Percutiam vos vltra addentes præuaricationem] post correctionem Domini. Simile: *Ier.* 2. f. Qui vultis mecum iudicio contendere? Omnes dereliquistis me, dicit Dominus: frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. *Idem.* 5. a. Percussisti eos & non doluerunt; contriuisti eos, & renuerunt recipere disciplinam.

e Omne caput languidum & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.] Caput Ecclesiæ, cœtus Prælatorum, cor eius cœtus Doctorum, vel Prædicatorum, pedes eiusdem, plebecula. Cum dicit: Omne caput languidum, notatur grauitas morbi spiritualis & generalitas in Prælatis, propter quod periclitatur status subditorum. Vnde *Ier.* 6. c. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, & à Propheta vsque ad Sacerdotem omnes faciunt dolum. *Amos.* 9. a. Percute cardinem, id est, Cardinales, & commoueantur superliminaria, auaritia enim in capite omnium. Ideo cor, id est, Doctores & prædicatores, mœrent, videntes malitiam Prælatorum & periculum subditorum, nec emendare valentes. *infr.* 22. a. Recedite à me, amarè flebo, nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei, dies enim interfectionis & conculcationis & fletuum à Domino Deo exercituum in valle visionis. Item *Infr.* 10. b. Omnis sementis irrigua siccabitur, arescet & non erit, & mœrebunt piscatores & lugebunt omnes mittentes in flumine hamum, & expandentes rete super faciem aquarum.

n Vulnus & liuor, &c.] Triplex est genus vulneris spiritualis, quo totus mundus vulneratus est ferè, quod tangit hic propheta. Vulnus, est concupiscentia carnis, quæ violat carnis integritatem. *Triplex genus vulneris spiritualibus.*

o Et liuor concupiscentia oculorum, quo omnia liuere, id est, concupiscere facit. *Ecclesiast. cap.* 14. b. Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suam. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis.

p Et plaga tumens] est superbia vitæ. De qua *Naum.* 3. d. Pessima est plaga tua. *Ieremia cap.* 30. b. Insanabilis est fractura tua pessima plaga. Contra hoc triplex vulnus triplex est remedium, Vnum est in exhortatione verbi, secundum in collatione subsidij, tertium in inflictione supplicij.

q Non est circumligata,] fasciis præceptorum, *f* Neque fota oleo] id est, largitione beneficiorum.

r Nec curata medicamine] id est, terrore suppliciorum.] Hinc respondet, quod dicitur *Prouerb.* 1. c. Vocaui, verbi exhortatione & renuistis, hoc est: Non est circumligata. Extendi manum meam, beneficiorum largitione: & non fuit, qui aspiceret, hoc est, Neque fota oleo. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis, hoc est: Nec curata medicamine.

t Terra vestra] Paradisus, Ecclesia, anima, claustrum.

u Deserta] Angelis, filiis, donis, institutis. *Ioel.* 2. a. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti.

x Ciuitates vestræ] id est, conscientiæ vestræ, vel Ecclesiæ vestræ.

y Succensæ sunt igni] *Psal.* 57. Supercecidit ignis, auaritiæ, & non viderunt solem iustitiæ.

z Regionem vestram coram vobis alieni deuorant] id est, Dæmones vel peccata, coram Prælatis subditos interficiunt, quia negligunt ipsos corrigere. Sic filij Sedechiæ coram eo sunt extincti, & postea ipse excæcatus & ductus in Babylonem 4. *Regum. cap.* 25. Sic Diabolus primò extinguit coram Prælatis subditos & excæcatos ducit in confusionem. Vnde *Baruch. vltim.* g. Sicut in cucumerario formido nihil custodit ita sunt Dij, id est, prælati eorum lignei & argentei & inaurati.

* Et de

a Et derelinquetur] ab hostibus, vel à Deo b Filia Sion] i. templum vel Ierusalem, quæ dicitur filia Sion, quia erat in decliuo & defendebatur in arce Sion. c Vt vmbraculum in vinea,] vindemiata. Et est vmbraculum domuncula quædam eleuata, de qua custoditur vinea dum sunt fructus in ea.

al. † non habet & *Rom.* 9.f.

Et a derelinquetur b filia Siõ vt c vmbraculum in vinea, & d sicut tugurium in e cucumerario, † & sicut f ciuitas, quæ vastatur. Nisi g Dominus exercituũ h reliquisset nobis semen, i quasi Sodoma fuissemus & k quasi Gomorra similes essemus. l Audite m verbũ Domini n Principes Sodomorũ, & o percipite auribus p legẽ Dei vestri q populus Gomorræ. r Quò mihi s multitudinem t victimarum vestrarum u dicit Dominus x Plenus sum, y holocausta arietum, & z adipem pinguium & a sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui.

Sed collectis fructibus derelinquitur, & nihil boni in ea remanet. d Et sicut tugurium] i. domuncula, in qua stat, qui cucumeres custodit. e In cucumerario.] i. in horto, vbi crescunt cucumeres, q.d. Propheta, sicut casulæ custodum deseruntur & destruuntur in hortis & vineis, collectis fructibus. Sic erit de terra vestra; quia relinquetur deserta captiuatis hominibus & ablatis bonis mobilibus. Et sicut ciuitas, quæ vastatur, ab hostibus. g Nisi Dominus, &c.] Hic ostendit ea, quæ contra Iudam & Ierusalem dicta sunt, esse referenda ad captiuitatem Romanorum, quando in Apostolis reliquiæ Iudæorum saluæ factæ sunt *inf.* 10. c. & *Rom.* 9. f. Et dicunt hæc ex persona Prophetæ & fidelium ex eis, ...ecitet aliquis, quod Dominus ita percussit eos, quod nullæ reliquiæ remansissent. Dicit ergo. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen,] id est, Apostolos & sequaces eorum, vnde alij orti sunt. i Quasi Sodoma fuissemus,) i. muti a laude Dei, & mortui in peccatis. Sodoma enim muta interpretatur. k Et quasi Gomorra similes essemus.] id est aspera enormitate peccatorum. Gomorra enim interpretatur aspera. Vel per semen intelligitur Christus, de quo dicitur, *inf.* 4 a Erit germen Domini in magnificentia. Ipse enim est granum frumenti, quod mortuum fecit fructum multum. *Ioan.* 12. d. Et est sensus. Nisi Dominus exercituum, vel, Sabaoth, vel, virtutum, secundum Septuaginta. h Reliquisset vobis semen] vnde Christus nasceretur. i Quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus,] id est, omnino consumpti, quasi diceret, nisi Dominus voluisset, vt ex nobis Christus nasceretur, omnino consumpsisset nos, sicut penitus consumpsisset Sodomam & Gomorram. *Gen.* 19. e. l Audite verbum, &c.) Quarta pars capituli, vbi arguit Propheta Iudæos de peccati impudentia, dicens, quod sicut Sodomitæ ante euersionem, quinque ciuitatum, apertè sine pudore aliquo peccabant, enormiter ita & Iudæi & maximè principes. Vnde *Thre.* 4. a. Maior facta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum. De quo dicitur *Gen.* 18. c. Clamor Sodomorum venit ad me, id est, peccati euidentia. Tunc enim peccatum est in clamore, quando est in apparentia. Dicitur, quòd locus, in quo Sodoma fuit, vicinas arbores, reddit infructuosas, sic aliud etiã peccatum innominatum facit, vt non cadat in illo loco, vbi fuerit nominatum. Sed quæritur, quare Propheta istas duas ciuitates nominat potius, quàm alias tres, scilicet, Adamam, Seboim, Segor. Responsio. Propter maioritatem, quia maiores erant & peiores. Vel propter mysterium. Per hoc enim significat duo. Vnum, quod debent habere Sodomitæ, & non habent, scilicet quòd essent muti inter alios homines. Et aliud quòd non debent habere, & tamẽ habent, scil. aspernatem correctionis, vel reprehensionis, ipsi asperrimè reprehendunt. Potest etiam intelligi de Prælatis nostris, qui sunt muti à verbo prædicationis. Vnde *Isa.* 56. d. Canes muti non valentes latrare, & asperi in peccatis, quibus exasperant Dominum. Vnde *Ezec.* 2. c. Noli esse exasperans, sicut domus exasperans est. Dicit ergo. l Audite] aure mentis. m Verbum Domini] quod per me loquitur.

n Principes Sodomorum] id est, Iudæi & Principes Iuda similes Sodomitis, id est, sine verecundia peccantes.

o Percipite] saltem auribus exterioribus. p Lege Dei vestri] per creationem non per cultum. q Populus Gomorræ,) id est, vos Iudæi, qui estis similes Gomorræis. Vel loquitur vlterius *Isaias* ad Scribas & Phariseos similes Sodomitis in hoc, quod inuerecundè peccauerũt contra Christum clamantes, Crucifige, crucifige eum *Luc.* 23. c. sicut Sodomitæ inuerecundè & publicè dixerunt ad Loth. Educ viros, qui ingressi sunt ad te, vt abutamur eis. Et sicut illi cogitauerunt consilium pessimum contra iustum Loth, sic & isti cõtra Dñm. Vnde *Ier.* 18. c. Venite cogitemus cogitationes contra virum iustum. Tradunt autem Hebræi Isaiam occisum fuisse, quia hoc dixerat, vel quia dixerat. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, *inf.* 6 a. Dicebant enim eum blasphemasse & mentitum fuisse, quia Moyses dixit *Exod.* 33. d. Non videbit me homo, & viuet.

s Mihi] vobis irato.

r Quo mihi, &c.) Quinta pars, vbi reprehendit Isaias Iudæos de diuini cultus frustratione, ponens tres causas, quibus ipsum cultum sibi reddebant inutilem. Prima est, quia non bona intentione, sed propria libidine hoc faciebant, quia proni erant ad idololatriam. Et hoc notatur, cũ dicit. Nolui. Secunda est, quia peccatis plurimis erant irretiti. Vnde dicit. Iniqui sunt cœtus vestri. Tertia, quia offerebat de rapina. Vnde dicit: Manus vestræ sanguine plenæ sunt. Dicit ergo in persona Domini Propheta ad Iudæos sui contemporaneos, & ad Scribas, & Phariseos Christi contemporaneos hæc sacrificia offerentes, quando non erat tempus, & mala intentione, & de rapina.

r Quo] id est, ad quid offertis.

t Multitudinem victimarum vestrarum,] non mearum, quem offenditis, tali intentione, tali tempore, de tali re.

u Dicit Dominus qui timendus est, quasi dicat, si legem non obseruatis, ad quid hæc offertis? x Plenus sum] id est, abundans, & aliis non indigens. Vnde *Psal.* 49. Si esuriero, non dico tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Vel, Plenus sum, id est, tædio affectus, & fastidiens sacrificia vestra, quia de rapina illa offertis. Vel sic, quia licentiam peccandi vos emere putatis, vel quia tempore gratiæ hæc offertis.

y Holocausta arietum & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui.] vnquam dicit *Gloss.* Et ita verbum præterito, ostendit se Dominus nunquam amasse sacrificia Iudæorum propter se, sed propter significatum ad tempus sustinuisse, & ne idolis immolarent & vero sacrificio impleto pro nihilo reputasse. Vnde *Gloss. Iero.* Hæc sacrificia non quæsiuit Deus, quasi indigeret, sed ne Dæmonibus immolarent, vt per carnalia & typica sacrificia ad spiritualia & verum sacrificium peruenirent. In vniuerso autem propter quatuor causas sustinuit Dominus hæc sacrificia.

Propter quatuor causas sustinuit Dominus legis sacrificia. Mysticè.

⊕ propter mysticè.

⊕ a Et derelinquetur filia Sion, vt vmbraculũ in vinea, & sicut tugurium in cucu.]. Cucumerarium refertur ad actiuos, tugurium ad contemplatiuos, dum isti, & illi desinunt fructum facere, contemptui habentur, & à Domino deseruntur. *Ier.* 23. g. Derelinquam vos & ciuitatem, quam dedi vobis & patribus vestris a facie mea, & dabo vos in opprobrium sempiternum.

g Nisi Dominus exercituum,] i. Angelicarum virtutum vel iustorum bene pugnantium contra carnem, contra mundum, contra Diabolum. h Reliquisset nobis semen,] Verbi Dei. De quo *infra* 27. b Qui egredientur a Iacob, implebunt orbem semine. *Luc.* 8. b. Semen est verbum Dei.

i Quasi Sodoma fuissemus] id est, omnino exterminati vel muti a laude Dei. Vel errores *inf.* 3. Vnde inhospitales. *Sap.* 19. Vel immisericordes, *Ier.* 5. Vel libidinosi *Ier.* 5. Vel otiosi, *Ezech.* 16. k Et quasi Gomorra similes essemus, id est, asperi & incorrigibiles. *Thren.* 4. a. Maior est iniquitas populi mei peccato Sodomorum. Et *Mich.* 7. a. Qui optimus est, in eis est, quasi paliurus: & qui rectus est, quasi spina de sepe. *Ier.* 23 c. Facti sunt mihi omnes Sodoma, & habitatores eius vt Gomorra. l Audite Principes Sodomorum,] id est, Prælati muti. m Verbum Domini,) quod dicere debetis aliis. Et o Percipite,] id est, perfectè capite, corde, ore, opere. p Legem Dei vestri populus Gomorræ Clerici incorrigibiles. r Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, non mearum, quem offendistis.

u Dicit Dominus] qui timendus est.

x Plenus sum] id est, nullo indigeo. *Psal.* 23. Domini est terra, & plenitudo eius. Vel, Plenus sum, id est, tædio affectus: quia non bene offertis:

y Holocausta arietum,] id est, pœnitentiam superborum.

z Et adipem pinguium]] id est, eleemosynas & orationes diuitum auarorum.

a Et sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum,] i. laborem & sudorem luxuriosorum, simulatorum, fœtentium peccatorum nolui *Eccles.* 34. c. Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes impiorum.

a propter mysterij significationem, propter offerentium deuotionem, propter idololatriæ cur ationem, propter veri sacrificij assuefactionem. c Cùm veniretis ante conspectum meum,] id est, in atrium mundorum, vbi homines tradebant hostias Sacerdoti qui ducebat eas ad altare holocausti.

D

al. † veneritis.

Cum † a veniretis in conspectū meū, quis b quæsiuit de manibus vestris c hæc, vt d ambularetis in atriis meis? e Ne offeratis vltra sacrificium frustrà. f Incensum g abominatio est mihi h Neomeniam & i Sabbatum, & k festiuitates alias l non feram. m Iniqui sunt cœtus vestri. n Calendas vestras, & solemnitates o vestras p odiuit anima mea? q Facta sunt mihi molesta. r Laboraui sustinens. Et cùm f extenderitis manus vestras, t auertam oculos meos à u vobis, & cum x multiplicaueritis orationem, non exaudiam. y Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. z Lauamini, mundi a estote, b auferte malum c cogitationum vestrarum ab d oculis meis. e Quiescite agere peruersè, f discite benefacere.

Tamen aliqui dicunt, quod vsque ad atrium Sacerdotū deducebant homines hostias suas.

Ier. 6. e. Amos 5. f.

b Quis quæsiuit de manibus vestris pollutis. c Hæc sacrificia. d Vt ambularetis in atriis meis] q. d. ego nō quęsiui hæc ergo. e Ne offeratis vltra sacrificium frustrà,] i. inutiliter, quia. f Incēsum] vestrum, abominatio est mihi, quia non pura intentione offertū mihi, Gl. audiant hoc Hebioniтæ, qui post Christi passionem putant legē esse seruandam cum Euangelio, & aliter non posse saluari. Audiant hoc & eorum socij, qui Israelitico tantum generi custodiendum decernunt, id est, qui dicunt, quòd tantùm conuersi de Iudæis debent legalia, cum Euangelio obseruare.

h Neomeniam) id est, festum nouæ Lunæ, quod celebrant in principio mensis. A neos quod est nouum, & mene, quod est luna.

i Et Sabbatum] quod erat vnum de præcipuis festis, sicut modò Dominica est. k Et festiuitates alias] scilicet, encæni Ioan. 10. e. Et Iubilæum. Leuit. 25. b. &c.

l Non feram] id est, non sustinebo amplius. Quare? Quia, m Iniqui sunt cætus vestri] quia non spirituales offertis hostias, sed carnales & carnali intentione. Et ideo n Calendas vestras,] non meas, cui non placent. o Et solemnitates vestras,] non meas, quia malè vtimini. p Odiuit anima mea; Anthropospathos est, quia non habet animam Deus, sed nostro loquitur more. Et ponitur anima pro voluntate, quasi dicat, omnino audiui. Similiter Prou. 6. c. Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur animā eius.

q Facta sunt mihi molesta] omnia supra dicta r Laboraui sustinens] id est, expectans conuersionem vestram. inf. 43. d. Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel, nec obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me. Verumtamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis, Symmacus dixit. Defeci miserans, id est, defeci à miseratione, quasi dicat, non potui vltra misereri. f Et cum extenderitis] ad coelum, manus vestras, quod faciebant ad literam, quasi imitantes Moysen; qui orauit contra Amalech eleuatis manibus. Exod. 17. c. t Auertam oculos meos] id est, respectum misericordiæ. u A vobis] iniquis. x Et cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam,] id est, ad effectum non audiam. Et quare hoc? y Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt,] id est, peccato. Vnde in Ps. 50. Libera me de sanguinibus, id est, de peccatis. Et Osea 4. a. Sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato additum est. Vel, manus vestræ sanguine Prophetarum, plenæ sunt, & tandem sanguine Christi, quem postea occidistis. Vnde Matth. 23. d. Filij estis eorum qui occiderunt Prophetas, & vos implete mensuram patrum vestrorum. b Leuamini, &c.] Sexta pars, in qua dat propheta Iudæis consilium, vt pœniteant: Primò cauendo à malo, deinde faciendo bonum: Et ita poterunt eorum orationes exaudiri à Domino. Igitur.

z Lauamini] lauacro pœnitentiæ, vel sanguine Christi, vel aqua Baptismi. a Mundi estote] id est, post lotionem in munditia perseuerate, aliter non valet lotio. Vnde Eccl. 34. d. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius? Sic homo, qui ieiunat pro peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem eius quis exaudiet? De lauacro pœnitentiæ dicit Iere. 4. d. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias, vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Figuratur autem hæc lotio in lege per mare æneum, in quo Sacerdotes in introitu tabernaculi lauabant pedes & manus, id est, affectiones & opera. Exod. 30. b. & 3. Reg. 7. De secundo lauacro dicitur Apoc. 1. b. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. De tertio dicitur Zach. 13. a. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus in Ierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ.

b Auferte malum] opus.

c Cogitationum vestrarum] à cogitationibus vestris, quasi dicat, si malum cogitatis, non tamen opere perficiatis.

d Ab oculis meis] non solum à conspectu hominum, qui vident tantùm ea, quæ patent exteriùs, sed à meis, qui video corda & renes. Iere. 17. b. Et in hoc prohibet consensum malæ cogitationis. e Quiescite agere peruersè, discite benefacere, id est, declinate à malo, & facite bonum. In hoc autem, quod dicit, quiescite, innuit Propheta, quod labor est in peccatorum perpetratione. Vnde Iere. 9. b. Vt inique agerent, laborauerunt. Sap. 5. b. Ambulauimus vias difficiles, lassati sumus in via iniquitatis. In hoc autem, quod dicit; discite, notat, quòd non habet homo à natura sua, vt benefaciat, sed à doctrina & gratia. In quo confunditur superbia quorundam, qui confisi de ingenio naturali nolunt discere à Magistro, Contra quos dicitur inf. 26. b. secundum aliam editionem: Omnis, qui non didicerit iustitiam super terram veritatem non faciet: vbi nos habemus: Misereamur impio, & non discet facere iustitiam discitur autem iustitia operando iustitiam, sicut aliquis discit citharizare citharizando, & natare natando. Vnde Ecclesiastic. 6. d. Fili concupiscens Sapientiam obserua mandata, & Deus præbebit illam tibi. Et de hoc concludit Ieron. Discenda est iustitia, & magistrorum terenda sunt limina. Vnde. Ecclesiastic. 6. d. Fili, si videris sensatum, euigila ad illum, & gradus ostiorum illis conterat pes tuus. Vnde eunuchus dixit Philippo: Quomodo possum intelligere, nisi quis docuerit me? Et rogauit eum, vt ascenderet currum, & doceret eum. Deinde specificat Propheta, quæ bona vult eos facere dicens:

1 Reg. 16. Ier. 6. c.

E

inf. 59. a De pæn. dist. 3. c. Lauamine.

a Quærite iudi

b Quis quæsiuit de manibus vestris hæc; vt ambularetis in atriis meis? quasi dicat, non ego. Ier. 7. e. Non præcepi in die, qua eduxi vos de terra Ægypti de verbo holocaustomatum & victimarum.

e Ne offeratis vltra sacrificium frustra] id est, Inutile, quod fit, si in peccato offertur. Ier. 6. c. Holocaustomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi.

f Incensum] id est, oratio vestra. g Abominatio est mihi; quia non fit pura intentione, nec in cordis puritate, sine qua nulla placet oratio. Ier. 6. e. Vt quid mihi thus de Saba offertis? Amos 5. f. Non capiam odorem cætuum vestrorum, si obtuleritis holocaustomata & munera non suscipiam; & vota pinguium vestrorum non respiciam.

h Neomeniam & Sabbatum, & festiuitates alias non feram Malac. 2. a. Dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum. Amos 5. f. Odiui & proieci festiuitates vestras.

m Iniqui sunt cætus vestri, &c. Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam.] Matt. 6. Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt; putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur, Greg. Veraciter orare est amaros compunctionis gemitus non composita verba resonare. y Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt,] id est, peccati. s. Ier. 2. g. In alis vestris inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentium. z Lauamini,] lachrymis pœnitentiæ. a Mundi estote] id est, in munditia perseuerate. Ier. 4. d. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias, vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? b Auferte malum cogitationum vestrarum.] Sap. c. 1. a. Peruersæ cogitationes separant à Deo. Prou. 15. c. Abominatio Domini cogitationes malæ.

e Quiescite agere peruersè] peruertendo ius naturæ, ius legis diuinæ, ius promissi, ius officij. inf. 30. d. Si reuertamini & quiescatis, salui eritis.

f Discite benefacere] Non dicit bene loqui, vel bene disputare, vel bene intelligere, licet hæc omnia bona sint; sed sine illo nulla sunt. Ezech. 33. g. Audiunt verba mea, & non faciunt ea. 2. Tim. 3. b. Semper discentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Matth. 11. d. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.

o quærite iudi

Quærite iudicium, *b* subuenire oppresso, *c* iudicate pupillo, *d* defendite viduam, & *e* venite, & *f* arguite me, dicit *g* Dominus, Si *h* fuerint peccata vestra, vt coccinum, *i* quasi nix dealbabuntur: & si *k* fuerint rubra, sicut vermiculus, *l* velut lana alba erũt. Si *m* volueritis, & *n* audieritis me, *o* bona terræ *p* comeditis. Quòd si *q* nolueritis, & *r* me ad *s* iracundiam prouocaueritis, *t* gladius *u* deuorabit vos, quia os *x* Domini locutum est, *y* Quomodo facta est meretrix *z* ciuitas *a* fidelis, *b* plena iudicij? *c* Iustitia *d* habitauit in ea; *e* nunc autem homicidæ,

A *a* Quærite iudicium] id est, scientiam, & modũ iudicandi vos, & alios. Sicut Salomon postulauit à Domino Sapientiam ad iudicandum populum sibi commissum 3. *Reg.* 3. b. & 2. *Paral.* 1. c. Vel, Quærite iudicium, a Sapientibus, id est, consilium qualiter iudicetis discretè, & sine præcipitatione *Eccl.* 32. d. Fili, sine consilio nihil facias; & post factum non pœnitebis. *Iob.* 29. c. Causam quam nesciebãt, diligentissimè inuestigabant.

18. *dist. c. defensionis.*

b Subuenite oppresso] violenter. *Prou.* 24. b. Erue eos, qui ducuntur ad mortẽ: & qui trahũtur ad interitum liberare ne cesses. *c* Iudicate pupillo] id est, si causa eius iusta sit, ipsi in iudicio subuenite, aliter non, quia decipitur. *Exod.* 23. a. Non declinabis in iudicium pauperis. Et *Leuit.* 19. c. Nõ iudicabis nec consideres personã pauperis. *d* Defẽdite viduã] à violentia. *e* Et venite] in iudiciũ contra me, cùm hæc bona feceritis. *f* Et arguite me] quasi ingratum, si non remunerauero vos. *g* Dicit Dominus] qui non mentitur, & qui benignus est, & potens retribuere. *Ier* Ecce ordo præcipuus. Non sufficit lauacrum, nisi adiungatur. Mundi estote, vt post lauacrum aquæ cordis habeant puritatem. Beati etiam mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. *Matth.* 5. a. Habita autem cordis puritate adiungitur: Auferte malum cogitationum vestrarum) id est, cauete, ne mala cogitatio veniat in cor vestrum: vel si veniat, non perueniat, ad effectũ. *Mich.* 2. a. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malũ in cubilib' vestris: in luce matutina faciũt illud. Quod autẽ tertiò adiũgitur Quiescite agere peruersè, sapit illud Euangelij. *Ioan.* 5. c. Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Recedens autem à malo faciat bonum, quærat iudicium, subueniat oppresso, pupillum, & viduam defendat. Et si hæc fecerit peccata, quæ priùs in modum coccini sanguinea erant, dimittentur. Et hoc est, quod sequitur.

h Si fuerint peccata vestra, vt coccinum, quasi nix dealbabuntur] id est, cum hæc feceritis, immundi, & inflammati ad vitia, eritis frigidi, & dealbati, sicut nix. Vnde *Psal.* 50. Asperges me Domine, hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. *k* Et si fuerint, &c.] vnde fit purpura. *l* Velut lana alba erunt] de qua fit vestis omni colore tingibilis.] Et tangit hic duo principia, ex quibus oritur omne peccatum, scil. amor malè accendens, & contra hoc dicit: Quasi nix dealbabuntur. Et timor malè humilians, contra hoc dicit, Velut lana alba erunt. De hoc dicitur *Dan.* 7. c. Antiquus dierum sedit, vestimentum eius candidum, quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana candida, *Apoc.* 1. c. Caput eius, & capilli erant candidi, quasi lana alba, & tanquam nix. Idem sunt vestimenta, & capilli Christi, scil. vniuersi fideles, quibus ornatur velut caput capillis, & corpus vestimento. Vnde *infr.* 49. c. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnib' his velut ornamẽto vestieris. *Mat.* 17. Resplẽduit facies eius, sicut Sol, & vestimenta eius facta sunt alba, sicut nix. De his duobus principiis peccatorum dicitur in *Psal.* 79. Incensa igni, & suffossa Et *Ier.* 36. g. Proiicietur cadauer eius per diem ad æstum, & ad gelu per noctem: quia tempore prosperitatis consueuit concupiscentia malè inardescere; & tempore aduersitatis pusillanimitas nimis humiliari.

m Si volueritis, &c.] Octaua pars, in qua ostendit remunerationem, obedientium, & pœnas contemnentium. Dicit ergo: Si volueritis, bona dicta facere &, à malo declinare.

n Et audieritis me] id est, obedieritis mihi.

o Bona terræ comedetis] id est, bonis temporalibus abundabitis. Ad literam hoc promittebat eis Dominus, vt saltem sic Iudæi auari inuitati bonis præsentibus obedissent. Vel.

o Bona terræ] viuentium,

p Comedetis] id est, æternis gaudiis perfruemini.

q Quod si nolueritis) obedire mihi, & facere, quæ prædixi.

r Et] sic, me, mitem, & misericordem.

s Ad iracundiam prouocaueritis] id est, ad vindictam, quæ videtur esse hominibus ex iracundia.

t Gladius:] Babyloniorum, vel Romanorum. Vel gladius, Dei, id est, pestilentia, mortalitas, fames, pœna æterna, & quicquid affligere potest.

u Deuorabit vos) in præsenti, vel futuro. *Deuter.* 32. f. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. De hoc dicitur *Iob.* 36. b. Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria; si autem non audierint, transibunt per gladium & consumentur in stultitia. *Ier.* 32. b. Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruã: plantabo, & non euellam: Si autem dixeritis vos, non habitabimus in terra ista, nec audiemus vocem Domini Dei nostri, dicentes: nequaquam, sed ad terram Ægypti pergemus: gladius, quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in terra Ægypti. Per hoc autem, quòd dicit: Si volueritis, & si nolueritis, innuit, quòd in voluntate nostra est obedire Deo, vel non obedire. Vnde *Gloss.* Liberum arbitrium reseruatur, vt non ex præiudicio Dei, sed ex singulorum meritis præmia, vel pœnas sequi probetur. Et reuera ita fiet.

x Quia os Domini locutum est,] id est, verbum Patris, de quo *Cant.* 1. a. Osculetur me osculo oris sui. Vel Propheta, per quem Deus loquitur, de quo *Ier.* 15. d. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. *Prouerb.* 12. c. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. *y* Quomodo facta, &c.] Nona pars, in qua plangit Propheta ciuitatem Ierusalem per Scribarum, & Pharisæorum auaritiam deprauatam. Et referuntur hæc ad tẽpora Isaiæ, sed specialiter ad tempora Christi, vt dicit *Gloss.* quando Iudæi penitùs recesserunt à Deo, Barrabam eligendo, & filium Dei, occidendo. Vnde admirans Propheta ait: Quomodo facta est meretrix, non tam corpore fornicando, quàm mente recedendo à Deo.

z Ciuitas] Ierusalem. Metonymia est. *a* Fidelis] olim.

b Plena iudicij] veri, id est, veris iudicib', qui nullis muneribus corrumpi poterant. *c* Iustitia] de malefactoribus, & de iudiciorum executione. *d* Habitauit in ea] tanquam in domo propria, tempore Dauid, & Salomonis, & Ezechiæ Regum Iuda. *e* Nunc autem homicidæ,] qui Prophetas, & Dominum Prophetarum occidunt. Est autem meretrix multiplex, scilicet, concupiscentia. *Prouerbiorum* 7. b. Occurrit illi mulier ornatu meretricio ad decipiendas animas. Item voluptas carnalis. *Iudicum* 16. a. Samson, id est, ratio abiit in Gazan, & vidit ibi mulierem meretricem. *Multiplex meretrix.*

A Item scientia

A *a* Quærite iudicium] vt iustè iudicetis, *Ier.* 22. a Facite iudicium, & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & pupillum: & viduam nolite contristari *Zach.* 7. c. Iudicium verum iudicate, misericordiam & miserationes facite vnusquisque cum fratre suo: & viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. *Mysticè.*

b Subuenite oppresso,] violenter. *c* Iudicate pupillo,] misericorditer.

d Defendite viduam,] à violentia, id est, Ecclesiam, cuius vir mortuus est. *e* Et venite) cùm hæc feceritis.

f Et arguit me] quasi ingratum, si non remunerauero vos.

g Dicit Dominus] qui non ementitur. Simile *Malac.* 3. c. Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam. *h* Si fuerint peccacata vestra, &c. id est, magna & manifesta. *i* Quasi nix dealbabuntur) per gratiam refrigerantem à malo. *k* Et si fuerint rubra, sicut vermiculus, velut lana alba erunt) per gratiam calefacientem ad bonum. *Ioel.* 3. d. Mundabo sanguinem eorum, quos non mundaueram: & Dominus commorabitur in Sion. *m* Si volueritis declinare à malo & facere bonum. *n* Et audieritis,) id est, obedieritis mandatis Domini.

o Bona terræ) viuentium. *p* Comedetis) sine fine, sine fastidio, reprobis esurientibus *inf.* 65. b. Ecce serui mei comedent, & vos esurietis *y* Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis) id est, Ecclesia, vel religio? *b* Plena iudicij] id est, discretionis olim. *c* Iustitia) disciplinæ.

d Habitauit in ea, nunc autẽ homicidæ) per odium. 1. *Ioan.* 3. c. Qui odit fratrem suum, homicida est. Vel, homicidæ,

e id est,

A Item scientia sæcularis. *Luc.* 15. c. Filius iunior deuorauit substantiam suam cum meretricibus viuendo luxuriosè. Item idololatria. *Ezech.* 16. d. Fabricasti tibi lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea, nec facta es quasi meretrix fastidio augens, pretium, (28.*dist.c.eliciens. in fin.*)

a Argentum tuum *b* versum est scoriam: *c* vinum tuum *d* mixtum est aqua. *e* Principes tui *f* infideles *g* socij furum. *h* Omnes *i* diligunt munera, *k* sequũtur retributiones. *l* Pupillo non iudicãt & *m* causa viduæ *n* non ingreditur ad eos. *o* Propter hoc ait Dominus *p* Deus exercituum *q* fortis Israël: *r* Heu ego consolabor super hostibus meis, *s* & *t* vindicabor de inimicis meis !

sed quasi mulier adultera, quæ super virum suum inducit alienos. Itẽ vanitas mundialis. *Apoc.* 2. f. habeo aduersũ te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetẽ, docere, & seducere seruos meos. Item Gentilitas. *Iosue* 2. a. Misit Iosue filius Nun de Setthim duos viros exploratores in abscondito, & dixit eis: Ite, & considerate terram vrbémque Iericho. Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis. Item duo populi sunt duæ meretrices 3. *Reg.* 3. e. Venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem. Item hæreticis *Prou.* 5. a. Fauus distillans labia meretricis. Sequitur. *a* Argentum tuum] id est, nitor sacræ doctrinæ, puritas vitæ, claritas famæ. *b* Versum est in scoriam] id est, in sordes prauæ doctrinæ, in immunditiam vitæ peruersæ, & in nigredinem malæ famæ. *c* Vinum tuum,] id est, legis austeritas. *d* Mixtum est aqua] id est, cum mollitie Pharisaicæ traditionis & hæreticæ peruersionis, Alij dicunt, Caupones tui miscent vinum aqua, i. Scribæ & Pharisæi legis rigorem suis blandimentis emolliunt, & eneruant quia cum lex præceperit filiis parentibus necessaria prouidere: Scribæ & Pharisæi blandientes filiis, vt commodiùs possent aliquid ab eis emungere, instruebant, qualiter sub specie iustitiæ possent parentibus victualia denegare, sc. vt dicerent eis se omnia vouisse Deo pro se & pro ipsis, Super quo reprehendit eos Dominus *Matt.* 15. b. & *Marc.* 7. a. *e* Principes tui] id est, Scribæ, Pharisæi & Sacerdotes quorum est populum iudicare, & regere. *f* Infideles] à fide, id est, non credentes, vel à fidelitate, i. fallaces & inobedientes. *g* Socij furum] i. Principes furti & rapinæ, in hoc, quod ab illis munera accipiebant, qui de lacrymis pauperum congregabant diuitias. Vel.

e Principes tui] id est, Reges & Iudices & Sacerdotes, qui populo præerant. *g* Socij furum] i. Scribarum & Pharisæorum, à quibus accipiebant munera, quæ pauperibus auferebant. Et ostendit quomodo. Quia. *h* Omnes] id est, tam hi, quam illi. *i* Diligunt munera,] quod plus est, quàm accipere, quia peccatum est in voluntate, non in re. Munera, dicit pluraliter, quia est munus à corde, quòd quærit hypocrita; & munus ab ore, quod diligit vana gloria; & munus à manu, quod diligit auaritia Vnde *inf.* 33. c. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Cõtra acceptores munerum habes. *Gen.* 14. d. Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli & terræ, quòd à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt. *Exod.* 23. a. Non accipies munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba Iustorum. *Num.* 16. c. Tu scis, quòd nec asellum acceperim ab eis. *Deut.* 16. d. Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos Sapientum, & mutant verba Iustorum 1. *Reg.* 12. a. Loquimini de me coram Domino & coram Christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi. 2. *Paral.* 19. c. Non est apud Deum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum. *Iob.* 15. d. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter accipiunt munera. *Prou.* 15. c. Qui odit munera, viuet. *Eccl.* 20. d. Exenia, & dona excæcant oculos Iudicum, & quasi mutus in ore auertit correctiones eorum *infr.* 33. c. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. *Iere.* 6. c. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student 1. *Thess.* 4. c. Nullius aliquid desideretis. *Act.* 8. d. Pecunia tua tecum sit in perditionem, dicit Petrus Simoni mago. Item *Act.* 20. g. Argentum, aut aurũ, vestem nullius concupiui, dixit, *Paulus Ephesiis.* E contrario pro datoribus dicitur *Prou.* 22. b. Victoriam & honorem acquiret, qui dat munera, Item *Prou.* 21. d. Munus absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam. *Act.* 20. g. Beatius est magis dare, quam accipere. Sequitur. *k* Sequuntur retributiones,] id est, iteratas tributiones, vel obsequiorum recompensationes, vel iniuriarum vindicationes. Vnde *Symmachus* dicit, Omnes sequuntur vicissitudines,] id est, eis impendunt obsequia, à quibus sperant retributionem, cùm tamen Dominus præcipiat *Luc.* 14. c. Inuitare claudos & cæcos & pauperes, à quibus nulla speratur retributio. Vel, vicissitudines, vel vltiones, vt dicit *Gloss.* vt ille sit in culpa, qui malum pro malo exigit, dentem pro dente, oculum pro oculo. *Exod.* 21. c. Non audiens illud *Psal.* 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis. Et *Matth.* 5. f. Si quis percusserit te in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. Etiam in lege dicitur *Leuit.* 19. d. Non quæras vltionem: nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Sed quid est: Dauid moriens dixit Salomoni 3. *Reg.* 2. a Memento, quid fecerit Ioab quasi dicat, vindica quod fecit? Responsio: Hoc dixit amore iustitiæ non libidine vindictæ: Iudex enim non exigit vltionem sed facit iustitiam. *l* Pupillo non iudicant] à quo nihil sperant, id est, illi non assistunt in iudicio, licet causam iustam habeat. *m* Et causa viduæ] quæ ex persona miseranda. *n* Non ingreditur ad eos] id est, non dignantur eam audire: quia tenuis est causa. *Ier.* 5. g. Causam viduæ non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt & iudicium pauperis non iudicauerunt. *o* Propter hoc ait Dominus,] qui potens & timendus & verax. *p* Deus exercituum, id est, Sabaoth, siue virtutum *q* Fortis Israel] id est, fortem faciens Israel.

r Heu ego consolabor super hostibus meis] q. d. dolens faciam, quod facere me oportet. *s* Et] id est.

t Vindicabor de inimicis meis] generaliter in iudicio, specialiter de Scribis & Pharisæis. De quibus dicitur *Mat.* 23. Væ vobis Scribæ & Pharisæi. *Et eiusd.* 12. c. Generatio mala & adultera signum quærit. Ecce misericordia Dei simul & iustitia, quia dolet pariter & cõsolatur de hostiũ vltione. *Eze.*

A 6. c. Percute

⊙ id est, fraudulenti. *Eccl.* 34. d. Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Vel, homicidæ, id est, Dæmonis est. *Ioan.* 8. f. Ille homicida erat ab initio *a* Argentum tuum, id est, Prædicatores tui puri & sonori. *b* Versum est in scoriam] id est, rubigine peccatorum sunt infecti *Thren.* 4. a. Filij Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, Vel. *Mystice.*

a Argentum tuum versum est in scoriam] id est, sacrum eloquium Dei in scoriam Aristotelis, vel Hippocratis: vel quando pro lucro, aut pro laude humana dicitur, vel docetur. *Thren.* 4. a. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus?

c Vinum tuum] id est, dulcedo & rigor sacræ Scripturæ.

d Mixtum est aqua] vanæ Philosophiæ, & expositionis adulatoriæ. De quibus aquis dicitur *Prou.* 17. Qui dimittit aquas, caput est iurgiorum. *e* Princeps tui] id est, Doctores & Prælati. *f* Infideles talentum Domini infideliter dispensantes. *g* Socij furum,] postillas, & expositiones aliorum sumentes, & pro laude vel pro munere prædicantes. *Iere.* 23. f. Ecce ego ad Prophetas, dicit Dominus, qui furantur verba mea vnusquisque a proximo suo, qui assumunt linguas suas, & aiunt, dicit Dominus. *Mich.* 3. d. Principes eius in muneribus iudicabant, & Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant. *h* Omnes diligunt munera.] *Prou.* 17. d. Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij.

k Sequuntur retributiones,] quia amicos non putant, nisi qui donant, quorum non os, sed manus considerant, & quorum marsupia exhauriunt, Sanctos iudicant, dicit *Ieronymus Mich.* 3. b. Hæc dicit Dominus super Prophetas, qui seducunt Populum meum, qui mordent dentibus suis & prædicant pacem; & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium.

l Pupillo non iudicant: & causa viduæ non ingreditur ad eos.] *Ecclesi.* 4. b. In iudicando pupillis esto misericors, vt Pater, & pro viro matri eorum, & eris Altissimi filius obediens, & miserebitur tui magis, quam mater.

r Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.] Oleum miscet Dominus vino in sanandis vulneribus sauciati. Et primò ponit oleum misericordiæ, dicens: Heu: gemens, quòd minatur. Deinde ponit vinum iustitiæ, dicens, Consolabor super hostibus meis. Consolatur enim iustitia de vindicta impiorum *Deutero.* 28. g. Lætabitur Dominus disperdens vos, atque subuertẽs

⊙ Et con,

▲ 4.c. Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic, heu! ad omnes abominationes maiorum domus Israel. *Osea* 11. c. Quomodo dabo te, Ephraim Protegam te Israel? quomodo dabo te? sicut adama, ponam te, vt Seboim. Conuersum est in me cor meum, pariter in me conturbata est plenitudo mea. *Thren.* 3. d. Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum. *a* Et conuertam, &c.) id est, extendam. *b* Ad te] puniendum, quam patiendo diu plicatam tenui. *c* Et
G excoquam ad purum scoriam tuam] i. purgabo igne tribulationis omnes sordes vitiorum vitiorum tuorũ.

Et *a* conuertam manũ meam *b* ad te, & *c* excoquam ad purum scoriam tuã, & *d* auferam omne stannum tuum, & *e* restituam Iudices tuos, vt fuerunt priùs, & *f* Consiliarios tuos, sicut *g* antiquitùs. *h* Post hæc *i* vocaberis ciuitas Iusti, vrbs *k* fidelis: *l* Sion in *m* iudicio *n* redimetur, & *o* reducent *p* etiã in † iustitia: Et *q* conteret † *r* scelestos, & *s* peccatores simul, & qui *t*

Al. † iustitiam.
Al. † scelerato.

d Et auferam omne stannum tuum] i. hypocrisim, vel falsam doctrinam Scribarum, & Pharisæorum, quæ verò similis est, vt separato stanno simulationis, & consumpta scoria falsitatis purum remaneat argentum diuinæ eruditionis quod fieri non potest absque igne charitatis, vel tribulationis. vnde *Malach.* 3. a Ipse quasi ignis conflans & quasi herba fullonum, & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui. *e* Et restituam Iudices tuos, vt fuerunt priùs tempore Moysi, & Iosue. *f* Et Consiliarios tuos] qui consilia Dei accipiant, & populo communicent. *g* Sicut antiquitus.] Et factum est hoc, non solum post captiuitatem Babylonicam, quando dedit Zorobabel, & Esdram, & alios, qui vsque ad † aduentum Domini populo præfuerunt, sed etiam post aduentum Domini dedit Apostolos, & alios Ecclesiæ Doctores, qui & recta consilia, & iudicia vera populo impendunt. *Ier.* 3. c Introducam vos in Sion, & dabo vobis Pastores secundum cor meum, & pascent vos scientia, doctrina. *h* Post hæc,] id est, illius restitutis. *i* Vocaberis ciuitas Iusti.] i. veri Christi, populi habitantis in te.

Al. † Hircanum:

k Vrbs fidelis] in Christo credens, & verax existens. *Zach.* 8. a. Habitabo in medio Ierusalem vocabitur Ierusalem ciuitas veritatis, & mons Domini exercituum. *Ier.* 3. f. In tempore illo vocabunt Ierusalem solium Domini, & congregabuntur ad eam omnes Gẽtes in nomine Domini in Ierusalem, Et quomodo fiet vrbs, subdit, quia.
l Sion in iudicio redimetur] id est, a peccatis: quia licet Deus misericorditer dimittat peccata; tamen hoc facit cum discretione, pœnam aliquam infligendo. *Ier.* 10. d. Corripe me, Domine; veruntamen in iudicio, non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. *o* Et reducẽt] Iudices & Consiliarij. *p* Eam in iustitia] quæ abducta fuerat per iniustitiam. *q* Et conteret] Dominus, scelestos id est, sceleratos, id est, maioribus peccatis implicatos. *s* Et peccatores minores simul in præsenti per Romanos, vel in futuro per Dæmones. Vel *r* Scelestos,] i. peccantes in Deum. *s* Et peccatores,] i. peccantes in proximum. *t* Et qui dereliquerunt Dominum:] in sua malitia permanentes *u* Consumentur,] hic, vel in futuro, i. tanta erit eorum pœna, quod vellent omnino consumi: & si posset fieri, consumerentur. Et meritò *x* Confundentur enim] confusione ignominiosa, intùs & exteriùs erubescendo. *y* Ab idolis, quibus sacrificauerunt] i. propter peccatum idololatriæ, *Ierem.* 7. d. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt, salubriter in præsenti; & ideò erubescent confusibiliter in futuro. *Osee.* 10. b. Confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua, *z* Et erubescetis super hortis,] i. super lucis voluptuosis. *a* Quos elegeratis] ad sacrificandum idolis, ibi.
b Cùm fueritis velut quercus] id est, infructuosi. *c* Defluentibus folijs] id est, amissis bonis vestris, quasi dicat, tunc erubescetis, quando ablatis bonis vestris remanebitis velut quercus, sine folijs. Alij interpretes dicunt, quasi terebinthus: Et ne fortè sperent se recuperaturos amissa subiũgit. *d* Et velut hortus] vel paradisus: alia litera: absq; aqua, id est, sicut hortus carens aqua perpetua ariditate marcescit, ita vos sine recuperatione omnia amittetis. Et ne iterum crederent: quod possent se defendere, subdit.
e Et erit fortitudo vestra:] tempore captiuitatis.
f Vt fauilla stupæ] quæ citò consumitur, quasi dicat, non poteritis hostibus resistere, sicut stupa non resistit igni

Symmachus dicit: Erit fortitudo vestra, sicut purgamentum stupæ, quod vile est, & citò consumitur.
g Et opus vestrum, quasi scintilla ignis, quæ statim, vt paret, deficit [illegible], omnia munimina fortitudinis, vel idololatriæ vestræ nullius momenti erunt.
h Et succendetur vtrunque simul] i. fortitudo, & opus vestrum, & idola vestra, & Ierusalem. *i* Et non erit, qui extinguat] ad literam, vsque hodie Iudæi legentes sacras literas vel Scripturas sunt velut quercus, vel terebinthus, secundum Symmachũ, vel ficus secundum Euangelium. *Matth.* 21. b. In qua Dominus, poma quæsiuit & non inuenit; & ideò æterna ariditate damnauit. Ipsi quoque Iudæi folia verborum, i. eloquentium amiserunt. Hortus enim irriguus, i. scientia Scripturarum, vel paradisus diuersarum arborum recessit ab eis, quando sine gratia spirituali, nec etiam olera afferunt, quæ manducat infirmus, vt dicitur *Rom.* 14. a. Vnde *Zach.* 11. a. Vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. Vox vlulatus Pastorum, quia vastata est magnificentia eorum.

dereliquerunt Dñm, *u* consumentur. *x* Cõfundẽtur enim ab *y* idolis, quibus sacrificauerũt: Et *z* erubescetis super hortis, *a* quos elegeratis, cũ *b* fueritis velut quercus *c* defluentibus folijs, & *d* velut † hortus absque aqua. Et *e* erit fortitudo vestra, vt *f* fauilla stupæ, & *g* opus vestrũ quasi scintilla, & *h* succendetur vtrunque simul: & nõ *i* erit, qui extinguat.

Al. † Paradisus.

Mysticè. ⊕ *a* Et conuertam manum meam ad te] purgandum & puniendum. *c* Et excoquam ad purum scoriam tuam, auferam omne stannum tuum] id est, purgabo omnem immunditiam tuam, & simulationem, quæ per stannum designatur. *Ezech.* 22. Versa est omnis domus Israel in scoriam, æs, stannum, plumbum, & ferrum; scoriam per auaritiam, æs per impatientiam, stanum per simulationem, plumbum per luxuriæ inquinationem, ferrum per oppressionem. *e* Et restituam Iudices tuos, vt fuerunt priùs, & Consiliarios tuos, sicut antiquitùs. Post hæc vocaberis ciuitas Iusti,] i. Christi, vrbs fidelis. Thema in Synodo. *l* Sion] id est, Ecclesia, quæ videt nunc per speculum in ænigmate. *n* Redimetur] à peccati debito, sanguine Christi. *m* In iudicio] quo filius Dei iudicatus fuit. *o* Et reducent eam,] Prædicatores de regionẽ dissimilitudinis. *p* In iustitia] quia etsi misericors sit Dominus; non tamen omnino dimittit opus iustitiæ. Vnde *Ier.* 3. d. Sanctus sum ego, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum; veruntamen scito iniquitatem tuam: quia in Dominum Deum tuum præuaricata es. *x* Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis, quos elegeratis.] Auaritiam notat per idola, luxuriam per hortos. De his erubescent, & confundentur maximè Clerici, & Claustrales in futuro. *Rom* 6. d. Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? *b* Cùm fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absque aqua) Per quercum, quæ fert cibum porcorum, significantur praui Doctores, quorum folia defluunt, quia verba eorum contemptibilia sunt propter inhonestam vitam, quia vt ait *Greg.* Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Propter quod dicitur *Eccl.* 28. d. Aurum tuum, & argentũ tuũ confla, & ori tuo facito ostia. Aurũ & argentum conflant, qui prædicationis verbo exemplum boni operis copulant; & sic pondus, & calorem suæ prædicationi dant. Per hortum sine aqua significatur Ecclesia sine doctrina quæ olim fuit irrigua. Vnde *Cant.* 4. d. Fons hortorum puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. *e* Et erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ:] quæ statim igne consumitur. *Eccl.* 21. b. Stupa collecta Synagoga peccantium, & cõsummatio eorum flamma ignis. *g* Et opus vestrum, quasi scintilla, & succendetur vtrumque,] & opus, & operans. *Eccl.* 27. a Conteretur cum delinquente delictum. Item *Eccl.* 14. c. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, ibit cum illo. *i* Et non erit, qui extinguat] quia in æternum ardebunt. *Ier.* 21. d. Eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne fortè egrediatur, vt ignis indignatio mea, & succendatur: & non sit, qui extinguat. *Amos* 5. b. Quærite Dominum, & viuite, ne fortè comburatur vt ignis, domus Ioseph, & deuorabit, & non erit, qui extinguat Bethel Allegoricè autem hæc omnia possunt accipi de dogmatibus prauis, quia Discipuli, & Magistri sunt pariter perituri, & opus eorum cibus ignis.

EXPO

CAP. II.

Verbum, *a* quod vidit Isaias *b* filius Amos super *c* Iudā & Ierusalem. Et *d* erit in nouissimis diebus *e* præparatus, *f* mons domus Domini in *g* vertice montium, & *h* eleuabitur super *i* colles. Et *k* fluent ad eum omnes Gentes, & *l* ibunt populi *m* multi, & *n* dicent. *o* Venite, *p* ascendamus *q* ad montem Domini, & ad *r* domum Dei Ia-

Mich.4.a.

EXPOSITIO CAP. II.

Verbum, quod vidit Isaias, &c.] Terminata prima visione, quæ quatuor continet in vniuerso, s. beneficiorum Dei commemorationem, ingratitudinis populi exprobrationem, suppliciorum comminationem, promissionum consolationem: ponit Auctor secundā visionem de verbo incarnando, Et cum præcedens prophetia dicta sit visio: hæc pro sui euidētia & expressione dicitur verbū: quia de verbo est. Item in illa prophetia præcessit comminatio aduersorum, consolationem promissorum, in hac è conuerso. In præcedenti quidem præmittitur de excæcatione Iudæorum, & subiungitur de vocatione Gentium: in hac autem primò agitur de vocatione Gentium, & postea de pœna Iudæorum, tandem de coniunctione vtriusque populi in vnam fidem, & vnam Ecclesiam quod notat hic versiculus, Verbū, quod vidit Isaias filius Amos super Iudam & Ierusalem, qui est finis præcedentis visionis, & initium huius secundum vnam expositionem, Secundum aliam verò expositionem est titulus huius visionis, quæ incipit *ibi*: Et erit in nouissimis diebus: Secundum aliam glossam, non est titulus; sed incipit *hic* visio, Verbum quod vidit Isaias, in præcedenti capitulo egit Propheta de peccatis Iuda & Ierusalem eos redarguendo, in hoc agit de aduentu Christi, & de his, quæ facta sunt in eo. Et congruus est ordo, quia per Christi aduentum dimissa sunt peccata. Diuiditur autem hoc capitulum in quatuor partes. In prima agitur de aduentu Christi, & factis eius In secunda enumerat populi Iudaici peccata, propter quæ destructi fuerunt *ibi*. Proiecisti enim populum tuum. In tertia describitur Iudæorum destructio proueniens ex peccatis eorum, hortas eos ad fugam, siue ad refugium, *ibi*. Ingredere in petram, &c. In quarta ostendit Propheta, quod in die captiuitatis non proderunt Iudæis idola, quæ coluerunt, sed potius impedient, ne fugere possint a facie inimicorum, *ibi*. In die illa proiecit homo omnia idola, &c. Dicit ergo. *a* Verbum, quod vidit Isaias] i. res digna verbo, quā vidit Isaias, i. intellexit spiritu prophetiæ. *b* Filius Amos super Iudā & Ierusalē, i. de Iuda, & Ierusalē, hoc est, de sorte Iudæ & de sorte Beniamin, vel duabus Tribubus & de decem. Vel sic de verbo incarnato. *a* Verbum, quod vidit Isaias filius Amos,] i. futurum visibile intellexit. *c* Super Iudam & Ierusalem] i. pro Iuda Ierusalem, vel in Iuda & Ierusalē, Nō dicit, est, vel fuit, vel erit, vt intelligatur æternum. Cætera verba audiūtur & nō vidētur De hoc autem dicitur *Bar.3.d.* In terra visus est, & cum hominibus conuersatus est. Et de hoc subdit Propheta. *d* Et erit, &c.] Et exponunt hoc Iudæi de suo Messia, dicentes, quod dominabitur omnibus regnis. Sed quia Messias eorum iam venit, i. Christus, ideo fabulis eorum prætermissis, veritati literæ insistamus. Et erit in nouissimis diebus] i. in vltima ætate, de qua dicit Apostolus. *1.Cor.10.* c. Nos sumus, in quos fines sæculorum deuenerunt. Et *Gal.4.* a. Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. De qua etiam dixit Iacob filiis suis *Gene. 49.* a. Congregamini, vt annunciem, quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Et de qua etiam dicitur. *1.Ioan 2.* c. Filioli mei, nouissima hora est. In qua etiam lapis excisus de monte sine manibus, creuit in montem magnum, vt dicitur *Dan.2.* c. Igitur, erit in his, nouissimis diebus. Non dicit noctibus, propter lucem gratiæ & Prædicationis. *e* Præparatus] i. a Deo prædestinatus. *Rom. 1.* a. *f* Mons domus Domini, id est, Christus, in quo fundata est domus Domini, id est, Ecclesia. *1.Cor.3.* c. Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Et *Matth. 16.* c. Et super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. De quo monte dicit *Psalm. 67.* Mons Dei mons pinguis, in quo beneplacitum est Deo habitare, in eo, *g* In vertice montium] id est, excedens omnes Sanctos sanctitate, & gratiarum omnium plenitudine: quia de eius plenitudine nos omnes accepimus. *Ioan. 1.* b. *h* Et eleuabitur euidentia miraculorum.

i Super colles] id est, alios Prædicatores. Mons igitur singulariter Christus est; montes verò sunt Angeli, Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyres, & alij Sancti, qui miraculis effulserunt. Colles verò minores Sancti à montibus lumen intelligentiæ accipientes. Vnde *Cant. 2.* b. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles,

k Et fluent ad eum omnes Gentes, id est, citò & habendæ fidei desiderio, venient ad eum incarnatum, velociter, leuiter, abundanter, sine labore, humiliter, pacificè: Omnes, dicit, id est, plures. Accommoda enim est distributio: & notat abundantiam non vniuersitatem. *Infr. 60.* a. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, &c.

l Et ibunt,] ad eum cum Gentibus passibus fidei.

m Populi multi] id est, Iudæi multi. Non dicit, omnes, quia pauciores crediderunt de Iudæis, quàm de Gentibus.

n Et dicent] ad inuicem, non contenti propria salute, sed hortantes seinuicem. *o* Venite] mente. *p* Ascendamus] fidei contemplatione. *q* Ad montem Domini.] i. ad Christum, *r* Et ad domum Dei Iacob,] id est, ad Ecclesiam, quæ est domus Iacob, i. populi Christiani per Iacob significati,

s Et docebit

Mysticè. *d* Et erit in nouissimis diebus] datis ad merendum, id est, tempore gratiæ. *e* Præparatus mons domus Domini] i. Christus ad refugium captiuorum. *Mysticè.*

g In vertice montium] id est, excelsior Angelis, & Prophetis, atque Apostolis: vnde *Infr. 32.* b. Ipse super Duces stabit. *h* Et eleuabitur super colles] i. super Sanctos minores, vt vix etiam modicum ab eis contingi in contemplatione possit. Maioribus Sanctis incumbit Dominus, & in eis, vel cum eis ludit: & super minores transit, quos vmbra protectionis suæ defendit. Vnde *Cat. 2.* b. Iste venit saliens in montibus transiliens colles. De his montibus, & collibus & vertice eorum, id est, Christo, dicit *Septem notantur in verbo fluendi.*
Moyses. *Deut. 33.* b. In benedictione Ioseph. De vertice antiquorum montium, & de pomis collium æternorum, & de frugibus terræ: & de plenitudine eius benedictio illius, qui apparuit in rubro, veniat super caput Ioseph.

k Et fluent ad eum omnes Gentes, & ibunt] Passibus fidei, & bonorum operum, populi multi, *infr. 6.* a. Inundatio camelorum operiet te, id est, abundantia diuitum venientium ad fidem. Notantur autem septem in verbo fluendi, quæ competunt pœnitentibus fugientibus ad Christum. Primum est impetus feruoris: quia cum festinatione & impetu debent omnia obstacula dirumpere & ad Deum properare, quia nescit tarda molimina Spiritus Sancti gratia, vt dicit *Gl. super illud Act. 2.* a. Factus est repentè de cœlo sonus. Et *Ezech. 1.* c. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Et in *Ps. 45.* Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei. Secūdum est descensus humilitatis. Flumina etiam ad loca humilia, i. ad valles fluunt, & per solam humilitatem ad Deum venitur, & soli humiles ad Deum fluunt. *Luc. 14.* c. Qui se humiliat, exaltabitur, vsque ad Deum *Apoc. 14.* a. Hi sequuntur Agnum, quocunque ierit. Tertium est abundantia, quæ notatur in verbo fluendi. Debent enim pœnitentes ad Deum reuertentes bonis abundare operibus, & toto corde, & tota anima ad Deum conuerti, *Ioel. 2.* c. Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c. Quartum ad desiderium. Debet enim cor pœnitentis quodam fluxu liquescere in desiderio Dei. Vnde *Cant. 5.* b. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Quintum & sextum sunt permanentia & profectus. Sicut enim fluuius alueum non mutat, sed in eo semper fluit: sic pœnitentes in sua pœnitentia permanentes, debent semper de bono in melius proficere. Hinc est quòd *Sap. 7.* c. dicitur: Stabilis simul & mobilis. Stabilis quidem est Spiritus: quia facit nos in bono perseuerare; Mobilis verò, quia facit nos perseuerando proficere. Septimum est assiduitas, flumina enim fluunt assiduè; & pœnitentes debent assiduè fluere eleemosynarum largitione, lachrymarum effusione, cordis deuotione. Sequitur,

n Et dicent: Venite ascendamus montem Domini] i. cœlestem Ierusalem. *r* Et ad domum Dei Iacob,] id est, ad religionem. Ad montem Domini tribus gradibus ascenditur. Primus est perseuerans pœnitentia, secundus est perfecta misericordia, tertius est vita solitaria. Et hos tres gradus monstrauit nobis Dominus. Nam primo ascendit in Crucem, de qua postea non descendit Secundo ascendit in montem oliueti, vnde postea non descendit. Tertio ascendit in cœlum, subtractus oculis humanis. Ad domum Dei Iacob similiter tribus gradibus ascenditur. Primus est abiectio mundi, secundus obliuio suorum, tertius depositio sui, Sic etiam *Tribus gradibus ascenditur ad mōtem Domini.*

o debet vnusquis-

A a Et docebit nos Christus, per se, & per Apostolos, cùm fuerimus in domo Iacob. b Vias suas,] i. faciliora mandata, quibus ad ipsum omnes gradiantur. c Et ambulabimus, &c.] i. arctioribus consilijs, & supererogationibus. Ecce Dominus docet largas vias misericordiæ, sed tu ambula per arctiores semitas pœnitentiæ. Jer.6.d. State super vias vestras & videte, & interrogate de semitis antiquis, i. de consilijs, quibus ambulauerunt antiqui. Primum autem, vt dicit Ier. discendæ sunt viæ præceptorum, & postea ambulandū est in semitis consiliorum. Et quasi quia quæreret. Quare ascendendum est in montem? Dicit. d Quia de Sion,] i. de monte, in quo est Ierusalem, in qua templum & religio est.

B cob, & a docebit nos b vias suas: & c ambulabimus in semitis eius; quia d de Sion exhibit e lex, & f verbum Domini g de Ierusalem. Et h iudicabit gentes, & i arguet k populos multos. Et l conflabunt m gladios suos in vomeres, & n lanceas suas in falces. Non o leuabit Gens contra Gentem gladium, p nec exercebuntur vltrà ad prælium. q Domus Iacob, r venite, & s ambulemus t in lumine Dei nostri. u Pro-

e Exhibit lex] i. spiritualis intelligentia legis. Ad literam enim ibi docuit Dominus legem spiritualiter implendam. Ibi docuit, quia non capit perire Prophetam extra Ierusalem. Luc.13 g. Vel. d Sion] i. de primitiua Ecclesia, quæ semper in specula fuit.

e Exibit lex] i. doctrina legis per Christum & Apostolos.
f Et verbum Domini] i. prædicatio Euangelij.
g De Ierusalem] idem est, quod Sion.
h Et iudicabit Gentes] discernendo credentes à non credentibus: vel super peccatis, quia pro diuersitate meritorum erit diuersitas suppliciorum.
i Et arguet] increpando, & corrigendo. k Populos multos] i. Iudæos. vel omnes incredulos super infidelitate eorum. l Et] ideò [conflabunt] tam Iudæi, quàm Gentiles credentes, & non credentes. m Gladios suos &c.] ad arandum terram. n Et lanceas, &c.] ad secandum prata, q.d. tanta erit pax tunc, quòd non indigebunt gladijs, aut lanceis aut cæteris bellicis instrumentis.
o Non leuabit, &c.] ad pugnandum contra se inuicem.
p Nec exercebuntur, &c.] sicut priùs Et si quidem postea prælia fuerint, non tamen tam grauia. vt ante. Euidens signum, ponit Isaias de aduentu Christi. Nam ante Christi Natiuitatem tanta fuit discordia vsque ad 28. annū Octauiani Cæsaris, sub quo Dominus natus esse perhibetur. vt non esset transitus de prouincia in prouinciam; sed nato Domino cessauerunt bella per 12. annos.

Vnde & in eius Natiuitate cantauerunt Angeli. Gloria in excelsis Deo, &c. Luc.2.b. Et agriculturæ exercitæ fuerunt. Vnde fuit necessarium, vt gladij in aratra conflarentur. Vnde Mich.3. a. ferè idem dicitur. Erit in nouissimo dierum mons Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum Gentes. & properabunt populi multi, & dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex; & verbum Domini de Ierusalem, & iudicabit inter populos multos. & corripiet Gentes fortes vsque in longinquum. Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones. Non sumet Gens aduersus Gentem gladium, & non discent vltra belligerare, &c. Sed videtur esse falsum hoc, quia tempore Antichristi erit maxima persecutio aduersus Christianos, & tribulatio, qualis non fuit à tempore Noe, vt dicit Dñs Mat.24.b Sol. Verum est, sed regna omnia habebūt pacē inter se, sicut fuit tēpore Octauiani Cæsaris. quādo natus est Dñs. q Domus Iacob] Vox est Prophetæ post vocationem Gentium, & ostensionem Christi inuitantis populum suum, qui est de Iacob ad fidem Christi suscipiendā. Vnde dicit, Domus iacob, i. omnes Iudæi. r Venite] mecū passibus fidei. s Et ambulemus] de virtute in virtutem. t In lumine Dei nostri] i. in fide, vel doctrina Christi, qui dicit: Ego sum lux mundi. Ioan.8. b. Ps.35. In lumine tuo videbimus lumen u Proiecisti enim, &c.] Secunda pars capituli, in qua enumerat peccata populi Iudaici, propter quæ proijciendus erat à Domino Videns autem in Spiritu duritiam cordis eorum, & incorrigibilitatem, subitò conuertens oculum mentis ad Dominū,

A ait:

Aliter. Aliter ab illo loco u proiecisti enim populū tuum,] Expo-

A nitur

Mysticè. o debet vnusquisque alium inuitare ad bonum, iuxta illud Exod.36 Cortina cortinam trahit. Et Apoc 22. d. Qui audit, dicat, veni. Deut.33. c. Vocabunt populos ad montem, ibi immolabunt victimas iustitiæ. Jer.31 a. Surgite, & ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum Zach.8.d. Vadant habitatores vnus ad alterum dicentes: Eamus & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum: vadam & ego, & venient populi multi, Gen.35. a. Mundamini, & mutate vestimenta vestra & surgite, ascendamus in Bethel, i. in Ecclesiam Contra illos, qui in cameris, & in cellis dicunt horas canonicas; quia in Ecclesijs benedicendus est Dominus Ps.67. In Ecclesijs benedicite Domino. Et ibi inuenitur Dominus. Osea 12. b. Fleuit & rogauit eum, & in Bethel inuenit eum.

Contradicentes horas canonicas in cameris.

a Et docebit, &c.] Ecce ordo Prædicatoris. Primò debet docere. Secundò ambulare, non solùm vias præceptorum, sed etiam semitas consiliorum. Tertiò prædicare, Prou.5. c. Bibe aquam de cisterna tua. & fluenta putei tui deriuentur fontes tui foras: & in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus, non appetendo laudes hominum de Prædicatione tua. l Et conflabunt, &c. Per gladios intelliguntur verba climata, & subtilia, per vomerem verba grossa. & ædificantia. Gladium ergo conflare in vomeres, est conuertere polita verba in ædificationem. Samgar enim plures occidit vomere, quam Aod gladio. Iud.3 a. & 3 d. De hoc dicit Apost 1.Cor.2 c. Sermo meus, & prædicatio mea non in persuabilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus & virtutis; vt fides vestra non sit in sapientia hominum sed in virtute Dei. Gladius animam à corpore separat; vomer verò terram facit fructificare. Et si quis gladium loco vomeris ad versandum terram poneret, statim frangeretur, & sulcum tenuem & inutilem faceret. Sic prædicatio subtilis inutilis inuenitur. Et multi hodie vomeres in gladios conflant; quia sacram doctrinam nimis subtilant, & verbis Philosophorum adornant. Quibus dicitur Ioel 3 b. ironicè: Ascendant omnes viri bellatores: concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas o Non leuabit, &c.] Prophetia est de destructione litium, & cautelarum Aduocatorum, & Legistarum, qui non quærunt nisi lites & bella. Vnde Psal.67. Dissipa Gentes, quæ bella volunt Et alibi Ps 119. Tota die constituebant prælia. Aliquando tamen cessabunt lites. quia destruentur Legistæ legibus abutentes, quæ propter pacem factæ fuerunt; & ipsi per eas faciunt lites & bella. Ps 45. Auferens bella vsque ad finem terræ, arcum conteret, & confringet arma. id est, leges, & scuta. id est, decreta comburet igni. Mich.5.b. Non discent vltra belligerare: & sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam & non erit qui exterreat.

Est prælium
- Bonum
  - Dei, Ps.23. Dominus potens in prælio.
  - Angeli, Apoc.12 b. Michael & Angeli eius præliabantur cum Dracone.
  - Viri iusti, Ps.143. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad præliū.
  - Animi, Rom.7. d. Video aliam legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meæ. Gal.5. c Caro concupiscit aduersus spiritum; & spiritus aduersus carnem.
  - Ecclesiæ, Eph.6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem. &c.
  - Prædicatorū, qui non scuto, vel gladio, sed lingua pugnāt Iud.5.a. Noua bella elegit Dñs. & portas hostium ipse subuertit.
  - Tentatorum, Iud 3 a Hæ sunt Gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israel, & omnes, qui non nouerant bella Chananæorum; vt postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi
- Malum
  - Iudæorum, Cant.1. b. Filij matris meæ pugnauerunt contra me.
  - Hæreticorum, 1.Cor.15.d. Si secundūm hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest?
  - Tyrannorū, Iud.11.a. In diebus illis pugnabant filij Ammon contra filios Israel.
  - Aduocatorū. Mic 2.c Populus meus i Clerici in aduersarium consurrexit, desuper tunicā palliū sustulistis; & eos, qui trāsibant simpliciter, conuertistis in bellum.
  - Carnis, Gal.5.c Caro concupiscit aduersus spiritum Ps 26. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.
  - Diaboli Apoc.12.b Draco pugnabat. & Angeli eius, & non valuerunt.

q Domus Iacob venite. &c.] Ioan.12. s Dum lucem habetis credite in lucem. u Proiecisti enim populum, &c.] i. claustra & religiones, quæ sunt in

o lucta

ait. *a* Proiecisti enim] quasi dicat, ideo hortādi fuerunt Iudæi, & hortatus sum eos, quia duri, & cæci sunt. *a* Proiecisti populum tuum, specialiter, scilicet, domum Iacob, quondam, cui deberent esse similes. Et meritò proiecisti. *c* Quia repleti sunt] iniquitate & idolis. *d* Vt olim] in Ægypto, vel in terra promissionis, ten poribus Iudicum. *Os.* 8. a. Proiecit Israel bonum, &c. fecerunt sibi idola vt interirent: proiectus est vitulus tuus Samaria. *e* Et augures habuerunt] Iudæi qui à garritu auium futura præsagiunt, quos prohibuit Dominus. *Leu.* 19 f. Nō augurabimini, nec obseruabitis somnia. Et *Inf.* Non declinetis ad Magos, nec ab Hariolis aliquid sciscitemini. Item 20. a. Anima, quæ declinauerit ad Magos & Hariolos, & fornicata fuerit cū eis, ponam faciem meā contra eam, & interficiam illam. Idem prohibetur *Deut.* 18. b. *f* Vt Philistium] vel [vt Palestini] alia litera, quæ huic superstitioni maximè deseruiunt. *g* Et pueris alienis] à cultu Dei, id est, pueris Gentilibus, quos emebant ad abutendum. *h* Adhæserunt] libidinosè. Hoc enim vitio, tam Græci, quàm Latini diu laborauerunt. Et heu adhuc hoc hodie multi laborant. Vnde *Ioel.* 3. a. Posuerunt puerum in prostibulo. Tamen *Gl* exponit de Romanis, qui abusi sunt pueris Iudæorum. Vnde secundùm *Gl* sic debet exponi litera.

C

al. † Ne.

al. † dimittā.

a iecisti etiam populum tuum *b* domum Iacob, quia *c* repleti sunt, vt *d* olim: & *e* augures habuerunt, *f* vt Philistiim: & *g* pueris alienis *h* adhæserunt: *i* Repleta est terra *k* auro & argento, & *l* non est finis thesaurorum eius. Et *m* repleta est terra eius *n* equis, & *o* innumerabiles quadrigæ eius. Et *p* repleta est terra eius idolis: *q* opus manuum suarum adorauerunt quod fecerunt *r* digiti eorū. Et *ſ* incuruauit se homo, & *t* humiliatus est vir. † Non ergo † *u* dimittas eis. *x* Ingredere in *y* petram, & *z* absconderе in *a* fossa humo à *b* facie timoris Domini, & à *c* gloria Majestatis eius.

g Et pueris alienis] à Deo propter peccati enormitatem. *h* Adhæserunt] Romani victores suam in eis libidinem exercentes. *i* Repleta est terra] non animi cupiditas.
k Auro & argento] ad literam. *l* Et tamen non est finis thesaurorum eius,] id est, cupiditatis thesaurorum. Nam auarus non implebitur pecunia, *Ec.* 5. c. Et suggillatur ad literam hic auaritia Romanorum, & Iudæorum, vt dicit *I. n.* Græcæ enim & Latinæ testantur historiæ, nihil vtraque Gente auarius esse. Et etiam inter idola auaritia condemnatur. *Eph.* 5. b. *Col.* 3. a.
m Et repleta est terra] id est, Iudæa. *n* Equis] victorum, vel Iudæorum.
o Et innumerabiles quadrigæ eius] id est, multæ. Et hoc est contra præceptum Domini: *Deut* 17 d. Non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum equitatus numero subleuatus. Equi enim, vt dicit Haimo, dati sunt ad iuuandum, non ad superbiendum, vnde & iumenta dicuntur: & ideo multitudo propter superfluum prohibetur. *p* Et repleta est terra eius idolis] quia nimiam abundantiam sequitur idololatria. *q* Opus manuum suarum adorauerunt,] id est, statuas. *r* Quod fecerunt digiti eorum] in hoc notat diligentiam factorum, siue Artificum, quia subtilioribus operibus faciendis solent Artifices digitos apponere. *ſ* (Et incuruauit se homo) à dignitate sua ad adorandum lignum, vel lapidem. *t* Et humiliatus est vir] qui videbatur esse virtuosus. *u* Non ergo dimittas eis] quia tanta peccata commiserunt. Et hoc dicit Propheta non pœnam optando, sed voluntatem suam diuinæ iustitiæ conformando. Vel prædictiuè *u* Non dimittas eis,] id est, non dimittes eis, quia impœnitentes fuerunt. Septuaginta dicunt: Non ergo dimittam eis in persona Domini.

Aliter.

Agitur secundum quandam *GL* de Romanis & Chaldæis, hoc modo. *a* Proiecisti] ô Domine, dicit Propheta. *b* Populum tuum] scilicet, domum Iacob de terra promissionis nec tamen remansit terra vacua. *c* Quia repleta sunt vt olim] id est, terra repleta est vt prius, Romanis, vel Chaldæis loco Iudæorum. Et tangitur duplex historia. De vna dicitur 4. *Reg.* 17. d. quod captiuatis 10. Tribubus, Rex Assyriorū adduxit de Babylone, & aliis ciuitatibus homines quos posuit in Samaria pro filiis Israel. Alia legitur in *Ecc.* historia, qualiter Romani venditis Iudæis, & dispersis per vniuersam terram, possederunt, & habitauerunt Iudæam, & in templo, in quo fuit quondam religio Domini, ibi statua Hadriani, & idolum Iouis positum fuit, de quo *Mat.* 24. b. Cū videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta. *Dan* 9 g stantem in loco sancto, qui legit, intelligat. *e* Et augures habuerunt] Chaldæi, vel Romani habitantes in Iudæa.
f Vt Philistiim, qui maximè in auguriis faciendis inuigilauerunt.
g Et pueris alienis] id est, pueris Iudæorum.
h Adhæserunt] libidinosè Chaldæi, vel Romani.
i Repleta est terra auro & argento, & non est finis thesaurorum eius.] Metonymia est: Terra pro habitantibus ponitur.
m Et repleta est terra eius] id est, Iudæa equis. *o* Et innumerabiles quadrigæ eius] id est, multæ nimis. Sed sic loquitur; quia non est dignum numero, quod contra Deum est. *p* Et repleta est terra idolis] quæ Romani coluerunt vel Chaldæi.
r Quod fecerunt digiti eorum] id est, quod ipsi fecerunt cum magna diligentia. *u* Non ergo dimittas eis] *Gl. Ier.* Non maledicit Isaias, sed benedicit: quia imprecatur eis, quod iustum est: omne autem iustum bonum est. Sed de Romanis melius intelligitur, ne Propheta contra populum suum videatur imprecari.
x Ingredere, &c.] Tertia pars, in qua describitur destructio, siue pœna Iudæorum, quam meruerunt per peccata prius enumerata. Et primò exhortatur eos ad fugam, dicit. *x* Ingredere in petram,] id est, in cauernis petrarum. *z* Et absconderе in fossa humo, id est, in speluncis & in cauernis terræ.
b A facie timoris Domini,] id est, à facie Romanorum, vel Babyloniorum, per quos se Dominus monstrauit timendum, & glorificandum. Vel prædictiuè. *x* Ingredere] id est, ingredieris.
y In petram,] id est, latebis in cauernis petrarum.
z Et abscondere,] id est, absconderis.
a In fossa,] id est, in speluncis.
b A facie timoris Domini] id est, præ timore Babyloniorum, vel Romanorum, quos timendos faciet tibi Dominus.
c Et à gloria Majestatis eius,] id est, à præsentia minus.
exercitus Chaldæorum, vel Romanorum, per quos Deus apparuit gloriosus, & magnus, qui potenter se vindicauit de peccatoribus. De hoc. *Ier.* 48. e. dicitur contra Moab: Relinquite ciuitates, & habitate in petra, habitatores Moab: & estote, quasi columba nidificans in summo ore foraminis.

Mystice.

a Oculi *a* Iudæa contra vitia supplantanda. *c* Quia repleti sunt vt olim] id est, quia in vetustate antiquæ consuetudinis permanserunt, & nunquam ad nouitatem gratiæ peruenerunt. Vnde in vulgo dicitur: Tales sunt in hoc anno, quales fuerunt in præterito. *e* Et augures habuerunt vt Philistiim] id est, garritum, & vaniloquium sectati sunt, vt sæculares.
g Et pueris alienis adhæserunt,] id est, satellitibus Dæmonum, qui habent pueros suos, sicut Christus qui dicit *Inf.* 8. d. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus. *Mal.* 2. c. Habuerunt filiam Dei alieni, id est, auaritiam filiam diaboli.
i Repleta est terra Ecclesiæ vel religionis. *k* Auro & argento] materiali ad literam. *l* Et] tamen [non est finis thesaurorum eius] quia crescente pecunia, crescit auaritia, more ignis, qui crescit crescentibus lignis. *Bar* 3 b. Argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines: & non est finis acquisitionis eorum. *m* Et repleta est terra eius *n* equis: *o* innumerabiles quadrigæ eius] ad literam. Et quid inde sequatur, adiungit. *p* Et repleta est terra eius idolis,] i. peccatis, vel prælatis, qui speciē sine veritate prælationis tenent. *Zac.* 11. d. O pastor, & idolum. *Sap.* 14. b. Adinuentio idolorum corruptio vitæ est. Item *Sap.* 15. a. Vmbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores cuius aspectus dat insensato concupiscentiam. *x* Ingredere in petram,] id est, confuge ad Christum De quo dicitur 1. *Cor* 10 a. Petra autem erat Christus. Et in *Ps.* 103. Petra refugium herinaciis, id est, pœnitentibus.
z Et abscondere per iugem memoriam.
a In fossa humo] id est, in carne Christi in Cruce fossa. Vnde *Ps.* 21. Foderunt manus meas, & pedes meos. Et *Exod.* 33. d. Ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea. *Cant.* 2. d. Veni columba mea, in foraminibus petræ, id est, in vulneribus Christi, & in cauernis maceriæ, id est, in plaga lateris. *Ier.* 48 e Relinquite ciuitates, & habitate in petra, habitatores Moab: & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis.
b A facie timoris Domini, & à gloria Majestatis eius] i. ab ira iudicij, ad quod timendus veniet cum potestate magna, & maiestate. *Mat* 24 c. *Ier.* 15. c. A facie manus tuæ solus sedebam: quoniam comminatione replesti me.

Oculi

A δ *a* Oculi sublimes hominis,] id est, superbia potentis, quæ maximè in oculis notatur, *b* Humiliati sunt Romanis, vel Chaldæis vastantibus Iudæam, id est, humiliabitur, *c* Et incuruabitur altitudo virorum,]id est, nobilitas generis, quia, neque nobilitas saluauit quemquam, sed vna omnibus captiuitas superuenit. Sic fiet in die iudicij. Vnde *Sap.* 6.b. Non subtrahet personã cuiusquam Deus, qui est Dominator omnium, nec verebitur magnitudinem cuiusquam quoniam pusillum, & magnum ipse fecit. *d* Exaltabitur autem solus Dominus] i. excelsius, & potens apparebit malis humiliatis.

Al. † non habet.

†, & excelsum.

a Oculi sublimes hominis *b* humiliati sunt, *c* & incuruabitur altitudo virorum. *d* Exaltabitur autem solus Dominus in *e* die illa, quia *f* dies Domini exercituũ *g* super omnẽ superbũ † & excelsum, *h* & super omnem arrogantem, *i* & humiliabitur, *k* & super omnes cedros Libani sublimes, & erectas, *l* super omnes quercus Basan, *m* super omnes mõtes excelsos, *n* & super omnes colles eleuatos *o* & super omnẽ turrim excelsam, & super omnem murũ munitum, *p* & super omnes naues Tharsis, *q* & super omne, quod visu pulchrum est. Et *r* incuruabitur omnis sublimitas hominũ, *s* & humiliabitur altitudo virorum, & *t* eleuabitur Dñs solus in die illa, Et *u* idola penitùs contenentur. Et *x* introibunt in *y* speluncas petrarum, *z* & in voragines terræ *a* à facie formi-

e In die illa] qua per Romanos, vel Chaldæos se vindicabit de Iudæis, *f* Quia dies Domini exercituũ.] id est, angelicarũ D virtutum, veniet, supple. *g* Super omnem superbum comprimendum, & humiliandum.

h Et super omnem arrogantem.] Superbum dicit, qui se reputat super alios. Arrogantem, qui ascribit sibi, quod non habet. Vel, [superbum & arrogantem] specialiter intelligit, vt dicit Gloss. Sacerdotes & Scribas, & Pharisæos, qui per Romanos cum alijs priuati fuerunt. *i* Et humiliabitur] omnis superbus, & arrogans, quia superbis resistit Dominus. *Iacob.* 4. b. Et qui se exultat, humiliabitur. *Luc.* 18. c. *k* Et super omnes cedros Libani sublimes, &c.] veniet dies Domini, id est, super omnes superbos sublimes nobilitate erectos superbia. De quibus dicit *Psalm.* 28. Vox Domini confringentis Cedros. *l* Et, super omnes quercus Basan] id est, super omnes luxuriosos, qui porcis, id est, Dæmonibus fructum serũt Basan, regio est Arabiæ, cui Rex Og imperauit, vbi magnæ quercus sunt. *m* Et super omnes excelsos] i. super omnes superbiores. *n* Et super omnes colles eleuatos] id est, minus superbos. *o* Et super omnem turrim excelsam, &c. Ad literam: Aduenientibus Romanis, & turres, & muri ciuitatis Iudææ funditùs sunt euersi, non à Tito, & Vespasiano, sed ab Ælio Hadriano. Nam Titus reseruauit turres quasdam in signum victoriæ suæ, faselum, hippicum & mariamne, vt appareret quàm fuit magnificum similes eis euertere. *p* Et super omnes naues Tharsis) id est, cuiuslibet maris. *Genes.* 1. a. Congregationes aquarum appellauit maria, vt dicit *Haimo.* Ad literam, tanta fuit vindicta Domini per Romanos, vt non solùm habitatores terræ Iudææ, sed etiam maritimi captiui ducerentur. Vnde Iosephus dicit: Aduenientibus Romanis qui in portibus erant comprehensi sunt, & naues eorum succensæ. Et nota, quod Tharsis quandoque Syrum est, & tunc est nomen regionis, vel ciuitatis, Quandoque Hebraicum, & tunc est nomen commune maris, id est, cuiuslibet congregationis aquarum, vt hic. *q* Et super omne, quod, &c.] id est, templum, quod valdè pulchrum erat, & super virgines, & iuuenes pulcherrimos. Vnde *Psal.* 77. Iouenes eorum comedit ignis. & virgines eorum non sunt lamentatæ: quasi dicat, occidit omne, quod visu pulchrum erat in tabernaculis filiæ Sion. *r* Et incuruabitur omnis, &c.] id est, potentia, & nobilitas Iudæorum hominum sapientium. *Chrysostomus.* Quid prodest ei, quem mores sordidant, generatio clara? Aut quid nocet generatio vilis illi, quem mores adornant? Et ita aurum de terra nascitur, sed tamen non est terra, & aurum eligitur, terra autem contemnitur. Et ita melius est, vt in te glorientur parentes, quàm vt tu glorieris in parentibus. Ideo dicit Dominus. *Matth.* 3. b. Nolite dicere, patrem habemus Abraham. *s* Et humiliabitur altitudo virorum] qui se reputabant alios, & potentes.

t Et eleuabitur Dominus solus in die illa] cum dederit inimicos suos in captiuitatem. *u* Et idola penitùs contenentur] *Gloss.* Hoc factum est in captiuitate Chaldæorum quando Iudæorum idola comminuta sunt, & metalla eorum redacta in Massam, & asportata in Babyloniam: In vltima enim captiuitate non leguntur Iudæi idola coluisse. Sed contra super illud *Ierem.* 13. a. Et tuli lumbare, dicit *Gloss.* In captiuitatem, & significat, quòd Propheta in typum Domini populum liberat, sed nihilominus postea peccat, & Deos alienos sequitur, ad extremum in Dei filium manum mittit: Ergo Iudæi in vltima captiuitate coluerunt idola. Solutio. Verum est, quod Iudæi post reditum de Babylonia idola coluerunt, sed tempore Machabæorum omnino destructa fuit idololatria in Iudæis: Vnde manifestum est, quod in Romana captiuitate, quæ vltima dicitur, non coluerunt Iudæi idola. Vel hic, quod *Gloss.* vocat Deos alienos, Principes & potentes, quorum auxilio vtebantur Iudæi, qui etiam Dij vocantur, iuxta illud: Primus in orbe Deos fecit timor. Vel dic, quòd in vltima captiuitate non leguntur Iudæi in canone Bibliæ idola coluisse.

x Et introibunt homines cum idolis.

y In speluncas petrarum.] *Gloss.* hoc ad vtramque, id est, ad vtramque captiuitatem, vel ad idola, & homines refertur.

z Et in voragines terræ,] id est, in hiatus, qui fiunt propter siccitatem, vel in præcipitijs terræ hiantis, vbi latitabant.

a A facie, &c.] id est, immissæ à Domino per Romanos, A vel Chaldæos.

Mysticè.

a Oculi sublimes hominis humiliati sunt,] id est, humiliabuntur in iudicio. *Psalmus* 17. Oculos superborum humiliabis.

c Et incuruabitur altitudo virorum,] id est, Principes, & potentes, *infrà* 5. d. Descendent fortes eius, & sublimes, & gloriosi ad eum, & incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur, & exaltabitur Dominus in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia.

f Dies Domini exercituum super omnem superbum, & super omnem arrogantem.] Specialiter fit comminatio iudicij contra superbos. Vnde *Malach. vlt.* a. Ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, vt stipula, & inflammabit eos. *Sophon.* 1. d. Vox diei Domini amara super ciuitates munitas, & super angulos excelsos.

k Et super omnes Cedros Libani sublimes, & erectas,] id est, super omnes superbos.

l Et super omnes quercus Basan,] id est, super omnes luxuriosos. Est autem Cedrus multiplex, scilicet; Deitas Christi. 3. *Reg.* 4. d. Disputauit Salomon super lignis à Cedro, quod est in Libano vsque ad hysopum, quæ egreditur de pariete, id est, vsque ad humanitatem Christi. Item B. Virgo. *Eccles.* 24. b. Quasi Cedrus exaltata sum in Libano. Item Angelus. *Ezech.* 31. c. Cedri non fuerunt altiores eo. Item contẽplatiuus. *infrà* 41. e. Dabo in solitudinem Cedrum. Item apparentia sanctitatis. *Ezech.* 17. a. Aquila grandis tulit medullam Cedri. Item vir nobilis. *Amos* 2. c. Ego exterminaui Amorrhæum cuius altitudo Cedrorum altitudo, & fortis ipse quasi, quercus. Item vir perfectus. 3. *Reg.* 6 Operuit domum Salomon tabulis cedrinis, id est, viris sanctis. Item superbus, *Psalm.* 28. Vox Domini confringentis Cedros. Item malus Princeps. *Psalm.* 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani. Item Prælatus. *Zach.* 11. a. Vlula abies, quia cecidit Cedrus. Item crux Domini, in qua quatuor ligna fuerunt, quæ significant quatuor virtutes, scilicet, cypressus, palma, cedrus, oliua. Vnde versus.

Cedrus multiplex.

In cruce palma, simul cypressus, cedrus, oliua.
Dat que pedem cedrus, truncum cypressus, oliua.
Dat tituli tabulam, brachia palma duo.

n Et super omnes eleuatos] id est, super superbos, & ambitiosos eleuatos in dignitatibus. *Iere.* 4. f. Vidi montes, & ecce mouebantur, & omnes colles conturbati sunt.

Naum. 1. b. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt, *Eccl.* 16. c. Commouebuntur montes simul, & colles, & fundamenta terræ.

p Et super &c.] id est, super auaros, & curiosos.

q Et super omne quod visu, &c.] Ecce in hac serie tangit *Isaias* omnia desiderabilia mundi, propter quæ peccant homines. Per cedros sublimes, significatur nobilitas generis, per quercus Basan, delitiæ corporis, per montes excelsos dignitas sæculi, per colles eleuatos, ambitio honorum, per turrim excelsam, potentiæ

vel Chaldæos. *a* Et à gloria Maiestatis eius,] id est, à gloriosa & glorificanda Maiestate eius, qui priùs quasi tempore contemnebatur. *b* Cum surrexerit] i. surrexisse se monstrauerit, qui videbatur dormire priùs. *c* Percutere terram,] per Romanos, vel Chaldæos. Hic dicit *Gloss. Beda.* Ædificauit Salomon Rex in Ierusalem Astaroth idolũ Sidoniorum. 3 *Reg.* 11. b. vbi, ni fallor palam ostenditur quod Salomon nunquam perfectè pœnituit, quia idola quæ ædificauerat, non deleuit. Itẽ dicit *Gloss.* super illud 4 *Reg.* 23. c. Excelsa quoque non abstulit *Ambro.* tamen in libro, qui inscribitur de apologia Dauid. Et *Ierom.* super Eccl. 43. c. *ibi*: Ostende domui Israel templum, dicunt contrarium Ego autem neminem iudico, sed credo, si pœnituit, saluus erit.

inf.31. d.

Al.† omnia.

Al. fissur.

Luc.23.a.

dinis Domini *n* & a gloria Maiestatis eius cum *b* surrexerit *c* percutere terrã. In *d* die illa *e* proijciet homo † *f* idola *g* argenti sui, *h* simulacra auri sui, quæ *i* fecerat sibi vt *k* adoraret talpas, *l* & vespertiliones. *m* Et ingredietur † fissuras petrarum in cauernas saxorũ à facie formidinis Dñi, *n* & à gloria Maiestatis eius cũ *o* surrexerit percutere terrã. *p* Quiescite ergo ab homine, *q* cuius spiritus in naribus eius est: quia *r* excelsus *s* reputatus est ipse.

C A P. III.

t ECce enim Dominator Dominus exercituum *u* auferet à Ierusalem, *x* & à Iuda *y* validum, *z* & fortem, *a* Omne robur panis, & omne

A

d In die illa, &c.] Quarta pars in qua ostendit Propheta, quòd tempore captiuitatis non solùm non profuerunt Iudæis idola, sed potiùs nocuerunt, quia impedient eos fugere volentes, ne possint fugere, vnde proijcient ea fugientes. Et hoc est. [In die illa] captiuitatis Babylonis. *e* Proijciet homo,] id est, Iudæus, humum sapiens. *f* Idola argenti, &c.] de auro, & argento suo. *i* Fecerat sibi] in quibus confidebat, & quæ libenter retineret, cùm essent pretiosa. *k* Vt adoraret talpas,] id est, idola non videntia sicut talpæ.

l Et vespertiliones] i. idola, quæ non vident, vt vespertiliones, quæ lucem fugiunt: Non enim est credendum, quod fecerint idola his animalibus similia. *m* Et ingredietur fissuras] vel (scissuras petrarum, &c.] id est, immissæ à Domino, vel à præsentia Chaldæorum, vel Romanorum, per quos ostenditur Dominus formidandus. *n* Et a gloria Maiestatis eius) id est, à gloriosa magnitudine eius. *o* Cùm surrexerit percutere terram] per Romanos, vel Chaldæos. *p* Quiescite ergo,] quasi dicat, hæc euenient vobis, nisi quiescatis à malitia, Quiescite ergo ab homine, &c. Christo, qui spirat, & viuit vt alij homines, quasi dicat nolite dicere purum hominem.

r Quia excelsus,] i. super hominem, *s* Reputatus ipse à Deo Patre, ab Angelis, ab omnibus Sanctis. Vnde *Ps.* 112. super omnes gentes Dominus, &c. Hebræum tamen non excelsus, sed excelsum significat, quia Christus ipsa altitudo est non tantummodo altus. Vel sic.

p Quiescite ab homine,]id est, à blasphemia hominis.

q Cuius spiritus in naribus eius,] i. qui futura ab æterno præuidit. Nomine enim naris præuisio designatur. Vnde *Gloss. Greg. super Iob* 39. c. Gloria narium eius terror. Spiritus igitur Christi in naribus eius esse dicitur, vt præscientia eius designetur: quia quæcunque se scire in natura humanitatis innotuit, hæc sola Deitate præsciuit, excelsus inferioribus ventura desuper præsciuit, quia de cœlestibus ad ima venit.

Mysticè.

a fortitudo, per murum munitum, sapientia sæcularis, per naues Tharsis, temporales diuitiæ, per pulchrum visu, corporis pulchritudo. Dies autem Domini veniet, super eos, qui ista appetunt supra modum. *d* In die illa,] id est, mortis, vel iudicij. *e* Proijciet homo,] i. proijcienda cognoscet. *f* Idola,] id est, falsa dogmata. *g* Argenti sui,]id est, eloquentiæ vanæ, *h* Simulacra auri sui,] id est, fictiones sapientiæ suæ. Sic qui venit ad Theologiam debet proijcere idola argenti sui, & simulacra auri sui, id est, eloquentiam, & sapientiam mundi, vt recipiat sapientiam Dei. 1. *Cor* 3. d. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Neque enim Elisæus infudit oleũ nisi in vase vacuo. *Iob* 41. d dicitur de Behemoth: Sternet sibi aurum quasi lutum, id est, sapientiam huius mundi. *Genes.* 2 b. dicitur: Aurum Euilath id est, dolentium, optimum est. De quo dicitur *Apoc* 3. d. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum. *i* Quæ fecerat sibi, &c.] Per talpas, quæ non vident, & terram comedunt, & in terra laborant, significantur auari, qui de terra sola loquuntur *Ioh.* 3. d. Qui de terra est, de terra loquitur *inf.* 29 a De humo audietur eloquium tuum. Per vespertiliones quæ lucem odiunt, significantur hypocritæ, qui videri in lumine nolunt, quia qui malè agit, odit lucem. *Ioan.* 3. c. *Leuit.* 11. c. Vpupam, & vespertilionem, & omne quod de volucribus graditur super quatuor pedes, erit abominabile, id est, claustralis ... inter equitans. Vespertilio, alas habet vt auis, & pedes, vt animal, & nunc graditur cum bestiis nunc cum auibus volat; sic hypocrita nunc contemplatiui speciem induit, nunc boni actus sanctitatem assumit. *m* Et ingredientur fissuras petrarum, & in cauernas saxorum,] id est, considerabunt exempla Sanctorum, vt eos imitentur, quæ significantur per saxa propter constantiæ immobilitatem. Vide, *inf.* 33. c. Munimenta saxorum sublimitas eius. Et *Iob.* 39. d. dicitur de Aquila: In arduis ponit nidum suum, & in præruptis petrarum silicibus commoratur.

p Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius,] id est, qui discernit odorem cœlestium a fœtore stercorum, id est, temporalium Homo mortuus non habet spiritum in naribus, id est, gratiam istam discernendi. *Cant.* 7. b. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. *r* Quia excelsus reputatus est ipse] coram Deo licet vilis mundo habeatur.

E X P O S I T I O C A P. III.

ECce enim Dominator Dominus.] Tertium capitulum est, in quo adhuc Propheta comminatur Iudæis. Sed cum præcedentia dicta sint de vtraque captiuitate, scilicet, Babylonica, & Romana, & de die iudicij, istud quod hic dicitur, ad vtramque captiuitatem refertur, sed non ad diem iudicij. Refertur autem ad passionem Domini, quia, quæ hîc dicuntur ablata Iudæis, post passionem Domini ablata sunt eis, partim historicè, partim mysticè. Sicut enim Isaias vidit spiritu prophetico ea, quæ Iudæi erant passuri a Romanis, & Chaldæis, ita vidit, quæ Dominus erat passurus a Iudæis, & vtrumque ad sensum historicum pertinet. Diuiditur autem hoc capitulum in duas partes. In prima agitur de miseria Iudæorum. In secunda de moderno, & vltimo iudicio, *ibi* Dominus.] Prima pars diuiditur in quinque particulas. In prima determinat Propheta, quòd imminente obsidione amittent Iudæi omnes bellatores suos. In secunda ostendit eos passuros penuriam victus, & vestitus, & Prophetas, & sapientes amissuros, *ibi* [Omne robur panis, &c.] In tertia ostendit eos habituros adinuicem magnam seditionem, & electuros Principes per familiaritatem, *ibi* [Tumultuabitur puer contra senem. In quarto ostendit eos impudenter peccasse, vt Sodoma, *ibi* [Ruit Ierusalem, & Iudas concidit. In quinta agit de Scribis, & Pharisæis populum spoliantibus, & de effœminatis Principibus, & adulatoribus eorum, *ibi* [Populum meum exactores sui spoliauerunt. Dicit ergo.

t Ecce enim,] quasi dicat, ideo moneo, vt quiescatis ab homine, cuius spiritus in naribus eius, quia citò vindicabit se quasi in proximo, & palam, [Ecce enim Dominator Dominus exercituum, &c.] cui nemo resistere potest *Iob*. 9. b.

u Auferet à Ierusalem,] id est, à Tribu Beniamin.

x Et à Iuda,] id est, à Tribu Iudæ. Vel.

u A Ierusalem,]id est, à Sacerdotibus. *x* Et à Iuda] id est, à Principibus. Vel. *u* A Ierusalem] id est, à decem Tribubus. Et à Iuda] id est, à duabus Tribubus. *y* Validum, &c.] id est, omnes fortes bellatores per Chaldæos, vel per Romanos.

a Omne robur, &c.] i. omnem cibum, & potum. In obsidione enim sic arctati sunt Iudæi inedia, vt matres filios suos deuorarent. Vnde *Thren*. 4. b. Manus mulierũ miseri-

Mysticè. *y* Auferet] Dominus [à Ierusalem,] id est, à religiosis.

x Et à Iuda,] id est, à sæcularibus, vel à Clericis, & laicis.

y Validum] ad patiendum. *z* Et fortem] ad operandum, quia iam nullus talis inuenitur, nec in claustro, nec in sæculo. Vnde *Thren* 1. c. Abstulit Dominus omnes magnificos meos de medio mei. Vel sic. *u* Auferet Dominus à Ierusalem, & a Iuda, a Iudæis *y* Validum, & fortem] i. Christum, in quo solo eorum confortatio erat.

a Et omne robur, &c.]id est, cibum perfectum sacræ Scripturæ, quæ dicitur panis, quia confirmat *Psal.* 103. Et panis cor hominis confirmat Aqua, quia lauat & refrigera

dium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filiæ Sion, id est, in obsidione Ierusalem, quæ dicitur filia Sion, quia defendebatur ab arce Sion. *a* Et fortem, &c.] vt nemo possit resistere hostibus visibilibus, & inuisibilibus, qui vsque hodie sæuiunt, nec est etiam apud Iudæos, qui sciat prudenter legem defendere, & pro eius defensione Sapienter pugnare: Modò enim omnes stulti sunt mentis suis exigentibus, qui antiquitùs fuerunt litterati, & sapientes. *b* Et Iudicem] quia post captiuitatem Romanam habuerunt Iudices Romanos, & etiam ante Christi passionem habuerunt quinque quorum primus fuit † Componius, secundus Marcus, tertius Annius Rufus, quartus Valerius Gracchus, quintus Pontius Pilatus. *c* Et Prophetam. Vndè *Ps.73.* Iam non est Propheta, & nos non cognoscet ampliùs. *d* Et hariolum] qui aliquando verè hariolatur, vt Balaam. *Num.23.* Et vt diuini quinque vrbium Philistinorum, quorum consilio arca Domini remissa est. *1. Reg.6.* quasi dicat, Isaias, & veros Prophetas, & falsos auferet Dominus à Iudæis.

Al. † Copinius.
Al. † Coponius.

robur aquæ *a* & fortem, & virum bellatorem *b* & Iudicem *c* & Prophetam, & *d* hariolum & *e* senem, *f* Principem super quinquaginta *g* & honorabilem vultu & *h* Consiliarium *i* & sapientem de Architectis, *k* & prudentē eloquij mystici. Et *l* dabo pueros *m* Principes eorū, *n* & effœminati *o* dominabuntur eis. Et *p* corruet populus vir *q* ad virum:

e Et senem] tam ætate, quàm moribus, quem Septuaginta transtulerunt Presbyterum, id est, sapientem: Nam in antiquis est sapientia, *Iob.12.* b. Et gloria senum canicies: iuxta illud *Sap.4.* b. Cani sunt sensus hominis. Et *Prou.16.* d. Corona dignitatis senectus. *Item.*20. d. Dignitas senum canicies. *Eccl.25.* a. Corona senum in multa peritia. Solus etiam Abraham Presbyter, id est, senex appellatus est. *Gen.25.* a. qui tamen paucioribus annis vixit, quam multi, qui fuerunt ab Adam vsque ad ipsum. Roboam quoque regnum perdidit, quia Presbyteros audire noluit. *3. Reg.12.* b. *f* Principem, &c.] à parte totum, id est, omnem Principem tàm Decanos, quàm Quinquagenarios, quàm Centuriones, quam Chiliarchos abstulit eis Dominus. Vel [Principem super, &c.] id est, Sacerdotem, qui peccata dimittit: Nam Quinquagenarius numerus est remissionis. Vndè & *Psal.50.* ponitur: Miserere mei Deus. Et annus quinquagenarius iubileus erat, id est, remissionis. *Leuit.25* b. *g* Et honorabilem vultu,] id est, visu, & habitu, qui sola reuerentia vultus honorari solet, vt senex, & Sacerdos. Vnde *Leu.19.* f. Coram cano capite assurge, & honora vultum senis. Consiliarium] qui dabat consilia, vt ipso ablato omnia inconsultè præcipitent. *i* Et sapientem, &c.] id est, Principem Artificum, sicut fuit Beseleel *Exod.25.* b. *k* Et prudentem, &c.] id est, Doctorem, qui prudenter sciebat exponere eloquium mysticum. *Theodotion* transtulit [incantatorem] Septuaginta [auditorem,] id est, examinatorem, qui tunc erat necessarius, id est, Sacerdotem, cuius erat audire, & discernere, quo spiritu loqueretur. *Deut.18.* Et hunc vocant Septuaginta auditorem, id est, examinatorem. Et hunc etiam cum alus abstulit Dominus Iudæis: *Ezec.7.* g. Lex peribit à Sacerdote, & consilium à Sapientibus. Similis pestis legitur facta a Nabuchodonosor. *4. Reg.24.* c. Transtulit vniuersos Principes, & omnes fortes exercitus, & omnem Artificem, & inclusorem, nihilque relictum est exceptis pauperibus terræ. *l* Et dabo pueros] non ætate tantùm, sed moribus, & sensu. *m* Principes eorum] qualis fuit Roboam, qui secutus est consilium iuuenum. *3. Reg.12.* b. & tamen erat quadraginta quinque annorum, cum regnare cœpit, vt legitur. *3. Reg.14.* f. Vel, quadraginta annus, vt legitur. *2. Paralip* 12. d. Salomon autem duodecim annorum erat, nec tamen iuuenis est dictus, quia sapiens. Daniel quoque ante iudicium puer, sed post iudicium Presbyter, & senex dictus est, quia sapiens. Inde est, quòd Apostolus Episcopum eligi iubet non neophytum. *1. Tim.3.* b. *n* Effœminati,] id est, lasciui, fluxi, imbecilles, molles, & delitiosi, vel vsu fœminarum abutentes. Vnde septuaginta transtulerunt [illusores] quales fuerunt illi, qui vxori Leuitæ illuserunt. *Iudic.19.* f.

o Dominabuntur eis,] vt Tyranni. Vndè *Eccl.10.* c. Væ terræ, cuius Rex puer est. Et cùm superiùs loqueretur Propheta in persona sua: hic loquitur in persona Domini pro maiori auctoritate, & certitudine, vt magis timerent Iudæi. *p* Et corruet populus] pueris regnantibus, quia vbi non est Gubernator, corruet populus. *Prou.11.* b. *q* Vir ad virum,] id est, vir contra virum.

Δ Vnusquisque

⊖ & refrigerat. *Cant.4.* d. Fons hortorum puteus aquarum viuentium. *Ioan.4.* b. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Illis igitur auferetur robur panis, & aquæ, qui sacræ scripturæ documentum non conuertunt in animæ nutrimentum. Et de talibus dicitur *Aggæi* 1. b. Comedistis; & non estis saturati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti. Iudæi etiam adhuc habent panem, & aquas, sed sine fortitudine, & sine robore: Legunt enim Scripturas, & non intelligunt: tenent membranas, sed Christum ibi scriptum non vident. Lacte aluntur, vt paruuli, non solido cibo, qui fortitudinem perdiderunt: Infirmi sunt, & olera comedunt, sicut dicitur *Rom.14.* a. *Ezech.4.* d. Conteram baculum panis Ierusalem, & comedent panem in pondere, & in sollicitudine, & aquam in mensura, & in angustia bibent. *Leuit.26.* d. Trademini hostium manibus, postquam confregero baculum panis vestri, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus: & comedetis, & non saturabimini. Mysticè.

a Et fortem, & virum bellatorem,] id est, Prælatum, & Doctorem, qui debet fortiter præliari prælia Domini, impugnando vitia in subditis, & eos contra Tyrannos, & hæreticos, ac Dæmones defendendo. Cuius fortitudo describitur. *1. Tim.3.* a. Et. *Titum.* 1. b. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, Doctorem.

b Et Iudicem] suiipsius primò, & postea aliorum: Iuxta illud *Psalm.88.* Iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ. *1. Cor.11.* g. Si nosmetipsos diiudicaremus, &c.

c Et Prophetam,] id est, Prædicatorem, qui mala futura malis prænunciat. Sed multi sunt pseudoprophetæ, qui prophetant bonum, vbi non est. Vndè *Ierem.23.* d. Nolite audire verba Prophetarum, qui prophetant, & decipiunt vos: visionem cordis sui loquuntur, & non de ore Domini. Item *Thren.2.* c. Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta: non aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: præuiderunt autem tibi assumptiones falsas.

d Et hariolum,] qui sibi prouidet in futurum.

e Et senem] Presbyterum seniorem, non tam ætate, quàm moribus.

f Principem super quinquaginta,] id est, Sacerdotem, vel Pœnitentiarium, qui est minister absolutionis, & remissionis. Episcopus enim si habet vnum Pœnitentiarium, habet decem Legistas, & Officiales. Legitur 4. *Reg.1.* c. quòd duo Quinquagenarij combusti sunt, & tertius euasit. Primus Quinquagenarius est Sacerdos sciens, & non faciens: Secundus est sciens, sed non docens. Tertius est faciens, & docens: Et iste solus euadit a communi combustione: quia vita simul & doctrina requiritur in Sacerdote, & maximè in Episcopo, vnde & duo cornua habet in mitra.

g Et honorabilem vultu,] id est, viros religiosos, qui solos habitus intuitu honorantur.

h Et consiliarium, & Sapientem de Architectis,] id est, Iesum Christum, qui fuit Angelus consilij, & fabri filius appellatur. *Matth.13.* g. Qui fundamentum posuit, vt sapiens Architectus: *Prouerb.11.* b. Vbi non est Gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa consilia.

k Et prudentem eloquij mystici,] id est, Doctorem, vel auditorem. Primus quidem beatus est, quia sapit: secundus qui sapientem audit. Hi iam non sunt in Ecclesia, id est, qui verè doceat, vel audiat Sapientiam. Vndè *Eccles.21.* c. Os prudentis quæritur in Ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis. *2. Tim. vlt.* a. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi Magistros prurientes auribus. *l* Et dabo pueros] sensu & moribus. *m* Principes eorum,] id est, Prælatos Ecclesiæ. *Eccl.10* c. Væ tibi terra, cuius Rex puer est, &c. *Osea* 13. c. Dabo tibi Regem in furore meo. al. † fracti.

n Et effœminati dominabuntur eis,] id est, molles, & in mores fœmineos † formati. *Osea* 4. c. Cum meretricibus conuersabantur, & cum effœminatis sacrificabant. *Gloss.* id est, Sacerdotibus Cybelis matris Deorum. *Prouerb.* 18. b. Animæ effœminatorum esurient. *p* Et corruet populus] in peccatum, in infernum propter defectum doctrinæ. *Prouerb.* 11. b. Vbi non est Gubernator, corruet populus, &c. *infr.* 5. d. Ductus est populus meus in captiuitatem eo, quòd non ha-

A a Vnusquisque ad proximum suum] quem debet diligere, vt teipsum. *Leuit.* 19. d. b Tumultuabitur] i. sine causa, & ratione litigabit, & sine reuerentia ætatis, vnde sequitur. c Puer contra senem] ætate vel moribus. d Et ignobilis] genere, vel vita. e Contra notabilem] tumultuabitur. Ad literam enim, vt dicit *Iosephus*, in obsidione Romanorum Iudæi, qui venerant Ierusalem ad solemnitatem, non poterant exire: & inde erat tumultus

B adinuicem. Erant autem in tres partes diuisi obsessi, Alij tenebãt templum, & turres circumstãtes, quas ad munitionem templi construxerant: Alij medium vrbis tenebant: alij suburbia, vt pellipary, & huiusmodi vulgus.

a vnusquisque ad proximum suũ, b Tumultuabitur c puer contra senẽ, d & ignobilis e contra nobilem. f Apprehendet enim vir fratrem suum g domesticum patris sui, h & dicet, i Vestimentum tibi est, Princeps esto noster: k ruina autem hæc l sub manu tua. m Respondebit in n die illa o dicens: p Non sum medicus: q & in domo mea non r est panis, s neque vestimentum. t Nolite constituere me Principem populi. u Ruit † Ierusalem, & x Iudas concidit: quia y lingua eorum, & z adinuentiones eorum contra Dominum, vt a prouocarent oculos Maiestatis eius. b Agnitio vultus eorum respondebit eis, c & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderũt.

al. † enim.

f Apprehendet enim, &c.] Hic ostendit Isaias Iudæos electuros Principes per familiaritatem, & amorem priuatum. Et tangitur hic seditio, quæ fuit inter eos in Romana obsidione. Continua sic: Reuera tumultus erit [Apprehendet enim &c.] id est, familiarem, & cognatum suum. Et apprehendet, g Domesticum patris sui; id est, vernaculum, quem nutriuit pater suus in domo sua. h Et dicet] ei.

i Vestimentum tibi est] ideò [Princeps esto noster.] In hoc innuitur penuria vestitus, quasi dicat: Tu poteris nobis prouidere in vestibus: ideò esto Princeps noster. Et ita in electione Principis non communem, sed propriam volitatem quærebat quilibet. k Ruina autem hæc] id est, penuria. l Sub manu tua] sis, id est, sub defensione tua, quasi dicat, reuela hanc penuriam nostram. m Respondebit] electus in Principem. n In die illa] id est, in die electionis suæ. o Dicens] Electoribus suis. p Non sum Medicus] id est, non sufficio vestris mederi miseriis, nec possum iuuare. q Et in domo mea, &c.] id est, non possum succurrere vobis contra penuriam victus, & vestitus. t Nolite constituere, &c.] cùm non possim ei subuenire in suis necessitatibus. u Ruit Ierusalẽ.] Quarta pars primæ partis, in qua Propheta arguit eos de impudentia peccandi, & ponit præteritũ pro futuro more prophetico dicens [Ruit Ierusalẽ] i. fors, vel Tribus Beniamin, vel ipsa ciuitas Ierusalem per Romanos. x Et Iudas concidit] i. Tribus Iuda, vel prouincia. Et fuit causa huius ruinæ mors Christi, & Apostolorum, quamuis Romani quantum ad se pro negato tributo venerint in obsidionem. Et hoc est. y Quia lingua eorum] qua blasphemauerunt Dominum dicentes: Dæmonium habes. *Ioan.* 8. f. Vel quibus dixerunt: Crucifige, crucifige eum. *Luc.* 23. c. z Et adinuentiones eorum, &c.] mansuetum, & pium, id est, nouus cultus idolorum, vel falsæ prophetiæ, quas fingebant, vt dicitur *Ierem.* 23. Vel falsa testimonia contra ipsum, vt est illud *Mat.* 26. f. Hic dixit, possum destruere templum, &c. fuerunt supple. a Vt prouocarent oculos, &c.] id est, respectum misericordiæ conuerterent in iram ad puniendum eos. b Agnitio vultus, &c.] id est, cognoscent propter peccata sua hæc sibi contigisse, vel ante oculos mentis peccata sua semper habebunt, quæ accusabunt eos, & arguet eos conscientia, quia Christũ in carne videntes credere noluerunt. *Psal.* 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. c Et peccatum suum, &c.] i. inuerecundè, & publicè coram hominibus peccauerunt, polluti vitio Sodomitico. Vnde *Ier.* 23. c. In Prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterij. Hic dicit *Interlin.* Secunda post naufragium tabula est impietatem & peccatum abscondere. Sed contra. *Alia Glo.* quam quidam habent, dicit: Prima tabula post naufragium est innocentia: secunda est pœnitentia: Non ergo abscondere impietatem est secunda tabula. Item super illud *Ezech.* 16. f. Porta confusionem tuam, dicit *Glo.* Secunda tabula, cùm peccaueris, est erubescere. Non ergo abscondere peccatum. Item 1. *Ioan.* 1. d. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est Deus, vt remittat. Ibi *Gloss.* Prima spes salutis est cõfessio; sed abscõdere impietatem debemus ante confessionem: ergo abscõdere impietatem non est secunda tabula, imò prima. Solutio. Quod dicitur prima, vel secunda tabula, sũptum est a similitudine naufragantium, vbi naue fracta saluantur naufragi super tabulas nauis. Similiter in naufragio spirituali prima tabula educens à naufragio culpa originalis est innocentia Baptismalis: & respectu huius, pœnitentia continens

♥ tres suas partes

♥ buit scientiam. *Prou.* 28. b. Regnantibus impiis ruinæ hominum. Mysticè.

a Vnusquisque ad proximum suum, &c.] Planum est hoc in capitulis, & in electionibus, vbi inuidiæ, & contentiones, & Parum boni est, *Iacob* 3. d. Vbi est zelus, & contentio: ibi inconstantia, & omne opus malum. f Apprehendet enim vir fratrem suum.] Hoc frequenter accidit his temporibus in Ecclesia: Nam rarò quis eligitur in Prælatum, nisi ratione sanguinis, aut nobilitatis, aut diuitiarum, vt possit Ecclesiam ab hostibus corporalibus, & a debitis liberare: & de animabus, quæ sunt in Ecclesia, cura nulla est. Et ideò conqueritur Dominus per *Ierem.* 12. c. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eam in dissipationem, &c. *Iudic.* 9. a. dixit Abimelech, qui volebat fieri Rex: Considerate, quia os vestrum, & caro vestra sum. Et factus est Rex. Et quid accidit inde? Ipse enim occidit Sichimitas, qui fecerunt eum Regem: & ipse pariter occubuit. *Abac.* 2. c Væ, qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. p Non sum Medicus] animarum.

q Et in domo mea] id est, in mente mea.

r Non est panis] spiritualis doctrinæ.

s Neque vestimentum] virtutum.

t Nolite constituere me Principem populi,] Hoc modo deberet se excusare quilibet electus in Prælatum, siue ad curam pastoralem. Tria sunt necessaria Prælato, vita scilicet, scientia, & doctrina. Vita, vestimentum habet virtutum, & operum, De quibus dicitur *Eccl.* 9. b. Omni tempore sint vestimenta tua candida. *Apoc.* 16. c. Beatus, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Scientia, habet panem: De quo dicitur *Thren.* 4. a. Paruuli petierunt panem, &c. Doctrina, habet medicinam. Vnde *Ierem.* 8. g. Nunquid resina non est in Galaad, aut Medicus non est ibi? Quare ergo non est obducta cicatrix filiæ populi mei? Dicat igitur Electus, & respondeat veritatem.

p Non sum Medicus] non habeo artem medicãdi infirmis, id est, doctrinam. *Luc.* 4. d. Medicè, cura teipsum.

q Et in domo mea, &c.] id est, in corde meo non est scientia, quæ sufficiat ad pascendum. *Leuit.* 24. a. Accipies similã, id est, puram, & meram scientiam, & coques ex ea, igne zeli, & charitatis, duodecim panes, Apostolicam doctrinam, qui singuli habebunt duas decimas.

s Neque vestimentum] virtutum, & operum, quasi dicat: deest mihi scientia, vita, doctrina. Ergo.

t Nolite me constituere, &c.] Hinc est, quòd *Ierem.* 1. b. cùm mitteretur ad prædicandum excusando se propter defectum horum trium, dixit: A, a, a, Domine Deus, &c. Hæc tria tangit *Ecclesiast.* 27. b. Homo sanctus in sapientia manet, vt Sol, qui clarus est, & fulgidus, & calidus; sic Prælatus debet esse clarus per scientiam, fulgidus per doctrinam, calidus per bonam vitam. Et tunc est bonus Pastor, de quo dicit Dominus *Ier.* 3. e. Dabo vobis Pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina. Hic dicit *Gloss. Ierem.* Non statim iudicio multitudinis acquiescamus, sed electi ad principatum, mensuram nostram, id est, vires, & virtutes nostras nouerimus: quia Deus superbis resistit; humilibus autem dat gratiam. *Iac.* 4. b. Multi esurientes, & nudi, cùm nec spirituales cibos, nec Christi tunicam, id est, Sapientiam, & virtutem habeant, aliis vestimenta promittunt, & alimoniam, & vlcerosi se esse Medicos iactant, non timentes quod dicitur: Ne quæras Iudex fieri, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. *Eccl.* 7. a.

u Ruit Ierusalem, & Iudas concidit,] id est, periit contemplatio pacis, & cessauit confessio laudis.

y Quia lingua eorum, &c.] id est, locutiones, & leges, & causæ religiosorum contra Deum: quia propter hoc periit quies contemplationis, & veritas confessionis. Vnde *Psal.* 11. in persona Ecclesiæ. Saluum me fac, Domine, quoniam defecit Sanctus, &c.

b Agnitio

a suas partes est secunda tabula educens à naufragio peccati actualis. Hæc iterum tabula tres partes habet: Contritionem, Confessionem, Satisfactionem. In contritione est dolor, in Confessione pudor, in Satisfactione labor & hæc tria vna tabula sunt, & quodlibet per se quandoque dicitur tabula.

a Væ *b* animæ eorum, quoniam *c* reddita sunt eis mala. *d* Dicite Iusto, *e* quoniam bene, quoniam *f* fructum adinuentionum suarum comedet. Væ *g* impio in malum. *h* Retributio enim manuum eius fiet ei. *i* Populum meũ *k* exactores sui *l* spoliauerunt: *m* & mulieres *n* dominatæ eis. *o* Populus meus qui beatum te dicunt, ipsi *p* te decipiunt, *q* & viam gressuum tuorum dissipant. *r* Stat ad iudicandum Dominus *s* & stat ad iudicãdos populos, *t* Dominus ad iudicium veniet cum *u* senibus populi sui, *x* & Principibus eius.

Per hoc patet solutio: Nam innocentia, id est, Baptismus, prima
C tabula est simplicitati: Pœnitentia est secunda, cuius pars est cõfessio vbi est erubescentia: Et ita cum dicitur: Erubescere, est secũda tabula, id est, confessio erubescẽs. Similiter per tres partes pœnitentiæ absconditur peccatum, ne videatur à Deo ad puniendum: Et ita cùm dicitur: Abscondere impietatem est secunda tabula, idem est, ac si diceretur, pœnitentia est secunda tabula, Ergo, cùm hæc faciant.

a Væ] id est, æterna damnatio, est.

b Animæ eorum non solùm corpori.

c Quoniam reddita sunt eis mala] sua, id est, pœna pro peccatis eorum reddita est eis iam in præscientia Dei, quæ non fallitur. Vel præteritum ponitur pro futuro more prophetico. *d* Dicite Iusto.] Vox est Prophetæ ad Lectores, quasi dicat, merito suo punientur Iudæi Ergo ô vos Lectores [Dicite Iusto, id est, Christo, cui omne iudicium datum est *Ioan.* 5. g.

e Quoniam bene] iudicauit Iudæos. Vel. *d* Dicite Iusto, quoniam bene] id est, laudate Christum de iusto iudicio Iudæorum Dicite impio.

f Quoniam fructum, &c.] id est, mercedem peccatorum suorum recipiet impius. *Gal.* 6. b. Quæ seminauerit homo, hæc & metet. *Prou.* 1. d. Comedent fructum viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur. *Psal.* 27. Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum. *Septuaginta.* Væ animæ eorum, quoniam cogitauerunt consilium pessimum contra semetipsos, dicentes: Alligemus Iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris. *Sap.* 2. c. Et reuera comedet impius fructum adinuentionum suarum, quia.

g Væ impio in malum] id est, in æternum duraturum in pœnis. *h* Retributio enim, &c.] à Domino, qui reddet vnicuique iuxta opera sua. Vel sic potest legi litera.

d Dicite Iusto] si quis est, inter Iudæos. *e* Quoniam bene] erit ei, quando alij damnabuntur. *f* Quoniam fructum, &c.] id est, mercedem pro laboribus suis recipiet. Et postea sequitur] Væ impio, &c.] *i* Populum meum, &c.] Quinta pars, vbi agit Propheta de Scribarum, & Pharisæorum auaritia, quâ populum spoliabant, & de adulatoribus eius. Dicit ergo [Populum meum] quem specialiter mihi adoptaui. *k* Exactores sui] non Doctores, vel Rectores, sed Scribæ, & Pharisæi.

l Spoliauerunt] exigentes primitias, & decimas nimis auarè. Et nota, quòd exactio solet dici rei alienæ violenta, & importuna extorsio. Hic autem secundum *Ieron.* dicitur exactio primitiarum, & decimarum, & aliorum beneficiorũ Ecclesiasticorum acceptio sine remuneratione spirituali. Sicut enim subditi Prælatis debent carnalia; ita Prælati subditis spiritualia debent. Vnde 2. *Thess.* 3. b. Neq; panẽ gratis mãducauimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione nocte, & die laborãtes, ne quẽquã vestrũ grauaremus. Et postea subdit: Cùm essemus apud vos, denunciabamus vobis: quoniam si quis non vult operari, non manducet. Item *Deut.* 25. a. Non alligabis os bouis triturantis in ârea fruges tuas. Ergo si non triturat in area, id est, si non docet, & prædicat in ipsa Ecclesia, non percipiat fructus eius. Item 1. *Cor.* 9. b. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Ergo si non seminauimus, metere non debemus. Item *in eod.* Qui altari deseruiunt, cum altari participantur. Ergo qui non deseruiunt, non debent participare. Item *Genes.* 3. d. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, non alieno. Item *Prou. vlt.* d. dicitur de forti muliere: Panem otiosa non comedit. Igitur Prælati, & Clerici, participantes ecclesiastica beneficia, si non docent, & prædicant in ipsa Ecclesia, exactores sunt, & spoliatores, & viliores muliere. Vnde *Mich.* 3. a. Audite principes Iacob, & Duces domus Israel, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos. *Ezech.* 34. a. Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Loquitur autem hic Isaias in persona Domini, cùm prius loqueretur in persona sua. Sequitur. *m* Et mulieres] id est, effæminatæ sunt eis.] Vel.

m Mulieres] id est vxores eorum. *n* Dominatæ sunt eis] habentes principatum. Vnde *Porphyrius hæreticus* dicebat, quòd mulier poterat ordinari in Diaconissam, & legere Euangelium in Ecclesia, & administrare quædam ecclesiastica Sacramenta, & prædicare, & posse habere curam, & dominari in Clero; & Abbatissam habere potestatem supe. Sacerdotes, cùm tamen dicat *Apost.* Mulieres in Ecclesia taceant 1. *Cor.* 14. g. Popule meus] quasi dicat, exactores, ita te spoliant, palpantes vitia, cùm deberent corrigere, sed ne credas eis: quia populus meus es. Et hoc est [Popule meus, qui beatum te dicunt] adulantes tibi, vt aliquid accipiant.

p Ipsi te decipiũt] blãdis verbis promittentes veniã peccatorum propter largam oblationem. De quibus dicitur *Ierem.* 6. d. & 8. d. Curabãt contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes: Pax, pax, cùm non esset pax. *q* Et viam gressuum tuorum dissipant)] id est, rectitudinem operum tuorum malè laudando peruertunt. Vnde *Eccl.* 11. d. Ne laudes hominem in vita sua, id est, dum viuit, ne per placentiam laudis amittat fructum laboris. *r* Stat ad iudicandum, &c] Secunda pars capituli, in qua agit Propheta de præsenti iudicio atque futuro; vt sic saltem Iudæos deterreat à peccato. Dicit ergo: [Stat ad iudicandum Dominus] quasi iratus, & paratus reddere vnicuique iuxta opera sua; & paratus iuuare pugnantes. Vnde & Stephanus vidit eum stantem. *Act.* 7. g. Nec dicit, sedet Dominus quasi iam iudicans in præsenti, sed stat ad iudicandum; adhuc pœnitentiæ locum, & spatium pœnitendi reseruans. Vel. (Stat ad iudicandum Dominus) id est, ad puniendum Iudæos per Chaldæos, & Romanos, quasi dicat, iam in proximo est, vt fiat. De vtroque enim iudicio legitur, & vtrumque ad sensum historiæ pertinet.

s Et stat ad iudicandos populos discernens merita singulorum, & exhortans ad pugnandum, quia stare pugnantium est, Sed ne crederet aliquis, quòd semper staturus sit Dominus, & nunquam in iudicio sessurus: Ideò subdit.

t Dominus ad iudicium veniet] non solus, sed cum magno, & honesto comitatu. *u* Cum senibus populi sui) id est, cum Patriarchis, & Prophetis. Vnde *Prou. vlt.* c. Nobilis in portis vir eius quando sederit cum senatoribus terræ.

x Et principibus eius) id est, Apostolis. De quibus dicitur. Cõstitues eos Principes super omnẽ terrã. Nec solũ Prophetæ, Patriarchæ, & Apostoli cũ eo sedebũt in iudicio, sed omnes, qui pro Christo mũdũ reliquerũt. *Matt.* 19. d. Amẽ dico vobis,

● Agnitio vultus eorum respõdebit eis, conscientiæ vermis mordebit eos. Vnde *Ierem.* 2. d. Arguet te malitia tua: & auersio tua increpabit te. *Osee* 5. b. Respõdebit arrogantia in facie eius. *Naum.* 3. b. Reuelabo pudenda tua in facie tua. *Sap.* 4. d. Venient in agnitione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates illorum. *Mysticè.*

i Populum meum exactores sui spoliauerunt] id est, Prælati, qui deberent esse populi protectores, & nutritores, facti sunt exactores, & raptores. *Ezech.* 34. b. Facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset Pastor; neque enim quæsierunt Pastores gregem meum; sed pascebant Pastores semetipsos; & gregem meum non pascebant.

o Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te deciplunt.] Hoc contra Confessores, & Prædicatores vitia palpantes, & attenuantes, *infrà* 9. c. Et erunt, qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati. *Prouerb.* 24. c. Qui dicunt impio: iustus es, maledicent eis populi, & detestabuntur eos Tribus; qui autem arguunt eum, laudabuntur, & super eos veniet benedictio. Item *Prouerb.* 29. a. Homo, qui blandis, fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit pedibus eius. *r* Stat ad iudicandum Dominus, & stat, &c.] bonos, & malos, hos saluans, illos damnans. Frequenter fit mẽtio de die iudicij in sacra Scriptura

A dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, &c. *a* Vos enim.] Vox Domini, vel Prophetæ in persona Domini comminantis se venturum ad iudicium principaliter contra Scribas, & Pharisæos, qui populum spoliauerunt, q. d. Cito veniam contra vos, ô Scribæ & Pharisæi ad iudicium.

a Vos enim depasti estis vineã meam, i. domum Israel, violenter decimas & primitias exigendo, dicit *Gloss Ier.* Ex quo videtur, quòd omnes violenter exigentes

Al. † affligitis.

Al. † confunditis

D decimas, sint exactores. Resp. Scribæ & Pharisæi erant de Simeon: Solis autem Leuitis debebantur decimæ, & ideò exactores vocantur, & raptores existentes, quod non erat suum. Vnde sequitur. *b* Et rapina pauperis, censu, vel spiritu, qui non poterat soluere, nec se defendere.

a Vos enim depasti estis vineam meam, & *b* rapina pauperis in *c* domo vestra. *d* Quare † atteritis *e* populum meum, & *f* facies pauperum † *g* commolitis, dicit Dominus *h* exercituum? Et dixit Dominus *i* Deus: *k* Pro eo, quod eleuatæ sunt filiæ *l* Siõ, *m* & ambulauerunt extẽto *n* collo, *o* & nutibus oculorũ ibant, *p* & plaudebant, *q* ambulabant pedibus suis, & *r* composito gradu *s* incedebant, *t* decaluabit Dominus *u* verticem filiarum Sion, *x* & Dominus crinem earum nudabit: In *y* die illa *z* auferet Dominus *a* ornamentum calceamẽtorum, & *b* lunulas, & *c* torques

c In domo vestra est. *Amos.* 3. c. Nescierunt facere rectum, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinam in ædibus suis. *Iere.* 12. c. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcauerunt partem meam. Et *Iere.* 2. g. In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum. Vna ala Prælati est potentia ad defendendum subditos; altera est opulentia ad succurrendum. At ipsi per primam opprimunt; per secundam superbiunt, & luxuriantur. Prælati siquidem, si subditi egent, non solùm remittere sibi sua debita tenentur; sed etiam necessaria prouidere. Propter hoc enim, dictum est ter Petro; Pasce agnos meos, id est, pasce verbo, pasce exemplo, pasce temporali subsidio. *d* Quare atteritis] vel (affligitis) ô Principes. *e* Populum meum] i. mihi seruientem, duris exactionibus. *f* Et facies pauperum] id est, orphanorum, & viduarum.

g Commolitis] i. fame attenuatis, auferendo sua. *Mich.* 3. a. Comederunt carnem populi mei, & pellem desuper excoriauerunt & ossa eorum confregerunt, & conciderunt, sicut in lebete. Septuaginta dicunt pro commolitis confunditis. Et dicit hic *Ier.* Nostri quoque Principes cùm pauperes delinquentes publicè arguant, & confundant, diuitibus peiora peccantibus nec mutum faciunt. In quorum domibus rapina pauperum est, dum Ecclesiæ opes sibi thesaurizant, & in delitiis abutuntur, quæ ad sustentationem pauperum dantur sibi, reseruant, vel propinquis distribuunt, & aliorum inopiam suas, vel suorum diuitias faciunt. Ecce secundum *Ier.* vir Ecclesiasticus, nec seruire aliquid potest de patrimonio Crucifixi præter necessaria, nec parentibus dare, nisi vt cœteris pauperibus, quod si facit, rapina pauperis in domo sua est. Vnde super illud *Matth.* 28. c. Dederunt pecuniam militibus, dicit *Gloss Iero.* Qui rebus Ecclesiæ abutuntur, in aliis rebus & suam explent voluntatem, similes sunt Scribarum, & Pharisæorum, & Sacerdotum redimentium mendacium, & ementium sanguinem Saluatoris. *h* Dicit Dominus exercituũ] i. angelicarum virtutum, quem timere debetis, quia habet potestatem, quando voluerit vindicare. *i* Et dixit Dominus Deus] Verba sunt Prophetæ arguentis mulieres de superfluis ornamentis, quæ ex petulantia faciebant, quæ ab hostibus diripienda minatur. Et merito, quia propter illa habenda, viri bona pauperum diripiebant. Metaphoricè autem per istas mulieres, ciuitates intelliguntur, oppida Iudææ pulchra, & bene munita, quæ destruenda prædixit Propheta. Et nihilominus contra mulieres loquitur Isaias. Et hoc est. Et dixit Dominus Deus] quia omnia scit & potest. *k* Pro eo quòd eleuatæ sunt] in superbiam. *l* Filiæ Sion] i. minores ciuitates, & vici, & opppida, quæ in libro *Iosue* 15. filiæ nominantur. Vel, (Filiæ Sion) i. vxores Scribarum, & Pharisæorum, & cæteræ mulieres, ob quarum delitias, & luxum viri earum pauperes expoliabant. *m* Et ambulauerunt] de vico in vicum. *n* Extento collo in quo notatur superbia, *Iob.* 15. e. Cucurrit aduersus Deum extento collo. *o* Et nutibus oculorum ibant circumspiciendo iuuenes per plateas, quod signum est lasciuiæ, & luxuriæ, *Ezech.* 6. c. Contriui cor eorum fornicans, & oculos eorum fornicantes. *Num.* 15. d. Loquere filiis Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per quatuor angulos palliorum ponentes in eis vittas hiacynthinas, quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes. *Eccl.* 26. b. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur 2. *Pet.* 2. c. Oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti, pellicientes animas instabiles. *p* Et plaudebant] manibus ludendo. *q* Et ambulabant pedibus suis) tripudiando, & impingendo; vt etiam incessu suo videntes allicerent ad peccatum. *r* Et composito gradu id est, ornatæ rapina pauperum. *s* Incedebant. *Prou.* 6. b. Vir inutilis graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Propter [hoc ergo. *t* Decaluabit Dominus] cui non potest contradici. *u* Verticem filiarum Sion vt pro ornatu sit ignominia caluitij. Turpe est enim mulierem habere caluitium. Vnde 1. *Cor.* 11. a. Si turpe est mulieri tonderi, vel decaluari, velet caput suum. *x* Et Dominus crinem earum nudabit.] *Iere.* 48. f. Omne caput caluitium, & omnis barba rasa erit in cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium. In primo notatur amissio omnium desiderabilium, in secundo asperitas pœnarum, in tertio impotentia bene operandi. *Amos* 8. c Inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput vestrum caluitium. *Mich.* 1. d Decaluare, & tondere super filios deliciarum tuarum, dilata caluitium tuum sicut Aquila. Ita dicitur Clerico, qui paruam coronam habet. Vnde *infr.* 28. a. Væ coronæ superbiæ. Alia litera habet [Et Dominus crinem eorũ denudabit per pœnam inflictam à Chaldæis, vel Romanis, vel in die iudicij reuelabit quando Dominus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. 1. *Cor.* 4. a. Et *Matth.* 10. c. Nihil opertum; quod non reueletur, &c. *y* In die illa) Romanæ, vel Babylonicæ desolationis. *z* Auferet Dominus ornamentũ calceamẽtorũ] quæ erant picturata. Et congruè incipit ab ornatu pedum vt commodiùs respondeat ei, quod *sup.* dixerat (Ambulauerunt extento collo.) Qui enim sic ambulat, non respicit ad pedes suos: & ideo sæpe offendens pedibus multa calceamenta terit

b Et lunulas) expositio est; i. calceamenta lunulis picturata, vel fenestrata, vel est nomen ornamẽti facti ad modũ Lunæ corniculatæ, quod deferebant mulieres in capite. *c* Et torques] i. ornamenta colli vsque ad pectus dependentia. Et monilia.

a ad reprimendam superbiam præsumptorũ. Vnde *Leuit.* 1. d. iustũ est, vt Sacerdos vesicula gutturis auis immolatæ & plumas proiiceret prope altare ad orientalem plagã. Per altare intelligitur mens humana, per plagam orientalem dies iudicij, per vesiculam gutturis accipitur superbia de doctrina, per plumas vanitas laudis ex bona conuersatione nata. Ad oriẽtalẽ igitur plagam altaris vesicula, & pluma proiicitur, cum superbia & vanitas per cõsiderationem iudicij in mente refrenatur. *a* Vos enim depasti, &c.] i. Hoc dicitur Prælatis rapacibus, & auaris, qui non curãtes animas bursas euacuãt subditorum, & plus diligũt bursã vnã, quã mille animas. De quibus dicitur *Osea* 5. a. Audite hoc Sacerdotes, quia vobis iudiciũ est, quoniã laqueus facti estis speculationi. *Prou.* 21. a. Rapinæ impiorũ detrahent eos, quia noluerunt facere iudiciũ. *d* Quare atteritis, &c,] ô Principes, *f* Et facies pauperũ, &c] ô Prælati Principes, populũ Dei atterũt, sed Prælati facies eorũ cõmoliunt quia quod principes per violentiã non accipiunt, Prælati per calũniã rapiunt. *Amos* 8. a. Audite hoc, qui cõteritis pauperẽ, & deficere facitis egenos terræ: Principes sũt quasi leones, qui vi rapiũt; sed Prælati sũt quasi leonũ catuli qui dentibus deterent. *Ioel.* 1. b. Gens ascendet super terram meam fortis, & innumerabilis, dẽtes eius, vt dentes leonis & molares eius, vt catuli leonis. *y* In die illa] quæ iã est. *z* Auferet Dñs] à Iuda, & Ierusalẽ, i. à laicis, & Clericis: à sæcularibus, & claustralibus. *a* Ornamẽta calceamentorũ] i. exempla Sanctorum, quæ in solitudine non sũt attrita. *Deut.* 29. a. Quibus calceari iubentur, qui comesturi sũt carnes Agni. *Exod* 12. b. Quibus & calceãtur Prædicatores. *Eph. vlt.* c. Calceati pedes in præparationẽ Euangelij pacis. Vnde *Cant.* 7. a. Quam pulchri sũt gressus tui in calceamẽtis, filia Principis, Tunc pulchri sũt gressus DD. quando quod docet verbo, mõstrat exemplo. *b* Et lunulas] i. bona naturalia, quæ nõ à se, sed à Sole iustitiæ lumen habet Luna quantò propinquior est soli, tantò minor apparet: & mens humana quãtò propinquior est soli, tanto minor est suo iudicio. *Eccl.* 43. a. Luminare, quod minuitur in consummatione mensis, secundum nomẽ eius est crescens mirabiliter in consummatione. *c* Et torques] qui sunt ornamentum colli, i. bonam doctrinam, & fortẽ. Mystice.

Iob. 39. c.

Atia. *a* Et monilia.] *Gloss.* id est, quælibet ornamenta. Hoc enim erat antiquitus nomen generale muliebrium ornamentorum, sic dicta quia ornamenta mulierum adinuenta sunt ad aliquid monendum, v. g. Ornamentum capitis monet verecundiam, ornamentum pectoris castimoniam, & sic de alijs. Nunc autem monile restringitur ad ornamentum pectoris: quod firmaculum appellatur, quia monet castitatem. *b* Et armillas] ornamenta brachiorum, ab armo sic dicta, vel armis secundum *Isid.* ornamenta, scil. data ob victoriã in armis factam. *c* Et mitras] ornamenta capitis. *d* Et discriminalia] pectines ad discriminandum crines, vel capillos.

Al. † perichelides.

& *a* monilia, & *b* armillas, *c* & mitras, & *d* discriminalia, & † *e* perichelidas, & *f* murenulas, & *g* olfactoriola; & *h* inaures, & *i* annulos *k* & gemmas in fronte pendentes, & *l* mutatoria, & *m* palliola, & *n* linteamina, & *o* acus, & *p* specula, & *q* syndones, & *r* vittas, & *s* theristra. Et *t* erit pro suaui odore *u* fœtor, & pro *x* zona *y* funiculus, & pro *z* crispanti crine *a* caluitiũ, & pro *b* fascia pectorali *c* ciliciũ. *d* Pulcherrimi quoq; viri tui *e* gladio *f* cadẽt, & *g* fortes tui in *h* prælio. Et *i* mœrebũt *k* atq; lugebũt *l* portæ eius, & *m* desolata in *n* terra sedebit.

e Et perichelidas] i. ornamenta in extremitatibus vestimentorum, sicut modò fit in Dalmaticis & capis sericis, a peri quod est, circum, & chelon, quod est, membrum, quasi ornamenta dependentia vsque ad talos. Vnde dicit *Gloss.* Perichelidas talorum armillis similes. *f* Et murenulas] i. ornamenta colli, quæ auro & argento texuntur. Sunt autem quædam catenæ virgulis aureis & argenteis vermiculatæ, de quibus dicitur *Cant.* 1. c. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. *g* Et olfactoriola, i. vasa modica, in quibus muscum & alia odoramenta ferebant in Sinu, vt odore suaui allicerent accedentes ad se, & fœtorem non sentirent ex calore & sudore nascentem.

h Et inaures] ornamenta aurium. *i* Et annulos] ornamenta digitorum. *k* Et gemmas, &c.] quæ dabantur egregiis mulieribus ad decorem capitis, sicut in fronte equorum dependet aliquid tale ad decorem. *l* Et mutatoria] diuersa vestimentorum genera. *m* Et palliola] quibus humeri teguntur & pectus. *n* Et linteamina] Lectorum, vel camisias nimis delicatas & tenues. Et acus] aureas, vel argenteas ad tenendum peplum. *p* Et specula] ad videndum facies. *q* Et syndones] subtilia velamina, quæ circa collum & super caput portant nobiles mulieres. *r* Et vittas] pepla. *s* Et theristra] i. vestes muliebres tenuissimas & visui peruias, æstati idoneas, & inde nominatur; theros enim æstas dicitur. *t* Et erit pro suaui odore] vnguentorum. *u* Fœtor] sudorum, vel stercorum. *x* Et pro zona] aurea, vel serica. *y* Funiculus] restium. *z* Et pro crispanti] i. pro torto & reflexo crine. *a* Caluitium] capitis deturpatio. *b* Et pro fascia pectorali] qua vbera castigantur, ne exuberent. *c* Cilicium] vel saccus. Ad literam hæc omnia ornamenta diripienda a Chaldæis, vel Romanis prædixit *Isa.* Vel metaphoricè per mulieres intelligit ciuitates, & oppida & munitiones earum intelligit ornamenta, quæ penitùs amiserunt Iudæi. *d* Pulcherrimi quoque viri tui] ô Ierusalem, & iuuenes fortes & nobiles. *e* Gladio] Romanorum, vel Chaldæorum. *f* Cadent] occisi. *g* Et fortes tui] id est, bellatores & defensores tui. *h* In prælio] cadent. *Ierem.* 11. d. Iuuenes morientur in gladio. *Amos.* 4. c. Percussi in gladio iuuenes vestros vsque ad captiuitatem equorum vestrorum. *i* Et mœrebunt] exteriùs. *k* Atque lugebunt] interiùs. *l* Portæ eius] id est, Sacerdotes & Iudices & Principes, qui sedebant in portis ad iudicia decernenda, secundum præceptum Moysi. *Deut.* 16. d. *m* Et desolata] vrbs penitùs euersa, electa. *n* In terra sedebit.] *Ierem.* 14. a. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt.

Mysticè. ⊕ *Iob.* 39. c. Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum, id est, Prædicationem. Hinnitus collo circundatur, quando Prædicator sua prædicatione ornatur. *Prou.* 1. a. Audi fili mi, disciplinam patris tui, id est, Christi: & ne dimittas legem matris tuæ, id est, Ecclesiæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.

a Et monilia] quæ pectus abscondunt, & vtramque partem tunicæ contingunt, castitatem & concordiam Prælatorum & Prædicatorum significant. *Cant.* 7. a. Iunctura femorum tuorum sicut monilia, quæ fabricata sunt manu Artificis, id est, Christi, qui solus castimoniam & concordiam Prælatorum operatur. *b* Et armillas] ornamenta brachiorum, id est, bona opera, quas Eliezer, id est, Christus dedit Rebeccæ, id est, Ecclesiæ in sponsalibus, *Gen.* 24. c. Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quasi brachiale est in brachio dextro, *Eccl.* 21. d.

c Et mitras] id est, timorem mortis, & timorem Iudicis, qui capillos, id est, cogitationes, & affectiones mentis astringit. *d* Et discriminalia] id est, discretionem, siue prudentiam, quæ decernit cogitationes, & affectiones mentis. *e* Et perichelidas] ornamenta talorum, id est, perseuerentia vsque ad finem. Quæ rectè dicuntur esse similes armillis, quia finis debet respõdere principio, quod est offerre caput & caudam in sacrificio Domini, hoc significat tunica talaris Ioseph. *f* Et murenulas] id est, Sapientiam & eloquentiam propter mixturam auri & argenti. *g* Et olfactoriola] id est, bonam famam: Iuxta illud Apostoli: Prouidentes bona non tantùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. *h* Et inaures] id est, obedientiam in prosperis & aduersis. *Prou.* 25. b. Inauris aurea & margarita fulgens, qui arguit aurem obedientem. *i* Et annulos] id est, fidem perfectam. Vnde Iudas, Thamar, id est, Christus animæ pœnitẽti pro arrabone dedit annulum fidei, & baculũ discretionis, & armillam bonæ operationis: Et filius prodigus cũ stola recepit annulũ & calceamenta. *Luc.* 15. c. *k* Et gemmas, &c.] id est, spem & patientiã. *Prou.* 17. b. Gemma gratissima expectatio præstolantis. *l* Et mutatoria] varietatem virtutum, vel operum, siue profectum de virtute in virtutem, vt dicit *Glos.* qui significatur per hoc, quòd Ezechiel nunc in domũ, nunc in agrum ducitur: & Moyses nunc in tabernaculum, nunc extra: & Sponsa nunc in agrum, nunc in lectum: Sic Prælatus nunc in lecto contemplationis quiescere debet, nunc in agro actionis laborare debet. Sic Iacob nunc ad Liã, nunc ad Rachel intrabat. *m* Et palliola] exemplum sanctæ conuersationis, quod Elias ascẽdẽs reliquit Eliszo. 4. *Reg.* 2. c. *n* Et linteamina] latas delitias contemplationis. *o* Et acus] memoriam duplicis aduẽtus Christi. Acus enim in capite perforatur, & in cauda perforat: Et Christus in primo aduentu perforatus fuit in Cruce, in secũdo perforabit. In primo hominis glutinũ amoris, in secundo aculeum timoris. *p* Et specula] id est, consideratione propriæ fragilitatis & proximi. *Iob.* 5. d. Visitans speciẽ tuam non peccabis. Vnde in introitu tabernaculi factum est labium de speculis mulierum: *Exod.* 38. a. *q* Et syndones] id est, cordis & corporis munditiã, quæ labore magno acquiritur. *Prou. vlt.* c. Syndonẽ fecit mulier fortis & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.

r Et vittas] id est, verecundiam. *s* Et theristra] id est, carnis mortificationem. Vnde *Gen.* 24 g. *secundum Lxx* Rebecca viso Isaac operuit se theristro, quia per carnis mortificationem operienda sunt peccata. Et Thamar assumpsit theristrum mutato habitu, vt posset dormire cum Iuda: *Gen.* 38. c. Ecce viginti vnum ornamenta fœminarum, vel Ciuitatũ, vel Ecclesiarũ, vel animarũ, quæ omnia per peccatũ auferũtur. *Eze.* 16. b. Vnxi te oleo, & vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho. & cinxi te bysso, & indui te subtilibus, i. theristro, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro & argento, & vestita es bysso & polymito & multis coloribus: Simillam & mel & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis, & profecisti in regnum, & egressum est nomen tuum, in Gentes propter speciem tuam, quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te: & habens fiduciam in pulchritudine sua, fornicata es in nomine tuo. *t* Et erit pro suaui odore] virtutum. *u* Fœtor] vitiorum. *x* Et pro zona] veritatis.

y Funiculus] mendacij. *Iob.* 12. d. Baltheum Regum dissoluet, & præcinget fune renes eorum. *z* Et pro crispanti crine] sanctarum cogitationum. *a* Caluitium] id est, deturpatio mentis. Vel. *z* Pro crispanti crine caluitium] id est pro virtute vitium. *b* Et pro fascia pectorali] id est, pro castitate amissa.

c Cilicium] i. pœnitentiæ luctus *d* Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent] *Ezech.* 33. c. Iustitia Iusti non liberabit eum.

Rom. 12. d.

EXPOSITIO CAP. IV.

ET apprehẽdent septẽ mulieres virũ vnum, &c.] Quartum cap. est, in quo Propheta primò describit statum Iudeæ, post captiuitatẽ Babylonicã, dicẽs, quòd captiuatis decẽ Tribub' & duabus, tãta fuit paucitas virorũ, & multitudo mulierũ, quòd septẽ mulieres rogabãt virũ vnũ, vt

essent eius. Et bene potuit ita esse; quia mulieres non sic ducuntur in captiuitatem: nec occiduntur in prælio, sicut viri. Diuiditur autem hoc cap. in tres partes. In prima ostendit paucissimos viros in Iudæa remansisse post captiuitatem. In secunda ostendit fidem Christi per orbem disseminadã post excidium ciuitatis.

CAP. IV.

A

ET *a* apprehendent *b* septē mulieres *c* virum vnum in *d* die illa *e* dicentes: *f* Panem nostrum comedemus, & *g* vestimentis nostris operiemur; *h* tantummodo inuocetur nomen tuum super nos: *i* aufer opprobrium nostrum. In *k* die illa *l* erit germen Dñi in *m* magnificentia & gloria & *n* fructus terræ *o* sublimis: & *p* exultatio his, qui saluati fuerint de Israel. Et *q* erit omnis, qui relictus fuerit in *r* Sion: & *s* residuus in Ierusalem *t* sanctus vocabitur *u* omnis, qui scriptus est in vita, in *x* Ierusalem: Si *y* abluerit Dominus *z* sordes *a* filiarum Sion, & *b* sanguinem *c* Ierusalem *d* lauerit de *e* medio eius,

Et ad literam agit de illis, qui redierunt de captiuitate Babylonica ex quibus quasi ex germine multiplicatum est genus Iudæorum, *ibi*: [In die illa erit, &c.] In tertia agit de ablutione Baptismi & refrigerio, ac securitate poenitentiæ, *ibi*: Si abluerit Dominus, &c.] Dicit ergo: Ita cadet gladio pulcherrimi viri tui, ô Iuda, & Ierusalem, & sedebit

B ciuitas in terra desolata. *a* Et apprehendent] id est, firmiter ad se capient. *b* Septem mulieres virum] qui remanserint a captiuitate. *d* In die illa] post captiuitatem Babylonicam, cum mensurata fuerit altitudo virorum. *e* Dicentes] illi. *f* Panē nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, &c.] i. dicemur vxores tuæ.

i Aufer opprobrium nostrum] i. opprobrium sterilitatis, alia litera, q.d. nihil requirimus à te nec victum, nec vestimentum tuum, nisi quod auferas à nobis opprobrium sterilitatis.

k In die illa, &c.] Secunda pars de fide Christi disseminanda per orbem, post destructionem Ierusalem factam per Romanos. Vel agit ad literam de reliquiis, quæ redierunt de captiuitate Babylonica, in Iudæam. [In die illa] post egressum de Babylonia. *l* Erit germen Domini] i. pauci, qui redierunt de captiuitate Babylonica, ex quibus quasi ex semine multiplicati sunt Iudæi sub Esdra & Neemia & Zorobabel. *m* In magnificentia.] Hoc fuit tempore Machabæorum: quia tunc fuerunt tantæ potentiæ ac nobilitatis, quod etiam Romani voluerũt habere fœdus cũ eis, & amicitiã. *n* Et gloria propter victorias hostiũ, quas frequēter faciebãt & miracula, quæ propter eos faciebat Dñs. *o* Et fructus terræ sublimis] id est, genus Iudæorum erit sublime post reditum de Babylonia. *p* Et exultatio his, &c.] id est, qui redierint de captiuitate. *q* Et erit omnis, &c.] i. qui non fuerit ductus in captiuitatem, vel redierit.

t Sanctus vocabitur] respectu aliarum Gentium, propter cultum vnius Dei. *u* Omnis, qui scriptus, &c.] id est, omnis, cuius generatio & vitæ processio scripta est in annalibus Iudæorũ, secundum quod legitur 1. *Esd.* 2. d. de quibusdam, qui vsurpabant sibi officium Sacerdotum & non potuerunt inuenire genealogiam suam & ideò eiecti sunt à Sacerdotio. *y* Si abluerit, &c.] Tertia pars in qua agit de ablutione Baptismi, vel de correctione Iudæorum ad literam per captiuitatē Babylonicam. Correcti enim & emēdati redierunt de Babylonia. Quia igitur simpliciter dixerat: Exultatio erit his, qui saluati fuerint de Israel, addit cōditionē, si correcti fuerint priùs, & flagellati à Dño. Et hoc est. [Si abluerit Dñs] aqua tribulationis. *z* Sordes] i. vitia & peccata. *a* Filiarũ Sion] i. ciuitatum Iudæ. Vel Iudæos vocat filias Sion, propter mollitiem animi & carnalitatem eorum. *b* Et sanguinem] i. peccatum vel homicidia. *c* Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij,

h & spiritu ar-

Mysticè. Mysticè. *a* Et apprehendent septem mulieres) id est, septem dona Spiritus S. vel vniuersitas virtutum, vel vniuersitas tribulationum. *c* Virum vnum] i. Christum. De quo *Zach.* 6. c. dicitur: Ecce vir oriens nomen eius. Et *Ps.* 13. Non est qui faciat bonũ, nō est vsq; ad vnũ, 2. *Cor.* 11. a. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. *d* In die illa] i. in die conceptionis suæ; quia nullum alium inuenerunt, in quo quiescerent. Vnde *Ioan.* 1. e. Super quem videris Spiritum descendentem & manentē: ipse est, qui baptizat in Spiritu S. In omnibus aliis hospitium tribulationis; sed in Christo solo mansionem quietis. Fuit enim spiritus in Prophetis & in aliis Iustis; sed quia homines erant, & ideò peccatores, in eis fuit, sed non mansit. Quiescit enim Spiritus S. in bonis operibus. Vnde *inf.* 28. c. Hæc requies mea, reficite lassum. Laborat autem in nostris peccatis. *infr.* 43. d. Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. *Eph.* 4. g. Nolite contristare Spiritum S. in quo signati estis. *e* Dicentes, panem nostrum comedemus, i. voluntatem patris faciemus, quæ est panis Spiritus S. sicut & Christi. *Ioan.* 4. c. Meus cibus, vt faciam voluntatem Patris mei. *g* Et vestimentis nostris operiemur] id est, bonis operibus, vel sermone prædicationis, quo singulæ harum mulierũ ornantur, cùm veraciter aliis prædicantur. *h* Tantummodo, &c.) id est, super Christianos nostros, quia nostra gaudent inhabitatione, vt à te Christo dicantur Christiani. *i* Aufer opprobrium nostrum] ne amplius, fœtore vitiorum expulsi à cordibus hominum, sæpe cogamur mutare hospitium, quasi dicat, sæpe suscipiunt nos homines, & sæpe abiiciunt per peccata mortalia, vel molestant per venialia: quod est facere molestiam contumeliam Spiritui sancto. Aliter.

d In die illa] id est, in tempore gratiæ, quo illuxit mundo Sol iustitiæ. *a* Apprehendent septem mulieres virum vnum) id est, Septem Ecclesiæ, quibus scripsit *Ioannes in Apoc.* per quas significantur omnes Ecclesiæ. *c* Virum vnum) id est, Christum vera fide, in quem per prædicationem Apostolorum firmiter crediderunt. *e* Dicentes panem nostrum comedemus] i. corpore & sanguine reficiemur, qui est panis viuus, qui de cœlo descendit. *Ioan.* 6. e. *g* Et vestimentis operiemur) i. ornamentis virtutũ induemur. *h* Tantũmodo inuocetur, &c.) i. vt omnes dicamur nomine tuo, i. vocemur Iesus, i. saluati, i. vt omnes percipiamus rem tui nominis, id est, salutem. *i* Aufer opprobrium nostrum] quod patiamur à Iudæis tanquam sine Deo, & sine lege viuentes: Iudæi enim aduentum Christi reputabant Gentiles, quasi canes immundos. Et hoc opprobrium petunt sibi auferri, quod reuera ablatum est, cùm Christum apprehenderunt per fidem. Vnde *Eph.* 2. d. Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis Ciues Sanctorum, & domestici Dei. Dicuntur autem dona mulieres, propter fœcunditatem, propter pietatem, propter sollicitudinem, propter mollitiem, quia fœcundum & pium & sollicitum & mollem, id est, mitem faciunt animum, cui insunt. Vel sic. *d* In die illa) id est, in die resurrectionis.

a Apprehendent septem mulieres] id est, septem dotes gloriæ. *c* Virum vnum) id est, Christum, vel quemlibet in vnitate fidei permanentem. Vel sic. *d* In die illa) notabili, i. in die resurrectionis generalis; *a* Apprehendēt) i. vtiliter & inamissibiliter apprehendēt. *b* Septē mulieres) i. vniuersæ animæ fideles. *c* Virum vnũ] i. Christũ Dñm, perfecta visione, perfecta dilectione, perfecta securitate. *e* Dicētes) non tam voce, quam re. *f* Panem nostrum comedemus) i. Christo Duce perfruemur. *g* Et vestimentis nostris operiemur) i. corporibus nostris glorificatis, scil. corporum dotibus induemur. *h* Tantummodo inuocetur, &c. vt à Iesu, i. à Saluatore, saluati, a Deo Dij, à Patre filij in æternũ dicamur, quod quotidie petimus: *Mat.* 6. b. Sanctificetur nomen tuũ, panē nostrũ quotidianum da nobis hodie. *i* Aufer opprobrium nostrum) mortalitatis & corruptibilitatis, quod peccato contraximus. *k* In die illa] i. generalis resurrectionis. *l* Erit germē Dñi) i. Mariæ filius. De quo *Ezech.* 34. g. Suscitabo eis germen iustum nominatum. *m* In magnificentia & gloria] quia veniet ad iudicium cũ virtute magna & maiestate: *Matth.* 24. c. *n* Et fructus terræ] idem est, quod germē Dñi, i. Mariæ filius. *o* Sublimis) ad dexteram Patris collocatus super omnes homines & Angelos. *Ps.* 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuã. *p* Et exultatio erit, &c.) i. omnibus, qui in eum crediderunt finaliter & perfectè. aliis autem confusio & tristitia *inf.* 65. c. Serui mei lætabũtur, & vos cōfundemini; serui mei laudabũt præ exultatione cordis; & vos clamabitis præ dolore cordis. *q* Et erit omnis, qui relictꝰ fuerit] i. abiectus à non credentibus. *r* In Sion] i. in Ecclesia. *s* Et residuus in Hierusalem) i. in Ecclesia Domini cōtemplante, & pacis visione perfruēte. *t* Sanctus vocabitur) post mortē ad literam, vt S. Ioannes, S. Petrus. *u* Omnis, qui scriptus est in vita) i. in libro vitæ per prædestinationem. *x* In Ierusalem) i. in cœlesti patria. *Luc.* 10. c. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cœlo. De hoc libro dicitur *Exod.* 32. g. & *Eccl.* 24. c. *Phil.* 4. a. *Apoc.* 20. d. *y* Si abluerit Dñs) aqua Baptismi, vel lacrimarum. *z* Sordes) i. vitia, vel peccata. *a* Filiarum Siō) i. animarũ, quæ sunt Ecclesiæ filiæ. *b* Et sanguinem] i. peccatum. Ierusalem) i. Iudæorum, Scribarũ & Pharisæorũ, qui Prophetas & Dñm Prophetarum occiderũt. *d* Lauerit] per pœnitentiã. Vnde *sup.* 1. c. Lauamini, mũdi estote. *e* De medio eius] i. de corde, vt non solum

non faciat,

Δ & spiritu ardoris] id est, labore captiuitatis Babylonicæ iusto iudicio Dei fecit. c Et creauit Dominus) id est, creabit. d Super omnem locum montis Sion,&c.] id est, super omnem Iudæam, vbi Dominus inuocatus est. f Nubem per diem ad refrigerium nimij caloris.

g Et fumum, & splẽdorem ignis,&c.) ad illu-
C minandum tenebras noctis. Tangit illud quod habetis. Exod. 14. d. de nube & igne in ducatu Iudæorum reuertẽtium de Ægypto, quasi dicat, sicut per nubem protexit Iudæos ab Ægyptiis, & duxit pro desertum
A ita proteget eos, qui redierint de Babylonica captiuitate.

Al. † de vinea sua.

In spiritu a iudicij, b & spiritu ardoris. Et c creauit Dominus d super omnem locum montis Siõ, & vbi e inuocatus est f nubem per diem, & g fumum h & splendorem ignis flammantis in nocte. i Super omnem enim gloriã protectio, k & l tabernaculum m erit in vmbraculum diei n ab æstu: & in o securitatem & absconsionem à turbine, & p à pluuia.

CAP. V.

q Cãtabo r Dilecto meo, s cãticũ t patruelis mei † v vineæ suæ

i Super omnem enim gloriam protectio] qua proteget Iudæos post reditum, id est, gloriosior erit illa protectio, qua proteget Machabæos, quàm illa qua protexit Iudæos in exitu de Ægypto. Et ostendit quomodo. k Et] id est, quia.

l Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu] caloris, vel persecutionis. o Et in securitatem & in absconsionem à turbine) aeris, vel impetu persecutionis.

Al. † maiori — p Et a pluuia] id est, à † minori persecutione.

Mystice. ⊖ non faciat, sed etiã non cogitet, vel affectet peccarũ. a In spiritu iudicij] id est, discretionis, qui datur in baptismo, quo fideles ab infidelibus discernuntur. b Et spiritu ardoris] id est, feruentis charitatis, qua sanguinem suum fudit, & peccata nostra tulit. *Luc.* 12. f. Ignem veni mittere in terram, &c. Vel. a In spiritu iudicij] id est, pœnitentia sibi iniuncta iudicio Sacerdotis, qui iudicat per Spiritum Sanctum. b Et spiritu ardoris] id est, tribulatione & contritione cordis, & compassione corporis, quibus purgantur electi. Vnde *Eccl.* 27. a. Vasa figuli probat fornax. *Matth.* 3. c. Ego vos baptizo in aqua in pœnitentiam; ipse vos baptizabit in Spiritu S. & in igne. Ipse enim est, quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: *Malach.* 3. a. c Et creauit] id est, creabis Dominus tunc, quando hæc fient. d Super omnem locum montis Sion] id est, in omni Ecclesia, quæ mons est in contemplatione & eminentia vitæ. e Et vbi inuocatus est [à fidelibus adiutor in tribulatione, Consiliarius in dubitatione, consolator in desolatione. f Nubem per diem] id est, obumbrationem spiritus in prosperis, ne eleuetur per elationem g Et fumum] compunctionis, vnde emanant guttæ lachrymarum. h Et splendorem ignis flammantis in nocte] id est, consolationem illuminantem in aduersitate ne deiiciatur per desperationem, aut pusillanimitatem. Nubem igitur creat Dominus per diem, dum refrigerium præstat lois in prosperitate: fumum in nocte, dum compunctionem excitat in aduersitate. Vnde *Psal.* 120. Per diem Sol nõ vret te, neque Luna per noctem. Sic filiis Israel exeuntibus de Ægypto factum est in figura. Vnde *Exod.* 13. d. Dominus autem præcedebat eos ad ostendẽdum viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt Dux esset itineris vtroque tempore, nunquam defuit columna nubis per diem; nec columna ignis per noctem coram populo.

Nubes multiplex. Est autem nubes multiplex. Caro Christi *inf.* 19. a. Ecce ascendet Dominus super nubem leuem, &c. *Ps.* 103. Qui ponis nubem ascensum tuum, &c. Item Scriptura *Psal.* 17. Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Item gratia *Matth.* 17. a. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Item Prædicator. *inf.* 5. b. Mandabo nubibus meis, ne pluãt super eã imbrẽ. Itẽ superbus. *Prou.* 25. c. Nubes & ventus & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus promissa non complens. Item hypocrita. *Iudæ* d. Nubes sine aqua, quæ à ventis circumfertur. Item peccatum. *Thren.* 3. e. Opposuisti nubem, ne transiret oratio. Item verbum detractionis. *Eccl.* 11. b. Qui considerat nubes, nunquam metet. i Super omnem enim gloriam) Ecclesiæ [protectio] Christi, i. magis gloriatur Ecclesia in protectione Christi, quàm in aliquo alio. k Et tabernaculum Dei, id est, Ecclesia. m Erit] tutum [in vmbraculum diei] i. sub protectione Dei. n Ab æstu auaritiæ. o Et in securitatem & absconsionem à turbine) superbiæ, quæ pacem Ecclesiæ turbat. p Et à pluuia] carnalis concupiscentiæ, quæ vigorem spiritus emollit. De his tribus dicitur *Matth.* 7. d. Descendit pluuia & venerunt flumina & flauerunt venti, &c. Vel per æstum intelligitur persecutio hominis per turbinem suggestio Dæmonis, per pluuiã tentatio carnis. Et ab his omnibus protegit Dominus. Vnde *Eccl.* 34. c. Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ firmamentum virtutis, & tegmen ardoris, vmbraculum meridiani, deprecatio offensionis & adiutorium casus, exaltans animas, & illuminans oculos, dans sanitatem & vitam & benedictionem.

EXPOSITIO CAP. V.

CAntabo Dilecto, &c. Quintum cap. est, in cuius principio promittit se Propheta cantaturum canticũ à quodam patruele suo inuentum, id est, à Christo, qui de eadem Tribu fuit, de qua Isaias, id est, de regia, licet io lu ea obliqua. Iste patruelis, id est, consanguineus Isaiæ de vinea sua, id est, Synagoga carmen composuit, quod patet per hoc, quòd ea, quæ hic dicuntur de vinea, dicit Christus *Mat.* 21. d. in parabola vineæ sub eadem metaphora. Et sicut hic, quid faciendum sit Agricolis Propheta, ita & ibi Christus: & est sententia responsionis, quòd malos malè perdet: & vineam suam locabit aliis Agricolis. Et notandũ, quòd carmen istud propriè carmẽ lugubre, siue carmen, elegiacum dicitur. Est enim canticum exultationis, quod propriè dicitur canticum: Et est canticum mœroris quod impropriè dicitur canticũ, quod Dauid primò inuenit, qui fuit patruelis *Isaiæ*, & cantauit in morte Saul & Ionathæ 2. *Reg.* 1. d. & docuit filios Israel: & adhuc cantatur in Ecclesia: Montes Gelboe, &c. Christus etiam illud cantauit, quando videns ciuitatem, fleuit super illam dicens: Quia si cognouisses & tu: *Luc.* 19 f. Item notandum, quòd hoc nomẽ patruelis non dicit hic patruelitatem propriè, vt ita dicam, sed propinquitatem. Dauid enim, vel Christus nõ fuit filius patrui Isaiæ, sed remotus cõsanguineus. Diuiditur autẽ hoc cap. in decem partes. Primò arguit Propheta Iudæos iniquitatis & iniustitiæ, per metaphoram vineæ prauæ, quæ benè culta non solùm bonos fructus non facit, sed quod peius est, malos: & ideò comminatur eis vastitatem, ostendendo quantis expensis eos coluerit Dominus, & tamen steriles permanserunt. Secundò redarguit eos de cupiditate domorum & ampliatione possessionum, *ibi*:] Væ qui coniungitis domum, &c.] Tertiò redarguit eos de ebriositate, *ibi*] Væ qui consurgitis mane.] Quartò minatur eis pœnam multiplicem & captiuitatem propter negligentiam vel contemptum legis, *ibi*: (Propterea ductus est captiuus populus meus, quia non habuit scientiam.) Quintò redarguit eos de pertinacia mala, *ibi*:] Væ qui trahitis iniquitatẽ, &c. Sextò redarguit eos de peruersitate iudicij, *ibi*: [Væ qui dicitis malum bonum, &c.) Septimò redarguit eos de arrogantia, *ibi*: (Væ qui sapientes estis in oculis vestris, &c.] Octauò redarguit eos de iactantia malæ fortitudinis, quæ est ad inebriandum, *ibi* (Væ qui potentes estis ad bibendum, &c.) id est, esse vos iactatis. Nonò redarguit eos de peruersitate iustitiæ propter munera, *ibi* [Qui iustificatis impiũ pro muneribus, &c.) Decimò & vltimò cõcludit eos perpetuò arsuros, & multa alia, supplicia passuros propter prædictas iniquitates, *ibi* [Propter hoc sicut deuorat stipulam, &c.] Comparans ergo Propheta Synagogam vineæ electæ & benè cultæ propter multa beneficia sibi impensa dicit. q Cãtabo dilecto meo) i. populo Iudaico, quẽ ego diligo, si fortè moueatur & resipiscat à malitia sua. Vel Deo Patri, qui me diligit, & quẽ ego diligo, sicut dicitur *Cant.* 7. d. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Et loquitur, sicut vulgariter dici solet; Si vos non vultis audire, saltem ego cãtabo Crucifixo, ita Isaias dicit Iudæis, ex quo me nõ vultis audire, ego cãtabo Dilecto meo, i. Deo Patri. s (Canticũ) i. carmẽ lugubre. t Patruelis mei] i. consanguinei mei, i. Christi, vel Dauid, qui de eodem genere fuit, de quo ego: qui illud cãticum adinuenit. Canticũ Deo factũ (De vinea sua) vel datiuè. v Vineæ suæ, id est, ad

Δ vtilitatem vineæ

Secundum Gloss. q Cantabo, &c.) Secundum *Gl.* explanationem metaphoræ iuxta literam planiùs & pleniùs prosequamur. Dicit ergo Propheta ex persona sua (Cantabo) altè & apertè dicendo.

r Dilecto meo) id est, populo Iudaico. s Canticum patruelis mei,) id est, quod composuit patruelis meus, id est, Christus, quod patet in parabola vineæ. *Mat.* 21. d. Et notauit illud esse lugubre, cùm vidẽs ciuitatem fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu *Luc.* 19. f. Vel illud composuit, quia menti Prophetæ inspirauit. Canticum dico factum vel compositũ à Dilecto meo. v Vineæ suæ) i. de vinea sua, vel ad profectũ vineæ suæ, i. Synagogæ

⊖ Vinea facta est.

Moraliter. Moraliter. q Cantabo dilecto meo cãticũ, &c. dicit Doctor, vel Prædicator quilibet, r Euãgeliũ Christi ad honorẽ

eius

A vtilitatem vineæ suæ, si ipsa vellet, i. Synagogæ. Vnde *inf. eod.* b. Vinea enim Domini Sabaoth domus Israel est. a Vinea facta est.] Modò incipit canticum, & possent esse verba Prophetæ secundum metaphoram, vel potius Dei Patris secundum metaphoræ explanationem. Dicit ergo Propheta, vel Deus pater [Vinea facta est Dilecto meo] acquisitiuè, i. ad honorē Dilecti mei, id est, Christi. Vel ablatiuè, i. à Dilecto meo, qui eam per se & per Prophetas & Patriarchas plantauit. Deinde ostendit, vbi sita fuit hæc vinea: non in quocunque loco sed:

al. † sepsit.
al. † Sorech
al. † expectaui.
Ier. 2. d.
Matth. 21. d.

a Vinea facta est b Dilecto meo in c cornu d filio olei. Et † e sepiuit eam, f & lapides g elegit ex h illa i plantauit k vineam † l electam. Et m ædificauit turrim in medio eius, & n torcular extruxit in ea. Et † o expectauit, vt p faceret vuas; & q fecit labruscas. Nunc r ergo habitatores Ierusalem s & viri Iuda, t iudicate inter me & vineam meam.

c In cornu] i. in eleuato angulo collis, vbi multa & optima vina nasci solent Cornu dico. d Filio olei] i. pinguedinis, vel fertilitatis. Proprietas enim est hebraici sermonis, vt res dicatur filius eslius rei in qua plurimum abundat, vt credulis quilibet dicitur filius Martis; & mansuetus filius pacis. Et quod ista metaphora sic debeat exponi, patet per alias editiones. Symmachus enim dicit: In medio oliuarum: Septuaginta in loco pingui. Vel sic lege. a Vinea facta est Dilecto meo] id est, a Dilecto meo.
c In cornu] id est, in potentia & robore. Dilecto] dico. d Filio olei] i. misericordiæ: Sicut de petro & Paulo dicitur: Hi sunt duo filij olei. *Zach.* 4. d. Et de Elia & Enoch dicitur *Apoc.* 11. a. Hi sunt duæ oliuæ. Vel d Filio olei] id est, pleno gratia Spiritus sancti. Vnde *Ps.* 44. Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Ecce in cornu potestas, in oleo misericordia designatur. 1. *Reg.* 16. a. Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te. Sed multorum cornu aridum est & rigidum, quia oleum non habet. *Mich.* 4. d. Cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas, & comminues populos multos. e Et sepiuit eam] vel [sepsit] secundum *Ier.* & *Haymonem, qui grammaticus dicitur*, maceria vel sepe, i. custodia Angelorum & Prophetarum. f Et lapides] i. homines nociuos, vel idola lapidea, & omnia diuinum cultum impedientia. g Elegit ea illa] i. abiecit cum electu quodam. i Et plantauit vineam electam] ea omnibus Gentibus. Vnde 1. *Pet.* 2. b. Vos estis genus electum. Alia editio habet. [Vineā Sorech) quod est genus vitis optimæ, & vberrimæ perpetuis fructib⁹. Et talis fuit Synagoga in principio. Vnde *Ier.* 2. d. Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum, quomodo cōuersa es in prauum vinea aliena? m Et ædificauit turrim in medio eius) i. domunculam in alto ad custodiendum, & fructus reponendos. n Et torcular extruxit in ea] ad eliquandum vinum ex acinis, ne dispendium esset extra vineam torcular quærere. o Et expectauit) post tot labores & expensas. p Vt faceret vuas,) id est, prauos & degeneres racemos, qui oriuntur ex vinea inculta & siluestri, & maximè in labris viarum, vbi vineæ non coluntur, vnde ex labris labruscæ dicuntur.

Serandam Gloss.

⊖ a Vinea facta est) Hucusque fuit titulus cantici patruelis: modò prosequitur Propheta in cantico suo, quomodo patruelis suus, i. Christus vineam suam plantauit, & diligenter excoluit: & cum deberet facere vuas fecit labruscas. Et nota, quod patruelis in propria persona non prosequitur metaphoram de vinea sua, sed introducitur pater eius loquens. Et quasi dicat pater: Filius meus plantauit vineam suam, & diligenter excoluit, & muniuit, & & expectauit vt faceret vuas; & inuenit labruscas. Et hoc est, [Vinea facta est Dilecto meo) dicit Deus Pater, i. Christo. De quo, Hic est filius meus dilectus. *Matth.* 3. d. & 17. a. c In cornu) i. in potentia & robore. Cornu enim talia designat. Vnde *Zac.* Erexit cornu salutis nobis. *Luc.* 1. g. Plebs ergo Iudaica facta est in corno, id est, in potentia; quia Iudæis. Deus dedit tantam potentiam & expugnare illi alias Gentes, vt vnus vinceret mille, & duo fugarent decem millia, sicut dicitur *Deut.* 32. e. b Dilecto] dico [filio olei] id est, pleno gratia Spiritus sancti *Ioan.* 1. b. Plenum gratiæ & veritatis. e Et sepiuit eam] id est, custodiâ Angelorum muniuit eam, f Et lapides] id est, idola lapidea g Elegit] id est, diligenter abiecit. h Ex illa] id est, extra illam. i Et plantauit] per Prophetas instruendo in lege. k Vineā] id est, Synagogam. l Electam] ex cunctis Gentibus. Et nota, quòd in hac *Interl.* tria solent distingui, scilicet, electio, subelectio, prælectio. Electio facta ex omnibus Gentibus sine ex omnibus populis, subelectio, ex Iudæis, prælectio, ex Leuitis. Ex omnibus enim populis electi sunt Iudæi, ex Iudæis subelecti sunt Leuitæ, ex Leuitis prælecti sunt Aaronitæ. Electa igitur est hæc vinea in Iudæis ex Gentibus, subelecta in Leuitis ex Iudæis, prælecta in Aaronitis ex Leuitis. m Et ædificauit turrim in medio eius] id est, templum in supercilio montis ædificatum. n Torcular extruxit in ea, id est, altare, vbi fundebatur sanguis hostiarum, sicut in torculari eliquatur vinum de vuis. o expectat] vel [expectaui, secundum *Iero.* & *Haymonem* p. Vt faceret vuas] id est, fructus bonorum operum.
q Et fecit labruscas) Septuaginta, spinas, id est, peccata, & opera mala. Vnde hebraicè dicitur busin, quod sonat amaritudinem vitiorum. r Nunc ergo, &c. Hic filius verba resumit, & constituens Iudices inter se & vineam suam ipsos Iudæos, vt eis contra seipsos nolentibus ferre sententiam, ipsemet proferat. Similiter Nathan quæsiuit à Dauid sub metaphora rapientis ouē vnicam vicino suo, & ipse audita causa tulit contra seipsum nesciens sententiā, dicens Filius mortis est homo iste 2. *Reg.* 12. b. Eodem modo Dominus à Iudæis quæsiuit sententiā contra malos cultores vineæ. *Matth.* 21. d. Et ipsi dixerunt. Malos malè perdet, &c. Tamen *Marc.* 12. a. Videtur Dominus ipse tulisse sententiam, & vtrumque verum est. Et hoc est, quod dicit: quia feci, quod debui vineæ meæ, Nunc ergo habitatores Ierusalem & viri Iuda] audita ratione mea, cui non contradicit vinea. t Iudicate inter me, & vineam meam] creatione & beneficiorum largitione.

⊖ Quid est *Moraliter.*

* eius, & Ecclesiæ suæ vtilitatem, corde, ore, & opere concorditer prædicabo. a Vinea facta est Dilecto meo in cornu filio olei.] id est, Ecclesia, vel humana facta est Christo in misericordia vberi, quæ aliquando dicitur ager, quia pascit Christum fructibus bonorum operum. Dicitur vinea quia lætificat ipsum vino compunctionis, & inebriat nectare sanctæ prædicationis Vnde *Prou.* 14. a. Filius sapiens lætificat patrem. Hinc est, quod de mente hominis pigri dicitur *Prou.* 24. d. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totū, &c. Dicitur etiam hortus, quia delicias contemplationis præstat. Vnde *Prou.* 8. d. Deliciæ meæ sunt esse cum filiis hominum. *Cant.* 5. a. Veniat Dilectus meus in hortum suum &c. e Et sepiuit eam) sepe vtriusque disciplinæ scilicet, verborum, & verberum. De qua dicitur *Eccl.* 10. b. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. *Eccl.* 28. d. Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam Item *Eccl.* 36. d. Vbi non est sepes diripietur possessio. *Ezec.* 22. g. Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni, *inf.* 58. d. Vocaberis ædificator sepium auertens semitas iniquitatum. f Et lapides elegit ex illa] id est, peccata dura, quæ mentem lapidant, diligenter per confessionem eiecit à corde. *inf.* 62. d. Præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides & leuate signum ad populos. *Ier.* 50. d. Colligite de via lapides, & redigite in aceruos.
i Et plantauit vineam electam] i. omnem animam fidelem, vel Ecclesiam, quàm Dominus sibi elegit radicari fecit in terra viuentium. *Cant.* 8. d. Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos tradidit eam custodibus: vir affere pro fructu eius mille argenteos. Item *Cant.* 8. d. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos tradidit eam custodibus: vir affert pro fructu eius mille argenteos. Itē *Cant.* 1. b. Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui. m Et ædificauit turrim in medio eius, torcular extruxit in ea.] Turris significat contemplationem, torcular pœnitentiam. Et per hoc insinuat Propheta, quòd contemplatiuis necessaria est pœnitētia. Vnde *Exo.* 36. b. super cortinas posita sunt saga cilicina. Et de hoc dicitur *Ierem.* 31. d. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines. Et *Ioan.* 15. a. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.
o Et expectauit, vt faceret vuas, & fecit labruscas.] Vuæ, quæ latent in vinea sua opera bona, quæ puro corde sunt facta: Labruscæ, quæ in alto viatoribus eminent & amaræ sunt significant opera hypocritarum, quæ bona videntur, sed æternam generant amaritudinem. *Ier.* 31. e. Omnis homo, qui comederit vuam acerbam dentes eius obstupescent. r Nunc ergo habitatores Ierusalem] id est, viri Claustralès. s Et viri Iuda,] id est, sæculares.
t Iudicate inter me & vineam meam.] Verba sunt Christi, qui non erubescit subire iudicium seruorum suorum cùm sit ipse iustissimus, in quo confudit superbiam multorum, qui etiam vix à Superioribus suis iudicari volunt. *Iob* 31. b. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cùm disceptarent aduersum me?

* Quid est

A *a* Quid est, quod vltra] supra dicta. *b* Debui facere vineę meæ] i. Synagogæ, [& non feci ei?] q.d. si quid minus feci vineæ meæ, dicite. *c* An quod expectaui] bene colendo. *d* Vt faceret vuas] quasi bene culta. *e* Et fecit labruscas] quasi inculta? q.d. nunquid hoc feci vltra, quam debui, quia eam tamdiu sustinui?

a Quid est, quod vltra *b* debui facere vineæ meæ & non feci ei? An quòd *c* expectaui, vt *d* faceret vuas *e* & fecit labruscas? Et *f* nunc *g* ostendam vobis *h* quid ego *i* faciam vineæ meæ: *k* Auferam sepem eius, *l* & erit in direptionē: *m* diruā maceriam eius, *n* & erit in conculcationem; & *o* ponam eam desertam: Non *p* putabitur, & *q* non fodietur, & *r* ascendent super eam vepres & spinæ: *s* & nubibus *t* mandabo, ne pluant super eam *u* imbrē. *x* Vinea. n. Dñi † exercituū. *y* dom' Israël est, *z* & ‡ viri Iuda delectabile *a* germē eius. *b* Expectaui, vt *c* faceret iudiciū, *d* & ecce iniquitas: *e* & iustitiā, *f* & ecce clamor.

Al. † Sabaoth.
Al. ‡ vir.

Et proponitur interrogatio ista ironicè. Simile 2. *Corinth.* 12. d. Quid enim minus habuistis cæteris Ecclesiis, nisi quòd ego ipse nō grauaui vos? donate mihi hāc iniuriam. Et *Michææ* 6. a. Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi, quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te, & misi ante faciem tuā Moysen & Aaron & Mariam.

f Et nunc] quasi quandoquidem ex quo non vultis dare sententiam, ego dabo. Et hoc est, [Et nunc,] id est, post tot & tanta beneficia mea.

g Ostendam vobis] obmutescentibus. *h* Quid ego] ipse & non alius, cui nemo resistere potest. *Iob* 9. b. & *Rom.* 9. d. *i* Faciam vineæ meæ] id est, Synagogæ. Ecce *k* Auferam sepem eius] id est, fortia castra eius, quibus terra custodiebatur, vel auxilia Angelorum ad literam. Vnde in Euangelio Nazaræorum dicitur, quòd per annum ante obsidionem Romanorum auditæ sunt in aere voces Angelorum dicentium, migremus ab his sedibus. *l* Et erit in direptionem] Gentibus, id est, Babyloniis, & Romanis qui in omnem regionem dispersserūt eos. Ita minatur eis, vt qui Deum per beneficia non senserūt, sentiant per supplicia. Vel ideo minatur poenā, vt conuertantur ad pœnitentiā, vt dicit *Ieron. m* Diruā maceriā eius, *n* & erit in cōculcationē] Babyloniis & Romanis. Idem est, quod *sup.* sed repetitio confirmatio est, sicut dicit Iosephus Pharaoni: *Gen.* 41. d. Quod vidisti secundò, ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis est iudicium, eo quod fiat sermo Dei & velociùs impleatur. *o* Et ponam eam desertam] Vnde dicitur *Matt.* 23. d. Relinquetur vobis domus vestra deserta. *p* Non putabitur] falce verbi Dei. Et alludit metaphoræ, quia falce putantur vineæ, quasi dicat, in tanta miseria erit, quòd nullus corripiet eam resecando superflua, id est, vitia & peccata. *q* Et non fodietur] id est, admonitione timoris, vt cōminatione pœnarū non humiliabitur, vt deponat auaritiam & cætera peccata reiiciat. *r* Et ascendent super eam vepres & spinæ] id est, operietur & opprimetur multitudine peccatorum maiorum & minorum. Vepres enim maiora, spinæ minora peccata sunt. *s* Et nubibus] id est, Prophetis & Prædicatoribus, qui terram Ecclesiæ pluunt doctrinis, coruscant miraculis, tonant minis. *t* Mandabo, ne pluant super eam] vineam. *u* Imbrem] doctrinæ, quasi dicat, auferam eis Prophetas & Prædicatores: nec habebunt, qui eos doceat. Et hoc impletum est post ascensionem Domini, quando nec Prophetas habuerunt Iudæi, & Apostolos repulerunt. De quibus dicitur *infrà* 60. b. Qui sunt isti, qui vt nubes volant. *Ecclesi.* 11. a. Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Hoc significatum fuit. 3. *Reg.* 17. a. quando Elias tribus annis, & mensibus sex clausit cælum, ne plueret. De hac comminatione dicitur *Leuit.* 26. c. Ponam vobis cælū ferreum, & terrā æneam. *Deut.* 28. c. Erit cælū super caput tuum æneum, & terra subter te ferrea. *Ierē.* 3. b. Prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit. *Ezech.* 3. g. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo & eris mutus. *Amos* 4. b. Ego prohibui à vobis imbrē, cum adhuc essent tres menses vsque ad messem. *Aggæi* 1. c. Propter hoc prohibiti sunt super vos cœli, ne darent rorem: & terra prohibita est, ne daret germen suum. Deindè exponit Propheta metaphoram, dicens: *x* Vinea enim] quasi dicat hoc faciam vineæ meæ. id est Synagogæ. [Vinea enim Domini exercituum] id est, angelicarum virtutum. *y* Domus Israel est] id est, decem Tribus, quæ post diuisionē regni sibi hoc nomen retinuerūt propter maioritatem. *z* Et viri Iuda, id est, duæ Tribus. *a* Delectabile germen eius] id est, Dei. Et dicuntur duæ Tribus delectabile germen Dei, quia separatis aliis Tribubus, postea pullulauerunt & numero & merito & religione vt germen. Vel comparatione decem Tribuum, quæ vitulos coluerunt in Dan & in Bethel, vt dicit *alia Interl.* ex qua videtur, quòd duæ Tribus meliores erant, vel minus malæ, quàm decem. Sed contra *Ierem.* 3. d. Iustificauit animam suam auersatrix Israel comparatione præuaricatricis Iuda. Item *Ezech.* 16. f. Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis. Et loquitur Propheta duabus Tribubus. Solut. Distinguenda sunt tempora, & nulla erit contrarietas. Tempore Isaiæ duæ Tribus meliores erant, quàm decem vel minus malæ, quia & si idola coluisse leguntur; tamen semper habuerunt secum viros religiosos & Sacerdotes & Leuitas. Tempore verò Ieremiæ & Ezechielis, quando iam captiuatæ erant decem Tribus, nec tamen propter hoc se correxerunt duæ Tribus peiores erant. Vel certè ideò dicitur Iuda delectabile germen Dei, quia ex eo Christus natus est. Vnde *Ierem.* 23. a. Suscitabo Dauid germen iustum, &c. Septuaginta interpretes vbi nos habemus [delectabile germen dicunt [nouella plantatio dilectissima] vt dicit *Ieron.* Et alia editio habet [nomen delectabile.] Sequitur adhuc in persona Domini.

b Expectaui, vt faceret iudicium] iustum de seipsa & de aliis: Et hoc est, quod in metaphora dixerat: Vuas.

d Et ecce iniquitas] & hoc est, quod dixerat: Et fecit labruscas. *e* Et iustitiam] scilicet expectaui vt faceret, id est, vt Christum susciperet, quod iustum erat. *f* Et ecce clamor] dicentium: Tolle, tolle, crucifige eum: *Ioan.* 19. c. Vel clamorem pro iustitia fecerunt, vt dicit *Ieron.* quia Christum interfecerunt, cuius sanguis ad Dominum clamat contra eos. Vnde *Genes.* 4. b. vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me. Et *Iob. cap.* 16. d. Terra, ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus.

Moraliter.

* *a* Quid est, quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci?] Nihil. Plantauit eam verbo prædicationis rigauit eam sanguine passionis, sepiuit eam custodia Angelorum, paxillauit eam exemplis Sanctorum, stercorauit eam multitudine beneficiorum, putauit eam falce flagellorum. *Ierem.* 2. a. Quid inuenerunt in me patres vestri iniquitatis, quia elongauerunt à me? *Mich.* 7. a. Popule meus, quid feci tibi, &c. *f* Et nunc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ] i. Ecclesiæ, vel animæ tam ingratæ. *k* Auferam sepem eius] i. disciplinam meam, vel Angelorum custodiā, quod satis iam videtur impletū. *l* Et erit in direptionem Dæmonibus, hæreticis & Tyrannis quorum primi animam, secundi fidem, tertij substantiam diripiunt. *Eccl.* 36. d. Vbi non est sepes, diripietur possessio.

m Diruam maceriam eius] id est, sepem humilitatis & patientiæ. *n* Et erit in conculcationem] prædictis hostibus. *Psal.* 79. Vt quid Deus destruxisti maceriam eius. *Iob* 30. b. Quasi rupto muro & aperta ianua irruerunt super me. *p* Non putabitur] id est, non corripietur, cum peccauerit. Hæc est ira magna Dei. *Ezech.* 16. c. Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius, eo quod non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ. *Osee* 4. c. Non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ, & super Spōsas vestras, cùm adulterauerint, quoniam ipsi cum meretricibus conuersabuntur. *q* Et non fodietur] i. non humiliabitur. *r* Et ascendent super eam vepres & spinæ] id est, opprimetur multitudine & magnitudine peccatorum, *infr.* 32. c. super humum populi mei spinæ] & vepres ascendent. *Osea* 10. b. Lappa & tribulus ascendet super aras eorum.

s Et nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem] doctrinæ. De quo *Iob.* 38. c. Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui vt plueret super terram a

x Vinea Domini Sabaoth domus Israël est, & viri Iuda delectabile germen eius.] Domus Israël, sunt laici oculis fidei Deum videntes. Viri Iuda, sunt Clerici Deum corde, ore, & opere viriliter confitentes. *Osea* 4. d. Si fornicaris tu, Israel, non delinquat saltem Iuda. Sed heu iam est è conuerso *Ierem.* 3. d. Iustificauit animam suam auersatrix Israel comparatione præuaricatricis Iuda.

b Expectaui] dans exemplum patientiæ.

c Vt faceret iudicium] nō peccatum. *d* Et Ecce iniquitas.] *Eccl.* 8. c. Peccator eo quod centies facit malū, & per patientiā sibi sustentatur, ego cognoui, quòd erit bonū timentibus Deum. *Rom.* 2. a. Ignorans quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? *Eccl.* 15. d. Nemini mandauit Deus impiè

agere.

Secunda pars. agere, & nemini dedit spatium peccandi. Sequitur: *a* Væ qui coniungitis, &c.] Secunda pars capituli, in qua post *Al.*] peccatum. † canticum vineæ inuehitur in vineam, primò redarguens auaritiam specialiter in Iudæis, & generaliter in omnibus. Vnde *Gloss. Iero.* Hoc specialiter ad Iudæos, qui auarissimi sût, generaliter ad omnes auaros, qui aliorum necessitatem suam faciunt voluptatem. Hoc etiam refertur ad Clericos, qui sudore pauperum ornant equos phaleris. Quibus dictum est *sup.* 3. c. Rapina pauperum in domo vestra est. Dicitur etiam contra eos, qui vniunt dignitates, vel domos religiosas, vel Ecclesias, vel præbendas.

Al. † habitatis.

Al. † dicit Dominus.

a Væ *b* qui cõiugitis domum ad domum, & *c* agrum agro copulatis vsque *d* ad terminum loci. *e* Nunquid † habitabitis vos soli in medio terræ? In *f* auribus meis sunt hæc † Domini *g* exercituũ. Nisi *h* domus multæ desertæ fuerint *i* grandes & pulchræ, & *k* absque habitatore. *l* Decem enim iugera vinearum facient laguncula vnam, & *m* triginta modij sementis, facient modios tres. Væ *n* qui *o* consurgitis *p* mane ad *q* ebrietatem sectandam *r* & potandum vsque ad vesperam, vt *s* vino *t* æstuetis. *u* Cithara & lyra & tympanũ & tibia & vinum in conuiuiis vestris; *x* & opus Domini non respicitis, *y* nec opera manuum eius consideratis. *z* Propterea ductus est captiuus popul⁹ meus, *a* quia non habuit *b* sciẽtiam, & *c* nobiles eius interierũt fame, & *d* multitudo ei⁹ siti exaruit. *e* Propterea *f* dilatauit infern⁹ *g* animã suam.

Dicit ergo: *a* Væ] temporale & æternum. *b* Qui coniungitis domum ad domum] ad literam. *c* Et agrum agro copulatis] auarè, & iniustè ampliando possessiões. *d* Vsque ad terminum loci,] id est, quamdiu locus est. Vnde *Symmachus & Theodotion* dicunt: Donec non sit locus. Et *Septuaginta*: Vt auferatis proximo locum. Etiam supra mare, si possent, ædificarent, quia etiam deficiente terra non impletur auaritia. *Osee* 5. c. Facti sunt Principes Iuda, quasi assumentes terminum, quasi dicat, terra terminum habet, sed auaritia non habet. *e* Nunquid habitabitis soli in medio terræ, omnibus aliis exclusis? quasi dicat nunquid propter vos solos tanta terra creata est? *Eccl.* 4. c. Væ soli. *f* In auribus meis sunt hæc, &c.] Huc vsque fuerunt verba Domini a principio cantici, modò resumit Propheta verbum dicens: *f* In auribus meis sunt hæc] verba. *g* Domini exercituum,] id est, qui loquitur & locutus est Dominus exercituum, hæc scilicet verba. *h* Nisi domus multæ desertæ fuerint] post captiuitatem. *i* Grandes & pulchræ] ad delectationem oculorum constructæ. *k* Et absque habitatore.] Aposiopesis est, quasi dicat non requiescet ira mea, donec ista fiant. Vnde *Sophon.* 1. c. Ædificabunt domos, & non habitabunt in eis: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. *Amos* 3. d. Percutiam domum hyemalem cum domo æstiua. *Luc.* 21. a. quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit Iesus: Hæc, quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. *l* Decem enim iugera vinearum facient lagunculam vnam,] & non plus. Alij dicunt bathum vnum, Et est bathus mensura eiusdem quantitatis cuius ephi: *Ezech.* 45. d. scilicet decima pars chori, sed differunt, quia ephi est mensura aridorum, & bathus liquidorum. Vnde versus *Hay. Est bathus in liquidis, in siccis chorus & ephi.* *m* Et triginta modij sementis facient modios tres,] vel [ephi] alia litera, quasi dicat: in vanum multiplicatis agros & vineas: quia tanta sterilitas veniet vobis, vt de decem iugeribus non habeatur nisi quantum haberi solet de vno & sementis, quæ solet multiplicari in terra bene culta, minuetur in tantum, vt de choro non recipiatur, nisi ephi, id est, de triginta modiis tres. Chorus enim triginta modios habet, ephi tres. Vnde ephi decima pars est chori. Iugerum verò dicitur tantùm spatium terræ, quantum potest vnum iugum boum arare vna die, & inde iugera per iuga distinguuntur. Vnde alia editio habet per decem iugera, decem iuga. Habet autem iugerum centum viginti pedes in longitudine. Similem comminationem habemus *Aggæi* 1. b. Seminastis multum, & intulistis parum. Et *Mich.* 6. d. Tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo; & vindemiabis, & vinum non bibes. *Amos* 5. c. Domos quadro lapide ædificabitis & non habitabitis in eis, vineas amantissimas plantabitis, & non bibetis vinum earum. *Aggæi* 2. c. Cùm accederetis ad aceruum viginti modiorum & fierent decem, & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas & fiebant viginti. *Deut.* 28. d. Sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis.

Isidorus dicit. Iugerum constat longitudine ccclx. pedum, latitudine cxx.

Tertia pars. *n* Væ qui, &c.] Tertia pars, vbi arguit eos de ebrietate, vel potiùs de ebriositate, dicens. [Væ] multiplex, æternum & temporale. *o* Qui consurgitis,] id est, corde & corpore surgitis. *p* Mane] temporis, vel ætatis.

q Ad ebrietatem sectandam,] id est, multiplicandam.

r Et potandum vsque ad vesperam] temporis, vel ætatis.

s Vt vino] nimio repleti. *t* Æstuetis] ad omnia vitia quasi dicat captiuitas vobis imminet, & vos luxuriæ vacatis. Eleganter autem hoc sequitur post prædicta, quia ex affluentia opum sequitur laxatio renum mediante gula. *Prou.* 20. a. Luxuriosa res est vinum. *Ephes.* 5. d. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. *Iero.* Nostris Prælatis hæc dicuntur, qui de mane bibunt vsque ad vesperam, qui deliciis occupati ex creaturis non intelligunt Creatorem, nec considerant opera eius. *Eccl.* 10. c. Væ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius Principes mane comedunt. *Leuit.* 10. b. Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis, quando intrabitis in tabernaculum.

D

11. q. 3. c. væ qui dicitis.

u Cithara & lyra & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuiis vestris,] in augmentum luxuriæ omnium sensuum, nam in musicis instrumentis auditus, in vino cæteri quatuor delectantur. Vinum enim asperum & frigidum est ad tactum, dulce ad gustum, odoriferum ad olfactum, album, vel rubeum ad visum. *Prou.* 23. d. Ne intuearis vinum quando flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius, ingreditur enim blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber.

x Et opus Domini non respicis,] id est, decem Tribuum captiuitatem, vel vosipsos qualiter creati sitis, vel quid Dominus facturus sit vobis, præuidere negligitis. *y* Nec opera manuum eius consideratis,] id est, vinum & cæteras creaturas, quæ ad vsum hominis datæ sunt, non ad luxum ad necessitatem, non ad voluptatem. *Eccles.* 31. a. Vinum in iucunditate creatum est, non in ebrietate. Vel [Opera manuum eius non consideratis,] id est, pauperes, quos Dominus fecit, non respicitis, vel figuras clauorum in manibus eius. *Amos* 6. a. Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ. Qui dormitis in lectis Eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem psalterij, bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph, id est Christi. *z* Propterea, &c.] Quarta pars, vbi propter peccata enumerata minatur eis Propheta captiuitatem, & propter negligentiam legis Dei dicens. [Propterea ductus est captiuus populus meus,] id est, prope est, vt ducatur. Et exponitur hoc de duplici captiuitate Iudæorum, scilicet, materiali facta à Romanis, & spirituali facta a Diabolo. Et vtramque tangit, *Interli.* Et quod de Iudæis hic dicitur, totum intelligitur & de his, qui sæculi delitiis occupantur. Et subditur causa. *Quarta pars*

a Quia non habuit,] id est, habere noluit, vel contempsit.

b Scientiam] futuri iudicij, vel præsentis status, vel filij Dei, *Ierony. sup. Ierem.* 8. d. Confusi sunt sapientes perterriti, & capti sunt, verbum enim Domini proiecerunt, & sapientia nulla est in eis. *Osee* 4. b. Conticuit populus meus, eo quòd non habuit scientiam. *Sap.* 13. a. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. *c* Et nobiles eius interierunt fame materiali, vel verbi Dei, quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. *Deut.* 8. a. *Matt.* 4. a. *d* Et multitudo eius siti exaruit] realiter, vel sui doctrinæ spiritualis. De qua *Psal.* 22. Super aquam refectionis educauit me. *Amos* 8. d. Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. *Ezech.* 14. d. Immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum, id est, clericum & laicum. *Greg. super Iob.* 1. Nobiles non siti, sed fame interiisse asserit Propheta, quia Prælati eorum dum se exteriori intelligentiæ dederant, quod de intimis, discutiendo manducarent, non habebant. Multitudo verò siti exaruit, quia dum vulgus vitæ suæ studium deserit, iam nec fluenta historiæ exquirit. *Greg. lib. 1. moral. c. 21.*

e Propterea] quia nobiles interierunt fame & multitudo exaruit siti quia populus non habuit scientiam.

f Dilatauit infernus,] id est, Diabolus. *g* Animam suam,] id est, affectum deuorandi. Non enim habet animã Diabolus

sed secundum

ſed ſecundum humanam conſuetudinem loquitur Propheta, eo quod inſatiabilis ſit infernus, vel diabolus, & nunquam mortuorum multitudine completur. *Prou.* 30. c. Tria ſunt inſatiabilia, & quartum, quod nunquam dicit, ſufficit, Infernus & os vuluæ: & terra, quæ nunquam ſatiatur aqua; ignis verò nunquam dicit, ſufficit. Item *Prou.* 27. c. Infernus & perditio nunquam implebuntur. *a* Et aperuit os, &c.] id eſt, inſatiabiliter, ac ſi exprimat affectum deuorandi, quaſi dicat, præparauit infernus ſe, & dilatauit os ſuum, ad recipiendũ multitudinem Iudæorum in proximo occidendorum, cùm Ieruſalem capietur. *Abac.* 2. b. Dilatauit infernus animam ſuam, & ipſe quaſi mors, & non adimplebitur.

Al. † & populus eius.

Al. | ca.

& *a* aperuit os ſuum abſque vllo termino. Et *b* deſcendent *c* fortes eius † & *d* ſublimes eius, *e* glorioſique eius *f* ad eum. Et *g* incurnabitur *h* homo, & *i* humiliabitur vir, & *k* oculi ſublimium deprimentur. Et *l* exaltabitur Dñs *m* exercituum in *n* iudicio, & *o* Deus ſanctus *p* sãctificabitur in *q* iuſtitia; Et *r* paſcentur agni *ſ* iuxta ordinem ſuum, & *t* deſerta in *u* vbertatem verſa *x* aduenæ *y* comedent. † *z* Væ *a*

b Et deſcendent] ad infernum. *c* Fortes eius,] id eſt, Principes populi. *d* Et ſublimes eius,] id eſt, ſuperbi. *e* Glorioſique eius,] id eſt, nobiles. *f* Ad eum,] id eſt, ad infernum deſcendent interfecti à Romanis. *g* Et,] tunc, incuruabitur, à ſuperbia ſua. *h* Homo,] id eſt, minores. *i* Et humiliabitur vir,] id eſt, maiores: quia tunc omnes intelligent ſe mortales, imò ſentient morientes, qui modò efferuntur, tanquam nunquam morituri. *k* Et oculi ſublimium, &c.] id eſt, ſuperbi & elati humiliabuntur. *l* Et exaltabitur,] tunc cùm prædicta fuerint impleta. *m* Dominus exercituum] qui prius deſpiciebatur & iniuſtus videbatur.

n In iudicio] futuro, quo omnes malos damnabit: vel in præſenti, quo malos iuſtè punit, & affligit, & in quo Excelſus apparet, qui malum multum nõ derelinquit. Vndè *Pſalm.* 118. Iuſtus es, Domine, &c. *o* Et Deus ſanctus,] in ſe & alios ſanctificans. *p* Sanctificabitur,] id eſt, ſanctus demonſtrabitur.

q Et in iuſtitia] facta de Iudæis. *Eccl.* 18. a. Deus ſolus iuſtificabitur, & manet inuictus Rex in æternum. *r* Et] tunc Iudæis à terra expulſis, paſcentur agni, id eſt, Gentiles manſueti, ad litteram *ſ* Iuxta ordinem ſuum,] id eſt, vnuſquiſque in loco ſuo, & in terra ſibi data. *t* Et deſerta] priùs tempore captiuitatis. *u* In vbertatem verſa] poſt Gentilium inhabitationem. *x* Aduenæ,] id eſt, Gentiles. *y* Comedent] ea, ad litteram. *Deut.* 28. d. Fructus terræ tuæ comedet populus, quem ignoras.

Myſticè. Myſticè. Sacram Scripturam à Iudæis deſertam, prædicit Propheta Gentibus eſſe dandam & ſpiritualiter intelligendam. Vnde *Matth.* 21. d Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus eius. Et *Iob* 5. a. De eodem populo Iudaico dicitur: Cuius meſſem famelicus comedet, id eſt, populus. Gentilis. *z* Væ qui trahitis, &c.]

Quinta pars. Quinta pars, in qua redarguit Propheta Iudæos de pertinacia mala, & ſpecialiter inuehitur contra Principes Iudæorum, qui Prophetas irridebant, dicentes: Feſtinet & veniat dies Domini, quem vos tota die prædicitis venturum, & faciat Dominus ea, quæ vos minamini. Plebecula verò non ita irridebat Prophetas, & ideò non ita inuehitur in eas Propheta Iſaias. Dicit ergo. *z* Væ] temporale & æternum vobis, ô Principes. *a* Qui trahitis iniquitatem, &c.] i. iniquitatem iniquitati quaſi funiculum funiculo connectitis, & ſic trahitis longam reſtem. *b* Et quaſi vinculum, &c.] Septuaginta, quaſi corrigiam, quaſi dicat, ſic peccata vobis adhærent, ſicut vincula ſunt annexa plauſtro. Peccatum dicitur funiculus in ingreſſu, quia de facili poteſt rumpi. Funus dicitur in progreſſu, quia tunc fortiùs ſtringit. Vnde *Pſalm.* 118. Funes peccatorum circumplexi ſunt me. Et *Prou.* 5. d. Funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Vinculum plauſtri dicitur ductum in conſuetudinem, quia tunc difficillimè rumpitur. Vndè *Ieron.* Meritò in funiculis vanitatis iniquitas trahitur, quia peccata peccatis connectuntur: & inania ſunt in principio, vt fila aranearum, ſed ſi exire poſtea voluerimus, tanquam vinculis ſolidiſſimis tenemur *infrà* 59. a. Loquuntur vanitates, conceperunt laborem, pepererunt iniquitatem, oua Aſpidum ruperunt, & telas Aranearum texuerunt.

Diabolus ſeptem habet currus. Diabolus ſeptem habet currus ad equitandum. Primum trahunt Leones, id eſt, ſuperbi. Secundum trahunt Gryphes, id eſt, inuidi. Tertium trahunt Dracones, id eſt, iracundi. Quartum trahunt Buboli, id eſt, acidioſi. Quintum trahunt Herici, id eſt, auari. Sextum trahunt Vrſi, id eſt, guloſi. Septimum trahunt Aſini, id eſt, luxurioſi. De his curribus. *Exod.* 15. a. Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare pœnitentiæ, vel Baptiſmi. *Eccl.* 33. a. Præcordia fatui, quaſi rota carri, & axis verſatilis cogitatus illius. Item væ vobis, Principes. *c* Qui dicitis] irridendo Prophetas. *d* Feſtinet & citò, &c.] vel dies, id eſt, captiuitas, quam prædicitis vos, Prophetæ. *e* Vt videamus] ſi verum ſit, quod prædicitis. *f* Et appropiet & veniat, &c.] quod vos ſoli contemplamini. Et eſt ironia, quia non credebant hoc. *g* Et ſciemus illud,] qui modò non credimus. Falſi enim Prophetæ decipiebant eos. Vndè *Ier.* 23. d. In prauitate cordis ſui dixerunt: non veniet ſuper vos malum. Quis enim affuit conſilio Dñi, & vidit, & audiuit ſermonem eius? *h* Væ qui dicitis, &c.] Sexta pars, vbi arguit Propheta Iudæos de peruerſione iudicij, & ſpecialiter inuehitur in Scribas & Phariſæos, qui Barrabam tanquam bonum liberauerunt, & Chriſtum tanquam malum crucifixerunt. Dicit ergo. *h* Væ] multiplex vobis omnibus. *i* Qui dicitis] verbo, vel facto. *k* Malum,] id eſt, iniuſtum, vel Barrabam. *l* Bonum,] id eſt, iuſtum, & ideò liberaſtis eum. *m* Et bonum,] id eſt, Chriſtum, vel Iuſtum quemlibet, malum, & ideò poſtulaſtis eum crucifigi. Et ſic eſt, malum & bonum maſculini generis. *n* Ponentes tenebras,] id eſt, Barrabam tenebroſum peccatis. *o* Lucem] cùm dicitis eum bonum. *p* Et lucem,] i. Chriſtum, qui dicit: Ego ſum lux mundi. *Ioan.* 8. b. *q* Tenebras,] id eſt, tenebroſum, cùm iudicatis eum crucifigi, tanquam peccatorem. *r* Ponentes amarum,] id eſt, Barrabam peccatorum amaritudine imbutum. *ſ* Dulce,] id eſt, ſine peccatis. *t* Et dulce,] id eſt, Chriſtum virtutum dulcedine plenum. *u* Amarum,] id eſt, amaritudine peccatorum reſperſum. Secundò legitur de Chriſto & diabolo ſic. *h* Væ qui dicitis,] i. facto oſtenditis. *k* Malum,] i. diabolum, bonum. *m* Et bonum,] i. Chriſtum qui dicit: Ego ſum paſtor bonus *Ioan.* 10. c. Malum, q. d. væ vobis, qui honorem impendendum Chriſto, impenditis diabolo. *n* Ponentes tenebras,] i. diabolum, qui eſt nox & tenebræ, ſed transfigurat ſe in Angelum lucis. 2. *Cor.* 11. c. *o* Lucem,] i. Chriſtum, qui eſt lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.* 1. a. *p* Et lucem,] id eſt, Chriſtum. *q* Tenebras,] id eſt, diabolum, quia Chriſtum quaſi diabolum inhonoratis. *r* Ponentes amarum,] id eſt, diabolum. *ſ* Dulce,] id eſt, Chriſtum.

t Et dulce,] i. Chriſtum, amarum, quia Chriſtum & doctrinam eius quaſi amarum abominamini, & opera diaboli, quaſi dulcia diligitis. Et ſic iterum, malum & bonum ſunt maſculini generis. Tertiò legitur, vt ſint neutri generis hoc modo. *h* Væ qui dicitis malum,] i. vitium hominis. *l* Bonum] vt auaritiam, pietatem, prodigalitatem, largitatem. *m* Et bonum malum] vt paupertatem, abſtinentiam, & huiuſmodi quaſi mala vituperantes. *n* Ponentes tenebras,] falſitatis. *o* Lucem] veritatis. *p* Et lucem] veritatis. *q* Tenebras] falſitatis, vt falſi Doctores, qui prædicant, quòd habere plures præbendas ſimpliciter eſt licitum. *r* Ponentes amarum,] id eſt, peccatum, in dulce. *t* Et dulce,] id eſt, opus virtutis, in amarum. Vndè autem proueniat hæc peruerſio iudicij, dicitur *Prou.* 27. a. Anima ſaturata calcabit fauum; anima verò eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet, i. propter nimiam famem peccandi. Peccata, quæ in ſe amariſſima ſunt, dulcia reputantur, & virtutum opera amara. De huiuſmodi dicitur *Prou.* 24. c. Qui dicunt impio, iuſtus es, maledicent eis populi. Item *Prou.* 17. c. Qui iuſtificat impium, & condemnat iuſtum, abominabilis eſt vterque apud Deum. *x* Væ qui ſapientes eſtis, &c. Septima pars, in qua Propheta arguit Iudæos de arrogantia, & ſpecialiter Scribas, Phariſæos, qui ſe iactabant ſcientiam legis habere. Dicit ergo. *x* Væ,] temporale & æternum vobis Scribæ & Phariſæi. *y* Qui] deſpecta Dei ſcientia. *z* Sapientes eſtis in, &c.] non Dei, id eſt, veſtra ſuperbia reputatione, non Dei iudicio,

qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, *b* & quaſi vinculum plauſtri peccatum. *c* Qui dicitis, *d* feſtinet, & citò veniat opus eius, vt *e* videamus; & *f* appropiet, & veniat conſilium ſancti Iſraël, & *g* ſciemus illud. *h* Væ *i* qui dicitis *k* malum *l* bonum, & *m* bonum malum, *n* ponentes tenebras *o* lucem, & *p* lucem *q* tenebras, *r* ponentes amarum in *ſ* dulce, & *t* dulce in *u* amarum. *x* Væ *y* qui *z* ſapientes

11. q. 3. c. *Væ qui dicitis.*

Sexta pars.

Septima pars.

adhuc sum in subiectione & in vilitate maxima: & in fine æternaliter cruciabuntur. *Exod.* 3. g. Extendam manum meam & percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis. a Et,] quia eloquium Domini blasphemauerunt, eleuabit signum vocationis, quo congregabit Romanos contra Iudæos.

Et a eleuabit signum in b nationibus procul, & c sibilabit ad eum d de finibus terræ: & e ecce festinus velociter veniet. f Non est deficiens neque laborans in g eo, non h dormitabit neque i dormiet, k neque soluetur cingulum renum eius, neque l rumpetur m corrigia calceamenti eius. n Sagittæ eius acutæ, & omnes o arcus eius extenti. p Vngulæ equorum eius, vt silex: & q rotæ eius, quasi r impetus tempestatis. f Rugitus eius, vt Leonis t rugiet, vt catuli Leonum. Et u frendet, & x tenebit prædam & y amplexabitur, & non z erit qui eruat, & a sonabit b super eum in c die illa d sicut sonitus maris. e Aspiciemus in terram, & f ecce tenebræ tribulationis, & g lux h obtenebrata est in caligine eius.

CAP. VI.

IN i anno, quo mortuus est Rex Ozias, vidi

b In nationibus procul,] id est, in regione Roma-
G norum. Nō enim de Babylonijs potest intelligi, quia Babylonia non ita remota est à Iudæa. Vndè cum aduentum Babyloniorum minatur Dñs, alijs verbis solet vti. c Et sibilabit, &c.] i. ad Romanum exercitum congregandum. d De finibus terræ,] id est, inspirabit ei, vt veniat contra Iudæos. Et hoc est signum vocationis. Sed si Dominus inspirauit Romanis, vt venirent: ergo aduētus eorum fuit à Deo, qui fuit mortale pecca-
A tum; ergo mala actio fuit à Deo: quod concedunt multi, sed alij negant. Et secundū, quòd Dominus non inspirauit Romanis, vt venirent; sed inspirauit eis tantam malitiam esse Iudæorum, quòd digni essent amittere terram suam, & quod Dominus projecerat eos: & ipsi moti sunt ad impugnandum eos, non amore iustitiæ, sed propria cupiditate. Vel dicitur inspirasse, vt venirent: quia eo permittente venerunt, & ministri vltionis fuerunt. Secundum quem modum dicitur Deus indurasse Pharaonem. e Et ecce festinus, &c.] Romanus exercitus percepto signo, non sua, sed Dei tractus potentia: quæ Iudæos, quos solebat protegere, deseruerat, & in hoc confidebant, & non in sua potentia. *Abac.* 1. c. Volabunt, quasi Aquila festinans ad comedendum. *Thr.* 4. d. Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis cœli. f Non est deficiens, &c.] Aquilis. g In eo] exercitu licet viam longissimam venirent. Vndè mirari potest, qui legit historiam Romanorum, quòd in tam breui tempore Romani in Iudæam venerunt, & vrbes & oppida eius præter Ierusalem tam citò destruxerunt. h Non dormitabit,] exercitus veniens præ desiderio citò veniendi.

i Neque dormiet] nocte ardore præliandi. k Neque soluetur, &c.] nocte, vel die, vt semper sint parati ad pugnam.

l Neque rumpetur] vetustate, vel violentia. m Corrigia calceamenti.] Ad litteram plus soluto durabant omnia, ne impedirentur in itinere. Deinde describit Propheta qualitatem armorum. n Sagittæ eius acutæ] vt nihil resistere possit eis.

o Et omnes arcus, &c.] non fracti, vel remissi, vel præ nimio labore curuati. p Vngulæ equorum, &c.] id est, duri & infatigabiles, etiam vt sine ferris possent ire. Vndè *Amos* 6. d. Nunquid currere queunt in petris equi? q Et rotæ,] id est, currus eius. r Quasi impetus tempestatis] ad portandas machinas & victualia & arma. *Naum.* 3. a. Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ, nec est finis cadauerum. f Rugitus eius, &c.] erit. Metaphoram seruat, quia rugire propriè Leonis est, non hominis. Sed in hoc notatur crudelitas Romanorum. t Rugiet vt catuli Leonum,] id est, non tam ad pugnandum, quàm ad deuorandum & perdendum veniet, vt Leo. u Et frendent] ex nimia feritate. x Et tenebit prædam] Iudæos & spolia eorum. y Et amplexabitur,] id est, cupidè seruabit. z Et non erit, qui eruat] Iudæos de manibus Romanorum. *Naum.* 2. d. Leo cepit sufficienter catulis suis, & impleuit præda speluncas suas.

a Et sonabit] strepitus victorum venientium. c In die illa] notabili & timenda. b Super eum,] id est, populum Iudaicum. d Sicut sonitus maris] quod nulli parcit: & cui nullus potest resistere; ita fuerunt Iudæis Romani. Et quando hæc fient, tunc. e Aspiciemus in terram] quasi victi & confusi, non ausi aspicere in cœlum, cuius habitatorem, id est, Deum offendimus. Et annumerat se Propheta eis, quasi compatiendo eis, vt licentiùs arguat, & prænunciet mala futura, & vt nobis exemplum daret.

f Et ecce tenebræ tribulationis,] id est, desperationis. g Et lux spei, quam in Domino antè habuimus. h Obtenebrata est, &c] tribulationis. Aspiciamus & nos terram, id est, incolatum terrenum: & non est in eo, nisi tenebræ tribulationis, & miseriæ, & culpæ, & lucerna Religionis obtenebrata est, vel ferè extincta. *Ierem.* 4. f. Aspexi terram: & ecce vacua erat & nihil: & cœlos, id est, Religiosos, & non erat lux eis. *Apoc.* 6. c. Ecce terræmotus factus est magnus, & Sol factus est niger, tanquam saccus cilicinus: & Luna, id est, Ecclesia tota facta est, vt sanguis: & Stellæ cœli, id est, viri Religiosi, vel Doctores Ecclesiæ ceciderunt de cœlo super terram per cupiditatem & amorem terrenorum.

EXPOSITIO CAP. VI.

IN anno, &c.] Isaias non sicut cæteri Prophetæ confundit ordinem visionum, sed prosequitur & ordinat eas secundùm ordinem Regum, sub quibus vidit eas, in nullo confundens ordinem visionum. Præcedentia enim vidit sub Ozia Rege Iuda. Hanc verò visionem vidit sub Ioathan filio Oziæ. Et fuit hæc visio imaginaria, cuiusmodi solent videre infirmi vigilantes, vel etiam sani dormientes. Tali etiam visione vidit Petrus animalia in disco, id est, animalium imagines. *Act.* 10. b. Sic Isaias præuidit in spiritu filium Dei incarnandum, sedentem quasi in super solium excelsum, vt Dominum, & Iudicem futurum. Diuiditur autem hoc cap. in octo particulas. In prima se dicit Propheta vidisse Dominum in forma regnantis, assistentibus Angelis; vt ministris. In secunda agit de commotione superliminarium templi & incendio eius, *ibi.* Et commota sunt superliminaria, &c. In tertia deplorat silentium suum & immundorum cohabitationem, *ibi.* Væ mihi, &c.] In quarta demonstrat se purgatum tactu carbonis sumpti de altari ministerio Angeli, *ibi.* Et volauit vnus, &c. In quinta quærenti Domino, quem mitteret ad Iudæos, offert se Isaias, *ibi.* Et audiui vocem Domini, &c. In sexta prædicit cæcitatem, siue excæcationem Iudæorum, *ibi*: Audite audientes, &c. In septima determinat, quantum sit duratura hæc cæcitas, scilicet, vsque ad vastationem Romanorum, *ibi*: Vsquequo, Domine, &c. In octaua prædicit de conuersione reliquiarum, *ibi.* Et adhuc in ea decimatio. Notandum autem est ad litteralem intelligentiam dicendorum, quod in templo Salomonis erant tres mansiones. Superior quæ habebat sexaginta cubitos in altitudine, & media & inferior, quarum vtraque habebat triginta cubitos in altitudine, & totidem in latitudine. Et erant ibi duo tabulata, scilicet, primum & secundum. Primum erat quasi tectum inferioris mansionis, & quasi pauimentum mediæ. Secundum tabulatum erat similiter quasi tectum mediæ mansionis, & quasi pauimentum supremæ. Vidit igitur Isaias Dominum sedentem super solium magnum, quod erat in secundo tabulato, cuius tibiæ & pedes dependentes pertingebant vsque ad primum tabulatum. Superior pars corporis erigebatur superiùs in tertia mansione. Et ita gloria Domini replebat secundam mansionem totam, & supremam in parte. In inferiori verò mansione vidit Isaias Angelos discurrentes & Domino ministrantes. Vidit etiam in media mansione duos Seraphim Domino assistentes altrinsecùs quasi collaterales, habentes alas senas, & vterque duas capitales, duas laterales, & duas pedales. Duas superiores extendebant ex transuerso ante faciem Domini, ne videri posset. Duas inferiores extendebant similiter ante pedes Domini, ne videri posset. Duabus mediis volabant, id est, tanquam ad volandum expendebant, & ideo media pars Domini, id est, pectus & venter poterant videri. Et hoc est, quod dicitur. i In anno, quo mortuus est Rex Ozias] sub quo præcedentia visa sunt, qui etiam Azarias dicitur. *quarto Reg. decimo quinto.* a. & *secundo Paralip. vigesimo sexto.* Qui cùm vidisset maximos esse redditus Sacerdotij, voluit sibi vsurpare Sacerdotium cum regno. Sed cùm intrasset templum decima die Septembris, vicem summi Sacerdotis ministraturus, & thuribulum aureum teneret in manu; & intrasset Sancta Sanctorum, factus est terræmotus

Tres erant mansiones in templo Salomonis.

A per totam ciuitatem,

Mysticè. Mysticè. i In anno, quo mortuus est Ozias,] vidi Do-

a per totam ciuitatem & etiam extra, ita quod particula montis Gion auulsa destruxit omnes hortos eius, quos fecerat extra ciuitatem, quia homo delicatus erat: & ipse percussus est lepra in fronte & etiam per totum corpus. Sciens autem sibi hoc pro vsurpatione Sacerdotij accidisse, secessit extra ciuitatem in secretam quandam habitationem suam, & Ioathan filius eius negotia regni interim administrauit pro ipso, & post ipsum regnauit simpliciter. In anno igitur, quo mortuus est Rex iste Ozias.

Al. non habet † & plena erat domus à Maiestate eius.
Al. † Seraphin.

a Dominum sedentem b super solium c excelsum & d eleuatum, † & e plena erat domus à f Maiestate eius, & g ea, quæ sub ipso h erant, i replebant templú.† k Seraphin l stabát super illud, m sex alæ vni, & n sex alæ alteri: o Duab. velabant faciem eius: & p duab. velabant pedes eius, & q duabus volabant. Et r clamabant ter ad alterum, & s dicebant,

a Vidi] dicit Isaias, Dominum, id est, filium in forma humana, secundùm quam propriè dicitur Dominus noster, & nos serui eius empititij, quia secundùm eam proprio sanguine nos redemit, regnante filio eius Ioathan, qui fecit rectum in conspectu Domini, vt dicitur. 4. *Reg.* 15. g. & 2. *Paral.* 26. a,

b Super solium,] id est, super thronum regium.

c Excelsum] in se.

d Et eleuatum] loco, quia super secundum, tabulatum. Vel excelsum dicit, propter primum tabulatum, quod erat tectum in fine mansionis: vsque ad quod descendebant pedes Domini. Et eleuatum dicit, propter secundum tabulatum, super quod erat illud solium, in quo sedebat Dominus. e Et plena erat domus,] id est, media mansio, & etiam tertia. f A Maiestate eius,] id est, à splendore Maiestatis eius, quia præter Maiestatem Domini nihil vidit Propheta in tota media mansione & suprema, sed splendor Dominicæ Maiestatis totam irradiabat, & implebat.

g Et ea, quæ sub ipso] Domino. h Erant] in inferiori mansione, scilicet Angeli ministrantes. i Replebant templum,] id est, inferiorem mansionem templi, quam intrabant aliquando Sacerdotes, vbi erat Arca. Hebræus autem sic legit hoc. g Et ea, quæ sub ipso erant, id est, vestes & tapetas, à primo tabulato vsque ad pauimentum dependentes. i Replebant templum,] id est, inferiorem mansionem templi. Aliqui etiam dicunt, quòd pedes Domini descendebant vsque ad pauimentum. Et de ipsis dicitur. Et ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. Secundum istos oportet dicere, quòd solium, in quo sedebat Dominus, erat supra primum tabulatum & ita pedes, & tibiæ dependentes replebant inferiorem mansionem: media pars corporis, quasi pectus & venter, replebant mediam: collum, & caput eleuabantur super secundum tabulatum in tertia mansione. Sed prior expositio communior est.

k Seraphin] duo, vel plures, secundum *Ieron*,

l Stabant super illud] templum, id est, super inferiorem partem templi, in quo erant alij Angeli Domino ministrantes, id est, in secundo tabulato, quasi Domino collaterales. m Sex alæ vni] erant.

n Et sex alæ alteri) duæ capitales, duæ pedales, & duæ collaterales, vt dictum est.

o Duabus velabant faciem eius] Dei, non suam, dicit *Gloss. Ier.* In Hebræo tamen habetur, velabant faciem sui, quod potest intelligi tam singulare, quàm plurale. Et potest referri ad Dominum, vel Seraphin. Et secundùm Iudæos refertur ad Seraphin, vt intelligatur, quòd Seraphin faciem suam & pedes suos velabant, non Domini. Et ipsi dicunt blasphemasse Isaiam, cùm dixit. Vidi Dominum, cùm etiam ipsi Seraphin velarent faciem suam, ne viderent Domini Maiestatem. Hanc opinionem Iudæorum reprobat illa. *Interl. Ieron.* quæ dicit, quòd velabant faciem Dei, non suam, q. d. *Ieron.* stultè arguunt Iudæi Isaiam de blasphemia, quia non est intelligendum, quòd Seraphin velarent faciem suam, sed Domini. Iudæi ponunt sedem Dei in medio cœnaculo templi, Angelos in inferiori, gloriam, id est, radios lucis in superiori, Seraphin in medio cœnaculo cum Domino. Sequitur.

p Et duabus velabant, &c. id est, Domini. q Et duabus volabant,] id est, duas medias expandebant quasi ad volandum. r Et clamabant alter, &c.] id est, clamando sese mutuò respiciebant, id est, per huiusmodi mutuum respectum ad clamandum sese inuitabant. s Et dicebant,] in lingua sua, Sanctus Pater,

Mysticè.

Dominum sedentem super, &c.] id est, super Angelos, in quibus sedet, & per quos iudicia sua exercet & discernit. Vel per solium excelsum & eleuatum intelligitur Ecclesia, vel B. Maria, in qua sedit Dominus & quieuit. De quo solio dicitur *Ier.* 14. d. Solij gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. *Cant.* 3. d. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani. Ozias Rex leprosus diabolus est, quo regnante nihil vidit Isaias, sed eo mortuo videre possumus Dñm in sua Maiestate, & cognoscere mysteria. e Et plena erat domus,] id est, Ecclesia, de qua *Prou.* 14. a. Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens extructam manibus destruet. f A Maiestate eius.] *Ierem.* 23. e. Cœlum & terram ego impleo.

g Et ea, quæ sub ipso erant,] id est, Angelorum agmina, vel Sanctorum animæ.

i Replebant templum,] id est, Ecclesiam: quia ex his constat Ecclesia. 1. *Cor.* 3. e. Nescitis, quia templum Dei estis? k Seraphin stabant. &c. Seraphin sunt Prælati, vel Doctores. Interpretatur enim ardentes, siue incendentes, vel incendium, vel initium oris. Et per has interpretationes significantur tria, quæ Prælato, vel Doctori sunt necessaria ad hoc, vt officium suum benè exequatur, scilicet quòd ardeat ardore charitatis in se, & incendat alios igne, hoc est exemplo sanctitatis, & habeat os initiatum, id est, sanctum per veritatem doctrinæ. *Ioan* 5. f. Ille erat lucerna ardens & lucens, Seraphin ordo sublimior est in cœlo: sic Prælati, Doctores summum locum obtinent in Ecclesia. Seraphin stare super templum, id est, Prælati & Doctores super Ecclesiã, sicut excubiæ, vel sicut gallus *inf.* 21. c. Super custodiam meam ego sum stans totis noctibus. *Item.* 62. b. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, &c. *Abac.* 2. a. Super custodiam meam stabo, &c. *Luc.* 2. b. Pastores erant in regione eadem, &c. Boni enim Pastores vigilant in regione eadem, in qua Dominus natus est: quia eo fine & ea intentione officium prælationis exequuntur, qua natus est Dominus, id est, ad salutem populi, & solo intuitu charitatis. Sed multi vigilant super alienum, quia docent & monent ad benè viuendum, sed non in eadem regione, quá natus est Dominus: quia non ad salutem populi, sed causá inanis gloriæ, vel commodi temporalis hoc faciunt. De quibus dicit Dominus *Matth.* 6. a. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam.

m Sex alæ vni, &c.] Sex alæ sunt sex partes officij pastoralis, quas tangit *Ez.* 34. a. Gregem meum non pascebatis: quod infirmũ fuit, non consolidastis: quod ægrotum fuit, non sanastis: quod confractum, non alligastis: & quod abiectum est, non reduxistis: non & quod perierat, non quæsistis. Item *Zach.* 1. d. Suscitabo Pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersa non quæret, contrita non sanabit: id, quod stat, non enutriet, sed carnes pinguiũ comedet, & vngulas eorum dissoluet. Et statim infert. O pastor & idolum. Item tria istorum notantur. 1. *Thess.* 5. c. Corripite inquietos, consolamini pusillos, suscipite infirmos. Alia tria notantur. *Ioan.* 21. d. Vbi dicitur Petro ter: Pasce oues meas. Pasce, inquam, verbo, pasce exemplo, pasce temporali subsidio. Item sex alæ Prælati sunt sex opera misericordiæ. *Matth.* 25. c. Vndè *versus.*

Vestio, poto, cibo. tectum do, visito, soluo.

Erant autem alæ Seraphin & à dextris, & sinistris: per quod innuit, quòd istas sex partes officij pastoralis debent exequi circa subditos, tam in aduersitate, quam in prosperitate. Isti Seraphin, id est, Prælati & Doctores, duabus alis velant faciem Domini, & duabus pedes, & duabus volant: quia secreta Deitatis & quæ ante mundum fuerunt, nobis non reuelant: quod est velare faciem: quia bestia, quæ tetigerit montem, lapidabitur. *Exod.* 19. & 6. *Prouerbiorum* 25. d. Perscrutator Maiestatis opprimetur à gloria: Item pedes velare est de fine mundi, & de humanitate quędam infima sub silentio præterire. Medijs alis volare est media prædicare, dehortari à vitiis, & ad virtutes inuitare, fidem & mores docere. Et hoc significatur. *Genes.* 29. a. vbi legitur, quòd Iacob venit in terram Orientalem, & vidit puteum in agro, ex quo pecora adaquabantur, & postea os eius grandi lapide claudebatur. Iacob significat Prælatum, puteus sacram Scripturam, ager Ecclesiam, pecora subditos. Puteus igitur clauditur quandoque, ne bos, vel asinus in eum cadat: quandoque aperitur, vt pecora adaquentur, id est, subditi doceantur. *Exod.* 21. d. Si quis aperuerit cisternam & foderit foueam, & non aperuerit eam: cecideritque bos, vel asinus, in eam: Dominus cisternæ reddet pretium iumentorum.

r Et clamabát alter, &c.] per hoc notatur, quòd Doctores & Prælati debent esse cócordes in prædicatione, & subditi vnanimes in fide. Vndè *Cant.* 4. c. Dicit Sponsus ad Spõsam, vulnerasti cor meũ, soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, i. in concordia & vnitate Prælatorum, & in vno crine colli tui, id est, in vnitate & concordia subditorum

A *a* Sanctus] Pater. *b* Sanctus] Filius. *c* Sanctus] Spiritus S. *d* Dominus Deus exercituum] non Domini, vel Dei, sed vnus Dominus, & vnus Deus, quasi dicat, dicendo tertiò, Sanctus, Trinitatem personarum, & æqualitatem innuunt Addendo: Dominus Deus, singulariter vnitatem essentiæ in Trinitatem demonB strant. Per hoc etiam, quod dicitur, Dominus exercituū, Christi humanitas declaratur, secundum quam venit expugnaturus fortem armatum. *Luc.* 11.c. De quo dicit *Psalm.* 23. Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ, id est, ipse Christus homo est Rex gloriæ, quia Deus.

Apocal. 4.c.

24. q. 3 c. qui negligunt.

a Sanctus *b* Sanctus *c* Sanctus *d* Dominus Deus exercituū, plena *e* est omnis terra *f* gloria eius. Et *g* commota sunt *h* superliminaria cardinum à *i* voce clamantis, & *k* domus *l* impleta est fumo. *m* Et dixit. *n* Væ mihi, quia *o* tacui, *p* quia vir pollutus labiis ego sum, *q* & in *r* medio populi polluta labia habentis ego habito, *s* & *t* Regem Dominum exercituū vidi oculis meis.

e Plena est omnis terra, non etiam Iudæa.

f Gloria eius, id est, Christi gloriosa notitia. Vndè cùm olim diceretur. *Psalm.* 75. Notus in Iudæa Deus. Nunc dicitur. *Psalm.* 8. Domine Deus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Et *Cant.* 1. a. Oleum effusum nomen tuum. *Oseæ vlt.* c. Erit quasi oliua gloria eius. Ita fiebat ibi, sicut fit in Ecclesiis in festis diebus: quia duo præcinunt, & chorus prosequitur quasi respondens. Ita in hac visione duo Seraphin assistentes Maiestati præcinebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus: & multitudo Angelorum quæ erat sub throno inferiùs respondens prosequebatur. Sed Trinitas personarum: & per, Dominus Deus, essentiæ vnitas: mirum est, quare in Ecclesia Parisiensi vltimum sanctus adiungitur cum, Dominus Deus. Nisi fortè per hoc innuat, quòd cum quolibet, debet intelligi, Dominus Deus, vel, ne quaternitas personarum videatur esse, si sub quatuor distinctionibus diceretur, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus.

Secunda pars

g Et commota sunt, &c.] Secunda pars, vbi templi incendium & commotio superliminarium eius prophetatur. Et exponitur ad litteram versus iste. Dum enim clamarent duo Seraphin Domino assistentes: clamaret & multitudo Angelorum stantium sub solio in inferiori mansione, visum est Isaiæ, quod ad eorum clamorem constringerentur superliminaria templi, & tota domus impleretur fumo. Et hæc visio prophetia fuit euersionis templi per Romanos: quia tunc vidit Isaias in spiritu Christum venturum in mundum, & Iudæos non recepturos eum, & ideo perituros: Et hoc est.

g Et commota sunt] ad clamorem Angelorum, id est, confracta.

h Superliminaria cardinum,] id est, in quibus voluebantur cardines templi.

i A voce clamantis,] id est, propter vocem multitudinis Angelorum clamantium laudes Deo. Vel clamantium, transeamus ab his sedibus imminente euersione Romanorum, vt legitur in Euangelio Nazaræorum.

k Et domus,] id est, templum.

l Impleta est fumo,] id est, emissione ignis. Fumus enim vapor est ignis, per quod significatur vicina templi euersio per Romanos, vt dicit *Gloss. Ieron.*

m Et dixi] mortuo Ozia, & auditis Angelorum laudibus, & præuisa templi euersione.

n Væ mihi] pœnæ & culpæ.

o Quia tacui] à laude Dei, audiens Angelos laudantes, & à redargutione populi videns eum peccare. Et quare tacuisti? *p* Quia vir pollutus, &c.] & ideò indignus laudare Deum, vel videre: quia non est speciosa laus in ore peccatoris. *Eccles.* 15.c. Sed quare pollutus es Isaia?

q Et,] id est, quia.

r In medio populi, &c.] quibus idola laudant, ego habito. Ecce quanta fuit humilitas Isaiæ, qui venialiter peccauerat, vt dicunt, & populus mortaliter: & tamen non plùs, vel grauiùs populum accusat, quàm se, nobis dans exemplum humilitatis. Innuit etiam, quòd noxia est peccatorum cohabitatio; quia qui tangit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicat superbo, induit superbiam. *Eccles.* 13.a.

s Et] tamen quamuis indignus.

t Regem Dominum exercituum, &c.] cordis, non carnis, dicit *Ieron.* Cum pondere pronunciandum est hoc, dicit *Interlin.* ad explicandam, & amplificandam misericordiam & Maiestatem Dei & humiliationem Prophetæ, quasi dicat, ita pollutus eram; & tamen mihi indigno ostendit Deus misericors Maiestatem suam. Sic Abraham, postquam vidit Dominum & vocem eius audiuit, se puluerem & cinerem esse confessus est. *Gen.* 18. d. Sic Rebecca viso Isaac, descendit de Camelo superbiæ, & operuit se pallio pœnitentiæ. *Genes.* 24. g. Quia quantacunque sit hominis dignitas, vilescit in comparatione Dei. Vndè *Iob* 25. b. Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Ecce Luna etiam non splendet, & Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quantò magis homo putredo, & filius hominis vermis. Sed quomodo dicit Isaias. Vidi Regem Dominum oculis meis, cùm dicatur *Ioan.* 1. b. Deum nemo vidit vnquam. Et ipse Dominus dicat. *Exod.* 33. d. Non videbit me homo, & viuet. Et 1. *Tim.* 6. c. Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. Et *Chrysost. super Ioan.* 1. Si prophetæ ipsam vidissent naturam, nequaquam eam differenter considerassent. Simplex enim est, & infigurabilis, non sedet, nec stat, nec ambulat: hæc enim corporum sunt. Qualiter autem est, ipse nouit solus. Et hoc ostendit, per *Osea* 12. c. Vbi dicitur. Ego visiones multiplicaui, quasi dicat, non hoc, quod eram, apparui. Et postea addidit. Ipsum, quod est Deus, non solùm Prophetæ, sed neque Angeli, neque Archangeli viderunt; sed si interrogaueris eos, de substantia quidem nihil respondent, sed gloria in excelsis Deo. Et si à Cherubin, vel Seraphin vis discere mysticam sanctimonij melodiam, mortuus melodiam audies. Qualiter enim creabilis natura videre poterit, quod increabile est? Tunc Angelis visus est filius, quando carnem tuam induit, apparuit in carne, visus est Angelis. Et postea obiicit. Qualiter ergo Dominus dicit: Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est. *Matth.* 18. b. Et respondet. Quid enim & faciem habet Deus, & in cœlis conscribitur? Nequaquam, sed sicut dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: eam, quæ secundùm mentem est, visionem, aut quæ in nobis possibilis est, ita & in Angelis dicere est, quoniam propter puram & insontem naturam nihil aliud, quàm Deum imaginantur. Propterea ipse ait. Nullus nouit Patrem, nisi filius. *Matth.* 11. d. Quid igitur? Omnes in ignorantia sumus? Absit. Sed ita nullus nouit, vt filius. Vndè *Ioan.* 10. c. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem. Ecce videtur dicere *Chrysost.* quòd nec Angeli, nec Prophetæ Deum vident in substantia sua. Sed hoc videtur innuere *Gloss. Ieron.* quæ dicit. Certè non in natura sua, sed in subiecta creatura visus est à Prophetis. Sed contra, super illud *infrà* 38. a. Dispone domui tuæ, dicit. *Gloss.* quod Prophetæ videbant in libro præscientiæ Dei. Sol. Triplex est visio, sicut dicit *Gloss. super secundo, Corinth. duodecimo de raptu Pauli.* Corporalis, qua videtur Deus corporalibus oculis in subiecta creatura. Et hoc modo vidit eum Abraham, Isaac, & Iacob, & Moyses, vt dicit

Matth. 4.

Δ Ieronymus

⊖ concordia subditorum.

g Et Commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus impleta est fumo.] Mysticè. Superliminaria sunt obstacula, aditum Paradisi obstruentia, i. rhomphæa, originale decretum Dei, quæ commota sunt, i. amota de medio ad vocem Christi clamantis in Cruce Consummatum est. Quam amotionem significat scissio veli. *Matt.* 27. f.

Mysticè.

Ioan. 19. f.

k Et domus] Dei, id est, Ecclesia. *l* Impleta est fumo,] id est, ænigmatica fidei cognitione. Vel.

k Domus,] i. Synagoga. *l* Impleta est fumo] ignorantiæ & infidelitatis. Moraliter. Superliminaria sunt ratio & voluntas; cardines sunt detestatio mali, & electio boni; domus est mens humana: vox clamantis, prædicatio verbi Dei. Superliminaria igitur commouentur ad vocem clamantis, & domus impletur fumo; quia ad prædicationem verbi Dei ratio & voluntas mouentur ad electionem boni & detestationem mali, & mens compunctione repletur. *Amos* 9. a. Percute cardinem & commouebuntur superliminaria. *Iob* 22. b. Circa cardines cœli perambulat. Possunt etiam dici cardines cardinales. 1. *Reg.* 2. b. Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. *Amos* 8. a. Stridebunt cardines cœli in die illa, dicit Dñs.

Moraliter.

n Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum.] Ecce fructus prædicationis, scilicet, recognitio propriæ vilitatis. Vidit Isaias Dominum, & statim suam infirmitatem cognouit. Idem significatur *Gen.* 24. g. Vbi legitur, quod Rebecca conspecto Isaac statim descendit de Camelo, & operuit se pallio. *Iob vlt.* a. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, idcircò ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. *Ezec.* 43. c. Fili hominis, ostende filiis Israel templum, & erubescent ab iniquitatibus suis.

Δ *Ieronymus*, in originali super locum istum. Item imaginaria, qua videtur Deus oculis cordis sub figura imaginaria, sicut vidit Isaias hic, & *Dan.* 7. & *Ezech.* 1. Item intellectualis, quæ longè purior est, qua Deus cæteræque res incorporeæ, non per imaginem: aut figuram, sed puræ mentis intuitu mira Dei reuelatione videntur. C Sicut vidit Paulus raptus ad tertium cœlum. 2. *Corint.* 12. a. Hæc tertia visio est in patria perfectè, in via imperfectè, & in paucis Sanctis.

Et *a* volauit *b* ad me vnus *c* de Seraphin, & in *d* manu eius *e* calculus, *f* quem *g* forcipe tulerat *h* de altari: & *i* tetigit *k* os meum, & *l* dixit Ecce *m* tetigi hoc *n* labia tua, & *o* auferetur iniquitas tua, & peccatũ tuum *p* mundabitur. Et *q* au-

Prima visio non est prophetia, neque secunda simpliciter; sed tertia perficit prophetiam, quæ vila primo, vel secundo modo intelliguntur. Vndè *Dan.* 10 a. Intelligentia opus est in visione. Non enim Balthasar, qui vidit manum scribentem, Propheta fuit; sed Daniel, qui quid significaretur per Dei reuelationem intellexit: Quæ reuelatio fuit duobus modis, per illuminationem mentis, aut per locutionem spiritus ad spiritum. Dicimus ergo, quòd Prophetæ non vident Deum in natura sua, sicut dicit *Chrysostomus*, sed in subiecta creatura, vt Moyses; vel imaginariè, vt Isaias. Et iuxta hanc visionem vident quodammodò intellectuali visione: non tamen in natura sua, sed in gloria: quòd qualiter fiat, nescit, nisi qui percipit. Et quod dicit hic *Gloss.* quòd Isaias vidit Dominum oculis cordis, exponitur, id est, visione imaginaria, quæ fit oculis cordis, non carnis.

Item quod dicit *Gloss. infrà* 38 dicendum. quòd magistralis est Gloss. Vel quod legere in libro præscientiæ non est videre Deum in substantia, sed per illuminationem, aut spiritus ad spiritum locutionem præuidere futura. Quia autem dicit *Chrysostomus*. Nec Angeli, nec Archangeli vident Deum in natura sua; intelligendum est plenè, sicut filius patrem & pater filium, vt patet in verbis eius. Sequitur.

Quarta pars. *a* Et volauit ad me, &c.] Quarta pars, vbi ostendit Propheta se purgatum tactu carbonis, & ministerio Angeli ad se missi. Videbatur enim Isaiæ, dum hoc aspiceret, quòd vnus Angelus de altari holocausti accipiebat lapidem, vel carbonem ignitum, & tangebat labia eius illo lapide ignito, & immunditiam amouebat. Et hoc est.

a Et volauit] sponte.

b Ad me] purgandum.

c Vnus de Seraphin,] id est, vnus de Angelis illius ordinis, qui huic officio mancipatus est, vnde & nomen accepit, Seraphin, quod interpretatur ardentia. Quidam libri habent. Vnus de Seraphim, per [m.] Et tunc exponitur vnus de Angelis assistentibus Maiestati. Multi enim assistebant ei, non solùm duo, vt dicit *Ieron.* in Originali super locum istum. Hoc modo multi putant duos esse Seraphim, qui clamabant alter ad alterum, cum & de pluribus possint singuli clamare ad singulos. Et Septuaginta editio magis significet plurimos esse, qui interpretati sunt: Seraphim stabant in circuitu eius: quod si de duobus diceretur, non in circuitu, sed ex vtraque parte dixissent. Notandum, quòd Seraphim scriptum per [n] nomen est ordinis, & est neutri generis, nec habet singulare; scriptum verò per [m] masculini generis est, & & pluralis numeri, & potest dici de duobus, vel tribus, vel pluribus illius ordinis, & secundùm hoc habet singulare Seraph, quod dicitur de quolibet Angelo illius ordinis. Similiter Cherubin per [n] neutri generis & pluralis numeri est, nec habet singulare, nomen est ordinis, scriptum per [m] masculini generis, & pluralis numeri, & nomen plurium, & habet singulare Cherub, quod est masculini generis.

d Et in manu eius] Seraph, qui est missus ad me.

e Calculus] carbo, vel lapis ignitus. Septuaginta dicunt, carbunculus lapis, qui propter flammeum calorem igneus appellatur.

f Quem] calculum.

g Forcipe] fabrili habente duo brachia.

h Tulerat de altari holocaustorum, quod erat in templo, in quo erat iugis ignis, in quo Isaias videbat ista imaginariè.

i Et tetigit] illo calculo.

k Os meum] pollutum.

l Et dixit] mihi.

m Ecce tetigi hoc] calculo.

n Labia tua,] vt purgentur, non quòd actualiter adussérit Angelus labia eius, sed sic ei videbatur, & dolorem sentiebat in labiis, per quem mundatum est peccatum silentij eius. Ieremias verò, quia puer erat, & pene immunis ab omni peccato, solius manus Dei tactu purgatur.

o Et auferetur sic, iniquitas tua, & peccatum tuum, non populi indigni, qui non confitetur, sicut tu.

p Mundabitur,] per tactum calculi. Differunt autem iniquitas & peccatum secundum *Interlin.* quia iniquitas est in alios; peccatum in nos. Peccauerat enim in alios, quia eos peccantes non corripuerat: Et in se, quia audiens laudantes Angelos, à laude Dei siluerat. Et nota, quòd Hebræus Ieronymi, qui eum instruxerat de traditionibus Iudæorum, aliter exponit hanc visionem, quàm Ieronymus, vt dicit hic *quædam Gloss.* quæ non est sumpta de originali, sed de quadam Epistola eius. Dicit enim ille Hebræus se nunquam legisse Seraphin, nisi hic, & nullum Prophetam, nisi Isaiam vidisse Seraphin circa Dominum consistentia.

Refert etiam hoc, quod hic dicitur, ad captiuitatem Chaldæorum, in quo differt à Ieronymo, qui hoc refert ad captiuitatem Romanorum. Item dicit per duodecim alas duorum Seraphin, intelligi vndecim Reges, qui ab Ozia, sub quo ortus est Isaias, regnauerunt vsque ad Sedechiam, qui vltimus regnauit, & Godoliam duodecimum, qui non fuit Rex, sed Nabuchodonosor constituerat eum super terram, quem inter epulas interfecit *Ismaël. Ierem. quadragesimo primo* 2. Ex his duodecim Regibus dicit tantùm quatuor fuisse iustos, scilicet, Oziam, & Ioathan, & Ezechiam, & Iosiam. Hi significantur per quatuor alas, quæ volabant clamantes: Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus, qui per singulas captiuitates laudabant & glorificabant Deum. Quatuor alij velabant faciem propter peccata sua. Alij quatuor velabant pedes, quia ducti sunt in captiuitatem. Motionem superliminarium, & fumum domus dicit significare euersionem Ierusalem, & incendium templi, sicut *Ieronymus* calculum & vstionem labiorum dicit significare passionem Isaiæ, qui sub Manasse interfectus est, & tunc plenè purgatus est à peccato silentij. Per forcipem, qua de altari calculus sumptus est, dicit significari consilium Sacerdotum, qui consuluerunt Manassæ impio, vt Isaiam serra occideret. Sequitur.

q Et audi, & cætera.] Quinta pars, vbi offert se Isaias spontaneus admittendum tanquam purgatus a Domino, & pœnitens de silentio suo. Et prosequitur Isaias visionem suam. Viderat enim Dominum in throno, & duo, vel plures Seraphin ei assistentes & eius laudibus insistentes: & viderat vnum de ipsis ad se purgandum missum. Et post hæc omnia, audiuit vocem Domini, quasi deliberantis, & quærentis, quem nuncium posset mittere in legationem suam. Et statim Isaias, qui priùs quasi pollutus siluerat, quasi iam purgatus, & ideò idoneus ad eundum, sponte se obtulit ad explendam hanc legationem: & Dominus, acquiescens dixit ei. Vade, & dices populo scelera sua: Et hoc est. *Quinta pars.*

Δ *a* Et audiui,

⊕ *a* Et volauit ad me, & cætera.] Vnus de Seraphin, vnus de Doctoribus, vel Prælatis est, qui volat inter cœlum & terram per desiderium æternorum, & contemptum terrenorum, & ad purgandum peccatores velociter currit. *Iob* 39. c. Dicitur de Aquila. In petris manet, in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus, inde contemplatur escam, & de longè oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambunt sanguinem: & vbicunque cadauer fuerit, id est, peccator, statim adest. *Matth.* 24. c. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ. Calculus est verbum de passione Christi totum ignitum. *Ierem. vigesimo tertio* f. Nonne verba mea quasi ignis? Et *Psalm.* 118. Ignitum eloquium tuum vehementer.

Sed nota, quòd Angelus dicitur illud habere in manu, non in ore: quia Doctor passionem Christi, non tantùm ore prædicare debet; sed & opere demonstrare: sicut fecit egregius Prædicator, & Doctor Gentium. *Gal.* 6. d. Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. *Apoc.* 2. c. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum ignitum, & in calculo nomen meum scriptum, quod nemo nouit, nisi qui accipit. Forceps, studium & oratio, actiua & contemplatiua, doctrina & vita. Altare Christus est, quod vidit Ioannes *Apocal.* 8. a. Plenum calculis ignitis, quibus possunt peccata purgari. Vndè *Psalm.* 17. Carbones succensi sunt ab eo.

⊕ *a* Et audiui vocem

A *a* Et audiui] aure cordis. *b* Vocem Domini dicentis. Quem mittam] ad prædicandum. Non cogit, sed voluntatem quærit quæ sola meretur præmium.

c Et quis ibit nobis?] acquisitiue, id est, ad nostram gloriam, non ad suam iactantiam. Et nota, quòd dicit, mittam, & nobis. Per mittam enim essentiæ vnitas: per nobis demõstratur personarum Trinitas. Simile dicitur *Gen.* 1. d. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram. Faciamus & nostram, pluralitatem dicit personarum, imaginem & similitudinem, essentiæ vnitatem significat. Simile *Ioan.* 10. f. Ego & pater vnum sumus. Vnum propter naturæ vnitatem, sumus propter personarum diuersitatem.

1. q. 1. c. in scripturis.
al. † non habet sum.
Matth. 13. *b.*
Marc. 4. *b.*
Luc. 8. *b.*
Rom. 2. *b.*
Act. 28. *f.*

a diui *b* vocem Domini dicentis: Quem mittam, *c* & quis ibit nobis? Et *d* dixi: *e* Ecce ego † sum; *f* mitte me. Et *g* dixit. *h* Vade, & *i* dices populo huic. *k* Audite *l* audientes, & *m* nolite intelligere; & *n* videte visionem, & *o* nolite cognoscere. *p* Excæca cor *q* populi huius, & *r* aures eius *s* aggraua & *t* oculos eius *u* claude, ne forte videat *y* oculis suis, & *z* auribus suis audiat, *a* & corde suo intelligat, & *b* conuertatur, & *c* sanem eum. Et dixi: *d* Vsquequo, Domine? Et *e* dixit: *f* Donec desolentur ciuitates *g* absque habitatore, & *h* domus sine homine, & *i* terra *k* relinquetur deserta.

q Cor populi huius,] non quidem impertiendo malitiam, sed non conferendo gratiam.
r Et aures eius] interiores. *s* Aggraua,] id est, aggrauabis, id est, aggrauari peccato permittes.
t Et oculos eius] interiores.

u Claude, ostio peccatorum, id est, claudi permittes. Ita fiet, Domine.
x Ne fortè videat] veritatem.
y Oculis suis,] interioribus.
z Et auribus suis,] interioribus, audiat.
a Et,] id est, corde suo intelligat spiritualiter veritatem. *b* Et conuertatur] ad me intelligendo.

c Et sanem eum] conuersum à peccatis suis: & est hic metaplasmus, quia modò loquitur Deus, cùm prius loqueretur Propheta. Per hoc aduerbium fortè, notatur libertas arbitrij, conuertendi se ad Dominum, quasi dicat, posset videre, & intelligere, & conuertere, si vellet, & sic sanaretur. Ab hoc loco sumitur illud Ioan. 12. f. Iterum dixit Isaias. Excæcauit Dominus oculos eorum & indurauit cor eorum, vt non videant oculis & intelligant corde, & conuertantur & sanem eos. Et illud *Rom.* 11. b. Excæcati sunt, sicut scriptum est. Dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos, vt non videant; & aures, vt non audiant. Et *illud Act.* 28. f. Benè Spiritus Sanctus locutus est per Isaiam Prophetam ad patres nostros, dicens: Vade ad populum istum, & dic ad eos. Aure audietis & non intelligetis; & videntes videbitis, & non perspicietis. Incrassatum est cor populi huius & auribus grauiter audierunt & oculos suos compresserunt, ne fortè videant oculis, & auribus audiant & corde intelligant, & conuertantur & sanem eos.

d Et dixi] quasi purgatus ab Angelo.

e Ecce ego sum] paratus. Sed quid est hoc? *Ier.* 1. b. se excusat, dicens: A a a, Domine Deus, ecce nescio loqui: quia puer sum ego. Et Moyses *Exod.* 4. d. Obsecro, Domine, non sum eloquens: mitte, quem missurus es. Solutio *Gregorij*. Ibi humilitas? hic deuotio commendatur.

f Mitte me,] quasi dicat non irem, nisi mitteres me: quia quomodo prædicabunt, nisi mittantur? *Rom.* 10. c.

g Et dixit] Dominus Isaiæ.

h Vade.] Et ego mitto te.

i Et dices populo huic] duro & incredulo.

k Audite, &c.] Et nota, quòd Isaias nesciens quid Dominus per eum vellet nunciare populo, putans quòd bona, vltrò se obtulit ad eundum. Sed videns quòd Dominus per eum triste nunciat populo, scilicet: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, postea iubente eo, Clama ne cesses, *infrà* 40. b. non statim acquieuit, sed quæsiuit. Quid clamabo? Similiter Petrus primò audacter asserit Non te negabo? sed postea quærente Domino, Petre amas me? *Ioan.* 21. c Memor negationis suæ, non statim respondit, amo, sed tu scis, Domine. Similiter *Ieremia* cui dictum est 25. d. Accipe calicem & potionabis omnes Gentes, &c. libenter accepit, tunc cum verò audiuit primò proponis Ierusalem, respondit: Decepisti me, Domine, *Ier.* 20. b. Nos autem dicimus non temeritatis, sed obedientiæ, quòd se obtulerit. Sequitur.

Matth. 26. *d.*

Sexta pars.

k Audite, &c.] Sexta pars, in qua prædicit Isaias Iudæorum excæcationem & indurationem: quia audientes Christum Dominum prædicantem non intellexerunt, & videntes non cognouerunt. Et hoc præuidens Isaias in spiritu dicit. Audite. Permissiuè loquitur, non imperatiuè, dicit *Gloss.* Vel potiùs prædictiuè, quod patet per translationem Septuaginta, quam ponit Lucas *Act. vlt.* f. dicens. Aure audietis, & non intelligetis. Et sic facilior est litera.

k Audite] vos Iudæi, id est, audietis. *l* Audientes] auribus carnis Christum prædicantem.

m Et nolite intelligere, id est, non intelligetis, quia noletis.

n Et videte visionem,] id est, Deum in homine mihi reuelatum, videbitis hominem corporaliter.

o Et nolite cognoscere,] id est, non cognoscetis eum Deum, & hoc erit ex vestra propria voluntate.

p Excæca] posset dici, quòd essent verba Domini ad Prophetam, sub hoc sensu: Excæca, id est, prædica excæcandum. Sed *Gloss.* vult, quòd sint verba Prophetæ ad Dominum. Videns enim Isaias nimiam obstinationem Iudæorum, non motus libidine vindictæ; sed accensus amore iustitiæ, sciens quòd excæcatis Iudæis plenitudo Gentium illuminata subintraret ad fidem, precando quod iustum est; non tamen imprecando dicit ad Dominum, Excæca, quasi si vis totum mundum saluari, quod & ego volo. Excæca cor populi huius, tanquam nequam. Si enim hic populus excæcatus fuerit, Gentes illuminabuntur. Nec enim est Dei crudelitas, sed misericordia infidelibus excæcatis humiles illuminare. Vnde *Matth.* 23. d. Quotiens volui congregare filios tuos, &c. *Rom.* 11. d. Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur, &c. Vel prædictiuè.

p Excæca, id est, excæcabis.

d Vsquequo, Domine.] Septima pars, in qua ostendit Isaias, quantum duratura sit cæcitas Iudæorum, scilicet, ad destructionem Romanorum, Dolens igitur Propheta de populo suo, dicit. Et dixi: Vsquequo, Domine, excæcabitur populus, i. quamdiu durabit eius excæcatio? *Septima pars.*

e Et dixit] Dominus, vel ipse pro Domino.

f Donec desolentur ciuitates absque habitatore, id est, vsquequo tota Iudæa destructa fuerit à Romanis, & Iudæi dispersi per vniuersum orbem. Quod factum est per Titum & Vespasianum quadragesimosecundo anno post Ascensionem Domini, & posthmodum per Ælium Hadrianum septem annis pòst, qui fundiùs templum & ciuitatem, quam pauperes reædificauerant, destruxit; & triginta Iudæos pro vno denario vendidit, audiens quòd ipsi Dominum vendiderant pro triginta denariis. Et hoc est, quod dicit.

f Donec desolentur ciuitates] Iudææ, id est, solæ fiant.

g Absque habitatore,] Deo, vel homine.

h Et domus sine homine] Iudæo.

i Et terra,] Iuda.

k Relinquetur deserta,] sine cultoribus, & sine cultu, & sine semine.

Δ *a* Et longè faciet *Mysticè.*

Θ *a* Et audiui vocem dicentis. Quem mittam, &c.] Hic duo notabilia occurrit. Primum est, quia Isaias priùs dixit. Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sum: & post audiuit, quem mittam, quia nullus est idoneus, vt mittatur ad prælationis, vel prædicationis officium, nisi priùs defectus suos cognouerit & defleuerit, & vt humilitatem in se custodiat, & aliis meliùs compati sciat. Vnde & Petrus priùs cecidit, & casum fleuit; & tunc demum dictum est ei. Pasce agnos meos. *Ioan.* 21. d. Secundum est, quòd Isaias priùs purgatur, & postea mittitur ad prædicandum. In quo notatur, quòd nullus debet prædicationis, vel prælationis officium assumere, nisi priùs purgatus fuerit. Vndè & Dominus priùs insufflauit in Discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum, & postea dixit. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. *Ioan.* 20. c. Tamen vitandus est error hæreticorum, qui occasione huius auctoritatis dicunt, quòd Prælati, & Sacerdotes mali non possunt conficere, nec alia officia clauium exercere, quia non vitæ, sed ordini annexus est vsus clauium; sed vita debet subesse vt fundamentum. Cætera non mutantur.

a Et longè faciet Dominus] à terra Iuda. b Homines,] id eſt, Iudæos humum ſapientes. c Et multiplicabitur,] numero, non merito terra Ioda, id eſt, Synagoga. d Quæ derelicta fuerat] à Deo. Et vbi, e In medio terræ] vbi captiua tenebitur, ſicut modò patet; quia in parua domuncula Iudæorum ſunt multi pueri. Et quamuis ita deſolanda ſit Iudæa, tamen aliqui ſaluabuntur, id eſt, Apoſtoli, & qui in primitiua Eccleſia conuerſi ſunt ad fidem: Et in fine credentes Antichriſtum eſſe verum Meſſiam,

& a longè faciet Dominus b homines, c & multiplicabitur, quæ d derelicta fuerat in e medio terræ. Et f adhuc in ea decimatio, & g conuertetur, & h erit in oſtenſionem, i ſicut terebinthus, & k ſicut quercus, l quæ m expandit ramos ſuos. n Semen ſanctum erit id, quod ſteterit in ea.

conuenient in Iudæam: & prædicantibus Elia & Enoch, pauci boni conuertentur ad fidem. Vnde dicitur *infr.* 10. e. Reliquiæ Iſrael ſaluæ fient, id eſt, pauci, vt dicantur reliquiæ à paucitate, non ſolùm ab extremitate. Et hoc eſt, quod ſequitur.

Octaua pars. f Et adhuc, &c.] Octaua pars, vbi oſtendit aliquos de Iudæis eſſe ſaluandos. Tamen hæc litera tripliciter legitur. Primò ſic. Et adhuc in ea declinatio, id eſt, licet ita deſolanda eſt terra, tamen erit adhuc in ea, id eſt, in Iudæa declinatio, id eſt, adhuc in ea ſaluabitur aliqua pars, ſed modica. Et de hac *Interlin.* Reliquiæ Iſrael ſaluæ fient, id eſt, Apoſtoli, & pauci tempore Antichriſti. Et ideò vocat eos decimationem, quia cedent in partem Domini ſicut decimæ.

g Et conuertetur] illa modica pars ad Dominum.

h Et erit in oſtenſionem ſicut, &c.] quæ eſt arbor nigra & rara, qua viſa homines mirantur. Ita viſis reliquiis conuerſis, Chriſtiani mirabuntur. k Et ſicut quercus, quæ expandit ramos ſuos] ad cuius vmbram fugiunt peregrini, maximè cum ſola eſt iuxta viam? Sic Chriſtiani videntes reliquias conuerti ad Dominum, fugient ad ipſos, vt fiant vnum ouile, & vnus Paſtor, ſicut dicit Dominus, *Ioan.* 10. c. n Semen ſanctum erit id, quod ſteterit in ea] terra, id eſt, Apoſtoli & alij fideles, qui fidem Chriſti per totum mundum diſſeminauerunt. De quo ſemine dictum eſt *ſuprà* 1. c. Niſi Dominus Sabaoth reliquiſſet nobis ſemen, &c. Secundò exponitur. Ita deſolabitur Iudæa. f Et] tamen, adhuc erit in ea decimatio, id eſt, illa modica pars, quæ remanebit, iterum decimabitur, id eſt, in prædam & captiuitatem ducetur. De hac lectione nulla eſt Gloſſ. ſed habetur ex Ieronymo, qui gloſſat illud, quod ſequitur.

g Et conuertetur, & erit in oſtenſionem,] id eſt, rurſum in deprædationem, vt quaſi miraculum oſtendatur. i Sicut terebinthus] quæ rara eſt.

k Et ſicut quercus] arida, & ſine foliis, & ſine fructu.

l Quæ, terebinthus. m Expandæ ramos ſuos] *Eccleſ.* 24. b. Ego quaſi terebinthus expandi ramos meos.

n Semen ſanctum erit id, quod ſteterit in ea] temporibus Antichriſti per fidem, & non cadet per infidelitatem. Tertiò legitur ſine, tamen, hoc modo, vt ſit aggrauatio comminationis.

f Et adhuc] erit, in ea decimatio, id eſt, adeò vaſtabitur per Titum & Veſpaſianum quòd vix decima pars ſuperetit in ea, id eſt, in Iudæa, vel in toto orbe. Et iterum illa decimatio conuertetur poſt euerſionem factam à Tito & Veſpaſiano, id eſt, conueniet in Ieruſalem. Nam qui latuerant in ſpeluncis exierunt, & ſuſtentauerunt muros ciuitatis iterum reædificantes eam ſub Ælio Hadriano. Sed cùm Ælius Hadrianus poſuiſſet imaginem ſuam in templo, vbi ſteterant duo Seraphin, non valentes Iudæi ſuſtinere tantam ignominiam, confregerunt eam. Et ideò Ælius Hadrianus, quicquid ædificauerant, euertit funditùs, & compulit omnes transfretare, dato edicto, ne quis Iudæus transmarinas partes habitaret. Et hoc eſt.

h Et conuertetur,] id eſt, conueniet, vel erigetur iterum contra Hadrianum.

h Et erit in oſtenſionem,] id eſt, digito oſtendetur, quaſi locus deſertus. Vel melius. Erit in oſtenſionem, imprecationis, vt imprecando dicatur. Sic contingat tibi, ſicut contigit Iudææ. i Sicut terebinthus, & ſicut quercus, quæ expandit ramos ſuos.] Hoc eſt, quod dictum eſt *ſuprà* 1. g. Cum fueritis ſicut quercus defluentibus foliis.

n Semen ſanctum erit id, quod ſteterit in ea.] Hoc non mutatur.

EXPOSITIO CAP. VII.

ET factum eſt in diebus, &c.] Proſequitur Propheta, quæ vidit ſub Achaz filio Ioathan, ſub quo pauca vidit, quia non niſi ſexdecim annis regnauit. Fuit autem iſte Achaz peſſimus idololatra, cuius meritis exigentibus finitimi Reges terram Iuda ſæpè depopolati ſunt. De quo pleniùs legitur 4. *Reg.* 16. & 2. *Paral.* 28. Iſte Achaz vnum de filiis ſuis idolo conſecrauit traiiciens per ignem in valle Tophet. Alium filium eius, ſcilicet, Zachariam occidit Phacee Rex Iſraël pugnans contra Achaz. Poſtea Rex Syriæ & Rex Iſrael confœderati obſederunt Ieruſalem, & cùm diceret Iſaias Achaz, ne timeret, vt peteret à Domino ſignum liberationis ſuæ, nolens acquieſcere, miſit nuncium ſuum ad Theglatphalaſar Regem Aſſyriorum, vt iuuaret eum. Qui intrauit Syriam, & vaſtauit eam, & ideò reduit Raſin Rex Syriæ, quem occidit Theglatphalaſar. Quo audito occurrit ei Achaz in Damaſcum cum muneribus, vidénſque altare Damaſci, miſit exemplar Vriæ Sacerdoti Ieruſalem, & fecit ibi ſimile. Et de altari æneo Moyſi, quod erat iuxta altare Salomonis, fecit horologium ſuum, clauſitque ianuas templi, vt magis placeret Regi Aſſyriorum. Sub hoc Achaz vidit Iſaias ea, quæ dicuntur in hoc capitulo, & onus Babylonis, de quo dicitur *infrà* 13. Alia decem onera vidit ſub Ezechia filio Achaz. Et notandum, quòd iſte Achaz finalem literam habet: z., ad differentiam Achab Regis Iſrael viri Ieſabel, qui habet finalem literam in nomine ſuo, b. Diuiditur autem hoc capitulum in quatuor partes.

CAP. VII.

ET o factum eſt in diebus Achaz filij Ioathan filij Oziæ Regis Iuda, p aſcendit Raſin Rex Syriæ, & q Phacee filius Romeliæ Rex Iſraël in r Ieruſalē A

In prima deſcribitur coniuratio Regis Syriæ, & Regis Iſraël contra Iudam: ſuper quod Rex Iuda & populus eius nimis pertimuit.

Secundò mittitur Iſaias & filius eius ad conſolandum Regem Iuda, qui ad maiorem conſolationem deſcribit tempus captiuitatis Syriæ & Iſraël, *ibi.* Et dixit Dominus ad Iſaiam.

Tertiò iubetur Achaz petere ſignum à Domino, quo nolente petere, datur tamen à Propheta de Chriſto naſcituro, *ibi*: Adiecit Dominus loqui ad Achaz.

Quartò comminatur Propheta vaſtationem & ſolitudinem Iuda per Chaldæos & Aſſyrios, *ibi.* Et erit in die illa ſibilabit Dominus, &c.] Continuans igitur dicenda dictis dicit.

o Et factum eſt in diebus Achaz filij Ioathan filij Oziæ Regis Iuda.] Hoc refertur ad quemlibet trium.

p Aſcendit Raſin Rex Syriæ.] Aſcendit dicit propter ſitum terræ Iuda, ad quam ex omni parte venientes oportet aſcendere, & etiam illis, qui tranſeunt mare, videtur quòd per magnos montes aſcendant, & in reditu videtur, quòd deſcendant. Vnde coniicitur, quòd aqua ſit ſpherica.

q Et Phacee filius Romeliæ Rex Iſraël,] id eſt, decem Tribuum. r In Ieruſalem ad præliandum contra eam, &c.

Myſticè. o a Factum eſt in diebus, &c.] Ieruſalem eſt Eccleſia militans, filia Sion, id eſt, Eccleſiæ triumphantis.

p Raſin Rex Syriæ] Diabolus eſt, Rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, *Iob.* 41. d.

q Phacee Rex Samariæ] ſimiliter Diabolus eſt, Rex ſuper omnes cuſtodes Pecuniæ. Per Syriam ergo & Samariam ſignificantur ſuperbia & auaritia, quæ ſemper Ieruſalem, id eſt, Eccleſiam impugnant. Item Raſin interpretatur varietas, vel pictura: & ſignificat hypocritas. Phacee interpretatur aperiens, vel oris apertio: & ſignificat Aduocatos, qui habent os apertum ad litigandum. Hi obſident & impugnant Eccleſiam *infrà* 9. d. Omnis hypocrita eſt & nequam. Et Raſin. Et vniuerſum os locutum eſt ſtultitiam. Ecce Phacee *Ieremia* 9. a. Omnes adulteri ſunt, & cœtus præuaricatorum, & extenderunt linguam ſuam, quaſi arcum mendacij, & non veritatis. Et parum pòſt, Omnis amicus fraudulenter incedit, quo ad hypocritas: & vir fratrem ſuum deridebit, & veritatem non loquetur, quoad Aduocatos. Docuerunt

△ tra eam. &c.] quia Dominus auxiliatus est ei. Hic Phacee ante alia vice, centum viginti millia bellatorum de Iuda percusserat, & ducenta millia mulierum & puerorum & puellarum cum infinita præda duxerat in Samariam, vt legitur 2. *Paral.* 28. a. & ideo modò confidentiùs ascendebat cum Rege Syrorum.

ad præliandum contra eam, *a* & non potuerunt debellare eam. Et *b* nunciauerunt *c* domui Dauid, dicentes: *d* Requieuit Syria super Ephraim, & *e* commotum est cor eius & *f* cor populi eius, sicut *g* mouentur ligna siluarum à facie venti. Et dixit Dominus *h* ad Isaiam: *i* Egredere in *k* occursum Achaz tu, & qui derelictus est, Iasub filius tuus,

b Et nunciauerunt] homines de terra.

c Domui Dauid,] i. Regi Iuda, & Principibus, dicentes.

d Requieuit Syria super Ephraim,] id est, Rex Israel & Rex Syriæ, qui diu adinuicem pugnauerũt contra se; nunc quiescunt & pacifici facti sunt, vt vnaniter pugnarent contra Iudam. *e* Et commotum est cor eius,] id est, Regis & Principis Iuda.

f Et cor populi eius propter hunc nuncium.

g Sicut mouentur, &c.] Infructuosa dicit *Interlin.* quæ videtur esse mystica, sed est litteralis, quasi dicat si boni essent, non timerent; sed constantes in Domino sperarent.

h Et dixit Dominus.] Secunda pars, in qua mittitur Isaias ad Regem Iuda consolandum, quem inuenit circumeuntem muros ciuitatis, & respicientem, si esset in eis aliquid reparandum. Erant autem in Ierusalem propter fontium & puteorum inopiam duæ cisternæ, siue piscinæ communes, vna infra mœnia ciuitatis, quæ dicitur inferior; alia extra mœnia, quæ dicitur superior, ex qua influebat aqua in inferiorem: & iuxta illam habitabant fullones propter aquarum copiam. Iuxta illam erat Achaz, quando Isaias venit ad ipsum. Fortè considerabat, qualiter posset cauere, ne exercitus auferrent ei illam cisternam. Et hoc est, quod tangitur hic.

h Et dixit Dominus ad Isaiam] per Angelum, vel inspirationem, vel voce facta in aere.

i Egredere] de ciuitate.

k In occursum Achaz,] tu, & qui derelictus est, Iasub filius tuus. Hoc dicit: quia vt dicunt Hebræi, Isaias duos filios habuit Iasub & Rapsacen: qui cùm quadam die intrasset ad Regem Iuda, non honorauit eum Rex secundum nobilitatem suam, quia nobilis erat genere, & ideò iratus abiit ad Regem Assyriorum, qui fecit eum Principem exercitus sui. Et ideò dicitur Iasub derelictus à fratre suo, scilicet.

l Ad extremum aquæ ductus piscinæ superioris] quæ erat extra ciuitatem, per quem veniebat aqua in piscinam inferiorem.

m In via agri fullonis,] id est, per quam itur ad agrum fullonis. Vel melius, per quam de agro fullonum itur in ciuitatem. Iuxta illam partem piscinæ, quâ est via in ciuitatem, erat tunc Achaz, vbi postea Rapsaces ex præcepto Sennacherib populum Dei blasphemauit *infr.* 36. Erat autem illa collectio aquarum pluuialium sicut stagnum propter fontium raritatem, qui de facili non habentur in montibus.

n Et dices ad eum; vide,] id est, attende.

o Vt sileas,] id est, cordis pauorem ne prodas blasphemando, vel murmurando contra Dominum, & alienum auxilium implorando.

p Noli timere] modò capi, vel captiuari,

q Et cor tuum, &c.] mala, quæ iam passus es aliàs, ex quibus ipse timebat grauiora, quasi dicat: depone formidinem cordis, qua formidas vinci, sicut aliàs victus es.

r A duabus caudis, &c.] id est, à duobus Regibus istis, scilicet, Phacee & Rasin. Qui rectè comparantur duabus caudis titionum fumigantium, quia regna eorum citò terminanda erant, sicut titio fumigans in cauda, citò consumendus est. Fumigatio enim caudæ indicium est consumptionis propinquæ. Et ita fuit. Nam Theglatphalasar interfecit Rasin, sicut legitur 4. *Regum* 16. b. & finitum est regnum Syriæ, quia translatum est ad regnum Assiriorum. Item *Osee* interfecit Phacee & regnauit pro eo nouem annis, & obsessus à Salmanasar Rege Assyriorum captus est, & ductus cum decem Tribubus vltra montes Caspios, 4. *Reg.* 17. a. & tunc finitum est regnum Israel. Ergo non est finitum sub Phacee; quare ergo vocatur cauda titionis fumigans? Responsio. Quia citò post ipsum finitum est regnum eius; vel quia ipse fuit vltimus Rex Israel, mortuus in regno suo. Osee enim viuus translatus est in Persas & Medos, & ibi mortuus est. Non formidet, inquam, cor tuum.

s In ira,] id est, ab ira.

t Furoris Rasin,] id est, furentis Rasin Regis Syriæ.

ad *l* extremum aquæductus piscinæ superioris in *m* via agri fullonis, & *n* dices ad eum: vide, vt *o* sileas: *p* noli timere, & cor tuum ne formidet à *r* duabus caudis titionum fumigantiũ istorum in *s* ira *t* furoris Rasin Regis Syriæ *u* & filij Romeliæ, *x* eo quod consiliũ inierit cõtra te Syria in malum, & *y* Ephraim *z* & fili' Romeliæ, *a* dicẽtes:

u Et filij Romeliæ,] id est, Phacee. Et subdit causam, quare non debeat timere.

x Eo quod consilium inierit cõtra te Syria in malum,] si perficeretur.

y Et Ephraim,] id est, decem Tribus, quorum primus Rex fuit de Tribu Ephraim, scilicet, Ieroboam, & ideò sic nominatæ sunt.

z Et filius Romeliæ,] id est, Phacee, nomen tacet ex despectu.

a Dicentes] ad inuicem.

Mysticè. △ *a* Ascendamus ⊖ catos. Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium. De his duobus dicitur 3. *Reg.* 21. b. Adductis duobus viris filij diaboli, fecerunt eos sedere contra Naboth, qui interpretatur prophetia. *Chrys. super Matt.* 1. Si quis velit statera sermones nostros ponderare, in decem talentis verborum huius vitæ, vix inuenit centum denarios verborum spiritualium. Achaz autem conuertens interpretatur, vel apprehendens: & significat Prælatos malos, qui se libenter conuertunt ad munera capienda. Rectè igitur dicitur, quòd in diebus Achaz, Rasin Rex Syriæ, & Phacee Rex Samariæ ascenderunt in Ierusalem ad præliandum contra eam: quia talis Prælatus, tales aduocat in Ecclesiam.

a Et non potuerunt, &c.] quia veritas & humilitas semper in aliquibus manent. *Matth.* 28. d. Vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi, 3. *Reg.* 19. d. Derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt curuata ante Baal, & omne os, quod non adorauerit eum osculans manus.

d Requieuit Syria super Ephraim, id est, superbia in diuitibus requiescet, vel in Clericis, qui sibi & aliis debent esse fructificantes.

e Et commotum est cor eius, & cor populi eius,] quia ex superbia Clericorum & maximè Prælatorum conturbantur corda Principum, & humilium subditorum. Vndè *Prou.* 29. a. In multiplicatione Iustorum lætabitur vulgus: cum autem impij sumpserint principatum, gemet populus. *i* Egredere in occursum, &c.] In hoc loco Achaz significat Tyrannos & malos Principes. Isaias & filius typum gerunt Prælatorum, qui audacter debent occurrere Tyrannis, & se opponere murum pro domo Domini, & pro grege suo, *Exod.* 7. c. Ecce Pharao egredietur ad aquas, & stabis in occursum eius. 3. *Reg.* 18. a. dixit Dominus ad Eliam. Vade & ostende te Achaz, vt dem pluuiam super faciem terræ. Sed quia hodie non fit ita, conqueritur Dominus *Ezech.* 13. a. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini. Aquæductus est S. Scriptura. *Eccles.* 24. d. Ego quasi aquæductus exiui de Paradiso. Eius extremum est, æterna gloria, piscina superior, nouum testamentum, piscina inferior vetus testamentum. *Cant.* 7. b. Oculi tui sicut piscinæ in Esebon. Ager fullonis est Ecclesia, fullo Christus, via agri fullonis pœnitentia, vbi animæ vestimenta candidantur. *Matth.* 3. a. Ipse est, quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum, & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Occurrere igitur Achaz ad extremum aquæductus piscinæ superioris in via agri fullonis est per documenta sacræ Scripturæ pro Ecclesia Tyrannis resistere, vt ad vltimum æterna gloria habeatur.

p Noli timere & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum.] Titiones fumigantes sunt potẽtes huius sæculi, igne libidinis & cupiditatis combusti, fumum crudelitatis a se iugiter emittentes. Caudæ eorum sunt famuli eorum, à quibus nullo modo timẽdũ est. *Ecclesiastici* 28. b. de Elisæo. Non pertimuit Principem: & potentia nemo vicit illum, *infrà* 51. d. Quis tu, vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum, ita arescet? *Amos* 4. d. Facti estis quasi torris raptus

⊖ de incendio

A *a* Ascendamus ad Iudam] quia in montanis est. Dicit: Ascendamus.
b Et suscitemus eum] quasi dormientem, & quiescentem, quasi dicat, nimis diu quieuit.
c Et euellamus eum ad nos,] id est, trahamus in nostram potestatem, vel captiuũ ducamus nobiscum.

C

Al. † auellamus.

d Et ponamus Regem in medio eius,] id est, in Iuda.
e Filium Tabeel] alicuius serui eius sic vocati, quasi dicat, constituamus ibi aliquem seruum vilissimum Regem, qui nobis seruiat sub tributo. Vel quantum ad nominis interpretationem, ponamus ibi idolum Dei nostri; ita quod cultor eius ibi regnet. Tabeel enim interpretatur bonus Deus.

a Ascendamus ad Iudam, & b suscitemus eum, & † c euellamus eum ad nos, & d ponamus Regem in medio eius filium. e Tabeel. Hæc dicit f Dominus Deus. g Non erit istud, & h non stabit, sed i caput Syriæ Damascus, & k caput Damasci Rasin. l Et adhuc sexaginta & quinque anni, & m definet Ephraim esse n populus, & o caput Ephraim Samaria, & p caput Samariæ filius q Romeliæ. Si non r crediderітis, non † permanebitis. Et f adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: s Pete tibi signum à u Domino Deo tuo in x profundum inferni, siue in y excelsum suprà. Et dixit z Achaz. a Non petam, & non b tentabo Dominum. c Et dixit:

Al. † Intelligetis.

f Hæc dicit Dominus Deus] verba sunt Prophetæ ad Achaz.
g Non erit istud] quod ipsi minantur.
h Et non stabit,] id est, non fiet consilium eorum, quasi dicat: non debes timere minas duorum Regum, quia Dominus Deus dicit, quod non fiet consilium eorum.
i Sed caput Syriæ,] id est, metropolis Syriæ tantùm erit, Damascus, & non Iuda.
k Et caput Damasci,] id est, Rex Damasci tantùm erit Rasin, & non Iuda.
l Et adhuc sexaginta & quinque anni,] sunt futuri.
m Et definet Ephraim,] id est, decem Tribus.
n Esse populus] in terra sua, quia ducti fuerunt in Persas & Medos.
o Et caput Ephraim Samaria,] id est, tunc Samaria definet esse metropolis.
p Et caput Samariæ,] id est, Rex Samariæ definet esse.
q Filios Romeliæ,] id est, Phacee, quasi dicat: non timeas minas Regum, quia non fiet, vt dicunt, sed potiùs regna eorum citò finientur vsque ad sexaginta quinque annos, scilicet. Interim autem contenti erunt finibus suis, & Damascus erit Metropolis sicut est, & Rasin Rex Damasci sicut est, & Samaria Metropolis Ephraim, sicut est, & Phacee Rex eius sicut est, sed post sexagintaquinque annos deficiet regnum eius omnino. Sed quomodo est hoc verum, quia à primo anno regni Achaz vsque ad captiuitatem decem Tribuum, non fuerunt nisi viginti duo anni? Achaz enim tantùm sexdecim annis regnauit, 4. *Reg.* 16.a. Et anno Sexto regni Ezechiæ filij Achaz fuerunt captiuatæ decem Tribus 4. *Reg.* 18.c. Responsio. Isti sexagintaquinque anni incipiunt computari à vicesimoquinto anno regni Oziæ, quia tunc primò inceperunt superbire decem Tribus & aspirare ad Regnum duarum Tribuum: quia visum est eis, quod Dominus dereliquisset eos, qui Regem eorum percusserat lepra. Propter hoc isti sexagintaquinque incipiunt computari a vigesimo quinto anno Regni Oziæ, vt dicit *Ieron.* quando lepra percussus fuit, vt legitur 4. *Reg.* 15.a. Et tunc Ioathan cœpit administrare regnum, & regnauit 27. annis Ozia viuente, & post mortem eius vixit 16. annis, 4 *Reg.* 15.g. Post quem Achaz regnauit alijs sexdecim, 2. *Paral.* 28. a. Congrega hos omnes simul cum sex annis Ezechiæ, & habes sexaginta quinque. Sequitur.

Tertia pars. *r* Si non credideritis, non permanebitis.] Septuaginta. Non intelligetis, quo sæpè vtitur August. quasi dicat Propheta, ita fiet de Syris & Samaritanis. Et ideò vos, ó duæ Tribus, cauete vobis, ne similiter fiat de vobis: quia si non credideritis, quæ prædico vobis, non permanebitis in terra vestra, imò captiuabimini, sicut alij.
f Et adiecit Dominus, &c] Tertia pars, vbi iubetur Rex petere signum suæ liberationis à Domino. Dicit ergo: Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, per Isaiam dicens:
s Pete tibi,] acquisitiuè, signum liberationis, vel victoriæ.
u A Domino Deo tuo] qui tibi auxilium pollicetur per me, non ab idolis petas, quæ tu adoras.
x In profundum inferni,] id est, de profundo inferni.
y Siue in excelsum suprà,] id est, siue de excelso cœlo, quasi dicat in optione tua pono, vt aliquis egrediatur de inferno, qui certificet te de liberatione tua, vt Moyses in transfiguratione Domini, vel vt aliquis descendat de cœlo, id est, de Paradiso, vt Elias, qui cum Moyse apparuit in trasnfiguratione Domini. *Matth.* 17.a. Vel sic. In optione tua pono, vt hiatu terræ pateat obscuritas inferni, vel reseratione aeris pateat serenitas cœli empyrei, vt quia verbis non credis, viso signo credere cogaris. Primum signum ad mortem Domini, secundum ad ascensionem refertur. Qui enim descendit, ipse est, qui ascendit, *Eph.* 4. b. *Ro.* 10. b. *Deut.* 30. c. Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in cœlum, id est, Christum deducere, hoc est, ascensionem Christi negare? Aut quis descendet in Abyssum, hoc est, Christum de mortuis euocare, id est, mortem Christi negare? Moyses accepit signum de terra contra Pharaonem, ranas, locustas, cynifes, & cynomyiam. *Exod.* 8. Accepit & de cœlo grandinem, & ignem. *Exod.* 9.c. Et tenebras trium dierum. *Exod.* 10. f. Iosue accepit signum de cœlo, quando Sol & Luna steterunt contra Gabaon & Hailon, *Iosue* 10.c. Ezechias similiter accepit signum de cœlo, quando Sol regressus est decem lineis, *infr.* 38.b. & 4. *Reg.* 20.b. Plerique etiam putant Saulum accepisse signum de terra, & de profundo inferni, quando per incantatricem vidit Samuelem, 1. *Reg.* 28. b. Ionas quoque de Abysso & mortis faucibus liberatus, signum inferni & dedit & accepit. *Iona* 2. & *Matth.* 12. c. Hinc inoleuit consuetudo Iudæis etiam à tempore Abrahæ petere signa a Deo. Vnde 1. *Corinth.* 1. d. Signa Iudæi petunt.
z Et dixit Achaz] ad Isaiam.
a Non petam] signum hoc, vel illud.
b E non tentabo Dominum,] quasi dicat: nolo petere signum, ne videar Dominum tentare. Sed non ex humilitate dixit hoc, sed potiùs ex superbia & infidelitate. Timuit enim, ne Dominus in signo dato clarificaretur, & idola sua viuificarentur. Quod patet ex altera translatione, quæ habet. Et non exaltabo Dominum, quasi dicat: nolo petere, ne in signo dato exaltetur Deus.
c Et dixit Isaias ad populum: quia Achaz non vult audire.

A *a* Audite ergo, &c.]

● de incendio.

Mysticè

a Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & euellamus eum ad nos, & ponamus Regem in medio eius filium Tabeel.] Ad hoc maximè conatur diabolus, vt Iudam, id est, confessionem euellat de Ecclesia, & ponat in medio eius Regem filium Tabeel, id est, Prælatum golosum & luxuriosum, cuius cura tota sit de carne, & talis hodie bonus Prælatus reputatur. Tabeel enim interpretatur bonus Deus, *Daniel.* 14. b. Non videtur tibi Bel esse viuens Deus? Annon vides, quot & quanta comedat, & bibat quotidie.
i Caput Syriæ, &c.] Syria interpretatur sublimis, hæc est superbia: Damascus, saccus cilicij, hæc est vita aspera: Rasin, pictura, hæc est Hypocrisis. Caput igitur Syriæ est Damascus quia ex asperitate vitæ, nascitur sæpè superbia. Et caput Damasci Rasin, quia Hypocrisis vel vana gloria sæpè est caput pœnitentiæ talis.
o Et caput Ephraim, Samariæ,] id est, caput auaritiæ prælatio.
p Et caput Samariæ filius Romeliæ,] id est, caput Prælatorum est, ambitio. Romelia enim interpretatur sublime tonitruum laborantium, & ambitio laborare facit & sublime tonare, id est, ad curiam appellare. Hoc est enim sublime tonitruum, ad Papam appellatio.
s Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum suprà] signum de inferno est timor gehennæ: signum de cœlo, spes gloriæ. Sed Achaz, id est, Principes huius mundi, non volunt hæc signa petere; sed de terra aurum & argentum, *Matth.* 12. c. Magister, volumus a te signum videre. Qui respondens dixit illis Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. *Psal.* 85. Fac mecum signum in bono, vt videant, qui oderunt me, & confundantur *ibi Gloss.* Signum in bono est resurrectio. Item *Psal.* 64. Turbabuntur Gentes, & timebunt, qui habitant terminos à signis tuis. *Luc.* 21. c. Erunt signa in Sole & Luna, id est, in Christo & Ecclesia.

● *k* Ecce Virgo concipiet

a Audite ergo,&c.] id est, Tribus Iuda. b Nunquid parum vobis, &c.] id est Prophetis, quorum dicta & facta contemnitis. d Quia molesti,] id est, onerosi. e Estis, & Deo meo,] non vestro, inuidentes gloriæ & signis eius. Vel sic.

b Nunquid parum vobis, &c.] id est, infestos, & odiosos.

c Esse hominibus,] id est, decem Tribubus, & Syris.

d Quia molesti estis,] id esse vultis, & Deo meo, quasi dicat, non sufficit vobis, quòd illi vos oderunt, nisi & Deus vos odiat. f Propter hoc] quia ita odiosi estis Deo & hominibus. g Dabit Dominus ipse] per se, non per alium.

a Audite ergo domus Dauid. b Nunquid parum vobis est c molestos esse hominibus, quia d molesti e estis & Deo meo? f Propter hoc dabit g Dñs ipse h vobis i signum. k Ecce Virgo concipiet l & pariet m filiũ: & † n vocabit o nomẽ eius Emanuel.

C

Matth. 1. d.

Al. † vocabis.

h Vobis] acquisitiuè. i Signum] salutis & liberationis. Sed videtur, quòd hoc, quòd molesti erant Deo, & hominibus, non deberet esse causa signi dandi, sed potiùs non dandi. Responsi. In populo Iuda erant quidam boni, scilicet, minores; alij erant pessimi, vt Achaz & complices eius. Loquitur ergo Propheta ad eundem populum pro diuersis, iuxta secundam regulam Tyconij, vt in Psal. 77. Cùm occideret eos, quærebant eum, id est, cùm occideret quosdam, quidam quærebant eum. Similiter est hic. Primò dirigitur sermo ad minores, postea quasi ex indignatione conuertit se Propheta ad maiores. Vnde sic intelligenda est litera. Quoniam quidem Achaz non vult petere à Deo signum liberationis suæ.

a Ergo,] id est, saltem, audite Domus Dauid, id est, vos, imitatores Dauid. Et statim conuerti sermonem ad maiores nolentes audire, vel ad totum populum pro ipsis.

b Nunquid parum est vobis] maioribus & incredulis.

c Molestos esse, &c.] quasi dicat, nunquid parum est vobis molestare homines, id est, decem Tribus & Syros, vel Prophetas, quorum verba despicitis: nisi etiam molestetis Deum meum, inuidentes gloriæ & signis eius, quia non vultis petere signum, ne in ipso glorificetur Deus. Deinde conuertitur sermo ad minores, vel ad totum populum pro minoribus.

f Propter hoc,] id est, quia maiores nolunt petere signum, imò molestant Deum, & Prophetas eius.

g Dabit Dominus ipse & non alius. h Vobis] minoribus, non illis superbis & incredulis.

i Signum] salutis & liberationis. Et notantur hic tria per hoc pronomen, ipse, scilicet, Domini liberalitas, operis sublimitas, operantis præsentialitas. Vnde sensus est.

g Dominus ipse] sine alicuius petitione, vel merito, non per alium, sed per seipsum præsens.

h Dabit vobis signum] non qualecunque, sed inauditum, sed nouum, sed mirabile, vel inenarrabile, sed excellens, quod nullus posset dare, nisi solus Deus. k Ecce Virgo concipiet] Virgo. l Et pariet] Virgo m Filium] Dei, verum Deum & verum hominem, non filios, vt dicit *Heluidius hæreticus*, contra quem scribit Epistolam *Ieron. de virginitate Virginis perpetuò conseruata.* n Et vocabit] Virgo.

o Nomen eius Emanuel] quod interpretatur nobiscum Deus: quod patebit in destructione duorum Regum. Et sic tangitur vtraque Christi natura. Alia litera habet: Et vocabis ô tu Iuda, id est, inuocabis in periculis nomen eius, vt te liberet, nomen eius, dico, Emanuel. Et secundum hanc literam, coniunctim legitur, nomen eius Emanuel, id est, hoc nomen inuocabis in auxilium, id est, rem huius nominis, id est, Christum Deum verum & hominem verum. Aliqui libri habent, vocabitur, sed, malè. *Matt.* 6. d. Qui ponit, vocabitur, magis sequitur sensum, quam verba. Hæbræus habet, Alma; vbi nos habemus, Virgo. Quod dupliciter sumitur in hæbraico, pro adolescentula, & sic accipiunt hic increduli Iudæi, & pro apocrypha, id est, abscondita, quod est periphrasis Virginum. Vnde B. Virgo erat in conclaui, quando Angelus venit ad eam. Item hoc nomen, Alma, linguâ Punicâ Virginem sonat, & lingua Latina sanctam, & Iudæi penè omnibus linguis vtuntur. Vnde *Cant.* 3. d. vbi nos habemus. Ferculum fecit sibi Salomon, hæbræus habet, † *φόρεον* fecit sibi Salomon, quod est græcum. Et ita sicut ibi sumitur nomen græcum, ita Propheta hic posuit hoc nomen Alma, prout est Punicum, vel Latinum, vel ad minus prout est hebraicum in secunda significatione, id est, pro Apocrypha, & sic sumit *Ieron.* Quidam Hebræorum exponunt de Ezechia, cuius tempore destructa est Samaria, secundùm quos idem est, ac si diceret ipsi Achaz, Ecce alma, id est, vxor tua adolescentula, concipiet & pariet filium, scilicet, Ezechiam, quo regnante destruentur isti duo Reges, quos tu times & eorum regna. Sed hanc expositionem improbat *Ieron.* per computationem annorum, quia cùm edita est hæc prophetia, iam erat Ezechias ad minus 9. annorum. Quod patet sic: Achaz regnauit 16. annis 4. *Reg.* 16. a. cui successit Ezechias, qui erat 25. annorum, cùm regnare cœpisset. 4. *Reg.* 18. a. Ergo primo anno regni Achaz erat Ezechias 9. annorum: & tunc fuit edita hæc prophetia. Ergo non potest intelligi de Ezechia nascituro: sed respondent Iudæi, & dicunt conceptum & partum, & infantiam Ezechiæ pro eodem accipi, id est, pro nouitate regni eius. Vnde secundùm eosdem sensus est. O tu Achaz vxor tua peperit tibi filium, & in nouitate regni eius fiet destructio duorum Regum, qui modò te infestant. Sed manifestum est omnibus, quòd hæc expositio violenta est & extorta, quod patet per hoc, quod dicitur. Ecce Alma concipiet, id est, in præsenti. Ideò alij Iudæi quærunt alias cauillationes, & dicunt Isaiam hoc prophetasse de quodam filio suo nascituro, qui dicturus est Emanuel, alius à Iasub & Rapsace. Et est secundum eos sensus. Ecce, id est, in præsenti Alma, id est, vxor mea concipiet, &c. Sed quod signum fuit hoc, & quod miraculum, si vxor Isaiæ, quæ iam habuerat alium, vel alios filios, dicitur paritura? Ad hoc respondent Iudæi, quòd in hoc fuit mirabile signum, quod vxorem suam prædixit concepturam & parituram masculum, & tempus, & nomen pueri præsignauit, sicut mirabile fuit, quòd Angelus conceptionem Ioannis Baptistæ, & natiuitatem, & nomen prædixit. Vndè dicunt, quòd idem est, ac si diceret Isaias populo, vel Dominus Isaiæ: Prædico tibi in signum liberationis, quòd vxor tua, vel mea pariet filium, quem vocabis Emanuel, Iuxta morem Græcorum, qui Reges suos sic vocant. Sed dicitur hoc Iudæis. Falsò dicit Alma concipiet: quia vxor Isaiæ, nec erit apocrypha, id est, abscondita: nec adolescentula, quod sonat in Hæbræo: nec virgo, quod sonat lingua Punica: nec sancta, quod sonat lingua Latina. Sed iterum obiiciunt nobis Iudæi ex litera consequenti, dicentes: Vos Christiani non attenditis, nisi locum vnum; sed attendite, quod sequitur in textu *Infr.* 8. a. Adhibui mihi testes fideles, Vriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ: & accessi ad Prophetissam: & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus: Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari: quia antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ. Et ita, vt dicunt, planum est signum hoc, quòd vxor Isaiæ conceptura erat filium & paritura, & puer sic vocandus, eo quod in infantia illius prædicta duo regna destruenda erant.

Al. † phorion.

Item ex circumstantia litteræ sic obiiciunt nobis, Dominus debuit dare signum liberationis a duobus Regibus: & vos Christiani dicitis, quòd hoc fuit signum. Ecce Virgo concipiet, &c. secundum quod exponitur de Christo vestro. Sed signum consolationis populi & liberationis ab imminenti periculo debuit præcedere rem signatam sed istud subsecutum est liberationem illam ferè per mille annos; ergo non fuit signum liberationis illius: sed significatum illius orationis. Ecce Virgo concipiet: debuit esse signum illius liberationis, ergo malè exponitis illud de Christo vestro.

Sed ad primum dicendum, quòd non est probabile, quòd Propheta adhiberet testes sui concubitûs cum vxore sua. Præterea illud, quod sequitur in textu, nullo modo conuenit filio Isaiæ, scilicet, *infr.* 8. b. Et erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ, ô Emanuel. Terra enim Iuda nunquam fuit illius.

Ad secundum dicimus, quòd signum quandoque præcedit rem signatam, vt flos fructum: quandoque comitatur, vt fumus ignem: quandoque sequitur, vt cinis ignem. Sic in Baptismo Cornelij res præcessit sacramentum, i. gratia & remissio peccatorum Baptismum. *Act.* 10. Et circumcisio Abrahæ signum fuit iustitiæ ipsius, quam priùs acceperat, *Genes.* 17. Item *Exod.* 3. c. dixit Dominus Moysi: Ego ero tecum: & hoc habebis signum, quòd miserim te, cùm eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum. Ecce immolatio fuit signum missionis Moysi, & tamen secuta est missionem. Sed hoc facilè soluunt Iudæi. Legunt enim sic literam.

k Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabit nomen eius, Emanuel.] Hic nõ potest poni dulcius Mysterium, quam ipse sensus

Δ enim sic literam. Hoc habebis signum quòd miserim te, scilicet visionem rubi ardentis, & non combusti, præostensum. Et postea inchoant alium versum hic. Cùm eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum. Sed probatur multis exemplis, quòd signum sequitur rem frequenter. *Deut.* 18.

B d. Hoc habebis signum, quòd in

a Butyrum, & mel comedet, b vt c sciat reprobare malũ & d elige-

nomine Domini Propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc Dominus non est locutus. Hic necesse est, quòd signum sequatur rem. Item. *Ier.* 28. c. Cùm venerit verbum eius, tunc scietur Propheta, quem misit Dominus in veritate. Item *Ier.* 44. g. Et hoc vobis signum, quod visitem super vos, ecce ego tradam Pharaonem. Item *Ezech.* 33. g. Cùm venerit, quod prædictum est: ecce enim veniet: tunc scient, quia Prophetes fuerit inter eos. Item 1. *Reg.* 10. a. Hoc tibi signum, quòd vnxit te Deus in Principem, cùm abieris à me, inuenies duos viros. Ecce apertè sequitur signum rem signatam. Sed dicit Iudæus, quòd aliquid secuturum erat annexum illi signo, scilicet, quòd Sauli populus Israel subijceretur plenè. Similiter & hic: Ecce virgo concipiet, quia hoc sic fuit signum futuræ liberationis corporalis: & etiam fuit signum futuræ liberationis spiritualis. Item probatur Iudæis, quòd istud: Ecce virgo concipiet, etiam secundum quod ipsi exponunt, non fuit signum liberationis, nisi sequens rem. Certum est enim, quod liberatio ab obsidione duorum Regum facta est sub Achaz: ergo oportuit, quod iste puer, cuius conceptio & natiuitas fuit signum prædictæ liberationis, nasceretur sub Achaz ad minus, vel ante; alioquin signum non præcederet rem. Sed vt legitur 4. *Reg.* 16. a. Decimo septimo anno Phacee, qui regnauit viginti annis, cœpit regnare Achaz, qui regnauit sexdecim annis. Ergo post mortem Phacee regnauit Achaz duodecim annis. Et post Achaz regnauit Ezechias quinque annis ante destructionem Samariæ, quia in sexto anno eius destructa est, 4. *Reg.* 18. c. Ergo puer iste, de quo loquuntur Iudæi, natus est sub Achaz, & viuente Phacee: quia aliter non esset signum liberationis prædictæ, erat decem & octo, vel ad minus decem & septem annorum, quando Samaria destructa est. Ergo tunc poterat loqui, & vocare patrem suum & matrem suam. Ergo falsò sequitur in textu. Antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram Rege Assyriorum. Ergo aut Propheta falsum dixit, aut ille non erat natus ante liberationem. Et ita res præcessit signum secundùm eos, quod est inconueniens eis. Fortè dicunt Iudæi, quòd non appellatur hic liberatio amotio obsidionis, sed destructio Regum & regnorum eorum, quia tunc certè fuerunt duæ Tribus, quæ plenè liberatæ sunt ab illis; & ita non oportuit, quòd puer iste non nasceretur ante amotionem obsidionis, vel viuente Phacee, sed longè post, ita quòd in destructione Samariæ nesciebat loqui. Sed probatur eis, quòd ista expositio non potest stare; quia hoc signum datum est populo obsesso ad consolationem obsidionis; sed non consolaretur, nisi præcederet amotionem obsidionis: ergo præcessit. Et ita oportet, quòd puer ante mortem Phacee natus fuerit, & ita in destructione Samariæ fuit magnus & eloquens. Item pro nihilo daretur Achaz optio tanti signi de cœlo dandi, vel de terra, nisi Dominus aliquid magni voluisset per hoc ostendere. Præterea in fine præcedentis visionis *suprà* 6. c. dixit Dominus Isaiæ? Excæca cor populi huius & oculos claude, ne fortè oculis suis videat. Et reuera prophetia Isaiæ, maximè vbi loquitur de incarnatione verbi, sic excæcat Iudæos, quòd nihil penitùs intelligunt, & ideò aperta est Prophetia de beneficio incarnationis. Oportet igitur, vt ostendamus, quomodo fuit signum liberationis Ierusalem à duobus Regibus, cùm hoc longè pòst fuerit subsecutum. Dicimus ergo, quòd Dominus quandoque plus dat, quàm petatur, vt patet in Salomone, 2. *Reg.* 4. b. qui petijt sapientiam & datæ sunt ei potentia & diuitiæ maximæ cum sapientia; Sic dictum fuerat Achaz, vt peteret signum liberationis, sed noluit. Et Dominus quasi largissimus promittit domui Dauid, hoc est, omnibus bonis præteritis, præsentibus, & futuris signum liberationis æternæ, quod plus est. Vndè facit, quemadmodum si aliquis malus seruus & contumax recedat à Domino suo: & Dominus alij seruo beneuolo plura dona promittit, vt sic seruus fugitiuus confundatur. Recesserat enim Achaz à Domino quasi seruus malus, nolens petere signum liberationis suæ. Et ideò Dominus quasi largus promittit populo simplici longè melius, scilicet, spiritualem liberationem futuram per Christum, qui de illo populo nasciturus est; & sic per consequens promittit corporalem liberationem. Cùm enim promittit de genere illorum Christum nasciturum, apertè dat intelligi, quod interim non extirpabitur genus illorum. Et ita quasi duplex conclusio sequitur ex hac promissione. Ecce Virgo concipiet & pariet, &c.

Prima talis est. Promitto vobis Messiam de vestro genere nasciturum, qui vos liberabit, ergo interim non destruemini.

Secunda talis est. Promitto vobis spiritualem liberationem; ergo non debetis dubitare de corporali, quæ minor est. Item signum corporalis liberationis Iudæorum est noster Emanuel, qui & præcessit & secutus est eam. Inquantum Deus præcessit, inquantum homo subsecutus est. Planum est ergo, quod dicitur: Ecce Virgo concipiet. Prophetali certitudine demonstratur futurum quasi præsens, & ideò dicit. Ecce, quod est aduerbium demonstratiuum ad oculum, quia verbum inuisibile prius, visibile per carnis assumptionem prædicit. Et hoc est illud nouum, de quo dicit *Ierem.* 31. d. Nouum creabit Dominus super terram, fœmina circumdabit virum.

Maledicti Iudæi legunt hoc diuisim, hoc modo: Ecce Virgo, id est, illa, quæ est Virgo, concipiet, sed non manens Virgo, sicut dicitur album erit nigrum. Sed secundum hoc nulla est nouitas, quia hoc modo multæ virgines adhuc parient. Vndè *Ieron.* sic obijciet eis in originali. Si aliqua deflorata concipit, quæ est nouitas, vel quod signum?

Item, quare dicitur. Ipse Dominus dabit vobis signum? Talis enim conceptio est vsitata. Si dicas, quòd in hoc fuit nouitas, quòd mulier in defloratione concepit. Hoc non dicunt Iudæi, qui exponunt de vxore Isaiæ, vel de vxore Achaz.

Præterea de quacunque exponant, non est nouum hoc, quia ambæ filiæ Loth in defloratione sua conceperunt. *Genes.* 19. g. Dimittamus igitur in sua cæcitate Iudæos, & nos literam nostram prosequamur. Ecce, admiratiuè. Virgo concipiet, de Spiritu S. Et, Virgo pariet filium, Dei, & suum. Et vocabit, ipsa: vel, vocabis, ô tu Iuda, nomen eius, Emanuel, id est, verum Deum, & verum hominem credens, & ipsum in periculis inuocabis.

a Butyrum & mel comedet,] id est, omnem cibum infantilem homini idoneum, in quo verus homo demonstratur. Ita tamen.

b Vt] in ipsa infantia.

c Sciat reprobare malum,] id est, omnes peccatores. *Mysticè.*

d Et eligere bonum,] id est, omnes bonos, quod fiet in die iudicij manifestè, quando separabit hædos ab agnis. *Matth.* 52. c. Et quotidie facit licet occultè, & ab æterno fecit vt Deus. *Ieron.* His verbis percipimus Saluatoris infantiam, diuinam in eo non minuisse Sapientiam, quantis dicatur *Luc.* 2. g. Puer autem proficiebat ætate, & sapientia apud Deum & homines, vt veritas humani corporis probaretur. Infantia enim non præiudicat diuinæ Sapientiæ. Vel sic.

a Butyrum & mel comedet,] id est, omnem cibum infantilem & virilem.

Per butyrum, quod de lacte fit, infantilis cibus intelligitur: per mel, cibus virilis, quasi dicat, sic erit infans, quòd etiam erit vir, quia perfectus scientia & virtute: & non solum tunc erit infans & vir; imò etiam Deus.

b Vt sciat, &c.] i. habeat tunc discretionem boni & mali. Δ quod non potest

⊙ quàm ipse sensus literæ.

a Butyrum, & mel comedet.] Butyrum, pinguedo boni operis, mel dulcedo contemplationis.

Item butyrum mysterium incarnationis, mel dulcedo Deitatis. Hæc comedit Christus, quia hæc in fomentum membrorum conuertit, & in delectationem ipsorum. *Genes.* 18. a. Tulit Abraham butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis. *Cantic.* 5. a. Comedi fauum cum melle meo. De Hypocrita verò dicitur, *Iob.* 20. c. Non videat riuulos fluminis torrentis mellis & butyri. Hoc est, flumen Paradisi, in quo balneantur Electi. *Psalm.* 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, *Iob.* 29. a. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos secundùm dies, quibus Deus custodiebat me? Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei. Verba sunt Ecclesiæ.

b Vt sciat reprobare malũ, &c.] in membris suis. Ad hoc ⊙ enim est tota

a quod non potest esse in puro homine. Et hoc erit signum mirabile tuæ liberationis: quia antequam nascatur, vel concipiatur puer iste, ad inuocationem nominis illius liberaberis. Et hoc est. *a* Quia antequam sciat puer,] scientia creata. *b* Reprobare malum, &c.] id est, antequam Deus fiat bono. *c* Derelinquetur terra, &c.] i. Syria & Samaria.
d A facie,] i. à præsentia. *e* Duorum Regum suorum] quia sexto anno Ezechiæ capta fuit Samaria à Salmanasar Rege Assyriorũ. 4. *Reg*. 18. Et sic duæ Tribus plenè liberatæ fuerunt à duobus Regibus, quos timebant. Nam Rasin Regem Syriæ iã occiderat Theglatphalasar pater Salmanasar, vt legitur. 4. *Reg*. 16. b. Sed ne superbirent duæ Tribus quasi omnino securæ, prædictæ consolationi subiungit Isaias comminationem, dicens.

te bonum *a* quia antequam sciat puer *b* reprobare malum, & eligere bonum, *c* derelinquetur terra, quam tu detestaris à *d* facie *e* duorum Regum suorum *f* Adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies, *g* qui non *h* venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda *i* cum Rege Assyriorum. Et *k* erit in die illa *l* sibilabit Dominus *m* muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & *n* api, quæ est in terra Assur? & *o* venient & requiescent omnes in *p* torrentibus vallium, & in *q* cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuersis foraminibus.

f Adducet Dominus, &c.] tribulationis & captiuitatis.

g Qui,] id est, quales tam mali, scilicet.

h Non venerunt] vobis [à diebus separationis Ephraim à Iuda,] id est, decem Tribuum à duobus Tribubus sub Roboam, 3. *Reg*. 12. Et hi dies,] id est, hæc tribulatio veniet.

i Cum Rege Assyriorum,] id est, cum Nabuchodonosor Rege Chaldæorum, qui venit comitatus multitudine Assyriorum & Ægyptiorum, cum quo etiam venerunt Medi & Persæ, quasi dicat. O Achaz Emanuel liberabit te & populum tuum à duobus Regibus; sed ne glorieris in hoc, quia grauius flagellum inducet super te & super domum tuam, scilicet, oppressionem Ægyptiorum primò, deinde Assyriorum, & vltimò Chaldæorum. Primò enim Pharao Nechao Rex Ægypti occidit pium Iosiam Regem Iuda, quo mortuo, populus terræ secundum filium eius, id est, Ioachaz constituit Regem, quem etiam Pharao Nechao vinculatum transtulit in Ægyptum, & primogenitum Iosiæ, id est, Eliachim constituit Regem sibi tributarium, & vertit nomen eius Ioakim in signum seruitutis. Qui seruiuit ei in tributo vsquequo inualuit Nabuchodonosor, qui fecit eum tributarium sibi, & postea interfecit, & substituit ei filium eius Iechoniam, qui etiam postea cum matre sua se tradidit Nabuchodonosor, & ductus est in Babylonem, substituto in regnum patruo suo Mathathia, cuius nomen Nabuchodonosor mutauit in signum seruitutis, & vocauit eum Sedechiam, quem etiam postea excæcauit ipse Nabuchodonosor, & cæcum duxit in Babyloniam, & ibi turpiter expirauit. Et hæc fuit consummatio captiuitatis inceptæ à Pharaone Nechao Rege Ægypti. Et hoc est, quod comminatur Isaias Achaz, & populo eius. Veruntamen sciendum, & in multis locis necessarium est scire, quòd Chaldæi sæpè dicuntur Assyrij. Et hoc duplici de causa. Prima est, quia Assyrij à Chaldæis originem habuerunt. Nam Assur filius Arphaxat de Chaldæa venit in terram illam, quam à nomine suo denominauit Assyriam. Et etiam ab isto Assur initium habuit regnum Chaldæorum. Vndè *Infrà* 23. c. Ecce terra Chaldæorum talis populus non fuit, Assur fundauit eam, Ab isto ergo Assur Chaldæi Assyrij, & Assyrij Chaldæi dicuntur. Secunda causa est, quia regnum Chaldæorum fuit de regno Assyriorum. Nam cùm Rex Assyriorum haberet Monarchiam omnium circumadiacentium regionum, Nabuchodonosor erat vnus de guerrariis militibus eius strenuissimus & dilectissimus Regi, & petiit ab eo Chaldæam, vt esset Rex sub eo ibi, qui dedit ei. Postmodum verò Nabuchodonosor potentior factus est Monarcha suo & famosior, ita vt nomen eius obfuscaret. Vndè successores Nabuchodonosor Monarchæ fuerunt: & ideò Chaldæi dicuntur Assyrij hic in textu. Nam cùm deberet dicere cum Rege Chaldæorum, dixit, cum Rege Assyriorum. Et dicit *Gloss*. id est, Nabuchodonosor; cum quo venerunt Medi & Persæ, Ægyptij & Chaldæi. *Ieron*. verò in originali legit locum istum, & de Nabuchodonosor, sicut diximus, & de Sennacherib, dicens hoc modo. O domus Dauid ausculta, quæ dico, vt. *c* Derelinquatur terra] Syriæ & Samariæ.

d A facie, &c.] quos tu vehementissimè reformidas.

f Adducet Dominus, &c.] quos nunquam habuisti ex eo tempore, quo decem Tribus à duabus Tribubus separatæ sunt, & regnum in Samaria habere cœperunt. Adducet autem ipsos, id est, tempora.

i Cum Rege Assyriorum,] id est, Sennacherib, vt illis separatis, atque subuersis ab Angelo, tu Emanuelis præsentia liberaberis. Vndè sensus est: Duo Reges destruentur, & Dominus adducet super te Sennacherib, sed non præualebit tibi, imò virtute Emanuelis tu liberaberis, & ipse prosternetur. Et ita factum legitur *infr*. 37. g. Sed quia oppressio Iudææ cœpit à Pharaone Nechao, qui occidit Iosiam: Ideò Isaias de illo prosequitur, primò dicens.

k Et erit in die illa,] nota Domino, & notabili, & timenda tibi.

l Sibilabit Dominus,] id est, inspirabit.

m Muscæ, quæ est, &c.] id est, populo Ægyptiaco imbelli & immundo sanguini idololatriæ insidienti. Ægyptus enim coluit omnia monstra Deorum. [Sibilabit] dicit, id est, inspirando congregabit populum Ægyptiacum, sicut muscæ congregantur ad sibilum. Per hoc quod dicit, [in extremo fluminum,] notatur, quòd etiam vilissimi, & vltimi venient contra Iudam [Fluminum etiam dicit pluraliter, quia Nilus in septem brachia diuiditur, & de vltimo venient in Iudæam.

n Et] sibilabit [api, quæ est in terra Assur,] id est, Assyriis & Chaldæis nimium ferocibus & iaculis potentibus, quod notatur per aculeum apis. Sed si inspirauit illis Dominus, vt venirent contra Iudam, inspirauit eis malam voluntatem quia ipsi mala intentione venerunt, & veniendo peccauerunt. Solutio. Dominus inspirauit eis, id est, ostendit eis malitiam Iudæorum, & offensam Dei contra ipsos, quo agnito, ipsi moti cupiditate terræ eorum lucrandæ, venerunt contra eos. Et postea prosequitur Metaphoram suam Propheta.

o Et venient, & requiescent omnes] Ægyptij, Chaldæi, & Assyrij.

p In torrentibus vallium] terræ tuæ. [In torrentibus] dicit, propter Metaphoram: quia in his locis muscæ, & apes morantur, & quia exercitus libenter iuxta aquas castrametatur.

q Et in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuersis foraminibus. Ista sunt congrua muscis, & apibus. Et ne crederet Iuda, quòd aduentus eorum esset pacificus, subdit, quòd erit molestus nimis, comparans, Regem Assyriorum, id est, Nabuchodonosor nouaculæ acutæ, quia Iudæam citò subuertet, sicut nouacula citò pilos radit. Et quòd Rex Assyriorum dicatur hic Nabuchodonosor, patet per *Ieronymum*, qui dicit. Rex Assyriorum, qui in *Ieremia quadragesimo-sexto*, d. Columba Dei vocatur. Ibi enim Nabuchodonosor vocatur columba Dei, quia seruiuit Deo in expugnando Tyrum, propter, quod Ægyptus data est ei in remunerationem

enim tota doctrina & exhortatio Christi, vt malum fugiamus, & bonum eligamus. *Psalm*. 36. Declina a malo, & fac bonum. *Mysticè.*

k In die illa sibilabit Dominus muscæ, quæ est, &c.] Musca est curarum importunitas. *Exod. octauo*, f. Venit musca grauissima in domos Pharaonis. *Gloss*. id est, insolentes curæ carnalium desideriorum. Flumina Ægypti sunt vanitas mundi & voluptas carnis. Musca moratur in extremo fluminum, quia importunitas curarum, siue mentis anxietas adiuncta est vuluptati, & vanitati vsque ad finem. *Prouerb*. 5. a. Fauus distillans labia meretricis; nouissima autem illius amara quasi absynthium. Item *Prouerb*. 14. b. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Apis, quæ habet in ore mel, & in cauda aculeum, est adulator, vel proditor, quæ est in terra Assur, id est, in curia Potentum, vbi regnat proditio simul & adulatio. Sed iam Dominus sibilabit illi, id est, curarum importunitati, proditioni, & adulationi. *o* Et venient, & requiescent,] modò.

p In torrentibus vallium & in cauernis petrarum,] i. in claustris Monachorũ & in capitulis Canonicorum. *Iob*. 30. a. In desertis habitabunt torrentium & in cauernis terræ.

Δ in remunerationem, vt legitur *Ezech.*29. d. Alij dicunt, quòd vocatur columba Dei propter fraudulentam simplicitatem, & propter nimiam libidinem, vel propter signum columbæ, quod habebat in vexillo suo. Dicit ergo. *a* In die illa,] notabili præuisa à Domino, timenda Iudæis. *b* Radet Dominus, &c.] vel [conducta] alia littera. *d* In his, qui trans flumen sunt, &c.] Sic ordina litteram.

D

Al. † conducta.

a In die illa] iam præuisa. *b* Radet Dominus,] id est, citò euellet. *c* In nouacula acuta. scil. in Rege, &c.] i. vltra Euphratem, quem transire oportet venientes de Babylone in Iudæam.

Al. † non habet homo.

In *a* die illa *b* radet Dominus in *c* nouacula † acuta in his, *d* qui trans flumen sunt in Rege Assyriorum, *e* caput & *f* pilos pedum *g* & barbam vniuersam. Et *h* erit in die illa, *i* nutriet homo *k* vaccam boum, & *l* duas oues: & præ *m* vbertate lactis *n* comedet butyrum. *o* Butyrum enim, & mel *p* manducabit omnis † homo, qui relictus fuerit in *q* medio terræ. Et *r* erit in die illa, omnis *s* locus, vbi *t* fuerint *u* mille vites, mille argenteis:

e Caput,] id est, Principes. *f* Et pilos pedum,] id est, subditos. *g* Et barbam vniuersam,] id est, omnes iuuenes fortes & pulchros. Summa est. Per Nabuchodonosor & Assyrios, qui vltra Euphratem habitant, citò & funditùs euertet Dominus totam Iudæam à maiore vsque ad minorem, nulli parcens: deinde ostendit Propheta, quanta erit solitudo Iudææ post illam destructionem, tanta scilicet, quod homo de magna numerositate gregum & armentorum non habebit, nisi vaccam vnam & duas oues, quarum lacte pascatur, & lana vestiatur. Et quia pauca erunt tunc animalia & tanta fertilitas in pascuis, quòd vna vacca & duæ oues sufficient ad pascendum domum vnam, ita abundabunt in lacte. Et hoc est.

h Et erit in die illa] post subuersionem vrbis, & captiuitatem Iuda. *i* Nutriet homo,] relictus in Iudæa.

k Vaccam boum, vnam tantum, quia pauper. Vaccam boum dicit, quia talis est modus loquendi apud Hebræos, vel impraegnatam à bobus, vel vitulos duos habentem.

l Et duas oues,] vnde pascatur & vestiatur. *m* Et præ vbertate lactis] vnius vaccæ, & duarum ouium, quia multa erant pascua & pauca animalia.

n Comedet butyrum,] quod fit de pinguedine lactis, nec fit, nisi vbi maximè abundat lac. *o* Butyrum enim & mel,] siluestre, vel agreste præ inopia panis.

p Manducabit omnis, &c.] à Nabuchodonosor. *q* In medio terræ, id est, in Iudæa, quæ est quasi vmbilicus totius terræ. Vndè de Domino dicitur in *Psalm.*73. Qui operatus est salutem in medio terræ, id est, in Ierusalem. Et tangit Isaias hic historiam, quam habemus planiùs, & plenius *Ier.*39. & 40. & 41. scilicet, quod post euersionem vrbis Nabuzardam Princeps militiæ Nabuchodonosor, quem † Archimagistrum septuaginta vocant, id est, Principem Cocorum, id est, mareschalcum, pauperes reliquit in Iudæa, qui vineas & agros colerent, & præfecit eis Godoliam, qui dicebat, Seruite Regi Babylonis: & benè erit vobis, In illo tempore tanta fuit solitudo in Iudæa, vt illi, qui remanserant, nec greges ouium haberent, nec armenta boum. Et tanta fuit extirpatio vinearum, quòd tunc vix poterat inueniri vna vitis ad plantandum, ita etiam quòd singulæ vites singulis argenteis emebantur. Et hoc, quod subditur.

Al. † Archimarrum.

r Et erit in die illa,]post captiuitatem.

s Omnis locus,] in quo, vel.

t Vbi fuerint mille, &c.] ementur, singulæ vites singulis argenteis. Iste nominatiuus, [omnis locus] præponitur tantùm, vt sequens relatio locum habeat. Et est sensus. In omni loco, vbi fuit copia vinearum, erit tanta caristia vini, & tanta raritas vinearum, quòd vna vitis vno argenteo emetur, qui valet decem denarios vsuales.

Δ Et in spina

Moral.

⊕ *a* In die illa radet Dominus in nouacula acuta, &c.] Nouacula Diabolus est, cuius ministerio resecat Dominus superflua.

d In his, qui trans flumen sunt,] id est, in Iustis, qui flumina Babylonis transierunt, id est, diuitias & delicias contempserunt. Et in hoc seruit diabolus Domino, licet inuitus. *Iob.*40. d. Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruum sempiternum? Nouacula dum innouat, incidit: sic diabolus dum promittit innouationem, infert incisionem. Primis enim parentibus promisit innouationem immortalitatis, & intulit vulnus infoelicitatis. Sic hodie multis suggerit innouationem religionis, & infert vulnus perditionis. *Psal.*51. Sicut nouacula acuta fecisti dolum.

e Capu] mens: capilli, cogitationes: pedes, affectus: pili pedum, multitudo desideriorum: Barba, operandi virilitas & docendi auctoritas. Cogitationum autem quædam sunt bonæ, quædam sunt malæ: ideò rasio capitis quandoque sumitur in bono, quandoque in malo. In bono abiectio malarum cogitationum. *Iob.*1. d. Surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit. Hinc est, quòd Leuitæ iubentur radere omnes pilos carnis suæ. *Num.*8. b. id est, omnes carnales cogitationes resecare. In malo sumitur, id est, amotio bonarum cogitationum, quæ mentem ornant, vt capilli caput. *Matth.*10. d. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. Similiter rasio pilorum pedum quandoque in bono sumitur, id est, abiectio malorum desideriorum quandoque in malo, id est, remotio sanctorum desideriorum. Item per pilos aliquando accipitur asperitas pœnitentiæ. Vndè Ioannes legitur vestitus pilis camelorum. *Matth.*3. a. & *Marc.*1. a. Et de pilis caprarum fiebat oblatio in lege Domini. *Exod.*35. c. Item rasio barbæ in bono, id est, præsumptionis de viribus suis amputatio. Vndè legitur *Ierem.*41. b. quod Ismaël interfecit octoginta viros rasos barba, & scissis vestibus vsque ad nates, munera & thus habentes in manibus, vt offerrent in domum Domini. Item rasio barbæ in malo, extirpatio virilitatis bene operandi, vel benè docendi. Vndè 1. *Paralip.*19. a. Amon pueros Dauid decaluauit & rasit 2. *Reg.*10. a. Rasit dimidiam partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorum medias vsque ad nates. Vbi *Gloss.* Diabolus quorundam Prædicatorum sermonem & conuersationem commaculat, & præscidit vestes vsque ad nates, cùm turpia facta reuelat. De hoc dicitur. *Ierem.* 48. f. Super omne caput caluitium, & omnis barba rasa erit: sic ergo.

a Dominus in nouacula acuta,] id est, ministerio diaboli & membrorum eius.

b Radet,] capita Iustorum, id est, resecat superfluas cogitationes.

f Et pilos pedum,] id est, motus illicitos, malas affectiones, vel superfluas possessiones. Vndè *Psalm.*51. Sicut nouacula acuta fecit dolum. *Ibi Gloss.* Mali pilos radunt Sanctis, quia superflua rapiunt, vt fuit filij Chore, id est, Caluariæ. Barbam etiam radit, id est, præsumptionem tollit, in his, qui sunt trans flumen, id est, vltra fluxum diuitiarum, vel deliciarum huius mundi, ita quòd Euphrates, id est, frugifer diuidat inter Iustos & impios. *Iob.*28. a. Lapidem quoque caliginis & vmbram mortis diuidit torrens a populo peregrinante. Item quia nouacula innouat & incidit: similiter & Dominus per diabolum suos innouat & malos punit, exponitur in malo sic.

b Radet Dominus,] permissiuè.

c In nouacula acuta,] id est, ministerio diaboli.

e Caput,] id est, mentem bonis cogitationibus.

f Et pilos pedum,] id est, asperitatem pœnitentiæ perseuerantem.

g Et barbam,] id est, fortitudinem, bonæ conuersationis, vel sanctæ prædicationis.

h In die illa nutriet homo vaccam boum & duas oues,] id est, mentis fortitudinem, & simplicitatem duplicem, interiorem & exteriorem. Vacca enim fœtum fortem facit & ideò mentis fortitudinem significat, quæ fortè opus parit. Hanc vaccam debet homo nutrire, non duas: quia debet affligere carnem & animam roborare. 2. *Corinth.*12. c. Virtus in infirmitate perficitur. Nutritur autem hæc vacca operando, & studendo. *Prouerb.* 30. d. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regis, id est, simplex homo bonis operibus exercitatur, & in studio sanctarum Scripturarum conuersatur. Item vna vacca est vna Parochia, in qua sunt vix duæ oues, id est, duo innocentes: sed multi lupi, qui nec lac, nec lanam ministrant. *Ezech.*34. h. Facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum.

o Butyrum enim, &c.] id est, allegorica & morali intelligentia reficietur. Mel enim optimum est in fundo, sic allegoria. Butyrum optimum est in supremo: sic tropologia illa melior est, quæ in superficie litteræ videri potest.

u Mille vites mille argenteis,] ementur. Mille vites mille Ecclesiæ sunt: mille argentei, mille Prædicatores sunt: quia nisi singulæ singulos Prædicatores habeant,

⊕ Et in spinas

a Et in spinas, &c.] vineæ & loca vinearum, vbi est, vbi erant vites, ibi erunt spinæ & vepres. b Cum sagittas, &c.] id est, in agros & vineas visendas præ timore latronum,

c Vepres enim & spinæ,] vbi latitant latrunculi.

& in a spinas & in vepres erunt. Cum b sagittas & arcu ingredientur illuc. c Vepres enim & spinæ erunt in d vniuersa terra. Et e omnes montes, f qui in g sarculo sarrientur, non h veniet illuc i terror spinarum & vepriuim, & k erit in † l pascua m bouis, & in n conculcationem pecoris.

Al. † pascuam.

CAP. VIII.

A

ET dixit o Dominus p ad me: q Sume tibi r librum grandem, s & scribe in eo stilo hominis, t velociter spolia u detrahe, x citò prædare. Et y adhibui mihi z testes fideles, Vriam, a Sacerdotem & Zachariam filium Barachiæ. Et b accessi ad c Prophetissam, & d concepit, & e peperit filium. Et dixit f Dominus ad me: g Voca h nomen eius i accelera, spolia k detrahe, l festina prædari: m quia antequam sciat n puer vocare patrē,

d Erunt in vniuersa terra,] Iuda. e Et omnes mōtes] tales erunt. f Qui,] id est, quod ipsi. g In sarculo sarriētur] relictis cāpestribus. Nam metu hostium in montibus habitantes eos excolēt propriis manibus vitam miseram sustentantes: cætera terra erit deserta & plena vepribus, & in pascua boum. h Non veniet illuc,] id est, in montes. i Terror spinarum, & veprium,] id est, hostium. Vel ad literam spinæ & vepres terribiles non erunt in mōtibus propter culturam. k Et erit,] cætera terra. l In pascua,] vel [in pascuam secundum *Haymonem*. m Bouis,] tantùm, non in habitationem hominum. n Et in conculcationem pecoris] minoris, scilicet, capræ, vel ouis.

Mysticè. ⊖ a Et in spinas, &c.] *Prou*.24. d. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ, operuerant superficiem eius spinæ. b Cum sagittis, &c.] id est, in Ecclesias Pastores intrare deberent, cum infatigabili prædicatione, quæ per arcum designatur, & cum auctoritatibus Sacræ Scripturæ, quibus corda peccatorum perfodiantur, ita vt quasi quidam sanguis deuotionis eliciatur, vel sanguis peccatorum per foramen confessionis.

e Et omnes montes, &c.] Montes sunt viri religiosi, qui sarculo doctrinæ spiritualis, vel pœnitentiæ sarriuntur, non timerent carnalium motuum punctiones, vel Dæmonum tentationes. Sed heu hodie deficit sarculus in claustris, vbi quondam studium doctrinæ spiritualis fuit: & ideò vepres & spinæ abundant ibi.

EXPOSITIO CAP. VIII.

ET dixit Dominus ad me, &c.] Loquens Isaias ad Regem & populum, prædixit partum Virginis, cùm ait: Ecce Virgo concipiet. Et infantiam Saluatoris, cùm dixit: Butyrum, & mel comedet. Et diuinam eius naturam ostendit, cùm ait: Vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Hic iterum partum Virginis describit sub alio ænigmate. Et quasi Dominus diceret Isaiæ: Accipe magnam chartam, & scribe in ea nomen pueri nasciturі characteribus non ignotis: neque scribas hoc nomen Emanuel, sed pro illo hanc circumlocutionem, [Velociter spolia detrahe, citò prædare.] Hæc est enim circumlocutio pueri nascituri. Et sunt ista verba Patris ad filium, & ad Prophetam similiter, sed aliter & aliter. Secundum quod ad filium diriguntur, significatiuè tenentur; secundum quod ad Prophetam, materialiter, & simul & semel tenentur sic & sic. Diuiditur autem hoc capitulum in quinque partes. Primò, partus Virginis & nomen pueri nascituri, describitur. Secundò, vastitas Syriæ & Samariæ per Assyrios futura prædicitur, *ibi*. [Et adiecit Dominus loqui ad me.] Tertiò, iubetur solus Deus timeri & venerari: quod quia non fecerunt Iudæi, fuit illis in lapidem offensionis & petram scandali, *ibi*. [Dominum exercituum sanctificate.] Quartò, iubetur Propheta claudere prophetiam Iudæis indignis, *ibi*. [Liga testimonium.] Quintò, exhortatur Propheta populum Iuda, vt non credat Syris & Samaritanis de sciscitando Pythones & incantatores, *ibi*. [Et cùm dixerint, ad vos, &c.] Dicit ergo Propheta. o Et dixit Dominus] Deus Pater. p Ad me] per Angelum, vel inspirationem. q Sume tibi,] non populo incredulo. r Librum grandem,] id est, magnam schedulam. s Et scribe, &c.] id est, more hominum, vt intelligi possit. *Abacuc* 2. a. Explana visum super tabulas, vt percurrat, qui legerit. In hoc autem, quod dicit, Scribe stilo hominis monetur Propheta, vt non vsquequaque explanet, ne omnibus pateat; sed sic scribat, vt rationalis homo intelligat, & bestialis non videat. Dicitur autem liber hic, qui sumi iubetur, grandis, non quantitate: quia in modica schedula posset scribi ad literam, quæ hic iubentur scribi, sed dignitate & significatione, vt dicit. *Gloss*. i. propter partum Virginis, qui in eo describitur. Simile dicit Moyses, *Exod*.3. a. Vadam, & videbo visionem hanc magnam, id est, magna significantem. Hoc, inquam, scribe. t Velociter spolia, &c.] *Gloss*. Hoc est nomen pueri, id est, circumlocutio nominis, per quam insinuatur, qualis sit futurus puer, qui nasciturus de Virgine prophetatur. Talis scil. qui Diabolo spolia, id est, homines, quos captiuos tenebat, surripiet & reducet. Et sunt verba Patris ad filium dicentis. t Velociter spolia,] id est, homines captiuos. u Detrahe, diabolo. x Citò prædare diabolum, i. prædam, quam violenter rapuit & iniustè, ei diripe. Nec ad hoc faciendum Angelos, vel Prophetas mitte, sed tu ipse descende. Ecce hæc tota oratio significatiuè tenetur, prout sunt verba Patris ad Filium. Prout verò est circumlocutio nominis pueri nascituri, quod iubetur Propheta scribere, tenetur materialiter. y Et adhibui] ego Isaias.

z Mihi testes fideles] huius rei, id est, huius mysterij mihi reuelati.

a Vriam Sacerdotem, &c.] 2. *Paral*.24. c. dicitur fuisse filius Ioiadæ. Fortè binomius fuit. Sed quomodo testis fidelis fuit Vrias Sacerdos, quem constat tempore Achaz, sub quo hæc dicta sunt, fuisse pessimum & idololatram, & ad præceptum Achaz fecisse in templo altare simile altari Damasci, vt legitur 4. *Reg*.16. c. Item quomodo huius rei testis fuit Zacharias filius Barachiæ, quem longè antè interfecerat Ioas Rex Iuda inter templum & altare, vt legitur 2. *Paral*.24. f. Cuius mortem exprobrat Dominus Iudæis. *Matth*.23. d. Sed per hoc patet, quod mysticè loquitur Isaias: & quòd isti testes mystici sunt, id est, lex per Vriam Sacerdotem designata; & prophetia per Zachariam figurata, quæ Natiuitati Domini attestantur. Vndè & in transfiguratione Domini, cum ipso apparuit Moyses & Elias. *Matth*.17. a. b Et accessi] per fidem & intelligentiam mihi datam à Domino. c Ad Prophetissam,] id est, Beatam Virginem, quam nemo ambigit Prophetissam fuisse. d Et concepit,] opere Spiritus sancti.

e Et peperit filium] non filios. f Et dixit Dominus ad me] dicit Isaias. g Voca] ò tu Isaia. h Nomen eius,] id est, pueri nascituri. i Accelera spolia,] id est, homines.

k Detrahe] diabolo. *Ieron*. ponit hanc litteram, [Accelera spolia detrahe,] quæ videtur verior. Nam aliter essent plura nomina, quàm *suprà eodem*. [Velociter spolia detrahe, citò prædare. l Festina prædari] infernum. Iteratio nominis est signum confirmationis. Nec solùm intelligitur per hoc inferni spoliatio; sed etiam destructio Syriæ facta per Theglatphalasar. 4. *Reg*.16. Et destructio Samariæ facta per Salmanasar. 4. *Reg*.17. Vndè continuandum est, quod sequitur. Verè festinabit spolia detrahere. Quia antequam sciat, &c. Vel sic continua, q.d. aliquis ad Prophetam, Quare tantùm loqueris de isto puero? Ideò scilicet. m Quia antequam sciat] scientia creata. n Puer vocare patrem,] putatiuum Ioseph. Et matrem

A

Mysticè. q Sume tibi librum grandem, &c.] Isaias, Theologiæ Doctor. Hic liber grandis est bibliotheca & quantitate & difficultate & dignitate. *Zach*.5. a. Ecce ego video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Mysticè.

s Et scribe in eo, &c.] Non dicit Angeli, vel asini contra nimis subtiles, vel nimis hebetes. *Psalm*.18. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. *Abacuc*.2. a. Scribe visum, & explana eum super tabulas, vt percurrat, qui legerit eum: quia adhuc visus est procul. *Apocalip*. 10. c. Vade, accipe librum apertum de manu Angeli stantis suprà mare & suprà terram. o Et dixit Dominus, &c.] Esset bona lectio incipientis in Theologia. Sed multi dimittunt primum verbum: quia non expectant, vt Dominus eis dicat, vt incipiant, sed seipsos ingerunt. Contra illud, *Iacob*. 3. a. Nolite plures Magistri fieri, fratres mei.

t Velociter spolia, &c.] i. animas hominum, quas diabolus deprædatur, illi festinanter surripe. *Prou*. 14. b. Erue eos, qui ducuntur ad mortē, & qui trahuntur ad interitū, liberare

Δ seph. a Et matrem suam] Mariam, id est, antequam Deus fiat homo, carnem sumens de virgine. b Auferetur] a Theglatphalasar. 4. *Reg.* 16. c Fortitudo Damasci] metropolis Syriæ. d Et spolia, &c. i. per Salmanasar Regem Assyriorum. 4. *Reg.* 17. e Et adiecit Dominus.] Secunda pars, vbi prædicitur vastitas Syriæ & Samariæ per Assyrios facienda. Dicit igitur Isaias. (Et adiecit Dominus loqui ad me,) i. iterum mihi dixit. f Pro eo, quòd, &c.] id est, decé Tribus. g Aquas Siloe, &c.] id est, Reges Iuda pacificos & benignos, quando relicto Roboam filio Salomonis, adhæserunt Ieroboam seruo eius 3. *Reg.* 12. Metaphoricè loquitur Isaias, & satis vrbanè. Siloe enim est fons ad radicem montis Sion, vt dicit *Ieron.* in originali. Et idem quædam *Gloss. infrà* 22. c. super illud Congregabo aquas piscinæ inferioris. Licet quidam dicant esse ad radicem montis Libani. Nec habet fons ille aquas iuges super terram fluentes, sed certis temporibus ebullientes & aliquando sub terra latenter fluentes. Sed siue appareant, siue non, cum silentio vadunt: & ideò per illas aquas metaphoricè designantur Reges Iuda, qui quandoque boni, quandoque mali, quandoque fortes, quandoque debiles fuerunt, & quietè & legitimè regnauerunt comparatione Regum Israel.

Secunda pars.

suum & a matrem suam, b auferetur c fortitudo Damasci, & d spolia Samariæ coram Rege Assyriorum: & e adiecit Dominus loqui ad me adhuc dicens: f Pro eo, quòd abiecit populus iste g aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio: & h assumpsit magis Rasin, i & filium Romeliæ: k Propter hoc l ecce adducet Dominus super eos m aquas fluminis fortes & multas, o Regem Assyriorum, & p omnem gloriam eius. Et q ascendet r super omnes riuos eius, & s fluet t super † omnes ripas eius, & ibit u per Iudam inundans, & x transiens vsque ad collum veniet. Et erit y extensio alarum eius z implens latitudinem terræ tuæ, ô Emanuel. a Congregamini populi, & † vince-

Al. † vniuersas.

Al. † vincimini.

h Et assumpsit magis Rasin, Regem Syriæ.

i Et filium Romeliæ,] id est, Phacee Regem Samariæ, qui contra Iudam confœderationem fecerunt ad inuicem. Ergo quia decem Tribus separauerunt se à Regibus Iuda, comminatur eis Dominus. Sed nonne ipse voluit hanc separationem, & prædixit per Prophetam suum Ahiam Silonitem 3. *Reg.* 11. f. vbi sic dicitur. Hæc dicit Dominus Deus Israel. Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem Tribus. Responsio. Reuera Dominus voluit illam separationem, & benè, sed decem Tribus voluerunt eam malè, & ideò Dominus comminatur eis. Sicut Dominus benè voluit passionem suam, quam Iudæi, & Iudas malè voluerunt.

k Propter hoc,] quia reliquerunt Reges Iuda, & adhæserunt aliis l Ecce,] id est, in breui. m Adducet Dominus, &c.] permittendo, vel malitiam decem Tribuum reuelando.

m Aquas fluminis,] id est, exercitum Sennacherib, dicit *Gloss.* cum impetu venientis. Sed hoc videtur falsum, quia non Sennacherib, sed Salmanasar terram decem Tribuum legitur destruxisse 3. *Reg.* 17. Sennacherib verò terram duarum Tribuum destruxit præter Ierusalem, vt legitur 4. *Reg.* 19. Propter hoc dicunt Hebræi, quòd Sennacherib & Salmanasar nomina sunt eiusdem. Sed contra eos est, quòd legitur *Tobiæ* 1. e. scilicet, quòd mortuo Salmanasar regnauit Sennacherib filius eius. Solutio. Reuera Salmanasar destruxit Samariam, non Sennacherib, sed *Gloss* hic dicit exercitum Sennacherib, quia exercitus, qui priùs fuit Salmanasar, statim post fuit Sennacherib, quia iam fortè erat cum patre suo: & ita vtriusque erat exercitus. *Ieronymus in originali in hoc loco* non nominat Sennacherib, sed Regem Assyriorum, sine proprio nomine. Planum est ergo, quod dicitur. [Propter hoc ecce adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes & multas,] scilicet.

o Regem Assyriorum] Salmanasar.

p Et omnem, &c.] id est, exercitum suum, in quo gloriabatur, cuius multitudine terram Samariæ occupans inundationi fluminis comparatur.

q Et ascendet] Rex Assyriorum.

r Super omnes, &c.] id est, super omnes Principes Samariæ, qui hostibus debuerant resistere.

s Et fluet.] Metaphoram fluuij prosequitur, id est, leuiter & sine obstaculo curret. t Super omnes, &c.] i. super omnes terras Samariæ.

u Et ibit, &c.] Cùm enim Salmanasar obsedit Samariam, eius exercitus euagatus est in Iudam, & multos ibi cepit. Vel meliùs. Captiuatis decem Tribubus, Sennacherib ascendit in Iudam, & multas ibi cepit ciuitates. Vnde quod dicitur. [Et ascendet super omnes riuos eius,] referendum est ad Salmanasar & ad captiuitatem decem Tribuum. Quod verò sequitur. [Et ibi per Iudam, inundans] refertur ad Sennacherib vehementer opprimentem duas Tribus. Vnde super hoc, ibit, debet poni illa *Gloss.* exercitus Sennacherib. Et tunc nulla est obiectio, sed littera plana. x Et transiens, &c.] id est, ferè vsque ad suffocationé, quasi dicat, totam terram ferè conculcabit vsque ad Ierusalem, quam si cepisset, totam Iudæam suffocasset. Elegans est Metaphora. Cùm enim quis vsque ad collum mergitur, imminet ei periculum submersionis, sed nondum submersus est. y Et erit, &c.] id est, Principum [eius.]

z Implens latitudinem, &c.] id est, Iudææ, in qua Christus natus est.

a Congregamini, &c.] Prophetauerat Isaias liberationem duarum Tribuum à duobus Regibus per inuocationem nominis pueri nascituri, hic insultat

Δ irrisoriè duobus

Mysticè.

Θ ne cesses. e Et adiecit Dominus, &c.] Aquæ Siloe sunt doctrina, siue scientia Theologiæ, in quibus se cæcus lauit, & visum recepit. *Ioan.* 9. b. Quæ sine strepitu & clamore fluunt. 3. *Regum.* 6. a. Malleus & securis & omne ferramentum non sunt audita in domo Domini, cùm ædificaretur. Hoc est contra clamosos & improbos disputatores. Et *infrà* 42. a. dicitur de Christo, qui fuit verus Magister Theologiæ. Iudicium proferet Gentibus, non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Multi hodie abiiciunt aquas Siloe, id est, Theologiam, & assumunt Rasin, picturam varietatis, id est, doctrinam decretalium, quæ quodam verborum fuco pinguntur, & quotidie variantur, & filium Romeliæ, id est, Magistrum frangentem laborantes, non nutrientem audientes: qui magis studet ad nouitatem, quàm ad vtilitatem. 2. *Timoth.* 4. a. Erit tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi Magistros prurientes auribus, & a veritate, quidem auditum auertent; ad fabulas autem vanas conuertentur.

k Propter hoc adducet Dominus,] in Ecclesiam.

l Aquas fluminis fortes, & multas,] id est, Aduocatos instabiles malè ad suum terminum terminantes, sed ad alienum semper fluentes. *Apocalip.* 18. d. Aquas, quas vidisti, super quas meretrix sedet, populi sunt, & Gentes.

o Regem Assyriorum,] id est, Dæmonem superbiæ.

p Et omnem gloriam] Pompam sociorum, & phaleras equorum, varietatem vestimentorum, diuersitatem ferculorum, & huiusmodi, in quibus Diabolus gloriatur.

q Et ascendet super omnes riuos eius, id est, super Prælatos.

s Et fluet super omnes ripas eius, id est, super omnes subditos. Et sicut vitium omnes implicat subditos & Prælatos; ita supplicium omnes cruciabit *infrà* 30. f. erit Spiritus Domini sicut torrens inundans vsque ad medium colli. *Item.* 24. a. Erit sicut populus, sic Sacerdos. *Beatus Bernard.* Et vtinam non peior, quàm populus sit Sacerdos, imò sicut aqua inundans profundior est super riuum, quàm super ripam; sicut maius est vitium Prælatorum hodie; & ideò maius erit supplicium. *Sapient.* 6. a. Iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet: exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur: fortioribus autem fortior instat cruciatio.

u Et ibit per Iudam,] id est, per Clericos.

x Inundans & transiens vsque ad collum veniet, id est, vsque ad Doctores, qui sunt collum Ecclesiæ. *Cantic.* 4. b. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis.

y Erit extensio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ, ô Emanuel, id est, Ecclesiæ, quam tu, Domine, proprio sanguine comparasti. Alæ Diaboli superbia & luxuria sunt, quæ implent totam terram Emanuel, id est, Ecclesiam. *Osea* 4. d. Ligauit eum Spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificiis suis.

a Congregamini populi & vincemini.] Consolatio est

Θ qua Dominus consolatur

mini, & a audite vniuersæ procul terræ: b Confortamini, & † c vincemini: d accingite vos, e & † vincemini: f inite consilium, & g dissipabitur h: loquimini verbum, & non i fiet: quia k nobiscum Deus. Hæc l enim m ait Dominus n ad me, o Sicut in manu forti p erudiuit me † Dominus, ne irē in via populi huius, q dicēs: Non dicatis, coniuratio. r Omnia enim, quæ loquitur populus iste, f coniuratio est. Et t timorem eius, ne u timeatis, neque paueatis, x Dominum exercituum ipsum y sanctificate, & ipse z pauor vester, & ipse terror vester: & erit a vobis in sanctificationem: in b lapidem autem offensionis, & petram c scādali d duabus domibus Israël, & in e laqueum, & in ruinam habitantibus Ierusalem: f Et offendent ex g eis plurimi, & h cadent, & i conterentur, & k irretientur, & l capientur. m Liga testimonium, n signa legem in o Discipulis meis,

Al. † vincimini.

Al. † non habet Dominus.

A irrisoriè duobus illis Regibus, dicens, vt colligant vndique auxilia, & congregent magnum exercitum, & tamen vincentur. Et hoc est Congregamini populi] Syriæ, & Samariæ contra Iudam. a Et audite, &c.] non solùm vicinæ.

b Confortamini] ad inuicem. c Et vincemini] quāuis multi, quamuis fortes, quamuis accincti.

d Accingite vos] armis, & gladiis.

e Et [tamen] vincemini] Ier. & Hay. dicunt. Vincemini, & veniet, & neuter, dicit, vincimini.

f Inite consilium:] qualiter, & quando ascendatis contra Iudam. g Et dissipabitur] ab Emanuel. Psal. 32. Dominus dissipat consilia Gentium. Et Iob. 5. c. Consilia prauorum dissipat. h Loquimini verbum:] quod dixistis, supr. 7. b. Ponamus Regem in medio eius filium Tabeel. i Et non fiet] ita.

k Quia nobiscum Deus] contra quem, nihil potestis. Rom. 8. f. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Hæc est interpretatio Emanuel, qui duas Tribus liberauit, & nondum natus. Et verè dico, quòd non fiet. l Hæc enim:] quæ dixi.

m Ait Dominus: qui non potest mentiri. n Ad me ipsum, non ad alium, qui mihi retulerit.

o Sicut in manu forti, &c.] Post irrisionem duorum Regum, arguit Propheta populum suum, super eo quòd non credidit ei, ne iret post Deos alienos, sicut credidit ipse Propheta Deo, qui erudiuit eum, ne ipse iret post Deos alienos. Et hoc est [Sicut in manu forti,] id est, perfecta virtute, & opere. p Erudiuit me Dominus, ne irem in via populi huius] nequam, quia praua est, Dominus dico.

q Dicens. Non dicatis, coniuratio] facta est contra nos, quasi dicat, non timeatis coniurationem duorum Regum aduersus Iudam, sicut illi timent, qui non adhibent fidem Deo promittenti liberationem. r Omnia enim, quæ loquitur populus iste] de Iuda.

f Coniuratio est] contra me, id est, quicquid loquuntur est, ac si contra me coniurassent. Coniuratio enim est consensus multorum in malum. Vel [Omnia quæ loquitur populus iste, coniuratio est:] id est, de nullo alio loquitur, nisi de coniuratione duorum Regum. Et hoc facit ex nimio timore. Vndè sequitur. t Et timorem eius] populi coniurantis contra me, eo ipso enim, quòd non credit mihi promittenti liberationem, coniurat contra me. Vel sic [Et timorem eius] scilicet, coniurationis duorum Regum.

u Ne timeatis] ô tu Isaia, & qui tecum sunt [neque paueatis] Duplicem timorem dehortatur humanum, & mundanum. Deinde hortatur timorem sanctum; quo solus Dominus timetur dicens. x Dominum exercituum,] id est, Angelicarum virtutum, & Iustorum in hoc mundo, quasi in campo certaminis viuentium. y Sanctificate] in vobis, id est, sanctos vos ei præparate, sicut ipse sanctus est. Leuit 19. a. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Vel: [Sanctificate:] id est, Sanctum prædicate, verbo & facto. z Et ipse pauor vester, & ipse terror vester:] quasi dicat, nullo genere timoris aliquid timeatis, nisi ipsum. Matth. 10. c. Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & animam, & corpus perdere in gehennam. 1. Petr. 3. c. Timorem eorum, ne timueritis, vt non conturbemini: Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris. Multi tamen terra operiunt eum in cordibus suis, & multi crucifigunt. Hebr. 6. a. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes. a Et erit vobis in sanctificationem,] id est, confirmabit vos in bono, qui ei creditis.

b In lapidem autem offensionis,] id est, in compactionem.

c Et petram scandali,] id est, in ruinam erit. d Duabus domibus Israel:] id est, duabus Gentibus coniuratis contra Iudam, id est, Syriæ & Samariæ. Et dicitur Syria domus Israel, quia erat coniurata cum Rege Israel. Vel: [duabus domibus Israel:] id est, infidelibus de duabus, & decem Tribubus. Et dicitur Christus lapis offensionis, quia ad ipsum offenderunt, & offenderunt adhuc: Iudæi quasi ad obicem in via plana. Et hoc loco sumpsit Apostolus testimonium, quòd Christus factus est Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitia. 1. Cor. 1. d. Vel duabus domibus Israel,] id est, duabus familiis, scilicet, Sammai, & Hellel, ex quibus Scribæ, & Pharisæi. Hi duo paulò ante Christum nati sunt in Iudæa, quorum traditiones pullulauerunt tempore Alexandræ Reginæ, quæ fauebat eis propter religionem eorum superficialē. Vnde tempore illius cœperunt prædicare, & docere populum parum ante Christi Natiuitatem, & populus cœpit acquiescere eis. Vnde multos reliquerunt Magistros sectæ suæ.

e Et] erunt [in laqueum, & in ruinam habitantibus Ierusalem,] præcipuè quia Christum non receperunt. Et est prophetia de destructione facta per Romanos. Vndè sequitur. f Et offendent] in lapidem Christum per infidelitatem. g Ex eis plurimi] non omnes, quia reliquiæ Israël saluæ fient. inf. 10. e. h Et cadent] ruina æterna, & temporali. i Et conterentur] gladio Romanorum, & fame. k Et irretientur] funibus peccatorum: Prou. 5. d. Vel funibus materialibus. l Et capientur] à Romanis. Vel, Offendent corde, cadent locutione, conterentur operatione, irretientur consuetudine, capientur morte. Et quia ita offendent Iudæi in lapidem Christum. O tu Isaia. m Liga testimonium,] id est, prophetiam, siue visionem, quam tibi ostendi, ne Iudæi legentes intelligant. n Signa legem] veterem, ne intelligatur à Iudæis cæcis, quasi dicat, claude, & absconde sub figuris testimonia, quæ sunt in lege, & Prophetis de incarnatione, ita tamen quòd aperias ea.

o In Discipulis meis, id est, Apostolis meis, vel per eos aliis bonis. Vel sic. m Liga testimonium, id est, librum istum, quem tibi scribere præcepi, claude sub inuolucris, & velaminibus figurarum. n Signa legem] veterem, vt lateat quasi sub sigillo clausa Iudæos indignos, Legem dico existentem.

o In Discipulis meis.] Et nota, quòd signari duobus modis sumitur. Primo modo dicitur aliquid signari, id est, sub sigillo claudi, sicut signantur literæ, vel aliquid in arca: Et de hoc modo signandi dicitur. Iob. 14. d. Signasti, quasi in sacculo peccata mea. Quod hoc modo signatum est, ab aliquibus scitur, ab aliquibus ignoratur. Sic prophetia, & lex signata est Iudæis, qui vident corticē literæ exterius, sed intùs medullam spiritualis, intelligentiæ non vident. Vndè infr. 29. d. Erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati. Et licet ita sit signata prophetia, & lex Iudæis; tamen patet Prophetis, & Apostolis, & aliis sanctis viris, qui sunt quasi Secretarij summi Regis. Et hoc est. m Liga testimonium,] i. inuolue prophetiā inuolucris figurarum, vt Iudæi legentes non intelligant. n Signa legem,] i. claude Iudæis, vt aperiri possit. o In Discipulis meis:] i. Discipulis meis, & per eos aliis. Secundo modo dicitur signari aliquid,

Mysticè.

⊙ qua Dominus consolatur suos de dissipatione consiliorum, & virium persecutorum. Prou. 21. c. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Iob 5. c. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperant. o Sicut in manu, &c.] In manu forti erudit Dominus, quando peragit flagello temporalis afflictionis, vt corrigatur: sicut in manu forti erudit, quando percutit aliquem, vt alius corrigatur exemplo illius: sicut catulus verberatur, vt leo humilietur. Naum. 3. b. Proiiciā super te abominationes, & contumeliis te afficiā, & ponā te in exemplum, & erit omnis, qui viderit, resiliet à te. Prou. 19. d. Flagellato pestilente stultus sapientior erit. Ecclesi 42. a Seruo pessimo latus sanguinare super mulierem nequam, id est, coram muliere nequā bonum est signum. Iudic. 14. c. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. De comedente exit cibus, quādo de Tyranno pauperes deuorante percusso, fortiter trahitur dulcis instructio ad correctionē aliorū. f Et offendēt ex

 ⊙ eis plurimi,

aliquid, quando mediante sigillo noua forma, quasi character ei imprimitur. Nam signare est characterem, siue signum rei imprimere. Et sic propriè cæra signatur, id est, sigillatur. Hoc modo dicitur sigillum, vel signatum illud, quod imprimitur animæ, scil. gratia, vel spiritualis intelligentia legis.

a expectabo Dominum, qui *b* abscondit faciem suam à domo Iacob: & *c* præstolabor eum. *d* Ecce ego & *e* pueri mei, *f* quos dedit mihi Dominus in signum, *g* & in portentum Israël *h* a Domino exercituū, *i* qui habitat in mōte. Sion. Et *k* cùm dixerint *l* ad vos, *m* quærite à Pythonibus, & à *n* diuinis, qui strident in incantationibus suis: *o* Nunquid non *p* populus à *q* Deo suo *r* requiret visionē pro *s* viuis, ac *t* mortuis?

Iuxta *illud* Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine, i. gratia tua luminosa, quasi sigillū impressa est menti nostræ. Sic etiam Spōsus dicit Spōsæ *Can.* 8. b. Pone me sicut signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuū. *Greg.* Dominū sicut signaculum super cor ponimus cùm ea, quæ dicit, mente pensamus: super brachium, cùm ea, quæ fecit, benè operando imitamur. Et attende, quòd literæ meliùs leguntur in cæra, quam in sigillo; sic melior est instructio per facta, quam per verba. Secundum hoc sic exponitur litera: [Liga testimonium,] id est, prophetiam tuam Iudæis claude [Signa legem, id est, imprime [in Discipulis meis] quasi sigillum in cæra, vt sicut meliùs leguntur literæ in cæra, quam in sigillo; sic meliùs in eorum vita legi valeat, quàm in ipsa lege. Et de hoc dicitur *Ier.* 32. Agri pecunia ementur, & scribentur in libro, imprimetur signum. Item *Ier.* 31. f. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde illorum scribam eam. 2. *Cor.* 3. a. Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus manifestati, quoniam Epistola estis Christi ministrata a nobis, & scripta non attramento, sed Spiritu Dei. Alia translatio habet: [Signa legem:] veterem [in doctrinis meis,] id est, in nouo testamento, quod est manifestius, quàm vetus. Ea enim, quæ exarata sunt obscurè in veteri testamento quasi in sigillo, manifestata sunt in nouo quasi literæ in cæra. Et nota, quòd licet transitus iste prædictis modis conuenienter legatur, tamen secundùm *Ieronymum* potest legi faciliùs, qui sic dicit [Liga testimonium] veteris instrumenti, & trade [Discipulis meis,] vel certè legitur lex, & Prophetæ vsque ad *Ioan. Matth.* 11. b. Vnde vult, quòd duobus modis legatur. Primo sic, Liga,] id est, alliga testimonium, id est, vetus instrumentum Discipulis meis, signa legem, tradēdo eam Discipulis meis. Secundo modo legitur sic, Liga testimonium, signa legem in Discipulis meis, id est, claude Iudæis testimonia incarnationis, quæ sunt in lege, & Prophetis vsque ad Discipulos meos, i. Apostolos, qui tunc signata aperuerunt.

a Expectabo] quasi quia legem præcipit signari, & abscondi Iudæis, eo quod non expectant aduentum Christi, ego acquiescens mandato Domini: [Expectabo Dominum,] id est, Iesum Emanuel, quem promittis venturum, qui erit nobis in sanctificationem.

b Qui abscondit faciem suam à domo Iacob:] id est, cognitionem suam non dedit Iudæis incredulis. Et non solùm expectabo eum ad primum aduentum, sed. *c* Et præstolabor eum] ad secundum *Mich.* 7. b. Ego autem ad Dominum aspiciam, & expectabo Deum Saluatorem meum. *Abac.* 2. a. Si moram fecerit, expecta eum; quia veniens veniet. Sed nec arrogantia sibi posset ascribi, si tanquam solus videretur expectare Dominum: ideò alios associat sibi dicens. *d* Ecce ego] præstolabor, & expectabo, supple, *e* Et pueri mei:] id est, cæteri Prophetæ pueri, & Domino seruientes. *f* Quos dedit mihi Dominus:] id est, quos mihi addidit quasi socios.

g In signum, & in portentum Israel,] id est, vt mecum prædicent, & signa, & portenta faciant Israeli. *infrà* 20. a. Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signum, & portentum erit super Ægyptum, & super Æthiopiam. *Ezechiel.* 24. g. Eritque Ezechiel vobis in portentum. *Zachar.* 3. c. Audi, Iesus Sacerdos magne, & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt. Quidam exponunt hoc de duobus filiis Isaiæ, Iasub, & Emanuel, sed falsò, vt dicit *Ieronymus*. *Apostolus ad Hebræos* 2. e. adducet hanc auctoritatem ex persona Domini [Ecce ego, & pueri mei,] id est, Apostoli, qui in portentum sapientiæ huius sæculi, & superbiæ Iudæorum fuerunt. Vndè *Ezech.* 12. b. Fili hominis, portentum dedi te domui Israel Apostoli etiam in portentum erant, quia prædicabant Deum mortuum, vel quia eorum sapientiam & eloquentiam mirabantur omnes, vel quia durè viuebant. Et ne aliquis dubitaret de his, subdit. *h* A Domino exercituum,] id est, Angelorum virtutum, & iustorum hominum.

i Qui habitat in monte Sion:] id est, cuius templum est in monte Sion, vel in Ecclesia fiet hoc.

k Et cùm dixerint, &c.] Quinta pars, vbi Isaias monet Discipulos suos, vel alios Prophetas, & amicos suos, vt cum Syri, & decem Tribus dixerint eis, quod non credant Isaiæ, sed consulant idola, vel Pythones, ne acquiescant eis, sed respondeant, non est quærenda veritas à talibus, quia strident. Et hoc est. Et cum dixerint, Syri, & decem Tribus. *Quinta pars.*

l Ad vos] ô Discipuli, & Prophetæ. *m* Quærite à Pythonibus] non ab Isaia arreptitio, & patienti mentis alienationem.

n Et à diuinis, qui strident in incantationibus suis] propter dissona murmura quasi insanientes. Septuaginta dicunt: Qui de terra loquuntur, qui de ventre clamitant, id est, in quibus Diabolus loquitur, non instrumentis linguæ, sed intùs in ventre, vnde ventri loqui dicuntur. *Haymo.* Duo sunt genera diuinandi, quorum alterum artis est, alterum naturæ. Et ponit versus, *Lucani lib.* 6. *Artibus incertum feralis strideat vmbra*, &c. *Act.* 16. d. vbi Paulus liberauit puellam habentem Spiritum Pythonem, dicit *Beda*, de Pythonica diuinatione. In libro Regum inuenitur, vbi rogante Saule, Pythonissa, vel animam Samuelis, vel potius pro ea Spiritum immundum euocauit ab inferis. Quod est genus magicæ artis, ab Apolline Pythio repertum est, & ab eius cognomine dicitur sic vocatum. Cui etiam nomen Hebræum conuenit, quia Pythum os abyssi dicitur. Item super eundem locum dicit *Rabanus*. Python nomen maligni Spiritus est, per quem Pythonissæ hoc agunt, vt mortuos ad locutionem, & diuinationē suscitent. *Ieron.* dicit, quod python idem est, quod ventriloquus, id est, homo habens Diabolum loquentem in ventre. Cùm ergo hæc, dixerint vobis, respondete.

o Nunquid non populus] fidelis. *q* A Deo suo] viuo, & vero.

r Requiret visionem,] i. certificationem. *s* Pro viuis, ac mortuis, i. loco Deorum vestrorum viuorum, vel mortuorum? Tangit ritum Gentilium quorundam, qui colebant homines viuos, vel Dæmones, & istos appellant Deos viuos. Alij, vel iidem colebant homines mortuos, effigientes in aliqua materia eorum imagines, sicut legitur de Nino, & istos appellant Deos mortuos. Vnde sensus est. *o* Nunquid non,] i. nonne.

p Populus] fidelis. *q* A Deo suo] viuo, & verò, non à multis, & falsis. *r* Requiret visionem,] i. consilium. *s* Pro viuis] Diis.

t Ac mortuis,] id est, loco viuorum, & mortuorum Deorum, quos vos consulitis. Alia litera habet: Pro viuis à mortuis. Et est sensus. *o* Nunquid non,] id est, nonne. *p* Populus] fidelis. *r* Requiret à Deo suo visionem, quasi dicat, sic cùm vos quæratis responsa.

s Pro viuis,] id est, de viuis. *t* A mortuis,] i. à simulacris, quæ non viuunt, quasi dicat, cùm vos de viuis consulitis mortuos, cur non potiùs, & vos Deum viuum, & verum? Hanc lectionem approbat *Ieronymus*, qui sic dicit: Hoc scire debetis, quòd vnaquæque Gens proprios colit Deos, & de viuorum salute mortuos sciscitatur. Posset etiam sic legi.

o Nunquid non,] id est, nonne. *p* Populus] infidelis.

q A Deo suo] non verò. *r* Requiret visionem,] id est, consilium? Et postea quasi irrisoriè subdit Propheta.

s Pro viuis] requirunt consilia. *t* A mortuis,] id est, à simulachris similibus mortuis, quod facere ridiculum est.

De hac lectione

eis plurimi, & cadent, & contererentur, & irretientur, & capientur.] Per quatuor ista tangitur consummatio peccatorum, quæ in quaternario est. Offendent cogitatione, cadent consensu, contererentur opere, irretientur cōsuetudine, capientur in morte. *d* Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel,] i. iusti, & humiles positi sunt in exemplū diuitibus, & discāt quid sibi immineat, ex quo iusti ita affliguntur. *Prou.* 11. d. Si iustus in terra recipit, quātò magis impius, & peccator? 1. *Petr.* 4. d. Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei: Si autem primùm a nobis, quis finis illorum, qui non credunt Dei Euangelio? *k* Et cùm dixerint ad vos, quærite à Pythonibus, &c.] Pythones sunt vocati ventriloqui, qui tractant de eis, quæ ad ventrem pertinent, *Eccles.* 6. c. Omnis labor hominis in ore ipsius, *infrà* 19. a. De terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum. *Mystice.*

A De hac lectione non facit mentionem aliqua *Gloss.* a Ad legem magis] recurrite pro consilio, in qua inuenitur veritas. *b* Et ad testimonium] sacræ Scripturæ, quod non fallit. Istud, magis, tenetur electiuè, non comparatiuè. Argumentum quod in sacra Scriptura est responsio ad omnia necessaria.

1. *Petr.* 3. c. Parati reddere rationé omni poscenti de ea, quæ in vobis est fide, & spe *Luc.* 16. f. Mitte Lazarum. Et *infr.* g. Habét Moysen, & Prophetas, ipsos audiant. Non dixit, Gratianum, vel Vlpianum. *c* Quod si non dixerint] increduli, id est, Syri, vel decem Tribus.

ad *a* legem magis, & *b* ad testimonium. Quòd si *c* non dixerint *d* iuxta verbum hoc, non *e* erit eis matutina lux, & *f* transibit *g* per eam, & *h* corruet, & *i* esuriet: & cùm *k* esurierit, *l* irascetur, & *m* maledicet *n* Regi suo, & *o* Deo suo: Et *p* suscipiet sursum, & *q* ad terram intuebitur: & *r* ecce tribulatio, & tenebræ, & *s* dissolutio, & *t* angustia, & *u* caligo persequens: & non *x* poterit auolare de *y* angustia sua.

CAP. IX.

z PRimo tẽpore *a* alleuiata est

A *d* Iuxta verbum hoc,] id est, iuxta consilium tuum faciemus, id est, si dixerint non iuxta verbum hoc faciemus, hoc est, si non acquieuerint tibi, vt non requirant consilium à lege, & non ab idolis, hæc incommoda incurrent.

e Non erit eis matutina lux,] id est, prosperitas, vel liberatio à captiuitate, vel agnitio veritatis, quam negligit, id est, Christus. De qua *Apoc.* 2. g. Dabo ei stellam matutinam.

f Et transibit] lux, scilicet.

g Per eam] terram, vel congregationem; sed non faciet in eis moram, quia non fruentur ea.

h Et corruet] congregatio in damnationem.

i Et esuriet] pane materiali in obsidione, vel in captiuitate, vel pane spirituali tempore Christi, iuxta prophetiam. *Amos* 8. d. Mittam famem in terram non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.

k Et cùm esurierit] fame corporali in obsidione, vel spirituali tempore Christi.

l Irascetur:] murmurans contra Deum. Vndè *Psalm.* 58. Si verò non fuerint saturati, & murmurabunt.

m Et maledicet] blasphemando.

n Regi suo,] id est, Sennacherib, vel Nabuchodonosor.

o Et Deo suo,] id est, diabolo, vel idolo, & paternis traditionibus, contra illud *Exod.* 22. d. Principem populi tui non maledices.

p Et suscipiet sursum] si vndecumque veniat ei consilium, & auxilium.

q Et ad terram intuebitur:] præ confusione, & dolore.

r Et ecce tribulatio, & tenebræ?] confusionis, & desperationis.

s Et dissolutio,] id est, formido dissoluens.

t Et angustia:] famis, & sitis premens.

u Et caligo persequens,] id est, cæcitas indurati cordis;

x Et non poterit auolare,] id est, effugere.

y De angustia] sua, id est, quam meritis suis patietur. Et ad litteram prædicit Isaias grauissimã Iudæorum tribulationem tempore captiuitatis Babylonicæ, vel Romanæ. *supr.* 5. g. De hoc. Aspiciemus in terram: & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius. *Daniel.* 9. g. Finis eius vastitas, post finem belli statuta desolatio.

Mysticè. Æquium tuum mussitabit. A talibus vult diabolus requiri consilium. Sed.

a Ad legem magis, & ad testimonium.] Vndè Moyses in dubiis recurrebat ad tabernaculum testimonij, Saul autem ad Pythonissam. 1. *Reg.* 28. c.

Duodecim pœnæ reproborum. *e* Non erit eis matutina lux.] Hic enumerat Isaias duodecim pœnas reproborum. Prima est, quòd Deum non videbunt. Et hoc est. *e* Non erit eis matutina lux] *infr.* 26. b. In terra Sanctorum gessit iniqua, & non videbit gloriam Domini. Secunda est scrutinium conscientiarum. Et hoc est. *f* Et transibit per eam] *Sophon.* 1. c. Scrutabor Ierusalem in lucernis. Tertia est synderesis extinctio. Et hoc est. *h* Corruet] *Iob* 21. b. Lucerna impiorum extinguetur. Quarta est omnis boni defectus cum appetitu anxio: Et hoc est. *i* Esuriet.] *infr.* 65. b. Serui mei comedent, & vos esurietis. Quinta est, quòd irascentur sibimet. Et hoc est. *l* Irascetur] *Psalm.* 111. Peccator videbit, & irascetur: dentibus suis fremet, & tabescet. Sexta est blasphemia Dei, quæ maxima pœna est: quia ex maximo dolore conscientiæ venit. Et hoc est. *m* [Maledicet Regi suo & Deo suo] *Apoc.* 16. d. Grando magna sicut talentum descendit de cælo in homines, & blasphemarunt homines Deum, propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehementer. Septima est desperatio omnis auxilij. Et hoc est.

p Et suspiciet sursum, & ad terram intuebitur: & ecce tribulatio,] id est, vndique circumspiciet, & nullum adiutorem inueniet, sicut fur deprehensus in furto, qui ducitur ad suspendium. *Ier.* 2. e. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur; sic confusi sunt domus Israel. Octaua est omnis creaturæ impugnatio: Et hoc est.

r Et ecce tribulatio] cum pondere *Sap.* 5. c. Armabit creaturam in vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Nona est tenebrositas contra gloriam mundi, in qua voluerunt esse Iudæi. Et hoc est.

r Et tenebræ] exteriores, & interiores. 1. *Reg.* 2. b. Et impij in tenebris conticescent. Decima est timor nimius, quia præsentia pœnæ timorem non excludit. Et hoc est.

s Et dissolutio,] id est, formido dissoluens. *Sap.* 5. a. Videntes turbabuntur timore horribili. Vndecima est vermis conscientiæ intùs angustians. Et hoc est. *25. dist. c. si.*

t Et angustia.] *infr. vlt.* g. Vermis eorum non morietur. Duodecima est cæcitas indurati cordis. Et hoc est.

u Et caligo persequens.] *Iob* 20. d. Omnes tenebræ absconditæ in occultis eius. Et omnes istæ pœnæ æternæ erunt: Et hoc est, quod sequitur.

x Et non poterit auolare ab angustia sua.] *Prou.* 11. b. Iustus de angustia liberatus est, & traditur impius pro eo.

EXPOSITIO CAP. IX.

PRimo tempore, &c.] Adhuc est Prophetia de Christi Natiuitate, & prædicatione eius, & de duplici captiuitate decem Tribuum, quarũ posterior grauior fuit. 4. *Reg.* 17. Priorem fecit Theglaphalasar, qui duas Tribus, & dimidiam trans Iordanem, multos de Tribu Zabulon, & Tribu Nephtalim in Assyriam captiuauit. 4. *Reg.* 15. Secundam fecit Salmanasar filius eius, qui septem Tribus, & dimidiam residuas captiuauit. 4. *Reg.* 17. Deinde venit filius eius Sennacherib, & terram duarum Tribuum vsq; ad Ierusalem vastauit. Et hoc tangit Isaias in principio huius capituli. Et quia libertas spiritualis per prædicationem ibi incipit, vbi captiuitas incæperat, scilicet, in terra Zabulon, & Nephtalim; ideò Propheta confundit simul Prophetiam de captiuitate, & Christi prædicatione: De cuius Natiuitate, & passione postea subiungit, cùm dicit. [Paruulus natus est nobis, &c.] Quod Iudæi de eorum Messia exponunt. Diuiditur autem hoc capitulum quoad litteram in septem partes. In prima agitur de initio captiuitatis decem Tribuum, & consummatione, *ibi.* [Primo tempore, &c.] In secunda de interfectione exercitus Sennacherib, & liberatione Ierusalem, *ibi.* [Populus, qui ambulabat, &c.] In tertia de aduentu Messiæ, *ibi.* [Paruulus enim natus est nobis, &c.] In quarta ostendit decem Tribus transgressas fuisse decretum, siue mandatum de Rege faciendo, *ibi.* [Verbum misit Dominus, &c.] In quinta agitur de arrogantia Israel, & Syrorum, qui simul confœderati erant contra Iudam, *ibi.* [Et sciet omnis populus Ephraim.] In sexta agitur de destructione Israel, & Syrorum, *ibi.* [Et eleuabit Dominus hostes Rasin, &c.] In septima agitur de seditione duarum, & decem Tribuum adinuicem, *ibi.* [Vir fratri suo non parcet, &c.]

Mysticè. Verò in prima parte agitur de perfidia Iudæorum. In secunda de illuminatione Gentium, *ibi.* [Populus, qui ambulabat, &c.] In tertia de Natiuitate Christi, *ibi.* [Paruulus enim natus est, & cætera.] In quarta ostendit Propheta, quòd Iudæi filium Dei ad se missum recipere noluerunt, quem Gentes receperunt, *ibi.* [Verbum misit Dominus in Iacob, &c.] In quinta agitur de exterminatione hæreticorum, & arrogantium sub typo Syriæ, & Samariæ, *ibi.* [Et sciet omnis populus, & cætera.] In sexta agitur de dissensione, & discordia superborum adinuicem, *ibi.* [Vir fratri suo non parcet, & cætera.] Primò autem litteram prosequamur. Dicit ergo.

z Primo tempore] captiuitatis decem Tribuum, i. in initio captiuitatis primæ. *a* Alleuiata est terra Zabulon, & terra A Nepthalim] *Secunda expositio.*

Aliter, *z* Primo tempore, &c.] Nunc exponamus capitulum, secundum quod prophetia est de Christo, quæ expositio, & litteralis simul est, & mystica. *z* Primo tempore,] i. in initio prædicationis Christi. *a* Alleuiata est] ab onere peccatorum.

Vel sic, de eisdem agatur. *z* Primo tempore,] i. prima Christi prædicatione. *a* Alleuiata est] à sarcina peccatorũ,

Δ Nephtalim,] id est, malis habitatoribus, quos habebat, euacuata est. Quasi enim magno pondere onerata erat terra, dum malos habitatores habebat. Vel [alleuiata,] id est, leuiter percussa: quod dicitur, quia non generalis, sed particularis fuit illa captiuitas.

a terra Zabulon, & terra Nephtalim, & b nouissimo c aggrauata est d via maris e trans Iordanem Galilææ Gentium. f Populus, qui ambulabat in g tenebris, vidit h lucem magnam: i habitantibus in regione vmbræ mortis k lux l orta est eis.

b Et nouissimo] tempore, scilicet in aduentu Salmanasar.
c Aggrauata est:] id est, grauiter percussa, scilicet, generali captiuitate. Vel [aggrauata est,] id est, Iudæis expulsis, alienis Gentibus inhabitata. Rex
Matth.4.c.
enim Assyriorum introduxit nouos colonos illuc, qui primò dicti sunt Chutei, postea Samaritæ, vel Samaritani. d Via maris,] id est, terra Zabulon, & Nephtalim maritima, quæ est. e Trans Iordanem Galilææ Gentium,] id est, Galilææ populosæ, quæ scilicet, propter multitudinem populi, siue Gentium inhabitantium dicitur Galilæa Gentium. Vel vt dicit *Beda*. Duæ sunt Galilææ. Vna in Tribu Nephtalim vicina Tyriis, in qua erant viginti oppida, quæ dedit Salomon Hiram Regi Tyri. 2.*Reg.*9.c. Quæ dicta est Galilæa Gentium, non quod Gentiles eam habitauerunt; sed quia cessit in dominum Regis Gentilis. Iudæi enim ibi habitantes tributarij fuerunt Hiram Gentili, sed paruo tempore, quia Hiram dimisit terram, quia displicuit illi, vnde vocauit eam Chabul, vt legitur 3.*Reg.*9.c. Altera fuit circa Tyberiadem, & stagnum Genezareth in Tribu Zabulon, quæ dicta est Galilæa Iudæorum. Verùs autem vna sola Galilæa fuit, quam influebat Iordanis; sed illa pars, vbi erant viginti oppida, quæ dedit Salomon Hiram, dicta est Galilæa Gentium; alia autem pars dicta est Galilæa Iudæorum. Sed cum Isaias hanc prophetiam dixerit in Ierusalem, quomodo dicit, trans Iordanem, cùm Zabulon & Nephtalim non sint trans Iordanem, sed citra? Legitur enim *Iosue* 1. c. & 22. b. Quòd Ruben, & Gad, & dimidia Tribus Manasse tantùm habuerunt sortes vltra Iordanem, & omnes aliæ Tribus citra. Ideò Hebræus sic distinguit. [Nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem,] id est, terra trans Iordanem, per quam itur ad mare. Et iterum [aggrauata est via maris, Galilææ Gentium,] id est, terra Galilææ Gentium maritima. Hæc expositio extorta videtur. Alij sic distingunt litteram, [Nouissimo aggrauata est, via maris trans Iordanem,] id est, terra vltra Iordanem. Et postea sequitur: [Populus Gentium, &c.] Hæc expositio falsa videtur. Alij sic exponunt, & meliùs: Nouissimo aggrauata est via maris: id est, Zabulon, & terra Nephtalim maritima, quæ est: [Trans Iordanem Galilææ Gentium:] id est, vltra reflexionem, quam facit Iordanis, quæ reflexio mare Galilææ, & mare Tyberiadis, & stagnum Genezareth appellatur. Sed quia non constat, quòd terra Zabulon, & terra Nephtalim sint vltra illam reflexionem; ideò aliter exponunt alij dicentes, quòd hæc dictio: [trans:] & : [vltra] quandoque ponitur in Scriptura secundum situm Ierusalem, quandoque secundum contrarium situm, id est, secundum situm terræ, quæ est trans Iordanem. Verbi causa. *Iosue* 1. c. Sic legitur. Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ Tribui Manasse ait Iosue: Vxores vestræ, & filij vestri, ac iumenta vestra manebunt in terra, quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem; vos autem transite armati ante fratres vestros. Constat, quòd Iosue quando hoc dixit, nondum transierat Iordanem, nec erat in terra promissionis, & tamen sic dixit, ac si esset in terra promissionis. Et ita [trans] ponitur secundum situm Ierusalem. Item *Iosue* 22. b. Dicitur sic. Benedixit Iosue Rubenitis, & Gadditis, & dimidiæ Tribui Manasse, & dimisit eos, qui reuersi sunt in tabernacula sua Dimidiæ autem Tribui Manasse possessionem Moyses dederat in Basan, & idcircò mediæ, quæ superfuit, dedit Iosue sortem inter cæteros fratres suos trans Iordanem ad occidentalem eius plagam. Constat, quòd Iosue erat in terra promissionis, quando hoc dixit, & quod ista dimidia Tribus Manasse habuit sortem in terra promissionis, ita [trans] ponitur secundum situm contrarium, id est, secundum situm Basan. Similiter & hic, cùm dicitur [Nouissimo aggrauata est via maris, &c.] respectu Assyriorum venientium ad grauandum terram Zabulon, & Nephtalim trans Iordanem. Est igitur summa secundum veritatem litteræ, quòd primò quædam pars decem Tribuum est captiuata, scilicet duæ Tribus, & dimidia, & tot de Zabulon, & Nephtalim, quòd insimul cum aliis possent facere tres Tribus. Et deinde [aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ Gentium, id est, per captiuitatem aliarum Tribuum, quæ remanserant, captiuitas consummata est. Sequitur.

f Popolus qui ambulabat,] vel [sedebat] secundum *Ieronymum.*

g In tenebris] aduersitatis, & miseriæ, id est, Iuda, quem infestabat Sennacherib.

h Vidit lucem magnam] prosperitatis, quando exercitus Sennacherib exterminatus est ab Angelo: quia tunc lux lætitiæ magnæ orta est populo Ierusalem.

i Habitantibus in regione vmbræ mortis,] id est, ipsis Iudæis, qui iam erant quasi mortui fame, & miseria, & timore. k Lux orta est eis,] id est, lætitia ma-
Δ gna de

Θ Et onere peccatorum.

a Terra Zabulon, & terra Nephtalim,] id est, terra illarum duarum Tribuum, quæ dicitur Galilæa, vbi Christus primò prædicauit, & Apostolos primò vocauit: *Matth. quarto* c. Vndè *Psalm. sexagesimo septimo* Principes Zabulon, & Principes Nepthtalim Duces eorum. Vbi etiam aquam in vinum conuertit: *Ioannis secundo* b. *Secunda expositio.*

b Nouissimo] tempore, id est, in finali ætate: De qua dicitur *primo Ioannis secundo* c. Filioli mei, nouissima hora est. Et 1. *Corinth. decimo* c. In quos fines sæculorum deuenerunt.

c Aggrauata est,] id est, facta grauida germine fidei, & fœcunda fructibus bonorum operum.

d Via maris trans Iordanem Galilææ Gentium,] id est, prædicta terra vltra refectionem Iordanis, quæ mare Galilææ, & mare Tyberiadis, & stagnum Genezareth appellatur. Vel [trans] respectu Assyriorum. Et sic exponitur de grauitate aurea, de qua dicitur in *Psalm. trigesimo quarto*. In populo graui laudabo te. Et est conueniens ordo. Primò enim alleuiatur terra mentis ab onere peccatorum, & postea fœcundatur frugibus bonorum operum. Vel potest legi de grauitate plumbea: De qua dicitur in *Psalm. quarto*. Filij hominum vsquequo graui corde? Et est sensus, quòd Domino prædicante quidam crediderunt, & ita bene aggrauati sunt, id est, in bono fœcundati: Alij credere noluerunt, & ita contemptu magis peccauerunt; & ita fuerunt aggrauati, id est, sarcini peccatorum plus quàm antè onerati. Quibus dicit Dominus *Matth. vndecimo* c. Væ tibi Corozaim, væ tibi Betsaida, quia si in Tyro, & Sidone, & cætera.

A a Terra Zabulon, & terra Nephtalim] per Christi prædicationem. *Aliter.*

b Et nouissimo,] id est, post modicum tempus.

c Aggrauata est via maris,] id est, prædicta terra, quæ est.

e Trans Iordanem Galilææ Gentium,] id est, vt priùs, id est, retrò abierunt a fide, quam susceperant; & ita grauiùs peccauerunt. Item Christus duo habet tempora: Tempus misericordiæ in primo aduentu; Tempus iustitiæ in secundo. In primo facta est alleuiatio, in secundo aggrauatio. Sed quis alleuiabitur? Zabulon, fluxus noctis, id est, ille, cui præsens vita, vt nox fluit: & futura quasi vt dies iam apparet. *Romanor. decimo tertio* d. Nox præcessit; dies autem appropinquabit. Et Nephtalim, comparatio, id est, ille, qui caduca mansuris comparans, ista eligit, & illa contemnit. *prim. Corinth. secundo* d. In doctrina Spiritus spiritualibus spiritualia comparantes. *Iudicum. quinto* c. Zabulon, & Nephtalim obtulerunt animas suas morti in regione Morome, id est, excelsa, id est, pro cœlo, non pro terra. Via maris, est voluptas, & prosperitas præsens, quæ ducit ad amaritudinem sine fundo quæ in principio pulchra videtur; sed nouissimo aggrauatur trans Iordanem Galilææ Gentium, id est, post descensum transmigrationis factæ, id est, tempore mortis. *Prouerbiorum quinto* a. Fauus distillans labia meretricis, id est, mundi; nouissima autem illius amara, quasi absynthium.

f Populus, qui ambulabat in tenebris] culpæ, & ignorantiæ ante Christi prædicationem.

h Vidit lucem magnam,] id est, Christum, qui dicit: Ego sum lux mundi: *Ioan.* 8. 2. Vel eius prædicationem, quæ quasi Sol oriens illam terram Zabulum, & Nephtalim primò illuminauit.

i Habitantibus in regione vmbræ mortis, id est, in limbo inferni. k Lux,] id est, Christus.

l Orta est eis,] id est, ad eorum vtilitatem, quia Christus post mortem ad infernum descendit, & qui in limbo
Δ erant, illuminati

A gna de exterminatione Assyriorum. *a* Multiplicasti Gentem, [id est, exercitum Sennacherib. Vox est Prophetæ, vel populi obsessi ad Dominum *b* Non magnificasti lætitiam] Sennacherib, vel exercitus eius, quia non fecerunt, quod volebant, imò mortui ceciderunt. Et ideò Iudæi obsessi.

c Lætabuntur,&c.] egredientes de Ierusalem ad detrahendum spolia occisorum. *e* Sicut qui lætantur in messe, id est, sicut lætantur messores in fertili messe. *f* Sicut exultant victores capta præda]

Al. † non habet † victores capta præda.

a Multiplicasti Gentem, non *b* magnificasti lætitiam. *c* Lætabuntur *d* coram te. sicut qui lætantur in messe : *f* sicut exultant † victores capta præda, quando *g* diuidunt spolia. *h* Iugum enim oneris eius,& virgam *i* humeri eius,& *k* sceptrum *l*

quam do iam nullus repugnat.

g Quando diuidunt spolia] hostium inter se inuicem. Manè enim fugiente. Sennacherib cum paucis, diuiserunt sibi Iudæi prius obsessi spolia exercitus iam incinerati cum gaudio magno.

h Iugum enim oneris eius, id est, onerosum iugum Sennacherib. *i* Et virgam humeri eius,] id est, potestatem eius. *k* Et sceptrum,] id est, imperium. *l* Exactoris eius,] id est, Sennacherib iniustè exigentis, & imponentis tributum terræ Iuda. *m* Superasti ò Emanuel. *n* Sicut in die Madian,] id est, iam facilè, & sine sanguine, sicut à Gedeone victi sunt Madianitæ. *Iudic.* 7. f. Quasi dicat, ista victoria non fuit facta viribus Iudæorum, sed Dei potentia ; sicut Madianitæ fuerunt victi non viribus Gedeonis, sed Dei potentia. Et reuera non hominum, sed Dei potentia factum est hoc. *o* Quia omnis violenta prædatio,] id est, quæ fit vi hominum.

p Cum tumultu] fit & sanguinis effusione pugnantium adinuicem. *q* Et vestimentum] pugnantium. *r* Mixtum sanguine] occisorum. Sed hoc vestimentum pugnantium. *s* Et erit in combustionem, & cibus ignis,] quia exercitus totus incineratus fuit. Vel sic. *q* Et vestimentum,] id est, corpora exercitus Sennacherib, quibus quasi vestimento animæ sunt indutæ. *r* Mixtum sanguine, id est, cruentata sanguine Iudæorum, quos occiderunt. *s* Erit in combustionem, & cibus ignis] materialis, & infernalis. Hucusque bene legunt Iudæi ad litteram ; sed quod sequitur] paruulus enim natus est nobis, &c.] non possent legere, nisi de Messia. Vndè dicunt, quòd illud non continuatur ad præcedens. Nos verò de Messia, id est, de Christo exponimus, per quem exercitus Sennacherib exterminatus fuit, & populus Iudaicus liberatus. Et continuatur sic : Ita fiet, vt prædixi, dicit Isaias, & hoc debetis credere ; quia multo maius beneficium conferet vobis Dominus. *u* Paruulus enim natus est,] id est, nascetur more prophetico.

x Nobis] acquisitionè, secundum carnem. *y* Et filius] Dei. *z* Datus est] à Patre. *a* Nobis] saluandis [Paruulus] dicit, quia maxima fuit humilitas, quod factus est homo. *Phil.* 2. a. Exinaniuit semetipsum, formà serui accipiens [Datus dicit.

Δ quia

Secunda expositio.

A erant, illuminati sunt, & liberati. Etiam qui in profundo erant, eius claritatem perceperunt, sed eius Deitatem non viderunt. *Ieronymus.* In vmbra mortis sunt, qui adhuc in peccatis viuunt. In regione vmbræ mortis sunt, qui iam cum operibus mortuis ad inferna descenderunt. Sed nunquid tales illuminati sunt in descensu Christi ? Ita quodammodo sicut expositum est. Dicitur autem peccatum vmbra mortis : quia sicut vmbra respondet corpori, cuius est, & assimilatur ei, ita peccatum respondet pœnæ, & ei æquiparatur. Quæ æquiparantia consistit in quinque. Primò, quia iuxta quantitatem culpæ, erit quantitas pœnæ. *Deut.* 25. a. Pro mensura peccati erit, & plagarum modus, *infrà* 27. b. In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, anima, scilicet, à corpore, iudicabit eam. *Matth.* 7. a. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. *Apoc.* 18. b Quantùm glorificauit se, & in delicijs fuit, tantùm date ei tormentum, & luctum. Secundò, quia sicut in peccato est ignis culpæ, ita in inferno erit ignis pœnæ. De primo igne dicit *Psalm.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. De secundo dicitur. *Infr. vlt.* g. Ignis eorum non extinguetur. Terriò, sicut in peccato est aculeus conscientiæ remordentis, ita in inferno *infr. vlt.* g. Vermis eorum non morietur. Quartò, quia sicut peccator hic se auertit à Deo, ita in inferno Deus auertit se à peccatore, ne videatur ab eo, *infr.* 26. b. In terra Sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Dei. Quintò, sicut in peccato sunt tenebræ interiores ; ita in inferno sunt tenebræ exteriores. *Matth.* 22. b. Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. *a* Multiplicasti Gentem,] id est, Gentiles notitia tua. Vox Prophetæ, vel Apostolorum ad Christum. *b* Non magnificasti lætitiam] nobis de salute Iudæorum,

exactoris eius *m* superasti, *n* sicut in die Madian. *o* Quia omnis violenta prædicatio cum *p* tumoltu, & *q* vestimentum mixtum *r* sanguine erit in *s* combustionem, *t* & cibus ignis. *u* Paruulus enim, natus est *x* nobis, *y* & filius *z* datus est *a* nobis,

quasi dicant Apostoli, & Prophetæ. Nobis dedisti lætitiam de Gentium conuersione, sed non magnificasti eam. quia etsi lætemur de Gentium conuersione ; dolemus tamen de Iudæorum auersione. *Beatus Bernard.*

a Moltiplicasti Gentem] Clericorum, sed. B

b Non magnificasti lætitiam] laicorum *Iob* 12. d. Qui multiplicat Gentes, & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. *Prou.* 29. c. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera. *Sap.* 4. a. Multigena impiorum multitudo non erit vtilis. *c* Lætabuntur] Apostoli & Prædicatores *d* Coram te] ò Christe, &c. Vox Prophetæ.

2. q. 7. c. nos si.

e Sicut qui lætantur in messe,] id est, sicut messores Gentium, quas in fide colligunt prædicando, tandem in horreum Domini recondendas. *Luc.* 10. a. Messis quidem multa, operarij verò pauci. *Ioan.* 4. e. Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia iam albæ sunt ad messem.

f Sicut exultant, &c] Ita exultant Apostoli, qui carnem & mundum, & diabolum vicerunt, capta præda generis humani à diabolo ablati. Qui diuidunt spolia, quia alios Pastores, alios Doctores de conuersis fecerunt. *Ephes.* 4. c. Comparantur autem Prædicatores messoribus, & militibus: quia sicut messores in colligenda messe multum laborant, sed postmodù de frugum multitudine multum gaudent : & sicut milites in pugna multùm laborant, & postmodum habita victoria multùm gaudent. Sic Prædicatores in colligenda messe Ecclesiæ, & defensione eiusdem multùm laborant ; sed postmodum de acquisitione, & conuersione peccatorum multum gaudent. *Ioan.* 16. c. Mulier cùm parit, tristitiam habet ; quia venit hora eius : cum autem peperit puerum, non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum. *Iob* 38 d. Nunquid capies Leænæ prædam, aut animam catulorum eius implebis ? Leæna, Ecclesia, anima catulorum, desiderium Apostolorum.

h Iugum enim oneris eius,] id est, diaboli damnationem.

i Et virgam humeri eius,] id est, diaboli potestatem.

k Et sceptrum,] id est, imperium.

l Exactoris eius,] id est, ipsius, qui est exactor pessimus, exigens à nobis cum vsura nummum peccati, quem primis parentibus commodauit.

m Superasti] ò Christe. *n* Sicut in die Madian,] id est, ita facilè sicut per Gedeonem Madianitas vicisti. *Iudic.* 7. f. Habet diabolus iugum virgam, & sceptrum, sicut Christus. Iugum diaboli, luxuria est. *Eccl.* 26. b. Sicut bonum iugum, quod mouetur, ita & mulier nequam. Virga diaboli, superbia, qua Discipulos suos percutit, id est, superbos. *Ezech.* 7. f. Floruit virga, germinauit superbia, iniquitas surrexit in virga impietatis. *Prou.* 14. a. In ore stulti virga superbiæ. Sceptrum diaboli, auaritia, exactor diabolus. *Iob* 39. a. De onagro. Clamorem exactoris non audit. *Zach.* 9. b. Non transibit super eos vltra exactor. Habet & Christus iugum, virgam, & sceptrum. Iugum, Euangelij doctrina. *Matth.* 11. d. Iugum meum suaue est. Virga, vitæ disciplina. *Psalm.* 44. Virga directionis, virga regni tui. Sceptrum, Crux, quam super humerum portauit. *Ioan.* 19. c. Et baiulans sibi Crucem exiuit in eum, qui dicitur caluariæ locum. *o* Quia omnis violenta prædatio cum tumultu] auferetur ei, quasi dicat, genus humanum, quod diabolus prædatus est fraudulenter, auferet ei Dominus violenter, id est, potenter, & ipsum & membra eius cum tumultu detrudet in infernum. Vndè tam de ipso, quàm de membris eius dicitur in *Psalm.* 9. Periit memoria eorum cum sonitu. *q* Et vestimentum mixtum sanguine,] id est, peccatores, quibus diabolus quasi veste circumdatur, quorum manus sanguine, id est, peccato plenæ sunt. *s* Erit in combustionem] gehennæ. *t* Et cibus ignis] æterni *Iob* 20. d. Deuorabit eum ignis, qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo.

u Paruulus enim natus est nobis) saluandis, id est, nascetur secundum carnem paruulus, secundum Deitatem immensus. *y* Et filius] Dei. *z* Datus est nobis] à Deo Patre sola gratia. Datus, inquam, exemplum conuersationis, in

A pretium

Δ quia ſola gratia, non meritis noſtris factus eſt homo. *a* Et factus eſt principatus ſuper humerum eius,] id eſt, Crux, in qua principaliter triumphauit, & propter quam Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. *Phil.* 2. b. Quaſi dicat, licet ſit futurus Deus, tamen Crucem ſuis humeris eſt portaturus. *Ioan.* 19. c. Exiuit baiulans ſibi Crucẽ, *infr.* 22. f. Dabo clauem Dauid, i. Crucem, per quam aperuit ianuam coeli, ſuper humerum eius. *c* Et vocabitur nomen eius] his ſex nominibus, quæ ſequuntur, præter præmiſſa nomina, i. Emanuel, accelera ſpolia detrahe, feſtina prædari. Vocabitur, inquam.

De ſacra unct. c. unica.

Al. † non habet ſedebit.

& *a* factus eſt principatus *b* ſuper humerum eius: & *c* vocabitur nomen eius, *d* Admirabilis, *e* Conſiliarius, *f* Deus, & *g* Fortis, Pater *h* futuri ſæculi, *i* Princeps pacis. *k* Multiplicabitur eius imperium: & *l* pacis *m* non erit finis: Super *n* ſolium Dauid, & *o* ſuper regnum eius † *p* ſedebit, vt *q* confirmet illud, & *r* corroboret in *ſ* iudicio, & *t* iuſtitia *u* à modò, & vſque in *x* ſempiternum: *y* Zelus Domini exercituum faciet hæc. *z* Verbum miſit Dominus in *a* Iacob:

d Admirabilis,] quia inauditum eſt, & admiratione dignum, quòd Deus factus eſt homo. *e* Conſiliarius dator conſilij boni. Agite pœnitentiam. *Matth.* 4. c. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia, quæ habes: & veni, ſequere me. *Matth.* 19. c. *f* Deus] Creator omnium *g* Fortis] cui nemo poteſt reſiſtere. *Iob* 9. b. Fortem armatum fortiter ſuperans: *Luc.* 11. c.

h Pater futuri ſæculi] quod æternum; non tantùm præſentis, quod, caducum, & tranſitorium eſt. *Ioan.* 18. g. Regnum meum non eſt de hoc mundo.

i Princeps pacis,] id eſt, mediator Dei, & hominum. 1. *Tim.* 2. b. Qui nos reconciliauit Deo, & Angelis eius. *Epheſ.* 2. c. Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. Septuaginta nominum Maieſtate perterriti, non fuerunt auſi de puero dicere aperte, quòd Deus appellaretur, & ideò pro his ſex nominibus poſuerunt, Angelus conſilij: & ne Ptolomæus, cui transferebant Bibliam, plures Deos crederet, cùm plura nomina audiret: & ne ſanctum darent canibus, & margaritas porcis, ſi ita apertè myſterium incarnationis filij Dei Gentibus demonſtrarent. *k* Multiplicabitur eius imperium,] id eſt, fideles, qui eius ſuberunt imperio, multiplicabuntur, & merito, & numero per prædicationem Apoſtolorum, & ſucceſſorum eorum. Vndè *Pſalm.* 71. Et dominabitur à mari vſque ad mare, id eſt, ab inferno vſque ad purgatorium; quia vtrunque in poteſtate eius eſt, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum, id eſt, ab hominibus huius vitæ fluxibilis vſque ad ſanctos ſtabiles, & firmos, quibus finita eſt omnis terrenitas. *l* Et pacis] carnis, & ſuorum. *m* Non erit finis] licet quandoque tribulentur. De pace æternitatis planum eſt. *n* Super ſolium Dauid,] i.] ſuper Iudæos, ad litteram, vel potiùs in humilibus, qualis fuit Dauid.

o Et ſuper regnum eius] quod in captiuitate Babylonica fuerat diſſipatum, id eſt, ſuper Ieruſalem vbi erat caput regni (ſedebit) *Ierem.* 3. f. Erit Ieruſalem ſolium Domini, & congregabuntur ad illam omnes Gentes in nomine Domini.

q Vt confirmet illud,] i. firmum, & ſtabile faciat. *r* Et corroboret in iudicio, & iuſtitia,] i. iuſto iudicio. Vel. (In iudicio) diſcretionis. Et iuſtitia, operis.

u A modo,] i. à tempore incarnationis. *x* Et vſque in ſempiternum,] i. in ſæcula ſæculorum. Et quis faciet iſta omnia? Reſpondet Propheta. *y* Zelus Domini exercituum faciet hoc,] id eſt, charitas Dei, non merita hominum, id eſt, Dominus. Sola enim charitate non meritis hominum mittit in carnem filium, per quem omnia hæc fient. *Rom.* 5. b. Commendat autem Deus in nobis charitatem ſuam, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus ſecundum tempus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. 1. *Ioan.* 4. b. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium ſuum vnigenitum miſit in mundum, vt viuamus per eum. Hic terminatur prophetia de Emmanuel. Et nota, quòd quinque de cauſis dicitur Chriſtus ſedere ſuper ſolium Dauid. Prima eſt, quia filius eius eſt ſecundum carnem. *Pſalm.* 131. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. Secunda eſt, quia ſimilis eſt in pietate. 1. *Reg.* 22. a. Conuenerunt ad Dauid omnes, qui erant in anguſtia conſtituti, & oppreſſi ære alieno, & amaro animo, & factus eſt eorum Princeps. Tertia eſt, quia ſimilis eſt in humilitate. 1. *Reg.* 24. 6. Vocat ſe canem mortuum, & publicem vnum. Quarta eſt, quia ſimilis in manſuetudine, quæ conſiſtit in tolerantia contumeliarum. 2. *Reg.* 16. c. Quinta eſt, quia ſimilis in Goliæ, id eſt, diaboli expugnatione. 1. *Reg.* 17. f. *z* Verbum miſit Dominus, &c.] Quarta pars, vbi oſtendit Propheta decem Tribus fuiſſe trangreſſas præceptum Domini de faciendo Rege de Iuda, qui omni Iſraeli imperaret, vt legitur *Geneſ.* 49. b. In benedictione Iudæ. Et *Iudic.* 20. c. Vbi dicitur. Iudas ſit Princeps veſter. Et 1. *Reg.* 16. c. In vnctione Dauid facta per Samuelem. Sed hoc præceptum præterierunt decem Tribus, quando abiecto Roboam filio Salomonis, Ieroboam ſeruum eius ſibi Regem conſtituerunt. Et hoc eſt: [Verbum miſit Dominus in Iacob,] id eſt, præceptum dedit populo Iudaico, vt, ſcilicet, ſemper facerent Reges de Tribu Iuda, qui toti Iſrael Δ imperarent.

Quarta pars.

Δ pretium redemptionis, in viaticum peregrinationis, & dabitur in futuro in præmium remunerationis. Ergo fratres ſequamur exemplum, ſoluamus pretium, comedamus viaticum, expectemus præmium. *a* Et] quamuis ſit filius Dei, tamen: [factus eſt Principatus,] id eſt, Crux, per quam, vel in qua meruit principatum. *b* Super humerum eius] *inf.* 21. f. Dabo clauem domus Dauid, id eſt. Crucem, per quam aperta eſt ianua Paradiſi ſuper humerum eius. *Iob* 40 d. Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? Armilla, id eſt, virtute Crucis perforauit Chriſtus maxillam diaboli, id eſt, extraxit eos, qui erant in faucibus inferni; non impios, qui iam ſunt in ventre diaboli.

Secunda expoſitio.

c Et vocabitur nomen eius admirabilis,] quia Deus & homo, paruulus & immenſus, mortalis & immortalis, continens, & contentus. *Gen.* 32. g. Quid quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Et *Pſalm.* 8. Domine, Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

e Conſiliarius] Dei Patris, & omnium Iuſtorum ſciens conſilia. *Prou.* 8. b. Ego Sapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus. *f* Deus] Creator omnium vbique præſens. *g* Fortis:] vbique potens, cui nemo reſiſtere poteſt. *Iob* 9. b. & 41. a. *h* Pater futuri ſæculi,] id eſt, ſine fine beneuolus, futurum ſæculum promittens, & præſens contemnere docens. 1. *Ioan.* 2. c. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo ſunt. *Prou.* 20. c. Hæreditas, ad quam feſtinatur in principio, in fine benedictione carebit. Item *Prou.* 13. b. Subſtantia feſtinata minuetur; quæ autem Paulatim colligitur, manu multiplicabitur. *i* Princeps pacis,] quia nos Deo Patri, & Angelis eius reconciliauit. *Mich.* 5. b. Et erit iſte pax Aſſyrius cùm venerit in terram noſtram. Ecce ſex nomina Chriſti, Admirabilis in incarnatione, Conſiliarius in prædicatione, Deus in miraculorum operatione, fortis in paſſione, pater futuri ſæculi in reſurrectione, & aſcenſione, Princeps pacis in Spiritus ſancti miſſione.

k Multiplicabitur eius imperium:] id eſt, fideles, quibus imperabit per Apoſtolorum, & ſucceſſorum eorum prædicationem.

l Et pacis] eius, & Sanctorum. *m* Non erit finis,] quia licet aliquando exteriùs tribulentur, interiùs continua pace fruuntur. *Ioan.* 14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Hic relinquo pacẽ pectoris, ibi do pacem æternitatis, quæ exuperat omnem ſenſum. *Philip.* 4. b.

n Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius,] i. ſuper Eccleſiam, quæ ſignificatur per ſolium, & regnum Dauid.

p Sedebit:] in pace, vt non oporteat eum ſurgere ad pugnandum, ſicut modò. *Ierem.* 3. f. Erit Ieruſalem ſolium Domini, & congregabuntur ad illam omnes Gentes in nomine Domini. *q* Vt confirmet illud] in fide.

r Et corroboret in opere.

ſ In iudicio] diſcretionis. *t* Et iuſtitia] executionis. Multi enim bene iudicant, ſed malè exequuntur. Iſti ſunt confirmati in iudicio, ſed non ſunt corroborati in iuſtitia. *Pſalm.* 88. Iuſtitia, & iudicium præparatio ſedis eius. Et *Pſalm.* 105. Beati qui cuſtodiunt iudicium & faciunt iuſtitiam in omni tempore. *u* A modo,] i. à tempore incarnationis. *x* Et vſque in ſempiternum:] Et quid faciet hoc? Merita hominum? Non.

y Zelus,] i. charitas [Domini exercituum faciet hoc] *Titum.* 3. b. Non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos; ſed ſecundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit. *Zachar.* 1. c. Zelatus ſum Ieruſalem, & Sion zelo magno, & ira magna ego iraſcor ſuper Gentes opulentas. *z* Verbum,] i. Chriſtum, vel Euangelium, vel præceptum. *Matth.* 21. d. Nouiſſimè miſit filium ſuum dicens: forſitan verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium eius, dixerunt intra ſe? Hic eſt hæres; venite, occidamus eum, hæreditemus hæreditatem eius: & apprehenſum eũ eiecerunt extra vineam, & occiderunt eum. *a* Miſit Dominus in Iacob,] i. in Eccleſiam, quæ priorem populum ſup-

A plantauit

A impetrarent. *a* Et cecidit in Israel,] id est, frustratum, & cassum, & irritum fuit in decem Tribubus, quæ domum Dauid abiecerunt, & Ieroboam de Ephraim elegerunt. 3 *Reg.* 12.e. Decem Tribus dicuntur Israel, quia maioris dignitatis se reputabant, quia plures erant. *b* Et] ideò] sciet omnis populus Ephraim, id est, decem Tribuum, qui dicitur Ephraim, quia primus eorum Rex, id est, Ieroboam fuit de Tribu Ephraim. Et hoc est, quod Rasin, & Syri, qui antè fuerunt amici eorum, quandoque contra eos pugnabunt, vt in sequentibus ostendetur. *c* Et] prò. id est. *d* Habitantes Samariam] ciuitatem Metropol. Ephraim, vel regionem, vbi trãsgressi sunt mandatum Domini. *e*.

Quinta pars.

C

Al. † exquisierunt.

& *a* cecidit in Israël. Et *b* sciet omnis populus Ephraim, *c* & *d* habitantes Samariam in *e* superbia, & magnitudine cordis, *f* dicentes: *g* Lateres *h* ceciderunt, sed *i* quadris lapidibus *k* ædificabimus, *l* sycomoros *m* succiderunt, sed *n* cedros immutabimus. Et *o* eleuabit Dominus hostes Rasin *p* super eum, & *q* inimicos eius in *r* tumultum *s* vertet. Syriam *t* ab oriente *u* & Philisthiim ab occidente, & deuorabunt Israël *x* toto ore. In *y* omnibus his non *z* est auersus furor eius, sed *a* adhuc manus eius extenta, *b* & *c* populus nõ est reuersus ad *d* percutientẽ *e* se, & Dñm *f* exercituum non † inquisierũt.

In superbia, & magnitudine cordis,] id est, ex arrogantia, & confidentia multitudinis armatorum, & societatis Syrorum contra Iudam.

f Dicentes] hoc.

g Lateres,] id est, infirmi, & debiles Reges Iuda.

h Ceciderunt in manus hostium, qui eos sibi subiugauerunt ad tempus.

i Sed quadris lapidibus,] id est, viris fortibus, & solidis.

k Ædificabimus] terram Iudam, quasi dicat, Iudæi de Tribu Iuda debiles, & infirmi aliquoties ceciderunt, & postea resurgebant: sed nos postquam eos subiugauerimus nobis, præficiemus eis Reges magnificos, & robustos, sicut sunt quadri lapides, qui ita tenebunt eos, quòd de cætero non leuabunt caput.

l Sycomoros succiderunt] viri de Iuda, id est, infructuosos, & fatuos, scilicet, hostes suos Philisthim, qui aliquando eis præfuerunt.

n Sed cedros immutabimus,] id est, inuincibiles ex nobis eis præficiemus Principes, quos non poterunt succidere. Vel hostes, nominatiui casus, succiderunt Sycomoros, id est, Reges in Iuda infructuosos, sed nos cedros, id est, Reges fortes præficiemus in Iuda, quos Philistim, vel alij hostes non poterunt vincere.

o Et eleuabit Dominus hostes, &c.] Prophetia est contra Rasin, quem Propheta comminatur destruendum per Assyrios, quod impletum est tempore Achaz Regis Iuda, ad cuius preces ascendit Theglatphalasar Rex Assyriorum, & vastauit Damascum, & transtulit habitatores eius in Assyriam, & Rasin interfecit, vt legitur 4 *Reg.* 16.b. Licet *Interlin.* quædam videatur velle, quòd hoc fecerit Sennacherib. Sed illa *Interl.* non respicit hoc factum, sed extenditur vltra ad factum sequens, quia cùm decem Tribus superbè loquerentur contra Iudam: quia confœderati erant cum Syris, Assyrij primò subiugauerunt sibi Syros tempore Theglatphalasar, vt dictum est, & postea adiunxerunt eos secum ad destruendum decem Tribus tempore Salmanasar, & Sennacherib. 4. *Reg.* 17. Et hoc est.

Sexta pars.

o Et eleuabit Dominus hostes Rasin.] id est, Assyrios.

p Super eum,] scilicet, Rasin, & super Syriam.

q Et inimicos eius,] id est, Assyrios.

r In tumultum] belli.

s Vertet] contra eum, vt excitent, & comminuant eum.

t Syriam ab Oriente, &c.] Vox est Prophetæ, & construitur cum eo, quod *supra* dixit:] Et sciet omnis populus Ephraim] hoc, scilicet, quòd Dominus adducit super eum. Syriam ab Oriente, quæ ante amica erat.

u Et Philisthiim ab Occidente, & deuorabunt Israël,] id est, decem Tribus.

x Toto ore] more ferarum. Et hoc impletum est, quando Theglatphalasar cepit Syros, & transtulit secum. 4. *Reg.* 16.b. Et postea cum illis filius eius Salmanasar triuit decem Tribus. 4 *Reg.* 17. a. Sed *Glossa Haymonis* dicit hic, quòd hoc fecit Sennacherib. Sed Haymonis opinio fuit, quòd Theglatphalasar, & Salmanasar, & Sennacherib vnus Rex fuit tot nominibus nuncupatus. Vel fortè hoc dicit, quia Sennacherib iam erat magnus, & erat cum patre suo Salmanasar iam sene in exercitu, quasi Dux, & Dominus eius.

y In omnibus his] comminationibus.

z Non est auersus furor eius,] id est, Dei.

a Sed adhuc manus eius extenta] ad percutiendum.

b Et,] id est, quia.

c Populus non est reuersus] per pœnitentiam.

d Ad percutientem,] id est, corrigentem.

e Se] flagellis, & minis.

f Et Dñm exercituum non inquisierunt] etiam flagellati, q. d. Propheta, tot & tanta comminatus est Dominus decem Tribubus, & sæpe flagellauit eas, nec tamen sunt conuersæ ad Dñm per pœnitentiam. Vndè Dñs. per *Ier.* 2. f. Sine causa percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. *Item* 5.a. Percussisti eos, & non doluerunt attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. *Aggei.* 2.c. Percussi vos vento vrente, & aurigine, & grandine, & non fuit in vobis

A plantauit. *a* Et cecidit in Israël,] id est, frustratum est, in hæreticos, & Hypochritas, qui Deum videre se iactant. Item [Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel,] id est, mandatum, quod dedit laicis, frustratum est in Clericis. Vel quod datum est subditis, fit irritum in Prælatis. 1. *Esdra.* 9. 2. Manus Principum & Magistratuum fuit in hac transgressione prima, scilicet, quia duxerant vxores alienigenas. *Ierem.* 5 b. Ibo ad Optimates terræ, & loquar eis: & ecce hi magis fregerunt iugum, ruperunt vincula. *b* Et sciet omnis populus Ephraim,] s. hæretici & Hypocritæ, qui se dicunt fructuosos. *c* Et habitantes Samariam,] i. qui se legem custodire dicunt.

Secunda expositio.

Sup. 5. f. Inf. 10. a.

e In superbia, & magnitudine cordis, dicentes. Lateres ceciderunt,] i. infirmi & imbecilles de Ecclesia ceciderunt.

i Sed quadris lapidibus ædificabimus] Ecclesias nostras.

l Sycomoros] ficus fatuas, i. infructuosos, & fatuos Christianos.

m Succiderunt] hostes eorum.

n Sed cedros,] i. fortes & altos vita & scientia viros ex nobis [immutabimus. Ita dicunt hæretici, despicientes Ecclesiæ simplicitatem. Sic etiam dicunt quidam arrogantes in Prælatione Positi. Parui homines, & infirmi olim fuerunt in Ecclesia nostra Canonici, sed nos nobiles, & potentes canonicabimus, qui defendent Ecclesiam, & iura eius. De quibus dicitur *Abacuch.* 2. c. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. *Mich.* 3. d. Væ qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate. *Amos* 5. c. Domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis. *Threnor.* 3. h. Conclusit vias meas lapidibus quadris. Tales enim viam Domini concludunt. *Amos* 6. a. Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, Optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Domini.

o Et eleuabit Dominus hostes Rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet] Rasin interpretatur pictura, siue varietas, & significat scientiam sæcularem, cuius hostes fuerunt Apostoli imperiti, ignobiles, quos Dominus exaltauit ad destruendam sapientiam huius mundi. 1. *Cor.* 1. d. Videte vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt fortia confundat & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea, quæ sunt destrueret, & non glorietur omnis caro in conspectu eius.

t Syriam ab oriente & Philistum ab occidente] adducet Dominus contra Samariam, supple [& deuorabunt Israel toto ore, &c.] Syria, i. superbia, ab oriente venit, quando quis de bonis suis superbit, vel de generis notabilitate, quibus debuisset humiliari. Philistum, potione cadens, i. luxuria ab occidente venit, i. à delicijs carnis, quæ occiderunt, & occident. Et hæc duo, scilicet, superbia & luxuria, Israel, i. Clerum toto ore deuorant. *Ioël.* 1. d. Ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna siluarum. *y* In omnibus his] plagis, vel minis.

z Non est auersus furor eius,] id est, Dei.

a Sed adhuc manus eius extenta] ad percutiendum.

b Et,] id est, quia.

c Populus non est reuersus] per pœnitentiam.

d Ad percutientem se] sicut Medicus percutit ægrum, vt sanet eum. *Iob* 5. c. Ipse vulnerat, & medetur, percutit & manus eius sanant. *f* Et Dominum exercituum non inquisierunt] etiam flagellati, vt sanaret eos, in quo eorum incorrigibilitas innuitur. *sup.* 1. b. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? *Ezech.* 24. c. Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem,

A *a* Et disperdet

A in vobis, qui reuerteretur ad me. a Et] ideò] disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam, i. Principem, & populum. *Gloss.* Et ipse textus aliter exponit. Ita, per caput accipiens Principes, per caudam Prophetas, quorum consilio se regebant Principes, sicut auis se regit cauda. Caudam dico.

Et a disperdet Dñs ab Israël caput, & caudam b incuruantem, & † c refrænantem in d die vna. e Longæuus, & honorabilis f ipse est caput: & g Propheta docens mendacium, ipse h est cauda. Et i erunt, qui beatificant k populum istum l seducentes: & m qui beatificantur n præcipitati. o Propter hoc super p adolescentulis eius non † q delectabitur Dñs, & r pupillorum eius, & viduarum non miserebitur. f Quia omnis t hypocrita est, & nequam, & u vniuersum os x locutum est stultitiam. In y omnibus his z non est auersus a furor eius, sed b adhuc manus eius extenta, & c populus non est reuersus d ad percutientem se. e Succensa est enim quasi ignis impietas, f vepres, & spinam g vorabit. Et h succendetur in densitate i saltus, & k conuoluetur in l superbia fumi. In m ira Domini exercituum n conturbata est terra, o & erit populus

Al. † deprauantem.

Al. † lætabitur.

b Incuruantem] hoc, quod iustum est. c Et refrænantem] populum a bono: Vel [Deprauantem] verba legis, Disperdet, inquam, Dominus caput, & caudam. d In die vna,] id est, simul. Postea exponit se Propheta ostēdens, quid appellaui caput, & quid caudam.

D e Longæuus, & honorabilis,] id est, Princeps longè lateque honorandus, vel diu viuens. f Ipse est caput,] i. ipsum dixi caput. g Et Propheta docens mendacium ipse est cauda] tegens pudenda Principu, & populi mendacus, & adulationibus. De qua dicitur *Apoc.* 12.a. Ecce Draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus suis septem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram. i Et erunt, qui beatificant] adulando. k Populum istum] infœlicem. l Seducentes] falsis promissionibus. m Et qui beatificantur,] scilicet Princeps, & populus. n Præcipitati] simul in profundum pœnæ temporalis, vel æternæ, quasi dicat, falsi Prophetæ, qui fouebant Principes, & populum in peccatis suis promittentes prospera: & ipsi Principes, & populus cum illis pariter punientur, *sup.* 3. c. Popule meus, qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt. *Osea* 4. b. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem subleuabunt animas eorum. o Propter hoc,] quia non reuertuntur ad Dominum per pœnitentiam post tot comminationes. p Super adolescentulis eius,] id est, huius populi. q Non delectabitur,] vel [non lætabitur Dominus,] id est, non faciet lætum populum istum super iuuenibus suis. Vel [Super adolescentulis eius non lætabitur Dominus,] id est, contristabit eos, vel non placebunt ei, quia etiam adhuc adolescentes dediti erant omni spurcitiæ, credentes illis pseudo-prophetis. r Et pupillorum eius, & viduarum non miserebitur] Dominus, quin omnes tradat hostibus. f Quia omnis,] id est, Princeps, populus & Propheta. t Hypocrita est, & nequam,] aliud simulans, & aliud agens, promittens castitatem, & lasciuiens: præferens paupertatem, & marsupium replens: Verba sunt *Ieron.* u Et vniuersum os] Principum, scilicet, & populi, & Pseudo-Prophetarum. x Locutum est stultitiam,] quia ipsi Prophetæ dicebant: Nolite timere, quia bene faciet vobis Dominus, & ipsi credebant eis & idem adinuicem loquebantur. Et ideò y In omnibus his] flagellis, & comminationibus. z Non est auersus] à populo. a Furor eius,] i. Dei. b Sed adhuc manus eius extenta] non cessans ferire, & fortiùs percussura. Vel. y In omnibus his] flagellis Dñi. z Non est auersus furor eius,] i. populi à peccatis suis. b Sed adhuc manus eius extenta] ad malefaciendum. c Et populus non est reuersus] per pœnitiam. d Ad percutientem se,] i. ad Dominum corripientem se, & verbis, & verberibus. *Amos* 4. c. Percussi vos vento vrente, & non redistis ad me, dicit Dñs. Et meritò extenta est adhuc manus Dñi ad percutiendum populum istum. e Succensa est enim quasi ignis impietas] eorum vel ipsi impij ad malè operandum. f Vepres, & spinam vorabit,] i. ipsos asperosos, & spinosos peccatis, q.d. eorum impietas erit eis causa omnimodæ destructionis, sicut post ignē nihil remanet. h Et succendetur in densitate,] i. in copia arborum inutiliū. i Saltus,] i. populus iste comparabilis agro inculto, quia spinosus. Vel ideò saltus dicitur, quia in eo habitant bestiæ, id est, Dæmones, & peccata *infrà* 33. b. Spinæ congregatæ igni comburentur.

k Et conuoluetur [saltus, id est, populus infructuosus & incultus igne supposito. l In superbia fumi,] id est, in altitudine, siue in eleuatione fumi, qui quantò altiùs surgit, tantò citiùs euanescit, sic est superbia sæculi, quasi dicat, iste populus inaniter superbiet; sed citò deficiet. Et hoc ideò, quia. m In ira Domini exercituum.] id est, Angelicarum virtutum. n Conturbata, &c. decem Tribuum. o Et erit populus, &c.] materialis, vel infernalis. Et nota, quod est ignis materialis *sup.* 1.b. Ciuitates vestræ succensæ sunt igni. Item infernalis, *inf. vlt.* g Ignis eorum non extinguetur. Item Spiritus sanctus. *Exod.* 12.b. *Multiplex ignis.*

A si quid

A a Et disperdet Dominus, &c.] id est, simul. Caput est malus Prælatus, in quo sunt oculi ad videndum, & lingua ad loquendum; sed non habet manus ad operandum. Causa est curia eius, siue familia eius, quæ eius pudenda velat, & celat quæ tota vertitur circa terram, quæ est incuruans, cùm facit bonum malo fine: deprauans, cùm facit malum apertè. Tales pariter disperdet Dominus ab Ecclesia, etsi non in præsenti, tamen in futuro. Cauda leonis verberat eum, & animat ad prædam, sic Prælatum malum familia sua animat ad rapinam, *inf.* 19.c. Non erit opus Ægypto, quòd faciat caput, & caudam incuruantem & refrænantem: quia tam est in Israel, id est, in Ecclesia, & in claustris talis cauda est. e Longæuus, & honorabilis,] id est, Prælatus longè latéque honoratus. *Secunda expositio Sup.* 5. *f. & 10. a.*

f Ipse est caput] videns, & loquens, sed nihil operans.

g Et Propheta docens mendacium.] id est, familia, quæ Prophetat Domino suo mendacium. h Ipse est cauda] quæ velat turpitudinem Prælati. i Et erunt. qui beatificant populum istum] infœlicem.

l Seducentes.] blanditiis, & adulationibus. m Et qui beatificantur,] id est, adulationibus delectantur. n Præcipitati] in peccatum, & de peccato in infernum. *Matth.* 15.b. Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt. *Ezech.* 13.c. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus.

o Propter hoc super adolescentulis eius non delectabitur Dominus.] *Ieron.* Ideò in iuuenibus non delectatur Dominus: quia væ ciuitati, cuius Rex iuuenis est: *Eccl.* 10. c.

r Et pupillorum eius, & viduarum non miserebitur Dominus,] id est, illi, qui Deum Patrem, & Christum Sponsum non habent, misericordiam non impetrabunt à Domino.

f Quia omnis hypocrita est, & nequam, & vniuersum os locutum est stultitiam,] id est, omnis hæreticus est hypocrita, & nequam, aliud simulans exteriùs, & aliud machinans interius, & quicquid loquitur, stultitia est. *Iob.* 13. e. Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita, *inf.* 33. b. Conterriti sunt in Sion peccatores, & timor possedit hypocritas, *inf.* 32. b. Stultus fatua loquetur. y In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, & populus non est reuersus ad percutientem se] sicut pater percutit filium, vt reuertatur ad se.

e Succensa est enim quasi ignis impietas,] id est, impij succendentur igne æterno pro impietate sua.

f Vepres,] scilicet, [& spinam:] id est, ipsos duros, & asperos peccatores.

g Vorabit] ignis gehennæ, quos prius vorauerat ignis culpæ. *Eccl.* 16.a. In Synagoga peccantium exardebit ignis, & in Gente incredula exardescet ira. *inf.* 33. b. Spinæ congregatæ igni comburentur. *Abac.* 2.c. Laborabunt populi in multo igne, & Gentes in vacuum, & deficient. Item de istis spinis dicitur. 2 *Reg. cap.* 23.a. Præuaricatores, quasi spinæ, euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus: & si quis eas tangere voluerit, armabitur ferro, & ligno lanceato, ignéque comburentur vsque ad nihilum.

h Et succendetur in densitate saltus,] id est, populus inutilis, & infructuosus succendetur in multitudine, id est, pro multitudine peccatorum. *Matth.* 3. e. & 7. c. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, & ardebit. *Ezech.* 20.g. Propheta ad saltum agri meridiani, & dices saltui meridiano, ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te lignum viride, & omne lignum aridum.

k Et conuoluetur in superbia fumi, i. fumus combustionis eius ascendet. *Apoc.* 19. a. Fumus eius ascendit in sæcula sæculorum *inf.* 14. g Ab Aquilone fumus veniet.

m In ira Domini exercituum conturbata est terra] animæ, vel Ecclesiæ. n Et erit populus, quasi esca ignis] culpæ primò, & postea pœnæ.

A Vir fratri

a Si quid residuum est igne comburetis. Item Deus. *Deut.* 4. d. Deus tuus ignis consumens est. Item charitas. *Luc.* 12. f. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt ardeat? Item Euangelium. *Ier.* 5. d. Dedi verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna. Item tribulatio purgans. *Malac.* 3. a. Ipse est quasi conflans, &c. Item Angelus. *Heb.* 1. c. Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros suos flammam ignis. Item vindicta Dei *Iob.* 1. c. Ignis Dei decidit de cælo, & tactas oues puerosque consumpsit. Hi sũt ignes boni. Sunt & mali, scil. Ignis auaritiæ *Mich.* 6. c. Adhuc ignis in domo impij. Item fomes peccati. *Psal.* 28. Vox Domini intercidentis flammam ignis id est, ardorem fomitis. Item iracundia. *Ps.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. Item carnis concupiscentia. *Prou.* 6. b. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo vt vestimenta illius non ardeant? Item persecutio Iustorum. *Iud.* 9. b. Egrediatur ignis de Rhamno id est, de Antichristo, vel quolibet malo Tyranno, vt consumat habitatores Sichem. Item tentatio Dæmonum. *Eph.* 6. c. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.

Sup. 5. f. & infrà 10. a. Ignis in malo.

quasi esca ignis, *a* Vir fratri suo nõ parcet, & *b* declinabit ad dexteram, & *c* esuriet, & *d* comedet ad sinistram, *e* & non saturabitur. *f* Vnusquisque carnem brachij sui vorabit. *g* Manasses Ephraim & *h* Ephraim Manassen, & simul *i* ipsi contra Iudam. In *k* omnibus his non *l* est auersus furor eius, sed *m* adhuc manus eius extenta.

C A P. X.

n VÆ qui condũt leges iniquas, & *o* scribentes iniustitiam scripserunt, vt *p* opprimerent in iudicio *q* pauperes, & vim *r* facerent causæ humilium populi mei, vt *s* essent viduæ præda eorum, & *t* pupillos diriperent. *u* Quid facietis in *x* die visitationis; & calamitatis de longè venientis? Ad *y* cuius confugietis auxilium, & vbi *z*

Septima pars.

a Vir fratri suo, &c.) septima pars in qua agitur de dissensione duarum Tribuum, & decem ad inuicem in obsidione Romanorum propter inopiam victus, quæ tanta erat, quòd etiam si non haberent ad inuicem dissensionẽ, adhuc non possent se defendere propter indigentiam cibi nocte enim adinuicem dimicabant, & de die vnanimiter contra hostes. Et hoc est: Vir fratri suo non parcet, obsessus à Romanis, quin raperet eius victum, si posset.

b Et declinabit ad dexteram] quærendo victum.

c Et esuriet non inueniens quid comedat.

d Et comedet sinistram] id est, occulte, ne aliquis videat, quis auferat ei cibum suum. *e* Et non saturabitur] quia parum habebit. *f* Vnusquisque carnem brachij sui vorabit,] præ nimia fame. Sed hoc non legitur alicubi factum in obsidione Romanorum, ideò exponit *Interlin.* aliter. Vnusquisque carnem brachij sui vorabit, id est, in proximum suum, qui eum defendebat, quasi desæuiens insurget.

g Manasses Ephraim & Ephraim Manassen] vorabit, qui de vno patre, & vna matre nati fuerunt. In quo ostenditur dissensionis magnitudo.

i Et simul ipsi contra Iudam,] quamuis inter se discordes, tamen ad impugnandum Iudam concordes. *k* In omnibus his] plagis, vel minis. *l* Non est furor eius,] id est, vindicta Dei vitia consumens. *m* Sed adhuc manus eius extenta) ad percutiendum, sicut illi ad peccandum.

Secunda Expositio.

A *a* Vir fratri suo non parcet ad literam impletum est hoc hodie in oculis nostris. *Ier.* 9. b. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. *Mich.* 7. a. Omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum venatur ad mortem. *b* Et declinabit ad dexteram] iustitiam simulando.

c Et esuriet,] iniustitiam cogitando. *d* Et comedet ad sinistram] id est, delectabitur in malitia sua. *e* Et non saturabitur] quia quantò plus operatur malum, tantò amplius cupit illud *Prou* 13. d. Venter impiorum insatiabilis. *Osea* 4. b. Comedent & non saturabuntur fornicati sunt, & non cessauerunt. *f* Vnusquisque carnem brachij sui vorabit] os robustior, & solidior pars corporis est, & carne tegitur alioquin aresceret, sic & robur spirituale, nisi carnis tegatur infirmitate vel superinduta humilitate subsistere nõ potest. Carnẽ ergo brachij sui vorat qui fortitudinem suã magnificat, & ostentat, & hic ficũ suam decorticat, sicut dicitur. *Ioel.* 1. b. Gens ascendet super terram meam, fortis & innumerabilis, &c. posuit vineam meã in desertum & ficũ meam decorticauit, &c. *Ibi, Greg.* Facta arrogantium humanis oculis ostensa, vnde placere appetunt, inde siccantur.

g Manasses Ephraim,] vorabit. *h* Et Ephraim Manassen, & simul ipsi contra Iudam] id est, obliuio spiritualis oppugnat abundantiam temporalem, & abundantia impugnat obliuionem spiritualem & hæc duo simul, id est, obliuio, & abundantia destruunt confessionem, & peccati, & laudis. *Sap.* 17. a. Dum putant se latere in obscuris peccatis, tenebroso obliuionis velamento, dispersi sunt pauentes horrendè.

k In omnibus his non est auersus furor eius sed adhuc manus eius extenta] ad percutiendum sicut illi ad peccandum.

E X P O S I T I O C A P. X.

VÆ qui condunt, &c. Suprà octauo capitulo comminatus est. Propheta Samai, & Hellel, ex quibus Scribæ, & Pharisæi duxerunt originem, eo quod legi Dei suas traditiones præponebant. Adhuc in prima parte huius capituli inuehitur contra eosdem Scribas & Pharisæos imprecando eis, vel potiùs prædicendo damnationem æternam. Diuiditur autem hoc capitulum in sex partes In prima redarguit Propheta Scribas & Pharisæos de falsa doctrina, & auaritia, qua populum opprimebant. In secunda agit de Sennacherib reprehendens eum de crudelitate, & excessu in flagellando Iudæos, *ibi*: Væ Assur. In tertia de eius exterminatione, *ibi*: Et erit in die illa, non adiiciet. In quinta describit aduentum Sennacherib, *ibi*. Noli timere populus. In sexta & vltima repetit de exterminatione Sennacherib, *Ibi* Ecce dominator Dominus, &c. Dicit ergo Propheta contra Scribas, & Pharisæos. *9. q. 3. c. aliorum.*

n Væ temporale & æternum illis, qui condunt leges iniquas. Nec solum condunt sed.

o Et scribentes iniustitias scripserunt] id est, traditiones iniustas, quibus eliminatur lex Dei.

p Vt opprimerent in Iudicio] iniusto.

q Pauperes] ad literam.

r Et vim facerent causæ humilium populi mei] id est, causæ pauperum, peruertendo iudicium, & iustitiam denegando. Et bene dicit, vim facerent quia ipsa causa allegat pro pauperibus: & tamen succumbunt. *Prou.* 22. d. Non facias violentiam pauperi, quia pauper, neque conteras egenum in porta.

s Vt essent viduæ,] id est, bona earum, præda eorum. Et pupillos diriperent, quia non habent defensorem, & ideò magis peccant. *Amos.* 2. b. Conterunt super puluerem terræ capita pauperum, &c. *Eccles.* 13. c. Venatio leonis Onager in eremo, sic pascua diuitum pauperes *Ezech.* 22. f. Principes eius in medio eius quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & perdendum animas, & auarè sectando lucra; prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento. Deinde Propheta præuidens calamitatem eorum temporalem & æternam quasi condolendo exclamat.

u Quid facietis] ò Scribæ, & Pharisæi, & complices vestri.

x In die visitationis] siue vltionis, & calamitatis de longè venientis à Sennacherib, vel Romanis, vel in die iudicij longe ante prædicti? Simile *Osea* 9. a. Quid facietis in die solemni, in die festiuitatis Domini, id est, in die iudicij, quando Dominus faciet festum suum, & conuiuium magnum! Vnde *infrà* 25. c. Faciet Dominus exercituum omnibus populis, in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.

y Ad cuius confugietis auxilium] qui Deum Creatorem omnium offendistis? *Soph.* 1. d. Argentum, & aurum eorum non poterit eos liberare in die furoris.

z Et vbi derelinquetis gloriam vestram] quasi dicat, nihil proficiẽt vobis deliciæ & diuitiæ, & honores, in quibus gloriabamini. Vnde *Sapient.* 5. b. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit uobis? *Osea* 4. b. Gloriam meam in ignominiam commutastis. Et bene dicit derelinquetis: quia homo cùm interierit, non sumet omnia neque descendet cum eo gloria eius 1. *Tim.* 6. b. Nihil intulimus in hunc mundum haud dubium, quia nec auferre quid possumus præter peccatum sed peccatum non est quid. *Psalm.* 48.

a Ne incuruemini sub vinculo,] captiuitatis hostium. b Et cum interfectis cadatis,] quasi dicat Propheta Iudæis: vos fugietis ad auxilium Assyriorum, ne capiamini, vel interficiamini a Syris, sed ideò capiemini, & interficiemini postea, ab Assyriis, vel Romanis. Et tãgit hoc, quod Achaz timore

mea excessit, & etiam in Gentes plurimas, de quibus non mandaueram, furorem suum extendit. Et verò non sic æstimauit.
u Sed ad conterendum,] id est, omnino destruendum populum.

Sup. eod. d. Sup. 5. f. & 9. d.

Phacee Regis Syriæ fugit ad auxilium Theglathphalasar. 4. Reg. 16. b. c Super omnibus his non est, auersus; à populo

B d Furor eius) id est, Dei. e Sed adhuc manus eius extenta) ad percutiendum. Etiam in hostili terra punit eos Dominus. Et ponitur hæc clausula quater, propter quatuor genera peccatorum cordis, oris, operis, & consuetudinis. f

23. q. 5. c. fin. al. † eius.

al. † diripiat

derelinquetis gloriam vestram, ne a incuruemini sub vinculo, b & cum interfectis cadatis. c Super omnibus his non est auersus d furor eius; sed e adhuc manus eius extentæ. Væ f Assur. g Virga furoris mei, & h baculus ipse est. In i manu † eorum k indignatio mea: ad l Gentem fallacem mittam eum, & m cõtra populum furoris mei n mãdabo illi, vt o auferat Spolia, & † p diuidat prædam, & q ponat illum in r conculcationem, quasi lutum platearum. s Ipse autem nõ sic arbitrabitur, & t cor eius non ita æstimabit, sed u ad conterendum erit x cor eius, & ad y internecionem Gentium non paucarum. z Dicit enim: a Nunquid non Principes mei, simul Reges sunt? b Nunquid non, vt Carchamis sic c Chalanno: & vt d Arphat, sic e Emath? f Nunquid non vt Damascus, sic g Samaria? h Quomodo inuenit manus mea regna idoli; sic & i simulacra eorum de Ierusalem, & de Samaria. k Nunquid non sicut feci Samariæ, & idolis eius; sic faciam Ierusalem, & simulacris eius?

x Erit cor eius] i. cogitatio, & voluntas.
y Et ad internecionem Gentium non paucarum,] de quibus non habuerat mandatum. Ieron. Sic Philosophi, sic hæretici, sic persecutores nominis Christiani, cũ Deus eis aliquos verberandos permittit, in omnes sæuiunt, nec verberare, sed occidere cupiunt, & paucis superatis in omnes audaciam sumunt. C
z Dicet enim,] Sennacherib.

Secunda pars.

Væ Assur, &c.] Secunda pars, vbi comminatur Dominus Sennacherib, & populo. Quamuis enim singula dicantur singulariter, scil. Væ Assur, id est, Assyrio, intelligendum est tamen, quòd comminatur tam regi quam populo. Quod ex eo potest perpendi, quòd statim subdit pluraliter in manu eorum indignatio mea. Post comminationem verò statim adiungit obiectionem contra se, loquens in persona Domini, quasi dicat ei: Assyrius erat minister vindictæ tuæ: tu miseras eum ad flagellandum populum contumacem. Vtique dicit Dominus; sed ipse excessit modũ. Ego quidem miseram eum, vt flagellaret in virga & baculo: & ipse occidit in gladio. Ego ou eram eum in nomine meo; sed ipse hoc fecit sub nomine suo: & sibi ascripsit, non mihi & ita distinguenda est duplex causa comminationis, scilicet, quia in vindicando modum excessit, & quia sibi ascripsit victoriam. Item distinguendus est duplex excessus, Vnus in flagello, alius in numero: quia nõ miserat Dñs, nisi ad flagellandas decem Tribus, & ipse captiuauit, & decem Tribus, & Gentes circunstãtes, Idumæos, Moabitas, & multas alias Gẽtes in Ierusalem obsedit, & multa mala in Iudæa fecit. Et vtraque distinctio habetur ex litera. Dicit ergo Dñs: f Væ Assur,] i. Assyrio, tam Regi, quã populo quia perditio eius imminet. g Virga furoris mei] In qua corrigo. h Et baculus) In quo flagello, ipse est, quasi dicat, Ego misi eum, vt virgam, & vt baculum, non vt gladium. i In manu eorum] id est, Assyriorum Regis, & populi. k Indignatio mea) contra Iudæos implebitur.
l Ad Gentem fallacem] decem Tribuum, quæ inter me, & Idola claudicant, vt legitur 3. Reg. 18. d. Quæ se facturam præceptam ea mentita est. Exod. 19. b. mittam eum. Sed quomodo misit eum Dominus, cùm eius actio tota simpliciter fuerit mala? Sol. Misit eum, id est, inspirando notificauit, quòd Iudæi digni erãt flagellatione, & indigni Dei defensione. Quo præcepto statim habuit voluntatẽ eundi cõtra illos, nõ vt flagellando corrigeret, sed diripiẽdo occideret. Et ita in tribus excessit. Primò, quia missus fuit, vt flagellaret in baculo, & ipse occidit in gladio. Secundò, quia missus, vt tantùm decem Tribus flagellaret, & ipse etiam multas Gentes captiuauit. Tertiò, quia missus fuit, vt sub Dei nomine vindicaret, & ipse sibi victoriam arrogauit.
m Et contra populum furoris mei] id est, contra Israel, cui iratus sum, mittam eum.
n Mandabo illi] scilicet, Assyrio. o Vt auferat spolia Israël, non vt occidat prædam) inter se.
q Et ponat illum,] populum.
r In conculcationem quasi lutum platearum] infr. 41. g. Adducet Magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum. Aug. Iudæi attenuandi sunt & vilificandi, & depauperandi: non tamen interficiendi: quia iste de interfectione & omnimoda destructione arguitur. Per hoc patet, quòd grauiter peccant, qui Iudæos eleuant, & faciunt Præpositos super Christianos.
s Ipse autem non sic arbitrabitur) vt scilicet flagellet ad correctionem decem Tribuum tantùm. Vnde notatur excessus in flagello & numero.
t Et cor eius non ita æstimabit] quasi dicat, modum iræ

a Nunquid non principes mei simul Reges sunt? quasi dicat, nunquid Reges sunt Principes, & Barones mei, & Vasalli mei mihi seruientes? Multos enim Reges secum duxerat Sennacherib, quos subiugauerat sibi. Similiter dicit Diabolus, quòd Reges, & Principes sunt sui, & seruiunt sibi. Abac. 1. c. Ipse de Regibus triumphabit, & & Tyranni ridiculi eius erunt. Iob 40. c. Huic montes herbas ferunt, id est, Reges & Principes & Prælati. Omnes bestiæ agri ludunt ibi, id est, omnes diuites, & raptores.
b Nunquid non, vt Carchamis] seruit mihi. c Sic Chalanno] Septuaginta dicunt: Chalanne, vt dicit Ieronymus, ciuitates sunt Gentilium, quas subuerterat, & habitatores sibi subiugauerat, & secum ducebat.
d Et vt Arphat] , cept.
e Sic Emath] id est, Antiochiam.
f Nunquid non vt Damascus) seruit mihi.
g Sic Samaria] quia decem Tribubus captiuatis, misit Salmanasar de terra sua habitatores in Samariam, qui ei tributarij erant. Hic dicit Gloss. Haymo. Damascus Metropolis est in Syria, quam condidit Eliezer seruus Abraham. Sed contrarium dicitur Genes. 15. quod filius eius Damascus condidit ea, & a nomine suo denominauit. Solutio. Dicendum, quod patri attribuit gloriam, quod fecit filius. Vel meliùs quòd pater incœpit filius compleuit. Et si ab aliis legatur alicubi condita, referendum est ad eius reparationem.
h Quomodo inuenit manus mea regna idoli] Vox est Sennacherib, admirantis suam potentiam, quasi dicat, quomodo potui tot regna superare, & eorum idola amouere? à singulis enim, quæ obtinebat Sennacherib amouebat idola, & ponebat sua, quæ adorarent in signum victoriæ. Vel lege, quomodo non interrogatiuè, sed similitudinariè hoc modo. Quomodo inuenit manus mea regna idoli] id est, sicut superaui regna, à quibus amoui idola sua, & posui mea.
i Sic & simulacra eorum de Ierusalem, & de Samaria,) amouebo supple, & ponam mea. Plenè dicta complebit. Omnes enim ciuitates decem Tribuum, & Iuda, & Beniamin, & præter Ierusalem deprædatus est, & etiam inferiorem partem ipsius, quam tradidit ei Sobna Scriba. Infrà. 22.
k Nunquid non sicut feci Samariæ, & idolis eius; sic faciam Ierusalem, & simulacris eius] id est, sicut cœpit Samariam cum idolis suis; sic capiam Ierusalem, quæ eosdem Deos veneratur? sed hoc non permisit Dominus propter Ezechiam. Carchamis interpretatur ciuitas congregationis, & significat Claustrales. Chalanne interpretatur omnes nos, & significat sæculares. Quando sæculares resistunt tentationibus, quibus claustrales succumbunt, tunc non est Chalanne, sicut Carchamis, sed melior. Item Arphat interpretatur sanitas, vel saluatio, & significat Prædicatores, & Doctores, qui alios saluant, & sanant. Emath interpretatur acceptio eorum, vel indignans rigidè, & significat pœnitentes, quorum accepta est pœnitentia. Dum igitur pœnitentes præualent, vbi Doctores luc-

res succumbunt, tunc non est Emath sicut Arphat, sed multò melior. Item Damascus interpretatur saccus sanguinis, & significat homicidas. Samaria interpretatur custodia, & significat auaros. Est igitur Samaria, vt Damascus, quia auari similes sunt homicidis. *Eccl.* 34. d. Qui aufert in sudore panem quasi qui occidit proximum suum Qui effundit sanguinem, & qui fraudē facit mercenario, fratres sunt.

Tertia pars.

a Et erit, cū impleuerit, &c. Tertia pars, vbi de exterminatione Sennacherib agit Propheta, dicens. Et erit, cùm impleuerit Dominus per Sennacherib.

b Cūcta opera sua in monte Sion, & in Ierusalem) id est, quando per ipsum Dominus fecerit, quicquid facere disposuerit, tunc.

Et a erit, cùm impleuerit Dominus cuncta b opera sua in monte Sion, & in Ierusalem, c visitabo super d fructum magnifici e cordis f Regis Assur, & g super gloriam altitudinis oculorum eius. h Dixit enim: In i fortitudine manus meæ feci, & in k Sapientia mea intellexi. Et l abstuli terminos populorum, & m Principes eorum deprædatus sum, & n detraxi quasi potens in sublimi o residentes. Et p inuenit quasi nidum, manus mea fortitudinem populorum, & q sicut colliguntur oua, quæ derelicta

c Visitabo, &c.] id est, vindicabo. Personam mutat more prophetico & cùm debuit dicere, visitabit, dixit, visitabo, in persona Domini, vt curratur in melius.

d Super fructum magnifici] id est, superbi.

e Cordis] id est, super opera de corde procedentia.

f Assur) id est, Sennacerib.

g Et super gloriam altitudinis oculorum eius,] id est, super gloriam superbiæ eius, quæ in oculis citiùs denotatur. Et loquitur Propheta quasi vulgariter. Sicut pater castigans filium, cùm virga percusserit, ad pacificandum filium suum coram ipso projicit virgam in ignem; sic Dominus Diabolum, & Tyrannos, cùm per eos Iustos percusserit deiiciet in ignem æternum. *Ezech.* 21. g. Mucro, mucro, euagina te ad occidendum: lima te, vt interficias. Et pòst. Reuertere ad vaginam tuam in locum, in quo creatus es, in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam super te indignationem meam in igne furoris mei sufflabo in te. *Soph.* 2. d. Extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur. *Iob.* 40. d. Spes eius frustrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

h Dixit enim] Sennacherib.

i In fortitudine manus meæ, &c.) id est, potentiæ meæ non Dei, ego feci. Ecce hic notatur tertia causa suæ destructionis, scilicet, arrogantia, quâ sibi ascripsit victoriam Iudæorum & aliarum Gentium.

k Et in sapientia mea intellexi, quod Iudæi vincendi erant & destruendi. Ipse mentitur, imò Dominus inspirando notificauit ei.

l Et abstuli terminos populorum,] id est, transtuli in meum dominium.

m Et principes eorum deprædatus sum] id est, captiuos duxi.

n Et detraxi quasi potens in sublimi] id est, in solio.

o Residentes) velut Reges quietos, & pace fruentes.

p Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum] id est, impotentes se tueri contra me: sicut pulli auium non possunt se defendere, cùm capiuntur in nido. Est autem nidus multiplex.

Multiplex nidus.

Nidus {
- Quietæ conscientiæ. *Iob* 29. c. In nidulo meo moriar.
- Cœlestis patriæ. *Iob* 39. d. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum?
- Militantis Ecclesiæ *Ps.* 83. Et turtur nidum, vbi reponat pullos suos.
- Dignitatis mundanæ. *Abdias* 1. b. Si exultatus fueris, vt Aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. *Num.* 24. d. Robustum est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cin, quandiu poteris permanere? Assur enim capiet te, id est, superbia.
- Adulatorum blanditiæ. *Tob.* 1. b. Ex nido hyrundinum cadentibus, stercoribus excæcatus est

Tobias. Prosequens autem Propheta metaphoram nidi subiungit.

q Et sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt,] In nido à matre.

r Sic] id est, sine contradictione.

s Vniuersam terram, id est, habitatores eius. t Ego congregaui, &c.] & mihi subiugaui, deficientibus Regibus eorum. Alij dicunt vuas pro ouis: sed falsò, sicut dicit *Hay.*

sunt; r sic s vniuersam terram t ego congregaui: & u non fuit, qui moueret x pennam, & y aperiret os, & † ganniret. z Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea, aut a exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? b Quomodò si c eleuetur virga contra eleuantem se, d exaltetur baculus, qui vtique lignum est. e Propter hoc f mittet Dominator Dominus exercituum in g pinguibus eius h tenuitatem, & i subtus k gloria eius succensa l ardebit, quasi combustio ignis,

al. † mutiret. 21. *dist. c. inferior.* 23. *q.* 5. *c. fin.*

u Et non fuit, qui moueret] contra me.

x Pennam,] id est, manum suam.

y Et aperiet os, & ganniret,] vel mutiret alia litera. *Ierem.* Gannire est vulpium, vel vt alij dicunt, auium, quasi dicat, cum caperentur, non audebant flere, vel gemere.

Moraliter.

Moraliter. Omnia bona Ecclesiæ diripit Diabolus sine contradictione: quia non est, qui moueat pennam bene operando: vel aperiat os deuotè orando, vel genniat corde gemendo.

z Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat, &c. Dixerat Dominus. Væ Assur. Et triplicem causam subiunxerat, quia, scilicet, miserat eum ad verberandum populum, & ipse occidit & quia miserat eum tantum ad decem Tribus, & ipse extendit manum suam etiam ad alias nationes: quia miserat eum tanquam nuncium suum, & ipse ascripsit sibi factum, vt Actor, vel Dominus. Ideò nunc quasi in sugillationem superbiæ eius comparat eum securi, & serræ, & virgæ, & baculo, quæ tantùm instrumenta sunt, quasi dicat, Dominus pro nihilo gloriabitur Sennacherib, quia non fuit nisi instrumentum vltionis, sicut securis instrumentum est sectionis, nihil per se agens, sed per secantem in ea. Vnde sicut ridiculum esset si securis gloriaretur de sectione facta, ita ridiculum est, si Sennacherib gloriatur in vltione facta. Et hoc est.

z Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea] quasi fecerit sectionem per se? Quasi dicat, non, quia ridiculum esset.

a Aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur?) quasi dicat, non.

b Quomodo] id est, quemadmodum.

c Si eleuetur virga contra eleuantem se] ad aliquem percutiendum,

d Et exaltetur baculus, qui vtique lignum est] & ideò, nihil potest; sic Sennacherib eleuatur, & gloriatur contra Dominum. Sennacherib interpretatur tollens deserta, vel eleuans desertionem. *Ioel.* 1. d. Ignis comedit speciosa deserti. Nota Sennaherib, i. Diabolus dicitur hic virga baculus, securis, & serra. Virga ad puniendū peccata cogitationis. Baculus ad puniendū peccata locutionis. Securis ad puniēdū peccata operis. Serra ad puniēdū peccata consuetudinis. Vel ideò Diabolus dicitur securis, serra, & virga, quia per illum infructuosæ arbores succiduntur diuiduntur, & serrantur incredulorum duritia, & percutiuntur virga qui non recipiunt disciplinam.

e Propter hoc] Quia ita gloriatur Sennacherib, dicit Propheta.

f Mittet Dominator Dominus exercituum,] Id est, Angelicarum virtutum, cui nihil potest resistere, cùm Angeli seruiant ei.

g In pinguibus] id est, in Principibus, & bellatoribus eius.

h Tenuitatem) per Angelum quia vna nocte centum octoginta quinque millia interfecit, & corpora eorum, ne corrumperent ciuitatem, incinerauit vestibus remanentibus illæsis. Vnde Iudæi venientes mane, summitate vestium arrepta, puluerem excutiebant, vt dicitur *Isa.* 37. g. & 4. *Reg.* 18. g.

i Et subtus) id est, sub vestibus.

k Gloria eius] i. multitudo exercitus Sennacherib, in qua gloriatur iuxta illud *Prou.* 14. d. Multitudo populi gloria Regis. l Succensa ardebit quasi combustio ignis, &c.) id

est, sicut illud, quod comburitur igni. Hebræi dicunt, quod Michael Archangelus, cui tunc commissa erat custodia Iudæorum, sicut dicitur *Dan.* 10.c. fecit hoc. Vnde sequitur. *a* Et erit lumen Israel] id est, Angelus custos Iudæorum, qui eos illuminabat docendo, quid agere deberent. *b* In igne,] id est, ad modum ignis eos combureret.

& *a* erit lumen Israel in *b* igne, & *c* Sanctus eius in *d* flamma. Et *e* succendetur, & deuorabitur spina eius & *f* vepres in *g* die vna, & *h* gloria saltus eius, & *i* carmeli eius ab *k* anima vsque ad carnem consumetur. Et *l* erit *m* terrore profugus: & *n* reliquiæ ligni saltus eius præ *o* paucitate numerabuntur, & *p* puer scribet eos. Et *q* erit in die illa non *r* adiiciet residuum Israel, & *s* hi, qui fugerint de domo Iacob, *t* inniti super *u* eo, qui percutit eos; sed *x* innitetur super Dominum sanctum Israel. In *y* veritate *z* reliquiæ *a* conuertētur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Dominum *b* fortem. *c* Si. n. fuerit populus *d* tuus, Israel, quasi arena maris, *e* reliquiæ *f* conuertentur ex eo.

c Et sanctus eius] id est, Angelus adiutor Israel.
d In flamma] id est, ad modum flammæ incinerans exercitum Sennacherib. *e* Et succendetur & deuorabitur spina eius; id est, minores de exercitu. *f* Et vepres, id est, maiores. *g* In die vna] id est, simul. *h* Et gloria saltus eius, id est, Principes exercitus. *i* Et carmeli eius,] id est, Reges, & quicunque nobiliores. *k* Ab anima vsque ad carnem consumetur] i. in anima, & corpore punietur. Vel sic. *e* Et succendetur, & deuorabitur spina eius,] id est, diuitiarum copia.
f Et vepres] id est, potentia pungens. *g* In die vna] id est, simul.
h Et gloria saltus eius] id est, multitudo exercitus infructuosa.
i Et carmeli eius) id est, exercitus numerosus, & infructuosus, sicut ligna siluarum.
k Ab anima vsque ad carnem consumetur] id est, punietur.
l Et erit] Sennacherib.
m Terrore profugus] percusso enim exercitu suo deterritus fugit in terram suam cum paucis, sc. decem, vt dicunt Hebræi, & ibi interfectus est a duobus filiis suis, dum adoraret Deum suum in templo. *Inf.* 37. g. *n* Et reliquiæ ligni saltus eius,] id est, exercitus infructuosi, & innumerabilis, vt ligna siluarum.
o Præ paucitate numerabuntur,) quia tantùm decem cum eo fugerunt.
q Et puer scribet eos,] id est, scribere poterit: quia nullus adeò puer est, qui non possit facere (1) quæ apud Hebræos, significat decem. Et per hoc annuit Propheta, quòd tantùm decem fugerunt cum eo.

Mysticè. Mysticè. In hoc facto incendium peccatorum significatur, quibus dicetur: Ite maledicti in ignem æternum. *Matth.* 25. d. Et sicut corpora Assyriorum combusta fuerunt, sed spolia remanserunt: sic reprobi igne æterno comburentur. Sed exempla eorum remanent ad instructionem iustorum. Vnde *Num.* 16. e. præcepit Dominus thuribula Chore, & Datan et Abiron a terra produci in laminas, & affigi altari, in signum, & monimentum filiis Israel. *Prou.* 16. d. Pestilente flagellato paruulus sapientior erit.
a Et erit lumen Israel in igne] hoc in secundo aduentu, id est, Dominus, qui est lux bonis, erit ardor malis. *Inf.* *vlt.* e. ecce Dominus in igne veniet reddere indignationem superbis. Item *inf.* 33. b. Quis ex vobis poterit habitare cum igne deuorante? *e* Et succendetur, & deuorabitur spina eius] id est, in die iudicij deuorabuntur igne æterno reprobi, qui fuerunt spina per auaritiam. *f* Et vepres per malitiam. *h* Et gloria saltus,] per inanem gloriam.
i Et gloria Carmeli] per luxuriam. Carmelus enim interpretatur.
l Et erit terrore profugus] Diabolus, quia non poterit de cætero impetere Iustos, sed cum suis præcipitabitur in infernum. *n* Et reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur. Reliquiæ Diaboli sunt Iusti, quos ipse reliquit inuitus, qui pauci sunt respectu malorum. *Matt.* 20. b. Multi sunt vocati, pauci verò electi.
Puer multiplex. *p* Et puer scribet eos) in libro vitæ. Ille, inquam, puer, qui dicit *Luc.* 10. c. Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. De quo etiam puero dicitur *sup.* 9. Puer natus est nobis. Nota est puer Christus *sup.* 9. b. Puer natus est nobis. Secundum Septuaginta. Item Moyses. *Ioan.* 6. a. Est puer vnus hic, qui habet quinque panes. Item Apostoli *sup.* 8. d. Ecce ego, & pueri mei, &c. *Ioan.* 21. b. Pueri nunquid pulmentarium habetis? Item humilis *Matth.* 18. a. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Item idiota. *Heb.* 5. d. Omnis, qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ, paruulus enim est. Item inuidus. *Iob.* 5. a. Paruulum occidit inuidia. Item seruus *inf.* 42. a. ecce seruus meus, suscipiam eum. Alia litera. Ecce puer meus, quem elegi: posui super eum spiritum meum. Item stultus. *Eccl.* 10. c. Væ tibi terra, cuius Rex puer est. Item Philosophus. 1. *Cor.* 13. c. Cùm essem paruulus, loquebar, vt paruus.
q Et erit in die illa, &c.] Quarta pars, in qua agitur de reditu, siue congregatione dispersorum Israel. Captiuatis enim decem Tribubus multi euaserunt, qui latuerant in speluncis, & in diuersis regionibus aufugerunt, non audentes reuerti in terram Iuda propter inimicitias, quæ fuerant semper inter Israel, & Iuda. Sed Ezechias combusto exercitu Sennacherib misit epistolas ad omnes dispersos, vt securè venirent, & ipse reciperet eos, quasi fratres. Neque enim reliquiæ decem Tribuum audebant redire in terram suam: quia ibi erant Assyrij, in quibus nolebant confidere: quia cùm priùs fuissent eorum amici, postea facti inimici infestarunt eos. Et hoc est, quod tangitur hic. Et erit in die illa fugato Sennacherib, & exercitu eius combustio. *Quarta pars.* *Rom.* 9. f.
r Non adiiciet residuum Israel] id est, pauci de decem Tribus remanentes.
s Et hi, qui fugerint de domo Iacob) id est, de decem Tribus in Ierusalem ad Ezechiam, & duæ tribus similiter.
t Inniti) id est, confidere. *u* Super eo, qui percutit eos) id est, super Assyrio, qui de amico factus inimicus infestauit eos tempore Achaz Regis Iuda, qui obsessus à Phacee Rege Israel, & Rasin Rege Syriæ, misit ad Theglatphalasar Regem Assyriorum, qui cœpit captiuare decem Tribus, & Rasin interfecit, 4. *Reg.* 16. b.
x Sed innitetur super Dominum sanctum Israel) id est, qui sanctificat Israel; quasi de cætero non confident in Assyriis duæ Tribus: neque illi, qui de decem remanserunt sed confident in Domino Deo suo. Quòd autem multi de decem Tribubus remanserint, patet quia Domino prædicante multi de Tribu Zabulon, & multi de Tribu Nephtalim leguntur conuersi ad eum, vt dictum est *sup.* 9. a. Et etiam Apostoli de illis fuerunt. Vnde in *Psal.* 67. dicitur. Principes Zabulon & Principes Nephtalim. Sed hæc non est multum cogens ratio: quia tempore Cyri cum Esdra multi alij de decem Tribubus redierunt in Iudæam.
y In veritate) id est, vero corde. *z* Reliquiæ) id est, illi pauci, qui de decem Tribubus à captiuitate remanserant.
a Conuertentur reliquiæ, inquam, Iacob) id est, decem Tribuū, & etiā illi, qui de duabus Tribubus apostatauerant.
b Ad Dominum fortem,] qui potest liberare sperantes in se.
c Si enim] id est, bene dico, i. pauci. Si enim, i. quamuis
d Fuerit populus tuus Israel, quasi arena maris] id est, multus & innumerabilis.
e Reliquiæ, id est, pauci & parui.
f Conuertentur ex eo] ad Dominum. Secundum Iosephum exponitur hoc de captiuitate Romanorum, quia tunc innumerabili multitudine occisi, pauci in Apostolis, & eorum sequacibus saluati sunt.

Mysticè est prophetia de secundo aduentu Domini, quando ad prædicationem Eliæ, & Enoch aliqui Iudæorum conuertentur ad Christum. Iuxta illud *Malach. vltim.* b. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis: & conuertet corda patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. *Deut.* 4. e. Nouissimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum. *Mich.* 5. a. Dabit Dominus eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet: & reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel. *Mysticè.*

Moraliter autem qui mundum diligunt similes sunt arenæ maris in multitudine, in amaritudine, in sterilitate, in mobilitate quorū reliquias assumit Deus. Vnde *Psal.* 26. Pater meus & mater mea dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me. Quod figuratum est in puero Ægyptio. 1. *Reg.* 30. d. quem ægrotantem reliquerat Dominus suus: & Dauid assumpsit eum, & fecit eum Ducem sui. *Moraliter*

a Consummatio abbreuiata *b* inundabit iustitiam. *c* Consummationem enim & abbreuiationem Dominus *d* Deus exercituū faciet in medio omnis terræ. *e* Propter hoc hęc dicit Dominus. *f* Deus exercituum. *g* Noli timere, populus meus, *h* habitator Siō ab Assur: In *i* virga enim percutiet te, & *k* baculum suum leuabit super te in *l* via Ægypti. *m* Adhuc enim paululum modicúmque, & consummabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum. Et *n* suscitabit *o* super eū Dominus *p* exercituū *q* flagellum *r* iuxta plagam Madian in petra Oreb, *s* & virgam suam *t* super mare, & *u* leuabit eam in *x* via Ægypti. Et *y* erit in die illa, *z* auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & *a* computrescet iugum *b* à facie olei. *c* Veniet in † Aioth, *d* transibit in Magron, *e* apud Magmas *f* commendabit vasa sua, *g* Transierunt cursim, † *h* Gabaa sedes nostra. *i* Obstupuit Rama, *k* Gabaa Saulis fugit:

a Consummatio abbreuiata] id est, abbreuiatio consummata, id est, exterminatio exercitus Sennacherib breui spatio vnius noctis facta. *b* Inundabit iustitiam,] id est, faciet abundare iustitiam in Iudæis, qui viso tanto miraculo plenè conuersi sunt ad Dominum. Vel inundabit iustitiam, id est, ma-
B nifestabit abundātiā iustitię Dei,
Infrà 28. f. *Matth. 22. d.* vel sic. *a* Consummatio abbreuiata] id est, perfectio Euangelij in duobus mādatis charitatis comprehensa, in quibus tota lex pendet & Prophetæ. *b* Inundabit iustitiam] id est, abūdantior, erit, quàm iustitia legis. *Matt. 5. c.* Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisæorum non intrabitis in regnum cælorum. Euangelium dicitur abbreuiatio, & consummatio: quia summam legis in breui colligit & quod deerat, apponit. Vel consummationem abbreuiatam vocat tempus dominicæ prædicationis, id est, spatium trium annorum, & dimidij in quo breuiter impleta sunt omnia quæ de Christo longo tempore ante prædicta fuerunt. Et sic exponit *Gl. Hay* Et est sensus. *a* Consummatio abbreuiata] id est, tempus dominicæ Prædicationis. *b* Inundabit iustitiam] id est, faciet inundare, id est, abundare iustitiam. Vel consummationem abbreuiatam vocant triduum mortis Christi, in quo Dominus breuiter consummauit liberationem generis humani. Et sic exponit *alia. Gloss.* Et est sensus. *a* Consummatio abbreuiata] id est, triduum passionis Christi, in quo salus humani generis breuiter consummata est. Vnde in Cruce dixit. Consummatum est. *Ioan. 19. b.* Inundabit iustitiam,] id est, inundantem, id est, superabundantem demonstrabit Christi iustitiam. Nam iniustè occisus, iustè Diabolum, & mortem vicit, non potentia, sed iustitia. Et qui solo verbo mundum redimere poterat, morte propria redemit. Vel sic expone. *a* Consummatio abreuiata i. Christi doctrina consummans leges, & abbreuians. Vnde *Matt. 5* b. Non veni soluere legem, sed adimplere. *Rom. 9. f.* Verbum consummans & abbreuians in æquitate, quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram.

Psalm. 18. *b* Inundabit iustitiam] id est, vbique manifestabit iustitiam: quia in omnem terram exiuit sonus prædicationis Apostolorum. *c* Consummationem enim, & abbreuiationem,] vt supra expositum est. *d* Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ] id est, in Ierusalem, quæ dicitur vmbilicus terræ. Vnde *Psalm. 73.* Operatus est salutem in medio terræ. Vel certè verbum Patris ingentum, & immensum, intra vteri virginalis angusta viscera clausum, potest dici consummatio abbreuiata, vel verbum abbreuiatum, quod inundauit iustitiam, quando se Ioanni Baptistæ subdit baptizandum. *Matth. 3. d.* Sic decet nos adimplere omnem iustitiam, *Infrà 28. f.* Consummationem, & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum, *Sophon. 1. d.* Consummationem cum festinatione faciet Dominus cunctis habitantibus terram.

e Propter hoc] scilicet, vt non timeant Ezechias, *f* Hæc dicit Dominus Deus exercituum, id est, angelicarum virtutum, cui nihil impossibile est, vel occultum.

Quinta pars *g* Noli timere, &c.] Quinta pars in qua describit Propheta aduentum Sennacherib in Ierusalem, captis enim cunctis ciuitatibus Iudæ, & Beniamin. & etiam parte Ierusalem inferiore, reuersus est in Ægyptum vadens contra Tharacham Regem Æthiopiæ. Cúmque iterum rediret ad Ierusalem capiendam, ciuitates Iudæ, quæ remanserant & erant in via venientibus de Ægypto in Ierusalem, cepit & subuertit, Ierusalem autem non cepit. Vnde consolando dicit Propheta.

g Noli timere populus meus] cultu, & fidei religione.

h Habitator Sion ab Assur] id est, à Sennacherib. *i* In virga enim percutiet te] deprædando sed penitùs destruendo: quia Ierusalem nunquam cepit.

k Et baculum suum leuabit super te] sed non percutiet te. *l* In via Ægypti id est] in illa parte Iuda, quæ est inter Ierusalem & Ægyptum. Omnes enim illas ciuitates exterminauit veniens de Ægypto. Et bene dico. Noli timere.

m Adhuc enim paululum modicúmque & consummabitur indignatio mea, & furor meus super scelus eorum.] id est, Ægyptiorum, & Assyriorum. Completum est hoc longo tempore post, scilicet, decimoquarto anno Ezechiæ. Et hoc prædixit Propheta tempore Achaz, qui sexdecim annis regnauit; ante Ezechiā, sed paululū dicitur hoc tempus comparatione æternitatis, respectu cuius omnia sęcula momentanea sunt. *Isa. 7. g.* *al. † Naioth.* *al. † Gabaa.* Similiter *infra 26. d.* Abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio mea. *Et. 54. b.* Ad punctum in modico dereliqui te. Et *Apocal. 6. c.* dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec impleatur numerus conseruorum eorum.

n Et suscitabit] dicit Propheta. *o* Super eum] id est, Sennacherib. *p* Dominus exercituum] id est, angelicarum virtutum. *q* Flagellum] id est, indignationem, & vltionem. *r* Iuxta plagam Madiam in petra Oreb, id est, vbi Oreb occisus est: *Iud. 7. g.* quasi dicat, sine læsione & labore Iudæorum exterminabitur Sennacherib, & exercitus eius, sicut Madianitæ, victi sunt a Gedeone sine sanguine Iudæorum. Et verum est hoc, quia ipse Sennacherib interfectus fuit à duobus filiis suis, dum oraret in templo suo, & exercitus percussus ab Angelo, *inf.*

s Et virgam suam] id est, potentiam suam leuabit Sennacherib, *t* Super mare rubrum, quasi dicat antequam veniat super te, aggredietur Tharacham Regem Æthiopiæ, & transiturus mare rubrum leuabit virgam suam super Ægyptum, & sic cum multo exercitu reuertetur contra Ierusalem. *u* Et leuabit eam] id est, potentiam suam.

x In via Ægypti] quia destruet omnes ciuitates Iudææ, quæ sunt in via, qua itur in Ægyptum de Ierusalem. Et hoc, quia sperasti in Ægyptiis, vt dicit *Interl. Ieron.* *y* Et erit in die illa] cum ab Ægypto redierit Sennacherib.

z Auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo] id est, seruitus, & oppressio. occiso exercitu ab Angelo. *a* Et computrescet iugum à facie olei,] id est, iniqua dominatio eius deficiet à præsentia misericordiæ Dei, qui per Angelum suum exercitum eius interficiet.

Mysticè. Mysticè. *b* A facie olei] id est, à præsentia Christi: de quo *Cant. 1. a.* Oleum effusum nomen tuum. *a* Computrescet iugum] Diaboli, & peccati. Vnde *inf. 64. a.* Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, à facie tua montes defluerent.

Moraliter. Moraliter. Onus, & iugum Diaboli, id est, peccatum quod collum peccatoris onerat, & inclinat, computrescet à facie olei, id est, eleemosynæ. *Eccl. 3. d.* Ignem ardentem extinguit aqua; & eleemosyna resistit peccatis. *Luc. 11. f.* Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis De hoc iugo dicitur *Ier. 30. b.* Conteram iugum iniquitatum mearum in mano eius: conuolutæ sunt, & impositæ collo meo. Deinde viam Sennacherib de Ægypto vsque in Nobe describit Isaias, ac si præsens esset dicens: *d* Transibit in Magron] festinanter, volens ibi manere.

e Apud Magmas] ciuitatem sic dictam.

f Commendabit vasa sua, &c.] id est, machinas, & sarcinas suas, quasi citò rediturus. *g* Transierunt cursim) prædictas ciuitates, id est, transibunt cursum depositis sarcinis. Præteritum pro futuro ponit more prophetico: Et venientes Gabaa dixerunt. *h* Gabaa sedes nostra,] id est, in Gabaa quiescemus, & reficiemur. *i* Obstupuit Rama,] ciuitas Iudæ, audiens quod tam propinquus esset exercitus Assyriorum.

k Gabaa Saulis fugit] aduentu Assyriorum audito. Gabaa saulis ciuitas, in qua tépore Saulis fuit sedes regia, Vel dicitur sic ad differentiam, quia duæ sunt ciuitates huius nominis.

minis.

minis. *a* Hinni voce tua] id est] nimio vlulatu more equorum. *b* Filiam Gallim] filiam Gallim dicit ciuitatem conditam a Gallim & possessam. Item Gallim est nomen montis in quo erat ciuitas, quæ dicitur filia Gallim. Aliqui dicunt filiam Gallim Ierusalem propter nominis interpretationem: Gallim enim interpretatur transmigratio eorum: & sic innuit Propheta transmigrationē futuram. Vel filia Gallim] id est, ciuitates & terra Iuda, per quam transiet, & hinniet præ timore exercitus, sicut hinnit equus.

Al. Gebein.

c Attende Laisa] ciuitas Iudæ, id est, diligenter declina impetum currentis exercitus.

al. † &

Hinni *a* voce tua *b* filia Gallim, *c* attende Laisa *d* paupercula Anathoth. *e* Migrauit Medemena *f* habitatores † Gabin, *g* confortamini *h* adhuc dies est, vt in Nobe stetur. *i* Agitabit manum suam *k* super montem filiæ Sion † *l* collem Ierusalem. *m* Ecce *n* Dominator Dominus exercituum *o* confringet *p* lagunculam in *q* terrore: *r* & excelsi statura *s* succidentur, & *t* sublimes *u* humiliabuntur, & *x* subuertentur condensa saltus eius *y* ferro, & *z* Libanus cum *a* excelsis cadet.

d Paupercula Anathoth] alia modica ciuitas, attende diligen er impetum hostium.

e Migrauit Medemena] ciuitas alia, iam fugit præ timore.

f Habitatores Gabin.] illius ciuitatis, quæ est in montibus sita.

g Confortamini quasi dicat, vos, qui habitatis in collibus, arripite arma, quia etiam vobis non est securitas. Ita legit literam *Iero.* Aliter legit *Hay.* *e* Migrauit Medemena, non Medenna secundum *Hay.* id est, Iam fugit solo auditu perterrita.

f Habitatores Gabin) etiam iam fugerunt. Et postea loquitur Sennacherib, exhortans milites suos ad laborem viæ, & consolans eos, quia sufficit dies ad veniendum in Nobe, & ponam ibi nocte tentoria, & mane veniant in Ierusalem. Et dicunt Hebræi quod Sennacherib audierat ab auguribus, & diuinis suis, quod illa vice non caperet Ierusalem, nisi illa die videret eam, & ideò festinabat exercitum, vel potiùs vt mane veniens ex improuiso maiorem stragem faceret, & ita secundum *Hayme.* Incipit hic versus. Confortamini, dicit Sennacherib ad exercitum suum. *h* Adhuc dies est, vt in Nobe stetur] quasi dicat, adhuc magna hora diei est, vt bene veniamus in Nobe, & ibi pernoctemus. Dicit *Gl. Hay.* Nobe ciuitas est in Iudæa, de qua fuit Iesbi, vnus de triginta Principibus Dauid. Sed contra 2. *Reg.* 21. c. dicitur. Deficiente Dauid Iesbis de Nobe nisus est percutere Dauid, quomodo ergo fuit vnus de triginta Principibus Dauid? Immò ibi expressè dicitur, quod fuit de genere Arapha Philistæus aduersarius Dauid, quem interfecit Abysai. Præterea 2. *Reg.* 23. Vbi numerantur principes Dauid, non ponitur iste Iesbi de Nobe. Fortè binomius fuit, & ibi sub alio nomine numeratur. Deinde loquitur Propheta de Sennacherib, dicens.

i Agitabit manum suam] sicut minantes solent facere.

k Super montem filiæ Sion] id est, super ipsam Arcem.

l Collem Ierusalem] id est, & super Ierusalem. Sion enim mons est, in cuius colle est Ierusalem, & Arx, siue turris superiùs.

Sexta pars.

m Ecce Dominator, &c.] Sexta pars, In qua repetit Propheta de exterminatione Sennacherib, ad maiorem Iudæorum consolationem. Dicit ergo prophetice.

m Ecce] id est, in proximo.

n Dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore,] id est, exercitum Sennacherib in puluerem rediget, sicut laguncula lutea, in cuius confractione terretur, qui iuxta est; sic Sennacherib territus fuit in confractione exercitus sui.

r Et excelsi statura,] id est, superbi Principes exercitus Sennacherib. *s* Succidentur] à vita, vel à terra sua.

t Et sublimes] id est, Reges, & alij maiores de exercitu.

u Humiliabuntur,] id est, deijcientur in mortem.

x Et subuertentur condensa saltus,] id est, multitudo exercitus. *y* Ferro.] id est, Angeli percussione, sicut saltus succiditur ferro. *z* Et Libanus cum excelsis cadet] id est, ipse Sennacherib, cum suis Principibus occidetur, non ibi, sed postea in terra sua cecidit, gladio filiorum suorum. De hac expositione nulla est glossa, nisi hæc coniunctio, sed posita super illud. Ecce Dominator, quæ reuera mittit ad hanc expositionem. Glossæ exponunt de Christi Passione, & Iudæorum destructione facta per Romanos hoc modo.

m Ecce] certitudinis signum est.

n Dominator Dominus exercituum,] id est, Deus Pater. *o* Confringet,) id est, confractioni exponet. *p* Lagunculam] id est, carnem Christi fictilem & terream, sicut nostra est. *q* In terrore) quia terræ motus factus est magnus, & omnes perterriti sunt Iudæi. Et nos similiter debemus terreri, quia si Deus proprio filio suo non pepercit, quomodo parcet nobis? Et si in viridi hæc facta sunt, in arido quid fiet; *Luc.* 23. c. & quod dicitur hic, confringet Dominus, habetis simile. *Matt.* 26. e. Percutiam Pastorem, & dispergentur oues gregis. Et exponitur similiter, Percutiam, i. percussioni exponā. *Zach.* 13. c. dicitur: Percute Pastorem. Et est vox Patris ad Iudæum, non quòd actionē eius præceperit, quia mala fuit; sed passionē Christi præcepit, quia bona fuit. Vel percute permissiuè, vel prædictiuè. *r* Et excelsi,] id est, Iudæi contumaces & superbi, *s* Succidentur] à terra sua per Romanos. *t* Et sublimes,] id est, Principes Pharisæorum & Scribæ. *u* Humiliabuntur] & ideo deijcientur. *x* Et subuertentur condensa saltus eius,] id est, populus Ierusalem, quæ sic vocatur propter multitudinem populi. *y* Ferro] Romanorū. *z* Et Libanus,] id est, templū de lignis Libani ædificatū. *a* Cum excelsis.) id est, cum Sacerdotibus cadet. Quod autem nomine Libani accipiatur templum dicitur *Zach.* 11. a. Aperi, Libane, portas tuas, & deuoret ignis Cedros tuas.

Rom. 8. f.

A

CAP. XI.

ET *b* egredietur *c* virga de *d* radice Iesse, & *e* flos de *f* radice eius *g* ascendet:

EXPOSITIO CAP. XI.

ET egredietur, &c.) Non tenet ordinem historiæ Isaias sed præposterando procedit more prophetico. In hoc enim præcedentis cap. egit de passione Domini & destructione Iudæorum, in hoc agit de Natiuitate Domini, & vocatione Gentium. Et diuiditur hoc capitulum in quinque partes; In prima agit de Christi natiuitate, & plenitudine donorum eius. In secunda de iusto Iudicio eius. *Ibi*: Non secundum visionem oculorum iudicabit.] In tertia, de pacifica & concordi cohabitatione conuersorum ad fidem. *Ibi*: Habitabit lupus cum agno. In quarta, de Christi passione, & dispersione Israel congreganda ad fidem. *Ibi*: In die illa radix, &c.) In quinta, de prædicatione Apostolorum, per quam facta est congregatio. *Ibi*: Et leuabit signum, &c. Hebræi verò hoc capitulum exponunt de Iosia Rege Iuda sanctissimo, qui destructionem Idololatrarum, quam Ezechias inceperat, consummauit: & ossa Pseudo-Prophetarum combussit, per quos Idololatria fuerat exaltata. Et secundum hoc diuiditur capitulum in tres partes. In prima agit de Iosia & sanctitate eius, & quomodo reuocauit illos, qui de decem Tribubus remanserant. In secunda agit de reditu duarum Tribuum à captiuitate babylonica. *ibi*: Et erit in die illa, adijciet Dominus, &c. In tertia agit de desolatione Ægypti facta per Alexandrum Magnum, & reditu Iudæorum, qui erant ibi in captiuitate. *Ibi*: Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti, &c. Dicit ergo: Ita cadet Sennacherib, & postea.

b Egredietur,] id est, orietur.

c Virga,] id est, Iosias, qui malis fuit virga corrigendo, & flagellando.

d De radice Iesse.] id est, de stirpe Dauid. *e* Et flos,) i. ipsemet Iosias qui fuit bonis consolando & reficiendo.

f De radice eius,) id est, Iesse. *g* Ascendet.] In solium regni

A *a* Et requie

Secunda expositio.

b Et egredietur. &c.) Aliam expositionem, quam principaliter exponunt glossulæ, & quæ vtili est prosequamur *b* Et egredietur virga de radice Iesse] id est, gloriosa virgo nascetur de stirpe Dauid.

e Et flos de radice eius ascendet] id est, Christus de eadem stirpe orietur. Ex hoc loco, vt dicit *Ieron.* sumptum est illud *Matth.* c. 2. d. Nazareus vocabitur, &c. Nec est otiosum, vt dicit *Origenes super Num.* 17. quod virga dicitur exire, & flos ascendere: quia qui de cœlo venit, super omnes est. *Ioan.* 3. d. Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo, *Ioan.* 3. b. *Infr.* 19. a. Ascendet Dominus super

nubem le-

△ *a* Et requiescet super eum] id est, Iosian. *b* Spiritus Domini] in quo exprimitur eius sanctitas: quia vbi spiritus Domini, ibi libertas 2. *Corinth.* 3. d. *c.* Spiritus sapientiæ, & intellectus] quia sapiens & intelligens fuit. *d* Spiritus consilij, & fortitudinis] quia magni consilij, & fortitudinis fuit. *e* Spiritus scientiæ, & pietatis] quia sciens, & pius fuit. *f* Et repleuit eum spiritus timoris Domini: quia in omnibus timoratus fuit, vt patet 4. *Reg* 22. & 23.

& *a* requiescet super eum *b* Spiritus Domini, *c* Spiritus sapientiæ, & intellectus, *d* Spiritus consilij, & fortitudinis, *e* Spiritus scientiæ, & pietatis; & *f* repleuit eum Spiritus timoris Domini.

△ *a* Non secundum.

Secunda expositio. O nubem leuem. Sed mirum videtur, quod de radice dicitur flos ascendere, cùm potius de ramo nascatur. Sed in hoc confutatur hæresis quorundam, qui dicebant Christum de Virgine carnem non assumpsisse; sed de cœlesti æthere sibi corpus fecisse: & sic se in vterum virginis transtulisse, & postea natum esse, Sed plenè conuincit eos Isaias: quia flos de radice egressus est. Eliminatur etiam hæresis aliorum, qui dicunt, quòd in Adam reseruata fuit quædam particula carnis suæ incorrupta, quæ per successionem transfusa est de vno in alterum totaliter vsque in Virginem, & de illa formata est caro Christi. Sed apertè mentiuntur: quia sic non ascendisset flos de radice Iesse; sed de virga tantum. Dicitur autem virga gloriosa Virgo: quia gracilis, propter rerum, & spiritus paupertatem modica per humilitatem, recta per charitatem, plana per peccati immunitatem, flexibilis per compassionem, cortice tecta per solitudinis amorem, arcens canes, id est, Dæmones à nobis per deuotam orationem, erecta sursum per iugum contemplationum. Hæc est virga, quæ deuorauit serpentes Magorum. *Exod.* 7. b. Hæc est virga, super cuius caput adorauit Iacob. *Genes.* 47. g. Hæc est virga, quæ diuisit mare rubrum, vt transirent liberi filij Israel ad terram promissionis. *Exod.* 14. d. Hæc. est virga Aaron, quæ fronduit, & floruit, & fructum fecit pariter. *Num.* 17. c. Hæc est virga, quæ fecit aquas de petra fluere, vt biberent filij Israel, & cessaret murmuratio. *Num.* 20. b. Hæc est virga, quæ percussit duos Duces Moab, id est, superbiam, & luxuriam. *Num.* 24. c. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet Duces Moab. Hæc est virga, quæ consolatur peccatores. *Psalm.* 22. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Hæc est virga, cuius summitate tetigit Angelus panes, & carnes Gedeonis, & ascendit ignis de petra, & consumpsit omnia. *Iud.* 6. d. Et tu si tetigeris hanc virgam affectu piæ orationis, exibit ignis charitatis de Christo, & consumet omnia consumenda in te. Hæc est virga odorifera. *Cant.* 3. c. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thoris, & vniuersi pulueris pigmentarij. Hæc est virga aurea, cuius summitatem Esther deosculans grata effecta est Regi. *Esther.* 5. a. Hæc est virga, qua mensuratum est templum *Ezech.* 40. a. Et tu, si vis esse de templo, necesse habes hac virga mensurari. Hæc est virga decoris, cui virga funiculi sociatur. *Zach.* c. 11. b. Assumpsi mihi duas virgas: vnam vocaui decorem, & alteram funiculum. Hæc est virga, quæ sola datur Prædicatoribus portanda secum in via. *Marc.* 6. b. Præcepit eis IESVS, ne quid tollerent in via nisi virgam. Hæc est virga, quæ data est Ioanni ad metiendum templum. *Apocal.* c. 11. a. Datus est mihi calamus similis virgæ. Hæc est virga ferrea terribilis Dæmonibus. *Psalm.* 2. Reges eos in virga ferrea, &c. Hæc virga lignea est, & fertilis hominibus. *Num.* 18. c. Ingressus Moyses inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, id est, Zachariæ Hæc est virga aurea, & delectabilis Angelis. *Esther.* 15. d. Tulit Rex virgam auream, & posuit super collum eius, & osculatus est eam. Et vt breuiter concludam. Hæc est virga, quæ sola omnes regit, & dirigit in regnum filij sui. Vnde *Psalm* 44. Virga directionis, virga regni tui. Iudæus de suo Messia hoc exponens, pro eodem accipit virgam, & florem. Sic & *quædam Gloss.* Christum & virgam, & florem accipiunt. In virga namque regnantis potentia, in flore virtutum fragrantia designatur. Ipse fuit virga tumidis, quia contumaces, & rebelles compescuit Vnde *Ier* 1. c. Virgam vigilantem ego video Flos fuit mansuetis, odore gratiæ modò reficiens, & fructum gloriæ in futuro promittens. *Cant.* 2. a. Ego flos campi, & lilium conuallium. Sequitur.

a Et requiescet super eum Spiritus Domini] id est, Christum, transitiuè, vel intransitiuè, id est, Spiritus, qui est Dñs, in quo est libertas 2. *Cor.* 3. d. Quia Spiritus est Deus: *Ioa.* 4. d. Qui in solo Christo plenissime quieuit: quia mansit, & nunquam recessit. *Ioan.* 1. e. Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem: ipse est, qui baptizat. Item quia in eo gratia, nec crescere, nec decrescere potuit: quia non ad mensuram dedit ei Dominus Spiritum. *Ioan.* 3 d. Vel quia sine omni molestia cuiuscunque peccati, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. *Inf.* 53. e. In aliis autem fumus, vel stillicidium, vel mala vxor expellunt Spiritum de domo sua, vel molestant. *Prou.* 27. c. Tamen legitur *Num.* 11. f. Cùm requieuisset in eis Spiritus, prophetauerunt: nec vltrà cessauerunt. Et *Zach.* 6. b. Qui ingrediuntur terrã Aquilonis, requiescere fecerunt Spiritũ meum in terra Aquilonis. Sed non est hæc requies plena: quia nõ habet illa, quæ diximus, quæ in solo Christo fuerunt, vel in ipso requieuit Spiritus Dñi: quia in ipso solo habitauit plenitudo Deitatis corporaliter. *Coloss.* 2. b. In Euangelio Nazaræorum, quod Hebraicè scriptũ est, ita habetur. Factum est, cùm ascendisset Dominus de aqua, descendit fons omnis spiritus & requieuit super eum & dixit ei: Expectabam te, fili, in omnibus Prophetis, vt venires & requiescerem in te: tu enim es requies mea, tu es filius meus, primogenitus, qui regnas in sempiternũ. Fuerunt autem illi Nazaræi, illi primi fideles: ad opus quorum fecerunt Apostoli collectas in Ierusalem, quibus erat cor vnum, & anima vna: *Act.* 4. f. Qui de gestis Domini Euangelium scripserunt verissimum, sed propter Sacramentum nostrum non est receptum cum aliis. Hi specialiter dicebantur Nazaræi a Iesu Nazareno, generaliter omnes fideles dicebantur Discipuli: quia nondum erat inuentum nomen Christiani, quod postea inuentum est Antiochiæ. Alio modo dicuntur Nazaræi, secundum legem, quæ habetur *Num.* 6. a. Deinde qualis, vel quis sit ille spiritus, qui in eo requieuit, ostendit per effectum multiplicem. *1. Pet.* 2. d.

c Spiritus sapientiæ] id est, dator & intellectus.

d Spiritus consilij id est, dator, & fortitudinis.

e Spiritus scientiæ) dator & pietatis.

f Et repleuit eum Spiritus timoris Domini,] dator, id est, quo timetur Dominus. Hanc expositionem innuit *Gloss. Ieronym.* quæ dicit: sicut sermo Dei, id est, filius Dei, lux, & vita, & resurrectio: vocatur Lux. *Ioan.* 1. a. & 8. b. Vita: *Ioan.* 14. a. Et resurrectio, *Ioan.* 11. c. Sic Spiritus sapientiæ, & intellectus, consilij, & fortitudinis scientiæ, & pietatis, & timoris Domini, non quòd diuersus sit iuxta differentias nominum, sed vnus & idem est fons cunctarum virtutum. Vndè 1. *Corinth.* 12. a. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Deinde infert *Ieronymus in Gloss.* sine Christo ergo nec sapiens quis est, nec intelligens, nec consiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec pius, nec timore Domini plenus. Hi sunt septem oculi in lapide vno: *Zachar.* 3. d. Hæ sunt septem mulieres, quæ apprehendunt virum vnum. *Suprà* 4. a. Hæ sunt septem lucernæ candelabri. *Exod.* 37. c. Hæ sunt septem stellæ in dextera filij hominis, quem vidit Ioannes vestitum podere. *Apocal.* 1. d. Hæ sunt septem lampades ardentes ante thronum. *Apocal.* 4. b. Hæ sunt septem cornua, & septem oculi agni occisi, & septem Spiritus missi in omnem terram. *Apocal.* 5. b. Vel intransitiuè.

c Spiritus sapientiæ, & intellectus] id est, Spiritus, qui est Sapientia: & Spiritus, qui est Intellectus, id est: Sapientia, & Intelligentia spiritualis, non mundana, non diabolica, non animalis consilij, & fortitudinis] id est, consilium, & fortitudo spiritualis, non carnalis, de qua dictum est *suprà* 5. e. Væ qui fortes estis ad miscendam ebrietatem.

e Spiritus scientiæ, & pietatis] id est, scientia, & pietas spiritualis, non mercenaria, vel carnalis.

f Et replebit eum Spiritus timoris Domini] id est, timor spiritualis non seruilis. De quo *Roman.* 8. c. Non accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis Spiritum adoptionis, in quo clamamus Abba Pater. Sed quomodo fuit Christus plenus timore? Constat enim, quòd timorem initialem non habuit: quia perfecta charitas foras mittit timorem. 1. *Ioan.* 4. d. Item filialem timorem, quo aliquis timet offendere patrem, vel separari ab eo: constat, quod neutrum istorum timuit Christus; ergo non habuit filialem timorẽ, ergo nullum. Quomodo ergo repleuit eum Spiritus timoris Domini? Sol. Ad hoc dicunt quidam, quòd repletus fuit Spiritu timoris Domini in membris suis, timore initiali

a Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit] id eſt, ſecundum faciem, ſed ſecundum veritatem, quaſi dicat, non accipiet in iudicio perſonam. b Neque ſecundum auditum aurium arguet ; , i, propter auditum tantùm non procedet ad increpationẽ, vel condemnationem aliquorũ.

c Sed iudicabit in iuſtitia pauperes] ſine perſonarum acceptatione.

d Et arguet in æquitate pro mãſuetis terræ] id eſt, increpabit & corripiet oppreſſores humilium, & hoc in æquitate faciet, id eſt, in iuſtitia, dulcore miſericordiæ temperata.

a Non ſecundum viſionem oculorum iudicabit, b neque ſecundum auditum aurium arguet ; c ſed iudicabit in iuſtitia pauperes, d & arguet in æquitate pro e manſuetis terræ. Et f percutiet terram g virga oris ſui, & h ſpiritu labiorum ſuorum i interficiet impium. Et k erit l iuſtitia cingulum lumborum eius, & m fides n cinctorium renum eius.

f Et percutiet terram, id eſt, malos. g Virga oris ſui,] id eſt, rectè iudicabit, & increpabit eos. h Et ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium] id eſt, indignatus contra idololatras interficiet eos.

k Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius] id eſt, caſtus, & iuſtus erit ex omni parte, ſicut cingulum totum hominem circundat.

m Et fides cinctoriũ renũ eius] id eſt, fidelis erit in omnib.

Δ a Habitabit lupus

Secunda expoſitio. ⊕ In imperfectis, filiali in perfectis. Pro nihilo ergo excipit *Gloſſ.* timorem ſeruilem, quia iſtum timorem habet in pluribus, niſi fortè dicatur, quòd illi, qui timent ſeruiliter, non ſunt membra, niſi putrida. Vel poteſt dici, quòd timor filialis tertium vſum habet, ſcilicet reuereri, & quoad hunc vſum pleniſſimè fuit in Chriſto. Qualiter autem inter ſe differant hæc ſeptem dona, vel conueniant, dicit *Greg. ſuper Iob.* 1. vbi agit de ſeptem filiis eius hoc modo. *Greg. lib. 1. moral. c. 32.* Sapientia de æternorum ſpe mentem reficit, intellectus de auditis cor illuſtrat, conſilium ratione animum implet prohibens eſſe præcipitem, fortitudo confidentiam contra aduerſa trepidanti dat, ſcientia ignorantiam pellit, pietas opera miſericordiæ docet, timor, dum mentem premit, ne de præſentibus ſuperbiat, ſpe futurorum confortat. Et ita minor eſt ſapientia ſi intellectu careat; inutilis intellectus ſine ſapientia. Vile eſt conſilium ſine fortitudine, fortitudo ſine moderamine rationis in præceps ruit. Nulla eſt ſcientia ſine pietate, pietas ſine ſcientiæ diſcretione quomodo miſereatur, ignorat. Timor ſine aliis nihil valet, quia ad omnia trepidans, ab omnibus bonis operibus torpet. Tamen hæc melius in diſputatione diſcutienda ſunt. Sequitur.

a Non ſecundùm viſionem oculorum iudicabit] id eſt, in iudicando non accipiet, nec accipit perſonam. *Act.* 10. e Nunc cognoui, quia non eſt perſonarum acceptor Deus; ſed in omni Gente, qui timet eum, acceptus eſt illi. Vndè audacter arguens honoratos in populo dicebat. Væ vobis Scribæ & Phariſæi. *Matth.* 23. b. Neque ſecundum auditum aurium arguet] id eſt, non ſecundùm quod ſonant verba exteriùs, reſpondet ; ſed ſecundùm cor, & intentionem loquentis iudicat de verbis. Vndè Phariſæis dicentibus : Magiſter, ſcimus quia verax es, &c. reſpondit. Quid me tentatis, hypocritæ ? *Matth.* 22. b. Similiter Phariſæos reprehendentes Apoſtolos de hoc, quòd in Sabbatho ambulantes per ſata ſpicas manibus confricabant, arguit dicens : Non legiſtis quid fecerit Dauid, quando eſuriit, &c. *Matth.* 12. a. per hoc apertè oſtendit Propheta, quòd non eſt purus homo, ſed Deus & homo; qui non ſecundum viſa & audita exteriùs iudicat, ſed ſecundum corda loquentium, quod ſolius Dei eſt; quia ipſe ſolus videt corda hominum. 1. *Reg.* 16. b. Et *Ierem.* 17. b. Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud ? Ego Dominus ſcrutans corda & probans renes. c Sed iudicabit in iuſtitia pauperes] ſpiritu, quorum eſt regnum cœlorum. *Matth.* 5. a.

d Et arguet] iniquos & ſuperbos.

e Pro manſuetis terræ] quos ipſi infeſtant, quaſi dicat, Ideò arguet iniquos, quia infeſtant manſuetos in terra : ſicut arguit Scribas & Phariſæos, qui reprehendebant Apoſtolos de hoc, quòd manducabant panem non lotis manibus. Vndè ipſis dicentibus ei : Quare Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum ? Non enim lauant manus ſuas, cùm panem manducant : Ipſe autem reſpondens, ait illis : Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditiones veſtras ? *Matth.* 15. a. f Et percutiet terram] id eſt, terrenos corrigendo, & amorem terrenorum ab eis amouendo. g Virga oris ſui] id eſt, doctrina Euangelij, quæ pro illa parte ſui dicitur, virga, qua comminatur ſeueritatem iudicij. Illa enim ſpecialiter baculat hominem & incutit timorem, & ideò dicitur virga. Vt eſt illud. Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. *Matth.* 3. c. h Et ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium] id eſt, ſpirituali doctrina procedente de labiis ſuis ad literam. Vel myſticè. i Interficiet impium] id eſt, impietatem in eo, id eſt, tollet ab eo impietatem, & non erit impius, *Prou.* 12. a. Verte impios, & non erunt. Et *Pſalm.* 9. Increpaſti Gentes, & periit impius, id eſt, in eo impietas. Ecce nunc Chriſtus habet in ore virgam, quia ſola comminatione percutit ; ſed in futuro habebit in manu, quando actu percutiet dicens : Ite, maledicti, in ignem æternum, *Matth.* 25. d. Vndè *Eccleſ.* 43. b. Vox tonitrui eius verberauit terram. Vel per virgam poteſt ſententia Iudicij accipi : Et eſt ſenſus.

f Percutiet terram] id eſt, amatores terrenorum, qui nimio affectu vniti ſunt terræ, & quaſi terra effecti.

g Virga oris ſui] id eſt, ſententia Iudicij, quam ipſemet proferet. *Soph.* 1. d. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra ; quia conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

h Et ſpiritu labiorum ſuorum] id eſt, regula præcepti ſui.

i Interficiet impium, id eſt, Antichriſtum, ſecundum Apoſtolum. 2. *Theſſ.* 2. b. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui. Et ſi Michael eum interficiat, vt quidam dicunt ; tamen in Michaele hoc faciet Dominus. *2. Theſſ. 2. b.*

k Et erit] impio percuſſo, id eſt, Antichriſto.

l Iuſtitia cingulum lumborum eius, id eſt, tunc omnes Iuſti adhærebunt ei, ſicut cingulum adhæret lumbis viri.

m Et fides cinctorium renum eius,] id eſt, omnes fideles ita aſtricti erunt ei, ſicut cinctorium ſtrictè adhæret corpori, quaſi dicat, Mortuo Antichriſto omnes Iuſti, & omnes fideles adhærebunt Chriſto inſeparabiliter in gloria. Vndè *infrà cap.* 49. c. Viuo ego, dicit Dominus, quia his omnibus velut ornamento veſtieris, & circumdabis tibi eos, quaſi ſponſa. Vel ſic.

k Et erit] percuſſo impio, id eſt, amota impietate, id eſt, impiis iuſtificatis.

l Iuſtitia cingulum lumborum eius,] id eſt, impij iuſtificati adhærebunt ei benè operando, & caſtè viuendo; qui factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. 1. *Cor.* 4. d.

m Et fides] id eſt, fideles.

n Cinctorium renum eius, id eſt, adhærebunt ei, ſicut cinctorium adhæret renibus ex omni parte. *Ier.* 13. b. ſicut adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſrael, & omnem domum Iuda, dicit Dominus ; & erunt mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam. Nota, ſunt lumbi corporis, & lumbi mentis. Et cingulum horum eſt duplex caſtitas, quæ maximè per iuſtitiam acquiritur, & cuſtoditur. *Luc.* 12. e. Sint lumbi veſtri præcincti *Eph. vlt.* c. State ſuccincti lumbos veſtros, in veritate. 1. *Pet.* 1. c. Succincti lumbos mentis veſtræ, ſobrij & perfectè ſperate in eam, quæ offertur vobis gratiam. *Inf. cap.* 32. c. Accingite lumbos veſtros ſuper vbera. Non poteſt intelligi de lumbis corporis, quia non ſuper vbera, imò ſub. Similiter ſunt renes corporis, & ſunt renes cordis. Cinctorium renum corporis, eſt fides; quia ſpiritualis fornicatio eſt idololatria. Vndè *Pſalm.* 25. Vre renes meos & cor meum. *Thren.* 3. b. Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ.

Moral. Moraliter. k Et erit iuſtitia, &c.] Quaſi pro eodem hìc accipitur iuſtitia, & fides ; quia iuſtus ex fide viuit. *Abacuc.* 2. a. Et lumbi & renes, Prædicatores, & Doctores ; in quibus debet eſſe vis generandi filios ſpirituales, non carnales. Hi debent habere cingulum iuſtitiæ, ne malè faciant; & cinctorium fidei, ne malè cogitent ; Vndè *Iob.* 40. a. Accinge ſicut vir lumbos tuos. Ibi *Gregor.* Qui cingit lumbos carnis, præcipitur præcingere, lumbos mentis ; ne qui contempſit luxuriam, ruat in ſuperbiam. Vndè iſta duo maximè præcipiuntur Prædicatoribus, ſcilicet, caſtitas, & humilitas ; vt ſint caſti, & humiles. Sed certè pro pluribus ipſi ſunt illuſores. Vndè dicit Dominus per *Pſalm.* 37. Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus ; & ideò non eſt ſanitas in carne mea, id eſt, in plebe mea.

⊕ Deinde oſtendit

Δ a Habitabit lupus cum agno] id est, illi, qui remanserant de decem Tribubus habitabunt cum duabus. Per agnum enim intelliguntur duæ Tribus, quæ nunquam læserunt decem. Per lupum verò intelliguntur decem Tribus, quæ semper spoliauerunt, & infestauerunt duas.

G

inf. 65. d.

Al. † ablactabitur.

al. † vberibus.

al. † cauerna.

a Habitabit lupus cum b agno, & c pardus cum hædo accubabit. d Vitulus, & e leo, & f ouis g simul morabuntur: & i puer paruulus k minabit l eos. m Vitulus n & vrsus o pascentur: p simul requiescent q catuli eorum, & r leo s quasi bos t comedet paleas. Et † u delectabitur infans x ab † vbere, y super foramina aspidis, z & in † cauernis Reguli, qui a ablactatus fuerit, b manum suam c mittet.

Sed tempore Ezechiæ cœperunt pacificè habitare cum duabus innocenter viuendo. Ezechias enim sicut dictum est *sup.* 10. reuocauit in Iuda illos, qui remanserant à captiuitate decem Tribuum. Et maximè tẽpore Iosiæ cœperũt esse, vel fuerunt pacifici. Et ideò benedicit.

a Habitabit lupus cum agno] & non econuerso, quia illi de Israël habitauerunt in Iuda cum duabus Tribubus. c. Et Pardus, &c.] Idem est, quod suprà, sed per diuersa animalia, diuersa eorum vitia significantur. Per lupum rapacitas, per pardum varietas, per vitulum luxuria, per leonem superbia, per vrsum castrimagia: per agnum verò, & hœdum, significantur duæ Tribus: In quibus aliqui boni, aliqui mali fuerunt. Et puer paruulus minabit eos] id est, Iosias, qui puer ad literam fuit, id est, octo annorum, cùm regnare cœpit. 4. *Reg.* 22. a. Vel puer propter innocentiam, paruulus propter humilitatem dicitur. m Vitulus, &c.] id est, Iudæi de Israël, & familiæ eorum multi in eodem hospitio morabuntur.

r Et leo quasi bos comedet paleas,] id est, decem Tribus, quæ solebant deprædari vicinos suos, erunt contenti laboribus suis.

u Et delectabitur infans ab vbere,] id est, gaudenter ablactabitur, id est, sicut mirabile est, si infans gaudenter ablactetur; ita mirabile fuit, quòd Dominus per tribulationem separauit decem Tribus ab vbere Idololatriæ. In quo ipsi gaudebant tempore Iosiæ, quia nullus eorum erat Idololatra.

y Super foramina aspidis, & in cauernis reguli, qui ablactatus fuerit, manũ suã mittet, i. est, super sepulchra Pseudo- Δ prophetarum

Secunda expositio.

⊖ Deinde ostendit Propheta bona, quæ contingent ex præsentia floris ascensuri ex radice Iesse, dicens. a Habitabit lupus cum agno.] id est, qui priùs erat sanguinarius, & seuerus, exuens lupinam rabiem induit agni mansuetudinem. *Gl. Interl.* non dicit, agnus habitabit cum lupo, sed econuerso: quia non agnus deposita mansuetudine assimilabitur lupo in ferocitate, sed lupus deposita feritate assimilabitur agno in simplicitate Ad hunc modum satis eleganter, & exquisitè mater Augustini conuersa ad fidem, cùm exponeret ei somnum suum, dixit: fili, videbam hac nocte in somnis, quòd sederes mecum directè in eadem linea. Ad quam ille. Elegans est, inquit, somnium tuum, mater: quia hodie annuente Deo resipisces a secta Christianorum erronea, & ita sedebis mecum, in eadem linea, id est, eris mecum in eadem sententia. Non, inquit, fili mi, dictum est mihi, quòd ego tecum sederem: sed tu mecum. Et ita factum est postea, quòd ipse baptizatus est, & fuit cum matre sua in eadem fidei sententia. Vel sic.

a Habitabit lupus,] id est, Saulus factus Paulus. b Cum agno] id est, cum Anania simplici, & mansueto. *Act.* 8. c. quem prius persequebatur ad mortem, & conformauit se illi, vel secundum aliam *Glo.*

a Habitabit lupus,] id est, Saulus priùs rapax. c Cum agno] id est, cum Petro mansueto, conformando se illi. Vndè *Gen.* 49. d. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. Et satis congruè mansuetudo agni attribuitur Petro. Nam ei specialiter commendati sunt agni. *Ioan.* 21. d. sic Maria Virgo, Ioanni Virgini commendata est. *Ioan.* 19. c. quia similia similibus congaudent. Hebræi intelligunt hoc de Messia, quem expectant, dicentes, quòd veniente eo, venient ad cumulum fœlicitatis, & iucunditatis, quam fabulantur se habituros post mille annos, ferocia animalia, vt leones, & pardi, & vrsi, & lupi mansuescunt vsque adeo, vt mansuetis animalibus sine læsione cohabitent. Sed *Ieron.* suggillat eos dicens, si omnia ad literam accipienda sunt, quomodo rebus incorporeis, id est, iustitia, & veritate possunt circundari renes Domini. c. Et pardus cum hœdo accubabit] i. superbus deposita varietate, cum humili pœnitente habitabit in Ecclesia sicut humiliatus. Sic hœdus accipitur in bono. Vndè dicit *Ieron.* quòd hœdus immolabatur in pascha, quando agnus non inueniebatur. Aliquando accipitur in malo pro peccatore, non pœnitente. *Matth.* 25. c. Statuet oues a dextris, hœdos autem à sinistris.

d Vitulus] id est, priùs vorax, & recubans; nunc autem carnem suam mortificans. e. Et leo] id est, nobilis, & ferox priùs; nunc humiliatus & mansuetus. f Et ouis] id est, innocens pauper. g. Simul.] In Ecclesia.

g Morabuntur] effecti similes. Vndè *Psalm.* Qui habitare facit vnius moris in domo, id est, in Ecclesia, vel in claustro, quæ est arca Noe. *Genes.* 7. b. vbi diuersa animalia pacificè habitabant. Et discus Petri. *Act.* 10. b. *Iob* d. Frater fui draconum, & socius struthionum. Contra illos qui non possunt pati dischòlos. Ouis, & leo simul morati sunt, quando Cecilia ouis argumentosa cum Valeriano, qui eam de matrimonio impetebat, pacificè habitauit, & eum ad fidem inclinauit. i. Et puer paruulus] id est, Petrus piscator, & Andreas, & alij, vel Christus, de quo *sup.* 9. b. Paruulus datus est nobis. k Minabit,] id est, ducet.

l Eos] in viam pacis. m Vitulus] innocens nunc priùs ceruicosus. n Et vrsus] nunc sobrius, priùs gulosus. o Pascentur] verbo Dei. p Simul requiescent] in Ecclesia. q Catuli eorum] id est, familiæ eorum pasti lactè simplicis doctrinæ. r Et leo] id. est, Rex.

s Quasi bos] id est, rusticus. t Comedent paleas] id est. simplicem intellectum historiæ, quasi dicat, Reges & Principes humiliter, & attente audient prædicationem verbi Dei, sicut & populi. Vel ad literam. r Leo] id est, nobiles & magni.

s Quasi bos, comedet paleas] id est, quasi rusticus quidam comedet panem durum & paleatum, non cibaria delicata, *inf.* 30. e. Pascetur in possessione tua agnus spatiose tauri tui, &c. *inf.* 65. d. Lupus & agnus pascentur: simul, leo & bos comedent paleas, id est, magnus Philosophus, sicut & simplex & ignarus, psalmos ruminabit, quemadmodum Augustinus; Cyprianus, & Dionysius, & cæteri Philosophi conuersi ad fidem.

Mysticè.

s Mysticè. Prophetia est hic de vocatione Gentium, & vnanimi cohabitatione in Ecclesia cum Iudæis.

u Et delectabitur] vel ablactabitur infans: Fecerat Propheta longam digressionem ostendens ea, quæ futura sunt, tempore floris ascensuri de radice Iesse, adhuc de beneficiis eius prosequitur per simile pueri ludentis, cuius ludus erit, quod ablactatus ab vbere, ponet manum suam in cauerna aspidis & reguli, quæ solo visu, vel flatu solent aues & homines eneruare: non enim nocebunt ei. Per aspidem, & regulum intelligens Diabolum, qui flatu suggestionis suæ multo. necare solet. Per cauernas eorum intelligit corpora obsessorum, vel venenosa corda peccatorum, in quibus quasi in cauernis propriis habitant Dæmones, Sed Dominus manu virtutis suæ, & prædicationis tam per se, quàm per Apostolos extraxit foras sine omni læsione. Et hoc est: Et delectabitur, vel ablactabitur, id est, Christus innocens, & humilis, vel Apostoli malitia paruuli, sensu perfecti. 1. *Corinth.* 14. d. x Ad vbere] id est, ab amore temporalium, vel à carnalibus desideriis. y Super foramina aspidis] id est, super corda peccatorum, quæ sunt habitacula Domini.

b Et in cauernis reguli .i. in cauernosis cordibus peccatorũ, vbi latabat Diabolus. a Quia ablactatus fuerit], i. à lacte temporaliũ separatus. b. Manum suam], i. operosam & efficacé prædicationem suam. c. Mittet, &c.] ad extrahen- ⊖ dum Dia-

Moraliter. u Delectabitur, &c.] per vbera intelliguntur bona temporalia, in quibus pueri delectantur, quibus lactata fuit Ecclesia adhuc infans, quando Reges dederũt tẽporales diuitias, & terrenas possessiones. Vndè *inf.* 49. f. Erãt Reges nutritij tui, & Reginæ nutrices tuæ. *Item* 60. c. Suges lac Gentium, & mammilla Regum lactaberis, dicit Dominus Ecclesiæ, quasi infantulæ. Et satis congruè per vbera accipiuntur temporalia: quia sicut mater, cùm vult ablactare puerum, ponit aliquid amarum super vbera; ita Dominus multam amaritudinem superposuit temporalibus, & adhuc nostra infantula, id est, Ecclesia non potest ablactari; & ideò non est, qui extrahat regulum, vel aspidem de cauerna sua. Verumtamen qui ablactatus est, audacter ponit manum suam.

y Super foramina aspidis, &c.] & extrahit eos, hoc * est, Prædicator

A Prophetarum similiter Israel, misit manum suam Iosias, & extraxit ossa eorum, & combussit. 4. *Reg.* 13. d. secundum quod prophetauerat *Abdo* 3. *Reg.* 13. a. Per ablactatum enim intelligitur Iosias, qui omnino ab idololatria immunis fuit, vel illi, qui secum fuerunt de reliquis Israël. Per aspidem venenosam, & Regulum qui iuxta se herbas comburit, intelliguntur Pseudoprophetæ, qui virorem fidei in Iudæis destruebant, & ad idololatriā peruertebāt. Vndè *Thren.* 4. a. Lamiæ nudarunt mammas lactauerunt catulos suos, i. Pseudoprophetæ docuerunt idololatriam Iudæos. Per foramina, & cauernas intelliguntur sepulchra eorum. Verba Domini. *a* Non nocebunt] Pseudoprophetæ. *b* Et non occident

non *a* nocebunt, *b* & non occident in *c* vniuerso monte sancto meo, quia *d* repleta est terra *e* scientia Domini, *f* sicut aquæ maris † operientis. In *g* die illa *h* radix Iesse, qui *i* stat in signum *k* populorum: ipsum *l* Gentes deprecabuntur, *m* & erit sepulchrum eius *n* gloriosum. Et *o* erit in die illa, *p* adiiciet Dominus secundò manum suam *q* ad possidendum residuum populi sui. quod *r* relinquetur ab *s* Assyriis, & *t* ab Ægypto & *u* à Phetros, & *x* ab Æthiopia, & ab Elam, & à Sennaar, & ab Emat, & *y* ab insulis maris,

al † operię-xes.

C

Rom. 15. c.

Iudæos] peruertendo ad idololatriam. *c* In vniuerso, &c.] i. in vniuersa terra Iuda, quæ est montuosa; quia Iosias exterminauit ab ea omnes idololatras. *d* Quia repleta est terra] Iuda. *e* Scientia Domini] id est, lege Domini *f* Sicut aquæ maris operientis] vel operientes alueum suum, siue fundum aluei sui, secundum *Hay.* q. d. abundanter repleta est scientia Domini. Legitur enim 4. *Reg.* 23. a. quòd Iosias ascendit in templum, & congregatis cunctis viris Iuda, & senibus, & Sacerdotibus & omni populo, fecit legi omnia verba libri reperti in templo, & percussit ipse, & omnis populus pactum cum Domino. & omnem idololatriam exterminauit. *g* In die illa] scilicet, quando hæc facta fuerunt. erit. *h* Radix Iesse] i. Iosias, in quo stirps esse radicata est. *i* Qui stat, &c.] i. stabit in signum, & exemplum reconciliationis, & fidei. *l*. Ipsum Gentes deprecabuntur] scilicet, Tharacha Rex Æthiopiæ, ne permitteret Regem Ægypti transire Æthiopiam ad impugnandum se. Quod fecit Iosias propter quod occisus est, dum resisteret Nechao, Regi Ægypti. 4. *Reg.* 23. f. & 2. *Paral.* 35. d. *m* Et erit sepulchrum eius.] In quo sepultus fuit, gloriosum, quia eo pro tanta fidelitate, & amicitia interfecto, fons, iuxta quem occisus est in campo Magedon, siccatus est statim: & olea, quæ iuxta fontem erat statim aruit. *o* Et erit in die illa] Secunda pars capituli secundum hanc expositionem, in qua agit Propheta de reditu Iudæorum a captiuitate Babylonica: & de his, quæ facta fuerunt post regressum eorum vsque ad tempus Machabæorum ferè. Dicit ergo. Et erit in die illa completo tempore captiuitatis Babylonicæ regnante, scilicet, Cyro. *p* Adiiciet, &c. id est, opus misericordiæ suæ. *q* Ad possidendum, &c.] id est, ad reuocandum residuum populi sui in terram Iuda, vt eum possideat. Secundò dicit respectu liberationis factæ sub Ezechia, interfecto exercitu Sennacherib. Residuum dico. *r* Quod relinquetur ab Assyriis] id est, à Babyloniis non occisum. *s* Et ab Ægypto] id est, ab Ægyptiis, qui venerunt cum Nabuchodonosor in Ierusalem. *u* Et à Phetros] dicunt, quod Phetros fuit filius Abrahæ ex Cethura, à quo terra sic dicta est. *x* Et ab Æthiopia, &c.] hæc est Anthiochia.

y Et ab Insulis maris] occidentalis. Hi omnes venerunt cū Nabuchodonosor ad destruendā Ierusalē, & ad omnes has regiones Iudęi capti ducti sūt, sed maxima pars in Babylone. Sed Cyrus ad omnes regiones misit epistolas, vt quæcunque haberet Iudæum captiuum, dimitteret eum liberū

A abire in Ierusalem,

G dum Diabolum de cauerna sua. *Iob.* 26. d. Obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. *a* Non nocebunt ei] aspis & regulus. *b* Et non occident] aliquem *b* In vniuerso monte sancto meo] id est, in Ecclesia, *d* Quia repleta est terra scientia Domini] id est, doctrina Euangelij. *f*. Sicut aquæ maris operientis] id est, sicut terra repletur aqua, vel aquæ maris operientis terram fluctibus. Verbum enim replendi construitur cum genitiuo, & ablatiuo, q. d. Propheta. Hæc omnia bona euenient puero nato: quia omnis terra replebitur scientia eius, *Abac.* 2. c. Replebitur terra, vt cognoscat gloriam Domini, quasi aquę operientes mare. Comparatur autē scientia Dni aquæ maris, & non dulci: quia ventrem, id est, mētem bibentis amaricat. *Apoc.* 10. d. *Ezech.* 3. a. Et vide, quia cū vsque hìc prophetauerit obscurè, & metaphoricè de Christo, nunc in hìc prophetiæ suæ aperit. quod obscurè sub metaphora dixerat. Vndè *sup.* 5. b. cùm multa dixisset de Synagoga sub metaphora vineæ; in fine totum aperuit dicens. Vinea Domini Sabaoth domus Israel est.

* Est Prædicator, aut Doctor, qui animo separatus est ab amore temporalium, penitùs intendit verbo, & exemplo conuersioni peccatorum, & expulsioni Dæmonū de cordibus eorū, & in hoc est delectatio sua, quòd super omnia placet Deo. Vndè *Greg.* Nullum Sacrificiū adeò placet Deo, sicut zelus animarū. De quo dicitur *Zac.* 6. b. Ecce qui egrediūtur in terrā Aquilonis requiescere fecerūt Spiritū meū in terra Aquilonis. In terrā Aquilonis egrediūtur, qui in mūdū exeunt ad prædicandum: & hi Spiritum Dñi requiescere faciunt in terra Aquilonis, cùm peccatores conuertunt ad Dominum. Sed certe tales oportet esse priùs ablactatos, vt dictum est. Vndè *Isa.* 28. c. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Regulus autem, & aspis dicitur Diabolus, quia Regulus aues volantes interficit, aspis animalia terrestria necat; sic Diabolus aues volantes, id est, claustrales, aliquando interficit, & tunc est regulus, & animalia terrestria, s. sæculares, & tunc est aspis. *g* In die illa, &c.] Adhuc Propheta prosequitur metaphoram floris, quam satis aperuit, vbi dixit. Repleta est terra scientia Domini, ostendens, quòd non loquebatur de flore arboris, sed de prole Virginis; tunc eundem, quem priùs florem vocauit vocat radicem Iesse, dicens. In die illa præuisa à Domino, id est, in die passionis, erit supple. *h* Radix Iesse] id est Christus homo, qui dicit *Apoc. vlt.* d, Ego radix Iesse. *i* Qui stat] id est, stans. *k* In signum populorum] id est, in Cruce, vt omnia trahat ad seipsum sicut ipse dixit *Ioan.* 12. e. Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, quasi dicat, In die illa stabit Dominus eleuatus in Cruce, vt hoc sit signum populis quòd collecturus est eos de quatuor partibus mundi, quæ per quatuor brachia Crucis designantur. Vel stabit in signum positum ad sagittas blasphemantium. *Thren.* 3. b. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam. Vel stabit in signum populorum, i. in Cruce signans per hoc quòd nullus intrabit in cœlum, nisi per Crucem: quia hæc est scala Iacob, attingens à terra vsque ad cœlum: & Dñs innixus est scalæ. *Gen.* 28. c. Vnde *Matt.* 10. d. Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Vel stabit in signum populorum, i. in cruce quasi pugnaturus pro populis, sicut Stephanus vidit eum stantem, *Act.* 7. g. Vel stabit in signū populorū, i. in discretionē: quia boni credunt ei; mali verò contradicūt ei. Vnde Simeō *Luc.* 2. e. Hic positus est in ruinā, & resurrectionē multorū, & in signū, cui contradicetur. De hoc signo Crucis, s. dicitur *Num.* 21. c. Fac serpentem æneū, & pone eum pro signo. Et *inf.* 62. d. Trāsite per portas: præparate viā populo: planū facite iter, & eligite lapides: & eleuate signum ad populos. Septuaginta ponunt hanc literam. Erit radix Iesse, & qui exurget regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Et hanc literam ponit Apostolus *Rom.* 15. c. *l* Ipsum Gentes deprecabuntur] post resurrectionē, & ascensionē. *m* Et erit sepulchrū eius] in quo iacuit. *n* Gloriosum] quia honorabitur ab hominibus. *Gloss. Ieron. Septuaginta.* Qui consurget, vt sit Princeps Gentium, in ipsum Gentes sperabunt: & erit requies eius honor, i. mors eius gloriosa, quæ requies dicitur: quia per eam in ipso requiescimus, & viuimus vita gratiæ. & tandem viuemus vita gloriæ. *o* Et erit in die illa,] cùm steterit IESVS in signum populorum, id est, postquam steterit in Cruce, & resurrexerit.

p Adiiciet Dominus secundò manum suam,] id est, virtutem suam.

q. Ad possidendum residuum populi sui] qui superfuit tantis cladibus. *r* Quod relinquetur,] non occisum.

s Ab Assyriis, & ab Ægypto, & à Phetros. & ab Æthiopia, & ab Elam, & ab Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris] occidentalis, ne tantùm videatur orientales signare. Apostoli enim in toto orbe prædicauerunt Euangelium, & de omnibus illis Gentibus aliquos conuerterunt. Vndè *Psalm.* 18. In omnem terram exiuit sonus eorum. Secundò autem dicit: quia primò per se laborauit, & postea per Apostolos. Vel ideò, quia primò Apostolos cum paucis possedit, postea multa millia Iudæorum per Apostolos acquisiuit. Vel secundò, id est, in prædicatione Eliæ, & Enoch, ad quam reliquiæ Israel salutæ fient.

Moral.

G *a* Et lætabit

a abire in Ierusalem. Et hoc est, quod sequitur. a Et leuabit Dominus per Cyrum.
b Signum, &c.] id est, decretum de licentia redeundi data Iudæis. Quo audito congregati sunt Iudæi, sicut in exercitibus congregantur dispersi ad vexilli eleuationem.

D

Et a leuabit b signum in c nationes, & d congregabit profugos Israël: Et e dispersos Iuda f colliget à g quatuor plagis terræ, & h auferetur zelus i Ephraim, & k hostes Iuda l peribunt: Ephraim non æmulabitur Iudam; & Iudas non pugnabit contra Ephraim. Et m volabunt in humeros Philistijm per n mare, o simul p prædabuntur filios q orientis. r Idumæo, & Moab præceptū manus † eorum, s & filij Ammon obedientes erunt. Et t desolabit Dñs u linguam maris Ægypti, & x leuabit manum suam super flumen, in y fortitudine † populi sui: z & percutient eum in a septem riuis, b ita vt transeant per eum calceati. Et c erit

d Et congregabit, &c.] id est, decem Tribuum. e Et dispersos Iuda] id est, duarum Tribuum. f Colliget, &c.] id est, de omni terra, in qua erant dispersi, exceptis illis, qui erant inclusi intra montes Caspios, & tamen de illis aliqui redierūt. h Et auferetur, &c.] id est, odium. i Ephraim] id est, decem Tribuum contra Iudam. k Et hostes Iuda] i. decem. Tribus l Peribunt:] In quantum hostes, quia reconciliabuntur, & sic peribit hostilitas in illis. Simile. *Prou.* 12. a. Verte impios, & non erunt. impij, supple.

Al. † eius.

Al. † spiritus.

Al. † Acharon.

m Et volabunt in humeros Philistijm] id est, robur, & fortitudinem terræ Philistijm velociter occupabunt, scilicet] Accon, & Tyrum, & Ascalonem, & Gazam, quæ sunt principales terræ Philistinorum ciuitates. In humeros autem dicit: quia graues, & onerosi eis fuerunt, & etiam tributum imposuerunt eis.
n Per mare simul prædabuntur, &c.] id est, subiugatis Philistæis cum eis, qui erant periti in mari subiugabunt sibi orientales. Aliqui sic punctant.
m Volabūt in humeros, &c. [Idem est sensus, i. adiutorio, & labore Philistæorum velociter current per mare, & sic.
o Simul] Id est, cum Philistæis, vel sicut Philistæos.
p Prædabuntur filios orientis] id est, orientales. Nam Philistæi sunt occidentales respectu Ierusalem.
r Idumæa, & Moab præceptum manus eorum] id est, Idumæi, & Moabitæ ad eorum nutum implebunt omnia præcepta Iudæorum, non expectantes etiam vocem præcepti, sed ad solum nutum digiti facient iussa sibi, scilicet. Et filij Ammon obedientes erunt] eis. t Et desolabit] Tertia pars, in qua agit de desolatione Ægypti facta, per Græcos, licet *Gl.* dicat per Romanos. Nusquam enim legitur, quòd Romani Ægyptum destruxerint. sed de Alexandro magno legitur in historia Græcorum. Et quia Nilus impediebat eum, diuisit illum per septem alueos, ita quod pedites liberè transire poterant. Postmodum verò regnante Octauiano Augusto, & nato Domino, regnum Ægypti destructum est, mortua Cleopatra, & diuisum in septem Principes: & tunc Romani ampliauerunt alueos, quos fecerat Alexander, & tunc pene exsiccatus est Nilus omninò, ita vt siccis pedibus transirent. Dicit ergo. t Et desolabit Dominos] per Alexandrum magnum. u Linguam maris Ægypti] id est, medium maris Ægypti: Mos est loquendi, vt quia lingua est in medio oris, ideò linguam maris dicit medium eius. x Et leuabit manum suam super flumen] id est, super regnum Ægypti. Vel ad literam super Nilum. y In fortitudine populi sui] adducendo Romanos, dicit *Gloss.* sed melius est adducendo Græcos. z Et percutiet eum] id est. Nilum. a In septem riuis,] id est, per septem alueos diuidet eum. b. Ita vt transeant, &c.] id est pedites siccis pedibus. c Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis] id est, à Babyloniis. Tangit historiam, quæ tangitur *infr.* 30 Et *Iere.* 42. Quia cum Iudæi contra consilium Ieremiæ descendissent in Ægyptum, venit Nabuchodonosor, & captiuauit illos in terram suam. Sed fortè aliqui pauci remanserunt in Ægypto. Et de illis dicitur hic.

Δ Et erit

Secunda expositio.

⊙ a Et leuabit Dominus] per Apostolos. b Signum Crucis,] In qua est victoria, vt sciant omnes, in quo Diabolus victus est, & in quo potest vinci. Vndè & signum Crucis in fronte facimus ad ignominiam Diaboli, qui in ea victus est: & gloriam Christi, qui in ea vicit. c In nationes] id est, in omnes Gentes. d Et congregabit, &c.] ad fidei vnitatem.
g A quatuor plagis terræ] id est, ex omni parte mundi. Et hoc videtur impletum in die Pentecostes. Vndè *Act.* 2. a. Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi viri Religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est. Ex quibus crediderunt in vna die tria millia. *Act.* 2. g. Et alia die quinque millia. *Act.* 4. a. h Et auferetur zelus] id est, odium. i Ephraim] contra Iudam. k Et hostes Iuda] id est, Ecclesiæ confitentis laudes Christi l Peribunt] in bono, vel in malo. *Haymo.* Quando Isaias hoc dicebat inter duas, & decem Tribus erat discordia inexorabilis: Credentes autem in Christum pacificatæ sunt, & in fide Christi, & vnitate charitatis vniti. *Ezech.* 37. c. Ecce ego assumam lignum Ioseph, quod est in manu Ephraim, & Tribus Israel, quæ iunctæ sunt ei: & dabo illud eis pariter cum ligno Iuda, & faciam eos in lignum vnum, & erunt vnum in manu eius. Et postea exponit se Propheta dicens: Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum suam, & faciam eos Gentem vnam in terra in montibus Israël: & Rex vnus erit omnibus imperans: & non erunt vltra duæ Gentes, nec diuidentur amplius in duo regna.
m Et volabunt in humeros Philistijm] scilicet, Apostoli, id est, celeri desiderio, & feruenti affectu venient vsque ad terram Philistijm, & super humeros eorum ascendent, id est, eos Christi iugo subiicient. n Per mare] id est, per multas amaritudines, quas ipsi Apostoli sustinuerunt. Vel, per mare Baptismi, o Simul] id est. concorditer. p Prædabuntur] id est, Diabolo auferent. q Filios orientis] id est, Christi. De quo *Luc* 1. g. Visitauit nos oriens ex alto. *Zach.* 6. c. Ecce vir oriens nomen eius. Huius filij sunt omnes prædestinati ad vitam. *Iob.* 1. a. Erat Iob, id est. dolens, magnus inter omnes orientales. Ecce hic habemus, quòd Prædicatores debent volare Vndè *infr.* 60. b. Qui sunt isti, qui vt nubes volant. Sed primò debent esse suspensi à terra, id est, ab amore terrenorum. *Iob.* 7. c. Suspendium elegit anima mea. Secundò debent alas mouere, id est, virtutea operibus agitare. Debent etiam continuè mouere, ne, si ad modicum cessent, cadant. *Act.* 20. f. Per triennium nocte, & die non cessaui monens cum lachrymis vnumquemque vestrum. Item cum auiditate debent volare 39. d. De longè oculi eius prospiciunt, & vbicunque fuerit cadauer, statim adest. Item debent volare in humeros peccatorum, non in aures; quia ad hoc debet esse prædicatio, vt aures demulceat *inf.* 4. a. Loquimini ad cor Ierusalem *Eccl.* 22. a. Musica in luctu importuna narratio: flagella, & doctrina in omni tempore sapientia. r Idumæa, & Moab, præceptum manus eius] vel eorum facient. s Et filij Ammon obedientes erunt] eis, id est, Apostolis. Per istas tres Gentes, omnes peccatores intelliguntur. Idumæa; sanguinea interpretatur, & significat luxuriosos. Moab ex patre, & significat superbos. Ammon, populus iniquus inutilis, & significat auaros. Omnes isti faciunt præceptum manus, id est, cùm vident Prædicatorem monstrare exemplo, quod prædicat verbo, credunt, & obediunt. *Osea* 12. c. Ego visionem multiplicaui, & in manu Prophetarum assimilatus sum. t Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti] id est. Idumæi, & Moabitæ, & Ammonitæ credent Apostolis; Ita & Ægyptij, qui super omnes laudabant idola.
Mysticè. Lingua maris Ægypti, est sapientia mundi, quam Dominus desolauit, quia per prædicationem Crucis stultam monstrauit. 1. *Corinth.* 1. c. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Item linguam Ægypti desolabit Dominus, quando linguam blasphemam, vel vaniloquam in linguam psalmodientem, & peccata confitentem commutat *infr.* 19 c. Erunt quinque ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Chanaan, id est, commutata. *Psalm.* 76. Et hæc mutatio dexteræ Excelsi.

Mysticè.

x Et leuabit manum suam super flumen] diuitiarum.
y In fortitudine Spiritus sui] vel populi sui, hoc facit Dñs, quando virtute gratiæ: quam infundit populo suo, facit diuitias distribui, & pauperibus erogari.
z Et percutiet eum in septē riuis] i. Spiritu septiformis gratiæ. b Ita vt transeant per eum calceati.] i. Prædicatores qui habent pedes animæ calceatos exemplis Sanctorum, ne fortè offendant ad lapidem, id est, ad ducatum peccatorum. *Cant.* 7. a. Quam pulchri in calceamentis gressus tui, filia Principis. *Exod.* 12. b. Calceamenta habebitis in pedibus vestris. *Ier.* 2. e. Prohibe pedem tuum à nuditate. c. Et erit via] per totum orbem.

⊙ b Residuo

a Et erit via] de Ægypto in Ierusalem. b Residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs] In Ægypto, id est, a Babylonijs.
d Sicut fuit Israel] via per mare rubrum sine impedimento *Sap.* 19. b. e In die, qua ascendit de terra Ægypti.] In Iudæam, quæ in montibus est respectu Ægypti. *Secunda expositio.*
b Residuo populo meo.] id est, Prædicatoribus, non fugientibus, sed fugantibus & capientibus peccatores. c Qui relinquetur ab Assyrijs,] id est, despicietur à superbis. d Sicut Israel in die, qua ascendit de terra Ægypti] id est, sicut fecit mirabilis Dominus ante filios Israël ascendentes de terra Ægypti, quia mare diuisit, & Ægyptios submersit, ita facit ante Prædicatores, quia mare, id est, peccatores diuidit à mundo, vel a peccatis, & omnes Ægyptios, id est, Dæmones submergit mari diuiso. Vnde *Abacuc* 3. d. Viam fecisti in mari equis tuis, id est, Prædicatoribus tuis, in luto aquarum multarum. *Mich.* 7. c. Iuxta dies antiquos secundum diem egressionis tuæ de terra Ægypti, ostendam ei mirabilia.

a via b residuo populo meo, qui c relinquetur ab Assyriis: d sicut fuit Israël in e die, qua ascendit de terra Ægypti.

CAP. XII.

ET f dices in g die illa: h Confitebor i tibi, k Domine, quoniam l iratus es m mihi: n conuersus est furor tuus: & o consolatus es me. Ecce † p Deus Saluator meus: q fiducialiter agam, & r non timebo. s Quia fortitudo mea & t laus mea u Dominus: x factus est mihi in salutem. y Haurietis aquas in gaudio z de fontibus Saluatoris: & dicetis in a illa die:

A

Al. † Dominus.

EXPOSITIO CAP. XII.

ET dices in die illa, &c.] In præcedenti capitulo egit Propheta de reditu Iudæorum à captiuitate Babylonica, & de hostium suorum subiugatione. In hoc capitulo inuitat eos Propheta ad laudandum Deum, & gratias referendum pro liberatione & hostium subiugatione, sicut Moyses transito mari rubro, & Pharaone submerso dixit filiis Israel. Cantemus Domino, &c. *Exod.* 15. a. Diuiditur autem hoc capitulum in duas partes. In prima inuitat Propheta liberatos ad laudandum Deum, qui liberauit eos. In secunda hortatur eos ad prædicandum aliis ea, quæ Dominus fecit pro ipsis, vt & ipsi laudent, *ibi*: Notas facite in populis, &c. Et ostendit Propheta multas rationes in littera ipsa, quare laudandus est Deus in hoc facto. Primò, quia corripit: *ibi.* Quoniam iratus es mihi. Secundò, quia consolatur correctos: *Ibi.* Et consolatus es me. Tertiò, quia saluat, *ibi.* Ecce Deus Saluator meus. Quartò, quia docet: *ibi.* Haurietis aquas, &c. Loquitur autem Propheta in hoc cantico nunc ad Iudæos, nunc ad Gentes specialiter; nunc ad omnes Gentes generaliter. Primò igitur loquens ad Iudæos, quia dixerat, quòd Dominus percutiet Nilum: & diuidet in septem riuos, vt pateat via libera redeuntibus de Ægypto, adiunxit.

f Et] ideò, ô tu Israël.

g Dices in die illa] cum percussa Ægypto redieris.

i Confitebor tibi, Domine] confessione laudis.

l Quoniam iratus es] iustè.

m Mihi] peccanti, id est, pressuras & misserias inflixisti, sed tamen non occidisti, imò.

n Conuersus est furor tuus] de vindicta in misericordiam.

o Et consolatus es me] liberando, & hostes meos deijciendo.

p Ecce Deus Saluator meus] qui taliter me liberauit, quasi dicat. In hoc facto apparet, quòd ipse est Dominus, & Saluator meus.

q Fiducialiter agam] contra hostes.

r Et non timebo] eos. s Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus] non idola, vel mundus, quasi dicat, non timebo hostes, quia confido in Domino, qui dat mihi fortitudinem, & victoriam vnde laudo eum.

x Et factus est mihi in salutem] id est, saluabit ab hostium persecutione & à captiuitate.

y Haurietis] conuertit Propheta sermonem ad Iudæos liberatos dicens. Haurietis aquas in gaudio iam liberati.

z De fontibus Saluatoris] non de flumine Ægypti, vel de fontibus Ierusalem, vbi colitur Deus, qui saluabit vos. a Et dicetis in illa die] post reditum vestrum alter ad alterum.

a Confitemini

Mysticè. Mysticè. f Et dices, &c,] Dixerat Dominus per Prophetam. Percutiam Ægyptum in septem riuos, id est, delebo omnia vitia mundi, vt liberè transeant Prædicatores mei per Ægyptum: sicut liberè transierunt filij Israel per mare rubrum. Hic autem conuertit Dominus sermonem ad Ecclesiam, quasi dicat. sic liberum cursum habebunt Prædicatores mei per Ægyptum, me parante eis viam, & amouente offendicula: & sic habebunt pacem, & quietem post longas molestias pressurarum. Et tu, Ecclesia, postquam fueris dilatata & à pressuris liberata, gratiarum actionibus prosequaris Dominum liberatorem tuum sicut filij Israël post transitum maris rubri. Et hoc est. f Et dices] ô tu, Ecclesia, percusso flumine Ægypti, id est, superata eloquentia mundi, & siccato fluxu voluptatum. h In die illa] iucunda, & desiderabili. i Confitebor tibi] id est, laudabo te. k Domine] corde, ore, & opere.

l Quoniam iratus es mihi] id est, iustè me afflixisti, quia peccaui. Et est argumentum, quòd gratiæ sunt de aduersis. *Tob.* 13. b. Ego autem confitebor illi in terra captiuitatis meæ. *Iob*, 5. c. Beatus homo, qui corripitur a Domino. *Idem.* 6. b. Qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me: & hæc mihi consolatio, vt affligens me dolore non parcat. *Et* 13. c. Etiamsi occiderit me, in ipso sperabo. 2. *Cor.* 12. c. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. *Psal.* 89. Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus mala. n Conuersus est furor tuus.] Ira scilicet, in clementiam, vindicta in misericordiam. o Et consolatus es me] peccata mea confitentem, & flagella tua patienter sustinentem. *Psalm.* 6. Conuertere, Domine, & eripe animam meam *Ioel.* 2. c. Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus; & relinquat post se benedictionem? *Mich.* 7. b. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet, & educat me in lucem. Et nota, quòd est confessio peccati. *Iac. vlt.* d. Confitemini alterutrum peccata vestra, vt saluemini. Confessio fidei. *Matth.* 10. d. Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est. Confessio laudis *Psalm.* 88. Confitebuntur cœli mirabilia tua, Domine. Confessio præsumptionis. *Tit.* 1. d. Confitentur se nosse Deum; factis autem negant: confessio gratiarum actionis. *Tob.* 13. c. Confitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum cœli: Confessio iudicij. *Matth.* 7. c. Tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Versus *Laus, peccata, fides, præsumptio,* gratiarum. *Index.* Sed nunquid per nuncium, aut per epistolam consolatio ista facta est? Non, sed per propriam personam. Vndè sequitur.

Exod. 15. a. *Psalm.* 117.

Multiplex confessio.

p Ecce Deus, Saluator meus,] quasi dicat. Iam verbum caro factum est, & inuisibilis Deus visibilis homo. *Mich.* 7. b. Expectabo Deum Saluatorem meum. *Exod.* 15. a. Iste Deus meus & glorificabo eum.

q Fiducialiter agam] id est, dabo eleemosynam, quæ est fiducia coram Deo. *Tob.* 4. b. Fiducia magna est coram summo Deo eleemosyna omnibus facientibus eam. *Luc.* 11. f. Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Vel in fide agam omnia, quia sine fide impossibile est placere Deo. *Hebr.* 11. a. Et bene commendat fidem, id est, opus, quia fides sine operibus mortua est. *Iac.* 2. d. r Et non timebo] quid faciat mihi homo; quia qui mundus est, quid timeat, nihil est. Et meritò non timebo. s Quia fortitudo mea] id est, auctor & causa meæ fortitudinis. *Tob.* 1. b.

t Et laus mea] id est, materia & causa meæ laudis. u Dominus] non diuitiæ, non honores. 2. *Reg.* 22. a. Dominus petra mea & robur meum, & Saluator meus. *Ier.* 17. b. Sana me, Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es. x Et factus est mihi in salutem.] id est, incarnatus & passus est pro salute mea. y Haurietis aquas in gaudio] ô fideles, aquas doctrinæ, aquas viuas salientes in vitam æternam. *Ioan.* 4. b. De quibus dicitur *infrà* 55. a. Omnes sitientes venite ad aquas. z De fontibus Saluatoris] id est, Apostolis & aliis sanctis Doctoribus, qui sunt ta. fontes in Homil. *Exod.* 15. d. Non de fluminibus Babylonis, i. de sapientib. huius mundi. De quibus dicitur 1. *Cor.* 1. c. Perdā sapientiam sapientiū, & prudentiam prudentium reprobabo. *Ier.* 2. d. Quid tibi in via Ægypti, vt bibas aquas turbidas: & quid tibi in via Assyriorum, vt bibas aquas fluminis? Item *in eod.* c. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ viuæ & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. b Et dicetis in illa die] hausta aqua de fontibus Saluatoris.

a Confitemini

a Confitemini Domino,] eum laudando, & vos accusando. b Et inuocate nomen eius] solius, vt saluet, & custodiat vos. d Notas, &c.] Secunda pars, vbi inuitat eos & hortatur prædicare alijs magnalia Dei, dicens: Notas facite in populis, multis. f Adinuentiones eius,] i. mirabilia eius, quæ adinuenit ad nostram liberationem.

Secunda pars.

B

1. Paralip. 16. b. Psalm. 104.

g Mementote, quoniam excelsum est nomen eius,] id est, memoriæ commendate celsitudinem virtutis, quæ sic vos liberauit. h Cantate,] id est, laudes canite Domino. i Quoniam magnificè fecit,] vos liberando. k Annunciate hoc in vniuersa terra,] vt omnes laudent & glorificent eum vobiscum. m Exulta] corde. n Et lauda, ore. o Habitatio Sion,] id est, ô tu Sion,] quæ es habitatio Dei, & quæ es modò habitata, lauda eum. p Quia magnus in medio tui] est modò. q Sanctus Israël, id est, Deus sanctificans Israel.

a Confitemini Domino, b & inuocate c nomen eius: d Notas facite e in populis f adinuentiones eios: g mementote, quoniam excelsú est nomen eius. h Cantate Domino, i quoniam magnificè fecit: k annonciate hoc l in vniuersa terra. m Exulta n & lauda o habitatio Sion: p quia magnus in medio tui q sanctus Israël.

CAP. XIII.

A

ONus r Babylonis, s qood vidit t Isaias filius u Amos. Super montem caliginosum x leuate y signum, z & exaltate vocem, a leuate manum: b & ingredientur portas c Duces. d Ego e mandaui sanctificatis f meis, g & vocaui fortes meos in ira h mea:

Mysticè. a Confitemini Domino,] laudes & peccata. b Et inuocate] corde, ore, & opere. c Nomen eius,] id est, Iesum, vt salues vos. Ioël. 2. g. Rom. 10. c. Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. d Notas facite] prædicando. e In populis] non solùm in populo. f Adinuentiones eius,] non vestras. Adinuentiones eius sunt verbi Incarnatio, impassibilis passio, quòd Deus esset homo, mater virgo, verbum infans, panis esuriens, fons sitiens, via fessa, vita moriens, & huiusmodi, quæ magno studio adinuenit in salutem humani generis. Vnde Psal. 9. Annunciate inter Gentes studia eius, id est, noua quæ studendo adinuenit. De quo Iere. 31. d. Nouum faciet Dominus super terram; fœmina circundabit virum. Vel, adinuentiones eius, id est, nouos modos veniendi ad eum. g Mementote, quoniam excelsum est nomen eius.] Vnde Psal. 112. Excelsus super omnes Gentes Dominus. Psal. 173. Et Excelsus Dominus & humilia respicit. h Cantate Domino, id est, ad honorem Domini. i Quoniam magnificè fecit] quia mortem morte vicit, & carnem nostram in cœlum vexit, mortuos suscitauit, aquam in vinum mutauit, & huiusmodi. k Annunciate hoc] ô Apostoli, ô Prædicatores, l In vniuersa terra,] non solùm Parisijs. m Exulta] tibi. n Et lauda] alijs Deum tuum. o Habitatio Sion, id est, ô Ecclesia, quæ es habitatio Dei. Et reuera habitatio. p Quia magnus in medio tui] non in angulo: quia veritas non quærit angulos: quia lignum vitæ est in medio Paradisi, Gen. 2. b. q Sanctus Israel,] id est, qui sanctificat Irael, id est, Clericos; sed ipsi nolunt: quia terram diligunt.

EXPOSITIO CAP. XIII.

ONus Babylonis, &c.] Enumeratis tribulationibus, quas passi sunt Iudæi & à Domino liberati: Dicto etiam cantico in laudem Dei: quia desolatio hostium desolatis solet esse solatium, adeò ad consolationem Iudæorum subdit Isaias de tribulationibus Gentium, quæ eos grauiter afflixerunt circiter vndecim per ordinem, secundum quod grauiùs afflixerunt: vnde primò agitur de onere Babylonis, quæ plus & grauiùs infestauit eos. Nec solùm ab Isaia; sed etiam à Ieremia & Ezechiele & alijs Prophetis dicta est harum Gentium desolatio in consolationem Iudæorum. Mysticè autem prædicitur hic mundi & amatorum eius desolatio sempiterna, Diuiditur autem hoc capitulum in quatuor partes. In prima describit Propheta multitudinem & fremitum Medorum & Persarum obsidentium Babylonem, & stuporem & metum Babyloniorum. In secunda agit de contritione terræ & habitantium ratione, ibi: Ecce dies Domini veniet, &c In tertia describit ferocitatem & immisericordiam Medorum & Persarum, qui nec etiam infantibus parcent, ibi Omnis, qui inuentus fuerit, &c. In quarta dicit vastitatem & solitudinem Babylonis irreparabilem, sicut fuit destructio Sodomæ & Gomorræ, ibi. Et erit Babylon, &c. Et nota, quòd Babylonia nomen est terræ Babylon, nomen est ciuitatis; Babel nomen est turris, vbi confusum est labium construentium ipsam. Gen. 11. b. Quæ habebat in altitudine tria millia passuum, quæ faciunt duas leucas, murus autem ciuitatis quadrus erat, & quodlibet latus habebat sexdecim millia passuum in longitudine, quæ faciunt quadraginta duas leucas, & duas partes vnius. Hæc erat Metropolis Chaldæorum. Hanc regnante Balthasar nepote Nabuchonosor, destruxerunt funditùs Cyrus & Darius Reges Persidis & Mediæ, sicut legitur Dan. 5. Quam destructionem longè ante præuidens Isaias in solatium Gentis suæ, ait.

r Onus,] id est, oppressio & miseria. s Babylonis] & Babyloniæ. t Quod vidit Isaias filius Amos,] id est, præuidit in spiritu futurum. u Super montem caliginosum,] id est, super Babylonem quondam superbam, modò tenebris tribulationis, vel fumo incendij caliginosam. Hoc est, quod sequitur, & diuertens sermonem ad Persas & Medos quasi præstantes, vel præsentes eos videret, ait. x Leuate] ô Medi & Persæ. y Signum] victoriæ, quasi dicat, ponite vexilla vestra in turribus Babylonis, vt victores. z Et exaltate vocem] victoriæ. a Leuate manum] vestram hostes Babylonis contra ipsam adiuuando. b Et ingredientur portas] Babylonis. c Duces,] Persarum & Medorum, id est, Cyrus & Darius. Et reuera ita erit, quia. d Ego] dicit Propheta in persona Domini. e Mandaui,] id est, inspiraui.

f Sanctificatis meis,] id est, Cyro & Dario confirmatis in regnum, vel ad fortiter præliandum. Vel, Sanctificatis, id est, respectu Babyloniorum sanctis, vt venirent & caperent ciuitatem.

g Et vocaui fortes meos,] i. Medos & Persas, quibus dedi fortitudinem, quibus non poteritis resistere. h In ira mea] super vos effundenda, vt vindictam de vobis accipiant

△ Exultantes

Mysticè. Mysticè r Onus Babylonis, &c.] Babylon, interpretatur confusio, & significat mundum, qui linguas, Gentes & opera confundit. Cuius Rex est Nabuchodonosor, id est, Diabolus, qui dicit cuilibet Christiano, quod olim dixit Christo. Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me. Matth. 4. b. Onus autem Babylonis, id est, miserias huius mundi, non videt nisi Isaias qui interpretatur salutaris Domini, id est, Iustus, qui mundum fugit quia agnoscit. Nahum. 3. b. Omnis, qui viderit te, resiliet à te. u Super montem caliginosum leuate signum] Crucis ô Prædicatores, id est, diuitibus & Potentibus huius mundi mysterium Crucis prædicate. Mons quidem caliginosus est aceruus diuitiarum, vel dignitas sæcularis, quæ mentis oculos faciunt caligare. Iudicum 9. e. Vmbras montium vides quasi capita Hominum, & hoc errore deciperis, scilicet, exemplo maiorum, qui vmbras huius mundi quasi rem solidam amplectuntur. Ieremiæ 13. c. Date gloriam Deo vestro, antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos, Iob. 40. c. Huic montes herbas ferunt. Ad literam, super montem caliginosum signum leuatur, quando diues, vel præpotens aliquis erucem vltramarinam, vel pœnitentiæ super humeros suos leuat.

z Et exaltate vocem] prædicando altis & pro altis, non pro terrenis. Hoc non faciunt illi, de quibus dicitur in Psalm. 72. Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transiuit in terra, qui scilicet, loqui incipiunt de Deo, sed statim transeunt ad terrena, quorum os corporis de cœlo loquitur; sed lingua cordis, id est, intentio terram lingit, quia pro lucro prædicant, non pro Deo, inf. 29. a. De terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. a Leuate manum] bona opera faciendo, non pro mundo, sed pro Deo, Psalm. 140. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Et Psal 89. Opera manuum nostrarum dirige super nos. Exod. 17. c. Cùm leuabat Moyses manus, vincebat Israel, si autem paululum remisisset, superabat Amalech. Non enim sufficit vocis exaltatio, nisi sequatur manuum eleuatio.

b Et] tunc ingredientur portas, id est, aurem & cor populi.

c Duces,] id est, Prædicatores. Illa enim prædicatio libenter suscipitur, quæ vitæ sanctitate iuuatur. Vnde de suprà 11. d. Idumæa & Moab præceptum manus eorum.

d Ego mandaui sanctificatis meis] sanctis Prædicatoribus, vt veniant in Babylonem. Vel mandaui, i. mandata, quæ facerent, & postea prædicarent, dedi.

g Et vocaui fortes meos] ad officium prædicandum, sicut Paulum & alios.

h In ira mea] i. prædicarent iram meam mundo Ezech. 30. e. Fortissimi Gentium adducentur ad disperdendam terram, i. terrenitatem in hominibus. Can. 3. c. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.

a Exultantes in gloria mea,]non in fortitudine sua,quasi dicat, victoriam, & destructionem Babylonis mihi ascribunt, non sibi. b Vox multitudinis exercitus Medorum & Persarum venientis audita est. c In montibus] Babylonis. d Quasi populorum frequentium,]id est, multorum. e Vox sonitus Regum Gentium congregatarum,]i. Cyri & Darij, & aliorum,qui cum eis venient, audita est Sic describit Isaias multitudinem & impetum exercitus venientis, quasi præsens viderit. g Dominus exercituum à quo est omnis potestas, Rom.15.a. h Præcepit,]id est,inspirauit.

a exultantes in gloria mea. b Vox multitudinis in c montibus, d quasi populorum frequentium, e vox sonitus Regum Gentium f congregatarum. g Dominus exercituum h præcepit militiæ i belli, k venientibus l de terra procul. m A summitate cæli Dominus n & vasa furoris eius, o vt disperdat p omnem terram. q Vlulate, quia r prope est dies Domini, s quasi vastitas à Domino veniet.

i Militiæ belli,] id est, Medis & Persis militibus bellicosis, vt veniant contra Babylonem. Militiæ dico. k Venientibus de terra procul] & ideo non parcent, quia nulla notitia,nulla affinitas erit inter eos & Babylonem. l A summitate cœli,]id est, à finibus terræ,i. ab oriente,vbi videtur cœlum terram tangere, ac si esset ibi finis mundi. m Dominus] veniet in ministris vindictæ suæ. n Et] pro, id est, & est expositio eius, quod dixerat Dominus, veniet, & vasa furoris eius venient similiter à summitate cœli,id est ab oriente,id est, Cyrus ; & Darius cum bellatoribus suis, per quos Dominus explebit furorem suum contra Babylonem. o Vt disperdat omnem terram]Babyloniæ,quæ omnibus terris videbatur dominari. Deinde conuertit sermonem suum Propheta ad Babylonios, dicens : q Vlulate] Babylonij præ timore. r Quia propè est dies Domini,] in quo vlciscetur se Dominus de vobis. s Quasi vastitas à Domino veniet.] Sic construe, Vastitas veniet quasi vastitas à Domino, quasi dicat,magna erit vastitas quia à Domino, qui potens est & fortis, & nullus ei contradicere potest. t Propter hoc] quia vastabitur Babylon. u Omnes manus]Babyloniorum. x Dissoluentur]præ timore. y Et omne cor hominis]tam magni, quàm parui, z Contabescet,]id est,deficiet quasi tabidum. a Et contereтur]præ nimio dolore. b Torsiones] veneris. c Et dolores]aliorum membrorum, d Tenebunt] eos, ad literam, quando obsidebuntur à Medis & Persis. e Quasi parturientes dolebunt,] id est, incomparabiliter. Maxima est enim iliaca passio, & maximus dolor mulieris parturientis, & ita per hoc innuit, quòd maxima erit angustia eorum. f Vnusquisque ad proximum suum stupebit]præ nimia miseria,videns eum in eisdem tormentis, nec potuerit eum iuuare. g Facies combustæ,] id est, nigræ præ nimio dolore. Vel ad literam, succensa ciuitate multi fuerunt combusti in ea.De hac materia multi alij Prophetæ dixerunt, Ier.31.a. Conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem. Ezech. 7. e. In omni facie confusio. Ioël.1. b Omnes vultus redigentur in ollam. Nahum.2.c. Facies omnium sicut nigredo ollæ. h Ecce dies, &c.] Hic incipit agere de contritione terræ, & habitantium in ciuitate,quia vel interficientur,vel fugient præ timore. Ecce,quasi non differet Dominus hanc vindictam,quia Ecce dies Domini,id est,captiuitatis & destructionis Babyloniæ præparatus a Domino. i Veniet]citò. k Crudelis] patientibus. l Et indignationis plenus, & iræ furorisque]secundùm æstimationem malorum, quæ quasi infinita & inæstimabilia erunt.

m Ad ponendam terram] Babyloniæ. n In solitudinem [sempiternã hominũ,& omnis boni. o Et peccatores eius,] i. habitatores eius, qui quasi singulariter peccatore errantes,

Mysticè. a Exultantes in gloria mea,]non in sua. suprà 1. Corin. 10.d. Qui gloriatur,in Domino glorietur, inf.42.b. & 48.b.Gloriam meam alteri non dabo.

b Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium,] i. vox multitudinis Prædicatorum simul & populorum consona audietur, quia quod illi dicent vniformiter,isti facient concorditer. Vnde 1.Corint.1.b.Idipsum dicatis omnes.

e Vox sonitus Regum.]id est, Doctorum,qui debent regere Ecclesiam Dei,audietur consona. f Gentium congregatarum]id est.Discipulorum similiter. Nam si Doctores concordarent in vita & in doctrina, & Discipuli concordarent, quia rotæ sequuntur animalia quocunque vadunt. Ezech. 1.e. Cùm ambularent animalia, ambulabant & rotæ pariter, iuxta ea, & cùm eleuarentur à terra animalia, eleuabantur simul & rotæ. Et inf.f. Audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei, cùm ambularent. Modò non ambulant, imò non auditur sonus eorum, vt sonus Dei sublimis, sed vt sonus Dei terreni.

t Propter hoc u omnes x dissoluentur, & y omne cor hominis z contabescet, a & conteretur. b Torsiones c & dolores d tenebunt, e quasi parturientes dolebunt. f Vnusquisque ad proximum suum stupebit, g facies combustæ vultus eorum. h Ecce dies Dñi i veniet k crudelis, & l indignationis plenus, & iræ furorisq; m ad ponendam terram in n solitudinem, o & peccatores

g Dñs exercituum præcepit militiæ belli,]destruere Babylonem, id est, Prædicatoribus indutis armatura Apostoli, id est, munitione virtutum. Eph.6.b. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli. k Venientibus de terra procul.] Illi de terra procul veniunt, qui à se omnem terrenitatem abijciunt,& tales destruunt Babylonem, Prou.vlt.b. Procul & de vltimis finibus pretium eius, Iere.10.b.Dominus eleuat nebulas,id est, Prædicatores ab extremitatibus terræ. l A summitate cæli Dominus,]id est, à sinu Patris, venit filius in vterum Virginis. Vnde Psal,18.A summo cœlo egressio eius. n Et vasa furoris eius,]id est, Prædicatores venient à summitate cæli. o Vt disperdat Dominus per eos. p Omnem terram,] id est, omnem terrenam sapientiam, contra Dei Sapientiam se erigentem 2. Cor.10. b. q Vlulate peccatores pœnitendo, confitendo,gemendo. r Quia prope est dies Domini,]id est,iudicij, vel mortis, Ioël.2 a. Vlulate in monte sancto meo,conturbentur omnes habitatores terræ : quia veniet dies Domini,quia prope est dies tenebrarum. Ezech. 30.a. Vlulate væ,væ, diei, quia iuxta est dies,& appropinquabit dies Domini,dies nubis. s Quasi vastitas à Domino veniet,] i.magna, nulli parcens. Ioël.1.d.A,a,a, diei, quia prope est dies Domini, & quasi vastitas veniet à potente. Apoc.8.d. Væ, væ, væ habitantibus in terra. Ter dicit væ, quod respondet tribus s, i. triplici culpæ triplex pœna. Peccato in Deum,carentia visionis Dei:peccato in proximum, ignis inextinguibilis : peccato in seipsum, vermis immortalis. t Propter hoc omnes manus, &c.] pauore, quia nullius opera digna iustitia Dei reperientur. Vnde Psal. 142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Iob.9.e.Si lotus fuero,quasi aquis niuis : & si fulsesint velut mundissimæ manus meæ ; tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta, scilicet, opera mea reddent me abominabilem, inf.64.c. Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ. y Et omne cor hominis contabescet]in die iudicij,s. deficiet præ timore, a Et conteretur] conscientia mali commissi, vel boni omissi. Ezech.7.e. Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluent aquis. Item Ezech.21.c. Tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus,i.contemplatiui & actiui. b Torsiones]s conscientiæ remorsiones. c Et dolores]corporis. d Tenebunt]eos,qui modo dolores expellunt à se, & gaudia vana amplectuntur ; Prou.14.b. Extrema gaudij luctus occupat e Quasi parturientes dolebunt.]Tunc vellent parere bona opera ; sed non poterunt : quia non erit tunc virtus pariendi,id est,merendi. infr.37.a. Dies tribulationis & angustiæ & correctionis & blasphemiæ dies hæc, quia venerunt filij ad partum, & virtus non est pariendi f Vnusquisque ad proximum suum stupebit] præ nimia miseria, quasi dicat,vnus non consolabitur alterum in inferno,vel in iudicio.

Triplici culpæ respondet triplex pœna.

g Facies combustæ vultus eorum]igne gehennæ, quem sibi succenderunt malè viuendo, inf.50.d Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis ambulate in lumine ignis vestri,& in flammis,qua succendistis vobis. Ezec.30. e. Dabo ignem in Ægypto, quasi parturiens dolebit. Thren.4.b. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis,

h Ecce dies Domini veniet crudelis] peccatoribus, sed suauis Electis.

l Et indignationis plenus, & iræ, furorisque] quia non erit tempus pœnitentiæ, sed pœnæ indignationis contra superbos, iræ contra iracundos, furoris contra inuidos. m Ad ponendam terram] quæ pondere peccatorum grauabatur,in solitudinem. o Et peccatores eius conterendo de terra.]Hoc est,cùm Dominus venerit ad iudicium,ponet terram,id est, terrenos in solitudinem infernalem, & peccatores conteret,id est, corpus & animam puniet.

Quoniam

rant. *a* Conterendos de terra,] contritione expellendos. *b* Quoniam stellæ cæli, id est, Principes Babylonij. *c* Et splendor earum,] id est, sapientia eorum, quia splendebant. *d* Non expandet lumen suum,] id est, consilium suum super Babylonem. *e* Obtenebratus est Sol,] id est,

Al. † *ea.*

eius *a* conterendus de † terra, *b* quoniam stellæ cæli, *c* & splendor earum *d* non expandent lumen suum. *e* Obtenebratus est Sol *f* in ortu suo, *g* & Luna non *h* splendebit in lumine suo. *i* Et visitabo *k* super † orbis mala, *l* & contra impios † *m* iniquitatem eorum. *n* Et requiescere *o* faciam superbiam infidelium, *p* & arrogantiam fortium *q* humiliabo. *r* Pretiosior *s* erit vir auro, *t* & homo *u* mundo obrizo. *x* Super hoc cælum turbabo, *y* & mouebitur terra de loco suo, *z* propter indignationem Domini exercituum, *a* & propter diem iræ furoris eius. *b* Et erit quasi *c* damula fugiens, *d* & quasi ouis, *e* & non erit, qui congreget. *f* Vnusquisque ad populum suum conuertetur, *g* & singuli *h* ad terram suam *i* fugient: *k* Omnis, qui inuentus fuerit, *l* occidetur, *m* & omnis, qui superuenerit, *n* cadet in gladio. *o* Infantes eorum *p* allidentur in *q* oculis eorum,

Ezech. 32. *b.*
al. † *vrbis.*
al. † *impietatem.*

Balthasar, Rex Babylonis, aduenientibus Medis & Persis amisit decorem regiæ dignitatis. *f* In ortu suo,] id est, in principio regni sui, quia parum regnauit. Vel tangit, quod Balthasar diem natalitium celebrabat, & subitò vidit manum in pariete scribentem. Mane, Thecel, Phares, & præ nimio timore obstupuit quasi mortuus, sicut legitur *Dan.* 5. & hoc est. *e* Obtenebratus est Sol,] id est, obstupefactus est Rex Balthasar visa manu. *f* In ortu suo,] id est, in die natalitij sui. *g* Et Luna,] id est, Regina, vxor, scilicet, vel mater sua. *h* Non splendebit, &c.] id est, nullum poterit dare consilium. Vel metaphoricè loquitur, quia afflictis videntur omnia tenebrosa. Vel per hoc innuit, quòd tantus erit exercitus, quòd præ multitudine pulueris non poterunt videre. Solem, vel lunam. *i* Et visitabo,] Dominus dicit vindicando. *k* Super orbis mala,] id est, Babylonis sic dictæ, propter multitudinem populi, & magnitudinem eius. Vel est ibi vrbis antonomasticè. *l* Et] visitabo contra impios Babilonios. *m* Iniquitatem eorum,] id est, eos puniam propter impietatem & iniquitatem ipsorum. *n* Et requiescere,] id est, cessare. *o* Faciam superbiam infidelium,] id est, Chaldæorum. *p* Et arrogantiam fortium,] id est, Babyloniorum, qui se fortes iactabant. *q* Humiliabo,] per Medos & Persas, quasi dicat, ita faciam, vt qui superbit, humilietur. In hoc enim, quòd Dominus vnum punit, dat exemplum aliis, vt sibi caueant ab illo malo. *r* Pretiosior,] id est, rarior. *s* Erit vir auro] post destructionem Babylonis. *t* Et homo] in terra remanens pretiosior erit. *u* Mundo obrizo,] id est, auro rubro, & rutilante, quasi dicat. Tanta erit strages Babyloniorum, quòd post destructionem ciuitatis rariùs inuenietur homo in Babylonia, quàm aurum obrizum, quod raro inuenitur. Et ponitur pretiosum pro raro Similiter 1. *R.g.* 3. a. Sermo Domini erat pretiosus, id est, raró inueniebatur. *x* Super hoc cælum turbabo] non quòd cælum animam habeat & turbari possit, sed hyperbolicè magnitudinem indignationis Domini ostendit Propheta contra Babylonios. *y* Et mouebitur terra de loco suo,] non solùm homines, id est, captiui moueri videbuntur. Vel fortè imminente captiuitate Babylonis facta sunt tonitrua magna, & terræmotus magnus. Et hoc *z* propter indignationem Domini exercituum] contra Babylonem. *a* Et propter diem iræ furoris eius,] id est, propter furorem eius in die illa manifestandum. *b* Et erit] Babylon. *c* Quasi damula fugiens,] id est, multum velociter, quia Medis & Persis intrantibus ciuitatem, omnes Babilonij, qui poterant, fugiebant. *d* Et quasi ouis] errabunda, quæ fugit lupum. *e* Et non erit, qui congreget] fugientes. *f* Vnusquisque ad populum suum conuertetur,] eorum, qui venerant in auxilium Balthasar. *g* Et singuli] qui à Babyloniis captiui tenebantur. *h* Ad terram suam] de qua orti sunt. *i* Fugient,] in ipso strepitu captiuitatis ciuitatis: Vel de licentia Cyri & Darij. *k* Omnis, qui inuentus fuerit, &c.] Tertia pars, in qua describit ferocitatem Medorum, & Persarum, dicens: Omnis, qui inuentus fuerit in Babylone de auxiliatoribus Balthasar, *l* Occidetur a Persis, & Medis. *m* Et omnis, qui superuenerit,] id est, qui resistere voluit. *n* Cadet in gladio] hostium. Vel fortè Balthasar obsessus mandauit amicis suis vbique, vt venirent ei in auxilium, qui venientes & videntes multitudinem exercitus hostium, quidam fugerunt, quidam gladio hostium corruerunt. *o* Infantes eorum,] i. Babyloniorum. *p* Allidentur] ad parietē. *q* In oculis eorum, sicut ipse Rex Babylonis occidit filios Sedechiæ in oculis eius. *Ierem. vlt.* b. Hic describit apertè crudelitatem hostiū.

Tertia pars.

Mysticè.

b Quoniam stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum.] Ad literam in die iudicij, nullus erit splendor earum, nec vltra respectu splendoris diuini & Electorum, *inf.* 60. d. Non erit tibi Sol amplius ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam. Vel ad vsum & necessitatem: quia tunc non erit necessarius splendor earum: tamen ad decorem erunt, sicut dicit *Aug.* quæ fuerunt ad necessitatem, erunt ad honestatem. Vel ad literam, appropinquante die iudicij obscurabuntur luminaria cæli. Vnde *Ioel.* 2. c. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, *Matth.* 24. c. Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo. Vel mysticè, prophetia est temporis instantis. *b* Stellæ cæli,] id est, Prædicatores. *c* Et splendor earum,] id est, conuersatio eorum. *d* Non expandent lumen suum,] id est, lucem doctrinæ suæ. *e* Obtenebratus est Sol in ortu suo,] id est, Prælatus in promotione sua. *g* Et Luna,] id est, Ecclesia. *h* Non splendebit in lu. suo] quod olim habuit. *Mich.* 3. c. Occumbet Sol super Prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. *Ioel.* 2. c. Sol & Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. *Apoc.* 6. c. Sol factus est niger totus quasi saccus cilicinus & Luna tota facta est vt sanguis: & stellæ ceciderunt de cælo super terram. *i* Et visitabo super orbis mala,] id est, vindicabo in peccatores, vt eos conuertam. *l* Et contra impios iniquitatem eorum] visitando vt pater. *n* Et] sic requiescere, id est, cessare *o* faciam superbiam infidelium,] id est, Dæmonum. *p* Et arrogantiam fortium,] id est, Dæmonum humiliabo. Nam cùm Deus peccatores hic corrigit, dolet Diabolus, quia sic flagellatur à Domino, Vnde *Sap.* 12. d. Cùm das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas. Ex irā autem magna est, cùm hic flagella subtrahit Dominus peccatorum. Vnde *Osea.* 4. c. Non visitabo super filias vestras, cùm fuerint fornicatæ. *Ezech.* 16. c. Auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius De electis autem dicitur *in Ps.* 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eis. *r* Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo,] instante die iudicij, pauci inuenientur fideles perseuerantes in bono, tanta erit tribulatio. Vndè *Luc.* 18. b. Putas cùm venerit filius hominis, inueniet fidem in terra? *Matt.* 24. b. Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet: & nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. *x* Super hoc cælum turbabo, & mouebitur terra de loco suo] quia erit tunc terræmotus magnus, & virtutes cælorū mouebuntur, *Matt.* 24 c. *z* Propter indignationem Domini exercituū, & propter diem, &c.] quem reprobis demonstrabit. *b* Et erit quasi damula fugiens] leonem. *d* Et quasi ouis] fugiens lupum, Babylon, s. i. amatores mundi, i. videntes culpas suas, quas modò videre negligunt: damula enim græcè dicitur dorchas, quod est videre, & impotens se defendere: sicut ouis impotens est contra lupum. *Ps.* 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. *e* Et non erit, qui congreget] eos ad defensionem contra Diabolum ante mortem, nisi Dominus. De quo dicitur *Iere* 10. d. A Domino gressus hominis diriguntur. Et *Prou.* 16. b. Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. *f* Vnusquisq; ad populum suum conuertetur,] quia similes in culpa, similes erunt in pœna. Luxuriosi cum luxuriosis, auari cum auaris, superbi cum superbis erunt in inferno, *inf.* 24. d. Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacū. *Matt.* 24. d. Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. *g* Et singuli ad terram suam fugient,] i. reuertentur ad corpus suum, vnde exierunt. Vnde *Ps.* 145. Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam. *k* Omnis, qui inuentus fuerit] in Babylone, i. in peccato in morte. *l* Occidetur,] i. morte æterna damnabitur. *Eccl.* 11. b. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. Ideò dicitur *Ier.* 51. a. Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam. *m* Et omnis, qui *sup.*] i. resistere Deo voluerit. *n* Cadet in gladio] iudicialis sententiæ De quo *Iob.* 19. d. Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum est gladius. *o* Infantes eorum] i. Discipuli hæreticorum & imitatores malorum. *p* Allidentur in oculis eorum] i. in oculis Magistrorum.

Prou. 20. *d.*

A

Diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient & lactantibus vteris non miserebuntur, & super filios non † parcet oculus eorum. Et erit Babylon illa † ciuitas gloriosa in regnis inclyta in superbia Chaldæorum, sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorram. Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem. Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi, sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus. Et habitabunt ibi struthiones, & pilosi † saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius,

al. † parcat

al. † non habet ciuitas.

Gen. 19.c.

al. † stabunt

Diripientur domus eorum,] id est, opes, & vtensilia domorum. Et vxores eorum violabuntur] ab hostibus coram eis: hic erit dolor super dolorem. Et reuera ita fiet, & quomodo: quia Ecce ego suscitabo super vos,] ô Babylonij. Medos]& Persas, etiam inspirando eis, vt veniant contra vos.

D

Qui argentum non quærant] accensi desiderio occidendi: ita quod de spoliis non curabunt. Et hoc dicit, ne putarent Babylonii, quòd possent se redimere argento. Nec aurum velint] sed magis mortem vestram. Sed sagittis paruulos interficient, & lactantibus vteris non miserebuntur] quasi dicat, tantùm delectabuntur in ruina vestra, quòd nulli ætati, vel sexui parcent. Et super filios] vestros non parcet oculus eorum, ita crudeles erunt vobis. Et erit, &c.]

Quarta pars

Quarta pars, vbi ostendit destructionem Babylonis fore perpetuam: Et erit, suscitatis Medis & Persis. Babylon,] id est, Babylonia. Illa ciuitas gloriosa in regnis] olim. Inclyta,] id est, nobilis super omnes Gentium ciuitates. In superbia Chaldæorum,] id est, de qua Chaldæi superbiebant, versa erit. Sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorram,] id est, irreparabiliter. Vbi sic, In superbia Chaldæorum,] id est, propter superbiam Chaldæorum, versa erit, id est, subuertetur. Sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorram] irreparabiliter & miserabiliter, Non habitabitur vsque in finem] inclusiuè, id est, nunquam habitabitur de cætero ab hominibus. Et non fundabitur vsque ad generationem & generationem,] id est, nunquam reædificabitur. Nec ponet ibi tentoria Arabs,] id est, vltra non venient illuc mercatores de Arabia ad nundinas. Nec Pastores requiescent ibi] qui gregem Domini pascunt, quasi dicat, Tanta erit vastitas Babyloniæ, quòd Arabes, qui in solis casulis habitant, quas secum portant quærentes pascua propter greges, quibus abundant, etiam non inuenient ibi pascua ad greges suos. Sed requiescent ibi bestiæ] quæ amant solitudinem. Et replebuntur domus eorum,] id est, Babyloniorum. Draconibus] qui sunt super omnes bestias sæuiores. Vnde *Aug.* ait, quòd propriè morantur in aquis, & aliquando prodeuntes de speluncis feruntur in aera, motu suo ipsum concitantes, quibus non sunt maiora animalia super terram. Et habitabunt ibi struthiones] à parte totum, id est, aues solitudinem amantes. Et pilosi saltabunt,] vel stabunt ibi, & respondebunt sibi adinuicem. *Haymo*: Pilosi sunt siluestres homines hispidi, qui incubones, vel Satyri dicuntur, id est, animalia formam hominis habentia super duos pedes ambulantia, & baculo se defendentia, *Isa.* 34. *Glos. Greg.* Qui alij nomine pilosi figurantur, nisi hi, quos Græci faunos, Latini verò incubos vocant, quorum nimirum forma ab humana effigie incipit, & bestiali extremitate terminatur. Alij dicunt, quòd sunt Dæmones, qui tali effigie, homines simplices decipiunt, sicut quidam de ipsis pilosis dixit beato Antonio, vt legitur in vitâ beati Pauli primi Eremitæ, quam transtulit Ieron. Vnde *Haymo*: Pilosi, derisorium genus Dæmonum, qui paruæ fidei homines ducunt in paludes, & cum cachinno discedunt. Et hoc verius videtur. Vnde *Septuaginta* transtulerunt: Et Dæmones saltabunt ibi, & respondebunt sibi adinuicem. Ibi vlulæ in ædibus eius.] Vlulæ sunt quædam aues magnitudinis cornicæ, maculis respersæ quæ rostro in palude fixo, horrendè strident, habentes vocem similem vlulatu luporum, vnde & nomen acceperunt.

△ Et Sirenæ

Mysticè. *Psal.* 7.

Diripientur domus eorum,] id est, conuenticula eorum. Vxores eorum violabuntur,] id est, praua sapientia, & peruersa doctrina eorum destruetur, quæ concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Ecce ego suscitabo super vos,] qui terrena amatis.

Medos,] id est Dæmones.

Qui argentum non quærant, nec aurum velint,] sed animas tantùm, *Gen.* 14.d. Da mihi animas, cætera tolle tibi.

Sed sagittis,] id est, acutis, & occultis suggestionibus.

Paruulos,] sensu.

Interficient.] *Iob.* 5.a. Paruulum occidit inuidia, quæ est vna de sagittis Diaboli, 2. *Paral.* 35.d. Iosias vulneratus est à sagittariis Pharaonis. Et lactantibus vteris non miserebuntur,] id est, Hæreticis, vel adulatoribus alios decipientibus. *Prou.* 1.b. Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. *Thren.* 4.a. Lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos suos. Et super filios non parcet oculus eorum,] id est, super Discipulos, vel imitatores eorum. Vel in bono. Medi sunt Prædicatores, qui mensurant aliis doctrinam prædicationis suæ secundùm capacitatem eorum, *Luc.* 12.e. Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Hos Medos suscitat Dominus super mundum, cùm mittit eos ad prædicandum. Hi non quærunt aurum, vel argentum, ad literam; sed salutem animarum. Vnde Paulus 2. *Cor.* 12. c. Non quæro vestra, sed vos. Vel non quærunt argentum splendentis eloquentiæ, nec aurum mundanæ sapientiæ. Sed sagittis,] id est, acutis auctoritatibus sacræ Scripturæ, i. Interficient] salubriter. Paruulos,] id est, peccatores, vt mortui peccato viuant Christo. *Moraliter.*

Et lactantibus vteris non miserebuntur] quin arguant ad salutem. *Ier.* 48.b. Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. Et super filios non parcet oculus eorum,] quasi dicat, nec seni, nec iuueni parcent, quin audacter, vbi peccatum viderint, reprehendant. *Baruch.* 4.c. Adduxit Dominus super illos Gentem de longinquo, Gentem improbam & alterius linguæ, qui non sunt reueriti senem, nec puerorum miserti sunt.

Et erit Babylon illa,] id est, mundus. Ciuitas gloriosa in regnis,] id est, prælationibus. Inclyta in superbia Chaldæorum,] id est, in gloria mundana, vnde peccatores superbiunt, versa in luctum & miseriam. Sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorram, id est, subitò, & irreparabiliter. Transibit enim mundus, & concupiscentia eius, 1. *Ioan.* 2.c. Et 1. *Cor.* 7.f. Præterit figura huius mundi. Non habitabitur vsque in finem,] *Apoc.* 18.c. Væ, væ, væ, ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum. *Soph.* 2. d. Hæc est illa ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & extra me non est alia amplius, quomodo facta est in desertum? Et non fundabitur vsque ad generationem & generationem.] Claustrales proprietarij reædificant Babylon contra prophetiam istam, & Iericho contra illud *Iosue* interdictum 6.d. Maledictus, qui reædificauerit Iericho, *Isa.* 14. e. Perdam Babylonis nomen & reliquias, & progeniem, & germen, & ponam eam in possessionem hericij, id est, Monachi.

Nec ponet ibi tentoria Arabs] qui interpretatur occidentalis, id est, Iustus, cui mundus occidit, & qui habet occasum suum semper præ oculis, non quæret habitationem in mundo, dicens cum Apostolo: Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus, *Hebr.* 13.c.

Nec Pastores,] qui gregem Domini pascunt.

Requiescent ibi,] id est, Doctores, vel Prædicatores, qui gregem Domini debent pascere verbo doctrinæ, & exemplo bonæ vitæ.

Sed requiescent ibi bestiæ,] id est, Prælati & Prædicatores cupidi & ambitiosi, qui potius bestiæ, quam Pastores dicendi sunt: quia non pascunt gregem Domini, sed deuorant. Ideò clamat *Psal.* 73. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. *Ezech.* 34. Dispersæ sunt oues meæ, eo quòd non esset Pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum. Et replebuntur domus eorum,] id est, Prælatorum sæcularium, id est, sæculariter viuentium. Draconibus,] id est, detractoribus veneratis. De quibus *Deut.* 32.e. Fel draconum vinum eorum.

Et habitabunt ibi struthiones,] id est, hypocritæ, qui à terra non eleuantur, cùm pennas habere videantur. *Iob.* 39. b. Penna struthionis similis est pennis herodij, & accipitris.

Et pilosi saltabunt ibi,] id est, diuites auari, qui sunt toti pilosi, 1. *Reg.* 19.c. pellis pilosa ponitur ad caput statuæ. *Isa.* 34. c. Pilosus clamabit alter ad alterum. *Greg.* Pilosus alter ad alterum clamat, cùm perpetrata malitia ad perpetrandam malitiam prouocat

Vlulæ in ædibus eius.] id est, derisores.

Et si-

A *a* Et Sirenæ in delubris voluptatis] id est, in templis, vbi voluptates suas faciebant, & Deum maximè offendebant. *Ier.* Sirenæ sunt serpentes cristati & alati. Vel, vt alij dicunt, pisces maris in specie muliebri, vel potentia Diaboli, quæ dulci cantu decipiunt homines huius sæculi, naufragium non clausis auribus transeuntes, sicut fecit Vlysses.

a & Sirenæ in delubris voluptatis.

Mysticè. *a* Et Sirenæ in delubris voluptatis,] id est, adulatores in domibus Prælatorũ. *Matt.* 11. a. Ecce qui mollibus vestiũtur, in domibus Regum sunt. Ioannes, & Elias vestiti pilis camelorum habitabant in desertis.

Moraliter.

CAP. XIV.

A PRope *b* est, vt *c* veniat tempus eius, *d* & dies eius non *e* elongabuntur. *f* Miserebitur enim Dominus Iacob, *g* & eliget adhuc de Israël, *h* & requiescere cos faciet super humum suam. *i* Adiungetur aduena *k* ad eos, *l* & adhærebit domui Iacob. Et *m* tenebunt eos *n* populi, *o* & adducent *p* eos in *q* locum suum. *r* Et possidebit eos domus Israël. *f* super terram Domini in *t* seruos & ancillas: *u* & erunt *x* capientes eos, qui se ceperant, *y* & subiicient *z* exactores suos. *a* Et erit in die illa, cùm *b* requiẽ dederit tibi Deus *c* à labore tuo, *d* & à concussione tua, *e* & à seruitute dura, *f* qua antè *g* seruisti: *h* sumes parabolam istã contra Regẽ Babylonis, *i* & dices *k* Quomodo cessauit exa-

al. † *faciam.*

EXPOSITIO Cap. XIV.

PRope est, vt veniat, &c.] Versus iste potest esse conclusio oneris prædicti, & quantum ad historiã, & quantum ad mysteriũ, quod innuit quędã *Interlin.* modica. Et secundũ hòc capitulũ incipit *infrà*: Miserebitur enim, &c. Potest etiam esse Principium promissionis, quæ promittitur populo redeunti de captiuitate post euersionem Babylonis literalis, vel mysticæ, id est, hæresis, vel gloriæ mundi, quæ facta fuit in primo aduentu Christi, & plenius fiet in secundo. Et secundùm hoc hic incipit capitulum, & hoc innuit. *Gloss. marginalis*, vbi euersa Babylone promittit Deus collectionem fidelium in Ecclesia futuram. Et notandum, quòd onus Babylonis, de quo actũ est in capitulo præcedenti, adhuc protenditur in partem huius capituli. Sed inter partem oneris præmissam, & eam quæ sequitur, interponit Propheta promissionem Domini de reditu Iudæorum à captiuitate Babylonica. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes. In prima ponitur prophetia de reditu Iudæorum in tertiam suam. In secunda ponitur parabola, siue lamentatio Nabuchodonosor, *ibi*: Quomodo cessauit, &c. In tertia ponitur comminatio solitudinis & vastitatis Babylonis, *ibi*. Et consurgam super eos, &c. Dicit ergo. *b* Prope est, vt veniat tempus eius,] id est captiuitatis & desolationis Babyloniæ, & consolationis Iudæorum. *d* Et dies eius non elongabuntur,] id est, tempus, siue dies, in quo Babylonia destruetur, citò veniet. *f* Miserebitur enim Dominus Iacob,] id est, duarum Tribuum deserta Babylonia, quia primo anno habuerunt licentiam redeundi, vt legitur 1. *Esdræ* 1. a. *g*. Et eliget adhuc de Israël,] id est, de decem Tribubus aliquos, qui redierunt cum Zorobabel, & aliis Ducibus Iuda, vt legitur 1. *Esdræ* 2. *h* Et requiescere eos faciet] vel faciam super humum suam,] id est, in Iudæa dabo eis pacem & prosperitatem post reditum. *i* Adiungetur aduena,] id est, Gentilis. *k* Ad eos,] id est, Iudæos redeuntes. Maximè enim dilecti erant a Gentibus circa Babylonem, quorum multi venerunt cum eis, videntes eos cum magna lætitia & prosperitate redire, cùm essent serui eorum, & alij Gentiles, qui remanebant amplexabantur, & osculabantur eos. Et hoc est, quòd sequitur. *l* Et adhærebit domui Iacob] tenens per vestimentum & dependens ad collum, sicut mos est amicorum à se inuicem discendentium. Vel, Adhærebit domui Iacob,] id est, ibit cum eis in Iuda remansurus.

m Et tenebunt eos,] id est, aduenas gentiles.

n Populi,] id est, Iudæi, qui priùs captiui fuerunt, affectu non captiuitate. *o* Et adducent] scilicet, Iudæi. *p* Eos,] id est, aduenas Gentiles. *q* In locum suum,] id est, in Iudæam secum. *r* Et possidebit eos domus Israël,] id est, Iudæi.

f Super terram Domini,] id est, in terra Iuda, quæ est terra Domini specialiter veneratione cultus. *t* in seruos & ancillas,] ad literam. *u* Et erunt,] Iudæi.

x Capientes eos, qui se ceperant] priùs. *y* Et subiicient] sibi, exactores suos. Hoc fuit impletum tempore Neemiæ, vel tempore Assueri, quia Esther multos capi fecit. *Esther.* 9. Vel tempore Holofernis, *Iudith.* 13. & 14. maximè autem tempore Machabæorum.

a Et erit in die illa) post reditum de captiuitate, & hostium subiectione.

b Cùm requiem dederit tibi Deus) ô Iacob & Israël.

c A labore,) id est, à violentia & molestia, qua tractus es in captiuitatem. *Secunda pars*

d Et à concussione tua) id est, à vexatione, qua more tritici concutiebaris. Vnde *Amos.* 9. c. Concutiam in omnibus Gentibus domum Israël, sicut concutitur triticum in cribro. B

e Et à seruitute dura Chaldæorum. *f* Qua antè seruisti) captiuus in Babylonia. In illa, inquam, die erit hoc, quòd *h* Sumes parabolã istam.) non simplicem historiam, quia mysteriũ habet contra Regem Babylonis. *i* Et dices Quomodo cessauit, &c.) Quomodo admiratiuè ponitur. Et est secunda pars, vbi ponitur lamentatio Nabuchodonosor. Vel ponitur admiratio Iudæorum super destructione Nabuchodonosor & Babyloniæ. Vnde potest esse vox Prophetæ, vel Iudæorum admirantium. Quomodo cessauit exactor tributorum, id est, Nabuchodonosor?

A Quietis *Mysticè.*

Mysticè. *b* propè est) Deo, cui omnia præsentia sunt.

c Vt veniat) tempus incarnationis, tempus miserendi, tempus gratiæ, tempus plenitudinis, tempus acceptabile. *d*. Et dies eius,) id est, iudicij, vel ruinæ hæreticorum. *e* Non elongabuntur.) *Deut.* 32. e. Iuxta est dies perditionis. Vnde quidam Dæmon in obsesso requisitus, quando cecidit, respondit, heri fit quatrem dixit, Mentiris: Et Dæmon ait, Non me intelligis: Si scires æternitatem, totum tempus ab initio mundi reputares quasi vnam horam *f*. Miserebitur enim Dominus Iacob) id est, populi non vitia supplantantis. *g* Et eliget adhuc de Israël, Apostolos Deum videntes, & sequaces eorum.

h Et requiescere eos faciet super humum suam,) id est, Ecclesiam, vel terram viuentium, primò quiete pectoris, & postea quiete æternitatis. Et ideo dicit requiescere, non quiescere, ad notandum duplicem quietem. Et nota, quòd qui eligit, meliora accipit & plura relinquit. Sic Dominus *Matt.* 20. b. Multi sunt vocati, pauci verò electi. *Ioan.* 15. c. Ego vos elegi.

i Adiungetur aduena ad eos,] id est, Gentilis credentibus de Iudæis, vera fide sociabitur. *l* Et adhærebit domui Iacob glutino charitatis. *Ps.* 72. Mihi adhærere Dei bonum est. Et *Ps.* 24. Innocentes & recti adhæserunt mihi.

m Et tenebunt eos,) id est, aduenas venientes ad fidem,

n populi,) Iudæi priùs credentes, vel Apostoli.

o Et adducent eos in locum suum,) id est, in Ecclesiam, eos fide & moribus instruendo.

r Et possidebit eos domus Israël,) id est, Ecclesia sancta.

f Super terram Domini in seruos, &c.) id est, legi Dei obedientes in vtroque sexu.

u Et erunt capientes) vinculis fidei, & retibus prædicationis. *x* Eos, qui se ceperant) id est, sophismatibus deceperant. *y* Et subiicient) seruituti Dei, siue pœnitentiæ.

Exactores suos,] id est, eos, qui omnia causa lucri faciunt.

a Et erit in die illa, cùm requiem dederit tibi Deus) ô Ecclesia. *c* A labore tuo) quo contra hæreticos & Tyrannos, & quoslibet malos pugnasti. *d* Et à concussione tua,] id est, à tentatione Diabolica, qua concutiuntur fideles, vt triticum, *Luc.* 22. c. Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. *e* Et à seruitute dura) falsi dogmatis, vel peccati. *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. *Gregorius*: Quid in hac vita laboriosius, quàm terrenis desideriis æstuare? *Ierem.* 16. c. Seruietis Diis alienis, qui non dabunt vobis requiem. Ab hoc labore & onere liberat Dominus eos, qui ad se fugiunt. *Matth.* 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos. *Apoc.* 14. c. A modo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis.

f Qua ante) conuersionem. *g* Seruisti) mundo, carni, & Diabolo. *h* Sumes parabolam istam contra Regem Babylonis,) id est, contra hæreticum, vel Diabolum, Magistrum erroris, vel confusionis.

i Et dices) admirando. *k* Quomodo cessauit exactor) pœnarum Antichristus, Diabolus, qui exigit vsque ad nouissimũ quadrantem à debitoribus suis, id est, à peccatoribus, qui dicunt. Dimitte nobis debita nostra, &c. *Matthæi* 6. b Et rectè exactor dicitur Diabolus, quia cum improbitate debitum exigit: vel quia non debitum exigit, vel quia pro modico talento plumbi exigit talentum auri, id est, pro modica delectatione temporali pœnam æternam: vel quia à non debitoribus exigit, quia sæpè Iustos iniustè affligit. Vnde 1. *Petr.* 4. d. A domo Dei in-

A *a* Quieuit tributum,) quod exigebat à nobis. Sic solutio quæstionis, vel admirationis, scilicet ; *b* Contriuit Dominus.) per Medos, & Persas. *c* Baculum impiorum,) id est, Nabuchodonosor, per quem Dominus baculauit impios, *d* Virgam Dominantium) insanabiliter, id est, Nabuchodonosor, de qua *suprà*,10.b. Virga furoris mei Assur, *e* Cædentem populos] multos, sed Iudæos maximè. *f* In indignatione] sua, vel Domini. *g* Plaga insanabili] quantum in se fuit, quia nunquam voluit eos liberari : vel quia multos occidit. *h* Subiicientem in furore.] suo Gẽtes libidine dominandi.

sunt, quas gignit propria conscientia, vel suppliciorum materia, quæ ex propriis peccatis nascitur. Sicut enim quamdiu humor est in cadauere, vermes nascuntur ex putredine, sic ex ipsa materia peccatorum supplicia gignuntur. Et est argumentum, quòd si esset aliquis in inferno sine peccato, nullam pœnam sentiret.

a quieuit tributum ? *b* Contriuit Dominus *c* baculum impiorum *d* virgam Dominantium *e* cædentem populos in *f* indignatione *g* plaga insanabili *h* subiicientem in *i* furore Gentes ; *k* persequentem crudeliter, *l* Conquieuit *m* & siluit *n* omnis terra, *o* gauisa est *p* & † exultabit, *q* abietes quoque *r* lætatæ sunt super te ; & *f* & cedri Libani. *t* Ex quo dormisti, *u* non ascendit, *x* qui succidat *y* nos. *z* Infernus † *a* subtus *b* conturbatus est in *c* occursum aduentus tui : † *d* suscitabit tibi Gigantes. *f* Omnes Principes terræ *g* surrexerunt de solus suis, *h* omnes Principes nationum. *i* Vniuersi respondebunt, *k* & dicent tibi : *l* Et tu *m* vulneratus es, *n* sicut & nos : *o* nostri similis effectus es. † *p* Detracta est ad inferos superbia tua : concidit *q* cadauer tuum. *r* Subter te sternetur tinea, *f* & operimentũ tuum erunt vermes.

al. † exultauit.

Δ Quomo-Θ cipit iudicium. Et *Ezec.*9. c. A te sanctuario meo incipite. Pro diuersitate enim peccati disponitur ordo iudicij, vt qui minus deliquerunt, antè purgentur. Nouissima autẽ omniũ inimica mors destruetur, id est, Diabolus, 1. *Cor.* 15.d.

al. † subter *Myftic.*

al. † suscitauit.

al. † deiecta.

C *k* Persequentem crudeliter] non zelo iustitiæ, sed libidine vindictæ, vel dominandi. Deindè ostendit lætitiam omnium populorum de confractione & contritione Nabuchodonosor. *l*. Conquieuit) à labore & tributo. *m* Et siluit) à fletu & gemitu. *n* Omnis terra) quæ seditione plena erat, regnante Nabuchodonosor. *o* Gauisa est) in morte Nabuchodonosor, corde. *p* Et exultabit,) corpore. *q* Abietes quoque,) id est, nobiles & potentes ab eo oppressi. *r* Lætatæ sunt super te,) id est, super contritione tua, ô Nabuchodonosor. *f* Et cedri Libani,) id est, Principes diuersarum Gentium ab illo afflicti : vel filij eorum, quorum patres interfecit, lætati sunt dicentes. *t* Ex quo dormisti) somno mortis vtriusque : quia, vt dicit *Gloss.* mors mortis dicitur hic dormitio, alibi autem, vel rarò, vel nunquam dicitur mors impiorum dormitio, sed bonorum tantùm. Vnde *Psal.*126. Cùm dederit dilectis suis somnum. Et *Cant.*5.a. Ego dormio, &c. *Et Ioan.*11.b. Lazarus amicus noster dormit. *Actuum* 7.g. de Beato Stephano Obdormiuit in Domino. *u* Non ascendit) in regnum *x*. Qui succidat,) id est, occidat. *y* Nos) quia satellites & regnum eius cum eo corruerunt. Nec solùm terra gauisa est de morte Nabuchodonosor : vnde subdit.

z Infernus,) id est, habitatores inferni, vel Diabolus, qui præpositus est inferni.

a Subtus,) quia sub terra est, vt dicit *Gloss Haymonis.*

b Conturbatus est,) id est, commotus cum gaudio surgẽs, *c* In occursum aduentus tui,) ô Nabuchodonosor. *Haym.* Si hæc non sunt facta, fieri tamen potuerunt. Vnde innuit, quod Propheta hic loquitur hyperbolicè. *Gloss. Ieron.* Infernus in quo visus est diues à Lazaro, *Luc.*16. f. Vndè Dominus vinctos suos eruit. *Zach.* 9. c. Et vinctum diabolum dimisit. Sed contra. Diues erat in inferno damnatorum, vnde nullum eduxit Dominus : sed tantùm de limbo, vbi erant Iusti expectantes Dominum. Solut. Aliquando sumitur largè infernus, vt comprehendat etiam Limbum. *Genes.*37.g. Descendam ad filium meum lugens in infernum : & sic accipitur hic *in Gloss* Aliquando strictè, pro solo inferno damnatorum : & sic accipitur in *Luca.*

d Suscitabit tibi] ô Nabuchodonosor infernus.

e Gigantes, id est, terrenos Principes, quos oppressisti, vt occurrant tibi in decisionem & contemptum.

f Omnes Principes terræ] quos interfecisti, id est, animæ eorum consolatæ in morte & in pœna tua *g* Surrexerunt de soliis suis,] id est, de locis pœnarum suarum.

h Omnes Principes nationum,] quos afflixisti.

i Vniuersi respondebunt tibi insultando pro eo, quòd oppressisti eos.

k Et dicent tibi,] ô Nabuchodonosor. *l* Et tu vulneratus es) morte gemina. *n* Sicut & nos] quos occidisti corporaliter. *o* Nostri similis effectus es] in pœna, vel in morte, qui te quasi Deum supra homines adorari faciebas.

p Detracta est ad inferos superbia tua,] id est, tu propter superbiam tuam, qua subiectis Gentibus lætabaris,

q Concidit cadauer tuum,] id est, corpus tuum in mortem, *r* Subter te sternetur tinea) qui super Regum pectora recumbebas. *f* Et operimentũ tuum erunt vermes) qui priùs habebas coopertoria auro & gemmis & serico decorata, q.d. in carne tua & super & subter erunt vermes, quæ modò tantis delicijs nutritur. Vult etiã per hæc Propheta qualitatem pœnæ æternæ monstrare. Vnde *Gl. Ier.* Putredo, tinea, & operimentum vermium, pœnæ æternæ

a Quieuit) aliquantulum tributum peccati. *Zach.*9. b. Non transibit per eos vltrà exactor.

b Contriuit Dominus baculum impiorum.] id est, Diabolum, vel Antichristum. *c* Cædentem populos,] qui non volunt sustinere leue iugum Domini. *d* Virgam dominantium, id est, Diabolum, vel Antichristum, per quem, quasi per baculum, flagellat Dominus impios & superbos iugiter in inferno, & quotidie in peccatis suggerendo, & insidiando, *f* In indignatione] sua, vel Domini, qui vult occidere, non corrigere.

g Plaga insanabili,) id est, morte æterna. *h* Subiicientem) sibi, vel peccato. *i* In furore suo Gentes,) id est, gentiliter viuentes. *k* Persequentem crudeliter,) omnes, seu præcipuè iustos ad subuertendum, & quia gaudet in pœnis bonorum. Vnde *Ieron. infrà in quadam Gloss.* Omnis Diaboli pœna requies est per contrarium, id est, verba, quæ significant requiem, dicta de Diabolo sonant in pœnam per contrarium. *l* Conquieuit,) id est, mente & corpore quieuit à peccato. *m* Et siluit) a malo verbo. *n* Omnis terra,) id est, Ecclesia à stabilitate & fertilitate sic dicta. *Eccl.*1. a Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternũ stat. *Zach.*1. c. Omnia terra habitabitur & quiescet. *o* Gauisa est corde in eius damnatione. *p* Et exultabit corpore) in Domini virtute. *Ps.*57 Lætabitur Iustus, cùm viderit vindictam. *Prouerbior.*11. b. In perditione impiorum erit laudatio. *Iob.*22. c. Videbunt Iusti, & lætabuntur : & innocens subsannabit eos. *q* Abietes quoque) id est, peccatores infructuosi. *r* Lætatæ sunt super te) id est, super pœna tua, ô Diabole, vel Antichriste. *f* Et cedri Libani,) id est, Principes sæculi, de quibus *Ps* 28. Conteret Dominus cedros Libani Vel viri sancti. De quibus *Ps.*79 Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei. *t* Ex quo dormisti,) victus in Cruce. *u* Non ascendit, qui succidat nos,) id est, occidat Victo enim forti, & eius vasis direptis satellites corruerunt. Vnde *Matt.*25. d. Ite maledicti, in ignem æternum, &c. *z* Infernus subtus,) id est, Diabolus, qui præest inferis, vel habitatores eius. *b* Conturbatus est) id est, in amaritudinem versus. *c* In occursum aduentus tui) ad eos. *d* Suscitauit sibi Gigantes,) id est, terrenos Principes. *f* Omnes Principes terræ surrexerunt de soliis suis) quasi consolati in pœnis eius : quia, vt dicit *Gloss Ieron.* Solatium est malorum, habere socios pœnarum. *h* Et omnes Principes nationum respondebunt tibi) insultando dicentes.

l Et tu,) qui immortalis & Deus videbaris.

m Vulneratus es,) id est, in inferno deiectus. *n* Sicut & nos, *o* nostri similis effectus es,) in pœnis. Vel vulneratus fuit Diabolus per mortem Christi, quia eius potentia fuit diminuta, & malitia religata. Vnde *Ps.*88. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum. *p* Deiecta est ad inferos superbia tua,) id est, tu propter superbiam tuam, & omnes superbi ibidem erunt propter superbiam. *q* Concidit cadauer tuum,) id est, corpus peccatis mortuum.

r Subter te sternetur tinea,) id est, pœna gehennæ pro cultura. *f* Et operimentum tuum erunt vermes conscientiæ, *infrà vlt.* g. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Hæc est pœna continua omnium malorum *Iob.*21. c. Simul in puluere dormient, & operient eos vermes. *Eccl.*10. b. Cùm morietur homo, hæreditabit serpentes & bestias & vermes *Eccl.*19. a Putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum maius. *Iudith. vltim* c. Dabit ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur vsque in sempiternum.

Θ *a* Quomodo

A *a* Quomodo cecidisti de cœlo) id est, de solio potentiæ tuæ *c* Lucifer) id est, ô Nabuchodonosor aliis Regibus gloriosior, sicut lucifer aliis stellis est splendidior.

d Qui mane oriebaris,) id est, in principio regni tui, quasi Lucifer in mane splendidus apparuisti; sed non

24. q. 3. c. quia vers. Luciferandi ni.

fuit consummata gloria eius, quod notat Propheta per præteritum imperfectum.

D

e Corruisti in terram) mortuus.

al. † Dei.

f Qui vulnerabas, Gentes) id est opprimebas, *Septuaginta* dicunt: Contritus est in terra, qui mittebat ad omnes Gentes. *g*

a Quomodo cecidisti de *b* cœlo *c* Lucifer, qui *d* mane oriebaris? *e* Corruisti in terram *f* qui vulnerabas Gentes: *g* qui dicebas in *h* corde tuo: *i* In cœlum conscendam: *k* super astra † cœli *l* exaltabo solium meum: *m* sedebo in monte testamenti in *n* lateribus Aquilonis. *o* Ascendam super altitudinem nubium: similis *p* ero Altissimo. *q* Veruntamen ad infernum *r* detraheris in profundum laci. *s* Qui te viderint, *t* ad te inclinabuntur, *u* téque prospicient. *x* Nunquid iste est vir, *y* qui conturbauit terram, *z* qui concussit regna, *a* qui posuit orbem desertum, *b* & vrbes eius *c* destruxit, *d* vinctis eius non *e* aperuit carcerem?

Qui dicebas in corde tuo) ante casum tuum. *i* In cœlum conscendam) id est, in regnum Iudæorum. *k* Super astra cœli exaltabo solium meum) id est, super Iudæos, qui vt astra cœli Dei cognitione fulgebant: quia cœlestia secreta aliis celata, eis erant reuelata, quasi dicat iactanter Nabuchodonosor: Cùm subiugo mihi omnes alias Gentes, subiugabo mihi Iudæos: quod & ita fecit: quia aliis Gentibus captiuatis, Iudæos captiuauit. Vel præ nimia superbia excæcatus dicebat in corde suo. Cùm subiecero mihi terram quid restat, nisi vt cœlum conscendam, & sim Deus? ita exponit *Haymo*.

m Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis,) id est in monte Sion, vbi est templum, in quo est arca & tabula testamenti. Et ad literam Ierusalem sita erat in latere montis ex parte Aquilonis.

o Ascendam super altitudinem nubium) id est, Scribarum & Pharisæorum, vel Prophetarum.

p Similis ero Altissimo) id est, habebo, Prophetas sicut ille: vel Altissimo illorum similis ero in scientia, ita dicebat Nabuchodonosor. Et respondet Propheta *q* Veruntamen ad inferna detraheris) id est, ad vltimum à tanta altitudine. Et non solùm in infernum, sed.

r In profundum laci) id est, in pœnas infimas & pessimas. Quantò enim gradus altior, tantò casus grauior, dicit *Haymo*. *Abdias*. 1. b. Si inter sidera posueris, nidum tuum, inde detraham te. *s* Qui te viderint) in pœnis.

t Ad te inclinabuntur) mentis intuitu, aspicientes te deorsum in profundo inferni: quia sicut fuit in nequitiis superior, sic erit in pœnis inferni inferior, & deiectior. *u* Téque prospicient) id est, procul aspicient, quasi dicat, ita eris in profundissimo inferni, quòd alij non poterunt te videre, nisi inclinent se dicentes.

x Nunquid iste est vir,) non Deus, vt putabat, dicens: Similis ero Altissimo. *y* Qui conturbauit terram) bellis & oppressionibus. *z* Qui concussit regna) multa sibi subiugando, & eorum Reges occidendo. *a* Qui posuit orbem desertum) pro magna parte. *b* Et vrbes eius destruxit) omnino subuertendo.

d Vinctis eius) id est, de toto ferè orbe collectis.

e Non aperuit) Nabuchodonosor carcerem, in quo notatur, vt dicit *Haymo*, immensa eius crudelitas, qui non modò catenis onerabat captiuos, vt dimitteret sic

Δ ire per

Myst.

⊖ *a* Quomodo cecidisti, Lucifer) in exordio mundi creatus inter alios Angelos gloriosus. Vnde *Ezech*. 28. c. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.

b De cœlo) Empyreo.

d Qui mane oriebaris) & modò occidisti.

e Corruisti in terram) id est, sub terra in infernum.

f Qui vulnerabas Gentes) per te & per tuos. *Apocal*. 12. b. Proiectus est Draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem, & proiectus est in terram, & Angeli eius missi sunt cum illo.

g Qui dicebas) ante casum.

h In corde tuo, in cœlum conscendam ad Dei æqualitatem. *k* Super astra cœli) id est, super Angelos, qui steterunt. De quibus *Iob*. 38. a. Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei.

l Exaltabo solium meum) quasi dicat, ero Rex eorum.

m Sedebo in monte testamenti) id est, in Ecclesia. De quo *Matth*. 5. b. Non potest abscondi ciuitas supra montem posita.

n In lateribus Aquilonis) id est, in frigido gelicidio iniquitatis, aut infidelitatis. Vnde *Ierem*. 1. c. Ab Aquilone panditur omne malum, *infr*. 43. a. Dicam: Aquiloni da,

id est, euome, quos absorbuisti, id est, redde captiuos.

o Ascendam super altitudinem nubium,) id est, super corda Electorum, & maximè Prædicatorum. De quibus *sup*. 5. b. Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem: Iudas nubes fuit cum aliis Apostolis: sed vitio

suo Diabolũ ascensoré accepit: & factus est nubes sine aqua. De quibus dicitur in Canonica *Iudæ*. d. Nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur.

p Similis ero Altissimo) id est, vt sicut ille, Prophetas & Apostolos habeã. Hi sunt Pseudo-prophetæ, & falsi Apostoli, qui transfigurant se in Apostolos Christi, qui lolium superseminant, Prælatis dormientibus, & nolentibus resistere. vt dicit *Ieronymus*. Vnde *Matthæi* 13. c. Simile factum est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo: Cùm autem dormirent homines, id est, Prælato humum sapientes, venit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici.

q Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci. Vndè *Ezech*. 28. d. Peccasti, & eieci te de monte sancto Dei, & perdidi te, ô Cherub. Hæc omnia dicunt Electi admirantes, quòd ita fracta sit potentia Diaboli in aduentu Christi. Nam videntes, quòd priùs in pace possidebat totum mundum, tanquam fortis armatus custodiens atrium suum, non putabant eum vnquam frangendum, Luc. 11. c. nunc autem audientes, quòd fortior eo superuenit, & spolia eius distribuit, admirando & gaudendo dicunt hæc.

s Qui te viderint] in pœnis cordis intuitu.

t Ad te inclinabuntur] id est, humiliabuntur.

u Teque prospicient] in profundo pœnarum, quasi dicat, ad considerationem superbiæ & ruinæ tuæ erudientur & humiliabuntur. *Prou*. 19. d. Pestilente flagellato stultus sapientior erit. 2. *Pet*. 2. a. Si Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari, &c.

x Nunquid iste est vir] non Deus, vt ipse mentitus est, dicens: Et ero similis Altissimo: Vir, siue homo dicitur diabolus ab euentu, quia hominem deuicit. *Matth*. 13. d. Inimicus homo hoc fecit.

y Qui conturbauit terram] viuentium, dicens: Ero similis Altissimo. Vel terrenos, quibus dicitur: Terra es, & in terram ibis, *Gen*. 3. d. Vel Ecclesiam, quam conturbare non cessat, contentiones & lites & discordias in Capitulis & in electionibus concitando. *Matth*. 13. c. Inimicus homo superseminauit zizania.

z Qui concussit regna] id est, corda Iustorum se & alios bene regentium, de quibus dicitur *Prou*. 21. a. Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini. *Sap*. 3. a. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Et nota, quòd dixit, concussit, non subruit, vel subuertit: quia Dominus Iustos concuti permittit ad probationem & profectum virtutum; sed non subrui, vel subuerti. *Luc*. 22. c. Ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum, *Psal*. 72. Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei.

a Qui posuit desertum orbem] id est totum mundum fecit habitationem bestiarum, id est, Dæmonum & vitiorum, fugatis virtutibus & sanctis viris.

b Et vrbes eius] id est, Ecclesias. *c* Destruxit] vel subuertit, vt speluncas latronum & Synagogas diaboli faceret. *Matt*. 21. b. Domus mea, domus orationis vocabitur: vos tamen fecistis illam speluncam latronum. *Canon*. 2. c. Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. *d* Vinctis eius) id est, peccatoribus vinculis peccatorum suorum constrictis.

e Non aperuit carcerem] limbi, vel peccati. De quibus dicit Dominus *infr*. 49. Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas, & diceres his, qui vincti sunt, exite: & his, qui in tenebris reuelamini. Et *Psal*. 115. Dirupisti, Domine, vincula mea. Et *Psal*. 145. Dominus soluit compeditos. Soluunt etiam Apostoli & Prælati ministerio officij, sermone Domini, testimonio Scripturarum, & exhortatione. Vnde *Matt*. 18. c. Quæcunque solueritis super terram, soluta erunt & in cœlis.

A ire per ciuitatem secundùm morem Orientalium; sed in tenebroso carcere includebat, vt nec etiam Euilmeradath filio suo aperiret. *a* Omnes Reges Gentium, vniuersi dormierunt in gloria vnusquisque in domo sua) quasi dicat, omnes alij Reges sepulti sunt honorificè in gloriosis sepul-

E

a Omnes Reges Gentium *b* vniuersi dormierunt in *c* gloria, † vnusquisque in *d* domo sua: *e* tu autē *f* proiectus es de sepulchro tuo, quasi *g* stirps inutilis, † sicut saniē *h* pollutus *i* & obuolutus *k* cū his, qui interfecti sunt gladio, *l* & descenderūt *m* ad fundamēta laci. *n* Quasi cadauer putridū non *o* habebis consortium. *p* neque cum eis in sepultura, *q* Tu enim terrā tuā *r* disperdidisti: *s* tu populū tuū occidisti. *t* Nō vocabitur in æternū *u* semē pessimorū. *x* Præparate *y* filios eius *z* occisioni in *a* iniquitate patrū eorū.

al. † vir.

al. † non habet † sicut saniē.

chris, vt Reges & nullus extractus fuit de sepulchro suo. *e* Tu autem proiectus es de sepulchro tuo.) à proprio filio. *g* Quasi stirps inutilis) solo incendio dignus, qui in radice nascēs arborū, affert sterilitatem. *h* Sicut saniē pollutus) id est, sanguine occisorū. Vel, sicut saniē pollutus, dicit, quia non est permissus in sepulchro suo, donec putrefactus esset, sed adhuc saniē defluente extractus est de sepulchro. Dicunt enim Hebræi, & etiam tangitur *Daniel.* 4. f. quòd Nabuchodonosor propter superbiam suam, eiectus est à regno à Domino, & per septem annos ita sensu priuatus est, quòd videbatur ei, quòd esset brutum animal, in prima parte bos, in media equus, in vltima leo. In quibus septem annis regnauit Euilmeradath filius eius, qui nimis crudelis fuit populo. Vnde Nabuchodonosor restituto in regno suo, accusatus est erga eum Euilmeradath, qui ipsum posuit in carcerem cum Ioachim. Mortuo verò Nabuchodonosor regnauit Euilmeradath: & timens, quòd pater suus iterum rediret ad regnum, de consilio Ioachim extraxit corpus Nabuchodonosor de sepulchro, & diuisit corpus eius trecentis vulturibus, cuique tribuens portionem suam, & postea permisit eos auolare, dicens: Non redibit pater meus in regnum suum, donec istæ aues simul fuerint congregatæ. Et hoc tangitur hic. Dicunt tamen quidam, quòd hic, Sicut saniē pollutus, non est textus, sed *Interlin.* Vbi enim nos habemus, quasi stirps inutilis, transtulit Aquila, sicut saniē polluta.

i Et obuolutus cum his, qui interfecti sunt gladio) id est, sicut interfecti sepeliuntur cum vestibus sanguinolentis, ita & tu. Et in hoc notat, quòd diuisum fuit corpus eius.

l Et descenderunt) qui sunt interfecti gladio.

m Ad fundamenta laci) id est, ad fundum inferni, De quo dicitur: *Ps.* 87. Posuerunt me in lacu inferiori. Et *Psal.* 27. Assimilabor descendentibus in lacum. Sed tu.

n Quasi cadauer putridum) quod omnes abominantur, & fugiunt.

o Non habebis consortium) in inferno, quia inferiùs eris.

p Neque cum eis in sepultura) id est, non eris socius eis in sepultura. quos occidisti, quasi dicat, sepultis omnibus, quos occidisti, tu solus insepultus abiicieris. *Haymo*: Vel si omnes animæ requiem quandoque accipiant, tu nunquam accipies. Vbi videtur innuere, quòd animæ in inferno aliquando requiescant a pœna, sicut dicunt vetulæ de illis qui sunt in purgatorio, quòd a nona Sabbati vsque ad secundam feriam requiescunt. Sed *Haymo* loquitur per hypothesim

q Tu enim terram tuam disperdidisti) non tantùm alienam quasi dicat ita fiet, & meritò, quia superbiâ tuâ regnum tuū destruetur. *s* Tu populum tuum occidisti) nimis opprimendo. *t* Non vocabitur in æternum) id est, nunquam reuocabitur in statum pristinum Nabuchodonosor, licèt semel fuerit reuocatus: Vel regnum eius nunquam reuocabitur in pristinum statum, quasi dicat, potentia eius & regnum eius omnino perit sine reparatione: Quia.

u Semen pessimorum) est, vel semen pessimum, secundum *Septuaginta. Haymo.* Non quòd semen per se malum sit. Deus enim fecit omnia bona; sed ab his, qui voluntate sunt pessimi, ortum est semen malum, quod voluntate fit, non natura. Vnde dicitur, *Dan.* 13. f. Semen Chanaam & non Iuda, species decepit te.

x Præparate filios, & cætera.) Hucvsque fuit sermo & insultatio occisorum, qui sunt in inferno insultantium Nabuchodonosor, nunc est vox Prophetæ loquentis ad Persas & Medos, qui Balthasar occiderunt, vel ad homines de regno Nabuchodonosor. Dicit ergo. Præparate, id est, præparatos ictitore.

y Filios eius) id est, Nabuchodonosor. *z* Occisioni in iniquitate patrū eorū (scilicet, Nabuchodonosor & Euilmeradath, propter quorū peccata, quæ imitatus est Balthasar, occisus est. *Septuaginta.* Semē pessimū præpara filios tuos occisioni in peccatis patris tui. Et videtur dirigi sermo

A ad Euilmera

a Omnes Reges Gentium] id est, sancti Prælati, quibus Deus Gentes credidit gubernandas, qui se benè regunt, & subditos. *b* Vniuersi dormierunt,] id est, post somnum suum quieuerunt. *c.* In gloria] cœlesti. *d* Vnusquisque in domo sua,] id est, in mansione, quam benè viuendo parauit. Apud Patrem enim mansiones multæ sunt: quia pro varietate meritorum est varietas mansionum. *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. *Eccl.* 44. c. Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt, quantò magis corda? *Myst.*

e Tu autem] ô Diabole, cum membris tuis.

f Proiectus es de sepulchro tuo;] id est, de cœlo Empyreo in infernum: de gloria in miseriam: de requie in laborem: de refrigerio.

g Quasi inutilis] id est, nulli bono idoneus, nisi incendio sempiterno. *Sapien.* 4. à Magdalena impiorum multitudo non erit vtilis.

h Pollutus & obuolutus.] Pollutus peccatorum magnitudines obuolutus peccatorum multitudine.

k Cum his, qui interfecti sunt) spiritualiter. *k* Gladio,) tuo, id est, suggestione tua. *l* Et descenderunt ad fundamenta laci) id est, in profundū inferni. *Mat.* 25. d. Ite, maledicti, in ignem æternum, &c. *Apoc.* 12. c. Proiectus est accusator fratrum nostrorum *Prou.* 14. d. In malitia sua expelletur impius.

n Quasi cadauer putridum) consuetudine peccatorum.

o Non habebis consortium, neque cum eis in sepultura) inferni: quia tu Magister, & illi Discipuli. Et altera quidem est pœna Auctoris, altera Discipuli. *Luc* 12. f. Cui plus committitur, ab eo plus exigitur. *Iob.* 20. a. Si ascenderit vsque in cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent: Vbi est? Sepulchrum malorum duplex est: Vnum viuentium, mundus; alterum mortuorum, infernus. De primo, *infrà* 22. c. Quid tu hic, aut quasi quis hic, quia excidisti tibi hic sepulchrum? De secundo dicitur. *Luc.* 16. f. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Similiter sepulchrum bonorum duplex est: Vnum viuentium, secretum conscientię, alterum defunctorum, requies gloriæ. De primò *Iob.* 3. d. Gaudent vehementer, cùm inuenerint sepulchrum, id est, quietem conscientiæ. De vtroque, *Genes.* 49. d. Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici. Qui non sepelitur in primo sepulchro, non sepelietur in secundo. Hæc est regula, quia qui non habet pacem conscientiæ, non habebit quietem gloriæ.

Duplex est sepulchrum malorum.

Duplex est sepulchrum bonorum.

q Tu enim terram tuam) id est, conscientiam propriam.

r Disperdidisti) id est, diuersimodè perdidisti.

s Tu populum) Domini occidisti, non Deo seruans vllos, sed pœnæ tuæ præparans socios.

t Non vocabitur in æternum) id est, nomen suæ potentiæ non durabit in æternum, vel nunquam reuocabitur ad pristinam dignitatem. Irreuocabilis enim is casus est.

u Semen pessimorum) vel pessimum est, quasi dicat, ideò non vocabitur in æternum: quia ipse est semen pessimorum. Et dicitur Diabolus semen pessimorum, non quia seminetur à pessimis; sed quia in eis ipse seminat zizania vitiorū. Christus autem seminat triticum virtutum. *Matt.* 13. c. Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo, vnde ergo habet zizania? Et ait illis, inimicus homo hoc fecit.

x Præparate filios eius) scilicet, Diaboli, id est, malas cogitationes, mala desideria, mala opera ex Diaboli suggestione nata. *z* Occisioni) id est, pœnæ æternæ.

a In iniquitate patrum eorum) Diaboli, & liberi arbitrij, ei consentienti, ex quo Diabolus generat prædictos filios nequam. *Sapien.* 4. b. Ex enim iniquis omnes filij, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. Vel filij Diaboli sunt imitatores eius, qui præparati sunt occisioni æternæ. *Iob.* 27. c. Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt. *Ieremia* 22. a. Congrega eos quasi gregem ad victimam, &c. *Osea* 9. c. Ephraim deducet ad interfectionem filios suos. *Septuaginta* dicunt. Pro iniquitate patris tui. Quod quidam non intelligentes draconem, qui habitat in mari, quem Hebræi appellant Leuiathan, volunt esse

⊖ patrem

a ad Euilmeradach, vel ad Balthasar. Ferè idem est sensus, sed alia punctatio literæ. a Non consurgêt,) filij Nabuchodonosor in regnû. b Nec hæreditabunt terram) patris sui. Neque implebunt faciem orbis ciuitatis) vel ciuitatum, id est, Babylonis, quæ est orbis ciuitatum, quasi dicat, non multiplicabût filij Nabuchodonosor ciuitates, vt patres eorum. In hoc enim côcordant omnes historiæ quod occiso Balthasar nullus post ipsû de semine Nabuchodonosor regnauit, quia deleta est omnis eius progenies propter iniquitatem patris. Deinde loquens in persona Domini Isaias, ostêdit quare nô consurgent in regnum filij Nabuchodonosor, quia Medi & Persæ, vel Dominus per illos omnino disperdet eos. Et hoc est. d Et consurgam) & ita erit, & pro quia, consurgam in Cyro, & Dario. e Super eos) filios Nabuchodonosor destruendos. f Dicit Dominus exercituum] cui nihil est difficile. Sed quare non dicit Propheta: Et consurgent Cyrus, & Darius super eos? Respondet *Glos. Ier.* Quia non est perfecta hominis victoria, id est, non est in homine, vel ab homine, vt vincat. g Et perdam Babylonis nomen,] vt non vocetur amplius Domina regnorum. h Et reliquias] id est, filios. i Et progeniem id est, nepotes, & pronepotes. k Et germen] vt vltra non pullulent in vrbibus Domini. l Dicit Dominus,] qui non mentitur. & qui potest facere, quod minatur. m Et ponam eam in possessionê hericij, & cæterarum bestiarum. n Et in paludes aquarû] quia tunc redacta est in lacum palustrem, quasi dicat, ideò desolabo eam & redigam in solitudinem, vt non habitent ibi, nisi monstra, & feræ. Postea verò quidam Rex Persarum potentissimus fecit ibi pratum ferarû venabilium concludens ambitum ciuitatis muro, intùs includens diuersa genera ferarum, quod tangit *Glos. Haym.* Nihil est, inquit, in ea, nisi venatio regia, & coctilibus muris, post annos plurimos refectis inclusa, venationem tamen regiam appellant quidam leones, alij vrsos, alij pilosos; sed melius intelligitur, sicut prædiximus. o Et scopabo eam in scopa terens] id est, reliquæ terræ adæquabo domos, & turres planando, ita quod posset scopari ad similitudinem pauimenti, vel scopabo eam in scopa terens, sordes peccatorum auferendo, vt nihil remaneat ibi nisi hericius. p Dicit Dominus exercituum,] id est Angelicarû virtutum. q Iurauit Dominus exercituum) i. firmiter statuit, quasi dicat, his completis, complebitur iuramentum Domini. r Dicens, si non vt putaui] id est, statui, vel decreui, ita erit. f Et quomodo] id est, quemadmodû t Mente tractaui] id est, præordinaui, sic eueniet. Aposiopesis est & suppletur: non amplius credatis mihi, si non fecero hoc, quasi dicat, aliter non potest fieri, supple manente decreto Dei, quia illud contingens erat. x Vt conteram Assyrium) id est, exercitum Sennacherib. y In terra mea) id est, in terra Iuda. z Et in montibus,) id est, in terra Iuda, quæ est montuosa, conculcê, vel conculcabo eum. Quasi per exemplum probat, quòd poterit facere Dominus, quod comminatur Babyloni: quia destruxit Assyrios, qui tot, & tanti erant. Hebræus habet verba præteriti têporis, vbi nos habemus verba futuri, & sic legit. Si non ita fuit, vt ego putaui: & non ita euenit, vt ego venturû tractaui, non credatur mihi super hoc, quod comminor Babyloni. Notandum autem quòd secundùm diuersas *Gloss.* diuersimodè legitur hæc litera, & punctatur. Secundùm *Glos. Ier.* ibi incipit onus Assyriorû. Iurauit Dominus, &c. Vnde dicit: Hucvsque de Babylone, & Regibus eius, & populis, nunc de Sennacherib, & quæ imminebant super Assyrios, qui Samariam Iudæámque vastauerunt, præter Ierusalem, & in superbiam contra Dominum elati, vnde vna nocte centum octoginta quinque millia de eis ab Angelo sunt percussa Et hoc in terra Iuda, & in montibus eius, vt Dominus prædixerat. Secundùm hoc sic lege literam. q Iurauit Dominus exercituum,) id est, firmiter statuit. r Dicens, si non vt putaui, ita erit, & quomodo mente tractaui, sic eueniet, de cætero non credatur mihi, sc. vt conteram Assyrium, quasi hoc tractaui, & hoc eueniet, vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus conculcem eû Sicut expositû est secundum aliam Glossam, de onere Babylonis vsque ibi: Sic eueniet: Et ibi terminatur Aposiopesis, vt dicit *Interl.* Et postea incipit onus Assyriorum Et tunc est ibi Et conteram, sicut dicit alia *Interl.* & tunc est litera plana secundùm hoc Vel posset litera sic distingui. q Iurauit Dominus exercituû dicens, si non vt putaui, ita erit de Babylone, vt disposui. f Et) etiam, quomodo mente tractaui, de Assyriis. u Sic eueniet,) scil. vt conteram Assyriû, id est, Sennacherib, & exercitum eius. y In terra mea, & in montibus,) id est, in terra montuosa: conculcem eum. Et secundùm hoc ibi incipit onus Assyriorum: Et quomodo mente tractaui, &c. Ferè omnes lectiones ad eundem sensum referuntur.

inf.37.g.

a Non consurgent, b nec hæreditabunt terram, c neque implebût faciem orbis † ciuitatis. Et d côsurgam e super eos, dicit Dominus f exercituum: g & perdam Babylonis nomen, h & reliquias, i & progeniem, k & germen, l dicit Dominus: m Et ponam eam in possessionem hericij, n & in paludes aquarû, o & scopabo eam in scopa terens, dicit p Dñs exercituum. q Iurauit Dominus exercituû r dicens: Si non vt putaui, ita erit, f & quomodo t mête tractaui, sic u eueniet; x vt conteram Assyrium in y terra mea, z & in montibus meis conculcem eum,

Al. † ciuitatum.

E

a Et au- *Mysticè.*

e patrem Diaboli, secundùm illud *Ioan.* 8. f. Mendax est & pater eius. Ipsi intelligunt, eius, id est, mendacis & debent intelligere, eius, id est mendacij a non consurgent, de morte ad vitam, de poena ad gloriam, de peccato ad premium. b Nec hæreditabunt terram Sanctorum, de qua dicitur *inf.* 26. b. In terra Sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Domini. c Neque implebunt faciem orbis) vel vrbis ciuitatis, id est, mundi, quæ est ciuitas non pro ciuiû vnitate, sed pro habitantium multiplicitate. Mens enim & conscientia cuiuslibet ciuitas est, de qua dicitur *Ps.* 126. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, &c. d Et consurgam super eos) id est, super Diabolum & filios eius. f Dicit Dominus exercituum) cui nihil impossibile. g Et perdam Babylonis nomen) id est, mundi, vel peccati nominationem. *Eph.* 5. a. Fornicatio, & omnis immunditia non nominetur in vobis.

h Et reliquias,) id est, mundanos mores, & gestus sæculares.

i Et progeniem, & germen] Babylonis, id est, opus malum, & voluntatem. Contra claustrales etiam, qui volunt nominari nominibus dignitatum, quas in sæculo habuerunt: & ad ea, quæ reliquerunt cogitationes reflectunt, & inde sæpè loquuntur, & de parentela, & suis operibus gloriantur.

g Perdam) inquit, Babylonis nomen, id est, dignitatis in sæculo habitæ nominationem. *Osea* 2. d. Auferam de ore eius nomina Baalim. *Zach.* 13. a. Disperdam nomina idolorum de terra *Ezech.* 16. a. In die ortus tui, in religionem, non est præcisus vmbilicus tuus, id est, generis nobilitas, quæ toties nominatur.

h Et reliquias) id est, diuitias in sæculo derelictas.

i Et progeniem,] id est, parentes, & nepotes.

k Et germen,] id est, redditus, qui quolibet anno germinant. *Iob.* 18. d. Non erit semen eius, neque progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.

l Dicit Dominus] qui potest facere.

m Et ponam eam in possessionem Hericij,] id est, in punctionem auaritiæ.

n Et in paludes aquarum) quasi in sordes luxuriæ, quasi dicat, habitatores huius mundi erunt auari pungitiui, id est, luxuriosi, immundi. His enim duobus vitiis maxima pars mundi occupatur. *Prou.* 30. b Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes: affer, affer. *Ieron.* Cùm viderimus aliquem diuitiarum demersum luto, vel vt Septuaginta interpretati sunt, bararro, hoc est profunda voragine, & cænosa palude circumdari, non dubitemus eum appellari habitatorem Babylonis.

o Et scopabo eam in scopa terens] id est, in fine mundi mundabo eam igne purgatorio, qui malos auferet, & bonos purgabit. De quo dicit *Ps.* 49. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. *Luc.* 3. d. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam.

p Dicit Dominus exercituum,] cui credendum est, & qui timendus est.

q Iurauit Dominus exercituum, dicens: Si non vt putaui, ita erit: & quomodo mente tractaui, sic eueniet,] quasi dicat, sic fiet, vt disposui.

x Vt conteram Assyrium) id est, superbum Diabolum, & membra eius. y In terra mea) id est, in Ecclesia. z Et in montibus meis conculcem eum) id est, in sanctis, & excelsis Prædicatoribus, & quibus dicitur *Luc.* 9. a. Dedit illis virtutem, & potestatem super omnia Dæmonia. *Ezech.* 39. a. Super montes Israël cades tu Rex, scilicet, & omnia agmina tua. *Apoc.* 14. d. Calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frænos equorum. *Iudic.* 5. c. Conculca, anima mea robustos. Et nota: in terra conteritur Diabolus, id est, in bonis actiuis. In montibus conculcatur, id est, in contemplatiuis.

e a Et

a & auferetur ab eis b iugum
eius, c & onus illius d ab humero
eorum e tolletur, f Hoc consi-
lium, quod cogitaui g super om-
nem terram, h & hæc est manus
extenta i super vniuersas Gentes.
k Dominus enim exercituum de-
creuit, l & quis poterit infirmare?
m Et manus eius n extenta, o &
quis auertet eam? p In anno,
G quo mortuus est Rex Achaz, q
factum est onus istud. r Ne læte-
ris, Philistæa, omnis tu, quoniam
s comminuta est virga percusso-
ris tui. t De radice enim colubri u
egredietur regulus, x & semen
eius y absorbens volucrem. z Et
pascentur a primogeniti paupe-
rum, b & pauperes c fiducialiter d
requiescent, e & interire faciam
in fame f radicem tuam, g & re-
liquias tuas h interficiam. i Vlula
porta, k clama ciuitas. l pro-
strata est Philisthæa omnis. m
Ab Aquilone enim n fumus

▲ a Et auferetur ab eis,] i. à Iudæis. b Iugum eius,] i. Sennacherib. c Et onus illius] i. grauis afflictio Assyriorum. d Ab humero eorum] i. Iudæorum. e Tolletur] vt non seruiant eis amplius. f Hoc consilium, quod cogitaui] ibi. Si non vt potaui, &c. g Super omnem terram] Assyriorum, vel omnium qui subiecti sunt Sennacherib, qui tunc erat Monarcha Orientis. h Et hæc est manus extenta super vniuersas Gentes,] q. d. Propheta, modò Sennacherib subiugat sibi omnes Gentes, sed citò terminabitur eius potestas. k Dominus enim exercituum decreuit, & quis poterit infirmare] decretum eius? q. d. nullus. m Et manus eius,] i. Domini. n Extenta] ad percutiendũ Sennacherib. o Et quis auertet eã] Nemo. Vel aliter secundùm *Gl.* f. Hoc est consilium, quod cogitaui] de Assyriis & Chaldæis destruendis. g Super omnem terram,] i. ad protegendum & consolandum omnem terram, quam ipsi desolabant, & turbabant. h Hæc est manus mea extenta super vniuersas Gentes, id est, ad protegendum omnes Gentes, quas ipsi diripiebant. Et hoc ita erit. k Dominus enim exercituum decreuit, & quis poterit infirmare] q. d. nullus. m Et manus eius,] id est, Domini. n Extenta] ad percutiendum Chaldæos, & Assyrios. o Et quis auertet eam?] Nemo. p In anno, &c.] Duo onera præmisit Propheta, vnum Babyloniorum, alterum Assyriorum in consolationem Iudæorum, quia illi principaliter Iudæos captiuauerunt. Nã Assyrij decem Tribus, Babylonij duas. De cætero prædicat onera aliarum Gentium, quæ non impugnauerunt principaliter populum Dei; sed hostes ipsius fuerunt, vt dicitur de Idumæis, qui interfuerant euersioni Ierusalem. Lætabantur etiam Gentes de destructione Ierusalem, & Iudæorum, & ideò contra eos inuehitur Propheta. Primò contra Philisthæos, qui captiuati sunt ex parte Sennacherib, quando post vastationem decem Tribuum vastauit Iudæam totam præter Ierusalem, postea omnino captiuati sunt à Chaldæis. Præmissa vidit Isaias sub Ozia Ioathan, & Achaz: quæ sequuntur vidit sub Ezechia, sub quo plurimas habit visiones, & reuelationes, cùm pauca videret sub Achaz mentis eius impedimentibus. Nam propter peccata Principum claudit Deus ora Prophetarum. Mandat enim nubibus suis, ne pluant super nefandam terram imbrem suum. Comminatur ergo Propheta Philisthæis exultantibus de morte Achaz, dicens, quòd Ezechias filius eius multò magis affliget eos. Et hoc est, In anno, quo mortuus est Rex Achaz, impius, q Factum est onus istud,] id est, visio huius oneris onerosa Prophetæ, quæ regnante impio non poterat fieri. r Ne læteris Philistæa omnis tu,] de morte Achaz, id est, nulla de quinque prouinciis tuis lætetur. Tu discretiuè ponitur, q. d. quæcunque alia Gens lætetur, tu ne læteris inde. s Quoniam comminuta est virga percussoris tui,] id est, de hoc, quòd Achaz percussor tuus mortuus est. t De radice enim colubri,] id est, de stirpe Achaz, qui Philisthæos momordit, sed non absorbuit. u Egredietur regulus] i. Ezechias, qui erit vobis, vt regulus, siue Basiliscus Rex serpentum, quia nocentior est omni serpente: quia serpens tantùm morsu nocet, regulus verò visu & flatu interficit homines, & etiam aues volantes: ita Ezechias plus afflixit Philisthæos, quàm Achaz. x Et semen eius,] scilicet, colubri, id est, Ezechias. y Absorbens volucrem] vel volantes secundùm Septuaginta, id est, superbos Philisthæos, vt Basiliscus solo flatu, vel visu occidit aues volantes. z Et pascentur,] id est, recreabuntur, cùm te absorbuerit regulus. a Primogeniti pauperum,] id est, Iudæi humiles. De quibus dicitur *Exod.* 4. f. Filius meus primogenitus Israël. b Et pauperes,] id est, Iudæi humiles. c Fiducialiter,] id est, sine pauore. d Requiescent] in terra sua sub Ezechia defendente eos. e Et interire faciam in fame radicem tuam,] id est, fortitudinem, siue fortes tuos. g Et reliquias tuas,] id est, illos, qui relinquentur non interfecti ab Ezechia. h Interficiam] per Assyrios, & Chaldæos, ne quid de malo semine germinetur. i Vlula porta,] id est, qui habitatis in portis ciuitatum Philisthinorum, vbi solent nobiles conuenire, vlulate. k Clama ciuitas] Philisthinorum. Quare? Quia l Prostrata est] ab Assyriis iam in Dei præscientia, Philisthæa omnis, quasi dicat, omnes Philistæi maiores, & minores plorate miseriam, quæ eueniet vobis per Sennacherib. m Ab Aquilone. n. fumus veniet] ex hinnitu equorum, & anhelitu equitũ, & puluere peditum. Et sic exprimit multitudinem exercitus venientis. Vel notat, quòd ciuitates Philisthinorum conburent Assyrij, q. d. ab Aquilone veniet, qui succendent ciuitates ▲

Θ a Et auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur,] id est, culpa & pœna. Culpa enim iugum Diaboli est: sed pœna est onus superpositum *sup.* 9. a. Iugum oneris eius, & virgam humeri eius & sceptrum exactoris eius superasti. Nota. est onus culpæ. *Psal.* 37. Et sicut onus graue grauatæ sunt super me. Item onus curæ. *Iere.* 17. d. Nolite onera portare Sabbato. Item onus pœnæ. *Gal.* 6. b. Vnusquisque onus suum portabit. Item onus opulentiæ. *Matth.* 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis, &c. f Hoc est consilium, quod cogitaui super omnem terram,] vt s. auferam iugum, & onus Diaboli ab Ecclesia. h Et hæc est manus] mea extenta in Cruce. i Super vniuersas Gentes] protegendas, & liberandas, & remunerandas. *Ps.* 74. Extendit, manum suam in retribuendos. k Dominus enim exercituum decreuit] ita facere. l Et quis poterit infirmare] decretum illud? m Et manus eius extenta] ad percutiendum hostem, & ad remunerandum amicum. o Et qui auertet eam] ? Nemo. *Iob.* 9. b. Si interroget, quis respondere poterit ei? Vel quis dicere poterit, cur ita facis? Deus: cuius iræ nemo resistere potest, sub quo curuantur, qui portant orbem. Item *Iob.* 23. c. Ipse solus est, & nemo potest auertere cogitationem eius. p In anno, quo mortuus est Rex Achaz,] i. contentio, vel possessio, vel peccatum. q Factum est onus istud,] i. huius oneris visio, quod ante occultum erat. Homo enim dum est in peccato contentionibus vacans, possessionibus implicatus, non potest videre onus tentationis, quod sibi imminet. r Ne læteris Philisthæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui.] Philistæa interpretatur potione cadens, & significat peccatorem, maximè potatorem, qui potione cadit, non solùm in domo, sed frequenter à domo, quem Dominus aliquando flagellat, vt filium in virga visitans iniquitatem eius; aliquando subtrahit manum suam ex ira totum reseruans in futurum. Et de hoc gaudet miser peccator, & ideò dicitur: Ne læteris Philistæa omnis tu, ciuitas peccatorum. Ex hoc. s Quoniam comminuta est virga percussoris tui,] i. quia pius pater, & sapiens Magister amouit à te flagellum suum. t De radice enim colubri, i.] de mala cogitatione. *Mysticè.*

u Egredietur regulus,] id est, malus consensus.

x Et semen eius,] i. malum opus. y Absorbens volucrem,] id est, animam pennis virtutum volantem.

z Et pascentur primogeniti pauperum] spiritu, qui ponunt in Deo spem suam, non in mundo.

b Et pauperes] spiritu. c Fiducialiter requiescent] hic requie pectoris, & in futuro requie æternitatis. *Ps.* 4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Pauperes sunt omnes, qui diuitias temporales sibi subiiciunt; sed primogeniti pauperum, sunt, qui eas omnino abiiciunt. Illi requiescent in spe. isti autem pascuntur interiori iucunditate.

e Et interire faciam in fame] verbi Dei. *Amos* 8. d. Ecce ego mittam non famem panis, &c. f Radicem tuam] i. illos, in quibus radicatus es per obstinationem. Vel, e Interire faciam fame,] i. defectu omnis boni, qui est fames inferni. f Radicem tuam,] i. fortitudinem tuam. g Et reliquias tuas] i. omne iugum Dñi abiicientes. h Interficiam] æternaliter, vel temporaliter, ne quid de malo semine germinetur. i Vlula porta,] i. omnes qui habitatis in porta quinque sensuum, i. qui quinque sensuum sequimini voluptates, vlulate propter miserias, quæ vos manent k Clama ciuitas,] i. Ecclesia, siue claustrum, siue anima, vbi debet esse ciuium vnitas, præ dolore, qui imminet. *Soph.* 1. c. Vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda.

l Prostrata est Philisthæa omnis,] i. totus mundus ad terrena est inclinatus, calice Babylonis inebriatus: *Iere.* 51. a. Et vino, in quo est luxuria, *Ephes.* 5. d. m Ab aquilone enim,] i. à Diabolo, qui ligat aquas, ne fluant. *Prou.* 25. d. Ventus Aquilo dissipat pluuias. n Fumus veniet,] id est, sugge-

Θ stio

veniet, *a* & non est, qui effugiat agmen eius. *b* Et quid respondebitur nuncijs Gentis? *c* Quia Dominus fundauit Sion: *d* & in ipso *e* sperabunt pauperes populi eius.

C A P. XV.

A ONus *f* Moab. *g* Quia nocte *h* vastata est Ar, Moab conticuit: *i* quia *k* nocte *l* vastatus est murus, Moab conticuit. *m* Ascendit *n* domus, *o* & Dibon ad *p* excelsa in *q* planctum super *r* Nabo, & super *s* Medaba
B *t* Moab vlulabit. *u* In cunctis capitibus eius *x* caluitium, *y* & omnis barba radetur. *z* In triuiis eius *a* accincti sunt sacco,

A tates vestras, vel fumum vocat famam Sennacherib, quæ velox erat vt ventus, vel exercitum eius, qui citò defecit præ superbia vt fumus: vel quia prouocat lachrymas. *a* Et non est, qui effugiat agmen eius,] id est, exercitum Sennacherib, tanta erit multitudo. *b* Et quid respondebitur nunciis Gentis,] id est, Angelis prouincialibus, qui præsunt Prouincijs, & Gentibus singulis mirantibus, cur sola Sion euaserit exercitum Sennacherib, cùm omnes aliæ Prouinciæ sint destructæ ab eo, hoc, s. respondebitur eis *c* Quia Dominus fundauit Sion] & ideò non timuit Assyrios. *d* Et in ipso] Domino. *e* Sperabunt pauperes populi eius, id est, humiles Iudæi & oppressi quasi dicat, quia sperabunt in Domino, & non in viribus suis, vel in aliquo alio homine; ideò saluabuntur. Vel nuncios Gentis vocat homines à diuersis Prouinciis missos in Ierusalem, vt consulerent super aduentu Sennacherib, quem timebant, vt accidit postea alia vice, cùm Chaldæi obsedissent Ierusalem, audierunt, quòd Ægyptij veniebant contra eos, & relicta vrbe iuerunt eis obuiam. Quo audito miserunt omnes Gentes circunstantes ad Ieremiam, quid facturi essent. Qui Ieremias audito verbo nunciorum accepit retortas ligaturas, & circumligauit collo suo, & cuiuslibet nunciorum similiter, dicens. Nunciate eis, qui miserunt vos, quòd ita vinculati trahentur. Ita legitur *Ier*. 27.a Similiter Isaias respondit nuncius Philistæorum, & aliarum Gentium, quòd omnes capientur, & sola Ierusalem saluabitur: & ita sunt verba Isaiæ ad Dominum: Quid respondebitur nunciis Gentis, si quæsierint super aduentu Sennacherib? Cui Dominus: Quia Dominus fundauit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi eius, quasi dicat, hoc respondebis eis, quòd sola Ierusalem, quæ sperat in Domino, liberabitur, & omnes alij capientur.

Mysticè. ● filio excæcans, & incendens. *Ier*. 1. c. Ollam succensam ego video: & facies eius à facie Aquilonis: & dixit Dominus ad me: ab Aquilone pandetur omne malum. *Eccl*. 43.c. Frigidus ventus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. *a* Et non est, qui effugiat agmen eius,] id est, multitudinem suggestionum Diaboli: quia nemo est sine peccato, nec infans vnius diei. *Iob* 15.b. alia litera, *Eccl*. 7.c. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. *b* Et quid respondebitur nunciis Gentis? qui præsunt ciuitatibus admirantibus super mundi desolatione, & Ecclesiæ exaltatione? Hoc scilicet.

c Quia Dominus fundauit Sion,] id est, Ecclesiam super fundamentum prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis, & temperantiæ, quod est Christus. Vnde 1. *Cor*. 3.c. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Sed fatui ædificant super arenam, id est, super amorem temporalium, & ideò ad modicæ tentationis flatum corruunt. *d* Et in ipso sperabunt pauperes populi eius,] id est, fideles humiles, & ideò saluantur. *Prou*. 28.d. Qui sperat in Domino, saluabitur, *Eccl*. 31. b. Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, &c.

EXPOSITIO CAP. XV.

ONus Moab, &c.] prophetat Isaias onus Moabitarum eadem de causa, qua & Philistæorum, qui scilicet, insultauerant populo Dei ab hostibus capetiuato. Imò peiores fuerant Moabitæ, quàm Philistæi: quia multi de Iuda tempore obsidionis confugerant ad eos, tanquàm ad vicinos suos: & ipsi vel eos occiderunt, vel hostibus tradiderunt. Vnde grauiorem indignationem Dei, contra se suscitauerunt. Ideò vastauit eos Dominus primò per Assyrios, & postea per Chaldæos. Idcircò onus eorum prædicit Isaias in solatium Iudæorum, dicens: *f* Onus Moab] hoc est, quod sequitur, id est, hæc est visio Isaiæ de onere, i. de destructione Moab, fuit enim Moab, filius Loth, cuius progenies Moabitæ, & Prouincia Moab vocata est, in qua est Ar, Ciuitas Metropolis Moabitarum, quæ modò dicitur Aropolis, id est, Ciuitas Arnorum, siue Atropolis, id est, Ciuitas Arnorum, siue Atropolis: id est, Ciuitas Artonitorum propter abundantiam frugum: & fluuius qui præterfluit ciuitatem, dicitur Arnon. Et benè dicit onus Moab. *g* Quia nocte vastata est Ar] Ciuitas Metropolis in Dei præscientia. Vel citò vastabitur Moab, id est, tota Prouincia Moabitarum. *i* Conticuit] præ dolore non ausa loqui, vel rebellare, quia nocte, id est, subitò vastatus est murus, id est, munitio Ar. Vel ideò dicit nocte vastari Ar, & murum eius; quia Moab de incestu filiæ nocte conceptus est, *Gen*. 19.g. Vel per hoc exprimit Propheta magnitudinem doloris Moabitarum de vastatione Ar. *m* Ascendit,] i. ascendet. *n* Domus] regia, i. Ciuitas nobilis, vbi erat domus regia. *o* Et Dibon] alia ciuitas nobilis. Vel Dibon, ciuitas est nobilis, in qua erat domus regia & est argumentum, quòd illi de ciuitate, & de domo Regis ascenderunt ad idola ad plorandum. *p* Ad excelsa,] i. ad phana idolorum, quæ erant in excelsis. *q* In planctum,] id est, ad plorandum, & plangendum mala sua, vbi priùs consueuerunt ascendere ad immolandum. Vnde Septuaginta posuit hanc literam: Vbi ara est, ibi ascendetis ad plorandum. *r* Super Nabo, & super Medaba Moab vlulabit,] i. super euersione istarum nobilium ciuitatum, tota Prouincia Moabitarum vehementer planget. *u* In cunctis capitibus eius,] i. Moab. *x* Caluitium, & omnis barba radetur, ad literam, antiqui & maximè orientales capita radebant, & barbas in afflictione sua in signum doloris. Vnde *Iob*. 1.d. Audita morte filiorum, tonso capite corruit in terram, *Ierem*. 48. f. Omne caput caluitium, & omnis barba rasa erit. *z* In triuiis eius,] id est, in publico, vbi solebant conuenire vestiti vestibus pretiosis ad ostentationem. *Ierem*. 48.f. *Ezech*. 7.c.

a Acincti sunt sacco] pœnitentiæ, sicut Niniuitæ: *Iona* 3.c.

▲ *e* Super tecta

Mysticè. *f* Onus Moab interpretatur ex patre, vel aqua paterna, & significat Diabolum, vel hæreticum, vel Philosophum, qui ex Deo Patre nati sunt. Ar, interpretatur aduersarius; & significat sapientiam sæcularem, quæ aduersaria est Deo per abusum. Vnde *Rom*. 8.b. Sapientia carnis inimica est Deo. Murus, Ar, sunt dialectica argumenta. Onus ergo Moab nihil aliud est, quàm hæreticorum, seu Philosophorum subuersio in bono, siue in malo. Deuastatio Ar, destructio sæcularis sapientiæ. Vastatio muri est euacuatio philosophicæ rationis, quæ vastata fuit, quando Virgo peperit. Ipsa enim sic arguit: Peperit ergo cum viro concubuit. Vnde *Abdias* c. Perdam sapientes de Iudæa, & prudentiam de monte Esau. 1. *Cor*. 1.c. Stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. *Infr*. 29.e. Peribit sapientia à sapientibus eius: & intellectus prudentium eius abscondetur. Et hoc est. *f* Onus Moab] subuersionis Philosophorum & hæreticorum præuisio. *g* Quia nocte] culpæ, vel ignorantiæ. *h* Vastata est Ar,] i. scientia sæcularis. Ideò *i* Conticuit Moab,] i. hæreticus, vel Philosophus, non ausus ampliùs rebellare contra Doctores Ecclesiæ. *k* Quia nocte] culpæ, vel ignorantiæ. *l* Vastatus est murus,] id est, rationes Philosophicæ, quibus Sapientes huius mundi se muniunt. 1. *Reg*. 2.b. Impij in tenebris conticescent, *Ierem*. 8.e. Dominus Deus noster silere nos fecit, &c. *m* Ascendit] super se contemplando, vel benè operando. *n* Domus] regia, id est, anima suos motus benè regens.

o Et Dibon] sufficiens mœror, id est, anima pœnitens, & pro peccatis suis mœrens.

p Ad excelsa] virtutum, *q* In planctum] pro peccatis suis, & alienis, vt iam non habeat solum irriguum inferius, sed & superius. Et hic est bonus ascensus.

r Super Nabo] quod interpretatur sessio, vel prophetia.

s Et super Medaba] quod interpretatur de saltu.

t Moab vlulabit,] id est, super Magistris sedentibus otiosis, & infructuosis peccatores clamabunt ad minus in die iudicij: quia per ipsos potuerunt conuerti, si fecissent officium suum. *Prou*. 11.d. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis *Luc*. 19.d Serue nequam, quare non dedisti pecuniam meam ad mensam?

u In cunctis capitibus eius,] id est, in Prælatis, & Magistris eorum.

x Caluitium] quia omnis ornatus eloquentiæ auferetur ab eis.

y Et omnis barba radetur,] id est, quicquid virilitatis videbantur habere, falsum esse ostendetur. *Amos* 8.c. Inducam super omne dorsum vestrum saccum: & super omne caput vestrum caluitium.

z In triuiis,] i. pro diuerticulis errorum, quos fingebant, vel in publico. *a* Accincti sunt sacco] pœnitentiæ coram omnibus suum errorem fatentes, & misericordiam facientes. *Iob*. 16.c. Saccum consui super cutem meam

● & operui,

▲ a Super tecta eius] domorũ, quæ plana sunt in Palæstina. b Et in plateis] ciuitatum. c Omnis vlulatus, i. omnimodus vlulatus, descendit in fletum: Alia litera. Super tecta eius, & in plateis omnis vlulat Moab scilicet, & sic descendit in fletum, quasi dicat ascendit Moab ad excelsa, vt ante idola ploret; sed

a super tecta eius, b & in plateis c omnis vlulatus descendit In d fletum. e Clamabit Esebon, f & Eleale, vsque g Iasa h audita est vox eorum. i Super hoc k expediti Moab l vlulabunt, m anima eius n vlulabit sibi. o Cor meum ad Moab clamabit, p vectes eius vsque ad q Segor r vitulam conternantem. s Per ascensum enim Luith t flens ascendit, u & in via † Oronaim x clamorem contritionis leuabunt. y Aquæ enim Nemrim z desertæ erunt: a quia aruit b herba, c defecit d germen, e viror omnis f interijt. g Secundùm magnitudinem operis, h & visitatio eorũ. i Ad torrentem salicum k ducent † l eum,

C

ibi non inueniens auxilium, descendit ad fletum in terram, vel ad domum suam, vt ibi ploraret. e Clamabit Esebon, & Eleale] ciuitates Prouinciæ Moab. g Vsque Iasa] ciuitatem, vbi finitur Prouincia Moab. h Audita est vox eorum] q. d. à principio Prouinciæ, quod est in Esebon vsque ad terminum, qui est in Iasa, vbique clamor est, vbique luctus. Et posset aliquis dicere. Iste clamor non erit, nisi in mulieribus & paruulis; qui pro modico clamant: imò dicit Propheta, in fortissimis bellatoribus, qui non consueuerunt compati, vel dolere. Et hoc est. i Super hoc] malum Moab. k Expediti Moab,] id est, Moabitæ fortes bellatores ab vxoribus & paruulis expediti. l Vlulabunt] id est, gement præ nimio dolore. m Anima eius,] id est, Moab. n Vlulabit sibi] soli, non habens, cui exprimat dolorem suum causa consolationis habendæ: quia vnusquisque non sufficiet sibi: vel vlulabit sibi, id est, pro damno suo, non pro alio. o Cor meum ad Moab clamabit] dicit Propheta ex compassione; quia licet populum Dei afflixerit; tamen quia creatura Dei, miserandus est etiam hostis. o Vectes eius,] id est, fortitudo Moab, vel termini eius deserti erunt. p Vsque ad Segor] ciuitatem paruulam, quæ est in fine Moab. Segor, dico. r Vitulam conternantem,] id est, luxuriosam & lasciuam. Aliqui libri habent consternantem à consternor consternaris, quod est pauesco, cis. Vnde *Quid. Consternantur equi.* Sed *Haymo* dicit, quod falsa est litera: & debet esse conternantem, id est, ter se mouentem, sic dictam, quia tertio terræmotu corruit, vt dicunt Hebræi post subuersionem aliarum quatuor ciuitatum: cui pepercerat Dominus, quandiu fuit ibi Loth. Sed dicit *Ieron.* Loth timens frequentem terræmotũ illius terræ, egressus de Segor mansit in monte: & tunc subuersa est Segor tertio terræmotu, & ideò dicitur conternans, id est, tertiò se mouens, vel tertio motu ruens. Vitula propter luxuriam. Vel dicitur vitula conternans, id est, robusta, quasi trium annorum; tunc enim bos fortis est, quando trium annorum est. Vnde dicitur vitula trima, id est, trium annorum. Et potest intelligi, quòd robusta non mansisset, si post liberationem suam non peccasset: sed peccauit per luxuriam, & ideò dicitur vitula conternans. Vel fortè dicitur vitula conternans, quasi mouens se huc, atque illud propter lasciuiam, & adipis abundantiam. Homines enim illius ciuitatis propter lasciuiam, & temporalium abundantiam per omnia illicita discurrebant, & ideò corruerunt. Et hoc innuit Propheta, cùm dicit, Segor vitulam conternantem. Deinde describit Propheta qualiter, & per quæ loca ducti sunt Moabitæ captiui in terram Assyriorum. s Per ascensum enim Luith] collis, siue montis in Moab. t Flens ascendit] Moab captiuus. u Et in via Oronaim] ciuitatis iuxta illum montem. x Clamorem contritionis leuabunt] Moabitæ tracti in captiuitatem, q. d. Propheta, flentes, & per ardua loca trahentur in captiuitatem in terram Assyriorum, siue Chaldæorum: & cùm venerint ad Oronaim, ibi multùm clamabunt. y Aquæ. n. Nemrim desertæ erunt,] i. steriles, i. tota Moabita sterilis erit, sicut est terra iuxta Nemrim. Est autẽ Nemrim oppidũ supra mare habens fontes multos, & aquas multas, sed salsas & amaras: & ideò terra sterilis est ibi. Et reuera sterilis erit Moab. a Quia aruit] Præteritum pro futuro, arescet. b Herba] in tota terra Moab. c Defecit,] i. deficiet. d Germen,] i. quicquid germinando terra solet erumpere. e Viror omnis] arborum, vinearum, pratorum, & huiusmodi. f Interijt] præ nimia siccitate, quæ mater

Al. † Aroriam,

D

Al. † eos.

est sterilitatis. g Secundùm magnitudinem operis,] id est peccati Moabitarum. h Et visitatio, id est, vltio eorum, quasi dicat, Propheta, non erit hoc credulitas, quòd ita affligentur Moabitæ, sed potiùs executio iustitiæ: quia secundum quantitatem peccati erit afflictio eorum, vt dicitur de Babylone *Apocal.* 18. b. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. i Ad torrentem salicum, &c.] Hucvsque dixit Propheta de captiuitate Moabitarum per Assyrios; modo incipit de illa, quæ per Chaldæos postea facta fuit. Torrentem salicum vocat Propheta Euphratem abundantem salicibus: per quem ducti fuerunt Moabitæ captiui in Babylonem. Vel fortè flumen Babylonis vocat torrentem salicum; quia ibi abundant salices. Vndè *Psalm.* 136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dum recordaremur Sion. In salicibus &c. Et hoc est. Ad torrentem salicum, id est. in Babylonem, cuius torrens abundat salicibus. k Ducent] Babylonij. l Eum] id est, Moab captiuum. Et verè ita erit,

▲ Quoniam circui-

⊖ & operui cinere carnem meam. a Super tecta] id est, super dogmata errorum, in quibus se sublimes putabant. b Et in plateis] id est, in lata via inferni, qua incedebant. c Omnis vlulatus descendit] per humilitatem. d In fletum] compunctionis: quia plorabunt, & compungentur pro falsa doctrina sua, & mala vita. *Ierem.* 48. f. Super omnia tecta Moab, & in plateis eius omnis planctus. e Clamabit Esebon] cogitatio. f Et Eleale] ascensio, id est, ipsi cogitationem suam, & ascensionem fuisse vanam clamabunt in confessione. g Vsque Iasa] quod interpretatur factum, vel mandatum. h Audita est vox eorum,] id est, confitebuntur se errasse in facto, & contra mandatum Domini. Super hoc expediti] Moab. l Vlulabunt] i. fortes expediti ab omnibus impedimentis sæculi plorabunt pro erroribus suis præteritis. m Anima eius] non solùm oculus corporis. n Vlulabit sibi] non mundo, id est, ad vtilitatem suam, non ad mundi gloriam. *Iob.* 14. d. Caro eius, dum viuet, dolebit: & anima illius super semetipso lugebit. *Cant.* 4. b. Alia litera: Ibimus ad montem myrrhæ. *Mysticè.*

o Cor meum ad Moab clamabit] compatiendo, docendo, corrigendo, ad pœnitentiam prouocando. *infrà* 16. c. Venter meus ad Moab, quasi cithara, sonabit. p Vectes eius] i. illi, qui fortes, & robusti erant in Moab, intelligẽtes suum errorem, peruenient q Vsque ad Segor] paruulam scientia. i. se nihil, aut modicum scire fatebuntur. Vel. p Vectes eius) id est, fortes Moab peruenient. q Vsque ad Segor] paruulam, i. humiliabunt se ad pœnitentiam, vt non robusti, sed fragiles sibi videantur; & inde ad bonam fortitudinem peruenient, quod per vitulã conternantem, i. trium annorum significatur. Vnde Abraham præcipitur vitulum, hircum, arietem trium annorum immolare, i. perfectum sacrificium facere. s Per ascensum enim Luith flens ascendit] ad montem Dei Oreb, i. per hoc, quòd lachrymæ descendunt ad genas, ascendit pœnitens ad Deum. Vnde *Eccl.* 35. c Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque in cœlum. *Ierem.* 31. b. In fletu venient: & in misericordia reducam eos, & adducam eos per torrentes aquarũ in via recta: & non impingent. u Et in via Oronaim. i. in foramine mœroris. quod est confessio. x Clamorem contritionis leuabunt] i. cordis contriti, dicentes: Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Et hoc fiet ideò. y Aquæ enim Nemrim] quod interpretatur pardi, vel præuaricatores. z Desertæ erunt] i. doctrinæ hæreticorũ, vel Philosophorũ, qui similes sunt pardis, & præuaricatorib. derelinquentur ab omnib. *Iere.* 48. f. Aquæ Nemrim pessimæ erunt, & auferã de Moab, ait Dñs. a Quia aruit herba, defecit germen, & omnis viror interiit] i. quicquid in eorũ doctrina, vel sermone pulchrũ, vel viride videbatur, totũ exaruit per doctrinæ Ecclesiasticæ calorem. *Ierem.* 14. a. Cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba, *Ioël* 1. d. Omnes bestiæ agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te, quoniam exsiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti. *Apocalyps. octauo.* b. Omne fœnum viride combustum est. g Secundum magnitudinem operis, & visitatio eorum) i. secundum quantitatẽ peccati, erit & quantitas vltionis. *Deut.* 25. a. pro mensura peccati, erit & plagarum modus. *infr.* 27. b. In mensura contra mensuram, cum abiecta fuerit, iudicabit eam. i Ad torrentem salicum ducent eum] peccatorem Chaldæi. id est, Dæmones. Torrens turbidus est, & raptim fluit, & lutum trahit, i. ad mare ducit; sic mundi pompa.

⊖ Salices

a Quoniam circuiuit clamor] euntium in captiuitatem. b Terminum Moab] id est, totum Moab a termino vsque ad terminum. Et hic ascendit. c Vsque ad Gallim] oppidum.

d Vlulatus eius] id est, Moab euntis in captiuitatem. e Et vsque ad puteum Elim] qui est alius terminus. f Clamor eius,] id est, Moab. Et meritò vlulabit Moab. g Quia aquæ Dibon] ciuitatis nobilis, vbi primum fuit luxus, & delectatio magna propter amœnitatem fontium.

Al. † circuibit.

quoniam † circuiuit a clamor b terminum Moab. Vsque c ad Gallim d vlulatus eius, e & vsque ad puteum Elim f clamor eius; quia g aquæ Dibon h repletæ sunt sanguine: i Ponam etiam super Dibon k additamenta his, l qui fugerint de Moab m leonem, n & reliquiis terræ.

C A P. XVI.

o EMitte p agnum, † q Dñe, r Dominatorē terræ de f petra deserti t ad mortē filiæ Siō.

Al. † non habet Domine.

h Repletæ sunt sanguine;] Moabitarum interfectorum ibi. Et possent aliquid quærere, quomodo erit hoc? Et respondet Propheta in persona Domini. Ita erit sine dubio.

i Ponam enim super dibon additamenta] doloris, & miseriæ. l His, qui fugerint de Moab] ad Dibon: quia ibi fugerunt multi credentes ibi saluari, sed ibi interfecti sunt, quod fuit cumulus, & additamentum doloris.

m Leonem,] id est, hostem sæuientem, vel bestiam deuorantem immittam his, qui fugerint ad Dibon, vel in deserta. n Et reliquiis terræ,] i. qui remanserunt, Assyriis, immittem Chaldæos, quasi dicat, quos non destruxerunt Assyrij, destruent Chaldæi, vel bestiæ deuorabunt.

Mysticè. o Salices sunt amatores mundi steriles, & palustres, qui in fine mundi dicturi sunt illud *Sap.* 5. b. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt illa omnia tanquam vmbra.

a Quoniam circuiuit clamor] prædicationis. b Terminum Moab,] i. omnes fines mundi. c Vsque ad Gallim vlulatus eius, & vsque ad puteum Elim clamor eius,] Gallim interpretatur vituli, vel arenarum cumuli, vnde significant luxuriam, & auaritiam. Elim, interpretatur arietes, siue fortes, & significat superbiam. Vlulatus igitur pœnitentiam, & clamor Prædicantium debet circuire Gallim, i. luxuriæ, & auaritiæ terminos, & puteum Elim, id est, superbiæ profunditatem. g Quia aquæ Dibon,] id est, lachrymæ sufficienter mœrentium peccata sua.

h Repletæ sunt sanguine,] id est, memoria peccatorum suorum, vel recordatione Dominicæ passionis. i Ponam etiam super Dibon,] i. super pœnitentes sufficienter peccata sua mœrentes. k Additamenta] virtutum.

l His, qui fugerint de Moab,] i. de mundo in claustrum.

m Leonem] de Tribu Iuda tutorem eorum, & Principem, vt non timeant alium leonem, qui circuit rugiens quærens, quem deuoret. 1. *Petr.* 5. b. Et non solùm claustralibus dabitur leo Princeps; Sed.

n Et reliquiis terræ,] i. bonis sæcularibus, qui si non corpore, tamen mente sæculum reliquerunt.

E X P O S I T I O C A P. XVI.

EMitte agnum, Domine, &c.] Ideò Prophetæ vix possunt intelligi, quia personas, & numeros, & tempora mutant, subitò de re ad aliam transeuntes, secundum quod a Spiritu sancto tangitur cor eorum. Cùm enim loqueretur Isaias de captiuitate Moab, subitò conuertit oculum ad Natiuitatem Christi, de Moab nascituri, id est, de Ruth Moabitide ad consolationem Moabitarum, quorum destructionem prædixerat, sed hoc magis ad mysterium respicit. Ad euidentiam autem litteralis intelligentiæ notandum, quòd Dauid subiugauit sibi Moab, imponens eis tributum centum millium agnorum, & centum millium arietū cum velleribus suis: quod longo tempore post mortē Dauid reddiderunt Moabitę Regibus Israel: sed tempore Ioram Regis Israel filij Achab negauerunt sibi, vt legitur 4. *Reg.* 3. d. Sed postea captiuitatis decem Tribus à Salmanasar, coacti sunt Moabitæ reddere prædictum tributum Regibus Iuda. Et hoc est, quod dicitur in principio capituli, iuxta sensum litteralem Diuiditur autem hoc cap. in quinque partes. In prima ostenditur, quòd Moab redigetur in seruitutem filiorum Israel, vt quondam fuerat. In secunda monet Propheta Moabitas, vt præbeant refugium, & latibulum apud se filiis Israel fugientibus à facie Chaldæorum, *ibi.* Ini consilium, &c. In tertià ostendit causam, quare debeant hoc facere, quia scilicet Dominus liberauit eos de manu Sennacherib, quem vehementer timebant, *ibi.* Finitus est, etiam puluis. In quarta agit de destructione Moabitarū, & causa destructionis, & superbia eorum, *ibi.* Audiuimus superbiam Moab. In quinta ostendit se compati miseriis eorum, quæ tantæ erunt, *ibi.* Super hoc plorabo, &c.] Dirigens ergo Propheta sermonem ad Dominum, cuius virtute scit hæc omnia fieri, dicit. o Emitte agnum, Domine, &c. id est, fac, vt Moabitæ mittant agnos, siue agnorum tributum Iudæis, vt solent. Agnum dico r Dominatorem terræ,] i. qui dabatur in signum dominij terræ, quod habebant Iudæi super Moab. Vel Dominatorem, i. ad Dominatorem terræ, i. ad Ezechiam Regem, sic habent Hebræi, qui dicunt præpositionem sæpe deficere apud eos. f De petra deserti,] i. ab illo loco sic dicto, vnde mittebantur agni Iudæis vel illuc vsque ibant Iudæi ad recipiendum tributum agnorum. t Ad montem filiæ Sion,] id est, ad Ierusalem, quæ est in procliuo montis, & filia Sion dicitur, quia ab ea defenditur. Et possent respondere Moabitæ Isaiæ: Δ Quicquid Mysticè. o Emitte agnum, &c.] Loquitur hic Propheta de primo aduentu Christi ad consolationem omnium, sed specialiter Moabitarum, de quorum progenie ipsum nasciturum Prophetat, q.d. Moab, ne desperes, licet captiuandus sis, sed age pœnitentiam, quia de progenie tua nascetur Christus, qui liberabit omnes Gentes. Exprimens ergo Isaias desiderium antiquorum de aduentu Christi *infr.* 64. a. Vtinam dirumperes cœlos, &c. *Cant.* 1. a. Osculetur me osculo oris sui *Aggæi* 2. b. Veniet desideratus cunctis Gentibus, dicit. o Emitte agnū] qui tollit peccata mundi: *Ioan.* 1. d. Cuius occisione liberati sunt filij Israel de manu Pharaonis *Exod.* 12. a. q Domine] Deus Pater. r Dominatorem terræ,] i. qui dominetur Ecclesiæ, qui dixit: Data est omnis potestas in cœlo, & in terra: *Matth. vlt.* d. Ecclesia dicitur terra propter firmitatem. *Psalm.* 103. Qui firmauit terram super stabilitatem suam. *Eccl.* 1. a. Generatio præterit. Propter fœcunditatem. *Gen.* 1. a. Germinet terra. f De petra deserti,] id est, de Ruth gentili. Gentes etiam lapides pro Deo colebant, & ideò à Deo deserti erant, & lapides vocabantur. *Luc.* 3. b. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Item *Luc.* 19. f. Si hi tacuerint, lapides clamabunt. Ruth Moabitis nupsit Booz: *Ruth.* 4. d. Ex quo genuit Obeth patrem Iesse, patrem Dauid: de cuius semine Virgo Maria processit mater Christi; qui sicut pro vtroque populo venit; sic de vtroque nasci voluit. Vel, Petra deserti, dicitur Virgo Maria, de qua excisus est lapis paruus sine manibus, qui creuit in montem magnum. *Dan.* 2. e. De qua dicitur *Prou.* 30. c. Tria mihi sunt difficilia, & quartum penitùs ignoro. Viam Aquilæ in cœlo, viam colubri super petram. Coluber diabolus est, cuius triplex est vestigium. Luxoria, superbia, auaria. Vestigium luxuriæ non fuit in has petra; quia Virgo fuit, & mente, & corpore. Vndè dixit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, i. me non cognituram propono? *Luc.* 1. d. Vestigium superbiæ non fuit in ea, quia humilis: Vndè respondit. Ecce ancilla Dñi *Luc.* 1. d. Vestigium auaritiæ nō fuit in ea, quia pauper voluntariè. Vnde nec vnquam legitur conquesta filio de paupertate sua, licet pauperrima fuerit. Hæc meritò dicitur petra, quia super ipsam posita sunt fundamenta Ecclesiæ. Vndè *Eccl.* 26. d. Fundamenta æterna super petram stabilem, & mandata Dei mulieris sanctæ. Eleganter autem dicitur petra deserti, i. refugium peccatoris, qui desertus est à mundo. Vndè *Psalm.* 103. Petra refugium herinaciis, vel leporibus alia littera, i. timidis. *Prou.* 30. d. Lepusculis plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum. De hac igitur petra dicit Propheta. o Emitte,] i. ex te visibiliter mitte. p Agnum,] Christum mansuetum, de quo *Apoc.* 14. a. Vidi, & ecce agnus stabat super montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, &c. q Dñe] Deus Pater, vel potiùs, Deus Trinitas. r Dominatorem terræ, i. Rectorem, & Dominatorem Ecclesiæ 1. *Tim. vlt.* c. *Apoc.* 19. c. Rex Regum, & Dñs Dominantium. f De petra deserti] de Virgine Maria peccatorum receptatrice. t Ad montem filiæ Sion,] i. in Ierusalem ad litterā: vbi plus prædicauit, plura miracula fecit, vbi passus, vbi mortuus, vbi resurrexit, vbi ascendit, vbi genus humanum redemit, sicut scriptum est: Operatus est salutem in medio terræ. Vel, Ad montem filiæ Sion, i. ad Ecclesiam congregandam, confirmandam, multiplicandam, sanctificandam, glorificandam, quæ dicitur mons propter eminentiam sanctæ conuersationis, & Sion propter altitudinem contemplationis. *Moral.* Moraliter vox est Ecclesiæ clamantis pro subditis. o Emitte agnum, Domine, Dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion,] i. da nobis, Domine, Prælatum mansuetum, & humilem, qui dominetur nobis. Talis enim Prælatus corripit ad salutem. Vndè *Psal.* 149. Quia beneplacitum est Dño in

h Quicquid tu dicas, non reddemus tributum Iudæis, quia fortes sumus, nec timemus duas Tribus. Imò dicit ipse.
a Vt,] id est, quia.
b Erit] hoc, quod sequitur.
c Sicut auis fugiens,] accipitrem, vel serpentem venientem ad nidum, vt deuoret pullos eius, quemcumque strepitum. *e* Et pulli de nido aduolantes,] ne capiantur, vel occidantur. *h* Sic erũt filij Moab,] id est, ciuitates Moabitarum, vel Moabitæ fragiles, & imbelles, vt fœminæ. *i* In transcensu Arnõ [fluuij, qui est terminus Moabitarum, & Amorrhæorum, per quẽ transierunt Moabitæ in captiuitatem, q. d. Propheta. Sicut auis citissimè fugit ad strepitum modicum, vel à facie accipitris: sic citò transferentur in captiuitatem filij Moab. Ideò autem comparat Isaias Moabitas pullis auium, quia habitant in cauernis montium.

a & *b* erit, *c* sicut auis *d* fugiens, *e* & pulli *f* de nido *g* auolantes; sic *h* erunt filiæ Moab in *i* transcensu Arnon. Ini *k* consilium, *l* coge concilium, *m* pone quasi noctem vmbram *n* tuam in *o* meridie. *p* Absconde *q* fugientes, *r* & vagos *s* ne prodas. *t* Habitabunt *u* apud te *x* profugi mei. *y* Moab, esto *z* latibulum eorum à *a* facie vastatoris: Finitus *b* est enim puluis: *c* consummatus est miser: *d* defecit, qui *e* conculbat terram. Et *f* præparabitur *g* misericordia *h* solium, *i* sedebit *k* super illud in veritate in *l* tabernaculo Dauid *m* iudicans, *n* & quærens iudicium, & *o* velociter reddens, *p* quod iustum est.

Secunda pars. *k* Ini consilium.] Secunda pars, in qua monet Propheta Moabitas, vt Iudæos fugientes ad se recipiant, & occultent. Sciendum enim est, quòd terra Iuda capta est à Chaldæis tribus annis antequam Moab. Vndè cùm terra Iuda contermina sit terræ Moab, quæ cauernosa est, imminente obsidione Chaldæorum, multi Iudæi euadentes de Ierusalem, & de alijs villis, fugerunt ad eos. Quod præuidens. In spiritu, monet eos, vt recipiant fugientes dicens: *k* Ini consilium, ô Moab. *l* Coge consilium,] i. congrega Sapientes tuos Moab; & quære consilium de recipiendo filios Israel fugientes. *m* Pone quasi noctem,] obscuram, in qua nihil videtur. *n* Vmbram tuam,] id est, absconsionem tuam. *o* In meridie,] id est, in aperta persecutione filiorum Israel, quasi dicat, præbe securam absconsionem, & protectionem Israel ad te fugientibus in tribulatione sua à facie Chaldæorum.
p Absconde] apud te.
q Fugientes] Iudæos.
r Et vagos] de loco in locum nusquam securitatem habentes. *s* Ne prodas] hostibus. *t* Habitabunt,] id est, habitent vastata Ierusalem. *u* Apud te] ô Moab. *x* Profugi mei,] id est, Iudæi me colentes, quia affinis es.
Tertia pars. *y* Moab esto latibulum eorum,] id est, Iudæorum. *a* A facie vastatoris,] Assyrij, vel Chaldæi. *b* Finitus est enim puluis. [Tertia pars, vbi ponit rationem, quare debeant hoc facere: quia, scilicet, Dominus liberauit eos de manu Sennacherib quem ad preces Isaiæ, & Ezechiæ exterminauit. Et possent respondere etiam Moabitæ Isaiæ. Non audemus recipere Iudæos propter Sennacherib. Imò securè potestis. *b* Finitus est enim puluis,] id est, infinitus exercitus Sennacherib in puluerem est redactus. *c* Consummatus est miser,] id est, occisus est Sennacherib, qui miseros faciebat. *d* Defecit,] id est, occubuit gladio filiorum. *e* Qui conculcabat terram] vastando, id est, Sennacherib. *f* Et præparabitur,] id est, firmabitur. *g* In misericordia, i. misericorde in Ezechia. *h* Solium] Dauid, seu regnum Iuda. *i* Et sedebit] Ezechias. *k* Super illud in veritate] iudicans, & reddens vnicuique iuxta meritum suum. *l* In tabernaculo Dauid] quod corruerat, & suscitatum est. *m* Iudicans] iustè. *n* Et quærens iudicium,] i. causam iudicij. *o* Et velociter reddens,] sine friuola dilatione. *p* Quod iustum est] cuilibet, siue bono, siue malo, sine personarum acceptione.

A Audiuimus, &c. Quarta

* populo suo, & exaltauit mansuetos in salutem. Et *Psal.* 89. Superuenit mansuetudo, & corripiemur. Ideò præfecit Dominus Moysen Synagogæ: quia fuit mitissimus hominum, qui morabantur in terra. Et Petrum Ecclesiæ, qui similiter fuit mitissimus. *a* Et erit] omnis, qui fugerit de Moab, id est, de mundo, & laqueis eius.
c Sicut auis] pennata virtutibus. *d* Fugiens] accipitrem, i. diabolum. *Ierem.* 48. d. Estote quasi columba nidificans in summo foramine petræ. *Psalm.* 123. Anima nostra, sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. *e* Et pulli,] id est, sicut pulli. *g* Auolantes] citissimè.
f De nido] vpupæ, quæ ædificat in stercoribus, id est, de carne, quæ mollis est, & immunda, sicut nidus. Ista duo maximè tenent homines in peccato, vanitas mundi, & voluptas carnis. *h* Sic erunt filiæ Moab] id est, animæ peccatrices. *i* In transcensu Arnon,] id est, in transitu de vitijs ad virtutes, de mundo ad claustrum, de claustro ad cœlum: quod fit per illuminationem gratiæ, vel sanctæ doctrinæ. Vnde Arnon, interpretatur illuminatio *Osea* 11. d. Leo, i. Christus, vel Prædicator, rugiet, & formidabunt filij maris, id est, peccatores, & auolabunt quasi aues ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum. *k* Ini consilium,] ô Moab, id est, peccator, non mundi, qui consulit vanitatem; non carnis, quæ consulit luxuriam: non Diaboli, qui consulit iniquitatem, sed Christi, qui est Angelus magni consilij *sup.* 9. b. Qui consulit paupertatem. *Matth.* 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes. & da pauperibus: & veni, sequere me. Asperitatem. *Matt.* 4. c Agite pœnitentiam. Humilitatem. *Matt.* 11. d. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Ecce tria consilia: De quibus dicit Salomon *Prou.* 11. b. Salus, vbi multa consilia. *Prou.* 8 b. Ego Sapientia in consilijs habito. *Eccl.* 32. d. Sine consilio nihil facias. *Psal.* 65. Terribilis in consilijs super filios hominum. *Et alibi* 61. Consilium meum cogitauerunt repellere. *l.* Coge consilium] ô tu Prædicator, id est, de vagis, & errantibus Ecclesiam Dei construe. Et tu peccator.
m Pone quasi noctem vmbram tuam in meridie,] id est, refrigerium, & quietem quam quæris in tenebris huius mundi, statue tibi in fide Christi, quasi dicat, non quære quietem in mundo, sed in Christo *sup.* 2. c. Ingredere in petram, abscondere in fossa humo. *Cant.* 2. d. Veni, columba mea, in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, *Ps.* 30. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum. *Ioan.* 17. g. Hæc locutus sum vobis, vt in me solùm pacem habeatis: in mundo pressuram habebitis. Vel sic: Pone quasi noctem vmbram tuam in meridie, id est, refrigerium, quod habes in prosperitate, reputa aduersitatem, vel obscuritatem, *p* Absconde fugientes] mundum, carnem, diabolum, i. abscondere eos in Deo doce. *Col* ss. 3. a. Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.
r Et vagos priùs per varios errores.
s Ne prodas] diabolo, vel mundo, vel carni eos inconsultos deserendo.
t Habitabunt apud te] pane sanæ doctrinæ reficiendi.
x Profugi mei,] i. peccatores, qui me fugerant, & de Ecclesia egressi erant, sensum mundi, vel diaboli, vel suum sequentes: non doctrinam, vel consilium Christi 1. *Regum vigesimo secundo* a. Dixit Dauid ad Regem Moab: Maneat, oro te: pater meus, & mater mea vobiscum, donec sciam, quid faciat mihi Deus.
De Antichristo. *y* Moab esto,] id est, eris. Latibulum eorum à facie vastatoris] Antichristi, vel diaboli: Cùm enim Antichristus, vel diabolus cœperit desæuire in Sanctos, ipsi latebunt in mundo non audentes publicè apparere.
b Finitus est enim puluis,] id est, potestas diaboli, seu Antichristi, citò terminabitur.
c Consummatus est miser diabolus, vel Antichristus. Miser in se, & faciens miseros consentientes sibi. Et potest intelligi de vtroque aduentu Christi: quia in primo diabolus in parte comminutus est, in secundo penitùs consummatus.
d Defecit, qui conculcabat terram,] id est, Ecclesiam per se quietem mentis turbando, per hæreticos fidem impugnando, per Tyrannos bona eius diripiendo, per falsos fratres bonos mores corrumpendo. Corrumpunt enim bonos mores colloquia mala *prim. Cor.* 15. d.
f Et præparabitur in misericordia] Dei, solium, Christo in cordibus peccatorum, consummato diabolo in primo aduentu, vel secundo.
i Et sedebit super illud in veritate] exclusa falsitate diaboli, & vanitate mundi.
l In tabernaculo Dauid,] i. in Ecclesia, vbi Christus habitat modò, quasi in expeditione.
m Iudicans] iudicio discretionis, sed occultè modò.
n Et quærens iudicium] discussionis apertè in secundo aduentu. *o* Et velociter reddens] facta discussione.
p Quod iustum est,] bonis, & malis. Dicens malis: Ite, maledicti, in ignem æternum. Et bonis: Venite, benedicti Patris mei: *Matth.* 25. *Ioël.* 3. b. Citò velociter reddam vicissitudinẽ vobis super caput vestrum. Deinde punit Propheta vocem Sanctorum, qui de errore, & vanitate mundi

* saluati

Quarta pars. Δ *a* Audiuimus.] Quarta pars, vbi ostendit causam destructionis Moab, i. superbiam suam, qua noluit receptare Iudæos fugientes, sed potius interfecit, vel hostibus tradidit: & propter hoc destructus est, primò ab Assyriis, & postea à Chaldæis. Et hoc est. Audiuimus, à Spiritu sancto.

a Audiuimus *b* superbiam Moab *c* superbus est valde. *d* Superbia eius, & *e* arrogantia eius, & *f* indignatio eius, *g* plus quàm fortitudo eius. *h* Idcirco *i* vlulabit *k* Moab ad Moab, *l* vniuersus *m* vlulabit. *n* His, *o* qui lætantur *p* super muros cocti lateris, *q* loquimini *r* plagas suas: quoniam *s* suburbana Esebon *t* deserta sunt & *u* vinea Sabama. Domini *x* Gentium *y* exciderunt: *z* flagella eius vsque *a* ad Iazer *b* peruenerunt: *c* errauerunt in *d* deserto, *e* propagines eius *f* relictæ sunt, *g* transierunt mare. *h* Super hoc *i* plorabo in fletu *k* Iazer, & vineam Sabama.

b Superbiam Moab] quia tumescens noluit recipere Iudæos fugiẽtes. *c* Superbus est valde, putans omnibus præualere, licet modicus populus sit, propter terræ munitionem. *d* Superbia eius] qua tumet. *e* Et arrogantia eius] qua sibi attribuit gesta sua. Vel, superbia, elatio de his, quæ habet: Arrogantia, de his quæ non habet, sed habere fingit.

Ier. 48. c.

C

f Et indignatio eius,] qua alios vilipendit.

g Plus quàm, &c.] id est, supra fortitudinem suam superbit. *Haym.* Præcipitata audacia plus audet, quàm possit. *Sap. 15. d* Omnes insipientes, & infœlices supra modum animæ suæ superbi sunt. *h*. Idcirco] id est, quia contra Deum, & homines, *i* Vlulabit] id est, præ dolore clamabit. *k* Moab ad Moab] id est vnus ad alium petens auxilium. Et ne credas quòd hoc fiat in aliqua parte Moab, sequitur, *l*. Vniuersus] Moab. *m* Vlulabit] id est, dolens & timens clamabit. *n* His] Moabitis. *o* Qui lætantur] id est, confidunt, & gloriantur. *p* Super muros, &c.] id est, super munitione murorum lateritiorum, *q* Loquimini, &c.] id est, tribulationes suas, quas passuri sunt, ô vos Prophetæ, dicit Dominus, vel Isaias aliis prophetis. Vel fortè Moabitæ miserant nuncios suos ad Isaiam sciscitantes de statu suo: & dixit ad eos Isaias, quòd dicerent Moabitis, quòd pro nihilo confidebant in firmitate murorum suorum: quia mors, & captiuitas imminebat eis, quam euadere non poterant. Quoniam suburbana Esebon] ciuitatis nobilis, quæ est in introitu terræ Moabitarum, id est, oppida & vici, & villæ ad eam pertinentes *t* Deserta sunt,] à multitudine populi, id est, citò erunt destructa: & ideò ipsa potest timere *u* Et vinea Sabama] id est, ciuitas Sabama vineis abundans etiam balsamitis, vt dicunt: vel populosa, plures homines, quàm vinea palmites, habens, supple, deserta est. *x* Domini Gentium.] id est, Assyrij, vel Chaldæi, ferè omnibus Gentibus imperantes. *x* Exciderunt flagella eius] id est, palmites vitium, vel habitatores Sabama. *a* Vsque ad Iazer] ciuitatem, quæ est in alio termino Moab. *b* Peruenerunt Domini Gentium, id est, Principes Assyriorum, vel Chaldæorum, quasi dicat totam Moab destruxerunt. Et vtitur præterito pro futuro prophetali certitudine. *c* Errauerunt in deserto Domini Gentium intrantes vniuersam terram Moab, vel Moabitæ fugientes per desertum. *e* Propagines eius] fugitiui Moabitæ. Metaphoram vineæ prosequitur, *f* Relictæ sunt; vites excisis flagellis, id est, habitatoribus Sabama, vel Principibus Moab. *g* Transierunt mare] Moabitæ captiui ducti in Babylonem, id est, Euphratẽ fluuium magnum: quia secundum Hebræos, omnis congregatio aquarum dicitur mare. Vel *x* Domini gentium transierunt mare] id est, Euphratem, venientes ad destruendã Moab, vel ipsa destructa, in terram suam reuertentes. *h* Super hoc, &c.] Quinta pars, vbi ostendit Propheta se compatiti Moabitis super noua eorum desolatione, dicens. Super hoc malo, i. super tanta desolatione. *i* Plorabo in fletu,] i. abundanter totus affluens in lachrymis: q. d. nimia erit calamitas, & multo fletu digna. Plorabo, inquam, defleam. *k* Iazer & vineam Sabama,] i. destructionem eorum.

Quinta pars.

Δ *a* Inebriabo te lachryma

* saluati sunt. *a* Audiuimus] dum adhuc in errore, & vanitate mundi essemus. *g* Superbiam Moab,] i. mundanorum, & hæreticorum, simplicitatem Ecclesiæ, & bonorum conuersationem irridentium *c* Superbus est valde] mundus diabolus, hæreticus, contra Dominum os suum in cœlum ponens, Prophetis detrahens, Sanctos deridens, Moysen, & Dauid homicidas vocans, Iosue sanguinarium, obiicens illud *Ioan.* 10. b. Omnes, quotquot ante venerunt, fures sunt, & latrones. Sed non intelligis miser, quia Christus misit illos: nec ante Christum venerunt, sed post ipsum. Iuxta illud *Ioan.* 1. d Qui post me venit, ante me factus est. Vel non venerunt propria auctoritate; sed ab illo missi fuerunt. Vndè *Matth.* 23. d. Ecce ego mitto ad vos Prophetas, & Sapientes, & Scribas.

d Superbia eius,] quæ est in corde eius. *e* Et Arrogantia eius] quæ est in ore.

f Et indignatio eius] quæ est in opere. *g* Plus quàm fortitudo eius,] quia vltra vires suas superbit corde, minatur ore, & ostentat opere. *Prou.* 21. d. Superbus, & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.

h Idcirco vlulabit] in inferno.

k Moab, ad Moab] i. peccator ad peccatorẽ. *l* Vniuersus] Moab. *m* Vlulabit] præ nimio dolore, dicens. Nos insensati vitam illorum putabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est: ergo errauimus à via veritatis. *Sap.* 5. a. Vnde sequitur, & conclusio est vera. Ibi hæreticorum diuersitas super falsitate sua vlulabit. Ibi Philosophorum vanitas super vanitate sua plorabit. Ibi Christianorum peruersitas super iniquitate sua clamabit, præ angustia spiritus gementes, vt dicitur *Sap.* 5. a.

n His qui lætantur super muros cocti lateris,] i. qui gloriantur in deliciis carnis.

q Loquimini,] ô Prælati, ô Prædicatores, ô Doctores Ecclesiæ. *r* Plagas suas] plagas culpæ, quas patiuntur in mundo: plagas pœnæ, quas passuri sunt in inferno: plagas, id est, labores pœnitentiæ, quas expedit sustinere modò. De quibus dicitur *Prou.* 20. d Liuor vulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus ventris. Sed heu! hodie nullus plagas suas alij loquitur; sed potiùs vires suas, & ideò multi moriuntur in peccatis suis. *Ierem.* 14. b. Gladio & fame consumam eos. Et dixi. A, a, a, Domine Deus, Prophetæ dicunt eis. Non videbitis gladium; & fames in vobis non erit; sed pacem veram dabit vobis in loco isto. Et dixit Dominus ad me. Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo, non misi eos, & multi in gladio, & fame consumentur. Prophetæ illi, & populi, quibus prophetant, erunt proiecti in viis Ierusalem. Murus cocti lateris dicitur caro igne luxuriæ, & auaritiæ cocta: quæ quantò plus lauatur, tantò sordidior inuenitur. *Genes.* 11. a. Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro saxis, id est, carnis mollitiem, & immunditiam pro duritia pœnitentiæ, & munditia vitæ. *Naum.* 3. c. Intra in lutum, & calca, subigens tene laterem.

s Quoniam suburbana Esebon deserta sunt, & vinea Sabama] Esebon interpretatur cingulum mœroris, hic est habitus Monachorum. Suburbana eius sunt hospitalitas, eleemosyna, consilium, compassio, visitatio infirmorum, consolatio miserorum, & huiusmodi, quæ omnino deserta sunt; quia non iam vt Monachi hoc faciunt: sed vt Tyranni rusticos excoriant. Sabama interpretatur, attollens altitudinem, & significat Episcopos, vel Abbates, qui pro sapientia sua se magnificant, & attollunt, non curantes, quòd vinea eorum, id est, Ecclesia deserta est omni bono.

x Domini Gentium,] id est, Apostolici viri, hæreticorum, & iniquorum mallei.

y Exciderunt] falce prædicationis.

z Flagella eius,] id est, rationes hæreticorum, vel prauas consuetudines Monachorum, quibus tota Ecclesia flagellatur. *a* vsque ad Iazer peruenerunt,] id est, vsque ad fortissimas rationes eorum, in quibus confidunt. Iazer enim interpretatur fortitudo eorum. *infr.* 43. c. Ne memineritis priorum: & antiqua ne intueamini: ecce ego facio noua. *Leu.* 26. b. Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis. 1. *Ioan.* 2. a. Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed vetus mandatum, quod habuistis ab initio.

c Errauerunt] Monachi. *d* In deserto] claustri nescientes regulam, quam vouerunt. *e* Propagines eius,] id est, propagatæ consuetudines.

f Relictæ sunt] in claustro: & vites, id est, Benedicti, & Augustini institutiones excisæ sunt. *Ierem.* 5 c. Auferte propagines eius, quia non sunt Domini: præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus, id est, Canonici Augustini, & Monachi Benedicti.

g Transierunt mare,] id est, mundum diuiserunt, & tamen adhuc maris fluctibus submerguntur. *Psalm.* 68. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.

h Super hoc plorabo in fletu Iazer, & vineam Sabama,] id est, fortem regulam Benedicti.

a Inebriabo te lachryma mea, Esebon & Eleale: quoniam b super vindemiam tuam, & super messem tuam c vox calcantium d irruit. Et e auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo: & f in vineis non g exultabit, h neque iubilabit. Vinum in i torculari non calcabit, qui k calcare cõsueuerat: l vocem calcantium abstuli. m Super hoc n venter meus o ad Moab p quasi cithara sonabit, & q viscera mea ad r murum cocti lateris. Et f erit cùm t apparuerit, quòd u laborauit Moab x super excelsis suis, y ingredietur ad Sancta sua, vt z obsecret, & non a valebit. b Hoc c verbum, quod locutus est Dñs ad d Moab e ex tunc. Et f nunc

a Inebriabo te, &c.] i. lachrymas copiosas super captiuitatem & destructionem vestram effundam. b Quoniam super vindemiam, &c.] Assyriorum, vel Chaldæorum bona tua diripientium. d Irruit,] subitò. e Et auferetur, &c.] Nota carmelus mons est fertilissimus, nec est in Moab, sed inter Phœnicem, & Palæstinam: in quo Elias orauit. 3. *Reg.* 18. g. & 4. *Reg.* 1. Et ponitur sæpe pro quolibet fertilitate, sicut hic, q.d. Fertilitas tua, ô Moab, quæ solebat tibi esse causa lætitiæ, & exultationis, auferetur tibi. f Et in vineis] vindemiandis. g Non exul-
D tabit] Moab. h Neque iubilabit,] i. non cantabit canticum solitũ. i Vinum in torculari non calcabit] Moab. k Qui calcare consueuerat,] sed hostes pedibus equorum conculcabunt. l Vocem calcantium abstuli] *Ieron.* id est, celeuma, quod cantare solent vindemiatores expletis vindemiis *Ierem* 48. e. Nequaquam calcator vuæ solitum celeuma cantabit. Tamen celeuma propriè est cantus Nautarum videntium portum.

m Super hoc] infortunio Moab. n Venter meus,] i. cor meum compatiens.

o Ad Moab destructum ex compassione.

p Quasi cithara sonabit] plangendo, & consolando. Cithara enim suo sonitu mentes audientium lætas, lætiores facit; tristes, tristiores. Et ideò hac metaphora vtitur Isaias, vt Moabitas ad fletum, & gemitum prouocet.

q Et viscera mea,] i. cordis mei interiora sonabunt.

r Ad murum cocti lateris,] i. ad fragilem ciuitatem de lateribus factam ob lapidum raritatem, vel propter maiorem firmitatem, quasi dicat, Propheta concorditer, & ordinatè sicut cithara in sonando, sic ego compatiendo, & condolendo loquar ad Moab, ipsum ad pœnitentiam prouocando. Et fortè alludit consuetudini Moabitarum, qui in funeribus solebant congregare Citharœdos, vt cantarent lugubre, & lamantabile carmen.

f Et erit] hoc, scilicet.

t Cùm apparuerit] vanum esse.

u Quòd laborauit Moab] frustra. x Super excelsis suis,] id est, in montibus, vel in tectis, siue in domatibus suis, quæ idolis præparauit.

y Ingredietur ad Sancta sua,] i. ad Idola sua, quæ sancta putabat. z Vt obsecret,] ea pro liberatione sua.

a Et non valebit,] i. non proderit ei. Litera inuoluta est, sed sensus est. Cùm Moab ingressus fuerit ad Idola sua, & orauerit ea pro liberatione sua, nec valebit ab eis habere auxilium: tunc apparebit vanum esse, quòd laborauit in tectis, & domatibus, & montibus immolando Idolis. b Hoc verbum, &c.] Breuis epilogus est: Et est sensus. Hoc, quod prædixi, est. c Verbum, quod locutus] est Dñs per me, non ego ex me. e Et tunc,] i. à principio oneris Moab. d Ad Moab,] i. contra Moab. f Et tunc locutus est Dominus,] quasi dicat, adhuc parum locutus ẽst per me contra Moab, quasi concludens eius desolationem, dicens. Io tribus, &c. *Ierem.* procemio reddit epilogum: quod enim cœperat, hic est completum: vt omne quod dixit, vnum verbum, i. vna sententia sit. Vel aliter exponit *Ierom.* sic. c Verbum, quod locutus est Dominus ad Moab,] i. contra Moab. e Ex tunc,] i. ex quo creatus est Moab: ex tunc enim odit eum Dñs: quod patet per hoc, quod dixit *Deut.* 23. 2. Moabitæ & Ammonitæ non intrabunt Ecclesiam Dñi. Et tunc cœpit loqui contra Moab, sed non consummauit. Item tertio modo exponit *Ieron.* b Hoc verbum, quod locutus est Dñs ad Moab ex tunc,] i. ex quo præsciuit ea, quæ futura erant Moabitis, i. ab æterno: ex tunc, locutus est per se. f Et tunc

a locutus est Dominus] per

* & dulces constitutiones Augustini, quæ destructæ sunt. *Ier.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? a Inebriabo te lachryma mea, Esebon, & Eleale,] i. flumine lachrymarum submergam cogitationes superbas. Esebon enim congregatio mœroris, & Eleale ascensio interpretatur.

b Quoniam super vindemiam tuam & super messem tuam] ô Moab, id est, ô hæretice, vel peccator.

c Vox calcantium] mundum.

d Irruit,] i. vox Prædicatorum mundum despicientium, dicentium. e Auferetur lætitia & exultatio de Carmelo] qui interpretatur scientia circumcisionis, i. abundantia temporalium de Ecclesia, vnde tota lætitia, & exultatio est hodie. *Ier.* 2. b. Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructus eius, & optima illius: & ingressi contaminastis terram meam. *Amos* 9. a. Si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos. f Et in vineis, i. in multitudine vinearum, ad litteram. *Ierem.* 48. e.

g Non exultabit, neque iubilabit] Ecclesia.

i Vinum in torculari non calcabit, qui calcare consueuerat.] Ad litteram Clerici, & Monachi, quia non habebunt vineas. l Vocem calcantium abstuli,] i. cantum & gaudium vindemiarum. *Ierem.* 48. e. Nequaquam calcator vuæ solitum celeuma cantabit.

m Super hoc venter meus,] id est, cor meum.

o Ad Moab,] i. ad peccatores conuersum.

p Quasi cithara sonabit] plangendo pro eis, & lugendo, & dulciter increpando. *Ier.* 48. f. Cor meum ad Moab, quasi tibia æris resonabit. Tibia ori apponitur, vt sonet, hæc est prædicatio oris. Cithara manu percutitur, hæc est prædicatio operis, quæ dulciùs resonat, & efficaciùs. 1. *Reg.* 16. d. Dauid percutiebat manu citharam, & Saul leuiùs habebat. q Et viscera mea,] i. cordis interiora. r Ad murum cocti lateris,] i. ad vacantes deliciis carnis sonabunt condolendo & commonendo. Nota, quòd est venter, *Multiplex*
Dei patientia, *inf.* 46. a. Audite me, domus Iacob, & om- *venter.*
ne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, & gestamini à mea vulua. Item venter, Ecclesiæ Baptismus. *infr.* 49. a De ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Item venter, animæ triplex memoria. *Ioan.* 7. f. De ventre eius fluent aquæ viuæ. Item intellectus. *Ierem.* 4. e. Ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me. Item venter, gulæ. *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter est, & gloria in confusione. Item est cithara suauitas orationis. *Apoc.* 5. c. Viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum. Item cithara, consonantia prædicationis. *infr.* 30. g. In citharis & tympanis, & bellis præcipuis expugnabit eos, Dominus Assyrios. Item cithara, puritas confessionis. *Psalm.* 32. Confitemini Domino in cithara. Item cithara, diuinæ laudis. *Iob* 30. d. Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. Item cithara, *Multiplex*
mortificatio carnis. *Infr.* 23. d. Sume citharam, circui *cithara.*
ciuitatem, meretrix obliuioni tradita. *Apocal.* 14. a. Vocem, quam audiui, sicut Citharœdorum citharizantium in citharis suis. Item cithara, illicitæ voluptatis. *Sup* 5. c. Cithara & lyra, & tympanum, & tybia, & vinum in conuiuiis vestris, & opus Domini non respicitis. Et *inf.* 24. b. Conticuit dulcedo citharæ: amara erit potio bibentibus illam. *Iob* 21. b. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Et nota, quòd nulla cithara sonitum reddit sine concauitate: sic omnis prædicta cithara sonitum habet ab humilitate.

f Et erit, cùm apparuerit, id est, cùm manifestum fuerit vanum esse.

u Quod laborauit Moab,] id est, hæreticus, vel Philosophus curiosus.

x Super excelsis suis, i. in dogmatibus, & in tractatibus suis, quæ reputant excelsa.

y Ingredietur ad Sancta sua,] id est, ad verba Euangelij, quæ conabitur facere.

z Vt obsecret] prædicando. a Et non valebit,] quia non promittetur ei statim prædicare. *Deut.* 15. d. Non operaberis in primogenito bouis. 1. *Tim.* 3. b. Non Neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Vel sic. t Cùm apparuerit] vanum esse.

u Quod laborauit, ingredietur ad Sancta sua,] id est, ad Ecclesiæ Sacramenta reuertetur.

z Vt obsecret] quatenus recipiatur.

a Et non valebit,] id est, non statim obtinebit; quia non statim recipiendus est; sed ad tempus extra Ecclesiam dimittendus, vt examinetur, & humilietur.

b Hoc verbum, quod locutus est Dominus ad Moab,] id est, ad hæreticum, vel Philosophum curiosum, vel quemlibet peccatorem. e Ex tunc,] i. à principio, per Prophetas, per se, per Apostolos. f Et tunc etiam.

* locutus est Dominus

a locutus est Dominus] per me, dicens: b In tribus annis, &c.) Ierom. hic ponit tres expositiones. Et primò ponit quandam, quæ videtur esse falsa: cuius summa est, quòd tertio anno post mortem Achaz consummata est captiuitas Moab. Nam secundum hoc priùs fuit vastata Moab, quàm decem Tribus, & duæ. Cuius contrarium dicitur. sup. eod. in Gloss. Haym. ibi. Moab esto latibulum. Dicit enim, quòd ante vastata est Ierusalem ab Assyriis, & post a Chaldæis, quàm Moab.

a locutus est Dominus; dicens: In b tribus annis quasi anni c mercenarij d auferetur gloria Moab e super omni populo multo, f & relinquetur in eo sicut g racemus paruus, & modicus, nequaquam multus.

Sed quidam soluunt, & dicunt, quòd Moab bis vastata fuit, primò ab Assyriis, secundo à Chaldæis. Et dicunt, quòd de prima loquitur hic Ierom. de secunda loquitur Haym. supr. Sed si quis inspiciat sup. Interl. Haymoni, vtraque vastatio Moab fuit post vastationem decem Tribuum. Vndè meliùs credo, quòd Ierom. recitando posuit dictam expositionem. Secundam expositionem ponit Ieronym. veram, cuius summa est, quòd tertio anno ab euersione Ierusalem per Chaldæos factam, vastata est Moab à Chaldæis. Tertiam etiam expositionem ponit Ierom. cuius summa est, quòd per tres annos durauit vastatio Moab. Non enim primo, vel secundo anno vastari potuit; sed in tertio anno consummata est eius vastitas. Et secundum hoc, tribus, non dicitur in respectu ad mortem Achaz, vel ad euersionem Ierusalem, vt intelligatur tertio anno post mortem Achaz, vel post euersionem Ierusalem, vastata Moab, sed tribus annis quasi paruo tempore. Et hoc est.

Ierem.48.

b In tribus annis, & non pluribus qui sunt.

c Quasi anni mercenarij,] i. breues, sicut annus mercenarij, breuis est respectu mercedis, licèt magnus sit respectu desiderij habendæ mercedis.

d Auferetur, &c.] id est, paucis annis, & breuibus tolletur multitudo populi de Moab ab Assyriis. Vel.

b In tribus annis] post euersionem Ierusalem, qui sunt pauci.

c Quasi anni mercenarij auferetur] à Chaldæis.

d Gloria Moab, &c.] qui ducetur in captiuitatem, ita quòd paucissimi remanebunt.

f Et relinquetur in eo,] id est, in Moab, g Sicut racemus paruus & modicus nequaquam multus,] id est, sicut pauci racemi remanent post vindemiatores in vinea; ita ex multitudine Moab, pauci effugient hostes, qui remaneant in Moab.

Multiplex ...venter.

a Locutus est Dominus] per Doctores, & Prædicatores: & loquitur quotidie dicens per filios. b In tribus annis] qui sunt.

c Quasi anni mercenarij,] id est, breues.

d Auferetur gloria Moab,] id est, mundi, siue generis humani.

Multiplex ...thema.

e Super omni populo,] id est, gloria mundi citò destruetur, scilicet, tribus annis. Quorum primus est tempus ante legem, secundus tempus sub lege, tertius tempus sub gratia. Nos sumus in tertio anno, cuius pars maxima iam pertransiit. 1. Cor. 10. c. Nos sumus, in quos fines sæculorum deuenerunt.

f Et relinquetur in eo,] id est, in mundo, vel in genere humano. g Sicut racemus, &c.] quia in mundo de tanta multitudine pauci sunt boni, parui dignitate, modici potestate, non multi numerositate.

EXPOSITIO CAP. XVII.

Onus Damasci, &c.] Sicut diximus suprà, Isaias ordinat onera Gentium secundùm quòd magis peccauerunt in affligendo Iudæos. Vndè post onus Moabitarum ponit onus Syrorum, qui non solùm Iudæis in suis afflictionibus insultabant, sed etiam decem Tribubus adhærentes, multa mala fecerunt in Iuda, sicut legitur 4. Reg. 15. Dicitur autem onus Damasci, & non Syriæ, quia Damascus Metropolis Syriæ erat, sicut sup. 13. dictum est. Onus babylonis, non babyloniæ. Dicta est autem Damascus à Damasci filio Eliezer serui Abrahæ, qui eam condidit, vel ampliauit. Interpretatur autem Damascus, vt dicit Haym. fundens sanguinem, vel bibens sanguinem, vel osculum sanguinis, vel populum sanguinis: quia ibi Cain occidit Abel. Gen. 4. b. Item interpretatur sanguis cilicij: quia hi, qui multum sanguinem effuderunt, poenitentiam magnam agere debuerant, quòd significatur per cilicium; sed quia hoc non fecerunt, captiuati sunt, & translati in terram Theglathphalasar. 4. Reg. 16. b quam captiuitatem prædicit hic Isaias. Diuiditur autem hoc capitulum in quatuor partes. In prima prædicit destructionem Syriæ. In secunda tangit illud, quod legitur 4. Reg. 19. & 2. Paral. 30. scilicet, quòd post captiuitatem Syrorum, Ezechias Rex Iuda conuocauit reliquias decem Tribuum in Ierusalem, qui fugerant à facie Assyriorum, & latebant in speluncis, & desertis, ibi In die illa inclinabitur homo. In tertia ostendit, quòd Assyrij venientes in terram decem Tribuum, vel in Syriam, secundū quosdam, destruxerunt segetes, & quicquid ipsi laborauerant in terra, ibi: Propterea plantabis, &c. In quarta comminatur Sennacherib, & exercitui eius, quem contra Ierusalem congregauit, ibi: Væ multitudini, &c.] Dicit ergo. h Onus Damasci] Titulus est capituli, quasi dicat, hæc est visio de onere, & afflictione Syriæ, cuius Metropolis est Damascus. i Ecce,] id est, citò. Et loquitur, ac si præsens viderit.

CAP. XVII.

h Onus Damasci. i Ecce k Damascus desinit esse ciuitas, l & erit sicut m aceruus lapidum in n ruina. o Derelictæ o ciuitates Aroer p gregib. q erunt, & r requiescent ibi, & non ſ erit, qui exterreat. Et t cessabit

k Damascus desinit esse ciuitas] potens & nobilis, vt ante. Non enim legitur, quòd Theglathphalasar destruxerit eam; sed quòd ciues eius transtulit Cyrenem 4. Reg. 16. b. Vel fortè destruxit, licet non sit scriptum; sed postea ædificata est vsque hodie. l Et erit Damascus.

m Sicut aceruus lapidum in ruina,] id est, tantùm de ea remanebit ruina lapidum, & murorum, & domorum, & turrium. o Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt.] Duobus modis videtur hoc exponere Hayme in duobus glosis. Primò sic. o Ciuitates Aroer,] id est, regionis Syriæ, vbi multæ sunt ciuitates, derelictæ, ab hominibus. p Gregibus erunt] in pascua. r Et requiescent ibi] bestiæ, & greges, expulsis hominibus. ſ Et non erit, qui exterreat] bestias. Vel non erit latro, qui exterreat homines, tanta erit solitudo. Secundò sic.

o Ciuitates] Syriæ, derelictæ gregibus, bestiarum, vel pecorum.

q Erunt Aroer] id est, Mirica, quæ est herba infructuosa nascens in desertis, & saxosis locis, quasi dicat, omnes Syri infructuosi erunt, & desolati: ita quòd vbi erant priùs ciuitates, ibi crescent Miricæ. Dicunt etiam quidam, quòd ex hac arbore odia maleficis artibus concitantur. In quo notatur, quòd Syri maleficiis suis contra se iram Dei concitauerunt. r Et requiescent ibi] greges bestiarum, vel pecorum. ſ Et non erit, qui exterreat] ibi greges pascentes, & excubantes, q. d. tanta erit solitudo, vt nec etiam latro timendus sit ibi. t Et cessabit adiutorium] Syrorum

Mysticè.

Mysticè de vocatione Gentium. h Onus Damasci,] id est, subuersio Ethnicorum, qui ante Aduentum Christi amici erant sanguinis, & crudelitatis: & opera digna planctu, & sacco agebant.

i Ecce Damascus desinet esse ciuitas] malignantium, quasi dicat, Gentes conuersæ ad fidem non erunt vnanimes amplius pristina conuersatione, & errore. Prou. 12. a. Verte impios, & non erunt. De hac ciuitate dicitur Osee 11. c. Ego Deus, & non homo: & ciuitatem non ingrediar. Apoc. 18. c. Væ væ ciuitas illa magna Babylon.

l Et erit] grex fidelis collectus ex multis conuersis.

m Sicut aceruus lapidum] vitiorum, ex quibus constructa est ciuitas bonorum, 1. Petr. 2. a.

n In ruina,] vitiorum, & errorum, vel in excæcationem Iudæorum; quia in conuersione Gentium excæcati sunt Iudæi, Rom. 11. c. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret. De hoc aceruo dicitur Ier. 50. d. Colligite de via perditionis, lapides, i. duros peccatores, & redigite in aceruos congregationis. Sic & Gen. 31. f. Legitur, quòd Iacob, & Laban fecerunt aceruum lapidum in signum fœderis. Quod exponitur de Confessoribus.

o Derelictæ ciuitates Aroer,] id est, Gentes priùs infructuosæ, vt Miricæ. p Gregibus] Ecclesiasticis.

q Erunt in pascua, quia multi de Gentibus conuersis fuerunt postea magni Doctores, qui pauerunt greges fidelium pane sacri eloquij.

r Et requiescent ibi] Pastores, vel greges mente pacata. Soph. 2. b Erit funiculus maris requies Pastorum, & caulæ pecorum.

ſ Et non erit, qui exterreat] greges Ecclesiasticos: quia Dñs inter eos erit, & Pastore præsente, nō timebunt lupos Luc. 12. d. Nolite timere pusillus grex; quia cōplacuit Patri vestro dare vobis regnum. t Et cessabit adiutoriū, &c.] Dei.

C.

adiutorium *a* ab Ephraim, *b* & regnum à *c* Damasco: & *d* reliquiæ Syriæ sicut *e* gloria filiorũ Israel erũt, dicit Dominus *e* exercituum. Et *f* erit in die illa, *g* attenuabitur gloria Iacob, † *h* & pinguedo carnis eius *i* emarcescet. Et *k* erit sicut *l* congregans in messe, quod *m* restiterit, & *n* brachium eius *o* spicas leget: Et *p* erit *q* sicut quærens spicas in *r* valle Raphaim: *s* relinquetur in eo quasi *t* racemus, *u* & sicut excussio oleæ duarum, aut trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor, aut quinque, in cacuminibus eius *x* fructus eius, dicit Dominus *y* Deus Israël.

B

Al. † & pingues carnes eius marcescent.

Δ rium Syrorum. *a* Ab Ephraim,] id est, à decem Tribubus, quas Syri solebant iuuare contra alias Tribus. *b* Et regnum à Damasco] cessabit. *d* Et reliquiæ, &c.] id est, sicut decem Tribus captiuatæ sunt vsque ad reliquias modicas; sic & Syri erunt. Vel sicut vituli aurei, in quibus gloriabantur filij Israel, captiuabuntur ab Assyriis; ita & reliquiæ Syriæ captiuabuntur à Chaldæis. *Haymo.* dicit, quòd ironicè loquitur Isaias pro ignominia Syrorum, quasi dicat, filij Israel in captiuitatem ducti sunt, quia spem suam, non in Deo, sed in hominibus posuerunt; sic & Syri, qui promittebant auxilium eis, vt separarent eos à cultu Dei, quod & fecerunt, & ideò ambo ignominiosè captiuati sunt. *e* Dicit Dominus exercituum] qui potens est ita facere. *f* Et erit in die illa] cùm Syria vastata fuerit ab Assyriis, & Damascus desierit esse ciuitas.

g Attenuabitur gloria Iacob,] id est, decem Tribuum, quæ in auxilio Syrorum gloriabantur. Vel sic. *f* Et erit in die illa] notabili & terribili.

g Attenuabitur gloria Iacob,] id est, destruetur Syria & Damascus, in quibus gloriabantur Iudæi. *h* Et pinguedo carnis eius,] id est, fortitudo fiduciæ eius. *i* Emarcescet,] id est, debilitabitur amissis Syris, *k* Et erit, &c.] Tres ponit similitudines eiusdem sententiæ, ad ostendendum, quòd pauci de Syris, & de decem Tribubus remanebunt. Prima sumitur à messe, secunda a vinea, tertia ab olea, quasi dicat, sicut rarissimæ spicæ fugiunt manus messorum: & pauci racemi manus vindemiatorum & paucæ oliuæ post excussionem oleæ, sic pauci remanebunt in Damasco. Primò enim per Assyrios vastata fuit, & pauci remanserunt; & alij translati fuerunt Cyrenem, quæ est regio vltra Ægyptum: postea vastata fuit à Chaldæis, & tunc pauciores remanserunt. Et hoc est.

k Et erit] Syria. *l* Sicut congregans in messe] illud.

m Quod restiterit] post messores. *n* Et brachium eius,] id est, Syria, in cuius fortitudine confidebat Iacob. *o* Spicas leget,] id est, paucos, qui manebunt, colliget. *q* Et erit,] &c.] quæ est fertilissima in terra promissionis: per quod innuit Propheta, quòd multi erant in Syria, sed pauci remanebunt. *s* Et relinquetur in eo] brachio, id est, in Syria, vel in eo Iacob.

t Quasi racemus,] id est, pauci, sicut pauci racemi relinquuntur post vindemiatores.

u Et sicut, &c.] id est, oleæ, ita erit. *x* Fructus eius,] id est, Syria *y* Dicit Dominus exercituum] qui omnia scit, & omnia potest, i. sicut olea excussa duas, aut tres, quatuor aut quinque, aut plures oliuas retinet in summitate ramorum, vbi non possunt capi; ita in Syria nulli fructus, aut segetes, vel etiam homines, qui possint capi, remanebunt.

Δ *a* In die illa, &c. Secunda pars

Mysticè.

Θ *a* Ab Ephraim, id est, à Scribis, & Pharisæis, qui semper sunt contrarij populo Dei. *b* Et regnum] diaboli, vel peccati cessabit. *c* A Damasco,] id est, à Gente, quæ priùs sanguinem diligebat. *Rom.* 6. b. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentiis eius. *d* Et reliquiæ Syriæ,] id est, Gentium conuersarum. *e* Sicut gloria filiorum Israel erunt,] id est, sicut filij Israel priùs fuerunt gloriosi, durante regno eorum, & Sacerdotio; ita Gentes conuersæ gloriosæ erunt, ablato à Iudæis regno, & Gentibus tradito, sicut dicitur *Matth.* 21. d. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus eius. *Hebr.* 7. b. Translato Sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat.

e Dicit Dominus exercituum,] id est, per Prophetam hoc promittit, & ideò fiet.

f Et erit in die illa,] id est, in tempore vocationis Gentium prædicantibus Apostolis.

g Attenuabitur gloria Iacob,] id est, Iudæorum, qui gloriosi erant in toto orbe.

h Et pinguedo carnis eius emarcescet,] id est, non habebunt Prophetam, neque signa, neque virtutes, neque regnum, neque Sacerdotium, vt priùs; sed omne corpus marcescet. *Osea* 3. b. Dies multos sedebunt filij Israël sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephot, & sine Theraphin. *Ezech.* 21. f. Tu autem, prophane, impie Dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita, aufer cydarim, tolle coronam.

k Et erit. sicut congregans in messe, &c.] Per tres similitudines ostendit Propheta, quòd vocatis Gentibus remanebunt pauci Iudæi de magna multitudine: quia etiam excæcati in infidelitate erunt sicut pauperes, qui post vindemiatores colligunt racemos remanentes, & post messores spicas, & post excussiones olearum oliuas, hoc est, viles, & abiecti, & pauperes erunt: & paucissimos de Gentibus ad legem suam conuertent. Vndè Dominus *Matth.* 23. b. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proselytum. Et hoc est, quod dicit. Et erit: Iacob, id est, Iudæi conuersi ad fidem. *l* Sicut congregans in messe, quod restiterit,] id est, sicut pauper colligens, quod remanet post messores. *n* Et Brachium eius,] id est, Iacob. *o* Spicas leget,] id est, paucissimos de Gentibus, qui relinquentur ab Apostolis, colligent ad se ad obseruandum legalia cum eis. *p* Et erit] Iacob.

q Sicut quærens spicas,] id est, reliquias Gentium non conuersas ab Apostolis.

r In valle Raphaim,] id est, in literali, & carnali intelligentia legis. Alij exponunt & meliùs, vt credo, de Iudæis conuersis ad fidem. Et est sensus, quòd sicut paucæ spicæ remanent post messionem, & pauci racemi post vindemiatores, & paucæ oliuæ post olearum excussionem, ita pauci Iudæi conuersi sunt ad fidem, respectu Gentium conuersarum vel respectu Iudæorum non conuersorum, secundum quod dicitur *Matth* 20. b. Multi sunt vocati, pauci verò electi. Et hoc est.

k Et erit] Iacob, id est, Iudæi conuersi.

l Sicut congregans in messe, quod restiterit] post messores, id est, pauci pauperes, & humiles.

n Et brachium eius,] id est, Iacob.

o Spicas leget,] id est, vestigia messorum, i. Apostolorum sequetur: sicut ille, qui colligit spicas post messores.

r In valle Raphaim,] id est, in veritate literæ, & humilitate cordis, non in monte superbiæ. *Ruth.* 2. a. Vadam in agrum & colligam spicas, quæ fugiunt manus metentium. Auctoritates sacræ Scripturæ dicuntur spicæ, quarum stipes historia est, folliculus allegoria, grana Tropologia, aristæ subtiles Anagogæ. Item racemi dicuntur auctoritates Sacræ Scripturæ, quia inebriant & lætificant mentem. Similiter & oliuæ, quia oleum pietatis nobis ministrant. De his dicitur *Leuit.* 19. b. Cùm messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ, nec remanentes spicas colliges, neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, sed pauperibus carpenda dimittes. *Mich* 7. a. Factus sum quasi, qui colligit in autumno racemos vindemiæ.

s Et relinquetur in eo,] id est, in Iacob, id est, in populo Iudaico. *t* Quasi racemus,] i. pauci fideles.

u Et sicut excussio oleæ duarum, aut trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor aut quinque, in cacuminibus eius, fructus eius,] id est, sicut olea excussa paucas retinet oliuas; ita percusso populo Iudæorum, & excæcato, oliua, id est, Synagoga, quæ sub Moyse habuerat sexcenta tria millia armatorum, vt legitur *Num.* 1. g. & 26. g. Dauid numerante Ioab quasi infinita millia. 2. *Reg. vlt.* b. paucos fructus Saluatori obtulit. Vndè *Osea* 9. c. Quasi vuas in deserto inueni Israël, quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum. Et nota, quòd, duarum, dicit per se, In quo significat Paulum & Barnabam, de quibus dixit Spiritus Sanctus *Act.* 13. a Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. In hoc, quod dicit, trium oliuarum, significat, vt dicit *Ieronymus*, Petrum, Iacobum, & Ioannem, qui in monte Dominum transfiguratum conspexerunt. *Matth* 17. a. Et Archisynagogi filiam suscitari viderunt. *Matth.* 9. c. & *Mar.* 5. c. & *Luc* 8. f. Ideò autem hos quinque separatim tangit, ad ostendendum, quod separati ab aliis fuerint aliqua speciali prærogatiua.

y Dicit Dominus Deus Israel, &c.] qui mentiri nescit, nec valet. Item quatuor, & quinque dixit, vt ostenderet illas paucas oliuas fore Prædicatores Euangelicæ, & Mosaicæ legis. Et ita innuit Propheta quatuordecim Apostolos, vndecim à Domino electos, & Matthiam Iudæ substitutum, & Paulum, & Barnabam: & meritò hic numerus seorsum positus est, ad ostendendum illos quasi quadam prærogatiua segregatos, quasi Domini Secretarios speciales.

● *a* In die illa]

A *a* In die illa.] Secunda pars, vbi ostendit, quòd post captiuitatem Syriæ, & Samariæ Ezechias conuocauit in Ierusalem reliquias decem Tribuum, sicut legitur. 4 *Reg.* 19. & 2. *Paral.* 30. a. Dicit ergo. In die illa, deleta Syria, & captiuitatis Syris, a. decem Tribubus. *b* Inclinabitur,] id est, humiliabitur. *c* Homo,] i. Iudæus factus rationabilis relicta idololatria. *d* Ad factorem suum,] id est, ad Deum, debitum cultum exhibendo. *e* Et oculi eius] interiores, & exteriores.

Secunda pars.

In *a* die illa *b* inclinabitur *c* homo *d* ad factorem suum, & *e* oculi eius ad *f* sanctum Israël respicient: *g* & non inclinabitur *h* ad altaria, quæ *i* fecerunt manus eius; *k* & quæ operati sunt digiti eius, non *l* respiciet *m* lucos & delubra. In *n* die illa erunt *o* ciuitates fortitudinis eius *p* derelictæ sicut *q* aratra, *r* & segetes, quæ derelictæ sunt *s* à facie filiorum Israël. Et *t* eris deserta, quia *u* oblita es Dei Saluatoris tui & *x* fortis adiutoris tui non es *y* recordata. *z* Propterea *a* plantabis plantationem † fidelem, *b* & † germen *c* alienum *d* seminabis. In *e* die plantationis tuæ *f* labrusca, & *g* mane semen tuum florebit. *h* Ablata est messis in *i* die hæreditatis, & † *k* dolebis grauiter,

Al. † infidelem. *Al.* † fermen. *Al.* † dolebit.

f Ad sanctum Israel, respiciet,] i. ad templum. *g* Et non inclinabitur] adorando. D *h* Ad altaria.] Idolorum. *i* Quæ fecerunt manus eius] in Dan, & in Bethel, vbi erant vituli aurei, quos fecit Ieroboam. 3. *Reg.* 12. g. Et quæ operati sunt digiti eius] diligentiam notat: illud enim diligenter facimus, vbi digitos apponimus. *l* Non respiciet homo relictus ab Assyriis reuersus in Ierusalem. *m* Lucos & delubra] in quibus solebat Idolis sacrificare, i. luxuriam exercere. *n* In die illa] quando Assyrij vastauerunt non solùm Syriam, & Damascum, sed & terram decem Tribuum, vel quando Romani quadragesimosecundo anno post passionem Domini destruxerunt Ierusalem. *o* Erunt ciuitates fortitudinis eius,] id est, fortes ciuitates Israel. *p* Derelictæ] ab hominibus timore Assyriorum, vel Romanorum. *q* Sicut aratra] Amorræorum. *r* Et segetes, &c.] ab Amorræis.

s A facie filiorum Israel,] quasi dicat, olim Amorræi venientibus filiis Israel præ timore dimittebant aratra in campis & fugiebant, vt legitur *Ios.* 6. & 7. Sic modò decem Tribus ita territæ erunt in aduentu Theglathphalasar, quòd non sunt ausi munire ciuitates fortes, & oppida; sed ipsis dimissis fugiunt.

t Et eris deserta] plebs decem Tribuum. Et meritò,

u Quia oblita, &c.] i. Dei, qui eduxit te de Ægypto, & saluauit ab exercitu Pharaonis.

x Et fortis adiutoris tui] contra Ægyptios, & Amalechitas, & Amorræos, & omnes alios inimicos. *y* Non es recordata] vt eum coleres solum. Vnde *Ier.* 8. c. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui; populus autem meus non cognouit iudicium Domini. *Sup.* 1. a. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui; Israel autem non cognouit me.

z Propterea plantabis, &c.] Tertia pars, vbi ostendit, quòd Assyrij venientes in terram decem Tribuum, segetes, & quicquid erat in terra, vastauerunt. Quidam tamen intelligunt hoc de terra Syrorum; sed glosæ exponunt de terra decem Tribuum. Loquens ergo ironicè Propheta ad decem Tribus ait: Propterea, quia oblita es Dei tui.

a Plantabis plantationem fidelem,] quasi dicat, an propterea, quia oblita es Dei, plantabis plantationem fidelem; quasi dicat.

b Et] pro, sed. *c* Germen alienum seminabis.] Plantationem fidelem vocat, quæ reddit fructum cultori suo: Germen alienum dicit, quod alius colligit, non cultor. Sic fuit hic, quia Israelitæ plantauerunt vineas, & segetes, & Assyrij collegerunt fructum. Vel fidelis plantatio potest dici, quæ secundum laborem cultoris reddit fructum multiplicem, & bonum. Germen alienum dicitur fructus degenerans, & prauus. Alia littera habet, infidelem, & tunc sic legitur littera. *z* Propterea,] i. quia oblita es Dei. *a* Plantabis plantationem infidelem.] i. quam non colliges. *b* Et germen alienum] à te, quod alius colliget. *d* Seminabis] ô tu Israel, vel ô tu Syre, secundum alios. *e* In die plantationis tuæ labrusca,] i. pro vite bona plantata nascetur labrusca, i. vitis siluestris, & inutilis. *g* Et mane semen tuum florebit,] i. nimis citò & festinanter; & ideò

Tertia pars.

inutiliter, quia imminente frigore concidunt flores, & fructus perit. *h* Ablata est messis] ab hostibus, i. auferetur. *i* In die hæreditatis,] i. cùm deberet recondi in horrea, & possideri sicut hæreditas. *k* Et dolebis grauiter] super hoc Vel. dolebit grauiter, qui seminauit, scil. vt sit Metaplasmus, i. mutatio personæ, quæ frequens est in Prophetis.

Δ *a* Væ multitudini, &c.] Quarta

Θ *a* In die illa] excæcationis Iudæorum, & vocationis Gentium. *b* Inclinabitur,] i. humiliabitur per fidem. *c* Homo] Gentilis conuersus. *d* Ad factorem suum. i. Deum relictis Idolis & peccatis. *e* Et oculi eius,] i. Gentilis conuersi. *f* Ad sanctum Israel respicient,] i. ad Deum sanctificantem fideles fide videntes eum. *g* Et non inclinabitur, &c.] i. ad idola, vel peccata. *Os.* 8 c. Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, &c. *l* Non respiciet lucos & delubra] in quibus antè peccauit. Vndè dictum est Loth i *Gen.* 19. d. Salua animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed incredula vxor eius respexit post se, & versa est in statuam salis. *Isidorus.* Delubra dicuntur à diluendo, i. templa habentia fontes per lucos. Per delubra intelligitur omne peruersum dogma, & omnis mala plantatio. De qua dicitur *Matth.* 15 b. Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus, eradicabitur. *n* In die illa] vocationis Gentium. *o* Erunt, &c.] i. Iudæi excæcabuntur, & à Domino deserentur. *q* Sicut aratra, &c.] *Sept.* planiùs. Sicut dereliquerunt Amorræi & Euæi aratra, & segetes à facie filiorum Israel. Aratra Amorræorum, & Euæorum, i. Clericorum propter peccata amaricantium, & lapides, i. auctoritates colligentium, sunt sæcularia negotia, & redditus temporales, quæ ipsi dereliquerunt à facie filiorum Israel, i. Prædicatorum. 3. *Reg.* 19. d. Cùm venisset Elias ad eum, i. ad Elisæum, misit pallium suum super illum, qui statim relictis bobus, cucurrit post Eliam, &c. Et reuersus ab eo tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes. Est etiam aliud aratrum boum, quod non est dimittendum, scil. officium prædicationis. De quo dicitur *Eccl.* 38. c. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat. *Luc.* 9. g. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei, habendo, vel prædicando. *Iob* 1. c. Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos. *Osea* 10. c. Arabit Iudas, & confringet sibi sulcos Iacob. *t* Et eris deserta] à doctrina, à gratia, a gloria.

Mistice.

u Quia oblita es Saluatoris Dei, tui, i. Christi, quem lex & Prophetæ nunciabant. *x* Et fortis adiutoris tui] contra Dæmones & peccata. *y* Non es recordata,] i. ingrata. *z* Propterea plantabis, &c.] quoad te, qui non credis Deum trinum, & vnum. *b* Et germen alienum,] i. doctrinam peruersam. *d* Seminabis] in terram malam, i. in Synagogam Sathanæ, dicendo vnum Deum non trinum; Christum ex homine, non ex Deo natum. Alia littera.

a Plantabis plantationem fidelem,] id est, doctrinam veram quoad alios. *b* Et semen alienum] quod alius comedet. *d* Seminabis] sicut hodie multi faciunt, qui bona & vera docent, & prædicant, & alios saluant; & ipsi fame moriuntur. *Deut.* 28. d. Vineam plantabis, & fodies; & vinum non bibes. *Iob* 24. b. Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. *Mich.* 6. d. Tu seminabis & non metes: tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo, & mustum, & vinum non bibes. *e* In die plantationis tuæ labrusca] blasphemiæ contra Christum *g* Et mane semen tuum florebit,] i. ante tempus; & ideò non valebit. *h* Ablata est messis] doctrinæ spiritualis, & gratiæ spiritualis. *i* In die hæreditatis,] i. in futuro, cùm deberet, vt hæreditas, possideri.

k Et] ideò, dolebit grauiter, cùm videbit gentilem populum sibi prælatum. Vndè Apostolus *Rom.* 9. a. Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo: quia vellet, si posset fieri, cum ramis oleastri radicem saluari, i. Iudæos cum Gentibus. Potest etiam hoc dici contra illos, qui in ipso initio promotionis, vel conuersionis suæ degenerant; vel contra illos, qui pro temporali laude, vel lucro docent, aut prædicant. *e* In die plantationis tuæ,] i. promotionis, vel prædicationis. *f* Labrusca] auaritiæ, vel inanis gloriæ. *Ierem.* 12. c. Seminauerunt triticum, & messuerunt spinas. *g* Et mane semen tuum florebit] *infrà* 18. c. Ante messem totus effloruit & immatura perfectio germinauit. *Prou.* 20. c. Hæreditas, ad quam festinatur in principio; in nouissimo benedictione carebit. Item. *Prou.* 28. c. Vir fidelis multum laudabitur; qui autem festinauit ditari, non erit innocens. *h* Ablata est messis,] i fructus prædicationis tuæ. *i* In die hæreditatis,] i. in die, qua restituetur hæredibus hæreditas æterna. *k* Et dolebis grauiter] qui pro laude, vel pro lucro modico tuam hæreditatem vendidisti, qui alios inebriasti; & satiasti, & tu ieiunus, & sitiens remansisti.

 Θ *a* Væ multitudini

Quarta pars. a Væ multitudini, &c. Quarta pars, vbi comminatur Sennacherib, & exercitui eius, quem exterminauit. *infr.* 37.g. Angelus Domini. Et hoc facit in Isaias cōsolationem Syrorum, & decem Tribuum, quos vtrosque Assyrij captiuauerunt. Dicit ergo. Væ temporale & æternum.

Al. † multitudo.

a Væ † b multitudini populorum multorum, vt c multitudo maris sonantis: & d tumultus turbarum, e sicut sonitus aquarum multarum. f Sonabunt populi, g sicut sonitus aquarum inundantium h: & increpabit eum, & i fugiet k procul. Et l rapietur, m sicut puluis montium n à facie venti, o sicut turbo p coram tempestate. In q tempore vesperi, r & ecce turbatio, in f matutino, t & non subsistet. Hæc u est pars eorum, qui vastauerunt nos, & x sors diripientium nos.

CAP. XVIII.

y VÆ z terræ cymbalo alarũ, a quæ est trans flumẽ

b Multitudini populorum multorum] venientium cum Sennacherib, contra Ierusalem. *Infr.* 37. c. Venientium, dico.

c Vt multitudo maris sonantis,] i. cum magno, & multo fremitu & impetu, sicut mare inundans.

d Et tumultus turbarum venientium cum Sennacherib.

e Sicut sonitus aquarum multarum,] quasi dicat, cum tanta multitudine veniet, vt sonitus exercitus cōparetur sonitui maris, & aquarũ multarum. f Sonabunt populi] venientes cum Sennacherib. g Sicut sonitus aquarum inundantium] quæ nihil audiont, nec audire aliquid sinunt. h Et increpabit Dominus, eum, i. Sennacherib. Dominum, & Auctorem tanti exercitus occidendo exercitum totum.

i Et fugiet Sennacherib.

k Procul.] Niniuen exterminato exercitu.

l Et rapietur,] Sennacherib, i. citò fugiet à Ierusalem. Vel rapietur, i. citò de mundo tolletur: quia post quadraginta dies à propriis filiis est occisus. *Infrà* 37. g. Vel sic: Rapietur exercitus.

m Sicut puluis montium] rapitur.

n A facie venti, i. citò, & raptim consumentur, redacti in cinerem, & eorum spolia detrahentur à Iudæis.

o Et sicut turbo] qui de terra subitò consurgit.

p Coram tempestate] ventorum.

q In tempore vesperi,] id est, in extrema parte noctis: tunc enim interfectus est exercitus.

r Et ecce turbatio] multitudinis, Angelo percutiente.

f In matutino] similiter turbatio, quia Sennacherib, videns exterminatum exercitum turbatus est valde. Et non subsistet] exercitus, vel Sennacherib: quia licet fugeret in Niniuen cum decem sociis, ibi est interfectus à filiis.

u Hæc est, &c.] mala, scilicet, suprà dicta, dicit Propheta associans se Iudæis desolatis gratia compassionis.

x Et sors diripientium nos] sors dicitur, quia nulli parata est.

a Væ multitudini populorum multorum] non credentium, & Ecclesiam persequentium.

c Vt multitudo maris sonantis] cui nemo resistere potest, & quæ cuncta opprimere, & occupare conatur, vt mare. d Et tumultus turbarum] Ecclesiam turbantium.

e Sicut sonitus, &c.] quarum vnus fluctus allidit alium. *Apoc.* 17. d. Aquas, quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & Gentes & linguæ.

f Sonabunt, &c.] multarum, inundantium, concorditer contra bonos. *Ier.* 51. f. Sonabunt fluctus eorum, quasi aquæ multæ. *infr.* 23. a. Erubesce Sidon, ait mare. *Iob.* 28. b. Et mare loquitur, non est mecum, scilicet, sapientia. Hic est sonitus maris. *Psal.* 92. Eleuauerunt flumina vocem suam, eleuauerunt flumina fluctus suos. h Et increpabit,] Dominus, eum Diabolum, vel Antichristum auctorem seditionis. i Et fugiet procul] à populo Dei. *Zachar.* 3. a. Increpet Dominus in te, Sathan. *Nahum.* 1. a. Dominus in tempestate, & turbine viæ eius: & nebulæ puluis pedum eius increpans mare, & exsiccans illud. l Et rapietur] vt religetur in Abysso. *Apoc.* 20. a. m Sicut puluis montium] fragilitas superborum. n A facie venti,] id est, impetu tribulationis. o Et sicut turbo coram tempestate] diuinæ sententiæ. q In tempore vesperi,] id est, in die iudicij, cùm dicetur ei, & suis. Ite, maledicti, &c. *Matth.* 25. d. *Iob* 21. c. Erunt quasi paleæ ante faciem venti & sicut fauilla, quam turbo dispergit. Item *Iob* 27. d. Nocte opprimet eum tempestas, tollet eum ventus vrens, & velut turbo rapiet eum de loco suo. *Prou.* 10. d. Quasi tempestas transiens non erit impius. *Ier.* 23. d. Ecce turbo dominicæ indignationis egredietur, & tempestas erumpens super caput impiorum veniet.

r Et ecce turbatio,] diaboli & suorum ex conscientia peccati in vespere mortis.

f In matutino] resurrectionis similiter turbatio ex terrore iudicij, & magnitudine supplicij. t Et non subsistet] in miseriis. *Septuaginta*. Et non erit, quasi dicat, ad statum pristinum non redibit. Vndè contra † Origenem ponit *Ieron. Gloss.* Quomodo ergo pœnitebit diabolus, & Archangelum fastigium sustinebit? *Al.* † Eugenium.

u Hæc est pars eorum, qui vastauerunt nos,] scilicet, interitus æternus.

x Et sors diripientium nos] dicent Sancti videntes reprobos reprobari. *Iob* 20. d. Hæc est pars hominis impij à Deo, & hæreditas, pársque mensuræ tuæ à me, dicit Dominus.

EXPOSITIO CAP. XVIII.

VÆ terræ cymbalo, &c.] Sicut decem Tribus ex confidentia auxilij, & consilij Syrorum minus sperauerũt in Dño: sic duæ Tribus ex confidentia Ægyptiorum. Vndè sicut in præcedenti capitulo prædicta est destructio Syrorum: quia promittendo consilium, & auxilium decem Tribubus, retraxerunt eas à spe & cultu Dei sui; ita prædicitur hic destructio Ægyptiorum, quia promittebant consilium, & auxilium duabus Tribubus, vt eas à spe & vultu Dei retraherent. Et nota, quòd non præponitur hic titulus, Onus Ægypti, sicut suprà positum est onus Damasci: quia in sequenti capitulo iterum, & pleniùs agit Propheta de destructione Ægypti: & ibi ponitur titulus. Vndè quod hic dicitur de Ægypto, quasi anticipatio est. Comparat autem Propheta Ægyptum cymbalo alarum, vt dicit *Haymo* per Nilum, qui per abrupta montium descendens, sonitum similem sonitui alarum grandium auium volantium dabat, antequam diuideretur ab Alexandro in septem riuos. Et quia sonus alarum similis est sonanti cymbalo; ideò dicit cymbalo alarum. Vel quia cymbalum acutum sonum habet, & velocem, & magis exprimitur eius velocitas ex eo, quod additur alarũ, ideò non solùm cymbalo, sed cymbalo alarũ cōparatur Ægyptus pro velocitate, & impetu Nili. Vel quia sicut auis citò transuolat; ita Nilus citò segetes generat. Vel per cymbalum alarum intelligitur auxilium, quod Ægyptij promittebant duabus Tribubus. Iuxta illud *Psalm.* 16. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Et nota, quòd Nilus, qui & Geon dicitur *Gen.* 2. b. Vocatur flumen Æthiopiæ, & flumen Ægypti, quia de Paradiso veniens per vtranque terram fluit, & de Æthiopia descendit in Ægyptum. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes. In prima comminatur Propheta Ægyptiis, ostendens eorum turbationem, & timorem audito aduentu Nabuchodonosor contra eos. Vndè nuncios miserunt ad duas Tribus, vt eis ferrent auxilium, quibus Ieremias imposuit collis eorum catenas ligneas dicens: Ite, & dicite Dominis vestris, quòd ita ducentur captiui, & ligati ab Assyriis. Et hoc habet *Ieron.* 27. a. In secunda parte ostendit Propheta Ægyptios simul & duas Tribus à Domino derelictas; & ideò totaliter ab Assyriis destruendos, *ibi*: Ego quiescam. In tertia promittit populo Iudaico, quòd vastata Ægypto non sperabit vltra in vmbra Ægyptiorum, sed in Domino, *ibi*, in tempore illo, &c. Dicit ergo.

y Væ] temporale & æternum.

z Terræ cymbalo alarum,] i. Ægypto, quæ in vmbra alarum suarum promittit auxilium duabus Tribubus, cuius fluuius velox est, vt volatus auium, & strepitum facit, vt cymbalum. a Quæ; terra, est trans flumen Æthiopiæ, respectu Ierusalem, i. vltra Nilum, qui de Æthiopia venit in Ægyptum. *Interl.*

Mysticè. Mysticè. y Væ cymbalo alarum, &c.] Hebræus exponit hoc de Gog, qui veniet de vltra Æthiopiam de terra auibus. *Haymo* & *Ieronymus* de Ægyptiis ad litteram, vt diximus. *Gregorius*. de Antichristo, & *Ieronymus*. de hæreticis mysticè, qui mittunt nuncios per vniuersum orbem portantes volumina falsorum dogmatum. Qui cymbalo comparantur, quia aliis prædicando seipsos consumunt, & damnant. Iuxta illud 1. *Cor.* 13. a. Si linguis hominum loquar, & Angelorum; charitatem autem non habeam: factus sum, velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Cymbalo autem alarum comparatur propter leuitatem, & superbiam eorum. Dicit ergo. y Væ] æternum.

z Terræ cymbalo alarum,] id est, terrenis hæreticis, seu falsis Doctoribus. *Matth.* 23. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi Hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines; vos enim non intratis, nec introeuntes intrare sinitis. a Quæ est trans flumen Æthiopiæ] id est, peior

Al. † papyreis.

Al. non habet † Ad montem nominis Domini exercituũ monte Sion.

Al. † nationibus.

a Ægyptum, *Interl.* dicit, Trans flumen Æthiopiæ,] id est, vltra riuos Nili, notans, quod Alexander magnus, quando cepit Ægyptum, diuisit Nilum in septem riuos, vt posset eum transuadere. Vnde *supr.* 11.d. dicitur Leuabit Dominus manum suam super flumen in fortitudine populi sui, & percutiet eum in septem riuis. a Qui] Ægyptus,] id est, Ægyptiacus populus, vt fiat relatio ratione suppositi. b Mittit in mare,] id est, per mare. c Legatos,] id est, nuncios ad duas Tribus, vt eis ferant auxilium, vel in mare, id est, ad Cyprũ, & ad alias insulas maris, vt veniant eis in auxilium. d Et in vasis papyri super aquas,] id est, in nauibus de papyro factis, quæ tantæ magnitudinis

Æthiopiæ, a qui mittit in b mare c legatos, & in d vasis † papyri super aquas. e Ite Angeli f veloces ad g Gentem h conuulsam, & i dilaceratam: ad k populum terribilem, l post quem nõ est alius: ad m Gentẽ expectantẽ, & n conculcatam, cuius o diripuerũt flumina p terrã eius: † Ad q montẽ nominis Domini exercituum, r montem Siõ. Omnes s habitatores orbis, qui moramini in terra, cùm t eleuatũ fuerit signũ in † u mõtibus, x videbitis, & y clãgorẽ tubæ z audietis: a quia hæc dicit Dominus ad me: b Ego quiescã, & c cõsiderabo in d loco meo, sicut e meridiana lux clara est:

est secundum historiam Alexandri, vt dicit *Haymo*, vt naues de ipso fiant. Vel vasa papyrea vocat chartas de papyris factas, quas mittebant per legatos, vel pixides papyreas, in quibus literæ portabantur, quas *Haymo* vocat capsulas iudiculorum, id est, literarum indicantium voluntatem mittentium. Item vocat eas capsulas vehiculorum, id est, cursariorum. Mittet, inquam, dicens. e Ite Angeli,] id est, nuncij f Veloces,] id est, velociter. g Ad Gentem] Iudaicam, id est, ad duas Tribus. h Conuulsam] à Deo, & partim à terra sua. i Et dilaceratam,] ab Assyriis, qui totam Iudæam ferè præter Ierusalem destruxerant. k Ad populum terribilem,] hostibus suis quondam, quando Deum habebat protectorem. l Post quem, &c.] i. cuius potentiæ nullus populus est comparandus. m Ad Gentem expectantem,] auxilium Dei, vel auxilium nostrum, quasi dicat: nos iuuamus eos; & ideò ipsi debent nos iuuare. n Et conculcatam] à diuersis Gentibus. o Cuius diripuerunt, &c.] id est, cuius terram flumina, id est, Reges, & Principes hostes eorum diripuerunt, nunc Assyrij, nunc Ægyptij, nunc Chaldæi. q Ad montem, &c.] Exponit Propheta, ad quam terram nuncij mittantur, vel ipsimet Ægyptij: exponant: Quasi quærentibus nuncij: Quò ibimus? Et ipsi dicunt. b Ad montem nominis, &c.] id est, ad Ierusalem montuosam, vbi inuocatum est nomen Domini exercituum, id est, angelicarum virtutum scilicet. r Montem Sion,] vbi erat turris fortissima, quæ dicitur Arx Dauid. Deinde subdit Propheta in persona Domini. s Omnes habitatores orbis, qui moramini, &c.] id est, vexillum victoriæ Assyriorum. u In montibus] vel, in nationibus Ægyptiorum. x Videbitis] hoc, quod ego prædico vobis: vel hoc, quod Assyrii facient Ægyptiis: vel quod Dominus cogitauit super Ægyptum. Sed videtur, quòd malè dicat, in montibus Ægypti, quia dicitur *Deut.* 11. b. Terra illa non est, sicut terra, de qua egressi estis, sed est montuosa: Et constat quòd ipsi egressi erant de Ægypto: ergo Ægyptus non habet montes. Solut. Egressi erant de terra Gessen, vbi non sunt montes: tamen in alia parte habet montes Ægyptus. y Et clangorem tubæ audietis,] incipientibus pugnare Assyriis contra Ægyptios. Et posset aliquis dicere Isaiæ: Quomodo scis hoc? Et respondet. a Quia hæc dicit Dominus] qui non mentitur, ad me. b Ego quiescam,] id est, cessabo à protectione Ægyptiorum, & duarum Tribuum, ad quas mittunt. c Et considerabo,] finem rei, sicut ille, qui non curat. d In loco meo,] id est, in cœlo, quasi dicat, sine labore meo perdam eos. *Deut.* 32.c. Considerabo nouissima eorum. Contra hoc videtur dicere *infrà* 26. d. Ecce egredietur Dominus de loco sancto suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum, Item *Mich.* 1 a. Ecce Dominus egredietur de loco suo, & descendet, & calcabit super excelsa terræ. Solutio. Dicitur Dominus egredi de loco suo, id est, de misericordia, quando punit grauiter, dicitur manere in loco suo, quando non protegit, quia non laborat: & ita dicitur hic.

e Sicut meridiana lux clara est] ita, supple, Dominus considerabit finem rei, qui perlustrat vniuersa, & conspicit multò clarius, quàm Sol. *Eccl.* 23. c. Oculi Dñi multò plus

lucidiores sunt

Mystice.

o pie,] id est, peior, quàm Æthiopia. Dicit enim Epicurus Æthiops, nihil esse diuinam prouidentiam: & voluptatem summum bonum esse. Sed isto peior est hæreticus, qui recipit prouidentiam; sed auctorem accusat, quasi errando inutilia faceret.

a Qui] hæreticus, vel falsus Doctor. b Mittit in mari,] id est, in mundo.

c Legatos,] id est, Discipulos suos. d Et in vasis papyri super aquas,] id est, cum libris suis erroneis, qui in vasis papyreis super aquas portari dicuntur, quia citò eorum doctrina destruetur: sicut libri citò obscurantur, & delentur, qui sunt vicini aquis. Nota: Est ala multiplex. Testamentum. *Exod.* 25. b. Facies duos Cherubin expandentes alas, & operientes oraculum. 3. *Reg.* 6. c. Quinque cubitorum ala Cherub vna, & quinque cubitorum ala Cherub altera, id est, decem cubitos habentes in summitate alæ vsque ad summitatem alæ alterius. Item ala, protectio. *Psalm.* 35. In tegmine alarum tuarum sperabunt. *Matth.* 23. d. Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: & noluisti. Item ala, contemplatio *sup.* 6. a. Seraphin stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri, id est, sex partes contemplationis, id est, vacatio, cogitatio, meditatio, visio, exultatio, raptus. *Versus,*

B

Multiplex ala.

Exulto, video, meditor, vaco, cogito, rapior.

Aliæ sex alæ sunt sex partes actiuæ. *Versus,*

Visito, castigo, misereor, rogo prædico, pugno.

contra Dæmones, cõtra hæreticos, contra Tyrannos. Item ala, virtus. *Iob.* 39. c. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? Item ala, sæcularis potentia. *Ezech.* 17. a. Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum. Item ala, operatio mala. *Zach.* 5. d. Ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, id est, superbia in operibus earum. Item ala superfluto. *Iob.* 39. c. de struthione. Cùm viderit tempus, alas in altum erigit. Item ala, turba sociorum, vel sanguineorum. *Ierem.* 2. g. de Ierusalem. In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum. *Osea* 3. d. Ligauit eum spiritus in alis suis. Deinde Propheta conuertit sermonem ad nuncios hæreticorum, qui transfigurant se in Apostolos lucis, sicut caput eorum in Angelum lucis, vt dicitur 2. *Cor.* 11. c. dicens ironicè.

e Ite Angeli,] id est, hæreticorum nuncij. f Veloces] ad malum.

g Ad Gentem conuulsam] à Deo, hæresibus. i Et dilaceratam,] Schismatibus.

h Ad populum terribilem,] blasphemiis.

l Post quem non est alius] *Ierom.* Quia omne peccatum comparatum blasphemiæ, leuius est. Contra *Ierem.* 6. b. Omnis calumnia. *Glos.* qua nullum peccatum maius est. Solut. Blasphemia in Deum, calumnia in proximum idem sunt. m Ad Gentem expectantem,] falsa promissa hæreticorum. n Et conculcatam à Dæmonibus. Vndè *infrà* 51. b. Qui dixerunt animæ tuæ incuruare, vt transeamus. o Cuius diripuerunt flumina,] Babylonis, id est, superbia, auaritia, luxuria. 1. *Ioan.* 2. c. Omne, quod est in mundo, &c.

p Terram eius,] id est, animam, & bona eius. q Ad montem nominis Domini exercituum montem Sion.] Expositio est præcedentium. Dicunt enim hæretici se Ecclesiam Dei, & habere virtutum eminentiam. Vndè *Psalm.* 10. Quomodo dicitis animæ meæ: transmigra in montem, sicut passer.

s Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra,] quasi dicat, omnes Gentes, attendite signum hæreticæ prauitatis, ne decipiamini.

t Cùm eleuatum fuerit signum] hæreticorum.

u In montibus,] id est, in Regibus, & Prælatis, sicut fuit tempore Valentini, & Hilarij, quando Imperator, & Papa, & ferè omnes Episcopi hæretici erant.

x Videbitis] mira. y Et clangorem tubæ,] id est, prædicationis hæreticæ. z Audietis] vbique libera voce. Vel, clangorem tubæ dicit Prædicationem Sanctorum: quia tunc contra hæreticos surrexerunt. *Ierem.* 6. a. Confortamini, filij Benjamin, in medio Ierusalem, & Thecua, quæ interpretatur sonitus, aut percussio, clangite buccina, & super Bethacaren, quæ interpretatur sterilis, vel domus eruditionis stultitiæ, leuate vexillum, quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna.

a Quia hæc dicit Dominus ad me,] qui omnia nouit, ad me.

b Ego quiescã, & cõsiderabo] quæ fiūt in Ecclesia. d In loco meo sicut] i. quæ est loc⁹ me⁹ *Ps.* 75. Factus est in pace loc⁹ e⁹, & habitatio eius in Siõ. e Sicut meridina lux clara est]

sic Dominus illuminat,

a lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum. *Prou.16.* 2. Omnes viæ hominum patent oculis eius.

a Et sicut nubes roris] id est, rorem emittentis.

b In die messis] grata est, supple messoribus fatigatis, quibus refrigerium præstat, & stipulam arentem humectando facit secabilem: sic sermo meus contra Ægyptum, omnibus in me credentibus erit

C gratus, & Assyriis quibus a me victoria data est.

c Ante messem] Metaphoricè loquitur Propheta de Ægypto ad similitudinem messis, & arborum, quæ cùm florent ante tempus, inutiles sunt, & præciduntur tantum ad comburendum; ita Ægyptus in principio floruit; sed antequam perueniret ad perfectionem

al.† illum.

& a sicut nubes roris in b die messis. c Ante messem enim d totos e effloruit, & f immatura perfectio germinauit, & g præcidẽtur ramusculi eius h falcibus: & quæ i derelicta fuerint, k abscindẽtur, l & excutientur, & m relinquentur simul auibus montium, & n bestiis terræ, & o æstate perpetua p erunt super eum q volucres, & omnes r bestiæ terræ super † eũ hyemabunt. In tempore s illo t deferetur u munus x Dño exercituum à y populo z diuulso & a dilacerato, à populo b terribili

al.† natiuitatis.

prosperitas eius præcisa est, & translata in Assyrios. Et hoc est, Ante messem,] i. ante tempus † maturitatis. d Totus] Ægyptiacus populus. e Effloruit,) i. prospere habuit: floridum auxilium duab⁹ Tribubus promissu, sed non fructuosum. f Et immatura perfectio germinauit,) ante tempus debilem, & ideo inutilis fuit, quia prodesse nõ potuit. Vel immatura perfectio germinauit, id est, sicut immaturi fructus cito corrumpuntur; ita Ægyptij ante tempus consummatæ prosperitatis præcisi à terra sua, omni miseriæ, & corruptioni subiecti erunt. g Et præcidentur ramusculi eius, i. habitatores Ægypti, id est, inutiles à terra sua.

h Falcibus) Assyriorum eos captiuantium. i Et quæ derelicta fuerunt) ab Assyriis. k Abscindentur] à Chaldæis.

l Et excutientur de terra sua. m Et relinquentur simul auibus, &c.] deuorandi postquam occisi fuerint, quasi dicat, sepelientur. o Et æstate perpetua erunt, &c.) populum, scilicet, occisum. q Volucres comedentes cadauera eorum. r Et omnes Bestiæ terræ, &c. Hyperbolicus sermo. Non enim omnes bestiæ super eum hyemauerunt; sed significat occisionem Ægyptiorum immensam fore, & multitudinem bestiarum maximam superuenturam quibus æstate, & hyeme, id est, per totum annum cadauera occisorum sufficiant in escam. s In tempore illo, &c.] Tertia pars vbi propheta conuertit sermonem ad Populum Iuda promittens eis bona, quòd scilicet vastata Ægypto non sperabunt vltra in vmbra Ægypti: sed fidei, & bonorum operum munera offerent Domino: quod impletum est septuagesimo anno post captiuitatem secundum prophetiam *Ierem.25.* c. sub Zorobabel, & aliis ducibus 1. *Esdra* 1. Et hoc est. In tempore illo, vastata Ægypto regnante Cyro, & Dario post septuaginta annos captiuitatis Iuda, vt legitur *in principio Esdra.*

t Deferetur munus) fidei, & bonorum operum.

x Domino exercituum) id est, Deo coeli. Vel, munus, vasa, & vtensilia templi, quæ Cyrus reddidit eis, quæ asportauerat Nabuchodonosor. y A populo] Iuda. z Diuulso) a terra sua in Babylonem.

a Et dilacerato,) ab hostibus multis. b A populo terribili,] quondam hostibus, quando Dominus erat cum eis.

Mysticè.

a Post quem non fuit

o sic Dominus illuminat, & viuificat vniuersa. Vnde *Psal.* 18. Nec est, qui se abscondat à calore eius. a Et sicut nubes roris in die messis,) refrigerat messores fatigatos; sic Dominus habitatores Ecclesiæ refrigerat consolando, quo præsente per gratiam, vel consolationem cuncta florescunt in bonum. c Ante messem) id est, ante consummationem sæculi, quando triticum reconditur in horrea Dñi & paleæ tradentur igni inextinguibili. d Totus] scilicet, omnis habitator Ægypti. e Et effloruit) quia nunc est æstas malorũ; nunc florent; sed citò decidet flos eorũ. *inf.* 28 a. Erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem. f Et immatura perfectio germinauit,) i. vita eorum, qui se ante tempus maturitatis perfectos reputat, & ostendunt, germinat sicut granum vitiatum ex humore libidinis, & ardore ambitionis. Propter, quod dicit Apostolus *Phil.3.* Quicunque perfecti sumus, hoc sentiamus, scil. nos imperfectos esse. Vnde Dominus dixit Discipulis: *Luc.17.c.* Cùm feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Hoc est contra nouitios Prædicatores, & immaturos Doctores. *Iob.8.c.* Humectus videtur antequã veniat Sol, & in ortu suo germen eius egredietur. *Sap.4.b.* Confringentur rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.

g Et] ideò præcidentur ramusculi eius] hæretici, vel inutiles, & immaturi Magistri.

h Falcibus] Ecclesiasticis, quasi dicat, separabuntur ab aliis, ne modicum fermenti totam massam corrumpat 1. *Cor.5.b.* Et *Ioan.15.a.* Omnẽ palmitem in me non ferẽtem fructum tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat *Can.2.d.* Capite nobis vulpes paruulas, id est, hæreticos, quæ demoliuntur vineas, id est, Ecclesias.

i Et quæ derelicta fuerint] à Deo.

k Abscindentur] à corpore Ecclesiæ, seu à consortio Angelorum, & Electorum in die iudicij.

l Et excutientur] vt puluis, vel palea à grano. m Et relinquentur, &c.] quæ comedunt semen secus viam seminatum: *Matth.13.a.*

n Et bestiis terræ] id est, Dæmonibus deuorandi. De quibus *Psalm.73.* Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.

o Æstate perpetua] id est, in prosperitate.

p Erunt super eum volucres,] id est, superbæ cogitationes, vel Dæmones.

r Et omnes bestiæ, &c.] id est, in aduersitate cum eo erunt quasi dicat, & in prosperis, & in aduersis huiusmodi homines Dæmones deuorabunt. *Apoc.19.c.* Vidi vnum Angelum stantem in Sole, & clamabat voce magna dicens omnibus auibus, quæ volabant per medium coeli: Venite, & congregamini ad coenam magnam, vt manducetis carnes Regum & carnes Tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes hominum liberorum, & seniorum, & pusillorum, & magnorum.

s In tempore illo, &c.] id est, tempore gratiæ, tempore plenitudinis, tempore reconciliationis.

t Deferetur munus] fidei, boni operis, voluntariæ paupertatis, prompti martyrij.

x Domino exercituum à populo diuulso & dilacerato, &c.] Ecce descriptio Martyrum, qui seipsos Domino obtulerunt hostiam viuam, sanctam & Deo placentem. Vnde *Laurentius* dixit: Ego me obtuli Deo sacrificium in odorem suauitatis, iuxta obsecrationem Apostoli: *Rom.12.* a. Obsecro vos, fratres, per Dei misericordiam; vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam fide, sanctam spe: Deo placentem charitate. Martyres dicuntur populus, qui sub vna lege vixerant. *Actu.4.* f. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Diuulsus à parentibus, à mundo, à carne separatus, *Deut.33.a.* Qui dixerunt patri suo, & matri suæ, nescio vos: & fratribus suis: ignoro illos: & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium Domini. Dilaceratus diuersis generibus tormentorum. *Heb.11.g.* Alij ludibria, & verbera experti insuper, & vincula, & carceres. lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt: Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Terribilis hostibus, id est, Dæmonibus, & Tyrannis. *Cant.6.c.* Terribilis, vt castrorum acies ordinata. *Iob.39.c.* Gloria narium eius terror. *Num.23.d.* Ecce populus, vt Leæna consurget, & quasi Leo erigetur. Post quem non est alius, id est, despectus 1. *Corinth.4.c.* Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema. Gens expectans futuram beatitudinem, contemnens præsentem. *Ps.39.* Expectans expectaui Dominum. Vel expectans in futuro gloriam, & honorem, in præsenti miseriam, & confusionem. *Ps.68.* Improperium expectauit cor meum, & miseriam. *Act.20.* e. Ecce ego alligatus spiritu vado Ierusalem, quæ in ea mihi ventura sunt ignorans, nisi quòd Spiritus Sanctus per omnes ciuitates protestatur mihi, dicens, quoniam vincula, & tribulationes me manent. Conculcata, opprobriis, ieiuniis, verberibus. *Iob.9.c.* Terra tradita est in manus impij. Vel continuè, potest legi de Gentibus conuersis.

s In tempore illo] id est, in tempore gratiæ.

t Deferetur] spontaneè.

u Munus] cordis, oris, & manus.

x Domino exercituum] non idolis, vt prius y A populo diuulso,] ab Ecclesia, & a Deo prius. a Et dilacerato,] morsibus hæreticorum. b A populo terribili,] id est, hor-

ribus Blasphemus

a post quem non fuit alius,] tam terribilis, tam tremendus, tam potens olim. b A gente expectante] Dei auxilium, dicit *Hay.* Vel falsa promissa Ægyptiorum, dicit *Ieron.*

c Et conculcata à diuersis Gentibus. d Cuius diripuerunt,] id est, cuius terram Reges, & Principes diuersarum Gentium diripuerunt, & vastauerunt. e Ad locum,] id est, vsque ad locum. f Nominis Domini, scilicet, montem Sion: quia vsque ad Ierusalem vastauerunt Assyrij totam Iudæam. Vel sic construe. Deferetur, munus à Populo. Iuda, Domino.

a post quē non fuit alius à b Gente expectante, & c conculcata, cuius d diripuerunt flumina terrā eius, ad e locū f nominis Domini exercituum, montem Sion.

CAP. XIX.

O g Nus Ægypti. h Ecce Dominus i ascendet super nubem leuem, & k ingredietur Ægyptum, & l mouebuntur simulacra Ægypti à m facie eius, & n cor Ægypti tabescet in medio eius. Et o concurrere faciā p Ægyptios aduersus ægyptios

e Ad locum nominis,] i. ad Ierusalem, vbi inuocatum est nomen Domini.

Mysticè.

Θ ribili blasphemiis, & contumelijs priùs. a Post quem non fuit alius,] tam terribilis. b A gente expectante,] falsa promissa hæreticorum tunc; nunc autem Dei misericordiam.

c Et conculcata] à Dæmonibus & peccatis. d Cuius diripuerunt flumina,] vitiorum, vel tribulationum, terram eius.

e Ad locum nominis,] i. Ecclesiam militantem, in eminentia virtutum, & arce contemplationis positam.

EXPOSITIO CAP. XIX.

ONus Ægypti] licet in præcedenti capitulo egerit Propheta de destructione Ægypti; tamen non præmisit hunc titulum. Onus Ægypti, sicut hic facit; quia non ex intentione prosequendi destructionem Ægypti positum est illud capitulum; sed tantùm ratione ostendendi causam euersionis eius. Eadem enim causa prædicit euersionem Ægypti Propheta, qua prædixit euersionem Syriæ; & ideò post onus Syriæ ponitur illud capitulum immediatè. In hoc autem capitulo prosequitur destructionem Ægypti per Assyrios; & ideò præponitur titulus. Onus Ægypti. Diuiditur autem hoc capitulum in quinque partes. In prima agitur de aduentu Assyriorum in Ægyptum, & turbatione, ac dissensione Ægyptiorum. In secunda de siccatione Nili, & aquarum Ægypti, i. contritione, & mærore eorum, qui de labore terræ, & aquæ viuunt, vt sunt agricolæ, & piscatores, *ibi* Et arescet aqua. In tertia de confusione, & irrisione Principum, & Sapientum Pharaonis, quorum consilio regebatur Ægyptus, qui hanc miseriam non præuiderunt & præcauerunt, *ibi.* Stulti Principes. In quarta de ingressu filiorum Israel in Ægyptum, & ædificatione templi tempore Machabæorum, *ibi.* In die illa. In quinta de pace Ægyptiorum, & Assyriorum, & Iudæorum post aduentum Domini, quando omnes, id est, Ægyptij, & Assyrij, & Iudæi pari conditione Romanis seruierant; *ibi.* In die illa. Dicit ergo. g Onus Ægypti.] Titulus capituli est, q.d. hæc est visio de destructione Ægypti. In Hebræo dicitur, Massa Ægypti, i. captiuitas, vel translatio. *Septuaginta,* visio Ægypti. i. visio *Isaiæ* de onere Ægypti. h Ecce] in proximo, vel sine dubio. i Dominus ascendet,] i. super exercitum Assyriorum velocissimum, & superbum. k Et ingredietur] sic per Assyrios, q.d. non per Angelum percutiet Dominus Ægyptum sicut exercitum Sennacherib; sed per Assyrios. *Haymo.* Ascendit Dominus inspirando, & in bello vires ministrando, vt percuterent Ægyptum, quæ seduxerat populum suum. Sed constat, quòd Assyrij peccauerunt, & veniendo, & pugnando: ergo Dominus inspirauit eis Peccatum, & ministrauit vires ad peccandum. Sol. Quantum ad substantiam actionis inspirauit: & ministrauit vires, vt facerent; quia omnis actio est à Deo; sed non vt sic facerent, i. ex cupiditate, vel superbia. Sicut præcepit Hebræis, vt asportarent vasa Ægyptiorum, sed non vt sic asportarent, i. ex cupiditate. Substantia enim facti fuit in præcepto qualitas in permisso. Hæc est responsio secundum illam opinionem, quæ dicit. Omnis actio est à Deo. Vel inspirauit Assyriis Dominus, id est, inspirando reuelauit malitiam Ægyptiorum, qua meruerant destrui, & impotentiam resistendi. Quo cognito, ipsi, moti cupiditate terræ venerunt, & pugnauerunt, & ideò peccauerunt ex se, non ex Deo. Hæc alia opinio. l Et mouebuntur,] id est, Domini venientis per Assyrios, quia ipsi confregerunt omnia idola Ægypti & asportauerunt aurum, & argentum. n Et cor Ægypti,] id est, sapientes, & consiliarij eius deficient præ timore Assyriorum.

o Et concurrere faciam,] permittendo. p Ægyptios aduersus Ægyptios,] ciues contra ciues, populum contra populum. Nam alij volebant se tradere Assyriis, alij volebant.

Δ rebellare. Et pugnabit

Mysticè.

Mysticè. g Onus Ægypti,] id est, mundi tenebris peccatorum, & ignorantiæ obuoluti, & miseriæ multimode mærore confecti.

h Ecce Dominus] Dei filius.

i Ascendet super nubem leuem,] id est, assumet carnem, omnis peccati pondere immunem.

k Et ingredietur Ægyptum,] id est, mundum sic nascendo de Virgine. Vel ad literam in Ægyptum, cum Ioseph & Maria matre eius *Matth.* 2. c. Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius: & fuge in Ægyptum. Sed quare dicit. Ascendet super nubem, cum *infrà* 64. a. dicatur. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. Et *Psalm.* 17. Inclinauit cœlos, & descendit? Solut. Ascendere dicitur super nubem: quia caro ei omnino subdita fuit. Vel ascendere, id est, in notitiam venire. Vel ab effectu, quia naturam humanam, quam assumpsit ascendere fecit. *Psal.* 103. Qui ponit nubem ascensum suum. *Ecclesi.* 43. c. Medicina omnium in festinatione nebulæ. De hac nube dicitur 3. *Reg.* 18 g Nubecula ascendebat de mari: *Gloss.* nascente Christo. *Apoc.* 14. c. Et vidi ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam. Est autem nubes quadruplex bona, & quadruplex mala. Prima bona, caro Christi, vt *hic.* Ascendet Dominus. Item Sacra Scriptura. *Psal.* 17. Tenebrosa aqua in nubibus aëris. Et *Psal.* 98. In columna nubis loquebatur ad eos. [*Quadruplex nubes bona.*] Item obumbratio spiritus ne cor eleuetur in prosperis, sicut filiis Israel nubes erat in die, & ignis illuminationis in nocte: *Exod.* 13. d. *Ezech.* 1. b. Vidi, & ecce nubes magna, ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius. *Matth.* 17. a. Adhuc loquente eo, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Quarta nubes est Prædicator, coruscans miraculis, tonans minis, pluens doctrinis. *suprà* 5. b. Mandabo nubibus meis, ne pluant super eam imbrem. *infr.* 45. b. Rorate, cœli, desuper: & nubes pluant iustum.

Item prima nubes mala est superbus. *Prouerbiorum* 25. b. Nubes, & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus & promissa non implens. [*Quadruplex nubes mala.*] Secunda Hypocrita. *Canon. Iudæ.* d. Hi sunt nubes sine aqua, quæ à vento circumferuntur. Tertia verbum detractionis. *Eccles.* 11. b. Qui obseruat ventum nunquam seminat, & qui considerat nubes, nunquam metet. Quarta est peccatum. *Thren.* 3. c. Opposuisti nubem, ne transeat oratio. Et rectè dicitur, Onus Ægypti. Christi incarnatio, id est, tenebrarum euacuatio contra erroneos: quia ipse est lux mundi. *Ioan.* 8. b. Vndè *suprà* 9. a. Habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.

Item mœroris consolatio, contra acidiosos: quia ipse est gaudium mundi. *Luc.* 2. b. Nolite timere: ecce Euangelizo vobis gaudium magnum. *Prouerbiorum* 10. a. Filius sapiens lætificat patrem. Item angustiarum exterminatio, contra inuidos, & auaros: quia ipse est charitas, 1. *Ioan.* 4. c. Deus charitas est. *Psalm.* 118. Ambulabam in latitudine. *Gloss. Ambrosij.* id est, in charitate. Paruulum cor oportet esse tunc, quod recipit illum, qui cœlum implet, & terram *Ierem.* 23. b.

l Et mouebuntur simulachra Ægypti. Quia Christo intrante Ægyptum, omnia idola corruerunt, vel Dæmones in eis obmutuerunt. Vel, Mouebuntur simulachra Ægypti, id est, destruetur idololatria mundi, Christo veniente in mundum. Vnde Magi à Dæmonibus edocti, vel iuxta Prophetiam Balaam intelligentes natum filium Dei, qui magicam artem destrueret, venerunt in Bethleem, & puerum adorauerunt.

m A facie eius,] id est, à præsentia Christi.

n Et cor Ægypti tabescet in medio eius, id est, sapientes mundi obstupescent: quia eorum sapientia destruetur. *Infr.* 29. e. Peribit sapientia a sapientibus eius, & intellectus prudentium abscondetur. *Abdiæ* 1. e. Perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau.

o Et concurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios,] id est, separabo fide, & merito hos ab illis, credentes à non credentibus.

Θ a Et pugnabit vir]

a rebellare. a Et pugnabit vir,] Ægyptius. b Contra fratrem suum, &c.] adinuicem discordantes, illis rebellare volentibus, aliis se tradere sine bello cupientibus. g Regnum aduersus regnum,] id est, vna pars regni aduersus aliam. Et ideò stare non poterit: quia omne regnum in se diuisum desolabitur. *Matth.* 12. b. Vel regnum vocat terram vnius Principis: quia antiquitùs quilibet Princeps vocabatur Rex. i Et dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus eius,] id est, diuidetur voluntas Ægypti in contraria cum dolore magno; sicut illi, quorum viscera dirumpuntur.

& a pugnabit vir b contra fratrem suum, & c vir d contra amicum suum, e ciuitas f aduersus ciuitatem, g regnum h aduersus regnum: & i dirumpetur spiritus Ægypti, in k visceribus eiᵘ: & l consilium eius m præcipitabo: n & o interrogabunt simulacra sua, & p Diuinos suos, & q Pythones suos, & r Hariolos: & s tradam Ægyptum in t manu Dominorum crudeliũ: & u Rex fortis x dominabitur eorum, ait Dominus y Deus exercituum. Et z arescet aqua de mari, & a fluuius b desolabitur atque siccabitur, & c deficient flumina. Et d attenuabuntur, & e siccabuntur f riui aggerum. g Calamus, & h iuncus i marcescet, k nudabitur alueus l riui à fonte suo. Et omnis m sementis irrigua n siccabitur, o arescet, & non p erit. Et q mærebunt r piscatores, & s lugebunt t omnes mittentes hamum in u flu-

n Siccabitur,] præ defectu humoris. o Arescet,] penitùs.
p Et non erit] sementis, quia penitùs deficiet, cùm non habeat humorem. q Et mærebunt,] id est, flebunt. r Piscatores,] quorum lucrum est in aquis. s Et lugebunt,] siccitatem aquarum, t Omnes mittentes hamum in flumen.] *Ierem.* id est, in aquas turbidas, vbi piscis non potest videre hamum, & ita decipitur.

Δ & capitur.

Mysticè. Θ a Et pugnabit vir] conuersus ad fidem, gladio verbi Dei. b Contra fratrem suum] non conuersum c Et vir] conuersus. d Contra amicum suum] non conuersum. e Ciuitas] non conuersa. f Aduersus ciuitatem] conuersam g Regnum] malorum.

l Et consilium eius] qui rebellare conatur, vel cogitat. m Præcipitabo;] i. irritum faciam, vel stultum. n Et] tunc deficiente consilio. o Interrogabunt simulacra sua,] quare hæc fiant: vel quis erit exitus. p Et Diuinos suos] qui per astrorum cursus, vel priuatos Dæmones de futuris diuinabant. q Et Pythones suos] qui, ventriloqui dicuntur, in quorum ventre Dæmones loquuntur. r Et Hariolos,] qui in Aris, & Garritu Auium futura prædicunt, supple, & non respondebunt eis. Ita fuit ad literam, vel esse potuit, quòd venientibus Assyriis, Ægyptij interrogauerunt simulacra, & Diuinos super exitu rei, & faciente Domino, nullum dederunt responsum.

s Et tradam,] q.d. nihil proderit eis hæc interrogatio; quia cùm hæc fecerint, tradam permissiuè. t Ægyptum in manu,] id est, Assyriorum, & Chaldæorum, & Græcorum, & Romanorum. Multis enim Dominis, & crudelibus tradita est Ægyptus. Primò Assyriis, postea Caldæis, tertiò Græcis, quartò Romanis, Antonio, & Cleopatra superatis ab Augusto. Primi crudeles, secundi crudeliores, tertij crudelissimi fuerunt, super omnes, Romani fuerunt potentiores. u vt Rex fortis,] id est, Sennacherib, vel Nabuchodonosor, vel Alexander, vel Augustus. x Dominabitur eorum] *Gloss.* cuius dicere est facere. Sed ipse hoc dixit, antequam fieret; ergo ante fecit, quàm fieret Solut. Cuius dicere est facere, id est, qui de facili facit, quicquid facit, vt quis loquitur: vel cuius dicere est facere, quando vult: cuius dicere intrinsecum est facere.

Secunda pars. z Et arescet.] Secunda pars, vbi agit Propheta de ariditate Nili, & sterilitate Ægypti, & desolatione habitantium, dicens. Et arescet aqua,] id est, Mariotide, id est, lacu quodam vtilissimo Ægyptis, non solùm in piscibus, verùm etiam in gemmis; & multis aliis Margaritis. Dicitur etiam lacus palustris à mari, & oris, quod est palus. a Et fluuius,] id est, Nilus. b Desolabitur,] id est, habitatores Ægypti, & siccatione Nili desolabuntur. c Et deficient flumina,] cætera, vel Nilus septemfluus, id est, in septem riuos diuisus. d Et attenuabuntur] primò.

e Et siccabuntur,] tandem. f Riui aggerum] qui de turbidis aquis Nili implebantur. g Calamus,] id est, canna, siue arundo. h Et iuncus,] cuius vsus est apud Ægyptios: quia de ipso fit charta, quæ dicitur papyrus. Vndè Septuaginta transtulerunt, papyrus, quæ videtur habere medullam, & non esse vacua, & tamen est vacua, fragilis, & citò marcescens. Vndè *Cassiod.* Silua Nilotica, arbor sine ramis, nemus sine frondibus, paludum decora Cæsaries, herbis durior, virgultis mollior, vacuitate plena, plenitudine vacua. i Marcescet.] propter aquæ defectum.

k Nudabitur alueus] ab aquis, vel iuncis, & herbis.

l Riui à fonte suo,] nudabuntur, id est, arefacto capite, riui siccabuntur *Ieron.* Metaphoricè in flumine siccato, regnum desolatum intellige: in riuis siccatis, Duces desolati, in calamo, & iunco, quorum fertilissima est Ægyptus, intelligitur abundantia, quæ tunc deficiet. *Haymo* dicit, quòd Hyperbolicè loquitur Propheta, vt immensitas tribulationis appelletur siccatio fluminum, & ariditas calamorum, & iuncorum, quorum magnus vsus est apud Ægyptios, Vel ad literam fortè fuit Sæpè enim contra peccatores elementa desæuiunt, vt legitur *Sap.* 54.15.16. & 17. Et ita forsitan venientibus Assyriis, vel Romanis, vel Chaldæis, fontes, & riui siccati fuit.

m Et omnis sementis irrigua] priùs vel irrigata aquis Ægypti.

h Aduersus regnum] bonorum. Vndè *Matth.* 10. d. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam. *Luc.* 21. c. Surget Gens contra Gentem, & regnum aduersus Regnum *Ier.* 9. b. Vnusquisque à fratre suo se custodiat, *Ezech.* 38. g. Gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur. 2. *Paral.* 15. b. Pugnabit Gens contra Gentem, & ciuitas contra ciuitatem: quia Dominus conturbabit eos.

i Et dirumpetur spiritus Ægypti,] id est, sapientium mundi.

k In visceribus eius, &c.] vt non magna de se sentiant, sed spirituali gladio separati à mundo mente, & moribus, cognoscant suum consilium antiquum præcipitatum, & euacuatum esse à Domino. Hic est primus gladius perfectionis, sui erroris cognitio; secundus est eiusdem desertio.

n Et interrogabunt simulacra sua, &c. Ad literam in aduentu Domini in mundum, siue in Ægyptum, obmutescentibus Dæmonibus, & nullis prorsus dantibus responsum, quærebant obstinati, quare hæc fierent? Et hodie multi interrogant simulacra, nominales Theologos, qui habent nomen, & scientiam Theologiæ sinere, & Diuinos, id est, Decretistas, qui mentem Papæ diuinant: & Pythones, id est, Physicos, qui de ventre loquuntur & Hariolos, qui Aras erigunt, vt Balaam, id est, Prædicatores vanos. Et omnes hi in veris consiliis deficiunt. *Ioan.* 12. c. Adducet Dominus Consiliarios in stultum finem, & Iudicés in stuporem. s Et tradam Ægyptum,] id est, mundum.

t In manu Dominorum crudelium,] id est, Dæmonum, qui torquebunt mundanos, vt discant non blasphemare, sicut dicitur. 1. *Tim.* 1. d. Vel malorum Prælatorum.

u Et Rex fortis dominabitur eorum,] id est, Diabolus. De quo dicitur: *Luc.* 11. c. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet. y At Dominus Deus exercituum] cuius dicere facere est. Vndè *Psal.* 32. Dixit, & facta sunt. z Et arescet aqua de mari,] id est, deficiet scientia sæcularis, quæ in se amara est & ad amaritudinem perducit æternam.

a Et fluuius,] i. diabolus, à quo fluunt omnia mundana.

b Desolabitur] in aduentu Domini. *Naum.* 1. a. Increpans mare, & exsiccans illud. *Et infr.* 44. d. Qui dico profundo desolare, & flumina arefaciam. c Et deficient flumina] vitiorum, quæ priùs inundabant. *Osea* 4. a. Non est misericordia, & non est veritas, & non est scientia Dei in terra: maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. d Et attenuabuntur riui aggerum,] id est, diuitiæ, & gloria diuitum. 1. *Ioan.* 2. c. Transit mundus, & concupiscentia eius.

g Calamus, & iuncus,] id est, sermo hæreticorum vacuus, & Hypocritarum viror, marcescet *Iob.* 8. b. Nunquid viuere potest scirpus absque humore? &c.

k Nudabitur Alueus riui à fonte suo, & omnis sementis irrigua siccabitur,] id est, omnis hæreticorum doctrina destruetur.

q Et merebunt piscatores], Ægypti, i. hæretici, qui sunt contrarij piscatoribus Euangelij. *Matth.* 4. d. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominum. *Ierem.* 16. c. Ecce ego mittam piscatores multos: & piscabuntur eos.

r Et lugebunt,] occultæ deceptionis. u In flumen,] per-
Θ uersæ Prædicationis.

& capitur. *a* Et expandentes rete] quasi dicat, & minores piscatores, qui piscantur hamo: & maiores, qui piscantur retibus, plorabunt propter fluminum siccitatem. *a* Confundentur, quia operantur,] qui vbi non est aqua, non crescit linum.

men, & *a* expandentes rete super *b* faciem aquarum *c* emarcescēt. *d* Confundentur, *e* qui operantur linum *f* plectentes, & texentes *g* subtilia. Et *h* erunt irrigua eius *i* flaccentia: omnes, *k* qui faciebant lacunas ad *l* capiendos pisces. *m* Stulti *n* Principes Thaneos, *o* sapientes Consiliarij Pharaonis *p* dederunt consilium insipiens. *q* Quomodo diceris Pharaoni: filius *r* sapientiū ego, *s* filius Regum antiquorū; Vbi *t* nunc sunt *u* sapientes tui? *x* Annuncient, & indicēt tibi, quid *y* cogitauerit Dñs exercituum *z* super Ægyptum. *a* Stulti facti sunt Principes Thaneos, & *b* emarcuerunt *c* Principes Mempheos, *d* deceperunt Ægyptum *e* angulum populorum eius. Dominus *f* miscuit in medio eius spiritū *g* vertiginis: & *h* errare fecerūt *i* Ægyptū in *k* omni opere suo, sicut errat Ebrius & vomēs. Et *l* nō erit Ægypto op᷒, quod *m* faciat, caput, & caudam *n* incuruantem, & refrænantem.

f Plectentes,] illud, id est, pungētes, vel componentes. Siue plectentes] ad faciendum vestes Sacerdotum idolorum, vel sagenas ad capiendum pisces.

g Et texentes subtilia,] vestimenta, vel vascula diuersi generis ex iunco, vel retia ex lino. *h* Et erunt irrigua,] id est, Ægypti. *i* Flaccentia.] *Haymo* dicit, Arentia.

k Omnes, qui faciebant lacunas,] id est, viuaria.

l Ad capiendos pisces;] mœrebūt, supple, propter siccitatem aquarum.

Tertia pars. *m* Stulti Principes, &c.] Tertia pars, vbi ostendit, quòd aduenientibus Chaldæis, vel Romanis, omnia Magorum consilia Ægypti defecerunt, dicens. [Stulti] erunt, supple, eo tempore. *n* Principes Thaneos] ciuitatis Metropolis Ægypti, in qua Moyses multa signa fecit. Vndè *Psal.* 77. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti in campo Thaneos.

o Sapientes consiliarij] Regis Ægypti. *p* Dederunt consilium insipiens,] id est, inutile: quia nihil profuit omne consilium eorum, qui sapientes erant opinione omnium Ægyptiorum. Deinde conuertens sermonem suum Propheta ad consiliarios Pharaonis, irridendo inuehitur in eos dicens.

q Quomodo diceris Pharaoni, &c.] sum supple. *s* Filius Regum,] id est, qua fronte audetis hoc dicere de cætero? Hoc enim dicebat vnusquisque Pharaoni, ego sum filius sapientum, vt commendaret consilium suum, vel quasi iure hæreditario se faceret Consiliarium Pharaonis, eo quòd pater eius fuisset Consiliarius eius. Et alius dicebat. [Filius Regum] ego sum, quasi dicat, tu debes contra Assyrios, vel Romanos viriliter pugnare: quia ego, qui iuuo te, filius sum Regum. *Ieron.* Ægyptij Heroas, id est, Semideos magnos auctores suæ Gentis fuisse iactant, scilicet, Isim Deam magnam, & Osirim maritum eius & Typhonem. *t* Vbi nunc] in necessitate hac.

u Sapientes tui] ô Pharao, & Ægypte? *x* Annuncient, &c.] si possunt, *y* Quid cogitauerit Dominus] cui tu non potes resistere. *z* Super Ægyptum] facere. *a* Stulti facti sunt] qui putabantur sapientes, quasi dicat, non possunt indicare: quia stulti facti sunt Principes Thaneos, id est, eorum stultitia innotuit, quæ priùs sapientia credebatur. *b* Emarcuerunt,] id est, defecerunt præ timore. *c* Principes Mempheos] ciuitatis illius, quæ olim magicis artibus dedita erat. Vndè *Ierem.* 2. c. Filij Mempheos, & Thaneos constuprauerunt te vsque ad verticem. *d* Deceperunt Ægyptum] Principes prædicti. Ægyptum dico. *e* Angulum populorum eius.] More Hebraico loquitur, qui regnum vocant angulum populorum: quia sicut angulus duos parietes coniungit sub vno lapide angulari; ita regnum diuersos homines sub vno Rege, & sub vno iure viuendi. Vel angulum populum Ægypti vocat Memphim propter firmitatem eius. *f* Dominus miscuit,] id est, Ægypti. *g* Spiritum vertiginis,] id est, erroris, vel infirmitatem, propter quam patitur homo alienationem mentis, in qua omnia videntur volui in gyrum. Et sic factum est Ægyptijs præ timore exercitus Assyriorum, vel Chaldæorum, vel Romanorum. Vel [spiritum vertiginis] vocat Angelum, qui præest illi infirmitati: sicut dicitur Spiritus luxuriæ, vel Spiritus superbiæ. *h* Et errare fecerunt] sapientes sui.

k In omni opere suo,] i. nesciebant, quid facerent, sicut nescit Ebrius: & erant in magna angustia, sicut vomens.

l Et non erit Ægypto,] id est, non erit consilium in Ægypto.

m Quod faciat caput, & Caudam,] i. quod habeat principium, aut finem. Et quod faciat. *n* Incuruantem, aut refrænantem,] i. quod deceat senem incuruatum senio, vel iuuenem lasciuientem, & indigentem fræno: quasi dicat, ita emarcescent sapientes Ægypti, aduenientibus Assyrijs, vel Chaldæis, quòd nullum consilium, erit vtile ibi, quod senibus, vel iuuenibus conuenire possit.

Mysticè. A *a* In die illa uersæ prædicationis. *a* Et expandentes rete,] apertè, & publicè falsa loquentes. *b* Super faciem aquarum] Ægyptiacarum, id est, in Synagoga Sathanæ, extrahentes deceptorum greges. *c* Emarcescent] veritate Euangelij vbique prædicata. Et hoc est contra falsos Prædicatores, qui verbis suis decipiunt auditores. *Prou.* 29. a. Homo, qui blandis fictisque sermonibus loquitur cum amico suo, rete expandit pedibus eius.

d Confundentur] ignominiosè.

e Qui operantur linum] simulatæ sanctitatis. *f* Plectentes, & texentes subtilia] argumenta ad decipiendum simplices. Hoc est contra subtiliantes Theologos, qui dimittunt grossam veritatem, pro subtili vanitate. *h* Et erunt irrigua eius flaccentia,] i. florens doctrina hæreticorum, vel mundanorum arescet florente doctrina Christi.

k Omnes, qui faciebant lacunas,] id est, tractatus vanos. *l* Ad capiendos pisces,] i. curiosos auditores. *Ieron.* Quod nos iuxta sensum pisces interpretati sumus, loco piscium, & in Hebræo, & in cunctis interpretibus ponuntur, animæ, vt ab historia trahamur ad Tropologiam.

m Stulti Principes Thaneos, id est, hæretici, vel Hypocritæ, vtilitatem, & humilitatem exteriùs prætendentes. Thanes enim mandans humilia, vel mandatum humilitatis interpretatur.

o Sapientes Consiliarij Pharaonis,] id est, diaboli, qui dissipator est Ecclesiæ militantis, & diuulsus ab Ecclesia triumphante. *p* Dederunt Consilium,] scilicet, vt plus corpus, quam animam curent, præsentia futuris præponere, dicentes, *inf.* 22. d. Comedamus, & bibamus; cras enim moriemur. *Sap.* 2. b. Venite, fruamur bonis; quæ sunt.

q Quomodo diceris Pharaoni] ô hæretici, & Hypocritæ.

r Filius sapientium ego,] id est, ego habeo scientiam Scripturarum cum sapientia sæculari, aut cum vitæ sanctitate. Nam stultam fecit Deus sapientiam huius mundi. 1. *Corinth.* 1. c.

t Vbi nunc sapientes tui,] ô Pharao, qui contemnebant Ecclesiæ simplicitatem. 1. *Corinth.* 1. c. Vbi Scriba, vbi conquisitor huius sæculi.

x Annuncient, & indicent tibi quid cogitauerit Dominus exercituum super Ægyptum,] id est, quid sit facturus in consummatione sæculi. Hoc nolunt ipsi cogitare necdum annunciare, quid fiet in fine amatoribus mundi,

a Stulti facti sunt Principes Thaneos] hæretici, Hypocritæ, falsi Theologi, qui putabantur sapientes.

b Emarcuerunt Principes Mempheos,] id est, Legistæ, & Decretistæ, soli eloquentiæ studentes. Memphis enim interpretatur os, vel ex ore. *Osea* 9. b. Ægyptus congregabit eos, & Memphis sepeliet eos, id est, eloquentia oris eorum erit causa æternæ confusionis, & perpetuæ sepulturæ eorum.

d Deceperunt Ægyptum] isti sapientes, id est, mundum.

e Angulum populorum eius,] id est, regnum mundanæ sapientiæ, vel Romam, quò populi ex omni parte mundi conueniunt.

f Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis,] id est, permisit sapientes huius mundi infatuari. Vnde *Rom.* 1. c. Euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

h Et errare,] sapientes.

i Ægyptum,] id est, mundum.

k In omni opere suo,] qui habet rationem sine vsu, & dolorem cum ignominia. *Abacuch.* 2. d. Bibe tu, & consopire, & circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam. *Iob.* 12. d. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce: & errare eos faciet quasi ebrios.

l Et non erit Ægypto opus, quod faciat caput, & caudam incuruantem, & refrænantem.] Caput est Prælatus; cauda tegens turpitudinem est Aduocatus eius: incuruās, & refrænans est Officialis. *supr.* 9. c. Disperdet Dominus ab

δ a In die illa, captiuitatis Ægypti per Assyrios, vel Chaldæos, vel Romanos, quando miscebit Dominus spiritum vertiginis in medio Ægypti. b Erit Ægyptus,] id est, Ægyptij erunt infirmi, timidi, & imbelles. c Et stupebunt,] admirando factum inopinatum. d Et timebunt à facie,] id est, à supplicio vindictæ cōmotæ à Domino per Sennacherib, vel Nabuchodonosor, vel Romanos. Manum, dico.

Al. † festiuitatem.

e Quam ipse mouebit] Dominus] super eam,] id est, super Ægyptum. Manum dicit vindictam sumptam de Ægyptijs per Assyrios, vel Chaldæos, vel Romanos.

Al. † Chanaan.

f Et erit terra Iuda Ægypto in pauorem] nimis,

In a die illa b erit Ægyptus quasi mulieres, & c stupebunt, & timebunt d à facie commotionis manus Dñi exercituum, e quam ipse mouebit super eam. Et f erit terra Iuda g Ægypto in † h pauorem: Omnis, i qui illius k fuerit recordatus, l pauebit à facie consilij Dñi exercituū, quod ipse cogitauit super eā. In m die illa n erūt quinque ciuitates in o terra Ægypti p loquētes lingua † Chananæa, & q iurantes per Dñm exercituū. r Ciuitas Solis vocabitur vna. In s die illa t erit altare Dñi in u medio terræ Ægypti,

id est, Ægyptij, ita timidi erunt, quòd Iudæos sibi subiectos timebunt, ne, scilicet, insurgant cum aduersarijs contra eos.

i Omnis, qui illius,] id est, terræ Iudæ.

k Fuerit recordatus] de Ægyptijs. l Pauebit a facie consilij, &c.] Ægyptum, id est, vt deleret per Assyrios, & Chaldæos, & Romanos, quasi dicat, tunc recordabuntur Ægyptij sibi hæc mala accidisse: quia Iudæos à cultu Domini retraxerunt, promittendo eis auxilium, & consilium.

Quarta pars.

m In die illa.] Quarta pars, vbi agitur de descensu Iudæorum in Ægyptum, & ædificatione templi. Dicunt enim quidam, quòd Onias nondum Sacerdos, magni Oniæ filius propter discordias, & dissensiones, quæ erant in Iuda, cum magna multitudine Iudæorum descendit in Ægyptum: & in Eliopoli templum ædificauit iuxta similitudinem templi, quod erat in Ierusalem volens implere ad literam hoc vaticinium Isaiæ; sed faciens contra illud præceptum Domini. *Deut.* 12. a Non ædificabitis mihi altare per omnes vrbes vestras; sed in loco, quem elegero. Et hoc est. m In die illa] post descensum Oniæ in Ægyptum, &c. Ita exponit. *Hay. in quadam Gloss.* Facilius posset exponi, & familiarius literæ. Notandum igitur, quòd sub Iechonia multo de duabus Tribubus ad consilium Ieremiæ tradiderunt se Nabuchodonosor, & translati sunt in Babylonem. Et hæc translatio dicitur propriè transmigratio Babylonis. Pòst sub Sedechia capta est Ierusalem, & duæ Tribus captiuatæ in Babylonem, quæ propriè dicitur captiuitas Babylonica; multi tamen remanserunt cum Ieremia in Ierusalem, quibus Nabuzardan præfecit Godoliam, quem postea Ismael interfecit: propter quod timentes Iudæi descenderunt in Ægyptum contra consilium Ieremiæ, qui tamen compatiens eis iuit cum eis. Et hi quinque ciuitates habitauerunt, quarum vna dicitur Eliopolis, aliæ quatuor iuxta Riuocorulam fluuium sitæ sunt. Et secundùm hoc sic legitur litera.

m In die illa] captiuatis, scilicet, duabus Tribubus, & mortuo Godolia.

n Erunt quinque ciuitates, &c.) id est, Syria, quæ linguæ Chananææ valdè vicina est. Secundum Iosephum lingua Chanaan est in terra promissionis. Quidam tamen dicunt Nabuchodonosor Syros, & Arabes transtulisse in illas ciuitates: & eos vsque hodie linguam propriam retinuisse.

q Et iurantes per Dominum exercituum,) non per idola, quasi dicat, cultores Dei erunt illi, non idolorum. *Deut.* 6. a. & 10. d. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. *Matth.* 5. e. Reddes Domini iuramenta tua.

r Ciuitas Solis vocabitur vna,) id est, Eliopolis. Elios enim Sol dicitur, & polis, ciuitas. s In die illa) cùm reliquiæ habitabunt in illis ciuitatibus. t Erit altare Domini in medio terræ Ægypti,] i. in Eliopoli, quod ædificauit Onias, qui cum reliquiis duarum Tribuum descendit in Ægyptum. Vndè non fuit ille Onia, de quo agitur. 2. *Machab.* 4. e. quem occidit Andronicus Antiochæ ad suggestionem Menelai.

Mysticè.

o Israel caput, & caudam incuruantem, & refrænantem Quare *supr.* 1. b. Omne caput languidum, & omne cor mœrens: à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.

a In die illa] quando Dominus miscuerit spiritum erroris in medio mundi.

b Erit Ægyptus quasi mulieres,] id est, molles, & effœminati. Otium, mollities vestium, balnea, vnguenta, compositio capillorum: ista sunt signa mulierum, quæ hodie etiam in Clericis manifestè videntur. Nonquid ergo mulieres sunt? *Naum.* 3. c. Ecce populus tuus mulieres in medio populi tui.

c Et stupebunt, &c.] mulieres Ægypti.

d A facie commotionis,] id est, à præsentia vindictæ Domini.

e Quam ipse mouebit, &c.] Ægyptum.

f Et erit terra,] id est, scientia Scripturarum, Lex, Prophetæ, Euangelia.

g Ægypto,] id est, mundo. h In pauorem] vel, [festiuitatem] alia litera, id est, quando hæretici, vel mundani sapientes suum cognoscent errorem, tunc gaudebunt pariter, & pauebunt, videntes veritatem Scripturæ. *Ieron.* Melius est, vt reor, proprium reprehendere errorem, quàm dum erubesco imperitiam, in errore manere. Vbi transtuli. [Erit tibi Iuda] in Hebræo legitur, Aggo, quod interpretari potest festiuitas, vt Aggæus festiuus, & timor: & hoc melius, quasi dicat, melius est in pauorem, quàm in festiuitatem. Terra Iuda religio est, quam videntes sæculares pauent, dicentes. Si religiosi fratres tot, & tanta sustinent pro regno Dei, quid erit de nobis? *Ezech.* 43. c. Fili hominis, ostende domui Israel templum, vt confundantur ab iniquitatibus suis. *Zach.* 3. c. Audi, Iesu, Sacerdos magne tu, & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt. *supr.* 8. d. Ecce Ego, & pueri mei, quos donauit mihi Dominus in signum, & portentum in Israel.

i Omnis, qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini, &c.] i. hæreticus, vel peccator, cùm errorem suum intellexerit, ad recordationem viri Ecclesiastici pauebit. m in die illa] post Domini passionem.

n Erunt quinque ciuitates,] id est, quinque sensus hominis, visus, auditus, gustus, olfactus, tactus.

o In terra Ægypti,] id est, in mundo.

p Loquentes lingua,] id est, lingua commutata de malo in bonum: vel de bono in melius, implentes illud Apostoli. *Ephes.* 4. g. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat; sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.

q Et iurantes per Dominum exercituum,] id est, recordantes Dei omnipotentis, non Dæmonum. Hi sunt, qui de vitiis transeunt ad virtutes: vel de virtute in virtutem, donec videant Deum Deorum in Sion. *Ieron.* Oculus lasciuiens, auris pruriens, olfactus odoribus seruiens, gustus saporibus gaudens, tactus immundus, lingua loquitur Ægyptiaca, non Chananæa. Et quòd oculus loquitur, habetur *Thren.* 2. f. Non taceat pupilla oculi tui. *Ierem.* 3. f. Oculus meus afflictus est, nec tacuit. De aure, quòd loquitur. *Iob.* 29. b. Auris audiens beatificat me, & oculus videns testimonium reddebat mihi. De olfactu. *supr.* 2. d. Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius. De tactu, *Prou.* 6. d. Terit pede, digito loquitur. De gustu: *Iob.* 3. c. Quondam vincti pariter sine molestia non exaudierunt vocem exactoris, id est, gulæ, siue veneris. Et nota spiritualiter idem esse quinque ciuitates Sodomorum. *Genes.* 14. a. quinque ciuitates Philisthinorum. 1. *Reg.* 6. a. quinque ciuitates Ægyptiorum, vt hic quinque iuga boum emptorum. *Luc.* 14. d. quinque viri mulieres Samaritanæ *Ioan.* 4. c. quinque Reges, quos suspendit *Iosua* 10. c. quinque Reges, quos captiuos duxerunt alij quatuor Reges. *Genes.* 14. b. quinque virgines fatuæ. *Matth.* 25. a. quinque fratres diuitis: *Luc.* 16. g. E contrario sunt quinque libri Moysi, quinque stolæ Beniamin. *Genes.* 45. f. quinque prudentes virgines: *Matth.* 25. a. quinque talenta tradita bono seruo: *Matth.* 25. b. quinque panes Domini: *Ioan.* 6. a. quinque cubiti altaris Moysi: *Exod.* 38. a. quinque cortinæ tabernaculi: *Exod.* 26. b. quinque cubiti alarum Cherubin. 3. *Reg.* 6. c. quinque porticus piscinæ Ierusalem: *Ioan.* 5. a. quinque verba Apostoli, 1. *Cor.* 14. d. *Psalm.* 83.

r Ciuitas Solis vocabitur vna] de quinque, scilicet, visus, qui Solis beneficio consummatur. Ciuitas etiam Solis dici potest anima Iusti, claustrum, Ecclesia, quam verus Sol illustrat radiis gratiarum.

s In die illa] post Domini passionem.

t Erit altare Domini,] id est, fides, super quam omnia bona sanctificantur Domino.

u In medio terræ Ægypti,] i. in medio mūdi. Vel per Altare illud intelligit omnia altaria, quæ post Domini passionem fuerunt in Ecclesiis

Δ nem Menelai. *a* Et titulus Domini iuxta terminum eius,] id est, templum Domini ad dorsum altaris, quod erat sub diuo. Dicitur autem templum illud titulus triumphalis, quasi signum triumphi Domini, quem habuit in educendo filios Israel de Ægypto. Vel forte aliquem titulum præconialem, vel memorialem iuxta altare posuit Onias. Sed de hoc nihil dicunt *Gl.* ad literam, sed totum ad mysterium referunt. Sciendum tamen est, quòd est titulus præconialis, qui solet scribi in portis nobilium ciuitatum, vel in clypeis victorum. *Exod.* 24. a. Ædificauit altare Moyses ad radicem montis, & duodecim titulos per duodecim Tribus Israël. Item titulus memorialis, qui fit in memoriam mortuorum super sepulchra eorum. *Genes.* 35. c. Hic est titulus monumenti Rachel. Item titulus triumphalis arcus, in quo depingitur triumphus habitus, vel erectus in signum triumphi. *Ioan.* 19. d. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super Crucem. Item titulus gratificationis. *Gen.* 28. d. Erexit Iacob lapidem in titulum. Item titulus primordialis, qui præponitur libris, vt *Psal. Dauid*, vel Onus Ægypti. Item titulus Euangelicæ doctrinæ, vel operationis bonæ, vt hic. Item titulus inanis gloriæ. 2. *Reg.* 18. d. Vocauit titulum nomine suo, & appellatur manus Absalon. Item titulus adulationis. *Ezech.* 39. d. Cùm viderint os hominis, id est, fortè opus, statuent iuxta illud titulum. Item titulus idololatriæ. *Leuit.* 26. a. Nec titulos erigetis, nec insignem lapidem. Item titulus superbiæ. *Num.* 33. g. Confringite titulos. *c* Et erit,] altare, vel titulus, siue templum. *d* In signum, &c., id est, quod Iudæi colunt Dominum, qui et altare, & templum ædificauerunt in Ægypto. *g* Clamabunt enim,] Iudæi. *h* Ad Dominum,] non ad idola. *i* A facie tribulantis,] Nabuchodonosor, vel Antiochi Epiphanes, secundum primam expositionem. *k* Et mittet eis, &c.] Cyrum, & Darium, vel potius Iudam Machabæum.

† Multiplex titulus.

Al. † in D

& *a* titulus Domini *b* iuxta terminum eius, & *c* erit in *d* signú, & † testimoniú *e* Domino exercituum in *f* terra Ægypti. *g* Clamabunt enim ad *h* Dominum à *i* facie tribulantis, & *k* mittet eis Saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos. Et *l* cognoscetur Dominus ab Ægypto, & *m* cognoscent Ægyptij Dominum in *n* die illa, & *o* colent eum in hostiis, & in *p* muneribus, & *q* vota vouebút Domino, & *r* soluēt. Et *s* percutiet Dominus Ægyptum *t* plaga, & *u* sanabit eam: & *x* reuertentur ad *y* Dominum, & *z* placabit eis, & *a* sanabit eos. In *b* die illa *c* erit via *d* de Ægypto in Assyrios & *e* intrabit Assyrius in Ægyptum, *f* & † Ægyptius in Assyrios, & *g* seruient Ægyptij *h* Assur, In *i* die

Al. † Ægyptus.

l Et cognoscetur Dominus ab Ægypto,] id est, à Iudæis, qui erunt in Ægypto, & etiam à multis Ægyptiis ad Iudaismum conuersis. Vndè, sequitur. *m* Et cognoscent,] cùm Iudæi fuerint liberati per Cyrum, vel Iudá Machabæum. *o* Et colent eum in hostiis,] pacificis, vel pro peccato. *p* Et in muneribus,] quæ gratis offerebant Domino, vel quæ sibi inuicem mittebant Iudæi, qui erant in Ierusalem, & in Ægypto. *q* Et vota vouebunt Domino, & soluent,] ne sint rei votorum. *s* Et percutiet Dominus Ægyptum plaga,] per Antiochum, qui ferè totam destruxit præter quatuor ciuitates, vel per Romanos.

u Et sanabit eam, & reuertentur,] Ægyptij, id est, Iudæi, qui erant in Ægypto, & etiam quidam Ægyptij conuersi cum eis, [ad Dominum.] *z* Et placabitur,] vel, [placebit eis,] Dominus, vel conuersio eorum. *a* Et sanabit eos,] Dominus, id est, à tribulationibus liberabit. *b* In die illa.] Quinta pars, vbi agitur de concordia nationum in aduentu Dominisante enim nimia erat discordia. Nam Alexander Magnus, qui Monarcha extiterat, in morte sua quatuor Reges instituit, sub quibus fuerunt alij octo Reges: ita, quòd quælibet regio suum Regulum habebat: & erant ita discordes, quòd nullum omnino commercium fiebat de vna Gente ad aliam: & contingebat, quòd Iudæa, quæ erat, quasi media, modò erat sub Assyriis, modò sub Ægyptiis, modò sub Syris, modò sub aliis, vt legitur. 1. *Mach.* 8. & 9. Sed circa aduentum Domini tanta fuit pax sub Augusto Octauiano, quòd commercia fiebant adinuicem, & Assyrij, & Ægyptij concordes erant sub Romano Imperatore, & Iudaicus populus tertius erat sub eodem similiter seruiens. Et hoc est.

Quinta pars.

b In die illa,] notabili, id est, expectata, id est, in aduentu Domini.

c Erit via de Ægypto in Assyrios,] quorum regio erat ab Euphrate vsque ad Tigrim, vndè Syria pars est Assyriæ.
e Et intrabit Assyrius in Ægyptum,] quasi dicat, totus erit transitus de vno regno ad aliud.
f Et Ægyptus in Assyrios,] intrabit, vel transibit securus.
g Et seruient Ægyptij Assur,] non quòd post aduentum Domini, & dominium Romanorum Ægyptij fuerint subiugati Assyriis; sed quia Syri milites erant cum Romanis, qui custodiebant Ægyptum; & ita Ægyptij gratia Romanorum seruierunt Syris. Vel fortè vtraque Gens sibi inuicem seruiebat reciprocando commercia mutua. *i* In die illa,] post aduentum Domini, Dominantibus Romanis toti mundo.

Δ *a* Erit Israël.

● fuerunt in Ecclesiis per vniuersum mundum dispersis.

Mysticè.

a Et titulus Domini] superscriptus Cruci literis hæbraicis, Græcis, & Latinis. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. *Ioan.* 19. d. *b* Iuxta terminum eius,] id est, fidei, vel mundi. Item titulus Domini iuxta terminum mundi est Euangelica, siue Apostolica doctrina, quæ est vsque ad terminos orbis terrarum. Vndè *Psal.* 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Item titulus Domini iuxta terminum fidei est operatio bona, vel imitatio passionis Domini, quæ iuxta extensionem fidei extendi debet.
c Et erit,] altare, vel titulus. *d* In signum, & testimonium,] Crucis passionis, resurrectionis.
e Domino exercituum,] id est, Christo, qui dominatur exercitibus Angelorum. *f* In terra Ægypti,] id est, omnium, Gentium, quæ hic nomine Ægypti accipiuntur, propter tenebras ignorantiæ, & culpæ, in quibus erant. Clericus titulum habet in capite, scilicet, tonsuram, in signum abiectionis temporalium. *Leuit.* 20. d. Ego Dominus, qui separaui vos à cæteris populis. Separate ergo & vos immundum ab immundo, ne polluatis animas vestras. Papa titulum seruitutis habet in sigillo. Principes titulum in sigillis iuxta terminos possessionum suarum. Verbi gratia. Rex Angliæ Dominus Hyberniæ. Dux Normanniæ, &c. Paulus titulum humilitatis habet in tredecim Epistolis, in quartadecima nullum habet. Christus etiam titulum habet in femore. Rex Regnum, & Dominus Dominantium. *Apoc.* 19. c.
g Clamabunt enim Apostoli, & Martyres in cordibus suis.
h Ad Dominum,] qui clamorem cordis exaudit.
i A facie tribulantis,] id est, à præsentia persecutionis, & tribulationis, quæ tempore Apostolorum, & Martyrum inualuit, & inualebit tempore Antichristi. *Iud.* 3. b. Clamauerunt filij Israël ad Dominum, qui suscitauit eis Othoniel, id est, Dei responsum.
k Et mittit eis Saluatorem, & propugnatorem, qui liberet eos.] id est, auxilium Domini, qui quotiens auxiliatur in tribulatione, totiens mittitur quodammodo à Patre.
l Et cognoscetur Dominus ab Ægypto,] id est, à mundo cognitione fidei.
m Et cognoscent Ægyptij,] id est, Sanctorum persecutores.
n Dominum in die illa,] cùm fuerint virtute Domini superati, & ideò conuersi, & liberati. *Ier.* 31. f. Et Gentes omnes cognoscent me, dicit Dominus, à minimo vsque ad maximum quia propitiabor iniquitatibus eorum.
o Et colent eum in hostiis,] spiritualibus, id est, oratione, & deuotione. *p* Et in muneribus,] id est, gratuitis oblationibus.
q Et vota vouebunt Domino.] *Gloss.* sicut in Baptismo. *r* Et soluent,] ne sint rei *Ps.* 75. Vouete, & reddite Domino Deo nostro. *Eccl.* 5. a. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. *s* Et percutiet Dominus Ægyptum,] id est, Martyres, qui paulo antè fuerant de mundo. *t* Plaga,] Martyrij. *u* Et sanabit eam,] in generali resurrectione, vel in ipsa passione Martyrij, illos pro plaga coronando, & æterna sanitate fouendo. *x* Et reuertentur,] per pœnitentiam Ægyptij, id est, peccatores, qui à Deo recesserant.
y Ad Dominum,] qui patienter expectat peccatores, & clementer suscipit pœnitentes. *z* Et placabitur eis,] veniam tribuendo. *a* Et sanabit eos,] à peccatis eorum, in præsenti per gratiam, & in futuro à corruptione mortalitatis per gloriam. *b* In die illa,] id est, in aduentu Domini. *c* Erit via,] id est, liber transitus. *d* De Ægypto in Assyrios,] conuertendos prædicatione Ægyptiorum, qui primò crediderunt. *e* Et intrabit Assyrius,] conuersus, [in Ægyptum,] iam conuersam, vt eos, qui ibi remanserant infideles, conuertat: & tandem veniant pariter in Iudæam.
g Et seruient Ægyptij,] conuersi. *h* Assur,] id est, Assyriis prædicando, vt lucrificiat Christo. *i* In die illa,]

a Erit Israël, &c.] quasi dicat, non erit sob illis, vel sub istis, vt priùs, sed cum illis seruiet Romanis. c Benedictio in medio terræ,] id est, in Ierusalem, vel in Iudæa, quæ est medium mundi, & media inter Ægyptios, & Assyrios. Erit populo. d Cui benedixit Dominus, à quo priùs maledicebatur, id est, maledictus reputabatur. e Dicens.] hoc, quod sequitur. f Benedictus populus meus,] id est, populus Ægyptius, vt scilicet, sit populus Dei, qui priùs erat populus Ægypti. g Et opus manuum mearũ sit, acquisitiuè, id est, Assyrius sit opus manuum mearum, quia in eius conuersione præcipuè clemẽtiam suam Dominus demonstrauit. h Hæreditas, &c.] specialiter, quia ibi natus est Dominus, ibi nutritus, ibi passus, ibi mortuus, ibi resurrexit, ascendit, & omnia redemptionis nostræ mysteria consummauit. Ad literam, has tres regiones, id est, Ægyptum, Assyriam, Iudæam benedicens prædixit Isaias, quia præ omnibus, Monachis, & Eremitis, & religionibus multis abundauerunt, vt legitur in vitis Patrum, & in vita Pauli, quam scripsit *Ieron.* Aliqui sic legunt hanc literam. f Benedictus populus meus,] i. quem eduxi de Ægypto, id est, populus Israeliticus. g Et opus manuum mearum,] sit, id est, in exercitu Assyriorum, quem per Angelum interfecit simul centum octogintaquinque millia. h Hæreditas autem mea Israël.] Hoc non mutatur. Prior littera melior est, quia de hac nullæ sunt glossæ.

Al. † *Assyrius.*

illa a erit Israël b tertius Ægyptio, & Assyrio: c benedictio in medio terræ, d cui benedixit Dominus exercituum, e dicens: f Benedictus populus meus Ægypti, & g opus manuum mearum † Assyrio: h hæreditas autem mea Israël.

CAP. XX.

IN i anno, quo ingressus est Thartan in k Azotum, cum l misisset eum Sargon Rex Assyriorum, & m pugnasset contra Azotum, & cepisset eam: in n tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filij Amos, dicens: o Vade, & p solue q saccum de lumbis tuis, & r calceamenta tua f tolle de pedibus tuis. Et t fecit sic, u valens nudus, & x discalceatus. Et dixit y Do-

Mysticè. ⊖ quando hæc fient. a Erit Israël,] i. Iudæi credentes in Christum. b Tertius Ægyptio, &c.] in prædicatione fidei, vt eos ad rectitudinem fidei perfectæ cõuertat. Sicut enim fermentum in suum saporem totam massam traijcit; ita Iudæi credentes amaritudinem infidelitatis illorum in saporem rectæ fidei transtulerunt. Et bene potuerunt hoc facere, quia. c Benedictio in medio terræ,] erit, i. Gens Iudaica, quæ est in medio terræ, benedicetur. d Cui benedixit Dominus exercituum,] iam in Apostolis, & aliis fidelibus: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem, *sup.* 2. a. e Dicens: Benedictus populus meus,] qui priùs erat maledictus ante conuersionem. g Et opus manuum mearum,] vel, Assyrius,] sit specialiter, quia in ipso maximè clementiam suam demonstrauit Dominus. h Hæreditas autem mea Israel,] quæ mente recta Deum conspicit, qui solus potest dicere: Dominus pars mea. *Num.* 18. c. *Ier.* 10. c. Israël virga hæreditatis eius. *Zach.* 8. c. Sicut eratis maledictio in Gentibus; sic saluabo vos, & eritis benedictio. Est autem benedictio temporalis abundantiæ. *Genes.* 27. f. In pinguedine terræ erit benedictio tua. Item benedictio gratiæ. *Psalm.* 20. Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Item benedictio gloriæ. *Psal.* 64. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Item benedictio blasphemiæ. *Iob.* 1. c. Benedic Deo, & morere. Item benedictio adulationis. *Psalm.* 9. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.

Multiplex benedictio.

EXPOSITIO CAP. XX.

IN anno, quo ingressus.] In capitulo præcedenti prophetauit Isaias euersionem Ægypti: quia promissione sui auxilij auerterat duas Tribus à spe, & a cultu Dei, propter quod Isaias sæpè prophetauit eis, i. duabus Tribubus euersionem Ægypti, vt sic auerteret eas à confidentia, & amore Ægyptiorum. Et cùm sæpè prophetasset hoc Isaias verbo, voluit Dominus, vt idem prophetaret facto. Vndè præcepit ei, vt tribus diebus ambularet nudus coram Ierosolymitis, & discalceatus per ciuitatem, quasi hoc ipso facto diceret: Sicut me vidistis coram vobis incedentem nudum, & miserum, sic erunt Ægyptij calamitosi, & ærumnosi tribus annis, quia diem pro anno dedit mihi Deus. Diuiditur autem hoc capitulum in duas partes. In prima determinat tempus, in quo præcepit hæc Dominus Isaiæ, scil. tempore, quo Rex Assyriorũ misit Thartan Principem militiæ suæ ad subuertendam Azotum, ciuitatem Philistinorum, vnam de quinque principalibus. In secunda exponit parabolam facti sui Ierosolymitis, id est, quid significet, quòd nudus, & discalceatus ambulauit, *ibi.* [Et dixit Dominus.] Nota, quòd hic ponit Expositor opiniones diuersas. † *Ieron.* dicit Regem Assyriorum senonimum, id est, sex nominum, & vocatum Theglatphalasar, & Salmanasar, & Sennacherib, & Asaraddon, & Phul, & Sargon. Non enim verisimile fuit, quòd in tam breui tempore, sc. decem annis, sex Reges fuissent in Assyria. Alij cõcedunt, quòd sex ibi fuerint Reges sibi succedentes, quod magis videntur velle historiæ, quorum vnus fuit Sargon, qui misit Thartan Principem militiæ suæ subuertere Azotum, qua subuersa præcepit Dominus Isaiæ hoc, quod dictatum est. Dicit igitur. i In anno, quo ingressus est Thartan,] Dux exercitus Regis Assyriorum. k In Azotũ] ciuitatem potentissimam Palæstinorum. l Cùm misisset eum Sargon Rex Assyriorum, &c.] id est, opere verbis concordante. Non enim verbis solùm, sed etiam factis loquuntur Prophetæ. o Dicens. Vade, &c.] id est, cilicium. Hic enim est habitus Prophetæ plangentis peccata populi. [Solue,] dicit, id est, laxa, vt scilicet, appareret cilicium, quo erat indutus. Vel, [solue,] id est, exue, secundum *Ieron.* r Et calceamenta tua, &c.] Simile dictum est Moysi *Exod.* 3. b. Solue calceamenta de pedibus tuis; locus enim, in quo stas, terra Sancta est. t Et fecit sic, &c.] tribus diebus. *Ieron.* Mira obedientia, solo cilicio induebatur vir nobilissimus, vt hebræi tradunt, cuius filiam Rex Manasses accepit in coniugem: non erubuit nudus incedere, nihil honestius iudicans, quàm Deo obedire. y Et dixit Dominus.] Secunda pars, vbi ostendit

Al. † *Haymo.*

Secunda pars.

Mysticè. i In anno, &c.] Mysticè. Sargon, qui interpretatur Princeps hortorum: Diabolus est, qui mundi delicias ...ortatur. Cui similis est Achab, qui vineam Naboth in hortum olerum vertere cupiebat. 3. *Reg.* 21. Thartan interpretatur turris, vel superfluus, vel elongãs. & significat omnes malos contra Deum munitos, & alios falsis suggestionibus à Deo elongantes. Azotus interpretatur ignis generationis: & significat omnes illos, qui libidini vacant. Tales enim de facili expugnat Rex Assyriorum, i. Diabolus. Eo tempore, Isaias, id est, quilibet Iustus induitur solo cilicio, vt plangat eos, qui per libidinem à diabolo capiuntur. Et discalceatus incedit, vt calcet super serpentes ignitos, id est, omnia, quæ inflammant ad peccatum: qui sunt in Eremo huius vitæ: & in se extinguat ignem libidinis, quo alij vulnerati à Diabolo capiuntur. Et hoc est. i In anno, quo ingressus est Thartan,] id est, diaboli satellites. k In Azotum,] id est, in mundum igne libidinis accensum.

l Cùm misisset eum Sargon Rex Assyriorum,] id est, diabolus Rex superborum. *Iob.* 41. d. Ipse est Rex super omnes filios superbiæ. m Et pugnasset contra Azotum, & cepisset eam,] pro maxima parte.

n In tempore illo locutus est Dominus in manu Isaiæ filij Amos,] quia veri Prædicatores, qui sunt missi à Domino, meliùs factis, quàm verbis loquuntur, cùm peccatores à diabolo capiuntur. Nota. Est annus culpæ. *Luc.* 13. b. Ecce anni tres sunt, cordis, oris, operis: ex quo veniens quæro fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Item annus poenitentiæ. *inf.* 61. a. Vt prædicarem annum placabilem Domino. Item annus iustitiæ. *sup.* 16 d. In tribus annis, quasi anni mercenarij auferetur gloria Moab. Item annus gratiæ. *Iob.* 3. a. Non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Item annus gloriæ. *Ps.* 76. Et annos æternos in mente habui. In primo viuunt peccatores, in secundo incipientes, in tertio proficientes, in quarto appropinquantes, in quinto peruenientes. o Dicens. Vade,] animo.

Multiplex annus.

p Et solue,] facto.

q Saccum de lumbis tuis,] vt appareat in exemplũ aliis, & signum doloris. r Et calceamenta tua,] i. opera mortua.

f Tolle de pedibus tuis,] i. de affectibus, non solùm de manibus. In hoc significatur, quòd nullus intrabit terram Sanctam, ad quam intendunt Sancti, nisi nudus à corruptione mortalitatis, & habitu poenitentiæ. 4. *Reg.* 2. b. Elias exutus est pallio, id est, onere peccati. Hoc idem significatum est. *Exod.* 3. b. vbi dictum est Moysi: Solue calceamenta de pedibus tuis; locus enim, in quo stas, terra Sancta est. t Et fecit sic,] hilariter, celeriter, libenter: in quo perfecta obedientia innuitur, quia non solum præceptum, sed sicut præceptum fuit, dicitur fecisse, verè, obedienter.

u Valens nudus,] vestibus poenitentiæ, & corruptione mortalitatis, vel nudatus pompa mundi. x Et discalceatus] operibus mortuis. y Et dixit Dominus. Sicut ambula-

da pars, vbi ostendit Dominus, quid significet, quòd Isaias nudus ambulauit, scilicet, quòd Ægyptij nudi, & discalceati ducerentur captiui. Et hoc est. [Et dixit Dominus] Ierosolymitis.

minus. a Sicut ambulauit seruus meus Isaias nud' & discalceatus, trium b annorum signum & portentum erit super Ægyptum & super Æthiopiam: Sic c minabit Rex d Assyriorum. e captiuitatem Ægypti, & transmigratioñe Æthiopiæ, f iuuenem & senem, g nudam & h discalceatam i discoopertis natibus ad k ignominiam Ægypti. Et l timebunt & m confundentur ab n Æthiopia spe sua, & o ab Ægypto gloria sua. Et p dicet habitator insulæ huius in q die illa. r Hæccine erat spes nostra, ad s quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie Regis Assyriorum: & quomodo t effugere poterimus nos?

a Sicut ambulauit, &c.] captiuandas, id est, dies, quibus Isaias nudus ambulauit, significant tres annos captiuitatis futuræ super Ægyptum, & Æthiopiam, non quòd tribus annis fuerit nudus Isaias, sed dies pro anno ponitur: sicut Ezechieli postquam dormierat. 40. diebus super vnum latus, & 30. diebus super aliud latus, secundum Domini iussionem, in signum. 70. annorum captiuitatis Iudæ, statim dictum est ei. Diem pro anno dedi tibi. *Ezech.* 4. b. c Sic minabit Rex, &c.] id est, tribus annis erunt in captiuitate Ægyptij, & Æthiopes nudi & miseri sicut Isaias nudus ambulauit tribus diebus. f Iuuenem, & senem,] minabit captiuos Rex Assyriorum de Ægypto, & Æthiopia. g Nudam, & discalceatam discoopertis natibus] minabit. k Ad ignominiam Ægypti] demonstrandam Ægyptiorum, & Æthiopum captiuitatem. l Et timebunt,] Iudæi Ægyptiis, & Æthiopibus captiuatis. m Et confundentur, &c.] id est, in cuius auxiliu gloriabantur.

B

A

CAP. XXI.

Onus deserti maris.

p Et dicet habitator Insulæ, &c.] id est, terræ promissionis, quæ dicitur Insula: quia ab omnibus Gentibus circumstantibus premebatur, sicut insula a fluctibus maris. r Hæccine erat spes nostra] tam fragilis, tam infirma, quæ se iuuare non potest? s Ad quos confugimus, &c.] qui se liberare non possunt. t Et quomodo effugere poterimus nos?] cùm hi capti sunt, quasi dicas, non poterimus.

Mysticè. a Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus,] tribus diebus, supple. b Trium annorum signum, &c.] id est, triduum nuditatis quorumlibet Iustorum signum est æternitatis pœnæ malorum: quia per tres annos æternitas intelligitur, quæ soli Trinitati nota est. Vndè *Num.* 14. f. Annus pro die computabitur, malis in inferno. Sed pœnitenti hoc è contra. *Ezech.* 4. b. Diem pro anno dedi tibi. Ideò dicitur *infr.* 61. a. Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro. Nota. Est nuditas bona, reuelatio peccatorum in confessione. *Mich.* 1. c. Super hoc plangam & vlulabo, vadam discalceatus, & nudus, faciam planctum velut Draconum *infr.* 47. a. Discooperi humerum, reuela crura, transi flumina. Item est nuditas mala, carentia virtutum. *Apoc* 16. c. Beatus, qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. 2. *Cor.* 5. a. Habitationem nostram, quæ de cœlo est, superindui cupientes; si tamen vestiti, non nudi inueniamur. *Iob.* 14. b. Homo cùm mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus vbi quæso est? *Exod.* 32. f. Videns Moyses populum, quòd nudatus esset, spoliauerat eum Aaron propter ignominiam sordis. c Sic minabit Rex,] Assur, id est, diabolus, cum Regina.

Duplex nuditas.

d Assyriorum,] id est, superbia. e Captiuitatem, Ægypti, &c.] id est, peccatores in infernum.

f Iouenem & senem,] id est, robustum malitia, & inueteratum dierum malorum: g Nudam] virtutibus. h Et discalceatam,] bonis affectionibus. i Discoopertis natibus,] i. turpitudine conscientiæ reuelata *Daniel.* 7. c.

k Ad ignominiam Ægypti,] id est, ad confusionem malorum. Nihil enim opertum, quod non reueletur: & occultum, quod non sciatur. *Matth.* 10. c. 2. *Reg.* 10. a. A non, i. gratiæ inutilis præscidit vestes nunciorum Dauid vsque ad nates. *Gloss. ibi*, diabolus turpia facta, quæ persuadet, in oculis hominum reuelat. l Et timebunt,] timore.

m Et confundentur,] pudore. n Ab Æthiopia spe sua, & ab Ægypto gloria sua,] id est, sperantes & gloriantes in mundo, timore & pudore affligentur. *Prou.* 25. c. Deus putridus, & pes lassus, qui sperant in infideli. *Prou.* 11. b. expectatio sollicitorum peribit. *Prou.* 10. d. Expectatio Iustorum lætitia, spes autem impiorum peribit. *Ier.* 17. a. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.

p Et dicet habitator Insulæ hoc,] id est, Ecclesiæ, quæ persecutionum fluctibus tunditur incessanter, *infrà* 42. b. Ponam flumina, id est, doctrinam currentem, in insulas, & stagna, id est, doctrinam stantem, arefaciam.

q In die illa,] generalis persecutionis, vel post diem iudicij.

r Hæccine erat spes, &c.] id est, diaboli.

t Et quomodo effugere poterimus nos?] quasi dicat, nullo modo *infr.* 31. a. Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium in equis sperantes.

EXPOSITIO CAP. XXI.

ONus deserti maris.] *Suprà* 13. & 14. egit Propheta de onere Babylonis. Hic repetit de eodem, vt addat de modo euersionis, & à quibus facienda erat. Spiritus enim sanctus semper tangit corda Prophetarum, nec ad omnia semper, vt dicit *Ieronymus* & *Gregorius*. Suprà tetigit cor Isaiæ, reuelans ei euersionem Babylonis: & statim eam prædixit in solatium Iudæorum: & hoc spiritu conticente fortè tunc de modo, vel tempore euersionis nihil ostēdit ei, & ideò nihil dixit de hoc: sed modò tetigit, & ideò non repetit, vt ostendat modum euersionis & tempus. Et est summa sicut narrat *Orosius*, quòd Cyrus, & Darius cùm diu Babylonem obsedissent, & capere non valerent, quia erat inexpugnabilis, eo quod incredibilis esset spissitudo, & altitudo murorum, & aquis abundans, quia per mediam ciuitatem fluebat Euphrates ingrediens per arcum sub muro. Accidit autem, vt Balthasar Rex Babylonis in festo cuiusdam Dei sui paruipendens obsidionem, solemne conuiuium fecerat, vbi vt maiores essent deliciæ, fecit afferri vasa aurea, & argentea, quæ auus suus Nabuchodonosor asportauerat de templo Ierusalem, & bibit in eis ipse & satellites & concubinæ eius, vt legitur hoc in *Gloss.* & *Daniel.* 5. Intererant autem conuiuio Cyrus & Darius, qui pacificati erant Balthasar in dolo, cui & fecerant † hominium tanquam in pace volentes recedere ab eo. Et hoc ipsum erat ei ad gloriam, quòd homines sui, qui se ei tradiderant, cum eo epulabantur in festo Dei sui ad mensam suam. Videntes autem Cyrus, & Darius, Balthasar & conuiuas eius inebriatos nacta opportunitate occiderunt eum. Exercitus autem eorum iam occupauerant ciuitatem, qui latenter intrauerant sub muro per fluuium, quem longe ante nescientibus Babylonijs exsiccauerant in diuersa brachia diuidendo, & sic capta est Babylon. In quo patet admiranda Dei prouidentia, quæ omnia regna contra se inuicem superbientia per se ipsa destruxit. Primò decem Tribus, quæ contra Dei voluntatem in Syris sperauerunt, & vtrique captiuati sunt ab Assyriis. Item duæ Tribus in Ægyptiis & Æthiopibus sperauerunt, & ipsi quoque captiuati sunt ab Assyriis & Chaldæis. Assyrij quoque, quia de se præsumpserunt, à Chaldæis perierunt. Chaldæi verò & Babylonij contra Dominum erecti, Medis & Persis subiugati sunt. Medi verò & Persæ post ab Alexandro victi subiugati sunt ei. Qui cùm se tanquam Deum extulisset, veneno enectus est, & regnum eius in plures partes scissum, & postea à Romanis subiugatum. Romanum verò imperium, quod carnes Sanctorum quasi dentibus ferreis lacerauit, ex magna parte iam periit, vt dicit *Haymo*. In fine autem ex toto peribit, cùm regnum Christi illuxerit, vt tangitur *Dan.* 7. & 2. *Thess.* 2. Diuiditur autem hoc capitulum in sex partes. In prima ostenditur Babylonis destructio per Medos & Persas. In secunda ponitur planctus Prophetæ super desolatione Babylonis. *ibi* Propterea repleti, &c. In tertia agitur de descriptione exarata in pariete, quam videns Balthasar pertimuit, *ibi.* [Pone mensam, &c] De qua pleniùs agitur *Dan.* 5. In quarta agitur de aduentu Medorum & Persarum ad destructionem Babylonis sub metaphora asini, & cameli, *ibi.* [Et vidit, &c.] In quinta agitur de Idumæa conquerente, quòd non sit reuersa de captiuitate Iudæis reuertentibus, cùm essent de eodem genere, id est, de Abraham, *ibi.* [Onus Duma.] In sexta monet Ismaelitas compati Iudæis, qui captiui ducentur, alioquin cum ipsis captiuabuntur, *ibi*: [Onus in Arabiam, &c.] Vocans ergo Babylonē mare propter multitudinem populi, vt dicit *Ieronym.* quia ad eam ex omni parte mundi confluebant populi ferentes mercimonia sua super a mare, dicit ergo a Onus deserti

Al. † *homagium.*

Mysticè. a Onus deserti maris,] i. mundi qui mare dicitur, *Mysticè.*

a mare. Dicit ergo. [Onus deserti maris,] id est, hæc est visio oneris Babylonis sic dictæ propter multitudinem populi, & destructionem futuram, qua ab hominibus deseretur, iam deserta a Deo. Vndè *Ier.* 51. d. dicit de Babylone. Desertum faciet Dominus mare eius. Deinde introducit Babylonem loquentem.

Sicut a turbines ab b Aphrico veniunt, de c deserto d venit, de e terra horribili. f Visio dura g nunciata est mihi. h Qui incredulus, est i infideliter agit, & k qui depopulator est, l vastat. m Ascende Ælam, n obside † Mædeba: omnē o gemitū eius p cessare feci. q Propterea r repleti sūt lumbi mei dolore, s angustia possedit me, sicut t angustia parturientis. u Corrui, cùm x audirem; † y conturbatus sum, cùm viderem. z Emarcuit cor meum, a tenebræ b stupefecerunt me: c Babylon dilecta mea d posita est mihi in e miraculum. f Po-

Abac. 2. a. Ioel. 3. a.

Al. † Mede.

Al. †. turbatur.

a Sicut turbines,] vento, scilicet, collaterali Austro, vbi est terra Medorum & Persarum. Vox Babylonis, sic, supple, mihi vastitas. c De deserto venit,] id est, de terra Medorum, & Persaris, quæ tunc erant quasi desertum respectu Babyloniæ. e De terra horribili,] id est, de Media, & Perside, quarum Domini crudelissimi fuerunt Babylonis. f Visio dura,] id est, captiuitas futura, & destructio ciuitatis. g Nunciata est mihi,] à Deo, dicit Babylon, vel Propheta, secundum aliam *Gloss.* h Qui incredulus est,] id est, infidelis, sc. Cyrus, vel Darius, qui in dolo contra sacramentum Balthasar Dominum suum occiderunt. i Infideliter agit,] in dolo Balthasar occidendo, tamen Domino permittente ob merita eius. k Et, qui depopulator,] j. Cyrus, qui crudelior, & fortior fuit. l Vastat,] id est, vastabit me, dicit Babylon. Deinde subiungitur vox Domini loquentis ad Persas, & Medos, vt veniant ad destructionem Babylonis. m Ascende Ælam,] Persidis regionis ciuitas Metropolis est, cuius Rex fuit Cyrus. n Obside Medeba,] Babylonem, ciuitas similiter est in Media, quasi dicat, ô Persæ, & Medi, nolite timere ascendere equos, & obsidere Babylonem.

o Omnem gemitum eius] id est, Babylonis. p Cessare feci] id est, faciam, vt tantis afflicta sit malis, vt contra vos gemere non audeat. Vel, (gemitum eius,) id est, quo alios gemere faciebat opprimendo eos cessare faciam quasi dicat, ita desolabitur Babylon, quod de cætero non faciet gemere aliquos. q Propterea.] Secunda pars, vbi ostendit Propheta se compati Babyloniis, licet inimici eius essent, in quo exprimit Propheta magnitudinem afflictionis eorum, quia non est consuetum compati inimicis, nisi cum fuerint in maxima angustia constituti. Et hoc est. [Propterea,] s. propter duram visionem, quæ nunciata est de Babylone. r Repleti sunt,] id est, ita doleo, sicut ille, qui patitur dolorem lumborum, qui ferè intolerabilis est. s Angustia possedit,] propter tantam miseriam, quæ imminet Babyloni. t Sicut angustia,] quæ maxima est. u Corrui,] vel horrui,] sicut homo, qui videt ante se cadere aliquem interfectum, vel multitudinem occisorum, [corrui,] in terram, vel in tristitiam. x Cùm audirem,] miseriam Babylonis futuram. y Conturbatus sum,] in spiritu, visionem duram. z Emarcuit cor,] sicut herba euulsa marcescit, pristinum virorem amittens. a Tenebræ] angustiæ. b Stupefecerunt me,] id est, mentem meam, vt penè nescirem, quid cernerem stupefactus ex præuisione tantæ miseriæ Babylonis. Vel (tenebræ stupefecerunt me,] id est, oculi mei præ lachrimis caligauerunt. c Babylon dilecta] quondam. vel nunc etiam inquantum creatura Dei, vel quoad illos, qui beneficium impenderunt Iudæis captis in Babylone, quod præuidit Isaias in spiritu. d Posita est mihi,] Isaiæ. e In miraculum,] stuporis, & admirationis, quia citò subuersa est, licet inexpugnabilis. f Pone mensam.] Tertia pars, vbi agitur de descriptione exarata in pariete, & potest esse vox Domini ad Prophetam, dicentis. [Pone mensam,] id est, prædic ponendam. Vel ad Cyrum, & Darium, quibus loquitur quasi vni, quia vnus principalior erat: vel quia vnanimes erant in hoc facto. Et est sensus. [Pone mensam,] id est, fac poni mensam, vt milites Darij comedant, & auena detur equis, & exercitus præparetur.

Secunda pars.

Tertia pars.

Δ b Contemplare in

Mystice.

☉ quia amarum, & tempestuosum, & periculosum, vbi maior deuorat minorem: sicut in mari maior piscis deuorat minorem. *infrà* 57. d. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest. Desertum etiam dicitur, quia ab omni bono destitutum. Nam bona mundi non sunt vera bona, sed falsa. Item in deserto habitant serpentes, & latrones; & in mundo tentationes, & persecutiones. a Sicut turbines,] tempestatum. b Ab Aphrico veniunt,] qui est ventus lenis, & pluuiosus: & significat prosperitatem, à qua tentationes grauissimæ veniunt.

c De deserto,] id est, de mundo.

d Venit,] turbo tentationum. *Iob.* 1. d. Repente ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus.

e De terra horribili,] id est, de mundo, qui viris sanctis horribilis est. f Visio dura, &c.] id est, cuilibet viro iusto, cui ostendit Dominus, quam intolerabilis, & molesta sit mundi amaritudo, & quantis tentationibus mundus sit plenus. Sicut B. Benedicto, qui totum mundum vidit collectum ante oculos suos & sicut Beato Antonio, qui totum mundum plenum laqueis vidit, & dixit: Domine, quis poterit euadere istos laqueos? Et dictum est ei. Sola humilitas. h Qui incredulus est,] id est, qui non confidit in Domino, vel qui non vult acquiescere consilio. i Infideliter agit.] *Abacuch.* 2. a. Qui incredulus est, non est anima eius recta in semetipso. k Et, qui depopulator, vtpotè malus Princeps, vel malus Prælatus, quasi dicat, tam subditi, quàm Domini mali sunt: & ideò culpa est singulorum, quod tempestate in mundo opprimuntur.

m Ascende Ælam, obside] Ælam interpretatur despiciens, & significat nobiles, & potentes, qui alios despiciunt. *Prou.* 1. a. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Medeba interpretatur fames antiqua, & significat diuites mundi, qui semper esuriunt diuitias. *Eccl.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. His Dominus Ironicè dicit. [Ascende Ælam, obside,] id est, ascendite superbi, & sæuite diuites, quantum vultis, & valetis, quia.

o Omnem gemitum,] id est, mundi persecutionem, quæ facit pauperes gemere.

p Cessare feci,] i. citò faciam, oppressores damnando, & oppressos glorificando. *Iob.* 24. b. De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & animæ vulneratorum clamabunt: & Deus inultum abire non patitur. Nota. Est gemitus pœnæ. *inf.* 51. d. Gaudium, & lætitiam tenebunt, & fugiet dolor, & gemitus. Item est gemitus pœnitentiæ. *Rom.* 8. e. Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Item est gemitus curæ mundanæ. *Iob.* 26. b Ecce Gigantes gemunt sub aquis. Item est gemitus compassionis. *Psal.* 101. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

Multiplex gemitus.

q Propterea repleti sunt lumbi mei dolore,] non voluptate, dicit Iustus afflictis compatiens.

s Angustia possedit me, sicut angustia parturientis.] Vbi est modò talis compassio, quæ etiam de afflictione inimicorum nascitur? *Iob.* 30 d. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. *Mich.* 4. c. Dole, & satage, filia Sion, quasi parturiens.

u Corrui,] in terram, vel in tristitiam. x Cùm audirem,] gemitum afflictorum.

y Conturbatus sum, cùm viderem,] miserias peccatorum.

z Emarcuit cor meum,] præ dolore. *Psalm.* 118. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

a Tenebræ] angustiæ.

b Stupefecerunt me. *Iob.* 1. d. Tunc surrexit Iob, & scidit tunicam suam, & tonso capite corruens in terram adorauit.

c Babylon Dilecta mea posita est mihi in miraculum,] id est, mundus confusione plenus positus est Iustis in miraculum, quomodo tam citò perit? Transit enim mundus, & concupiscentia eius. 1. *Ioan.* 2. c. Super hoc admirantur Iusti, quomodo tamdiu durauit mundus, qui totus in maligno positus est. 1. *Ioan.* 5. d. Hoc esset bonum Thema de Maria Magdalena. Miraculum enim est signum diuinæ potentiæ præter consuetum cursum naturæ, & Magdalena signum est diuinæ clementiæ, præter consuetum cursum gratiæ. Ipsa fuit primò Babylon, id est, confusione plena: postea fuit dilecta, quia per gratiam ab omni peccato mundata. *Luc.* 7. g. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Hæc est facta in miraculum peccatorum, vt nemo desperet. *Osea* 2. c. Dabo eis vinitores ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem Vinitores ex eodem loco sunt Prædicatores, qui in mundo peccatores fuerunt, qui dantur à Domino peccatoribus ad aperiendam spem. Vallis Achor Magdalena profunda peccatrix, turbata ad pœnitentiam: Achor enim interpretatur turbatio.

f Pone mensam.] Sermo ad Sacerdotes, vel Scholares. O Sacerdos in specula Ecclesiæ posite, vt ventura mundo annuncies, pone mensam Sacræ Scripturæ populo famelico.

b Contemplare in specula,] i. fac, vt speculator videat, quando tempus erit, vt exercitus ingrediatur ciuitatem.
c Comedentes, & bibentes surgite] de mensa. *f* Principes, i. ô Cyre, & Dari.
g Arripite clypeum,] i. arma. Vel meliùs potest exponi, vt sint verba Domini, vel Prophetæ ad Balthasar, præuidentis conuiuium, quod facturus erat, & quid inde accidere debebat. Cùm enim comederēt in mensa Cyrus, & Darius videntes manum scribentem in pariete: mane, Techel phares: & audiētes expositionem Danielis, ex hoc sumpta audacia, statim in ipso cōuiuio Balthasar occiderunt. Et hoc est.

C ne *a* mensam, *b* contemplare in specula, *c* comedentes, & *d* bibentes: *e* surgite, *f* Principes, *g* arripite clypeum. Hæc enim *h* dixit mihi Dominus. *i* Vade, & *k* pone speculatorem, *l* quodcunque viderit *m* annunciet. Et *n* vidit *o* currum duorum equitum, *p* ascensorem asini, & ascensorem cameli, & *q* contemplatus est diligenter multo intuitu. Et *r* clamauit † leo: *s* Super speculam Domini: ego sum *t* stans iugiter per diem: & *u* super custodiam meam ego sum stans totis noctibus.

Al. † vt.

a Pone mensam] ô Balthasar, i. fac solemne conuiuium.
b Contemplare in specula,] i. manum scribentem in pariete, vbi præuidit mortem suam, sicut in specula præuidetur aduentus hostium.
c Comedentes, & bibentes, &c.] i. Dari, & Cyre, cum Balthasar comedentes, surgite de mensa, postquam comederitis.
g Arripite clypeum,] id est, armate vos, & interficite Regem. Alij aliter exponunt, dicentes, quòd Balthasar, cùm esset obsessus, credens, quòd magnum auxilium veniebat ei, fecit Principibus suis conuiuium magnum. Quod audientes Cyrus, & Darius æstimantes ipsum & Principes eius esse ebrios, nocte ipsa intrauerunt ciuitatem, & occiderunt Balthasar. Hebræi verò dicunt, quòd Balthasar in primo conflictu cum Cyro, & Dario habuit victoriam, & ideò lætus, fecit conuiuium; sed ipsa nocte Medi, & Persæ collectis militibus intrauerunt ciuitatem, diuiso priùs Euphrate in multos riuulos: & sic occiderunt Balthasar. Et est sensus.
a Pone mensam, ô Babylon, dicit Dominus, vel Propheta Balthasar.
b Contemplare in specula,] i. pone speculatorem, qui consideret, ne Cyrus, & Darius redeant. Qui speculator dixit. *c* Comedentes, & bibentes] cum Balthasar. *e* Surgite à mensa. *f* Principes arripite clypeum,] q. d. hostes redeunt, armate vos ad pugnam. Et verè ita euenit.
h Hæc enim dixit mihi Dominus] dicit Propheta. *i* Vade & pone speculatorem] temetipsum, ô Isaia, vel intellectum tuum, qui contempletur in speculo diuino, quæ ventura sunt Babyloni. *l* Et quodcunque viderit] speculator. *m* Annunciet aliis nuncius.

Quarta pars.

n Et vidit] speculator, id est, Isaias spiritu prophetiæ.
o Currum duorum equitum,] id est, bigam, quam duo equi trahere solent, in qua erant duo equites, i. Cyrus, & Darius. *p* Ascensorem asini, &c.] i. speculator vidit alterum Aurigam prædicti currus sedentem in asino, & alterum sedentem in camelo: qui pro equis currum trahebant. Vel vnum & eundem Aurigam vidit, qui modò super asinum, modò super camelum ascendebat. In hanc expositionem innuit *Interl. Gloss.* marginalis aliter, vt sit duplex visio, sic. *n* Et vidit] speculator. *o* Currum duorum equitum,] i. regnum Medorum, & regnum Persarum, quæ coniuncta erant adinuicem, sicut duæ rotæ in curru iunguntur, siue in biga. Et postea vidit idem speculator.
p Ascensorem asini, &c.] Cyrum, qui mortuo Dario auunculo suo, ascendit super vtrumque regnum, & habuit Monarchiam. Per asinum intelligit Propheta regnum Persarum, quod ante Cyrum ignobile fuit, & nullius dignitatis. Per camelum regnum Medorum, quod semper potentissimum fuit. Hunc igitur ascensorem vidit Propheta cum Medis, & Persis venientem contra Babylonem, cum Dario auunculo suo. Et hi sunt duo equites, scilicet, asinus, & camelus, duo regna eorum. *q* Et contemplatus, &c.] speculator [multo intuitu. *r* Et clamauit leo,] i. speculator quem vocat leonem, vel propter animi audaciam, vel quia sicut leo in eminenti positus speculatur, si qua fera exeat de latibulis nemorum, in quam possit ruere: ita Propheta in excelso mentis positus, diligenter contemplatus est, quæ ventura erant Babyloni. Vel ideò: quia sicut rugitus leonis cunctis feris terribilis est: ita huius clamor Prophetæ Babylonus terribilis fuit. Et quia locutus est de speculatore in tertia persona, ne putaretur quòd esset alius, & ipse, quasi exponens, quòd ipse est speculator ille, dicit.
s Super speculam Domini ego] Isaias.
t Sum stans iugiter per diem,] i. in lumine Domini iugiter constitutus, i. in mentis acie paratus audire, & loqui, quicquid præceperit mihi Dominus. *u* Et super custodiam meam ego sum stans totis noctibus,] id est, firmus, & diligens, vt me custodiam ab omni peccato, vt sim dignus audire, & loqui verbum Domini. Et quasi aliquis quæreret: Quid vidisti de speculo Domini? Respondet: Ecce iste

a Io famelico. *Psalm.* 23. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Mysticè.
b Contemplare in specula,] i. circumspice vndique, vt bonus speculator insidias inimici. *Ezech.* 3. d. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Abac. 2. a.
c Comedentes] Sacram Scripturam, quoad difficilia.
d Et bibentes] quoad facilia.
e Surgite] de cathedris ad opus, & prædicationem.
f Principes, i. Doctores. *Psalm.* 126. Surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris, i. panem Sacræ Scripturæ, qui dolere facit de peccatis. Notabiliter autem dicit [Comedentes, & bibentes,] quia primò debent ipsi Prædicatores refici, & satiari cibo Sacræ Scripturæ, & inebriari vino spiritualis intelligētiæ, vel scientiæ, quam surgant ad prædicandum, vel docendum. Sed heu! hodie multi more columbæ pascentis pullos suos, grana integra portant in gutture, & nihil in ventrem animæ traiiciunt. De quibus *Iob* 24. b. Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.
g Arripite clypeum] sacræ doctrinæ, quo defendatis alios. *Prou.* 30. a. Omnis sermo Dei ignitus clypeus est. Hic est clypeus, quem Iosue, i. Doctor eleuans in manibus suis deuicit hostes. *Iosue* 8. d. Dixit Dominus ad Iosue: Leua clypeum, qui in manu est contra vrbem Hai, id est, mundum, quoniam tradidit tibi eam. Talis enim Doctor, qui facit, quod prædicat, fructum multum facit in mundo.
h Hæc enim dixit mihi Dominus] per se inspirando, vel per alios consulendo.
i Vade] muta locum, vel statum.
k Et pone speculatorem] animum tuum in eminentia vitæ, vel contemplationis.
l Et quodcunque viderit annunciet] tibi, vt facias illud. Multis annunciat speculator proprius, id est, conscientia propria, quòd malus est status eorum, vel periculosus: sed ipsi, quasi surdi, non audiunt, vel se non audire dissimulant *inf.* 43. b. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem; surdum, & aures ei sunt. Nota: Est speculator in mundo Christus, in Ecclesia Prælatus, in anima intellectus.
n Vidit currum duorum equitum] Currus, Sacra Scriptura est, duæ rotæ, duo testamenta, duo equites, Christus, & Moyses.
p Ascensorem asini, & ascensorem cameli] Asinus est populus Gentilis, ascensor eius Christus. Vndè *Zach.* 9. c, & *Matth.* 21. a. Ecce Rex tuus venit tibi iustus, & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinum. Camelus est Iudaicus populus Gibbosus, & tortuosus; ascensor eius diabolus.
q Et contemplatus est diligenter multo intuitu.] Speculator enim debet diligenter considerare vtrumque ascensorem ad sui, & aliorum instructionem, id est, diabolum, & Christum. Illum, quomodo ascendere voluit in cœlum, & corruit in infernum. *infr.* 14. d. Istum, qualiter ascendit in Crucem, vbi mortuus est propter salutem mundi. *Ruth.* 3. a. Nota locum, in quo dormiat Booz, id est, Christus.
r Et clamauit leo,] id est, Christus, qui clamauit prædicando. *Ioannis septimo* d. Clamabat Iesus docens in templo, & dicens: Et me scitis, & vnde sim, scitis. Item clamauit, Lazarum suscitando: *Ioannis vndecimo* f. Hæc cùm dixisset, voce magna clamauit: Lazare, veni foras. Item clamauit moriendo. *Hebr. quinto* b. Cum clamore, & lachrymis offerens exauditus est. Vel [clamauit, vt leo] Prædicator nihil timens, vt leo. *Prouerbiorum decimo octauo* a. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. *Item* 30. d. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum.
s Super speculam Dñi ego sum stans iugiter per diem: & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus.] Idem est specula Domini, & custodia speculatoris, scilicet, prælatio, vel magisterium, in qua Prælatus, vel

A a Ecce iſte venit, &c.] i Cyrus Princeps duorum regnorum futurus, vt dictum eſt, qui veniebat cum Dario ad deſtructionem Babylonis.

b Et reſpondit,] ſpeculator, ſiue Leo, qui ſuprà clamauerat. c Et dixit] aliis. [Vel ſic.] b Et reſpondit,] Dominus mihi Iſaiæ poſito in ſpecula. c Et dixit] mihi Iſaiæ verba eius audire cupienti. d Cecidit, cecidit, &c.] id eſt, cadet. Geminatio autem confirmatio veritatis. g Et omnia ſculptilia, &c.] Nam templo bellis ſubuerſo & igne concremato à Cyro, & Dario, omnia idola confracta fuerunt & tota ciuitas deſtructa. Sed de idolis ſpecialiter meminit Propheta, quia in ipſis confidebant, & quia fuerunt cauſa deſtructionis. Deinde conuertit Propheta ſermonem ſuum ad Ieruſalem, quæ ſemper fuit multis tribulationibus triturata, ſicut meſſis in area, vel duris increpationibus Prophetarum. Et hoc eſt.

Ierem. 15. a
Apocal. 14. b.

a Ecce iſte venit aſcenſor vir bigæ equitum. Et b reſpondit, c & dixit. d Cecidit, e cecidit f Babylon; & g omnia ſculptilia Deorum eius contrita ſunt in terra. h Tritura mea, & † i filia Areæ meæ, k quæ audiui à Domino exercituum Deo Iſraël l annunciaui vobis. Onus m Duma, Ad n me clamat ex Seir. o Cuſtos. † qui de nocte, p cuſtos † quid de nocte.

Al. † filij.
Al. † quid.
Al. † qui.

h Tritura mea, &c.] id eſt, templi in area Ornæ Iebuſæi conſtructi. 2. *Paral* 3. a. Id eſt, Ieruſalem meis increpationibus triturata, & multis tribulationibus flagellata, ſicut meſſis in area.

k Quæ audiui à Domino, &c.] qui neſcit mentiri.

l Annunciaui vobis,] vt caueatis vobis, quaſi dicat, non ſunt verba mea, quæ locutus ſum vobis, ſed Domini, qui neſcit fallere, vel mentiri, & ideò credere debetis.

Quinta pars. m Onus Duma, &c.] Quinta pars, in qua ponitur querimonia Idumæorum de Domino, quòd non ſunt reuerſi de captiuitate Babylonica cum Iudæis, cùm eſſent de eodem genere, vel implorantium auxilium Dei. Et loquitur hic Propheta à ſimili viatoris ſolliciti de perficienda via ſua, & ante lucem ſurgere diſponentis, qui cùm poſt mediam noctem euigilauerit, quærit à vigile ciuitatis, quota ſit hora noctis: cui cuſtos non vult reſpondere, ſine muneris interuentu; ſed quaſi in ſuggillatione eius dicit. Venit mane, & poſtea, venit nox: ſi quæritis à me certificari de hora, quærite manus, quod detis mihi, aliter non reſpondebo. Et nota, quòd Duma, & Idumæa idem eſt, ſcilicet, regio filiorum Eſau, qui & Seir & Edom dictus eſt, à quo dicti ſunt Idumæi. Quia autem dicitur, quòd Idumæa regio eſt Saracenorum, id eſt, Iſmaelitarum dicitur: quia multi eorum habitauerunt in Idumæa: Arabia verò propriè eſt regio Saracenorum. Item nota, quòd Seir nomen eſt regionis Idumææ & ipſius Eſau. Dicit ergo.

m Onus Duma,] i. viſio de onere Duma, ſiue Idumææ, hæc eſt.

n Ad me clamat, &c.] id eſt, populus Idumæorum, qui eſt ex Seir, id eſt, ex Eſau, vel ex Idumæa adhuc captiuus, videns duas Tribus liberari, & ſe in captiuitate retineri. o Cuſtos, qui de nocte,] id eſt, ô Deus cuſtos populi tui, qui nocte, id eſt, de captiuitate liberaſti populum tuum. p Cuſtos quid de nocte, i. de captiuitate non liberas nos contribules eorum: Ita oportet ſuppleri, primò affirmationem, & ſecundò negationẽ, quia littera decisa eſt hic quaſi dicat, cùm liberaueris duas Tribus, quare non liberas nos? Et ſic primo ponit, qui, & poſtea, quid. Vel poteſt legi vtrobique, qui, hoc modo.

o Cuſtos, de nocte,] captiuitatis & tribulationis liberaſti duas Tribus.

p Cuſtos, qui de nocte,] non liberas nos contribules eorum, ſupple, miſerere noſtri. Vel vtrobique, quid, hoc modo. o Cuſtos quid de nocte,] id eſt, quare de captiuitate duas Tribus liberas. p Cuſtos, quid de nocte,] id eſt, quare non liberas nos de captiuitate ſimiliter?

A a Dixit cuſtos.

Vel ſic lege litteram planiùs.

o Cuſtos, quid de nocte,] id eſt, ô Deus, qui omnia cuſtodis, quantum reſtat adhuc de noſtra aduerſitate? p Cuſtos, &c.] i. ô Deus, quare nõ liberas nos de captiuitate?

A a Dixit cuſtos.

⊕ Doctor debet firmiter ſtare per animi conſtantiam, & intentionis rectitudinem, non ſedere per pigritiam aut auaritiam, vt Eli. 1. *Reg.* 3. Eli ſedebat ſuper ſellam contra viam ſpectans, & cecidit de ſella retrorſum, & fractis ceruicibus mortuus eſt. Debet ibi ſpeculari vndique ſurſum gaudia Paradiſi, deorſum ſupplicia Inferni, ſiniſtrorſum miſerias mundi, dextrorſum gaudia mundi, quàm vana ſint, citò tranſeant, ante beneficia Chriſti, retrò peccata commiſſa. Vel antè vilitatem originis, retrò incertitudinem mentis, interiùs tentationes carnis, & ſuggeſtiones diaboli, exteriùs perſecutiones mundi. Hæc omnia debet conſiderare Prælatus & Doctor, vt ea annunciet ſubditis. *Ierem.* 31. d. Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuum. *Abac.* 2. a. Super cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem, & contemplabor, vt videam, quid dicatur mihi. Stare autem debet iugiter & per diem proſperitatis, & totis noctibus aduerſitatis, vt nec extollatur per proſperitatem, nec frangatur per aduerſitatem. Sunt enim multi, qui neſciunt eſſe Prælati in Proſperitate, quia ſuperbiunt. Alij ſunt, qui neſciunt in aduerſitate præeſſe, quia fragiles ſunt. Pauci ſunt, qui vtrobique bene ſe habeant. *Leuitic. octauo* g. Die, ac nocte manebitis in tabernaculo, obſeruantes cuſtodias Domini, ne moriamini. *Myſticè.*

a Ecce iſte venit, &c.] id eſt, Eccleſiæ ex Iudæis & Gentibus. Aſcenſor eius Chriſtus, equites eius Martyres, equi Prædicatores. *Abac.* 3. d. Viam feciſti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. *Iob trigeſimo nono* c. Dicitur de hypocrita. Deridet equum & aſcenſorem eius.

b Et reſpondit] Leo, qui ſuprà clamauit, [& dixit.]

d Cecidit] in culpa.

e Cecidit] in pœna. Vel. d Cecidit,] in anima.

e Cecidit] in corpore.

f Babylon,] id eſt, mundus, id eſt, amatores mundi, qui ſunt arbores autumnales bis mortuæ, vt dicitur in *Canonica Iudæ.*

g Et omnia ſculptilia, &c.] id eſt, falſa dogmata hæreticorum Philoſophorum, curioſorum Doctorum, acuto acumine dialecticæ ſculpta & fuco rhetorico colorata, vel ſimulachra Babylonis, Prælati nomine tenus. *Zach.* 11. d. O Paſtor, & idolum derelinquens gregem, *ſup.* 19. a. Ingredietur Dominus Ægyptum, & corruent ſimulachra Ægypti.

h Tritura mea,] id eſt, Eccleſia multis tribulationibus & exhortationibus triturata.

i Et filia Areæ meæ,] id eſt, triumphantis Eccleſiæ, quæ iam totaliter triturata, ſolùm grana retinens, paleas dimiſit igni inextinguibili comburendas. *Matth. tertio* c. Cuius ventilabrum in manu ſua, & & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum; paleas autem comburet igni inextinguibili. *Infrà vigeſimo octauo* g. Non in perpetuum triturans triturabit illum, nec vexabit eum rota plauſtri, nec in vngulis ſuis comminuet eum.

k Quæ audiui à Domino, &c.] dicit Leo, id eſt, Chriſtus. *Ioan.* 15. b. Omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Vel Prædicator, qui audita à Domino, non ſomniata à corde ſuo, debet dicere, & annunciare. *Ierem.* 23. e. Propheta, qui habet ſomnium, narret ſomnium: & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum verè.

m Onus Duma,] quod interpretatur ſilentium, & ſignificat mundum, id eſt, mundi amarores, qui ſilent Deo; & tamen clamant mundo. Vndè *Pſalm.* 31. Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarem tota die. Vndè congruè ſequitur.

n Ad me clamat ex Seir,] id eſt, peccatores de mundo. *Ierem.* 49. e. Clamor in mari rubro auditus eſt vocis eorum.

o Cuſtos, qui de nocte] culpæ liberas in primo aduentu per gratiam.

p Cuſtos, qui de nocte] pœnæ liberas in ſecundo aduentu per gloriam. Imperfecta eſt locutio, quia qui adhuc in mundo ſunt, perfectè loqui non poſſunt. *Auguſtinus.* Vna die, & duabus noctibus in ſepulchro fuit Dominus, vt vna luce Diuinitatis ſuæ noſtram geminam noctem auferret. *Pſalm.* 120. Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vſque in ſæculum. 1. *Reg.* 18. d. Omnis Iſrael & Iuda diligebat Dauid: Ipſe enim egrediebatur, & ingrediebatur ante ipſos. *Ioan.* 8. f. Nonne bene dicimus nos: quia Samaritanus es tu? Item nota, quòd eſt nox præſentis vitæ. *Iob* 17. c. Noctem verterunt in diem. Item nox culpæ. *Pſalm.* 6. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, id eſt, conſcientiam meam. Item nox miſeriæ. *Pſalm.* 16. Probaſti cor meum, & viſitaſti, nocte. Item nox temporis. 1. *Theſſ.* 5. b. Qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Item nox ignorantiæ. *Pſalm.* 18. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam. Item nox gratiæ. *Pſalm.* 138. Et nox ſicut dies illuminabitur, ſicut tenebræ eius; ita & lumen eius. Et nox illuminatio mea. Item nox mortis. *Multiplex nox.*

a Dixi custos,] id est, respondit Dominus custos suorum.
b Venit mane,] i. tempus liberationis duarum Tribuum.
c Et nox,] i. tempus tribulationis vestræ, quia remanebitis in captiuitate. d Si quæritis] me modò in aduersitate. e Quærite]

D in prosperitate, quasi dicat, improperando eis: quamdiu fuistis in prosperitate, non clamastis ad me; ideò non exaudiam vos modò clamantes in aduersitate, tamen. f Conuertimini] ad me pœnitendo, & idola relinquendo. g Et sic] venite, id est, venietis de captiuitate

Alter. a Dixit custos; Si quæritis] me orc. e Quærite] corde. f Conuertimini] ad me toto corde, idola relinquentes.

Al. † &

Dixit a custos: b Venit mane, & c nox: Si d quæritis, e quærite: f conuertimini, & g venite. Onus h in Arabia: In i saltu ad k vesperam l dormietis in m semitis Dodanim, n Occurrentes o sitienti ferte p aquam, q qui habitatis terram austri: cum r panibus s occurrite fugienti. A t facie enim gladiorum u fugerunt, x à facie gladij y imminentis, à z facie arcus extenti, à a facie grauis Prælij: b quoniam hæc dicit Dominus c ad me: d Adhuc in vno anno quasi in anno mercenarij † e auferetur omnis gloria Cedar, & f reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur: g Dominus enim Deus Israël h locutus est.

g Et venite] bona operatione: & sic exaudiam vos. h Onus in Arabia, &c.]

Sexta pars. Sexta pars, in qua prædicitur onus Arabum, qui & Saraceni dicuntur, ab Ismaele, & Cedar filio eius descendentes, qui meliùs à matre sua Agar Agareni dicerentur: sed maluerunt ipsi vocari Saraceni, quasi Saræ liberi, & non Agar ancillæ sint filij. Hi cùm debuissent dare panem, & aquam Iudæis fugientibus à facie Chaldæorum, panem dantes subtraxerunt aquam, vt siti magis exardescerent, & perirent. Quapropter, & ipsi ducti sunt in captiuitatem, secundo anno à captiuitate duarum Tribuum. Sed quæritur, quare mutetur modus loquendi: Suprà enim dictum est per totum, Onus Babylonis, onus Ægypti, & sic de aliis, per genitiuum; hic autem non dicitur, onus Arabiæ, sed onus in Arabia. Ad quod dicendum, quòd duplex est Arabia. Inferior, quæ statim occurrit post Iordanem: & hæc est maxima. Et superior, quæ est modica. In inferiori habitabant Saraceni, & quia non in tota hac Arabia, sed in parte fuit hoc onus, ideò permutatur titulus. Vndè dicitur] Onus in Arabia,] id est, in parte Arabiæ hoc est, i. hæc est visio de onere in Arabia futuro. Deinde alloquens Dominus, vel Propheta Iudæos ad loca nemorosa Arabiæ inferioris fugientes: ait.
i In saltu,] id est, in siluis Arabiæ inferioris.
k Ad vesperam] occumbente Sole, & post laborem fugæ.
l Dormietis] ô Iudæi fugientes.
m In semitis Dodanim] locus est inter Iudæam, & Arabiam, & interpretatur in propinquos, vel cognatos, quasi dicat, in via, quæ ducit ad propinquos, & cognatos, id est, ad Saracenos fugientes dormietis. Per hoc, quod dicit [in semitis] innuit, quòd non recta, & publica via fugiebant, sed per diuerticula. Deinde conuertit Dominus, vel Propheta sermonem ad Saracenos, hortans eos, vt ipsi Iudæis fugientibus, & siti arentibus, ferentes aquam occurrerent. Ipsi verò dolosè panem sine aqua obtulerunt, vt ex comestione magis sitirent, & ita perirent. Nolebant enim eos occidere apertè, quia non habebant cum eis apertas inimicitias. Et hoc est: O Ismaelitæ.
n Occurrentes] populo meo.
o Sitienti] propter laborem vitæ.
p Ferte aquam] in saltu, vbi venit fugiens à facie Chaldæorum. q Qui habitatis terram Austri,] i. plagam meridianam respectu Ierusalem. r Cum panibus occurrite fugienti] ad vos, quasi dicat, non solùm aquam, sed panem, & aquam ferte ei: quia lassus erat, & sitiens, & ideò pane, & potu indigebat. t A facie enim gladiorum] Chaldæorum. u Fugerunt] ad auxilium vestrum: & ideò debetis eis occurrere, & succurrere. x A facie gladij] Babyloniorum. y Imminentis] super ceruices eorum. z A facie arcus extenti] Ælamitarum, qui sunt optimi sagittarij.
a A facie grauis prælij,] quasi dicat, non solùm fame perterriti fugerunt, sed multos occidisse viderunt, & post multam occisionem non valentes amplius resistere fugerunt. Et ne despiciatis miseros, quia citò veniet dies vestrá, eo quòd noluistis succurrere Iudæis. b Quoniam hæc dicit Dominus] qui mentiri nescit. c Ad me] cui debens credere. d Adhuc in vno anno quasi, &c.] id est, post vnum annum à captiuitate duarum Tribuum, qui citò transiet, sicut annus mercenarij expectantis finem anni propter mercedem habendam, propter quam tempus breue videtur, sicut Iacob seruienti pro Rachel: *Gen.* 29. d Vel quasi mercenarij dicit: quia sicut mercenarius desiderat finem anni; ita vicini Ismaelitarum desiderabant eorum captiuitatem, quibus nocuerant. Post annum, inquam.
e Auferetur omnia, &c.] i. Saracenorum, qui descenderunt de Cedar filio Ismaelis.
f Et reliquiæ numeri, &c.] i. Saraceni relicti ab Assyriis, qui sagittarij sunt, sicut Ismael pater eorum, quia in solitudine morantur cum feris, à Babylonus captiuabuntur. Et reuera ita erit. g Dominus enim Deus Israel] specialiter. h Locutus est] qui mentiri non potest.
b *Ioan.* 9. a. Venit nox, quando nemo potest operari. Item tristitiæ. *Iob* 7. a. Noctes laboriosas enumeraui mihi. Item nox futuri iudicij. *Matth.* 25. a. Media nocte clamor factus est: ecce Sponsus venit. Item nox inferni. *Iob* 27. d. Nocte opprimet eum tempestas. Item nox diabolus. *Iob* 3. a. Noctem illam tenebrosus turbo possideat. *Gloss.* Apostatam Angelum.
a Dixit custos] cuilibet nostrum loquens per se, per Scripturas, per creaturas, per Angelos, per Prædicatores.
b Venit mane] prosperitatis. c Et nox] aduersitatis.
d Si quæritis] me in aduersitate. e Quærite] in prosperitate. Multi Dominum quærunt in aduersitate, & in prosperitate fugiunt ab eo. Sed tales non audit Dominus. *Ierem.* 2. f. Verterunt ad me tergum, & non faciem: in tempore afflictionis dicent, surge, & libera nos. Item *infr.* 26. c. Domine, in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Vel. b Venit mane] iuuentutis. c Et nox] senectutis. d Si quæritis] in senectute. e Quærite] in iuuentute. *Psalm.* 54. Vespere, & mane, & meridie narrabo. *Eccl.* 11. c. Mane semina semen tuum: & vespere non cesset manus tua.
f Conuertimini] malum declinando. g Et venite] bonum operando. h Onus in Arabia] quæ interpretatur vesper occidens: & significat gloriam mundi, quæ est in occasu, & in vespera sua, *infr.* 28. a. Væ coronæ superbiæ ebriis Ephraim, & flori decidenti gloriæ exultationis eius. Illis ergo, qui quærunt gloriam mundi, est onus illud.
i In saltu,] id est, in densitate peccatorum.
k Ad vesperam] in declinatione vitæ, siue [ad vesperam] senectutis. l Dormietis] *Ephes.* 5. d. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis. m In semitis Dodanim,] id est, in via damnationis. Dedan enim interpretatur iudicium. *Ierem.* 49. b. Descendite in voraginem habitatores Dedan. *Ezech.* 25. c. Qui sunt in Dedan, gladio cadent. n Occurrentes sitienti, &c.] Hoc dicitur Prælatis, & Doctoribus, vt peccatoribus occurrant, & succurrant cum aqua doctrinæ. & pane sacræ Scripturæ, non expectantes, vt ipsi veniant ad eos. Et hoc est [occurrentes, non expectantes [sitienti] non ebrio, vt multi faciunt. p Ferte aquam] Baptismi, vel refrigerantis doctrinæ. Non dicit vinum, vel oleum, ne se excusarent. *Matth.* 10. d. Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine Discipuli: amen dico vobis: non perdet mercedem suam. q Qui habitatis terram Austri,] i. claustrum sancti Iacobi, vbi lumen scientiæ, & feruor charitatis. r Cum panibus] verbi Dei, & exempli boni.
s Occurrite fugienti] à peccato, i. pœnitenti. t A facie enim gladiorum,] i. versutiæ hæreticorum, doctrinæ Pharisæorum, blasphemiæ Iudæorum. u Fugerunt] ad auxilium, & consilium vestrum. x A facie gladij,] i. extremi iudicij [imminentis.] *Iob* 19. d. Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum est gladius. z A facie arcus extenti.] Idem dicit *Psalm.* 59. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, id est, futuri iudicij sententia. Quæ appellatur gladius, & arcus. Gladius, quia illos, qui prope sunt, ferit, id est, senes, qui iam sunt prope mortem. Et arcus, quia remotos percutit, i. iuuenes, qui videntur adhuc multum remoti esse à morte. *Matth.* 3. b. Progenies viperarum, quis vobis demonstrauit fugere à ventura ira? a A facie, &c.] quia tunc pugnabit totus orbis contra insensatos. *Sap.* 5. d. b Quoniam hæc dicit Dominus ad me: Adhuc in vno anno, quasi in anno mercenarij auferetur omnis gloria Cedar,] i. gloria peccatorum citò euacuabitur. f Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filiis, &c.] i. dogmata hæreticorum citò ad nihilum redigentur. g Dominus enim, &c.] i. fidelium, Deum fide videntium. h Locutus est] per Scripturas, per creaturas, per inspirationem, per prædicationem.

EXPO

EXPOSITIO CAP. XXII.

ONus vallis visionis, &c.] Post onera Gentium circumstantium, ponitur onus Ierusalem factum a Nabuchodonosor. De quo loquuntur principaliter Ieremias, Ezechiel, Ioel, Micheas, Sophonias. Diuiditur autem hoc capitulum in septem partes. A In prima describitur destructio eius. In secunda ostenditur compassio Prophetæ, *ibi.* [Propterea dixi, &c.] In tertia agitur de aduentu hostium, *ibi.* [Dies enim interfectionis, & conculcationis.] In quarta ponitur præparatio Ierosolymitarum ad defendendum se. *ibi.* [Et congregastis aquas piscinæ, &c.] In quinta ostenditur impoenitentia eorundem, *ibi.* [Et vocabit Dominus, &c.] In sexta ostenditur depositio Sobnæ, & substitutio Eliachim, *ibi.* [Hæc dicit Dominus Deus exercituum, &c.] In septima prædicitur destructio Sacerdotij Leuitici, *ibi.* [In die illa dicit Dominus, &c. Dicit ergo.

CAP. XXII.

ONVS *a* vallis visionis. *b* Quidnam quoque tibi est, quia *c* ascēdisti & tu † in *d* tecta *e* clamoris plena, vrbs *f* frequens, *g* ciuitas exultás? *h* Interfecti tui nō *i* interfecti gladio, *k* nec mortui † in bello. *l* Cuncti Principes tui fugerūt simul, *m* duréque ligati sunt. Omnes, *n* qui inuenti sunt, vincti *o* sunt pariter, *p* procul fugerunt. *q* Propterea *r* dixi: *s* recedite à me, *t* amarè flebo. *u* Nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei.

Al. † omnis.

Al. † tui mortui.

a Onus vallis visionis,] id est, visio de onere, siue de destructione Ierusalem, hæc est. Et dicitur Ierusalem vallis despectiuè, propter idololatriæ vilitatem; sicut & castellum despectiue dicta est: *Matth.* 21.a. Ite in castellum, quod contra vos est. Vel quia tunc erat in loco humili, licèt modò sit in monte. Vel propter partem inferiorem, quam Sobna Præpositus templi tradidit Assyriis. Visionis autem dicitur, quia à longè potest videri, vel videre: vel quia Prophetæ ibi vident visiones.

b Quidnam quoque tibi est] ô Ierusalem.

c Quia ascendisti, & tu] inter alios.

d In tecta,] id est, ad excelsa ad adorandum, & sacrificandum idolis? quasi dicat, quicquid aliæ Gentes faciant, quid ad te de cultura idolorum? Et tangit morem palestinæ, vbi domus planæ sunt desuper, & ibi adorabant Solem, & Lunam, & alia idola, quæ ibi posuerant: sic & in principio tangitur causa destructionis eorum. Vel hoc dicit, quia veniente Nabuchodonosor, ascenderunt Iudæi super tecta, vt clariùs audiretur clamor eorum, vel ad defendendum se.

e Clamoris plena] idololatrarum, vel occisorum animalium.

f Vrbs frequens, id est, populosa.

g Ciuitas exultans] tempore Dauid, & Salomonis?

h Interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello,] sed fame, & peste. Duobus enim annis fuit obsessa ciuitas; & ideò multi fame perierunt. *Thren.* 4. b. Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame: quoniam isti extabuerunt.

l Cuncti Principes tui fugerunt simul.] Nocte de Ierusalem, perforato muro.

m Dureque ligati sunt] capti à Chaldæis.

n Omnes, qui inuenti sunt] cum Principibus, vel in vrbe.

o Vincti sunt pariter] & ducti ad Nabuchodonosor in Reblatha.

p Procul fugerunt,] id est, fugere voluerunt; sed capti fuerunt in campis Ericonthinis, Legitur enim *Ierem.* 39.a. Quòd Sedechias per foramen muri nocte cum Principibus aufugit; sed in campis Iericho capti sunt, & ducti ad Nabuchodonosor in Reblatha, qui filios Sedechiæ ante ipsum occidi fecit, & ipsi oculos eruit, & excæcatum secum in Babylonem duxit. Principes verò, qui cum Sedechia aufugerant, aut occisi fuerunt, aut durè ligati in Babylonem ducti sunt.

q Propterea dixi, &c.] Secunda pars, vbi ostenditur fletus, & compassio Prophetæ super malis futuris Iudæis. Et loquitur aliis Prophetis, qui eum super hoc volebant consolari.

Secunda pars. *q* Propterea,] quia fugerant Principes.

r Dixi] ego Isaias.

s Recedite a me] Prophetæ consolantes.

t Amarè flebo] vastitatem populi mei. *u* Nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei,] id est, super destructionem Ierusalem, quam vocat filiam, quia nihil virilitatis habebat; sed mollitiem muliebrem.

A *u* Dies enim interfectionis

Mysticè. Mysticè. *a* Onus vallis visionis.] Prædicitur onus Ecclesiæ per hæreticos, per Tyrannos, per falsos fratres. Primi enim fidem impugnant, secundi res Ecclesiæ diripiunt, tertij mores corrumpunt. Dicitur autem vallis visionis Ecclesia, quoad illos, qui excelsi sunt per scientiam; sed deiecti per vitam. Et talibus prædicitur onus: *Luc.* 12. f. Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.

b Quidnam quoque tibi est] ô Ecclesia.

c Quia ascendisti, & tu] quæ deberes humiliari exemplo Domini.

d In tecta clamoris plena,] id est, in fastigia sæculi strepitu, & ambitione, & contentione plena. Vel in hæreticorum, & Philosophorum. Iustiniani, & Vlpiani dogmata litigiosa, & multitudine deceptionum plena? B

f Vrbs frequens,] id est, pueris, populosa, id est, & seruis, & mulieribus plena, paucos habens viros.

g Ciuitas exultans] superbiæ flatu, & hæreticorum, vel Philosophorum, Iustiniani, & Vlpiani scientia, sanctiora, & altiora se inuenisse gloriantes. Potest etiam legi de Religiosis. Boni enim Religiosi sunt in monte visionis, id est, in eminentia vitæ, & in altitudine contemplationis: Mali sunt in valle visionis, vbi sordes confluunt. Istis prædicitur onus poenæ æternæ, quia grauiùs omnibus punientur. Tecta clamoris plena, sunt fora causarum, vbi frequentèr videntur Monachi. Vrbs frequens, est claustrum, olim à Domino, & Angelis frequenter visitatum; nunc ciuitas exultans, id est, lasciuiens, & gaudens in possessionum multiplicatione. Huic ergo dicitur.

b Quidnam quoque tibi est,] ô Religio.

c Quia ascendisti & tu] sicut & alij.

d In tecta,] id est, in magna, & sumptuosa ædificia.

e Clamoris plena,] quia ferè totus mundus clamat contra eos super magnitudine, & sumptuositate ædificiorum, *Sup.* 5. c. Væ qui coniungitis domum ad domum. *Ierem.* 22. d. Væ qui ædificat domum suam in iniustitia. [Vrbs frequens] causis, & linguis.

g Ciuitas exultans] in vanitatibus mundi.

h Interfecti tui] morte animæ.

i Non interfecti gladio] tentationis diaboli, vel gladio verbi Dei, qui interficit ad salutem.

k Nec mortui in bello,] quia non resistunt, sed statim cedunt, vel tentationes præueniunt. Vndè *Thren.* 1. b. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.

l Cuncti Principes tui fugerunt simul,] in cauernas, & in curias, id est, Prælati omnes, quia non Pastores, sed mercenarij sunt, & non curant de ouibus. *Ioan.* 10. b. Mercenarius autem, & qui non est Pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit: & lupus rapit & dispergit oues: mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus, sed de lacte & de lana.

m Duréque ligati sunt] durissimis vinculis peccatorum, quæ solui aliqua correctione non possunt. *Ierem.* 30. c. Insanabilis est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi, dicit Dominus ad Ierusalem. Ita *Sap.* 6. a. Iudicium durissimum fiet his, qui præsunt, & potentes potenter tormenta patientur. *n* Omnes, qui inuenti sunt] in culpa.

o Vincti sunt] in poena, [pariter.] *Sap.* 18. b. Simili poena seruus cum Domino afflictus est: & popularis homo Regi similia passus.

p Procul fugerunt,] à Deo per peccatum; vel in infernum per supplicium, *q* Propterea,] quia fugerunt.

r Dixi] compatiendo.

s Recedite à me] consolatores dolosi. *Iob* 16.a. Consolatores onerosi omnes vos, qui scilicet, in terra quæritis consolationem. *Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram.

t Amarè flebo] peccata aliorum, damnationem multorum. 2. *Corinth.* *vndecimo* g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Sic Samuel plangebat Saul. 1. *Reg.* 15.g. Et Christus Ierusalem, *Luc.* 19.f.

u Nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei.] Ecce viscera materna boni Pastoris. *Ierem.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei? *Ierem.* 31. c. Vox in excelso audita est lamentationis, & fletus, & luctus: Rachel plorantis

Tertia pars. a Dies enim interfectionis, &c.] Tertia pars, vbi agitur de aduentu hostium: & ostendit causam, quare fleat inconsolabiliter [Dies enim interfectionis] imminet populo Iudæo.

b Et conculcationis] quod congruit antiquo vocabulo, quod est Iebus, quod interpretatur conculcatio, non huic nomini Ierusalem, quod interpretatur visio pacis.

Al. non habet † à c Et fletuum] quoad residuos.

d A Domino Deo exercituum] oritur.

e In valle visionis] non in monte visionis, id est, in Ierusalem despecta, & idololatriæ inclinata *Septuaginta*, pro fletuum dicunt [erroris] non quòd fletus, & error sint à Domino, dicit *Ieron.* id est, causa fletus, erroris, sed occasione Scripturarum, quas dedit eis legendas, nascitur erroris occasio.

f Scrutans murum,] id est, faciens scrutari. g Et magnificus super montem] extitit Nabuchodonosor, id est, super ciuitatem, vel super templum, quod fecit euerti. Nabuzardan enim etiam fundamenta murorum fecit euerti, ne amplius posset reædificari. h Et Ælam sumpsit Pharetram,] id est, Ælamitæ sagittarij, qui cum Nabuchodonosor venerunt.

k Et currum hominis equitis,] i. in quo fuerunt equites: vel quem ducunt equi, non boues.

l Et parietem nudauit clypeus,] id est, Ælamitæ acceperunt clypeos pendentes ad parietes domorum suarum, vt venirent cum Nabuchodonosor. Vel sic: Clypeus, i. Chaldæi clypeati, id est, armati nudauerunt parietem templi, auferendo laminas aureas, quibus erat vestitus.

n Et erunt electi, &c.] id est, olim delectabiles.

o Plenæ quadrigarum] Chaldæorum, quos non poterat capere ciuitas, p Et equites] qui poterant intrare ciuitatem. q Ponent sedes suas in porta] ciuitatis, ne aliquis posset exire. Et reuelabitur operimentum Iudæ,] id est, templum Gentibus, & pollutis antea opertum, & clausum. Nam *Leu.* 16.a. & *Num* 3.b. Præcipitur, vt nullus videret Sancta nuda: vel ingrederetur templum, nisi Sacerdos. Sed Chaldæi capta ciuitate, intrauerunt templum, & discooperuerunt Sancta.

f Et videbis ô vallis Sion. t In die illa] captionis Ierusalem. u Armamentarium domus saltus] euersum. Domus saltus dicitur quædam domus, quam fecit Salomon, 3. *Reg.* 7. a. Sic dicta, quia erat de lignis Libani: vel quia in circuitu eius erant arbores consitæ, quasi esset saltus. Erat autem inferior pars in imo lapidea, in qua reponebantur species aromaticæ: superior erat de lignis, & ibi reponebatur arma, & vocabatur illa pars armamentarium domus saltus. x Et scissuras ciuitatis Dauid videbitis,] id est, Ierusalem, vel turris Sion, quæ dicitur ciuitas Dauid, quia expugnauit eam 2. *Reg.* 5.b.

y Quia multiplicatæ sunt] scissuræ, id est, multæ factæ sunt.

a Dies enim interfectionis, & b conculcationis, & c fletuum † à Domino d Deo exercituum in e valle visionis. f Scrutans murum, & g magnificus super montem, & h Ælam i sumpsit pharetram, & k currum hominis equitis, & l parietem m nudauit clypeus: Et n erunt electæ valles tuæ o plenæ quadrigarum, & p equites q ponent sedes suas in porta, & r reuelabitur operimentum Iudę, Et f videbis in t die illa u armamentariū domus saltus: & x scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia y multiplicatæ sunt. Et z congregastis a aquas piscinæ inferioris, & b domos Ierusalem c numerastis, & d destruxistis domos ad e muniendum murum. Et f lacum fecistis inter g duos muros, ad h aquam piscinæ veteris: e

Quarta pars. z Et congregastis, &c.] Quarta pars, in qua ponitur præparatio Iudæorum ad se defendendum. Et quia Ierusalem penuriam aquæ sustinebat, vnicum fontem habens, id est, Siloe ad radicem montis Sion, ideò fecerant duas cisternas ad colligendas aquas pluuiales. Vnam extra muros; quæ dicebatur inferior, de qua sumebant illi, qui erant in suburbio, & adaquabantur pecora: quam poterant eis hostes auferre. Aliam in superiori parte ciuitatis, quæ dicitur superior: quam non poterant hostes auferre. Veniente autem exercitu Chaldæorum ad obsidendum Ierusalem, congregauerunt Iudæi aquas piscinæ inferioris per occultos meatus subter murum ciuitatis, & fecerunt eas currere inter duos muros ciuitatis, quibus cingebatur ciuitas. Et facta obsidione distribuebatur aqua secundum numerum familiæ domus. Et hoc est, quod dicit.

z Et congregasti,] id est, congregabitis intra ciuitatem.

a Aquas piscinæ inferioris] in lacum vnum per occultos meatus, vos Iudæi.

b Et domos Ierusalem,] id est, familias domorum.

c Numerastis] id est, numerabitis, vt numero, & mensura dispensetur eis aqua. d Et destruxistis domos] quæ erant in suburbio. e Ad muniendum murum] ciuitatis contra hostes. f Et lacum fecistis,] i. facietis. g Inter duos muros] quibus ciuitas cingebatur, vt ibi flueret aqua piscinæ inferioris, quæ erat extra muros. h Ad aquam piscinæ veteris] quæ diu non habuerat aquas, restaurastis. Veterem piscinam vocat cisternam quandam, quæ fuerat iuxta templum, quam permiserant siccari, quia duæ sufficiebant; sed in obsidione restaurauerunt eam.

Mysticè. a a Et non suspexistis o filios suos, & nolentis consolari super eos, quia non sunt.

a Dies enim interfectionis] superborum.

b Et conculcationis] luxuriosorum. c Et fletuum] auarorum. d A Domino Deo exercituum in valle visionis] in malis Religiosis, & in malis Theologis. *Ier.* 7. g. Non vocabitur amplius tophet, quæ interpretatur oris operculum, vel oris protectio; sed vallis interfectionis.

f Scrutans murum,] i. hæreticorum, Tyrannorum, falsorum fratrum munitiones. *Soph.* 1. c. Scrutabor Ierusalem in lucernis. *Thren.* 3. e. Scrutemur vias nostras, & quæramus, vt reuertamur ad Dominum.

g Et magnificus super montem] Dominus, id est, super omnes potentes, & Prælatos malos magnam pœnam inferens. *Suprà* 2.c. Dies Domini super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum.

h Et Ælam] quod interpretatur despiciens, vel ascensus, i. Religiosus, qui mundum despexit: vel Prælatus, qui cathedram prælationis ascendit.

i Sumpsit pharetram,] i. officium venatoris. De qua *Psalm.* 10. Parauerunt sagittas suas in pharetra. *Ier.* 51. b. Acuite sagittas, implete pharetras. Vel pharetram cor plenum sagittis detractionis. *Ierem.* 5. d. Pharetra eius quasi sepulchrum, vnde non exit, nisi fœtor. Vel pharetram luxuriæ. *Eccl.* 26.c. Contra omnem sagittam aperiet pharetram. k Et currum hominis equitis.] Hoc planum est ad litteram: quia Prælati etiam Religiosi iam equitant, vt comites, vel vt milites. *Deut.* 17. d. Cùm fuerit constitutus Rex, non multiplicabit sibi equos, ne reducat populum in Ægyptum equorum multitudine subleuatus. l Et parietem.] Ecclesiæ. m Nudauit clypeus] verbi Dei: quia Prælati sunt milites: adeò Ecclesia nudata est verbo Dei. n Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum,] i. claustra erunt plena pompa sæculari. p Et equites ponent sedes suas in porta,] id est, nobiles plus eruditi in equis, quàm in litteris, fient Iudices aliorum in Ecclesia. *Leu.* 11. d. Omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, immundum est. *Thren.* 1. d. Vidit omnes Gentes ingressas in Sanctuarium tuum, de quibus præceperas, ne intrarent Ecclesiam tuam. r Et reuelabitur operimentum Iudæ,] i. peccata, quæ per confessionem operuerant malè viuendo, aperta faciunt post promotionem suam. f Et videbis in die illa armamentarium domus saltus] euersum, id est, studium Ecclesiæ, vbi armantur Clerici contra hæreticos. Vel [domus saltus.] Ad litteram, est domus Religiosorum in saltu posita. x Et scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt,] i. schismata Ecclesiæ, quæ multiplicata sunt nimis. z Et congregastis aquas piscinæ inferioris] non superioris, dicit *Gloss.* Piscina superior Sapientia Dei; piscina inferior sapientia mundi. Hanc omnes ferè libentiùs congregant, quàm superiorem. *Ierem.* 2. c. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. b Et domos Ierusalem numerastis,] id est, mansiones cœlestes paruipendendo numerabiles fecistis, quæ sunt innumerabiles. Et ponitur numerare pro contemnere: quia pauperis est numerare pecus. Ille contemnit, qui cœlo temporalia præfert.

d Et destruxistis domos,] id est, Ecclesias. e Ad muniendum murum,] id est, ad faciendum castra. *Mich.* 2. a. Domos rapuerunt, & calumniabantur virum.

f Et lacum fecistis inter duos muros.] Per lacum cupiditas intelligitur, vbi non est aqua gratiæ, quæ extinguat ignem auaritiæ. Per duos muros duo testamenta. Lacum igitur inter duos muros faciunt, qui doctrinam, vel prædicationem ad lucrum temporale conuertunt. h Et aquam piscinæ veteris,] i. doctrinam veteris testamenti neglexistis.

a Et non suspexistis

A a Et non suspexistis ad eum, qui fecerat eam,] id est, ad Deum, in quo solo sperandum erat. b Et operatorem eius] aquæ, scilicet. c De longe non vidistis,] i. ante visionem non præuidistis, sed omnia neglexistis. Et ita redarguit hic Iudæos in duobus: & quia Deum omnino obliuioni tradiderāt,

& non a suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & b operatorē eius de c longè non vidistis. Et † d vocabit Dominus Deus exercituum in e die illa ad f fletum, & ad g planctum, & ad h caluitium & i ad cingulum sacci: & k ecce l gaudium, m & lætitia, n occidere vitulos & iugulare arietes, o comedere carnes, & bibere vinum. p Comedamus, & bibamus, q cras enim moriemur. Et r reuelata est in auribus meis † s Dñi exercituum. Si t dimittetur iniquitas hæc vobis, u donec moriamini, x dicit Dñs Deus y exercituum. Hæc z dicit Dñs Deus exercituum. a Vade, & b ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo, c ad Sobnam Præpositum templi, & d dices † ei: e Qui tu hic, aut f quasi quis hic? g Quia excidisti tibi hic h sepulchrum, excidisti in i excelso memoriale k diligenter in l petra m tibi n tabernaculum. o Ecce p Dñs q asportari te faciet sicut r asportatur gallus gallinaceus,

& quia priùs recurrebant ad cōsilium humanū, C quam ad Domini auxilium.

Quinta pars. *Al.* † *vocauit.* d Et vocabit Dominus.] Quinta pars, vbi agitur de pœnitentia Iudæorum, quasi dicat, tempore obsidionis vocabit Dominus ad fletum per Ieremiam, & vos suggillando eum ridebitis. Cùm enim Nabuchodonosor obsedisset ciuitatem, misit Dominus Ieremiam ad Sedechiam & Principes eius, vt pœnitterent, & ipse misereretur eorum. Ipsi verò vilipendentes & desperantes, dixerunt Comedamus & bibamus; cras enim moriemur. Et hoc est. [Et vocabit Dominus Deus exercituum,] i. angelicarum virtutum. Sic vocatur Dominus quotiescunque aliquid potenter facturus est.

1. Cor. 15. d *De pœnit. c. Si enim ve dist. 2. verò Petrus quoque.* *Al.* † *vox.*

e In die illa,] obsidione.

f Ad fletum,] oculorum, quibus Deum frequenter offenderant.

g Et ad planctum,] manuum complodendo vnam ad alteram, quibus multa mala fecerant.

h Et ad caluitium,] capitis, quod sæpe compserant.

i Et ad cingulum sacci,] circa lumbos, qui multis illusionibus sæpe repleti fuerant. Ita vocabit eos Dominus per Prophetas ad vniuersalem pœnitentiam. Sed ipsi totum contrarium fecerunt. Vndè sequitur.

k Et ecce.

l Gaudium,] contra dolorem.

m Et lætitia,] contra tristitiam, ad quæ vocauit Dominus.

n Occidere vitulos & iugulare arietes,] in hoc gaudebant. o Comedere carnes, & bibere vinum,] in hoc lætabantur dicentes.

p Comedamus, & bibamus,] quasi dicat, ad quid affligemus nos, cùm non possumus euadere, & sicut dicunt isti Prophetæ? Melius est, vt dum viuimus, deliciis affluamus, ne omnia amittamus.

q Cras enim moriemur,] quasi dicat omnia finientur morte. Et ita blasphemabant contra Dominum. Vndè subiungit Propheta in persona Domini.

r Et reuelata est,] hæc blasphemia, [in auribus meis] Meis dico. s Domini exercituum,] qui possum, cùm voluero, vindicare. t Si dimittetur iniquitas hæc vobis,] ô Iudæi blasphemantes. Aposiopesis est, quasi dicat, non dimittetur. u Donec moriamini,] i. nunquam. x Dicit] mihi. y Dominus Deus exercituum,] cui omnino credendum est, quia mentiri nescit. z Hæc dicit Dominus.]

Sexta pars. Sexta pars, in qua prædicitur depositio Sobnæ summi Sacerdotis, secundum quosdam, secundum alios secundi à primo, & summo Sacerdote. Qui adueniente Sennacherib tradidit ei suburbium ciuitatis, & seipsum posuit in manu eius. Quod præuidens Isaias in spiritu, prædicit eius depositionem & Eliachim substitutionem. Et hoc est.

y Hæc dicit Dominus Deus exercituum,] mihi Isaiæ.

a Vade,] ô Isaia.

b Et ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo,] Domini, scilicet.

c Ad Sobnam Præpositum templi,] in quo putabat se diu moraturum & moriturum, & ideò fecerat sibi excidi sepulchrum ibi.

d Et dices ei,] id est, Sobnæ. e Quid tu hic,] facis in domo Domini; quasi dicat, tu non es dignus manere in templo Domini. f Aut quasi quis hic,] i. quare ita sedes hic, quasi diu moraturus? Vel sic. Quid tu hic,] i. quare manes hic in domo Domini? f Aut quasi quis hic,] id est, quasi mane hic, ac si esset aliquis, i. alicuius valoris?

g Quia excidisti tibi,] i. in ciuitate. h Sepulchrum,] non timens captiuitatem, vel putans te hic moriturum.

i Excidisti in excelso memoriale,] vt pluribus appareret, & diceretur: hoc est sepulchrum Sobnæ. Et in hoc redarguit ipsum de superbia & superstitione. k Diligenter,] in hoc de curiositate. l In petra,] in hoc de sumptuositate. m Tibi,] in hoc de singularitate. n Tabernaculum,] i. sepulchrum. o Ecce,] i. sed in proximo. p Dominus,] cui non potest contradici. q Asportari te faciet] captiuum. Cùm enim tradidisset inferiorem partē ciuitatis Sennachib, postea exterminato exercitu Assyriorum voluit redire ad Iudæos; sed Iudæi noluerunt eum recipere. Quem inuenientes Assyrij captiuum duxerunt in Babylonem.

B r Sicut asportatur gallus gallinaceus,] id est, facile, & sine labore & resistentia. Gallus. △ gallinaceus

Mysticè. *Al.* † *ad eum.*

⊕ a Et non suspexistis ad eum, qui fecerat eam,] id est, ad Deum datorem legis. *Psalm.* 57. Supercecidit ignis cupiditatis, & non viderunt Solem iustitiæ. Et alibi. Oculos suos statuerunt declinare in terram.

b Et operatorem eius,] i. Christum, qui legē fecit & docuit.

c De longè non vidistis,] id est, ante mortem ad Deum non cogitastis, quando moriuntur homines, tunc primò incipiunt cogitare ad Deum.

d Et vocabit Dominus Deus exercituum,] per Prædicatores. e In die illa] dum licet operari ad salutem.

f Ad fletum,] contra concupiscentiam oculorum. g Et ad planctum] contra superbiam vitæ. h Et ad caluitium,] contra lasciuiam capillorum.

i Et ad cingulum sacci,] contra concupiscentiam carnis.

k Et ecce,] in præsenti & in manifesto. l Gaudium,] cordis. m Et lætitia] corporis. n Occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum.] Simile. *Sap.* 2. b. Venite, fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter: vino pretioso, & vnguentis nos impleamus. p Comedamus & bibamus; cras enim moriemur,] quasi dicat, dum sumus in hoc sæculo deliciis affluamus, futurum enim tempus sine sensu erit, vt dicit Epicurus. *Ecclesiastic.* 3. d. Quis nouit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum; & si spiritus iumentorum descendat deorsum: Et deprehendi nihil esse melius, quam hominem lætari in opere suo 1. *Cor.* 15. c. Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. r Et reuelata est in auribus meis Dñi exercituum,] hæc blasphemia. Et quis reuelat Domino? Vox peccati, clamor sceleris. *Gen.* 4. b. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Item *Gen.* 18. Clamor Sodomorum & Gomorrheorum multiplicatus est *Iacob.* 5. a. Ecce merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aure Domini Sabaoth introiuit. t Si dimittetur iniquitas hæc vobis, donec moriamini,] vitiis, aut cum eis ad inferos descendatis. x Dicit Dñs exercituum,] de quo *Psalm.* 9. Cognoscetur Dñs iudicia faciens. a Vade,] Prædicator: b Et ingredere ad eum, qui habitat in tabernaculo,] Domini. c Ad Sobnam Præpositum templi,] i. ad Prælatum somnolentum, & negligentem d Et dices ei: Quid tu hic,] in Ecclesia facis? Respondet. *Ierem.* 11. c. Quid est, quòd Dilectus meus in domo mea fecit scelera multa. f Aut quasi quis hic,] i. vt statua quæ non est quis, sed quasi quis. *Zachar.* 11. d. O Pastor, & idolum derelinquens gregem. g Quia excidisti tibi hic,] i. in Ecclesia. h Sepulchrum,] i. fœtidam conuersationem. i Excidisti in excelso memoriale diligenter in petra tabernaculum tibi:] turrim, vel castrum aliquod; vt scribatur nomen eius in mundo, non in cœlo. *Ier.* 17. b. Recedentes à te in terra scribentur. *Ps.* 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Hi sunt, de quibus dicitur *Gen.* 11. a. Venite, faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat in cælum: & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras. Benè dicit pertingat in cœlum, quia huiusmodi ædificia clamāt contra eos vsq; in cœlum. *Abac.* 2. c. Peccauit anima tua: quia lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. Et sequitur. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus. o Ecce Dominus asportari, &c.]

⊕ gallinaceus

gallinaceus dicitur, qui ducit pullos ad modum gallinæ deuiratus. *a* Et quasi amictum] leuiter super humeros leuatum. *b* Sic subleuauit te] Dñs, vel Assyrius ducens in captiuitatem, quasi dicat ei Isaias, noli laborare de excisione sepulchri, quia subitò transieret Dñs Sacerdotium tuum, & teipsum in captiuitatem.

a Et quasi amictum, sic *b* subleuabit te. *c* Coronans *d* coronabit te *e* tribulatione, *f* quasi pilam *g* mittet te in terram latam & spatiosam: ibi *h* morieris, *i* & ibi erit currus gloriæ tuæ, & *k* ignominia domus Domini tui. Et *l* expellam te de *m* statione tua, *n* & de ministerio tuo deponam te. Et *o* erit in die illa: *p* vocabo seruum *q* meum Eliachim filium Helchiæ, *r* & induam illũ tunica tua, *s* & cingulo tuo *t* confortabo eum, *u* & potestatem tuam *x* dabo in manus eius: & *y* erit quasi pater *z* habitantibus Ierusalem & domui Iuda. Et *a* dabo clauem domus Dauid *b* super humerum eius: *c* & aperiet, *d* & non erit, qui claudat: & *e* claudet, *f* & non erit, qui Δ expiationis, & ita,

c Coronans coronabit te]. Dñs, tribulatione, qui quondam habebas coronã Pontificis, id est, vittam hiacynthinã, & laminam auream in fronte pendentem, in qua scriptũ erat sanctum Dei nomen tetragrámaton. *Exod.* 28. f. Et loco huius duplicis coronæ, tribulatione & angustia coronaberis, vt sicut alios excellebas honore, ita excelles tribulatione.

f Qua pilam] quę facilè ima petit, & ab vno proijcitur ad alium. *g* Mittet te] Dñs, in terram latam, &c. quasi dicat, sicut omnes vndique percutiunt pilam; sic omnes vndique percutient & proijcient te: quia ipse solus ductus est captiuus ab Assyriis. Et notat in hoc Isaias, quòd sicut pila in loco decliui & spatioso stare non potest; ita populus Iudaicus, cui præfuit Sobna in orbis terminos dispergetur. *i* Et ibi erit currus, &c.] quo ante quasi inclytus ferebaris. Et loquitur ironicè. *k* Et ignominia domus, &c.] id est, splendor domus Domini vertetur tibi in ignominiam: quia honoratior fuisti in domo Domini, ideò maior erit ignominia, & confusio tua in captiuitate.

l Et expellam te,] dicit Dominus.

m De statione tua,] id est, de loco, in quo diu stare putas. *n* Et de ministerio tuo, &c.] id est, potestatem & officium ministrandi auferam tibi. *o* Et erit in die illa [post tuam depositionem, & Ierusalem liberationem, exterminatio exercitus Sennacherib. *p* Vocabo] per sortem, vel per oraculum, vel per inspirationem, vel per electionem ad Summum Sacerdotium. *q* Seruum meum Eliachim, &c.] quia erat vnus de viginti quatuor Sacerdotibus & post Sobnam factus est Summus Pontifex, quia iustus erat, *r* Et induam illum, &c.] Hiacinthina. *s* Et cingulo tuo] quod erat ad modum reticuli, de quatuor coloribus pretiosis. *Exod.* 39. a. *t* Confortabo eum] id est, cingam, quia fortior est homo cinctus, quàm discinctus. *u* Et potestatem tuam] Summi Sacerdotij. *x* Dabo in manu eius, &c.] prouisione, dilectione, & ministerij sollicitudine; tu autem fuisti lupus rapiens bona eorum. *z* Habitantibus Ierusalem, &c.] id est, populo, & familiæ Regis, vel maioribus & minoribus.

a Et dabo clauem, &c.] id est, templi cuius necessaria Dauid præparauit. *b* Super humerum eius,] sicut enim ad S. Dionysium claues Ecclesiæ sunt argenteæ; ita tunc erat clauis templi aurea, quam summus Sacerdos ferebat super humerum, quando erat indutus Pontificalibus indumentis, in signum dignitatis.

c Et aperiet Sanctasanctorum.

d Et non erit, qui claudat] præter ipsum. *e* Claudet, & non erit, qui aperiat,] quasi dicat, summus Sacerdos erit, cui licebit tantùm intrare ad Sanctasanctorum in die Δ expiationis, & ita,

Mysticè.

Θ gallinaceus.] Gallus est bonus Prælatus, qui gallinas, id est, subditorum animas custodit, & impregnat. De primò *Iob.* 38. d. Quis dedit Gallo intelligentiam? Gallus verò Gallinaceus, qui generare non potest, est Prælatus, qui prædicare nescit, & pullos dicit alienos. De quo *Eccl.* 20. a. Concupiscentia spadonis, deuirginauit iuuenculam. Qui portatur ad forum pedibus ligatis, & capite verso in terram; sic & malus Prælatus præcipitatur in gehennam, pedibus affectuum ligatis, & capite verso. *Matt.* 22. b. Ligatis manibus, & pedibus proijcite eum in tenebras exteriores. *a* Et quasi amictum sic subleuabit te] vt scilicet, operies pallio doctrinæ pudenda subditorum. *Ezech.* 16. a. Expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Vel, Quasi amictum, id est, citò mutabilem. *b* Subleuabit te] in dignitate. *Ps.* 101. Sicut amictum mutabis eos, & mutabuntur. *c* Coronans] in præsenti. *d* Coronabit te,] in futuro. *e* Tribulatione] multiplici, quia contempsisti coronam spineam Christi.

f Quasi pilam mittet te in terram latam & spatiosam.] Pila ludus est, quæ proijcitur de vno ad alium; sic malus Prælatus pila Dæmonum est, de quo ludunt inter se, vnus alij iaciendo. Dæmon superbiæ iacit eum Dæmoni gulæ, & ille statim proijcit eum Dæmoni luxuriæ: & ita mittunt eum in terram latam & spatiosam, quæ ducit ad mortem. *Amos* 4. a. Proijciemini in Armon, dicit Dominus, quod interpretatur Anathema mœroris.

h Ibi morieris] æternaliter. *Amos* 7. d. Et tu in terra polluta morieris. *i* Et ibi erit currus gloriæ tuæ:] in quo sicut ferebaris de manerio in manerium; Ita portaberis in inferno de supplicio in supplicium. *Iob.* 24. c. Ad calorem nimium transiet ab aquis niuium. *k* Et ignominia domus, &c.] id est, splendor gloriæ domus Domini, quam malè texisti, vertetur tibi in ignominiam. *l* Et expellam te de statione tua,] id est, de prælatione, in qua stas otiosus, cùm deberes discurrere prædicando, iuxta illud *Prou.* 6. a. Fili, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui. Fac ergo, fili mi, quod dico, & teipsum libera, discurre, festina, suscita amicum tuum.

n Et de ministerio tuo, deponam te] vera depositione, quia falsa positione positus fuisti.

o Et erit in die illa] tuæ depositionis.

p Vocabo seruum meum Eliachim filium Helchiæ] id est Christum filium Dei Patris. Eliachim enim interpretatur Deus resurgens, vel Dei resurrectio, vndè significat Christum, qui à morte resurrexit. Helchias interpretatur Pater Domini. Vel Eliachim, id est, peccator conuersus ad Dominum, & de peccatore effectus Prædicator, & Christi imitator.

r Et induam illum, &c.] id est, veste Sacerdotali, in qua erant malagranata cum tintinnabulis: Christus enim habuit opera cum doctrina. Vndè *Act.* 1. a. Cœpit Iesus facere & docere.

s Et cingulo tuo confortabo eum,] id est, paupertate distinguente inter hæredes regni, & non hæredes.

u Et potestatem tuam,] docendi populum.

x Dabo in manus eius] non tantùm in ore. *Marc.* 1. c. Stupebant super doctrinam eius, erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut Scribæ. Nota. Est tunica perseuerantiæ. *Genes.* 37. a. Fecit ei pater suus tunicam talarem. Item tunica dignitatis. *Exod.* 39. d. Fecerunt quoque tunicam superhumeralis: totam hiacynthinam, 1. *Timoth.* 3. a. Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. *Phil.* 3. d. Nostra conuersatio in cœlis est. Item tunica mortalitatis. *Gen.* 3. d. Fecit Dominus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas. Item tunica fidei. *Ioan. vlt.* b. Petrus vt audiuit, quia Dominus est, tunica præcinxit se. Item tunica charitatis, *Ioan.* 19. d. Erat tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Item tunica mundanæ sollicitudinis. *Cant.* 5. b. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Item tunica dolositatis 2. *Reg.* 20. c. Ioab indutus erat tunica stricta. Item tunica conscientiæ remordentis. In *Epist. Iudæ* g. Odientes eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam. Item est cingulum dignitatis, vt *hic*, & *infr.* 23. b. Non est cingulum vltra tibi. Item cingulum castitatis. *Ps.* 44. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. *Exod.* 39. c. Fecit cingulum de bysso retorta. Item cingulum pœnitentiæ, *supr. eodem* d. Vocauit ad cingulum sacci. Et quia Sobna hoc non habuit, perdidit cingulum dignitatis. Item cingulum iustitiæ, *supr.* 11. a. Et erit iustitia cingulum lumborum eius. Item cingulum exultationis. *Psalm.* 64. Exultatione colles accingentur, Item cingulum pecuniæ. *Prou. vlt.* c. Et cingulum tradidit Chananæo, id est, Campsori. Sequitur.

Tunica multiplex.

Cingulum multiplex.

y Et erit quasi pater habitantibus Ierusalem, &c.] id est, contemplatiuis, & actiuis.

a Et dabo clauem domus Dauid,] id est, Crucem qua cœlum aperitur, vel pœnitentiam, vel scientiam, siue doctrinam.

b Super humerum eius] *supr.* 9. b. Factus est principatus eius super humerum eius.

c Et aperiet] cœlum bonis, & non erit, qui claudat. *e* Claudet,] malis. *f* Et non erit, qui aperiat] *Apocalyp. tertio*, b. Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid; qui aperit, & nemo claudit; claudit, &

expiationis, & ita licebat ei soli aperire & claudere ostium, Minores verò Sacerdotes bene intrabant in Sancta, ad altare incensi. Etiam licebat aliquando minoribus Sacerdotibus intrare in Sancta Sanctorum, quando scilicet deferebatur arca, ad inuoluendam arcam, & tensilia, ne videretur nuda, vt legitur *Num* 4. *a* Et figam illum, &c. id est, firmiter stabiliam eum in Sacerdotio, sicut paxillus firmiter figitur terræ.

G

Al. † fidelium.

Al. † Domini.

b In loco fideli] id est, in templo, vbi fideles conueniunt, & vbi fideliter deposita seruantur. Vel, In loco fideli, id est, in ministerio summi Sacerdotij, vbi tantù fideles constitui debent, qui & Deo & populo fidelitatē seruent, vt Moyses. Metaphoricè autem vocat Isaias Eliachim paxillum in loco fideli, quia in paxillo ad literam inuenta suspendebantur, donec veniret, qui perdiderat: & dicebatur Staurus proprio nomine, vnde restauratio, sic Eliacim portabat fideliter onus domus Domini.

aperiat. Et *a* figam illum paxillum in *b* loco † fideli, *c* & erit in solium gloriæ † domus patris sui. Et *d* suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius: *e* Vasorum diuersa genera, *f* omne vas paruulum à *g* vasis craterarum vsque *h* ad omne vas Musicorum. In *i* die illa, dicit Dominus *k* exercituum, *l* auferetur *m* paxillus, qui fixus fuerat in *n* loco fideli: *o* & frangetur, *p* & cadet: & *q* peribit, quod *r* pependerat in eo: *s* quia Dominus locutus est.

CAP. XXIII. *a* ONus Tyri

c Et erit in solium, &c.] id est, sedebit in gloriosa sede familiæ patris sui Aaron, id est, in sede Pontificali. Vel gloriose, & honorabiliter administrabit in domo patris sui, id est, in templo. Vel ipse sedebit in sede Pontificali, sicut modò, quando aliquis est bonus Episcopus, tota progenies propter ipsum honoratur.

d Et suspendam super, &c.] id est, ad doctrinam & regimen eius omnes alios attendere faciam, & ipse omnes alios gloriose portabit. *e* Vasorum diuersa genera] suspendam super eum. *f* Omne vas paruulum] suspendam super eum.

g A vasis craterarum,] in quibus reponebantur oblata, in quibus libabantur offerenda *h* Vsque ad omne vas Musicorum] in quibus cantabatur, vt sunt organa & psalterium, & huiusmodi, quasi dicat, omnium vasorum templi, & maiorum, & minorum custos erit, & Dominus. Per quæ vasa metaphoricè intelligit homines, quos omnes maiores & minores ipse sustentauit, vt paxillus vasa maiora, & minora sustentat.

Septima pars.

i In die illa.] Septima pars, vbi prophetat destructionem Sacerdotij Leuitici. Nam tempore captiuitatis Babylonicæ post mortem Sedechiæ nullus fuit summus Sacerdos. Et hoc est, In die illa, post captiuitatem Babylonicam.

k Dicit Dominus exercituum] cuius dicere facere est.

l Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli] id est, summus Sacerdos, qui erat in templo.

o Et frangetur, & cadet] id est deficiet summus Sacerdos.

q Et peribit, quod pependerat in eo,] id est, multi, qui in eo confidebant, & ad eius doctrinam sperabant, peribunt.

s Quia Dominus locutus est] qui mentiri non potest.

Mysticè. Multiplex clauis.

⊖ nemo aperit. Nota clauis est Crux, vt hic, & *Ioan.* 19. c. Baiulans sibi Crucem. Item clauis, scientia. *Luc.* 12. g. Væ vobis Legisperiti, qui tulistis clauem scientiæ. Item clauis, potestas. *Matth.* 16. c. Tibi dabo claues regni cœlorum.

a Et figam illum paxillum in loco fideli;] id est, in Ecclesia, vbi est conuentus fidelium. Hoc fuit quando Christus erectus fuit in Cruce, & quando bonus Prælatus eligitur in Ecclesia. Vndè *sup.* 11. c. Erit radix Iesse, & qui stat in signum populorum. *Eccl.* 14. d Beatus qui requiescet iuxta domum illius, & in parietibus eius figens palum. Figere ibi palum, est habere iugem memoriam Crucifixi. *Num.* 21. c. Fac serpentem æneum, pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet.

c Et erit in solium gloriæ domus patris sui] id est, caput erit Ecclesiæ. *Eph.* 1. d. Omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. *d* Et suspendam super eum omnem gloriam domus patris eius, id est omnes Electos, qui sunt gloria Ecclesiæ, attendere faciam ad doctrinam, & imitationem eius. *Luc.* 4. d. Sedit IESVS: & omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum. Item. *Luc.* 19. g. Omnis populus suspensus erat audiens illum.

e Vasorum diuersa genera, omne vas paruulum à vasis craterarum vsque ad omne vas Musicorum] Diuersa genera vasorum, sunt diuersa genera ministrorum. Vas paruulum, frater minor. Vas craterarum, frater Prædicator. Vas Musicorum, frater Cistercienfis, qui laudat assiduè. Omnes isti pendent à Christo. *Eccl.* 2. b. Feci mihi cantores & cantatrices, scyphos & viceolos, 2. *Tim.* 2. c. In magna domo non solùm sunt vasa aurea, & argentea sed & lignea.

i In die illa,] id est, in nouissimis temporibus.

l Auferetur paxillus,] id est, Christus crucifixus, qui fixus est. *n* In loco fideli, id est, in Ecclesia Gentium, id est, cùm plenitudo gentium intrauerit, & Antichristu venerit in prædicatione, Eliæ & Enoch, Iudæi conuertentur ad fidem. *Mal. vlt.* b. *Apoc.* 11. a

o Et frangetur] id est, refrigescet charitas multorum. *Matt.* 24. b. *p* Et cadet,] in infidelitatem.

r Quod pependerat in eo] id est, multi fideles timore mortis deficient a fide.

s Quia Dominus locutus est] *Matth.* 24. b. Multi Pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. Vel.

m Paxillus,] id est, bonus Prælatus.

l Auferetur] ab Ecclesia.

i In die illa] id est, tempore isto, *sup.* 3. a. Dabo pueros Principes eorum *Eccl.* 10. b. Est malum, quod vidi sub Sole, & quasi per errorem egrediens à facie Principis, stultum positum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum.

o Et frangetur, quod pependerat in eo.] *Prou.* 29. c. Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus. *Zachar.* 11. d. Ecce ego suscitabo Pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersa non quæret, contrita non sanabit, & id, quod stat, non enutriet, carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Item *Zachar.* 13. c. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis.

EXPOSITIO CAP. XXIII.

ONus Tyri, &c. Post onus Ierusalem, ponitur onus Tyri Nam cùm Nabuchodonosor captiuasset duas Tribus, Tyrus, quæ debuit condolere & compati potius, insultauit eis, quod fuit causa subuersionis eius. Erat autem tunc temporis Tyrus insula, id est, ciuitas in mari sita, non contigua terræ, sed vndique mari conclusa, eratque ciuitas mercimoniis copiosa & ditissima. Vndè præ opulentia euasit in elationem, opprimens circumstantes nationes, & vicinas ciuitates: & ideò missus est a Domino Nabuchodonosor ad subuertendum eam, id est, inspiratum est ei, vt eam subuerteret in vindictam superbiæ & insultationis. Et cùm vellet Nabuchodonosor eam facere contiguam terræ, fecit proiici terram, & lapides in mare, vt illud impleret, & frustratus labore suo defecit, & postea nauigio eam cepit, & quos inuenit in ea, secum duxit. Multi verò videntes se non posse resistere ei nauigio, aufugerunt in Ægyptum & in Moab, & alias regiones vicinas. Vndè iratus Nabuchodonosor omnes naues, quæ Tyro venerant in auxilium succendit, & Tyrum subuertit. Quæ post 70. annos iterum reædificata est, & iterum euersa ab Alexandro Magno. Qui veniēs ad mare, illud, quod Nabuchodonosor incepetat, voluit cōsummare. Vndè transiens in Ægyptum, magnam partem exercitus reliquit ibi. Euersa igitur Ægypto rediens Alexander cum magna multitudine, continuauit Tyrum terræ, & obtinuit eam & subuertit, & ciues secum duxit. Hic agitur de prima subuersione Tyri, quam fecit Nabuchodonosor in solatium duarum Tribuum. Erat autem Tyrus ciuitas Chananæorum. Vndè *Matth.* 15. d. Egressus IESVS inde secessit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier Chananæa, quæ dicitur *Matth.* 7. c. Syrophænissa, id est, Tyrophænissa. Diuiditur autem hoc capit. in duas partes. In prima agitur de subuersione & desolatione Tyri. In secunda prophetat Isaias reædificationem eiusdem post 70. annos, *ibi.* Et erit in die illa. De hac materia agitur. *Ierem* 47. *Ezech.* 26. & 27. & 28. & *Ioel* 3. *Amos* 1. & *Zach.* 9. Dicit ergo. *a* Onus Tyri] id est, visio de euersione Tyri. Hæc est.

Δ *a* Vlulate naues.

Mysticè. *a* Onus Tyri.] Tyrus interpretatur angustia, & significat peccatores, qui quocunque se vertant ad quemcunque angulum conscientiæ, ibi inueniunt spinas, & tribulos peccatorum pungentium. Vel significat mundum, qui plenus est angustiis, & pressuris, *Ioan.* 19. g. In mundo pressuras, in me autem pacem habebitis. Horum onus prædicit hic. *Mysticè.*

● *a* Vlulata

a Vlulate naues maris, quia *b* vastata est *c* domus, vndè *d* venire consueuerant, de *e* terra Cethim *f* reuelatum est eis. *g* Tacete, qui *h* habitatis in insula, *i* negociatio Sidonis. *k* Trãsfretãtes mare *l* repleuerũt te in *m* aquis multis, *n* semen Nili *o* messis fluminis *p* fruges eius, & *q* facta est *r* negociatio Gentium. *s* Erubesce Sidon, *t* ait mare *u* fortitudo maris *x* dicens: *y* Non parturiui, *z* & non peperi, &c. *a* non enutriui *b* iuuenes, *c* nec ad incrementum perduxi virgines. Cùm *d* auditum fuerit in Ægypto, *e* dolebunt *f* cùm audierint de Tyro. *g* Transite maria, *h* vlulate, qui habitatis in insula.

Δ *a* Vlulate naues maris,] id est, negociatores plangite euersionem Tyri ciuitatis mercimoniis plenæ. In Græco dicitur apertiùs: Vlulate naues Carthaginis, id est, vos Carthaginenses, qui ad Tyrum venire consueuistis causa negociationis, vt dicitur *Ezech.* 27. Carthago enim fuit colonia Tyrus, id est, ab eis constructa & culta. Tamen propter dicitur colonia terra ab hostibus vt capta, à qua translati sunt coloni indigenæ, & alienigenæ introducti. *b* Quia vastata est] id est, vastabitur. *c* Domus] id est, Tyrus. *d* Vnde venire consueuerant] nobis aurum & argentum, & huiusmodi negociatio. *e* De terra Cethim] id est, de Græcia, quæ est inter Tyrum & Carthaginem. *f* Reuelatum est ei.] id est, Carthaginensibus, quòd Tyrus vastata est. *g* Tacete,] ô Tyrij. *h* Qui habitatis in Insula] id est, in Tyro, quæ est *i* Negociatio Sidonis] quia Sidonij frequenter veniebant Tyrum causa negociationis, similiter & Carthaginenses & Græci, & Ægyptij, vt legitur *Ezech.* 27. Dicit etiam *Haymo*, quod Tyrus colonia fuit Sidonis. Quod fortè ideò dicit, quia negociatores Tyri pro maxima parte erant de Sidone, vt dicit *Ieron. in Gloss.* Vel quia Sidonij eam construxerunt, vt dicunt Auctores. *k* Transfretantes mare,] id est, Sidonij, Carthaginenses, Græci, & maximè Ægyptij. *l* Repleuerunt,] ô Tyre, diuitiis. Te, dico, existentem. *m* In aquis multis,] id est, in medio maris. *n* Semen Nili messis fluminis fruges eius] sic construe: Semen Nili fluminis, id est, semen iactum in terra a Nilo flumine irrigata est. *o* Messis & fruges eius,] id est, Tyri, quasi dicat, ex his, quæ seminantur in Ægypto, quam Nilus irrigat, & fœcundat, habet Tyrus messem & fruges. *q* Et facta est] Tyrus. *r* Negociatio Gentium,] id est, ab omnibus Gentibus frequentatur causa negociationis, quia ditior omnibus erat. *s* Erubesce Sidon] quæ Tyrum ædificasti, & ideò quasi coloniam tuam defendere debuisti. *t* Ait mare,] id est, marini negociatores. Sidon, dico. *u* Fortitudo maris] id est, habitatio in mari, erubesce, inquam. *x* Dicens. Non parturiui & non peperi & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines,] quasi dicat, nihil profuit mihi parturiuisse & peperisse, & nutriuisse iuuenes & virgines, quia Tyrus filia mea sine defensione capta est, & iuuenes & virgines ante occisæ, quã ad perfectã ætatem venissent. *d* Cùm auditum fuerit in Ægypto] quæ vicina ei erat, & amicitia ei copulata causa mercimonij. *e* Dolebunt] Ægyptij. *f* Cum audierint de Tyro] quod subuersa est, idem se passuros intelligentes.

Horat. in Epist. *Nam tua res agitur, paries cùm proximus ardet.*

g Transite maria,] dixit propheta ô vos Tyrij, qui naues habetis. *h* Vlulate, qui habitatis in Insula] id est, in Tyro, quia remanentes captiuandi sunt non habentes naues ad fugiendum, nec potentiam ad resistendum.

Δ *a* Nunquid non

Mysticè. ⊖ *a* Vlulate naues maris] id est, diuites curiosi, qui habetis exteriùs latitudinem gloriæ, sed interiùs fœtorem conscientiæ. *Iac.* 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis, *inf.* 43. c. Detraxi vectes vniuersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriantes. Alia editio habet: Vlulate naues Tharsis, quod interpretatur exploratio gaudij, & significat gaudium mundi, quod vertetur in lachrymas. *Prou.* 14. b. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. *Iob.* 20. a. Scio à principio, ex quo positus fuit homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. *b* Quia vastata est domus] id est, mundus. *d* Vndè venire consueuerant.] Non dicit quid, vt intelligatur quicquid de mundo, vel in mundo est, nihil esse. *Ier.* 4. f. Aspexi terram & ecce vacua erat, & nihil, & cœlos, & non erat lux in eis. *e* De terra Cethim,] id est, de mundo in malitia congelato, qui sine periculo transiri non potest, sicut mare congelatum, quod interpretatur Cethim. *f* Reuelatum est eis] quòd Tyrus id est, mundus destructus est. Ipse enim mundus suæ destructionis nuncius est, quia nihil est in mundo stabile. 1. *Corinth.* 7. f. Præterit figura huius mundi, 1. *Ioan.* 2. d. Mundus transit & concupiscentia eius. *Sap.* 5. c. Impij spes tanquam lanugo, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus, qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis.

g Tacete qui habitatis in Insula] id est, pœnitentiam agite, & a mundi desideriis quiescite, qui habitatis in mũdo amaritudinis fluctibus vndique concusso. Vndè *inf.* 41. a. Taceant ad me insulæ, & Gentes fortitudinem mutent, accedant & tunc loquantur. Vos dico. *i* Negociatio Sidonis,] id est, negociatores de mundo, vbi sunt pessimi venatores, scilicet, Dæmones, qui venantur homines ad mortem. Vndè *Psalm.* 123. Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium. *Ezech.* 32. g. Ibi Principes Aquilonis omnes & vniuersi venatores. *k* Transfretantes mare,] id est, transeuntes mundum, id est, Religiosi.

l Repleuerunt te] ô Tyre, id est, ô munde, diuitiis, & mercimoniis. Ipsi, dico, existentes.

m In aquis multis] id est, in diuitiis multis. *Ezech.* 31. b. Eleuati sunt rami eius præ aquis multis, id est, præ diuitiis multis. Dimittamus de negociationibus religiosorum, quia Deo & hominibus odiosæ sunt & abominabiles. *Osee* 11. d. Circumdedit me Ephraim in negociatione, & in dolo domus Israel.

n Semen Nili,] id est, delectationes mundi.

o Messis fluminis,] id est, fluentes diuitiæ sæculi. sunt.

p Fruges eius] scilicet, mundi, quia mundus ista duo quærit, diuitias & delicias. *Nau.* 3. c. Cuius diuitiæ mare, aquæ muri eius, 1. *Ioan.* 2. a. Omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.

q Et facta est negociatio Gentium] id est, mundi negociatores Gentes sunt, id est, gentiliter viuentes.

s Erubesce, Sidon, ait mare.] Ante Christi Aduentum Diabolus omnes venabatur ad mortem; sed Christo Incarnato, misit ipse venatores suos, qui venati sunt multos ad vitam, quod videns mundus insultat ei. Erubesce, Sidon, id est, Diabole venator pessimè.

t Ait mare,] id est, mundus pœnitens. Vel Sidon peccator, mare peccatum, priùs dulce, post amarum. Igitur.

s Erubesce, Sidon,] id est, peccator.

t Ait mare,] id est, peccatum. *Rom.* 6. d. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Vel. *s* Erubesce, Sidon,] id est, Clerice.

t Ait mare,] id est; laicus, meliùs viuens. *Ezech.* 16. f. Porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis, sceleratiùs agens ab eis. Iustificatæ enim sunt à te: Ergo confundere & porta ignominiam tuam. Vel. *s* Erubesce Sidon,] id est, Prælate negligens.

t Ait mare] id est, subditus diligens. Vel.

s Erubesce, Sidon,] id est, claustralis torpens.

t Ait mare] id est, sæcularis pœnitentiam faciens. Vel.

s Erubesce Sidon] id est, barbare comedens.

t Ait mare] id est, puer abstinens.

u Fortitudo maris] id est, amatores mundi, qui fortes sunt ad faciendum malum.

x Dicens] in die iudicij. *y* Non parturiui,] bona cogitatione. *z* Non peperi] bona operatione.

a Non enutriui] bona consuetudine.

b Iuuenes] animi virtutes. *c* Nec ad incrementum perduxi virgines] id est, animæ & corporis vires. Isti iuuenes cum istis virginibus coeuntes generant bonos filios, id est, bona opera. Sed in multis antè pereunt, vel perimuntur ab hostibus, quàm ad incrementum, vel fructum ducantur, *Thren.* 1. f. Virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem, bonis operibus steriles. *d* Cùm auditum fuerit in Ægypto,] id est, in mundo, quòd passa est Tyrus, id est, quòd peccator, vel diues aliquis mortuus est. *e* Dolebunt,] & timebunt alij diuites, & peccatores. *Prou.* 19. d. Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Et 21. b. Mulctato pestilente sapientior erit paruulus. *g* Transite maria,] id est, mundi sollicitudines amaritudine plenas, amatores mundi.

h Vlulate, qui habitatis in Insula,] id est, in mundo *Apoc.* 8. d. Væ, væ, væ, habitantibus in terra.

a Nunquid non, &c.] ciuitas. *b* Quæ gloriabatur, &c.] id est, quia cæteris antiquior, & diuturnior erat. *c* Ducent eam,] id est, eos, qui in ea reperti fuerint. *d* Longe] id est, in Chaldæam. *e* Pedes sui, &c.] quæ olim nauigabat per mare ad spatiandum, vel negociandum. *g* Quis cogitauit, &c.] tanquam Reginã aliarum ciuitatũ, vel coronatam multis ciuitatibus, quæ erant in circuitu eius, quasi dicat, Nullus posset hoc cogitare, quòd tam citò & subitò destrui posset.

i Cuius negociatores Principes,] inter alios negociatores.

k Institores eius, &c.] id est, in omni terra. *l* Dominus exercituũ. &c.] Responsio

a Nunquid non hæc vestra est, quæ *b* gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? *c* Ducent eam *d* longè *e* pedes sui *f* ad peregrinandum. Quis *g* cogitauit hoc super Tyrum *h* quondam coronatam, *i* cuius negociatores Principes, *k* institores eius incly ti terræ? Dominus *l* exercituum cogitauit hoc, vt *m* detraheret superbiam omnis gloriæ, *n* & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ. *o* Transi terram tuam, quasi flumen, filia *p* maris,

est factæ interrogationi. *m* Vt detraheret, &c.] Tyri, quæ contra Dominum superbiendo gloriabatur. *n* Et ad ignominiam, &c.] qui frequentabant Tyrum. *o* Transi terram tuam, &c.] quod citissimè nauigio transitur. *p* Filia maris,] i. ô Tyre, quasi dicat, sicut fluuius citò transitur: ita Tyrus citò transferetur de terra sua in captiuitatem. *q* Non est cingulum, &c.] id est, potentia resistendi. Cingulo enim lumbi restringuntur, in quibus est fortitudo. Vel, non est cingulum, &c.] id est, ad tantam dissolutionem deuenisti, vt cingulum non portes, vt dissolutio exterior nota sit interioris dissolutionis: siuę libidinis. Et hoc ideò fiet, quia, *f* Manum suam] id est, vindictam. *t* Extendit] Dominus. *u* Super mare] siccandum & implendum, vt contigua sis terræ, ô Tyre. *x* Et conturbabit] Dominus. *y* Regna,] Ægyptiorum & Moabitarum & aliorum in circuitu. Tyro enim euersa, alia regna timore turbata sunt. Regnum quoque Ægypti pro subuersione Tyri datum est Nabuchodonosor. *Ezech.* 29. d. *z* Dominus Mandauit,] id est, Nabuchodonosor inspirauit. *a* Aduersus Chanaam,] id est, Tyrum, quæ est in terra Chanaan. *b* Vt contereret, &c.] Chanaan per Nabuchodonosor.

c Et dixit,] Dominus tibi, ô Tyre. *d* Non adiicies, &c.] In diuitiis & mercimoniis, vt priùs. *e* Calumniam sustinens] id est, accusata ab omnibus quasi superba. *f* Virgo filia Sidonis] id est, Tyre colonia Sidoniorum. Virgo dicit, id est, sterilis in bonis operibus, vel delicata, vt virgines esse solent. Vel virgo quondam; nunc autem turpitudini & voluptati tradita. *g* In Cethim] id est, in Græciam. *h* Consurgens.] cupiens vitare plagam. *i* Transfreta] id est, transfretabis. Et loquitur de his, qui nauigio aufugerunt. *k* Ibi quoque] id est, in Græcia.

l Non erit, &c.] quia capieris à Nabuchodonosor, qui misit in Græciam post illos, qui de Tyro fugerant. Et reuera sic erit, quia *m* Ecce terra, &c.] Metonymia est. *n* Talis populus, &c.] id est, tam fortis, tam crudelis. *Ier.* 6. f. Ecce populus venit de terra Aquilonis. & Gens magna consurget à finibus terræ, sagittam & scutum arripiet, crudelis est, & non miserebitur. *o* Assur fundauit eam homo fortissimus & potentissimus. *p* Eam] id est. Niniuem, quam fundauit Nemroth. *Gen.* 10. b.

▲ In captiuitatem

⊖ *a* Nunquid non hoc, &c.] ciuitas, scilicet, Tyrus, id est, mundus angustians. *Heb.* 13. c. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. *a* Quæ gloriabatur, &c.] Amatores mundi gloriantur in vetustate vitæ, & generis antiquitate. Vndè *sup.* 19. b. Quomodo diceris Pharaoni: filius sapientum ego, filius Regum antiquorum. Contemptores mundi gaudent in nouitate pœnitentiæ, & in eis, quæ spectant ad vitam æternam *Iac.* 1. b. Glorietur frater humilis in exaltatione sua; diues autem in humilitate sua. *Ier.* 9. g. In hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me. 2. *Cor.* 10. d. Qui gloriatur, in Domino glorietur. *c* Ducent eam longè pedes sui,] id est, affectus animi. *f* Ad peregrinandum,] à Domino sine correptione. *Thren.* 1. b. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem subsequentis.

g Quis cogitauit hoc super Tyrum,] id est, super mundum, quòd esset tam citò casurus. *h* Quondam coronatam,] floribus sine fructu. Vnde *infr.* 28. a. Væ coronæ superbiæ ebriis Ephraim, flori decidenti. *Ier.* 48. b. Date flores Moab, quia florens egredietur. *i* Cuius negociatores, &c.] non cœli, id est, illi, qui terrena cupiunt; & cœlestia non curant, quales sunt hodie etiam Principes Ecclesiæ negotiatores præbendarum, emptores dispensationũ, *Ezech.* 28. b. Acquisisti aurum, & argentum in thesauris tuis in multitudine sapientię tuæ: & in negociatione tua multiplicasti tibi fortitudinem. *Zach. vlt.* d. Non erit vltra mercator in domo Domini in die illa. *Apoc.* 18. d. Omnia pinguia, & præclara perierunt a te, & amplius illa iam nó inuenient mercatores hominũ: qui diuites facti sunt ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum eius. *l* Dominus exercituum, &c.] qui nullum timet.

non est *q* cingulum *r* vltra tibi: *f* Manum suam *t* extendit *u* super mare, & *x* conturbabit *y* regna. Dominus *z* mandauit *a* aduersus Chanaam, vt *b* contereret fortes eius, *c* & dixit: Non *d* adiicies vltrà, vt glorieris *e* calumniam sustinens, *f* virgo filia Sidonis. In *g* Cethim *h* consurgens *i* transfreta: *k* ibi quoque *l* non erit requies tibi. *m* Ecce terra Chaldæorum, *n* talis populus non fuit, *o* Assur fundauit *p* eam.

m Vt detraheret superbiam, &c.] non cœli *Iob.* 20. a. Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. *Osee* 4. b. Gloriam eorum in ignominiam commutabo. *Abacuc.* 2. c. Repletus est ignominia pro gloria. *o* Transi terra, &c.] id est, anima delicata, & delicata mundo. Terra stat, flumen fluit. Igitur terram transit quasi flumen, qui mundo sic vtitur, vt semper se cogitet transiturum. *sup.* 16. a. Pone quasi noctem vmbram tuam in meridie, 1. *Corint.* 7. e. Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtentes sint; præterit enim figura huius mundi. *q* Non est cingulum] castitatis, vel iustitiæ, vel constantiæ.

r Vltra tibi.] *Prou. vlt.* c. Sindonem, id est, carnis mortificationem fecit, & vendidit aliis verbo, exemplo & tradidit cingulum Chananæo, id est; mutabili.

f Manum suam extendit super mare,] id est, tribulationem super mundum. *x* Et conturbabit regna] Dñs, i. Reges & Principes in morte. *Naum.* 1. a. Increpans mare, i. mundũ per temporales tribulationes, & exsiccans illud in morte, & omnia flumina, i. diuitias transituras & caducas ad desertũ deducens, quia in morte saltẽ deseruntur diuitiæ. *z* Dñs mandauit aduersus Chanaan] i. aduersus mundũ per literas Euangelij, quarum portitor fuit Paulus, qui sigillũ habuit. *Gal.* 6. Stigmata IESV iugiter porto in corpore meo. Et alij sancti similiter. *b* Vt contereret fortes eius.] i. in corpore & anima verteret. 1. *Cor.* 1. d. Infirma mũdi elegit Deus, vt confundat fortia. *c* Et dixit,] Dominus. *d* Non adiicies vltrà, vt glorieris] in iudicio futuro. *e* Calumniam sustinens] id est, accusationem interiùs à conscientia, exteriùs ab omni creatura. *f* Virgo filia Sidonis,] id est, anima sterilis, mundanorum gaudiorum venatrix. *Osea* 5. c. Calumniam patiens est Ephraim, fractus est iudicio: quoniam cœpit abire post sordes, id est, temporalia, & diuitias temporales. *g* In Cethim,] quod interpretatur mare congelascens, id est, in mundi pompam, quæ videtur firma, sed citò soluitur vt glacies. *h* Consurgens] corde, ore, & opere, affectu & effectu surgens. *g* Transfreta] id est, transi. *k* Ibi quoque non erit requies tibi.] *Mich.* 2. c. Surgite, & abite quia non habetis hic requiem. *Ier.* 45. a. Laboraui cum gemitu meo, & requiem non inueni. Nota *Gloss. Hieron.* Sæpè videmus quosdam à proposito suo transire ad aliud. à malitia ad negociationem, à causis ad arma mutant industriam, vt mutent infœlicitatem; sed Deo dispensante omnia eueniunt contraria, vt per miserias coacti, non in se, sed in Domino Creatore confidant. *m* Ecce terra Chaldæorum] id est, quasi Dæmonum ferocium, vel quasi vberum: quia priùs blandiuntur, postea decipiunt; ita mundus. *o* Talis populus non fuit,] *Iob.* 41. c. Non est potestas super terram, quæ comparetur ei: quia factus est, vt nullum timeret; sed ipse postea fecit se, vt omnes timeat. *o* Assur] id est, dirigens, id est, Lucifer. *p* Fundauit eam] mundi pompam; quia primus peccauit. & primum hominem peccare fecit. *Sap.* 2. d. Inuidia Diaboli intrauit mors in orbem terrarum.

⊖ *a* In captiuita-

☉ a In captiuitatem traduxerunt] Chaldæi. c Robustos eius] id est, Tyri. d Suffoderunt domos eius] id est, Tyri. non solùm murum. f Posuerunt eam in ruinam] id est, diruerunt eam. g Vlulate, naues maris, id est, plorate Nautæ: h Quia deuastata est fortitudo vestra] id est. Ty-

Secunda pars.

In a captiuitatem b traduxerunt c robustos eius, d suffoderunt e domus eius, f posuerunt eam in ruinam. g Vlulate, naues maris: quia h deuastata est fortitudo vestra. Et i erit in die illa: in k obliuione eris, ô Tyre. l septuaginta annis: sicut m dies Regis viuus: n Post septuaginta autem annos o erit Tyro, quasi p canticum meretricis. q Sume citharam, circumi r ciuitatem f meretrix obliuioni tradita: Benè t cane, u frequenta canticum, vt x memoria tui sit. Et y erit, post septuaginta annos, z visitabit Dominus a Tyrum, & b reducet eam ad † merces suas: c & rursum † fornicabitur cum d vniuersis regnis terræ super faciem terræ: & e erunt negociationes eius & † mercedes eius sanctificatæ Domino: Non f condentur, g neque reponentur: h quia his, qui habitauerunt coram Domino, i erit negociatio eius, vt k manducent in saturitatem: & vestiantur vsque ad vetustatem.

Al. † mercedes.
Al. † erit cum.
Al. † merces.

rus, quæ erat vobis in præsidium contra omnes. i Et erit in die] post euersionem. k In obliuione eris, ô Tyre, septuaginta annis] deserta & desolata. m Sicut dies Regis vnius] sunt in obliuione post tot annos, quantumcunque bonus extiterit, etiamsi vixerit in regno, quod nunquam legitur, vt dicit *Haymo*. n Post septuaginta autem annos erit Tyro] reædificatæ. p Quasi canticum meretricis] quæ ab amatoribus derelicta solet cantilenas componere, & præteritas delicias in sui consolationem commemorare; sic Tyrus euersa. Vel loquitur secundùm consuetudinem aliquarum regionum, vbi quando aliquis committit crimen, propter quod mittitur in exilium, tunc vxor eius cum filiis ad ostium Principis cantat cum musico instrumento carmen lugubre de viro suo, vt sic Princeps motus pietate reuocet eum; sic Tyrus post septuaginta annos deprecabitur, vt concilietur Domino. q Sume citharam, &c.] Vsque huc actum est de subuersione Tyri: Quæ sequuntur, pertinent ad reuersionem. Et prosequitur Isaias metaphoram meretricis: dans Tyro consilium, vt pœniteat, & sic pœnam euadat: sic fecit Ionas Niniuitis. Et hoc est. q Sume citharam: circumi ciuitatem] cantando & recordando miserias tuas. f Meretrix obliuioni tradita] à Domino amatore tuo quondam. t Benè cane] laudes Dei corde, ore, & opere. u Frequenta canticum] Domini. x Vt memoria tui fit] apud Deum, quasi dicat, ita facies post septuaginta annos. y Et erit post septuaginta annos: visitabit Dominus Tyrum] vt curet eam a langore captiuitatis, sicut Ierusalem desolatam totidem annis. *Ierem.* 25. c. Et reducet eam ad merces suas] id est, ad mercimonia sua restituet, sicut priùs. c Et rursum fornicabitur] id est, negociabitur. d Cum vniuersis regnis terræ super faciem terræ.] Quod ideò dicitur: quia negociatio vix, aut nunquam est sine fornicatione corporali, vel spirituali. *Eccl.* 26. d. Difficilè exuitur negocians à negligentia: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum. Vel quia mercatores omnibus exponunt merces suas, sicut meretrices seipsas. e Et erunt negociationes eius & mercedes eius sanctificatæ Domino] id est, in vsus Domini datæ. Dicit enim *Ieron.* quòd filiis Israel reuersis de captiuitate sub Zorobabel & Neemia, Tyrij non longo tempore post reuersi, cum eis amicitia coniuncti sunt: nec iam diuitias retinebant; sed Ierusalem Domino offerebant, quarum pars in templum ornandum, pars cedebat in vsum Sacerdotum: & sic erant mercedes eorum sanctificatæ Domino. f Non condentur] id est, recondentur auarè. g Neque reponentur] sub lapide ad faciendos thesauros. h Quia his, qui habitauerunt coram Domino,] id est, Sacerdotibus Iudæorum, qui seruiebant in templo. i Erit negociatio eius] in vsum. k Vt manducent in saturitatem, &c.] i. sufficienter mittent Tyrij ministris templi in Ierusalem ad comedendum & induendum post reuersionem eorū.

Mysticè.

☉ a In captiuitatem] veram, primò peccati & postea inferni. b Traduxerunt] Dæmones. c Robustos eius] i. Tyrannos mundi. d Suffoderunt] occultis suggestionibus. e Domos eius] id est, conscientias. f Posuerunt eam in ruinam] vt de peccato ruat in peccatum, de peccato in infernum, quia non erat fundata supra firmam petram, *Matth.* 7. d. g Vlulate naues maris] id est, diuites ebriosi. h Quia vastata est fortitudo vestra,] i. citò destruetur gloria mundi. *Ezech.* 26. d. Stupebunt naues in die pauoris tui, & turbabuntur insulæ in mari. *Osea* 11. d. Ipse rugiet & formidabunt filij maris. i Et erit in die illa] mortis, vel iudicij. k In obliuione eris ô Tyre] coram Domino, id est, ô peccator. l Septuaginta annis] id est, vsque ad perfectā pœnitentiam. n Post septuaginta annos] peracta pœnitentia sufficienti. o Erit Tyro] id est, animæ pœnitenti. p Quasi canticum meretricis] id est, carmen amatorium super recōciliatione sua cum vero sponso, à quo recesserat per peccatum. *Osea* 1. a. Sume tibi vxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationis. Deinde dat consilium Propheta qualiter pœniteat, vt iudiciū Dei euadat, dicens. q Sume citharā] habentem chordas benè tensas, & benè siccas, id est, carnis mortificationem cum exercitio virtutū, vt omnes afflictiones consonēt in laudem Dei. r Circumi ciuitatem] Ecclesiæ per orationē & peregrinationem, ne aditus aliquis hosti, vel aliquid immundum in ea remaneat. f Meretrix obliuioni tradita] priùs ab amatore suo, i. Deo. t Benè cane] laudes Dei, corde, ore, opere. u Frequenta canticū] orationis, confessionis, & laudis. *Psal.* 118. Septies in die laudem dixi tibi. x Vt memoria tui sit,] apud Deum. *Aug.* Quindecim sunt gradus pœnitentiæ; hic autem nouem tantùm ponuntur. Debet esse voluntaria pœnitentia, quod notatur, *ibi.* Sume. Item aperta, siue notoria, hoc per citharam. Item integra, hoc per circumi. Item accusatoria, hoc per ciuitatem. Item verecunda, hoc per meretrix. Item discreta, hoc per obliuioni tradita. Item deuota, hoc per benè cane. Item frequens, hoc per frequenta canticum. Item perseuerans, hoc per, vt memoria sit tui. y Et erit post septuaginta annos] id est, transacto tempore perfectæ pœnitentiæ. z Visitabit Dominus] vt verus Medicus cum vnguentis gratiarum. a Tyrum, id est, animam pœnitentem.

b Et reducet eam, &c.] id est, ad virtutes pristinas, quia pœnitentia ablata omnia restituit. c Et rursum, &c.] recidiuando. d Cum vniuersis, &c.] id est cum Diabolo, & mercatoribus eius, qui peccata suggerunt pro deliciis. e Et erunt] iterum, negociationes eius, &c. id est, in vsum pauperum distributæ. *Eccl.* 12. a. Benefac Iusto & inuenies retributionem magnam. Et si non ab ipso, certè à Domino. f Non condentur, &c.] in terra, vbi fures effodiunt & furantur, vbi ærugo & tinea demolitur. *Matth.* 6. c. *Eccl.* 29. b. Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem. h Quia his, qui, &c.] id est, veris pauperibus. i Erit negociatio eius] animæ pœnitentis. k Vt manducent, &c.] id est, in omni vita sua, *infr.* 58. c. Frange esurienti panem tuum: & si videris nudum, operi eum.

EXPOSITIO CAP. XXIV.

Ecce Dñs nudabit, &c.] Sicut dicit *Ierem.* qui hoc caput. præcedētib cōtinuat post specialē singularū Gentium correctionē, i. Iudeæ, Babylonis, Philistijm, Moab, Damasci, Israel, Ægypti, deserti maris, Idumeæ, Arabiæ, vallis visionis & Tyri agit Propheta de generali totius mūdi euersione. Et priùs ostēdit, quæ sint impiorū peccata, & tormenta: secūdò, quomodo cœlū & terra transibunt, & quomodo peccatores in infernū deducētur, ibiq; punietur vsq; in diē iudicij, quando reuertētur resūpturi corpora, vt in eis æternaliter puniātur. Nec est quærēda aliqua historia vel allegoria; quia de die iudicij aperta est prophetia. Et est quarta regula Ticonij, quia de specie & genere agitur, voce, vel persona non mutata. Hebræus verò exponit hoc capit. de euersione Idumeæ: quia cùm aliæ Gentes Iudæos captiuos ducerent, ipsi emebant eos, & maximè eis aduersarij erant odio patris sui Esau in Iacob in filios continentes: & ideò Isaias eorum captiuitatem diligentiùs & diffusiùs exequitur. Diuiditur autem hoc cap. in quinque partes. In prima parte comminatur Isaias pœnam Idumæis, quia transgressi sunt legem & pactum Domini: in secunda exequitur de pœna eorum, *ibi.* Propter hoc, &c. In tertia ostenditur gaudium Iudæorum, & de pœna & miseria Idumæorum, *ibi.* Propter hæc, &c. In quarta ostēsa culpa pœnam exaggerat, *ibi:* Væ mihi, &c. In quinta agitur de pœna Dæmonū & superborū cōmuniter, *ibi.* Et in die illa, &c. De hac expositione, *Gl.* nullā faciūt mentionem. Nos autem primò prosequemur breuiter. Dicit ergo.

a Ecce] id est, in proximo & in aperto. b Dominus] cui nihil est impossibile. c Nudabit terram] Idumæorum habitatoribus suis, & cultu, ac fructibus. d Et dissipabit eam] id est, euerti faciet, vt quæ ipsi occultauerant in cauernis, hostes diripiant. Cauernosa enim est Idumæa. e Et affliget faciē eius] id est, eos, qui sunt super faciē eius, scilicet, diuites & potentes, qui apparent super alios. f Et dispersit] in diuersa loca. g Habitatores eius] communiter maiores, & minores. h Et erit sicut populus, sic Sacerdos, &c.] quasi dicat, nulla erit apud hostes acceptio personarum: quia non deferent maiori, sicut nec minori. In omni Gente maior est Sacerdos populo, Dominus seruo, Domina ancilla, vendens emente, fœnerator mutuante, creditor debitore *Prou.* 22. a. Qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis. Sed omnes hi simili afflictione æquabuntur, q Dissipatione dissipabitur terra, &c.] quasi non ab vno hoste, sed à pluribus dissipabuntur, & diripientur habitatores Edom, & bona eorum. Et hoc sine dubio fiet: Dominus enim locutus est hoc u Luxit'] id est, lugebit præ dolore. x Et defluxit] id est, defluet in lachrymas. y Terra] Edom, id est, habitatores eius. z Et infirmata est] id est, infirmabitur, id est, priori fælicitate priuabitur, sicut infirmus priori sanitate. a Defluxit orbis, id est, Edom, qui sibi videtur orbis, sicut Babylon, *sup.* 14. b Et infirmata est altitudo] Edom, id est, Principes Idumæorum, qui sibi alti videbantur. c Et terra interfecta est,] id est, propter peccata habitatorum, terra graui vulnere percutietur sterilitatis.

A

al. † disperdet.

d Quia transgressi sunt] Moysi, & naturæ. e Mutauerunt ius] bonæ consuetudinis. f Dissipauerunt fœdus sempiternum] id est, pactum, quod in sempiternum debuerunt seruare. Dominus enim terram Euræorum, qui habitauerunt in Seir, tradidit filiis Esau ad habitandum, tali pacto, vt nihil de terra filiorum Israel sibi vendicarent, nec illi de terra Idumæorū. Vndè egressis filiis Israel de Ægypto, nec vnum passum pedis de terra eorum voluit eis Dominus dare. *Deut.* 2. b. Et ita fuit pactum inter eos, quod ipsi Idumæi transgressi sunt. Vndè, & Dauid surrexit contra eos, & tributarios eos fecit sibi & successoribus suis vsque ad Achaz: & tunc iterum pactum dissipauerunt, & pro hac dissipatione vallati sunt à Chaldæis. Et hoc est, quod sequitur.

Secunda pars

g Propter hoc.] Secunda pars, vbi agitur de pœna eorum. g propter hoc i. huius pacti dissipationem, & legis transgressionem. h Maledictio vorabit terram] Edom, i. propter eorum malitiam destructur k Et peccabunt habitatores eius] i. Idumeæ l. Ideóque insanient cultores eius] id est, stupebunt præ nimietate desolationis eorum.

A a Et relinquentur

Mysticè.

a Ecce Dominus, &c.] Nunc Mysticè & Propheticè de die iudicij exponamus, sicut *Gloss.* exponunt. a Ecce] i. citò, & euidenter. b Dominus] cuius iræ nemo resistere potest. *Iob.* 9. b. c Nudabit terram habitatoribus suis, vel terrenos, sicut cepæ nudantur tunicis suis, vt omnibus pateant eorū consciētiæ. *Dan.* 7. c. Iudicium sedit, & libri aperti sunt, 1. *Cor.* 4. a. Nolite ante tempus iudicare, quovsque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

d Et dissipabit eam] id est, in melius commutabit per ignem, qui præcedet faciem Iudicis venientis. Vndè *Apoc.* 21. a. Vidi cœlum nouum, & terram nouam, 2. *Petr.* 3. c. Adueniet dies Domini, vt fur, in quo cœli magno impetu transient, & elementa calore soluentur. e Et affliget faciem eius] igne comburendo, vt quasi aurum coctum, clariorem, & puriorem reddat. *Septuaginta* pro, affliget, dicunt, vt procedant mortui de sepulchris. f Et disperget habitatores] in diuersa loca, bonos in cœlo, malos in inferno recludens. Vel sic.

h Dominus nudabit terram] id est, terrenos, peccata eorum detegendo.

d Et dissipabit eam] terrore ad iudicium vocando.

CAP. XXIV.

a Ecce b Dominus c nudabit terram, & d dissipabit eam, & e affliget faciem eius, & † f disperget g habitatores eius. Et h erit sicut populus, sic Sacerdos: i & sicut seruus, sicut Dominus eius: & sic k ancilla, sic Domina eius: & sicut emens, sic l ille, qui vendit: sicut m fœnerator, sic is, qui n mutuum accipit; sicut qui o repetit, sic qui p debet. q Dissipatiòne dissipabitur terra, & r direptione prædabitur. Domious s enim locutus est t verbum hoc. u Luxit, & x defluxit y terra, & z infirmata est; a defluxit orbis, & b iofirmata est altitudó populi terræ, & c terra † interfecta est ab habitatoribus suis: quia d transgressi sunt leges, e mutauérunt ius, f dissipauerunt fœdus sempiternum. g Propter hoc h maledictio i vorabit terram, & k peccabunt habitatores eius, ideóqne l insa-

al. † infecta.

e Et affliget faciem eius] pudore opera misericordia improperando. f Et disperget habitatores eius] sententiando, hos saluans, illos condemnans. h. Et erit sicut populus, sic Sacerdos] bonus populus cum bono Sacerdote ad dexteram sublimandus in gloria: malus populus cū malo Sacerdote detrudendus in gehenna, omnes simul sine personarum acceptione. Vel pro bonis remunerabuntur in cælis, pro malis punientur in inferno. *Osea* 4. b. Et erit, sicut populus, sic Sacerdos. *Sap.* 6. b. Non verebitur magnitudinem cuiusquā. i Et sicut seruus, sic Dominus eius] *Sap.* 18. b. simili pœna seruus cū Domino suo afflictus est: & popularis homo Regi similia passus. k Sicut ancilla, sic Domina, &c.] animam hominis, id est Diabolus. l Sic ille, qui vendit] id est, homo qui Diabolo vendit animam suam pro momentanea voluptate. m Sic fœneratur] bonus. *Prou.* 19. c Fœneratur Domino, qui miseretur pauperi.

B

n Sic is, qui mutuum accipit,] id est, pauper. o Sicut qui repetit] id est creditor. p Sic qui debet] id est, debitor. *Ieron.* Nulla diuersitas erit inter nobilem & ignobilem, Sacerdotem & laicum, seruum & Dominum. Omnes enim ex æquo stabunt ante tribunal Christi. 2. *Cor.* 5. b. Nec erit acceptio personarum apud Deum. *Rom.* 2. b. Vndè *Iob.* 3. c. Paruus, & magnus ibi sunt: & seruus non timet Dominum suum.

Moral.

Moraliter Sacerdos, ratio populus, cogitationum multitudo: Dominus, liberum arbitrium: seruus, membra corporis: Domina, anima: ancilla, caro: emens, spiritus: vendens, corpus: repetens, Synderesis: debens, quælibet inferior vis. Ista omnia remunerabuntur pariter, vel punientur. q Dissipatione dissipabitur terra] id est, igne iudicij concremabitur *Soph.* 1. d. In igne zeli mei deuorabitur omnis terra. In omnibus geminationibus nota est confirmationis. Vel sic. q Dissipatione dissipabitur terra] id est, terrena opera ad nihilum redigentur, vt abolita imagine terreni hominis, imago permaneat cœlestis. Caro enim & sanguis regnum Dei non possidebunt, quia mortale hoc induet immortalitatem. 1. *Cor.* 15. f. r Et direptione] à Domino, id est, in anima & corpore ad inferos detrahetur, *Infr.* 33. a. Væ qui prædaris: nonne & ipse prædaberis? Et reuera hoc fiet. s. Dominus enim] per Prophetas. t Verbum hoc, durum malis, suaue bonis. u Luxit] id est, lugebit. x Et defluxit] i. defluet in igne. y Terra] id est, terreni. *Ier.* 4. f. Lugebit terra, & mœrebunt cœli. *Osea* 4. a Lugebit; & infirmabit omnis, qui habitat in ea. z Et infirmata] id est, infirmabitur. *Prou.* 14. b Extrema gaudij luctus occupat. a Defluxit orbis] vt metallum, vel vt torrens, aut sicut cæra. *Psal.* 67. Sicut fluit cæra à facie ignis: sic pereant peccatores à facie Dei. b Et infirmata est] qui sibi fortes videbantur, infirmissimi apparebunt: quia a pauperibus, quos modò conculcant, conculcabuntur *Soph.* 1. c. Vox diei Domini amara: tribulabitur ibi fortis. Item *in eod.* 3. d. Ecce ego interficiam omnes, qui te affixerunt in tempore illo. c Et terra interfecta] vel infecta, id est, terreni alij ab aliis, quasi dicat, meritò superbi destruentur in iudicio; quia in præsenti interficiunt se mutuò, maiores, minores d Quia trāsgressi sunt] naturæ, Scripturæ, gratiæ. *Soph* 3. a Principes eius, quasi leones rugientes: Iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane, Prophetæ eius vesani viri infideles, Sacerdotes eius polluerunt sanctū, iniustè egerunt contra legē. e Mutauerunt ius] approbatæ consuetudinis, vel iusti iudicij. f Dissipauerunt fœdus] *Osea* 8. a Transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt. g Propter hoc] diuinæ sententiæ. i Vorabit terram] i. terrenos, cùm dicetur. Ite maledicti in ignem æternum. *Matt* 25. d. Sicut in principio Deus benedixit omni creaturæ, sic in fine maledicet his, qui terreni sunt. *Ier.* 23. b. A facie maledictionis luxit terra. k Et peccabunt habitatores eius] non peregrini obliti patriæ. *Apoc.* 8. d. Væ væ væ habitantibus in terra. l Ideóque insanient cultores eius,] id est, amatores mundi stupebunt in die iudicij, cùm videbunt pauperes, quos

o conculcabant

A a Et relinquentur] ab hostibus. b Homines pauci] in Idumæa, quia ferè omnes, aut mortui, aut captiui ducti sunt a Chaldæis. c Luxit]id est, lugebit. d Vindemia] deficiens, id est, erit causa luctus. e Infirmata est vitis,) id est, infirmabitur sterilitate. g Ingemuerunt omnes, &c.] propter sterilitatem & desolationem terræ.

g Cessabit] vel, cessauit gaudium tympanorum, quieuit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ, i. omne gaudium & signa gaudij, id est, instrumentorum musicorû suauitas cessabit. k Cum gaudio non bibent vinum] sicut antè.

l Amara erit, &c. id est, præ nimio dolore potio, quæ in se dulcis erat videbitur eis amara.

nient cultores eius, & a relinquētur b homines pauci, c Luxit d vindemia: e infirmata est vitis: f ingemuerunt omnes qui lætabantur corde. † g Cessabit gaudium tympanorum: h quieuit sonitus lætantium? i conticuit dulcedo citharæ. k Cum † gaudio non bibent vinum: l amara erit potio bibentibus illam. m Attrita est ciuitas vanitatis: n clausa est omnis domus, o nullo introeunte. p Clamor q erit super vino in r plateis: s deserta est omnis lætitia, t translatum est gaudium terrę. u Relicta est in vrbe x solitudo: & y calamitas opprimet portas. z Quia hæc erunt in medio terræ, in a medio populorum. b Quomodo, si paucæ oliuæ quæ remanserūt excutiantur ex olea, & racemi cū fuerit finita vindemia, c hi d leuabunt vocem suam, atque e laudabunt; cū f glorificatus fuerit Dñs g hinniēt de h mari. i Propter hęc k in doctrinis glorificate Dñm: in l insulis maris m nomen Domini Dei Israel. A n finibus terræ o laudes p audiuimus, gloriam

al.† Cessabitur.

al.† cantico

m Attrita est ciuitas vanitatis,] id est terra Edom vanitati idololatriæ dedita. Quam vocat ciuitaté quia modica erat, vel quia vnanimes in idololatria erant.

n Clausa est omnis domus;] Idumeæ, nullo introeunte, quasi dicat, nullus habitator remansit in Edom. & ideò domus erant clausæ. p Clamor erit super vino] id est, super defectu vini r In plateis] ciuitatum. s Deserta est omnis lætitia, &c.] Edom, id est, lætitia versa est in tristitiam, & gaudium in dolorem. Propriè enim lætitia tristitiæ, & gaudium dolori contrarium est. u Relicta est in vrbe solitudo,] id est, vrbes remanebunt desertæ absque habitatore. y Et calamitas opprimet portas, id est, Iudices sedentes in porta. z Quia hæc erunt in medio terræ] quæ prædicta sunt, non in angulo quasi dicat flagellum hoc vniuersaliter totam Idumæam opprimet.

a In medio populorum,] id est, Idumæorum. b Quomodo si paucæ oliuæ remanent post excussionem oleæ, & pauci racemi finita vindemia; sic pauci remanebunt in Edom post destructionem factam à Chaldæis: & illi pauci tunc laudabunt Dominum qui saluauit eos. f Cū glorificatus fuerit Dominus,]id est, cùm gloriosus apparuerit vindicando se de Idumæis; tunc. g Hinnient de mari,] id est, qui habitant in insulis, gaudebunt de destructione Idumæorum, & de hoc, quod ipsi non sunt dispersi, & capti cum eis. i Propter hæc, &c.] Tertia pars, vbi ostenditur gaudium Iudæorum super destructione Idumæorum, quia affligebant eos. Propter hæc, quæ euenient Idumæis, ô vos Iudæi. k In doctrinis] vel alia litera, in laudationib⁹, glorificate Dominum,] id est, docete cultum vnius Dei, & eius gloriam prædicate, qui vos cultores suos liberauit. l In insulis maris nomen Domini Israel.] Prædicate. n A finibus terræ &c.]i. Dēi iustè punientis Idumæos. Vox est eorum, qui supra laudantes leuabant vocem suam, vel Prophetæ se connumerantis aliis lætantibus, & laudantibus Deum de afflictione Idumæorū Septuag. Ab aliis terrę portēta audiuimus, spes Iusto, & dicēt: væ præuaricatorib⁹. Sequitur.

Tertia pars.

Δ a Et dixi] ego Isaias

Mysticè.

Θ conculcabant in gloria cum Angelis, & se in pœna cum Dæmonibus Sap. 5. a. Videntes turbabuntur timore, &c.

a Et relinquentur homines pauci) cum Domino aliis detractis, in baratrum cum Diabolo. Matth. 20. b. Multi sunt vocati pauci verò electi. c Luxit vindemia,] id est, amator, & potator vini in torculari gehennæ calcandi. Vnde Apoc. 14 d. Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quando maturæ sunt vuæ eius.

e Infirmata est vitis,] id est, amor sæculi. De cuius vindemia dicitur Deut. 32. e. Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Osea 10. a. Vitis frondosa Israel fructus adæquatus est ei.

f Ingemuerunt omnes, qui, &c.] quia risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Prou. 14. b.

g Cessabit gaudium tympanorum] quibus vtebantur voluptuosi in conuiuiis suis, supr. 5. c. Cithara, & lyra, & tympanum, & vinum in conuiuiis vestris: & opus Domini non respicitis.

h Quieuit,] id est, quiescet sonitus lætantium.

i Conticuit,] i. conticescet, dulcedo citharæ, cum gaudio non bibent, vinum] vt priùs. Iob. 21. d. Tenent tympanū & citharā, & gaudent ad sonitum organi: ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Ezechiel. 26. c. Conquiescere faciam multitudinem cantorum tuorum: & sonitus cithararum tuarum non audietur amplius. Amos 8. c. Conuertam omnes festiuitates vestras in luctum & omnia cantica vestra in planctum Apoc. 18. g Vox Citharœdorum, & Musicorû & tibia canentium non audietur in ea amplius.

l Amara erit potio bibentibus illam] id est, vinum mundanæ iucunditatis in nimietate potatû, causa erit amaritudinis sempiternæ. Eccl. 31. d. Amaritudo animæ vinum multû potatum. Ioel. 1. b. Qui bibitis vinû in dulcedine expergiscimini ebrij, & vlulate.

m Attrita est ciuitas vanitatis]id est, atteretur mundus: in quo omnia sunt vana. Eccl. 1. a. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Vel homo vanus. De quo Psalm. 38. Vniuersa vanitas omnis homo viuens.

n Clausa est omnis domus,]id est, claudetur.

o Nullo introeunte) quæ modo marmore, & ebore, & synopide decorantur. Vel domus inferni claudetur, nec intrabit aliquid de cætero, nec exibit. Vel domus Paradisi claudetur: quia nemo de cætero introibit Matth. 25. a. Quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias: & clausa est ianua.

p Clamor,) doloris.

q Erit super vino] erroris. r In plateis) id est, in via lata. quæ ducit ad mortem: non in angustia, quæ ducit ad vitam. Matth. 7. b.

s Deserta est omnis lætitia) mundi.

t Translatum est, &c.] in cœlum. Sap. 10. d. Iusti tulerunt spolia impiorum.

u Relicta est in vrbe) mundi.

x Solitudo) populi. y Et calamitas opprimet portas,] i. Iudices, vel Prælatos suprà 14. g. Vlula porta, clama ciuitas. z Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum,) i. in communi totius orbis, vel in Ierusalem, quæ est, vt dicunt, vmbilicus terræ; vbi secundum quorundam opinionem iudicabit Dominus mundum super montem Sion ex quo ascendit, in aere sedens. Sicut enim in nube ascendit, ita in nube veniet. Act. 1. b.

b Quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserunt, &c.) Septuaginta planius. Quomodò si quis excutiat oliuam, sic excutiet eos, i. sic pauci erūt electi post separationem malorum. Per oliuas intelligunt Confessores, per racemos Martyres. Vel per oliuas, innocentes, per racemos pœnitentes sup. 17. b. Relinquetur in eo quasi racemus: & sicut excussio oleæ quasi duarum, aut trium oliuarum in summitate rami.

c Hi,) pauci electi.

d Leuabunt vocem suam] liberè.

e Atque) Dominum. Psalm. 83. Beati qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te. Argumentū, quòd laus vocalis erit in cœlo, inf. 51. b. Gaudiū & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.

f Cùm glorificatus fuerit Dominus,) id est, gloriosus apparuerit in iudicio.

g Hinniet,) i. ineffabili lætitia lætabuntur liberati.

h De mari,]id est, de mundo amaro, & tempestuoso.

i Propter hæc in doctrinis glorificate Dominum,) non vos. Vnde Psalm. 113. Non nobis, Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam, 1. Cor. 6. d Glorificate, & portate Deū in corpore vestro. Bar. 2. d. Anima quæ tristis est magnitudine mali dabit gloriam Deo. Et quia officium prædicationis sæpè concomitatur tribulationis inundatio. Sequitur

l In insulis maris)id est, in cordibus vestris fluctibus tribulationum vndique concussis.

m Nomen Domini Dei Israel) glorificate æqualiter, libenter, lætanter, sustinendo, & inde gratias referendo.

n A finibus terræ.) Vox Electorum in die iudicij.

Audiuimus,] prædicari.

o Laudes,) Dei. q Gloriam Iusti, } id est, Christi suos iustificantis. Psalm. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.

 Θ a Et dixi) dicit

a Et dixi] Ego Isaias aliis laudantibus, & hæc dicentibus. b Secretum meum mihi, &c.) aliquid superreuelatum est mihi, quod narrare non sufficio præ nimio stupore visionis. Vnde compatiendo subiungit. d Væ mihi.) Quarta pars, vbi pœnam eorum exaggerat propter culpæ

Quarta pars. exaggerationem quasi dicat dolor est mihi super afflictione grauissima Idumæorum, quæ ostensa est mihi; nec tamen iniustè, vel sine causa affligentur ita: quia.

Ier. 43. g. e Præuaricantes] corde. f Præuaricati sunt] opere legem scriptam, & legem naturalem. g Et præuaricatione trãsgressorum præuaricati sunt [exaggeratio culpę est, vt ostendatur euidens iustitia Dñi punientis.

Iusti. Et a dixit: b Secretum meũ mihi, c secretum meum mihi. Væ d mihi, e præuaricantes f præuaricati sunt, & g præuaricatione transgressorum præuaricati sunt. h Formido, & i fouea, & k laqueus super l te qui habitator es terræ. Et m erit qui fugerit à † facie formidinis, cadet in n foueam: & qui se † o explicuerit de fouea, p tenebitur laqueo: q quia cataractæ de r excelsis apertæ sunt, & s concutientur

al. † voce.
al. † explicauerit.

Differt transgressio, & præuaricatio, quia transgressio, & propriè legis naturalis est; præuaricatio legis scriptæ. Et dicitur præuaricatio a varicibus quæ sunt venæ tibiarum, ob nimium laborem itineris recuruatæ & distortæ. Et ideò. h Formido, & fouea, & laqueus, &c.] Edom Aggrauatio pœnæ est, sicut præcessit aggrauatio culpæ, quasi dicat, si primum euaserint, incident in secundum: & si secundum euaserint, incident in tertium. Vnde subdit. m Et erit: qui fugerit à facie formidinis, cadet in foueam,] id est, qui fugerit primum, cadet in secundum. o Et qui se explicauerit de fouea,] id est, explicare voluerit. p Tenebitur laqueo, & ita non euadet. Formidinem dicit timorem hostium ante captionem, foueam captionem, laqueum, carceres & compedes. q Quia cataractæ de excelsis apertæ sunt.] Septuaginta. Fenestræ cœli apertæ sunt, vt despiceret Dominus, quasi dicat, omnium miseriarum diluuium descendet super eos, tonitrua, nix, grando, fulgura de cœlo missa. s Et concutientur fundamenta terræ,] id est, motus terræ magni erunt. t Confractione confringetur terra,] quasi volens absorbere Idumæos. u Contritione conteretur terra,] i. habitatores eius. x Commotione commouebitur terra: agitatione agitabitur terra, sicut ebrius) non, quod terra Edom in puluerem, vel in nihilum redigatur, sed quia habitatores ita stupefacti erunt vt nesciant, quid faciant, sicut

Quinta pars. ebrius. z Et auferetur quasi tabernaculum vnius noctis] id est, subito destruetur Edom. a Et grauabit eam iniquitas sua,] id est, hoc grauamen faciet ei iniquitas sua. b Et corruet, & non adiiciet, vt resurgat,) id est, non restaurabitur ad pristinum statum. d Et erit in die illa]. Quinta pars, vbi agitur communiter de pœna Dæmonum, & superborum. Et erit in die illa,] quando Dominus sic affliget Idumæos. e Visitabit Dominus] vindicando. f Super militiam cœli in excelso,] i. super Principes Edom superbos & elatos. g Et super, &c.] Edom.

h Qui sunt super terram) i. qui præsunt populo terræ.

Δ Et congrega-

Mysticè. ● a Et dixi) dicit Isaias. b Secretum meum mihi) quia non possum, aut sufficio exprimere alus gaudium præparatum Electis, quod nec oculus vidit, nec in cor hominis ascendit infrà 64. b. Oculus non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti expectantibus te. c Secretum meum mihi) quia non valeo exprimere supplicia reproborum. 2. Corinth. 12. a. Audiui arcana verba, quæ non licet homini

Secretum multip. loqui. Nota. Est Dei secretum vnitas in Trinitate, 1. Cor. 2. c. Spiritus omnia scrutatur etiam profunda Dei. Item Diuinitas in humanitate, infrà 45. c. Verè tu es Deus absconditus. Item locus Maiestatis in cœlo, 1. Tim. 6. c. Qui habitat lucem inaccessibilem. Item sinus Patris, Iob. 28. c. Trahitur Sapientia de occultis, id est, filius de sinu Patris. Item mysterium incarnationis, infrà 53. c. Generationem eius quis enarrabit? Item profunditas Scripturæ. Psal. 50. Incerta & occulta Sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Item significatio futurorum. Apoc. 13. b. Agnus, qui occisus est ab origine mundi. Sed quia miserandus est hostis: Sequitur. c Væ mihi) quasi dicat, condoleo illis, quibus tot, & tanta supplicia sunt præparata.

e Præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorum præuaricati sunt.) Quater ponitur verbum præuaricationis: vnde innuitur quadruplex præuaricatio. Prima cordis: secunda oris: tertia operis: quarta consuetudinis. Et statim subiungitur alius ternarius peccatorum.

h Formido auaritiæ. i Fouea] luxuriæ. k Et laqueus) superbiæ.

l Super te, qui habitator es terræ, 1. Ioann. 2. c. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.

fundamenta terræ. t Confractione confringetur terra: u contritione conteretur terra: x commotione commouebitur terra: agitatione agitabitur terra, sicut y ebrius: & z auferetur quasi tabernaculum vnius noctis. Et a grauabit eã iniquitas sua, & b corruet: & nõ c adiiciet, vt resurgat. Et d erit in die illa: e visitabit Dñs f super militiam cœli in excelso: & g super Reges terræ, qui h sunt super terram

Iere. 48. g. Pauor & fouea & laqueus super te, ô habitator Moab. D

m Et erit: qui fugerit à facie formidinis, i. auaritiæ n Cadet in foueã (luxuriæ.

o Et qui se explicuerit de fouea] luxuriæ,

p Tenebitur laqueo (superbiæ, 3. Reg. 16. c. Quicunque fugerit gladium Azahel, occidet eum Hieu: & quicunque fugerit gladium Hieu, interficiet eum Elisæus.

q Quia cataractæ de excelsis apertæ sunt,) id est, quia à Deo data est Diabolo, & militibus eius, licentia malitiam exercendi: ita quod vix permittat aliquem effugere. Et loquitur à simili alicuius de alto prospicientis, qualiter possit inimicos suos decipere Sunt enim cataractæ occultæ venæ aquarum superiorum, vel inferiorum quibus apertis exeunt aquæ. Vnde sensus est: Ita vix euadet aliquis: quia cataractæ, id est, copiosa & abundans persecutio.

r De excelsis apertæ sunt,] id est, permissa est à Deo Diabolo & membris eius.

s Et concutientur fundamenta terræ,) id est, Principes sæculi. Qui rectè fundamenta terræ dicuntur: quia toti fundati sunt in terra: & quia premuntur à mundo, non ipsi premunt mundum per contemptum. Vnde Iob. 9. b. Sub quo curuantur, qui portant orbem.

t Confractione confringetur terra,) id est, terreni.

u Contritione conteretur terra, commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra.) Ecce quadruplex pœna redditur quadruplici peccato superius numerato, cordis, oris, operis & consuetudinis. Repetitio autem eiusdem vocabuli significat diploidem contritionis, animæ, scil. & corporis. De qua Ier. 17. c. Duplici contritione contere eos, Domine, inf. 30. c. Subitò dum non speratur, veniet contritio eius: & comminuetur, sicut lagena figuli conteritur contritione perualida.

y Sicut ebrius) qui nescit, quid agat; sic omnes; qui in mundo sunt, malorum multitudine ebrij, quid agant, ignorant.

z Et auferetur quasi tabernaculum vnius noctis) quod à viatore transfertur, ita quod nullum remanet vestigium; sic præterit figura huius mundi, 1. Cor. 7. e. Vnde Sap. 5. c. Impij spes tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis.

a Et grauabit eam iniquitas sua) quæ pondere suo in infernum demerget. Vndè Zach. 5. c. sedit iniquitas super talentum plumbi. Ps. 37. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum & sicut onus graue grauatæ sunt super me.

b Et corruet) in infernum.

c Et non adiiciet, vt resurgat, &c.) in statum pristinum. Amos. 5. a. Virgo Israel cecidit: nec adiiciet, vt resurgat.

d Et erit in die illa) id est, iudicij.

e Visitabit Dominus) grauiter puniendo.

f Super militiam cœli in excelso,) id est, super Prophetas Antichristi, & super Dæmones, qui discurrũt per istũ aerẽ Vnde infra 34. a. inebriatus est in cœlo gladius meus. Et Iob 4. d. & 25. b. Astra nõ sunt munda in conspectu eius: & in Angelis suis reperit prauitatem.

g Et super Reges, &c.] i. super aereas potestates Rectores tenebrarum harum. Ephes. 5. b. Vel super quoslibet terrena amantes. Apoc. 17. c. Decem cornua, quæ vidisti Reges sunt, qui regnum nondum acceperunt; sed potestatem tanquam Reges vna hora accipient post bestiam. Nota. Est militia cœli bona. Luc. 2. b. Facta. Est cum Angelo multitudo cœlestis exercitus. Item militia cœli mala, vt hic. Item militia terræ bona. Iob. 7. a Militia est vita hominis super terram, 2. Tim. 2. a. Labora sicut bonus miles Christi: & nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.

● Item militia terræ mala

A *a* Et congregabuntur in congregatione vnius, &c.] id est, simul recludentur in carcerem. *c* Et claudentur ibi in carcere] id est, carcer claudetur, ne possint euadere. *d* Et post multos dies visitabuntur in bono, vel in malo.

e Et erubescet Luna, &c: quasi dicat, confundi possent, & erubescere elementa propter facinus Idumæorum. *f* Cum regnauerit Dominus exercituum, &c.] id est, regnās apparuerit Iudæis liberatis, & reductis in Ierusalem. *g* Et in conspectu senum suorum, &c.] de afflictione Idumæorum, & liberatione Iudæorum.

Mysticè. *o* Heu malitia terræ mala. *Iac.* 4. d. Vnde bella & lites in vobis, nonne ex concupiscentiis vestris, quæ militant in membris vestris? Sequitur.

Et *a* congregabuntur in *b* cōgregatione vnius fascis in lacum, *c* & claudētur ibi in carcere, *d* post multos dies visitabuntur. Et *e* erubescet Luna, & confundetur Sol, cùm *f* regnauerit Dn̄s exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, *g* & in conspectu senū suorum *h* fuerit glorificatus.

C A P. XXV.

i Domine *k* Deus *l* meus, † *m* exaltabo te, *n* & confitebor nomini tuo, quoniā *o* fecisti mirabilia, *p* cogitationes antiquas *q* fideles *r* amen: *s* Quia posuisti *t* ciuitatē in † *u* tumultū, *x* vrbem fortē in *y* ruinā.

Al. † es tu.
Al. † tumulum.

a Et congregabuntur] impij pariter colligati. *b* In congregatione vnius fascis, &c.] inferni, vt similes sint in pœna, qui similes fuerunt in culpa. Luxuriosi erunt in vno fasciculo, auari in alio, superbi in alio. Vnde. *Matth.* 13. d. Colligite primum Zizania, & alligate per fasciculos ad comburendum. Sicut enim in cœlo multæ sunt mansiones Electorū, *Ioan.* 14. a. sic in inferno sūt multæ mansiones reproborū, & tamen vnus est denarius. *Mat.* 20. b. Sed diuersimodè habetur à multis. Alter punitur in ea luxuriosus, alter auarus, alter superbus & secundū quod magis peccauit, magis passibilis est, & magis torquetur. Et hæc est diuersitas mansionū inferni. Nota est fasciculus pœnitentiæ. *Cant.* 1. d. Fasciculus myrrhæ Dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Item fasciculus gloriæ. 1. *Reg.* 25. e. Erit anima Domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium. Item fasciculus culpæ *inf.* 58. b. Solue fasciculos deprimentes. Item fasciculus pœnæ, vt hic. Et *Matth.* 13. d. Per primum venitur ad secundum, per tertium ad quartum. Per primum dissoluitur tertius, per secundum quartus. *Fasciculus quadruplex*

c Et claudentur ibi in carcere] infernali vsque ad diē iudicij. *Apoc.* 20. a. Ligauit eum per annos mille, & misit eū in abyssum, & clausit & signauit super illum. *d* Et post multos dies visitabuntur] id est, ab inferis vocabuntur, vt receptis corporibus statim ad pœnas perpetuas retrudantur. Hoc nimis subtiliauit *Orig.* vt dicunt, & *Sap.* 11. d. Nihil odisti eorum, quæ fecisti, post mille annos promittens veniam omnibus damnatis, etiam Dæmonibus. Sed conuincitur, *Matth.* 25. d. Ibunt impij in supplicium æternum; quod enim æternum est, omni fine caret. *Eccl.* 41. a. Non est in inferno accusatio vitæ.

e Et erubescet Luna, & confundetur Sol] id est, vincentur maiori lumine, quod est Christus Iesus. *Apoc.* 21. g. Ciuitas non eget Sole, nec Luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. *Eccl.* 17. d. Quid lucidius Sole? & hic deficiet. Contra *infrà* 30. f. Erit lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis septempliciter erit. Sol. Erit in se, deficiet comparatione: erit ad honestatem, deficiet ad necessitatē. Vel per prosopopæiā loquitur Isaias: Erubescet Luna, & confudetur Sol, id est, visis nequitiis hominum in die iudicij, quæ omnibus patebunt, erubescere possent, quia talibus Dominis seruierūt. *Matth.* 5. g. Qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Hebræus dicit. Illi, qui coluerunt Solem, & Lunam, erubescent & confundentur. Et quando erit hoc, determinat, dicens. *f* Cùm regnauerit Dn̄s exercituum in monte Sion, &c.] cœlesti, id est, peracto iudicio, cum regnum eius omnibus apparuerit. *g* Et in conspectu senum suorum] Patriarcharum, Prophetarū & Apostolorum. *h* Fuerit glorificatus] quia illi venient cum eo ad iudicium, *suprà* 3. c. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, &c. *Pro.* vlt. c. Nobilis in portis vir eius, cum sederit cum senatoribus terræ *Num.* 11. d. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus populi, quos tu nosti, quòd senes populi sint, ac magistri. *Apoc.* 4. b. Et super thronos, viginti quatuor seniores sedentes.

EXPOSITIO CAP. XXV.

Domine Deus, &c. Viderat Propheta in spiritu interitum reproborum, & præmium electorum: viderat quoque Christum venturum ad iudicium cum Senatoribus, & glorificandum in conspectu eorum: viderat etiam confusionem luminarium in die iudicij. Vnde considerata magnitudine visionis in laudem cantici prorumpit pro magnitudine reuelationis sibi factæ. Præuidit etiam in spiritu destructionem Ierusalem, per quam ostenditur iustitia eius, quia non parcit eis, licet sint populus peculiaris, & super hoc etiam quasi congratulans iustitiæ Dei, prorumpit in canticum per totum cap. Vnde dicit. *i* Domine Deus meus, exaltabo te] prædicando magnitudinem tuam. *n* Et confitebor nomini tuo] laudando & gratias referendo. *o* Quoniam fecisti mirabilia] Iudæos ita grauiter puniendo, quòd nunquam tam mirabiliter vindicauit se de aliqua Gente, sicut de Iudæis.

p Cogitationes antiquas,] id est, antiquo conceptas.

q Fideles] id est, in veritate completas. *r* Amen] id est, verè, quoniam Hebræum est, vt dicit *Ierom.* Et sumitur tripliciter. Primo nominaliter, *Apoc.* 3. c. Hæc dicit amen testis fidelis. Verbaliter *Deut.* 27. d. Dicit omnis populus amen, id est, fiat. Aduerbialiter iurandi, *Ioan* 6. f. Amen, amen, dico, vobis. Temporis. *Rom.* 9. a. Qui est super omnia benedictus Deus in sæcula amen, id est, sine fine. Deinde causam cantici, & laudis, & quæ sint mirabilia, quæ cogitationes antiquæ, aperit, dicens. *Amen sumitur tripliciter.*

s Quia posuisti] quasi verè fecisti mirabilia, quia posuisti.

t Ciuitatem] Ierusalem. *u* In tumultum] vel in tumulum] ruinæ, vnde exponit se.

x Vrbem fortem in ruinam] per Chaldæos, tamen *Ierom.* exponit per Romanos.

A *a* Domum alienorum] *Mysticè.*

Mysticè. *i* Domine Deus] quasi dicat, quia tot, & tanta reuelasti mihi de die iudicij, & aduentu Christi: ideò, Domine, qui timendus es. *k* Deus] qui honorandus.

l Meus] qui diligendus. *m* Exaltabo te] apud homines magnitudinem tuam prædicando, quia in te maior esse non potes. *n* Et confitebor nomini tuo] id est, virtuti tuæ, gratias referendo. *o* Quoniam fecisti mirabilia] retribuendo vnicuique iuxta opera sua. *Iob.* 37. a. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. Alia noua mirabilia fecit, scilicet, Deum hominem, verbum infantem, matrem virginem, mortuum immortalem, De quibus *Iob.* 9. b. Qui facit magna, & inscrutabilia, & quorum non est numerus. Et *Psalm.* 97. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit, quia humanum genus de seruitute Diaboli liberauit. Et pro huiusmodi cantandum est ei. *Ierem.* 20. d. Cantate Domino, laudate Dominum; quia liberauit animam pauperis de manu malorum. *Eccl.* 43. d. Benedicentes Dominum laudate, & exaltate illum, quantum potestis: maior est enim omni laude: Exaltantes autem eum replebimini virtute.

p Cogitationes antiquas] fecisti, id est, æternas.

q Fideles] id est, in veritate impletas. De quibus dicitur *Rom.* 8. f. Quos prædestinauit, hos & vocauit: quos vocauit, & hos iustificauit, & quos iustificauit, hos & magnificauit.

r Amen] i. verè, ita erit. *s* Quia posuisti] iam præscientia *t* Ciuitatem] i. mundum: De qua *Apoc.* 18. e. Væ, væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.

u In tumultum ruinæ, & discordiæ. Nunc est in tumultu discordiæ, in die iudicij erit in tumultu ruinæ. Vel in tumulum mortuorum. Mundus enim nihil aliud est, quam tumulus, vel Sarcophagus plenus cadaueribus mortuorum. Quid est homo peccator nisi cadauer foetidum? *Apoc.* 18. a. Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est Dæmoniorum habitatio, & custodia omnis Spiritus immundi, 1. *Ioan.* 2. c. Omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Vel.

s Posuisti ciuitatem] Ierusalem.

u In tumulum] discordiæ.

x Vrbem fortem] i. Ecclesiam. De qua *infra* 26. a. Vrbs fortitudinis nostræ Sion: illam posuisti.

y In ruinam] grauissimam peccatorum. *Mich.* 3. d. Sion, quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidū erit, & mons templi in excelsa siluarum, vt non sit ciuitas, id est, ciuium vnitas; sed ciuium discors varietas. Vel.

x Vrbem fortem] id est, Ierusalem.

y In ruinam] per Romanos propter mortem Christi,

a Domum alienorum

a domum alienorum, vt non sit b ciuitas, c & in sempiternum non ædificetur: d super hoc e
D laudabit te populus f fortis g ciuitas gentium robustarum h timebit te. i Quia factus es fortitudo pauperi, k fortituto egeno in l tribulatione sua, m spes à turbine, n vmbraculum o ab æstu. Spiritus enim p robustorum q quasi turbo impellens parietem. Sicut r æstus in siti, s tumultum alienorum t humiliabis, u & quasi calore sub nube torrente † x propagines fortium y marcescere facies. Et z faciet Dominus exercituum a omnibus populis in b monte hoc c conuiuium pinguium, d conuiuium vindemiæ, e pinguium medullatorum, f vindemiæ defœcatæ.

al.† propaginem.

A a Domum alienorum,] id est, Iudæorum à Deo alienatorum (Vnde Psal.17. Filij alieni mentiti sunt mihi,) supple humiliasti, vel posuisti in tumultum. b Et non sit ciuitas amplius in eodem statu, vel in eodem loco. Ciuitas enim euersa à Nabuchodonosor, restituta est à Neemia, & à Iesu magno Sacerdote: euersa a Romanis, restituta est ab Ælio Adriano; sed non in eodem loco, nec in statu pristino: postea etiam destructa est funditus ab Ælio, & postea restituta est, vbi modo est, & nescitur à quo: vnde iam non est omninò eadem ciuitas. c Et in sẽpiternũ non ædificetur,] qualis priùs, & vbi antè. d Super hoc,] id est, super hac vindicta Iudæorum. e Laudabit te populus fortis] Medi, Persæ, Chaldæi, & cæteræ Gentes videntes Dei iustitiam in puniendo Iudæos, & postea misericordiam in reducendo eos de captiuitate. g Ciuitas Gentium robustarum timebit te,) videns vltionem in Iudæos.
i Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno,] id est, populo Iuda quem de seruitute Babylonica liberasti.
l In tribulatione sua] quam passi sunt in captiuitate.
m Spes à turbine,] i. ab aduentu Nabuchodonosor subitò, & impetuosè venientis. n Vmbraculum ab æstu,] tribulationis & angustiæ captiuitatis, vel infestationis Tobiæ, & Sanaballath post reditum de captiuitate. Neem.3. & 4.
p Spiritus enim robustum,] id est, superbia Chaldæorum, vel Tobiæ, & Sanaballath, fuit eis.
q Quasi turbo implens parietem] non subuertens quia dum Iudæi ædificarent: Tobias, & Sanaballath infestauerunt eos; sed non omnino impedierunt, sicut turbo licet noceat parieti impellendo; tamen non diruit subuertendo. r Sicut æstus in siti,] id est, superbia Tobiæ & Sanaballath fuit eis, sicut æstus in siti, Æstus enim laborem sitis augmentat; sic illi laborem Iudæorum, quem habuerunt de Babylonia redeundo, & quem sustinebant ædificando, augmentauerunt infestando. Oportebat enim, quòd Iudæi vna manu ædificarent, & alia tenerent gladium ad pugnandum, vt legitur Neem.4.c.
s Tumultum alienorum,] id est, Tobiæ, & Sanaballath.
t Humiliabis] quia ipsis cogitantibus impedire opus, reuelabitur consilium eorum Neemiæ, qui faciebat armari Iudæos; & frustrabitur eorum consiliũ vt legitur Neem.4.b.
u Et quasi calore sub nube torrente] i. vrente. x Propagines fortium] id est, vires, & consilia illorum duorum.
y Marcescere facies] id est, languere, vel deficere, eo quod non possent Iudæos ab ædificio impedire. z Et faciet Dominus exercituum] id est, angelicarum virtutum. a Omnibus populis] i. multis.
b In monte hoc] i. in Ierusalem. c Conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ] id est, quale fit post collectam vindemiam, scilicet. e Pinguium medullatorum vindemiæ defœcatæ,) id est, purissimæ, sine fœce. q. d. optimum vinum, & optimas carnes habebunt in illo conuiuio.
Δ Hoc fuit quando Iudith

Mysticè.

Θ a Domum alienorum) humiliasti,] id est, Iudæorum, qui priùs domestici facti sunt alieni. b Et non sit ciuitas) Domini. c Et in sempiternum non ædificetur] vt priùs Mich.3.c. Siõ quasi ager arabitur, & Ierusalẽ quasi aceruus lapidum erit. d Super hoc] id est, Iudæorum vindicta,
e Laudabit te populus Gentium conuersarum. Vel populus, id est, congregatio Sanctorum. Psal.57. Lætabitur Iustus, cùm viderit vindictam. f Fortis) in fide, & in sustinenda pro Christi nomine passione.
g Ciuitas gentium robustarum] id est, Ecclesia. h Timebit te,) timore bono. De quo Ps.18. Timor Domini Sanctus. Et Eccles.1. b. Initium Sapientiæ timor Domini.
i Quia factus es fortitudo pauperi] id est, Christo. De quo dicitur Zach.9. c. Ecce Rex tuus veniet tibi mansuetus. Hebræus habet Hebion, quod sonat pauper. k Fortitudo egeno) id est, Christo, qui dicit Matth. 8. c. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput suum reclinet. Pauper est, qui parum habet in pera, inops, qui est sine ope amicorum. Christus, & pauper, & inops: quia nec res, nec amicos habuit in mundo. Psalm. 85. Inops & pauper sum ego.
l In tribulatione sua] passionis. Eccles.35. d. Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.
m Spes à turbine) impetus Iudaici populi.
n Vmbraculum,) id est, potectio. o Ab æstu,) id est, contra æstum mortis vt non deficeret; sed die tertia resurgeret, Eccl.34.c. Protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris vmbraculum meridiani. Vnde in Cruce dixit moriens: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. f. p Spiritus enim robustorum,] id est, Iudæorum superborum fuit,
q Quasi turbo impellens parietem,] id est, Christum in passione immobilem. Christus paries impulsus dicitur quoad carnem. Cant.2. c. En ipse stat post parietem nostrum.
r Sicut æstus in siti] recta comparatio. Æstus foris vrit, sitis intùs; sic Iudæi, & omnes mali exteriùs vruntur per laborem, & interiùs per cupiditatem, Ioel.2. b. Omnes vultus redigentur in ollam, quæ est exteriùs nigra, & interius bullit Boni verò etsi exteriùs sunt nigri per laborẽ; interiùs sunt formosi per virtutem. Cant.1. b. Nigra sum, sed formosa.
s Tumultum alienorum) id est, Iudæorum contra Christum tumultuantium.
t Humiliabis) Domine, per Romanos, vel in die iudicij.
u Et quasi calore sub nube torrente propagines fortium marcescere facies,] id est, sicut vites moriuntur vredine proueniente ex calore existente sub nube; sic facies deficere Iudæorum fortitudinem. Zach. 10. b. Erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in Prælio.
z Et faciet Dominus exercituum omnibus populis,] id est, Electis ex omni populo.
b In monte hoc] id est, in Ecclesia triumphante.
c Conuiuium pinguium,] id est, omnimodæ beatitudinis. Vnde. Psalm. 16. Satiabor cùm apparuerit gloria tua.
d Conuiuium vindemiæ.) id est, omnimodæ iucunditatis, Psal.35. Torrente voluptatis tuæ potabis eos.
e Pinguium medullatorum) id est, interiorum gaudiorum.
f Vindemiæ defæcatæ) id est, iucunditatis Purissimæ sine fæce tristitiæ. Ibi enim erit gaudium merum sine tristitia; sicut vinum dicitur merum sine aqua. Nota, est conuiuium Ecclesiæ militantis, scilicet, gratiæ. De quo Prouerb.9. a. Immolauit victimas suas, & miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Apoc.3.d. Si quis aperuerit mihi, intrabo, & cœnabo cum illo: & ipse mecum. Item est conuiuium Ecclesiæ triumphantis, scilicet, gloriæ. Luc.22. c. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Octo tanguntur in hac auctoritate, quæ faciunt conuiuium laudabile. Primum nobilitas inuitatoris. Ego. Secundum, ordinata dispositio ferculorum. Dispono. Tertium, honestas conuiuatum. Vobis. Quartum, hilaritas vultus: sicut disposuit mihi. Luc. 15. d. de filio reuertente. Quintum, auctoritas inuitantis: Pater meus. Sextum, fœcunditas mensæ. Vt edatis, & bibatis super mensam meam. Septimum, amœnitas loci. In regno. Octauum securitas: Meo. O quam gloriosum est interesse illi conuiuio. Ester. 1. a. Tertio anno imperij sui fecit Rex Assuerus grande conuiuium cunctis Principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & perfectis. In primo est refectio, in secundo satietas. Vnde Psal.16. Satiabor, cum apparuerit gloria tua in vtroque ebrietas. De primo Cantic.5. a. Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, charissimi. De secundo dicitur in Psalm.35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. In vtroque est adeps, & pinguedo, id est, interior, & exterior crassitudo. Adeps primi, intentio bona: pinguedo, operatio bona. Ps.62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima. Adeps secundi stola animæ; pinguedo stola corporis, Ier.31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine. Item est conuiuium mundi prosperitas, vbi tria fercula comeduntur diuitiæ, deliciæ & honores, Eccl.13. a. Si habes conuiuet tecum, & euacuabit te: & ipse non dolebit super te. Item est conuiuium inferni. Prou.9.d. In profundis inferni conuiuæ eius. Sequitur.

Quadruplex conuiuium.

Octo faciunt conuiuium laudabile.

Θ a Et præcipitabit] Dominus

a Hoc fuit, quando Iudith occidit Holofernem in ob sidione Bethuliæ. Tunc enim Ierosolymitæ præ gaudio fecerunt ei aureum splendidum & solennem. a Et præcipitabit in monte isto, id est, in Ierusalem, id est, in Bethulia, quæ pertinebat ad Ierusalem. c Faciem vinculi colligati. &c.] id est, Holofernē, qui ferè omnes populos subiugauerat Nabuchadonosor. d Et telam, quam orditus est, Holofernes, vel Nabuchadonosor, id est, imperium, siue potestatem per omnes populos, quos, collegerat sibi subiugando, sicut multa fila colliguntur ad texendam telam. f Super vniuersas nationes præcipitabit mortem in sempiternum,] id est, ipsum Holofernem, qui multis erat causa mortis. h Et auferet Dominus Deus omnem lacrymam ab omni facie,] id est, seruitutem & oppressionem Holofernis ab omni populo quæ faciebat eos lachrymari. k Et opprobrium populi sui] Iudaici. l Aufferetur de vniuersa terra] eos de captiuitate liberando & eorum amicos demoliendo. Et reuera ita erit. m Quia Dominus locutus est, qui non potest mentiri. n Et dicent] Iudæi. o In die illa liberationis suæ. p Ecce Deus noster iste) qui liberauit nos, & inimicos nostros deleuit.

q Expectauimus eum patienter vt saluaret nos. r Et saluabit nos promissa complendo. f Iste Dominus] admirabilis, & demonstrabilis. t Sustinuimus eum] sperando in eum. u Et exultabimus non fraudati à spe nostra.

x Et lætabimur in salutari eius; id est, in salutatione eius, qui saluauit nos. Exultabimus corpore, lætabimur mente. z Quia requiescet manus Domini,) id est, effectus potentiæ suæ manifestus erit.

a In monte,] id est, in Ierusalem. b Et triturabitur Moab sub eo,] id est, sub eius custodia & auxilio. d Sicut teruntur paleæ in plaustro ritu Palestinæ, vbi serratis plaustris teruntur paleæ vt eas animalia faciliùs pascant, & ruminent. Hoc factum fuit sub Machabæis, qui Moabitas omninò subiugauerunt qui semper fuerunt maximè Iudæis infesti, quia vicini erant.

e Et extendet] Moab. f Manus sub eo,] id est, sub Domino, quasi tubans. g Sicut extendit natans, totum corpus, ad natandum. Secundum vulgarem modum loquendi loquitur hic Isaias: Dicitur enim vulgariter. Ego percutiam te, ita quod faciam te totum extendere, sicut rana percussa, quasi dicat, multum fortiter percutiet Dominus Moabitas per Machabæos. h Et humiliabit] Dominus. i Gloriam eius,) scilicet, Moab, id est, ipsos Moabitas superbos & gloriosos. k Cum allisione manuum eius,] ita quòd allident manus ad inuicem, sicut faciunt valdè dolentes. l Et munimenta sublimium murorum tuorum,] i. ciuitatum tuarum muratarum, à Moab. Metaplasmus est. m Concident & humiliabuntur, & detrahentur ad terram vsque ad puluerem,; & per combustionem.

a Et præcipitabit) Dominus. b In monte isto.] id est, in Ierusalem. c Faciem vinculi colligati super omnes populos,] id est, Antichristum omnes colligantem sibi. d Et telam] prauæ societatis. e Quam orditus est] minis promissis, miraculis. Vel sic. a Præcipitabit) Dominus in die iudicij. c Faciem vinculi colligati super omnes populos] id est, necessitatem moriendi. d Et,] id est, telam quam orditus est,) Adam peccando. f Super vniuersas nationes,] quia omnes induti sunt illa tela. Item vinculum est fomes, facies vinculi primus motus, quos præcipitabit Dominus in die iudicij: tela est miseria humani generis: stamen eius quod semper stat inuariabile, est necessitas moriendi subtegmen, siue trama eius, est pœna quotidiana, quæ variatur, & mouetur, vt trama. Quilibet vestem habet de hac tela. De qua Iob. 7. b. Dies mei velociùs transierūt, quam à texente tela succiditur quia siue homo dormiat, siue vigilet, semper tendit ad defectum. Item, Inf 38. c. Præcisa est velut à texente via mea. Item Diabolus orditus est telam peccati, quia primus peccauit: accessit Adam & intexuit post ipsum & post Adam omnes peccatores intexunt vsque ad finem sæculi: & tunc fient eis vestes de tela sua inf. 59. a. Telas aranearum texuerunt in vestimentum Gloss. Sanctorum quia ibi non texuerunt aut per confessionem detexuerunt Et si texuisti in hac tela, detexe educendo filum post filum, i. peccatum post peccatum. Nam si scindere volueris in grosso, citò tela erit Diabolus, qui & telam ordiuit & texentes conducit.

al. † non habet,
al. † omnem. Apoc. 7. d. 21. a.
al. † expectauimus.
al. † saluauit.
D

Et a præcipitabit in b monte isto c faciem vinculi colligati super omnes populos, & d telam, quam e orditus est, super f vniuersas nationes, g præcipitabit mortē in sempiternum. Et h auferet Dñs Deus † omnē lachrymam i ab omni facie, k & opprobrium populi sui l auferet de vniuersa terra: quia Dñs m locutus est. Et n dicent in o die illa: p Ecce Deus noster iste, † q expectauimus eum, r & † saluabit nos. f Iste Dominus, t sustinuimus eum, u & exaltabimus, x & lætabimur in y salutari eius: quia z requiescet manus Domini in a monte isto. Et b triturabitur Moab c sub eo, d sicut teruntur paleæ in plaustro. Et e extendet f manus suas sub eo, g sicut extendit natans ad natandū: & h humiliabit i gloriam eius cū k allisione manuum eius. Et l munimenta sublimium murorū tuorum m concident, & n humiliabuntur; & o detrahentur † ad terram vsque ad puluerem.

g Præcipitabit mortem in sempiternum, vt amplius non sit dissolutio animæ & corporis, 1. Cor. 15. d. Nouissime destruetur inimica mors h E. auferet Dominus Deus omnē lachrymam,) i. causam omnis lachrymæ. i Ab omni facie,) Sanctorum Apoc. 7. d. & 21. a. Abstergēt Dñs omnem lachrymam ab oculis eorum infr. 51. d. Gaudium & lætitiā obtinebunt: & fugiet dolor & gemitus. k Et opprobrium populi sui,) id est, seruitutem Diaboli. l Auferet de vniuersa) Sanctorum.

al. † in.

m Quia Dominus locutus est,) quod ita fiat. Osea 13. d. Ero mors tua, ô mors. n Et dicent liberati. o In die illa,] absorpta morte. p Ecce Deus noster iste,) admirabilis, ad oculum demonstrabilis, Deus, contra Arrium: noster contra Donatum: iste, contra Manichæum. q Expectauimus eum, in prosperis, verbis eius credendo. r Et saluabit nos] promissa complendo. f Iste Dominus.) noster est supple. t Sustinuimus eum,) in aduersis patiendo. u Et ideò, exultabimus corpore de faucibus mortis erepti. x Et lætabimur) mente ab omni peccato mundati. y In salutari eius. id est, in Christo. Eccl. 20. b. Metuentes Dominum sustinete misericordiam eius: & ne deflectatis ab illo, ne cadatis. z Quia requiescet manus Domini,) id est, potentia Diuinitatis, quæ antè in membris eius laborabat.

a In monte isto,) id est, in Ecclesia Sanctorum. Nota manus Domini: est patris filius Psalm. 143. Emitte manum tuam de alto, eripe me, &c. Item Psalm. 103. Aperiente manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Item manus Domini misericordia. Psalm. 36. Cum ceciderit iustus, non collidetur quia Dominus supponit manum suam. Item manus Domini vindicta. Iob. 13. c. Manum tuam longè fac à me.

b Et triturabitur Moab,] id est, minuetur Diaboli potentia.

c Sub eo,] id est, sub Christo.

d Sicut paleæ teruntur in plaustro,) id est, in extremo iudicio. Amos 2. d. Stridam super eos, sicut stridet plaustrum, infrà 41 d. Posui te quasi plaustrum triturans nouū habens rostra serrantia. Si igitur Christus plaustrum triturans est; caue, ne sis palea, quia paleæ comburentur igne inextinguibili. Matth. 13. c. e Et extendet manus suas sub eo) id est, sub Christo.

g Sicut extendit natans ad natandum.) Qui natat extendit se totum: similiter qui premitur à dorso cum furca, totus extenditur; ita Diabolus & membra eius in gehenna totaliter extendentur patiendo, qui modò totaliter extenduntur in culpa delectando. Natans extensione manuum Crucem exprimit: in quo notatur, quòd Diabolus fuit à Domino crucifixus Iosue 8. f. Regem quoque Hai, id est, confusionis suspendit in patibulo.

h Et humiliabit Dominus.

i Gloriam eius) id est, Diaboli.

k Cùm allisione manuum eius,] id est, operum & potentiæ eius. Omnes enim mali, & opera eorum cum Diabolo in fine perdentur, suprà 1. g. Erit fortitudo vestra, quasi fauilla stupæ. Eccl. 14. c. Omne opus corruptibile in fine deficiet & qui operatur illud, ibit cum illo. l Et munimenta murorum tuorum sublimium concident,] in infernum. Sublimes muri Diaboli Potentes, & Tyranni sæculi. Munimenta eorum sunt satellites eius, qui vnà in barathrum concident in die iudicij, cum dicetur eis: Ite maledicti, in ignem æternum. Matth. 25. d.

n Et humiliabuntur, in inferno, qui modò gloriantur in mundo. o Et detrahentur ad terram, vsque ad puluerem,] qui modò detrahunt alios ad peccatum. Et notantur hic tria, casus, vilitas, & violentia reproborum.

Quadruplex communem.

EXPOSI

EXPOSITIO CAP. XXVI.

IN die illa.] In parte huius cap. agitur de gaudio, quod habuerunt Iudæi, destructis Moabitis tempore Machabæorum. Fecerunt enim conuiuium magnum vt legitur 1o *libro Machabæorum*. In secunda parte agitur de destructione Ierusalem futura, primò per Chaldæos secundò per Romanos, *ibi*: Quia

A incuruabit habitantes. Sed quoniam quæ sequuntur, non possunt exponi ad literã, licet aliqui fabulentur totum cap. iuxta *Gloss*. Mysticè de Ecclesia, & de his, quæ fient in die iudicij exponemus. Et diuiditur hoc cap in quatuor partes. In prima ponitur gaudium saluandorum in die iudicij Deum laudantium. In secunda de humiliatione malorum, *ibi*: Quia incuruabit. In tertia agitur de pace, & salute bonorum. *ibi*: Domine, dabis pacem. In quarta de triumpho Sanctorum in præsenti, & gloriosa resurrectione eorumdem in futuro, *ibi*: Viuent mortui dicit ergo. *a* In die illa,] cùm Moab, id est, Diabolus fuerit humiliatus in inferno cum corpore suo.

al. † non habet.

† Sion.

CAP. XXVI.

IN *a* die illa *b* cantabitur *c* canticum istud in *d* terra Iuda Vrbs *e* fortitudinis nostræ † *f* Sion *g* Saluator, *h* ponetur in *i* ea *k* murus, & *l* antemurale. *m* Aperite portas, & *n* ingredietur Gens iusta, *o* custodiēs veritatem. *p* Vetus error *q* abiit: *r* seruabis pacem, *s* pacem, *t* quia in te sperauimus. *u* Sperastis in Domino in sæculis æternis, in *x* Domino Deo forti in perpetuum *y* Quia incuruabit habitantes in excelso, *z* ciuitatem sublimem humiliabit. *a* Humiliabit eam vsque ad terram, detrahet eã vsque ad puluerē. † *b* Cõculcabit eam pes, pes pauperis, *c* gressus egenorum, *d* Semita Iusti *e* recta est, *f* rectus callis Iusti ad ambulandum. Et in *g* semita iudiciorũ tuorũ, Dñe *h* sustinuimus te: *i* nomē tuũ, & memoriale tuũ in *k* desiderio animæ. *l* Anima mea † *m* desiderauit te in nocte: *n* sed *m* spiritu meo in *o* præcordiis meis *p* de mane *q* vigilabo ad te. *r* Cũ feceris iudicia tua in *s* terra, *t* iustitiã discēt habitatores orbis. *u* Misereamur im-

Al. † cõculcabit.

B

al. † desiderabit.

b Cantabitur à Sanctis. *c* Canticum istud] quod sequitur. *d* In terra Iuda,] id est, in Ecclesia confitente Domino laudes. *e* Vrbs fortitudinis nostræ] hoc est, canticum: & est vox Iustorum, & hic, & in futuro dicentium: Vrbs fortitudinis nostræ. *f* O Sion] id est, ô Ecclesia militans. *g* Saluator,] id est, Christus, qui sperantes in se saluat, est. *e* Vrbs fortitudinis nostræ] i. munimentum & protectio nostra, quasi dicat nõ in nostris viribus, sed in Christo confidimus: quia quicquid fortitudinis habemus, ab eo est. *h* Ponetur in ea] simplex relatio, *i* in ea] vrbe, id est, Ecclesia.

h Ponetur] à Christo. *k* Murus,] i. nouum testamentum. *l* Et antemurale,] id est, vetus testamentum. Vel *k* Murus] Apostoli & cæteri Sancti Moderni. *l* Et antemurale Patriarchæ & Prophetæ, & cæteri Sancti Antiqui, qui omnes sunt viui lapides, de quibus factus est duplex murus Ecclesiæ: sicut in Ierusalem ad literam duplex murorum clausio. Vel.

k Murus,] operatio. *l* Antemurale.) fides. Vel.

k Murus prælati. *l* Antemurale Principes, qui primos ictus debent sustinere. Vel sic. *e* Vrbs fortitudinis nostræ,] & murus Diuinitas Christi, antemurale humanitas eius. Vnde *Zach*. 2. b. Ero eis, ait Dominus murus ignis in circuitu *Prou*. 18. Turris fortissima nomen Domini. Deinde videns Propheta votum canticum, dicit ad Angelos, qui sunt custodes Ecclesiæ.

m Aperite portas] Cœli, id est, opera virtutum, vel portas vitæ, quæ sunt fides, charitas, humilitas, & cæteræ virtutes; sicut portæ mortis sunt iniquitas, infidelitas, & cætera vitia. Qui liberatur de portis mortis, potest ingredi portas vitæ: & qui has non fuerit ingressus non potest inuenire vnam portam, quæ est immediatus introitus in cœlum, quæ est Christus ad quam venitur per illam, de qua *Psal*. 117. Hæc porta Domini: Iusti intrabunt per eam *Ioan*. 10. b. Ego sum ostium. Igitur ô Angeli, ô Doctores, aperite portas vitæ *n* Et ingredietur] id est, faciens iustitiam. *o* Custodiens,] vitæ, iustitiæ, doctrinæ, quasi dicat, O Angeli, cooperamini Iustis, & corroborate eos in operibus virtutum vt] possint venire ad Christum audiens ergo populus fidelis hanc iussionem Domini, de eius auxilio fidens respondet: Bonum est ita fieri, quia. *p* Vetus error,] id est, idolorum, vel vetus conuersatio *q* Abiit) à nobis. Vnde *Cant*. 2. c. Surge, propera amica mea. & veni: iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Et ideò, ô Domine. *r* Seruabis pacem] pectoris in præsenti. *s* Pacem] æternitatis in futuro, quæ est pax super pacem, quæ exuperat omnem sensum, *Phil*. 4. b. De qua *Ioan*. 14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Vel: Pacem pacem, id est, quietem corporis, & animæ. Et repetitio confirmatio est. Et hanc habet ille, de quo dicitur: Homo filiorum Israel, *Leu*. 24. c. vt duplex homo duplicem pacem consequatur. Vel: Pacem ad Deum, pacem ad proximum, 1. *Paral*. 12. a. Pax pax tibi, ô Dauid. Hanc pacem seruat nobis Dominus, vt thesaurum charissimum. De qua dicitur *Eph*. 2. d. Veniens Euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis, & pacem his, qui prope. Et meritò.

t Quia in te sperauimus] non in mundo. Et respõdet: Verè, *u* Sperastis in Domino in sæculis æternis,) i. sẽper, vel in Domino, qui est æternus. *x* In Domino Deo forti in perpetuum] & ideò non estis confusi quia spes non confundit *Rom*. 5. a. *Eccl*. 2. b. Quis sperauit in Domino, & confusus est? Et reuera fortis est Dominus, *y* Quia incuruabit habitantes in excelso) i. Dæmones, vel quoslibet superbos: quia qui se exaltat, humiliabitur. *Luc*. 18. c. *z* Ciuitatem sublimem,] i. Romam vel Ierusalem, dicit *Ieron*. vel mundum, humiliabit per Chaldæos. *r* Humiliabit eam vsque ad terram,] per Titum & Vespasianum, quia occidit Prophetas. *Matth*. 23. d. *b* Conculcabit eam pes, pes pauperibus,] id est, Christus, quem iniustè damnauerunt, qui dicit *Psal* 68. Ego sum pauper, & dolens. *c* Gressus egenorum,] i. Apostolorum, quos expulerunt Iudæi de finibus suis: qui Domini paupertatem imitantes, priuilegium virtutis eius consecuti sunt: qui super Ierusalem puluerem pedum suorum excusserunt. *Matth*. 10. b. *Act*. 18. b. quasi dicat, Propheta: abiectio Christi, & Apostolorum erit causa conculcationis Ierusalem. *d* Semita iusti,] i. doctrina Christi, vel vita.

e Recta est) rectè ducens ad patriam. *Osea vlt*. d. Rectæ viæ Domini: & Iusti ambulabunt in eis. *f* Rectus callis Iusti.) Inculcatio est: vel illud ad præcepta, istud ad consilia refertur. *g* Et in semita] id est, doctrina Euangelij, in quo sunt omnia iudicia tam noui, quàm veteris testamenti, *h* Sustinuimus te,] id est, patienter expectauimus ambulantes in ea. Et est vox Sanctorum in die iudicij. Et nota, qui ambulat per semitam, vitat dispendium stratæ: sic Sancti ambulantes per semitas consiliorum, vitauerunt dispendia æternorum suppliciorum. *i* Nomen tuum, &c.) id est, memoria tui nominabilis.

k In desiderio animæ,] nostræ fuit, quasi dicat toto desiderio memoriam tui habuimus expectantes te. *Eccl*. 49. a. Memoria Iosue in compositione odoris. *Osea* 5. c. Memoriale tuum, sicut vinum Libani. Deinde sequitur vox Prophetæ.

l Anima mea) licet non caro, quæ concupiscit aduersus spiritum. *Gal* 5. c.

m Desiderauit te,) aduersitatis. Vndè *Cant*. 3. a. In lectulo meo per noctem quæsiui, quem diligit anima mea. *Greg*. Quantò grauiùs patitur quis absconsam Dei, tantò feruentiùs quærit eum.

n Sed & spiritu meo) prosperitatis.

q Vigilo ad te] promerendum, quasi dicat omni tempore desideraui te, & cogitaui ad te. Vel sic.

l Anima mea, i. inferior portio rationis. *m* Desiderauit te in nocte] peccati. Vnde *Psal*. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum *n* Sed & spiritu meo,) id est, superiori parte rationis. *o* In præcordiis meis,) id est intimis desideriis.

p De mane,] gratiæ. *q* Vigilabo ad te. Vnde *Psalm*. 62. Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo. Vnde animæ, nox, & desiderium rectè coniunguntur; spiritui verò mane & vigilia. *r* Cùm feceris iudicia tua,] id est, vltiones in die iudicij, *s* In terra] i. in terrenis. *t* Iustitiam discent habitatores orbis) id est, qui fuerunt habitatores mundi, vt peregrini tunc cognoscent Iustum quem modò reputant iniustum. *Psalm*. 9. Cognoscetur Dominus iudicia faciens, *inf*. 28. e. Sola vexatio tantummodo intellectum dabit auditui, sine aliquo magistro. Deinde sequitur vox Domini ad Prophetam. *u* Misereamur impio,) q. d. O Isaia, tu scis, quòd impij non discent iustitiam, donec fecero vltiones in die iudicij: & ita tacitè me inuitas, vt flagellem impios in præsenti, vt sic discant iustitiam.

Sed potiùs

Sed potiùs) misereamur impio] i. incredulo, vel cuilibet iniquo, vt sic discant clementiam meam, quasi dicat, Dominus melius est misereri, quàm flagellare. Et respondet Propheta. Ita tu misereberis impio, i. parces ei à flagellis. *a* Et nõ discet iustitiã facere] i. non aget pœnitentiam quasi dicat quomodo poterit nosse tuã iustitiam expertus tantùm tuam clementiam? *Eccl.* 8. b. quia non profertur citò contra malos sententia, absque vllo timore filij hominum perpetrant mala. *Sap.* 11. b. Cùm audirent per sua tormenta benè secũ agi, commemorati sunt Dominũ admirantes in finem exitus, id est, finem afflictionis. *b* In terra sanctorum] id est, in corpore Sanctorum: quia animæ nihil mali potest facere.

C

al. † in

a & non discet iustitiam facere. In *b* terra Sanctorum iniqua *c* gessit: & non *d* videbit gloriam Dñi. Domine, *e* exaltetur manus tua, & non *f* videant: *g* videant, & *h* confundantur zelantes populi, & *i* ignis *k* hostes tuos deuoret. *l* Domine, dabis pacem nobis: omnia *m* enim opera nostra *n* operatus es † nobis *o*, Dñe *p* Deus *q* noster, *r* Domini *f* possederũt nos *t* absque te: tantũ in *u* te *x* recordemur nominis tui, *y* Morientes nõ *z* viuãt: *a* Gigantes non *b* resurgant. *c* Propterea *d* visitasti, *e* & contriuisti *f* eos, *g* & per-

c Iniqua gessit] & ideò iustum est, vt sentiat tuam iustitiam. Et Respondet Dominus verum est. *d* Et] ideò [non videbit gloriam Domini,] id est, Dominum gloriosum in Deitate, videbunt autem in humanitate, quasi dicat Dominus, sufficit ei ad pœnam, quòd non videbit me regnantem in gloria cum Sanctis meis: & ideò parco ei in præsenti. Et respondet Propheta. *e* Domine exaltetur manus tua] id est, potentia tua in iudicio. *f* Et non videant] impij gloriam tuam, quasi dicat idipsum approbo, quòd impij non videant gloriam Dei. Et respondet Dominus. Imò *g* Videãt] me exaltatum in iudicio, & gloriã meorum, *h* Et confundantur zelantes populi] id est, inuidentes mihi, & meis, quasi dicat, videbunt lumen iudicantis, sed non eos illuminantis. *Zach.* 12. c. Aspicient ad me, quem confixerunt, *Apoc.* 1. b. videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt: & tunc plangent se super eum omnes Tribus terræ, non Tribus cœli. *Ier* Aut non videbit impius pietatis meæ clementiam, quæ est gloria mea? Quid enim est gloriosius, quam temperantia animi in potestate vlciscendi, quæ est clementia. Et respondet Propheta: Ita fiat Domine. *i* Et ignis:] inuidiæ, vel gehennæ. *k* Hostes tuos,] id est, omnes impios [deuoret:] quasi dicat, non solùm confundantur de tua visione sed & deuorentur igne gehennæ: Et cùm hoc fuerit factum, tunc. *l* Domine; dabis pacem nobis, quæ exuperat omnem sensum. *Phil.* 4. b. Quæ post omnia retribuenda est bonis. Et verè dabis gratuitò, non reddes merito. *m* Omnia enim opera nostra] id est, bona merita.

Tertia pars.

n Operatus es nobis] vel [in nobis] propter quæ dabis pacem. *Phil.* 2. b. Deus operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. *Rom* 9. c. Non est volentis, neque currentis; sed Dei miserentis. Tamen liberum arbitrium cooperatur gratiæ, vnde 1. *Cor.* 15. b. Non ego sed gratia Dei mecum. Deinde loquitur Propheta in persona Iudæorum conuersorum ad fidem, post passionem Domini: dicens: *o* Domine] omnium, & ideò timende, *p* Deus) & ideò adorande. *q* Noster] & ideò diligende.

r Domini] id est, idola, vel Dæmones eis assistentes. *f* Possederunt nos] quasi seruos, *t* Absque te] qui es solus verus Dominus, & verus Deus. *Ierem.* 16. c. Abierunt post Deos alienos, & seruierunt eis. *u* Tantùm in te) viuentes, & manentes fide, spe, & charitate. *x* Recordemur nominis tui) quasi dicat nihil aliud petimus, nisi, vt post errores digni simus recordari nominis tui, id est, à tuo nomine nominari, s. vt vt a Christo, Christiani dicamur. Et quia superiùs videbatur Propheta prouocasse Dominum ad non miserandum impiis, ne intelligatur de omnibus impiis tã pœnitentibus, quàm impœnitentibus. Ideò subdit, *y* Morientes non viuant] quasi dicat, non dixi, Domine, quin miserearis pœnitentibus, sed morientes, i. in peccatis perseuerantes. *z* Non viuant) vitâ gloriæ, quia non vixerunt vitâ gratiæ. *a* Gigantes] id est, de fortitudine operum suorum vel corporum magnitudine superbientes. *b* Non resurgant in iudicio ad gloriam. Vnde *Ps* 1. Non resurgunt impij in iudicio. Vel [Non resurgant] id est, non resurgent in præsenti per pœnitentiam, & ideo non viuent in futuro per gloriã. *Eccl.* 16. a. Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui Gigantes. *c* Propterea,] i. quia sunt mortui in

peccato, & fortes in malo. *d* Visitasti] id est, visitabis cõdẽnando eos. *e* Et contriuisti,] i. conteres, i. corpore, & anima simul teres. *f* Eos) in peccato mortuos. *g* Et perdidisti, i. perdes *h* Omnẽ memoriam eorum] de terra viuentium. *Prou.* 10. b. Nomen impiorum putrescet. *Ps.* 9. Periit memoria eorum cum sonitu. Et meritò hoc facies Domine: quia sæpe indulsisti eis; nec tamen correxerunt se. Et hoc est. *i* Indulsisti Domine, Genti] peccatrici. *k* Indulsisti Genti] sæpiùs, id est, dedisti tempus ad pœnitendũ. *l* Nunquid glorificatus es] ab eis per veram confessionem? Nã confessio peccatorum gloria Dei est. *Iosue* 7. c. Fili confitere, & da gloriam Deo.

didisti *h* omnem memoriam eorum. *i* Indulsisti, Domine Genti, *k* indulsisti Genti: *l* Nũquid glorificatus es? *m* Elongasti omnes terminos terræ: *n* Domine in angustia requisierunt te: in *o* tribulatione murmuris *p* doctrina tua eis, *q* Sicut quæ concepit, cùm *r* appropinquauerit ad partum dolens clamat in doloribus suis; sic facti sumus, à *f* facie tua, Domine, *t* concepimus, *u* & quasi parturiuimus, & *x* peperimus spiritum † *y* salutis. *z* Iustitiam non fecimus in terra: ideò non *a* ceciderunt habitatores terræ.

D

al. † Salutes Et nõ habet † iustitiam.

m Elongasti omnes terminos terræ,] id est, omnes nationes, quasi dicat, non indulsisti eis expectando, sed iniquitatem eorum prolongasti: quia quantò diutiùs vixerunt, tantò magis peccauerunt. *Eccl.* 8. c. Non sit bonum impio: nec prolongentur dies eius; sed quasi vmbra transeant: quia non timent faciem Domini.

n Domine, in angustia, &c.] Supra posuerat in dubio Dominus, an deberet impiis misereri: & ostendit Propheta quòd non: Hic autem probat, quòd non solùm debet non misereri, imò debet etiam eos flagellare in præsenti: quia sic conuertentur ad eum. Et hoc est. *n* Domine, in angustia requisierunt,] id est, requirent [te.] quasi dicat percute eos, & flagella, quia aliter non requirent te. Vnde *Psal.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum, Domine. *Osea* 6. a. In tribulatione sua mane, id est, citò consurgent ad me *Ierem.* 2. f. In tempore afflictionis suæ dicent: surge, & libera nos.

o In tribulatione murmuris,] id est, flagellatione, ex qua solet fieri murmur, siue quæ facit murmurare, id est, submissè clamare: iuxta illud *Hebr.* 12. d. Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris.

p Doctrina in eis,] id est, eruditio tua erit in eis per flagella, quasi dicat, non possunt erudiri, nisi per flagella. *Ierem.* 6. b. Secundum aliam editionem. Per omne flagellum erudieris, Ierusalem. *Naum.* 2. b. Gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis. Et quòd tribulatio faciat clamare ad Dominum, ostendit Propheta per simile mulieris, quæ ante partum ludit: appropinquante partu clamat; sic homines in prosperitate sunt in ludis: in aduersitate clamant ad Dominum. Et hoc est.

q Sicut quæ concepit,) id est, sicut mulier grauida. *r* Cùm appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis; sic facti sumus à facie tua, Domine,) id est, à vindicta, quæ solet in facie denotari, quasi dicat, sicut mulier in partu clamat, sic nos in angustia requirimus te. *Michea* 4. c. Dole, & satage, filia Sion, quasi parturiens.

t Concepimus) per voluntatem. *u* Et quasi parturiuimus) per deliberationem. *x* Et peperimus) per operis exhibitionem. *y* Spiritum salutis.) id est, timorem, qui est initium sapientiæ, qua viuificatur spiritus: *Septuaginta*, Propter timorem tuum, Domine, concepimus, & parturiuimus, & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram, id est, cõsideratione timoris bonum propositum concepimus, & opere perfecimus. Alij incipiunt versum ibi. *f* A facie tua, Domine,] id est, à memoria passionis tuæ. Et est vox Martyrum, & pœnitentium, & omnium in agone positorum. *t* Concepimus) corde credendo. *u* Et quasi parturiuimus) ore confitendo. Et peperimus,] opere exhibendo. *y* Spiritum salutis,) i. audaciam subeundi martyrium propter Christum. Et tamen. *z* Iustitiam non fecimus in terra.) Vox est humilitatis iuxta documentum Dñi, *Luc.* 17. c. Cũ omnia benè feceritis, dicite: serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. *a* Ideò non ceciderunt habitatores terræ,) id est, Tyranni terrenorum amatores; sed præualuerunt nobis corpus occidendo. Similiter possumus & nos dicere. *z*. Iustitiam non fecimus in terra,] i. in carne nostra. *a* Ideo non ceciderunt habitatores terræ,] i. motus carnales, qui in carne nostra habitant; Iuxta ma-

K ledictionem

lediɛtionem Domini. *Gen.* 3. c. Maledićta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi. *a* Viuent mortui tui; id eſt, reſurgent Martyres. *Apoc.* 14. c. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. *b* Interfecti mei] id eſt, tocij mei in paſſione martyrij. *c* Reſurgent à morte. Ipſe enim ſerrat[b] ſuis

Quarta pars

& ideo aſſociat ſe aliis Martyribus. *Dan.* 12. a. Multi qui dormierunt in puluere terræ, euigilabunt: alij in vitam æternã, &c. *d* Deinde cõuertit ſermonem ad ipſos Martyres dicens. *d* Expergiſcimini) ô Martyres, à ſomno mortis. *e* Et laudate, Dominũ. *f* Qui habitatis

a Viuent mortui tui: *b* interfecti mei *c* reſurgent. *d* Expergiſcimini, & *e* laudate, *f* qui habitatis in puluere: quia *g* ros lucis ros tuus: & *h* terram Gigantum *i* detrahes in ruinam: *k* Vade populus meus, *l* intra in cubicula tua: *m* claude oſtia tua *n* ſuper te *o* abſcõdere modicum ad momẽtũ, *p* donec pertranſeat indignatio mea, *q* Ecce enim Dominus *r* egredietur de *ſ* loco ſuo,

Mich. 1. a. in puluere iam puluis facti. Et reuera deberent Martyres laudare te, ô Domine. *g* Quia ros lucis ros tuus,] id eſt, miſericordia tua fidem irrigans eſt perducens eos ad operationem, & ſuſtinentiam preſſurarum vt ros ſemen perducit ad fructum. *Septuaginta.* Reſurgant mortui, id eſt, reſurgent de ſepulchris, & lætabuntur qui ſunt in terra, ros enim tuus ſanitas eorum, quod Hebræus dicit, orat Propheta vt iuſti reſurgant, ſupra orauit ne impij ſurgant. *h* Et terram Gigantum, id eſt, corpora ſuperborum cum animabus eorum.

i Detrahes in ruinam] inferni. Deinde ſequitur vox Domini ad Martyres dicentis: *k* Vade populus meus: intra in cubicula tua] id eſt, ſepulchra. *m* Claude oſtia tua, id eſt, ſepulchrorum tuorum. *n* Super te ſepultum.

o Abſcondere modicum ad momentum] in ſepulchris vſque ad iudicium, quod modicum & momentum eſt comparatione æternitatis. *p* Donec pertranſeat indignatio mea] id eſt, tribulatio Sanctorum, qua videor indignari eis, vel (indignatio mea,) i. poteſtas malorum in Sanctos à me permiſſa. Vel poteſt eſſe vox Domini ad viuentes, qui adhuc pro Chriſti nomine patiuntur, & dicit *k* Vade, populus meus) de virtute in virtutem. *l* Intra in cubicula tua) id eſt, ſecretum conſcientiæ, vbi clauſo oſtio oratur Dominus. *Matt.* 6. a. *m* Claude oſtia tua (id eſt, quinque ſenſus, ne introeant latrones, qui occidant te, ſi inueniant dormientem, vt Isboſeth 2. *Reg.* 4. c. *n* Super te) vt nullus videat te, niſi ſolus Deus, qui videt in abſcondito. *o* Abſcondere modicum ad momentum) id eſt, fruere bono conſcientiæ ad tempus, dum manes in carcere corporis, in exilio mundi. *Prou.* 28. d. Cùm ſurrexerint impij homines, abſcondentur. Et vbi? Et dicitur *ſup.* 2. c. Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo *inf.* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te. *q* Ecce enim in proximo, & manifeſte in die iudicij. *r* Dominus egredietur) id eſt, egredi videbitur malis. *ſ* De loco ſuo) id eſt, de miſericordia & pietate. *Mich.* 1. a. Ecce Dominus egredietur de loco ſuo & deſcendet: calcabit ſuper excelſa terræ. modò autem ſtat Dominus in loco ſuo. Vnde *ſup.* 18. b. Ego quieſcam, & conſiderabo in loco meo, vt meridiana lux clara eſt, & vt nubes roris in die meſſis. *t* Vt viſitet) vindicando.

u Iniquitatem habitatoris terræ) id eſt, amatoris terrenorum (contra eum.) In primo egreſſu viſitauit Dominus peccatores vt medicus infirmos. *Matth.* 9. b. In ſecundo viſitabit peccatores, vt Iudex fures incarceratos, vel homicidas conuictos. *x* Et reuelabit terra] id eſt, terreni, terræ adhærentes. *y* Sanguinem ſuum] i. peccatum ſuum quia non poterunt occultare. *z* Et non operiet vltra interfectos ſuos) i. Martyres, quos occiderunt. *Deut.* 32. f. Sanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur. *Iob.* 16. d. Terra, ne operias ſanguinem meum, & non lateat in te clamor meus.

EXPOSITIO CAP. XXVII.

In die illa &c.] Supra egit Propheta de die iudicij, & præmio Beatorum, & ſupplicio reproborum: nunc primo agit de pœna Diaboli, quem diuerſis vocat nominibus, per hoc innuens eius verſutias multiformes. In ſecunda parte cap. agit de deſtructione Ieruſalem facta per Romanos, quia Prophetas, & Apoſtolos, & Dominum eorũ occidit, *ibi* (In die illa vinea meri, &c.) In tertia agit de vniuerſali deſtructione totius Iudææ, ab Euphrate vſque ad Rinocorũlam, *ibi* (Et erit in die illa.) Et eſt hæc litera, & myſterium idem ſicut *ſup.* Dicit ergo. *a* In die illa] extremi iudicij.

b Viſitabit Dominus Deus Pater, non vt Medicus. *Iob* 10. c. Viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum, ſed vt Iudex iratus. *Sophon.* 1. c. Viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis.

vt *t* viſitet *u* iniquitatẽ habitatoris terræ contra eum: *x* & reuelabit terra *y* ſanguinem ſuũ, *z* & nõ operiet vltra interfectos ſuos.

CAP. XXVII.

In *a* die illa *b* viſitabit Dominus in *c* gladio ſuo *d* duro, & *e* grandi, *f* & forti *g* ſuper Leuiathan *h* ſerpentem *i* vectem, & ſuper *k* Leuiathan ſerpentem tortuoſum, & *l* occidet *m* cetum, *n* qui in mari eſt. A

c In gladio ſuo] id eſt, in ſuo, per quem iudicabit: quia omne iudicium dedit Pater filio *Ioan.* 5. d. *d* Duro, impiis. *e* Et grandi] vt omnes comprehendat. *f* Et forti] vt nullus reſiſtat. Vel *c* In gladio, id eſt, in ſententia terribili. *d* Duro] intolerabili. *e* Et grandi] ineuitabili. *f* Et forti inuincibili. *Iob.* 10. d. Fugite a facie gladij, quoniam vltor iniquitatum eſt.

g Super Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum: & occidet cetum, qui in mari eſt,] id eſt, Diabolum, qui eſt in cordibus peccatorum. Qui dicitur Leuiathan, id eſt, additamentum: quia peccatum peccato, ſuggeſtionem ſuggeſtioni, deceptionem deceptioni accumulat. Vel per antiphraſim: quia cùm ſe addere primis parentibus promiſit, promiſſum minuit. De quo *Iob.* 40. d. An extrahere poteris Leuiathan hamo? Serpens dicitur ſuggeſtionem venenoſam infundendo. Vnde *Iob.* 20. c. Occidet eum lingua viperæ, *Apocalip.* 12. b. Proiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiquus. Vectis dicitur durè flagellando, *ſup.* 10. b. Væ Aſſur, virga furoris mei. Item vectis dicitur obſtinatè ſuperbiendo. *Pſal.* 73. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Item quia rigidus, & inflexibilis. *Iob.* 41. c. Indurabitur cor eius, quaſi malleatoris incus. Item tortuoſus dicitur callide decipiendo. *Iob.* 26. d. Obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus. Item cetus dicitur peccatores abſorbendo. *Iob.* 40. c. Abſorbebit fluuium, id eſt, fluidos peccatores, & non mirabitur: & habet fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius, id eſt, Iuſti, vel Religioſi. *Ionas* 2. a. Abſorptus eſt a ceto. *Greg. in Moral.* Draco, vt fertur, in terra ſerpit, in aquis natat, in aere volat. Inde Diabolus, & ſerpens, & cetus, & Leuiathan appellatur. Serpens, quia auaritiam ſuggerit: *Gen.* 3. c. Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Cetus, quia luxuriam mouet: Leuiathan, quia ſuperbiam exhortatur. Et his tribus redduntur per ordinem tres ablatiui præcedentes. Viſitabit gladio duro ſuper ſerpentẽ, i. auaros duros: gladio grandi ſuper cetum, id eſt, luxurioſos, qui multi ſunt: gladio forti ſuper Leuiathan, id eſt, ſuperbos elatos. *Hebræus* exponit hoc de deſtructione Idumæorum, & Aſſyriorum, & Tyrorum in vltimo tempore. Per Leuiathan ſerpentem vectem, intelligit Edom, ſiue Eſau, qui fuit pater, & principium Idumæorum. Per Leuiathan ſerpentem tortuoſum, intelligit Sennacherib, qui fuit Rex Aſſyriorum. Per cetum, qui eſt in mari, intelligit Baram Regem Tyri, quæ eſt inſula maris. Sed *Gloſ.* de hoc nihil tangunt: & ideò primam expoſitionem proſequamur.

a In illa die]

Moraliter, & myſticè ſimul. *a* In die illa notabili extremi iudicij. *Moral. & Myſticè.*

b Viſitabit Dominus) id eſt, animaduertet.

c In gladio ſuo duro] id eſt, in ſententia inflexibili.

e Et grandi] i. vniuerſali. De quo *Iob.* 19. d. Fugite à facie gladij: quoniam vltor iniquitatum eſt gladius. *Apocalip.* 1. d. De ore ipſius gladius acutus ex vtraque parte exibat.

f Et forti] id eſt, inſuperabili. Item duro contra mollitiem luxurioſorum, & grandi contra parcitatem auarorum, forti contra debilitatem ſuperborum.

g Super Leuiathan] id eſt, Diabolum caput ſuperborum.

h Serpentem] patrem auarorum.

i Vectem] Regem oppreſſorum.

k Et ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum] Ducem fraudulentorum.

l Et occidet] Dominus.

m Cetum] id eſt, Diabolum.

n Qui in mari eſt] id eſt, in mundo falſo, & auaro. *inf.* 57. d. Impij quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.

In die illa

Secunda pars A a In die.] Secunda pars vbi agitur de destructione Ierusalem, futura per Romanos propter mortem Domini & dispersionem Apostolorum à Iudæa. b Vinea meri] id est, populus Iudæorum qui olim Prophetis & aliis Sanctis vinum purissimum fuit; nunc corruptum, & pungitiuum. c Cantabit.]

Al. † Obseruo. i. Domino canticum doloris. Et verè doloris erit canticum quia. d Ego Dominus, B qui seruo eam) à furibus, & aliis aduersis omnibus. I. † ad Vel. (Obseruo) id est, expecto dans locum pœnitentiæ. e Repente] id est, in die iudicij, qui subitò veniet vt fur.

f Propinabo ei] calicem iræ abundanter, infr. 51. f.

In a die illa b vinea meri c cantabit ei. d Ego Dñs, qui † seruo eam, e repente, f propinabo ei: ne g fortè visitetur contra eã, h nocte, & die i seruo eam. k Indignatio non est mihi? l Quis dabit me spinam & veprem? In prælio m gradiar super eã, n succendam eã pariter. An o potius tenebo fortitudinem meã? p Faciet pacẽ mihi, pacẽ faciet mihi. q Qui egredientur r impetu † à f Iacob, t florebit, & u germinabit x Israel: & y implebunt faciem orbis semine. Nunquid z iuxta plagam percutientis se percussit eũ? a Aut sicut occidit interfectos eius; sic b occisus est? In c mensura d contra mensuram, cùm e abiecta fuerit, f iudicabit eam: g Meditatus est in spiritu h suo duro i per diem æstus. k Idcirco super hoc l dimittetur iniquitas domui Iacob: & m iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Cùm † n posuerit omnes o lapides altaris, p sicut lapides cineris allisos, non q stabunt luci, &

Bibisti de manu Domini calicem iræ eius, vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. g Ne fortè visitetur contra eam] aliqua dura aduersitate. h Nocte, & die] id est, semper. i Seruo eam ne vastet eam aper de silua, & aliæ bestiæ, quasi dicat, iugiter seruo eam, ne tribulatione pressa deficiat. Et ideò seruo, quia.

k Indignatio non est mihi) contra eam, quasi dicat patiens sum, & mansuetus; & ideò non irascor ei, quotiens peccat. Sic legitur remissiuè. Gloss. interrogatiuè sic. [Indignatio non est mihi] quasi dicat iugiter seruo eam & tamen ipsa non vult conuerti: nunquid igitur indignatio non est mihi? Quasi totiens irritatus ab ea, nunquid indignabor ei? quasi dicat sic l Quis dabit me spinam, & veprem in prælio] quasi dicat, iniquitas eius me mitem, & misericordem, faciet durum, & crudelem sibi, vt pugnem contra eam.

m Gradiar super eam] conculcando eam, quam ante seruaui. n Succendam eam pariter] id est, destruam. o An potiùs tenebo fortitudinem meam] vt non destruam eam, vincens iram meam? quasi dicat, quid faciam: feriam, an parcam? Et est quasi altercatio iustitiæ, & misericordiæ. Iustitia vult ferire: misericordia vult parcere. Vnde quod sequitur vox est misericordiæ. p Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi.) Et ideò parcendum est ei. Pacis geminatio certitudinis est confirmatio. Vel propter duplicem populum, Israel, & Iuda geminatur. q Qui egredientur impetu à Iacob, florebit, & germinabit Israel: & implebunt faciens orbis semine.] Hebræus exponit hoc de multiplicatione gentis suæ, dicens, quòd Gentes cum magna festinatione transibunt ad ritum eorum, florentes diuitiarum, & prolis multiplicatione & tunc Israel, id est, populus Iudaicus germinabit, i. crescet, & multiplicabitur, & exultabitur. Et construitur litera sic.

p Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi,] id est, multi pacem facient mihi.

q Qui] postea [egredientur à Iacob] id est, à Iudæa.

t Et florebit & germinabit Israel] id est, multiplicabitur, & diuitiis, & numero personarum populus Iudæorum. y Et implebunt faciem orbis semine] i. colent, & inhabitabunt, & populabunt terram.

z Nunquid iuxta plagam percutientis se percussit eum] i. populum Iudaicum Dominus? quasi dicat, non ita grauiter afflixit Dominus populum Iudaicum, vt ille meruit. a Aut sicut occidit interfectos eius] id est, Prophetas, & Martyres. b Sic occisus est eum crudeliter? Non. Tamen quia Dominus diu sustinuit populum Iudaicum; nec egit pœnitentiam: tandem puniuit eos per Romanos, mensuram tamen & modum non excedent. Et hoc est. c In mensura] pœnæ.

d Contra mensuram] culpæ. e Cùm abiecta fuerit] vinea Domini, id est, populus Iudaicus à corde, & amore Domini. f Iudicabit eam) vindicando per Romanos. Et ne aliquis crederet, quòd Dominus subitò fecerit hoc, & sine deliberatione, subdit g Meditatus est] Dominus, quid faciet ei. h In spiritu suo duro.] opinione patientis. i Per diem æstus) vt dolor afflictionis cumuletur asperitate caloris. k Idcirco super hoc quòd ita malè tractauit populus Iudaicus amicos Domini. l Dimittetur iniquitas domui Iacob?] quasi dicat. Non.

m Et iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius?] quasi dicat, meruitne per hoc, vt dimittatur ei peccatum suũ? Minimè. Sed tunc dimittetur ei peccatum. n Cùm posuerit omnes lapides altaris) idolorum. p Sicut lapides cineris allisos] i. quando destruxerit altaria, & idola eorum, Vel. n Cùm posuerit) Romani.

o Lapides altaris) i. templi. p Sicut lapides cineris allisos) Id est, tunc dimittetur Iudæis peccatum de morte Christi, & Martyrum eius cùm templum fuerit destructum per Romanos; quia tunc multi conuersi sunt ad fidem.

Moraliter. & Mysticè. q Nõ stabũt luci, & delubra.] * a In die illa, id est, post primum aduentum. C b Vineameri] i. congregatio Sanctorum vino gratiæ inebriata. c Cantabit ei) canticum nouum. d Ego Dominus, qui Al. † posuerunt.

seruo eum] à versutia Dæmonum, à fraudulentia hæreticorum, à violentia Tyrannorum. Per me, per Angelos, per Prælatos, per Doctores, per prædicatores, per Principes sæculares, infrà 62. b. Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes. e Repentè propinabo ei) i. in præsenti vt in futuro parcam. Malis è contrario parcit in præsenti, vt in futuro feriat. g Ne fortè visitetur contra eam) in futuro. h Nocte ac die seruo eam] i. in aduersitate, ne decidat in desperationẽ: & in prosperitate, ne extollat se per præsumptionem. Vnde Psal. 120. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem. k Indignatio non est mihi) quia naturà mansuetus sum. l Quis dabit me spinam, & veprem in prælio) contra peccatores? infr. 28. f. Peregrinum est opus eius ab eo. Thren. 3. d. Non enim ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum. Sept. dicũt. Quis ponet me custodem stipulæ in agro? Ambitiosi nolũt esse custodes animarum, sed agrorum. Ier. 4. d. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro. m Gradiar super eam conculcando. n Succendam eam pariter] igne gehennæ, quæ succensa prius fuerat igne auaritiæ. Osea 13. c. Ero eis quasi læena, sicut pardus in via Assyriorum, occurram eis quasi vrsa. o An potiùs tenebo fortitudinem meã?] Vox Patris deliberantis, an filium mittat, quasi dicat destruam eos, an potiùs tenebo, vt non mittam in carnẽ, fortitudinem meam? i. filium, qui est Dei virtus, & Dei Sapientia. 1. Cor. 1. d. Non tenebo sed mittam. p Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi) mittendo per pœnitentiam, Geminatio pacis, notat vtriusque populi, Iudaici, scil. & Gentilis reconciliationem. Vel pacem ad Deum, & pacem ad proximum. Ephes. 2. c. Faciens pacem, & reconcilians ambos in vno corpore Deo. q Qui egredientur ad prædicandum, scil. Apostoli. r Impetu desiderij, vel ductu Spiritus S. f A Iacob] i. à Iudæa: Iuxta illud, sup. 2. a. De Sion exibit lex, & verbum Dñi de Ierusalem. y Et implebunt faciem orbis semine] verbi Dei. Luc. 8. b. Semen est verbum Dei. Et tunc. t Florebit) fide. u Et germinabit opere. x [Israel] i. populus Iudaicus ad Christum conuersus. Cant. 2. c. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. z Nunquid iuxta plagam percutientis se percussit eũ) i. nunquid Dñs populum Iudaicum ita immisericorditer occidit, sicut ipsi immisericorditer Christum, & eius Martyres occiderunt? quasi dicat. Non, sed in futuro grauiùs puniet eos. c In mensura] pœnæ. d Contra mensuram] culpæ. e Cùm abiecta fuerit) vinea, i. ab Apostolis ad Gentes transeuntibus derelicta. f Iudicabit eam] in die iudicij. Contra Psal. 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Sol. Respondet pœna culpæ loco. Luc. 16. f. Crues in lingua. In modo, Genes. 19. e. Sodoma sulphure. Quantitatis proportione Matth. 7. a. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis in qualitate. Sapient. 6. a. Potentes potenter tormenta patientur. In numero. Matth. 13. d. Colligite primum zizania & alligate per fasciculos ad comburendum.

g Meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus] id est, suæ passionis, & suorum, vel persecutionis, quando ardentior est indignatio, id est, quando præcipuè offensus est. Deus.

k Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob) id est, Iudæis de quibus Apostoli exierunt. Et iste omnis fructus, vt auferat peccatum eius?] quasi dicat, non.

n Cùm posuerint) Apostoli.

o Omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos,

a & delubra] id est, templa idolorum. Hebræus legit de decem tribubus, quæ captiuatæ adhuc idololatræ erant. Sed litera meliùs cõcordat, vt de duabus intelligatur, quæ & idololatræ fuerunt, vt & decem: & verè in mensura contra mensuram iudicabit Dominus Vineam suam.

al. † desolabitur. *Psal. 44.* D

delubra. a Ciuitas enim b munita † b desolata erit: d speciosa e derelinquetur, f & dimittetur quasi desertum. Ibi g pascetur vitulus, & ibi h accubabit, i & consumet summitates eius. In k siccitate messis illius l conterentur mulieres m venientes, & n docentes eam. Non o est enim populus sapiens: p propterea nõ miserebitur eius, qui fecit eum: & qui formauit eum, non parcet ei. Et q erit in die illa: r percutiet Dominus ab f alueo fluminis vsque t ad torrentem Ægypti; u & vos congregabimini x vnus & vnus filij Israel. Et y erit in die illa: z clangetur in tuba

a Ciuitas enim] in Ierusalem.
b Munita] olim custodia Angelorum & multitudine populorum.
c Desolata erit] per Romanos, quia Iudæi in ea filium Dei occiderunt.
d Speciosa.] quondam cultu diuino, vel in qua habitauit speciosus forma præ filiis hominum.
e Relinquetur] ab Angelis.
f Et dimittetur quasi desertum] tunc hominibus.
g Ibi pascetur vitulus] i. Romanus exercitus, vel Titus, de quo *Psal. 79.* Singularis ferus depastus est eam. h Et ibi accubabit, & consumet summitates eius] id est, Magnates. Vel ad literam. g Ibi pascetur vitulus] id est, pasci poterit: quia ita destructa fuit ciuitas, quòd herba creuit, vbi erat atrium. Vnde 1. *Machab.* 4. c. Viderunt pastophoria diruta, herbam in atrio: & fleuerunt. Et prosequitur metaphoram. Si enim est, quòd terram promissionis fertilitatem habet a pluuia: vnde ex siccitate plerumque accidit sterilitas ibi, & penuria: & sic fuit tunc, quod ante exidium Ierusalem per Romanos factum tanta fuit siccitas, vt præ nimia penuria vnus comedebat alium, & mater proprium filium, vt legitur *Tren.* 4. b. Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame; quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos; facti sunt cibus earum. Et hoc est.

k In siccitate messis illius,] id est, in defectu messis propter siccitatem.

l Contererentur mulieres] dolore, quæ nudatis pectoribus ferebant sanguinantes lacertos.

m Venientes vndique itinere, fame, & squalore confectæ.

n Et docentes eam] Ierusalem in quo innuitur magna infœlicitas Iudæorum, quia mulieres consulebant. Et non fuit mirum, si mulieres docebant.

o Non est enim populus sapiens] id est, non vult esse. Vnde *Ierem.* 8. d. Verbum Domini proiecerunt: & sapientia nulla est eis.

p Propterea non miserebitur eius, qui fecit eum: & qui formauit eum, non parcet ei.) *suprà* 5. d. propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam *Prou.* 5. d. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam: & in multitudine stultitiæ suæ decipietur.

q Et erit in die illa.] Tertia pars capituli, vbi ostenditur destructio totius Iudææ. Et erit in die illa] captiuitatis.

Tertia pars. r Percutiet Dominus) per Romanos terram Iudæorum.

f Ab alueo fluminis] id est, ab Euphrate.

t Vsque ad torrentem Ægypti] id est, ad Rinocorulam: fluuius est non magnus diuidens terram promissionis, & Ægyptum super quem ciuitas sita est similiter dicta Rinocorula, quasi dicat ab vno termino vsque ad alium terminum destruerit Iudæa terminatur enim Iudæa ab Aquilone ad Euphraten, ex parte Austri ad Rinocorulam. Alij dicunt. f Ab alueo fluminis] id est, à principio Iordanis, qui in terminis Iudææ appellatur fluuius, in finibus Ægypti appellatur torrens: quia ibi turbidas, & non perpetuas habet aquas.

t Vsque ad torrentem Ægypti] id est, vsque ad finem Iordanis, vel vsque ad Nilum. Deinde conuertit Propheta sermonem ad Iudæos, qui tempore desolationis Iudææ latuerunt; qui abeuntibus, Romanis, postea Ierusalem reædificauerunt. Sed venit Ælius Adrianus missus à Romanis, qui postea omnino destruxit eam, & triginta Iudæos pro vno denario vendidit in vituperium: quia ipsi Dominum vendiderant, vel emerant triginta denariis. u Et vos,] ô Iudæi latitantes] congregabimini vnus, & vnus filij Israel. y Et erit in die illa] post subuersionem Ierusalem.

z Clangetur in tuba magna] sicut solet fieri in festis, & a motione castrorum.

Moraliter & Mysticè. * non stabunt luci, & delubra) quasi dicat cum Apostoli altaria destruxerint idolorum per mundum, auferetur peccatum eorum, qui idolis seruierunt. Altare dicitur omne illud super quod fundatur intentio: vel super quod offertur Domino vel diabolo, vnde altare bonorum, fides; altare malorum gloria, mundi concupiscentia carnis.

a Ciuitas] id est, Ecclesia, vel Religio.

b Munita] olim bonis militibus Christi, & omni armorum genere: iuxta illud *Cant.* 3. c. Lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Item 4. b. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

c Desolata erit sicut modò patet. Vnde *sup.* 25. a. Posuisti ciuitatem in tumultum, vrbem fortem in ruinam,

d Speciosa] olim habens Sponsam & filios speciosos.

e Relinquetur, & dimittetur quasi desertum:] *Ioel.* 2. a. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti.

g Ibi pascetur vitulus] id est, luxuriosus. h Et ibi accubabit gulosus.

i Et consumet summitates eius] honores, & dignitates, atque cætera bona, *Eccl.* 5. c. Vbi multæ sunt opes, & multi, qui comedunt eas. *Ierem* 2. b. Induxi vos in terram Carmeli vt comederetis fructus eius & optima illius: & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem.

k In siccitate messis illius] id est, in defectu prædicationis, propter quod populus siccus manet. *Amos.* 8. d. Mittam famem in terram non famem panis, & sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. *Prou.* 29. c. Cum prophetia defecerit dissipabitur populus.

l Contererentur mulieres venientes, & docentes eam] id est, Ecclesiam. Ecce ad quantam ignominiam venit Ecclesia: quia ob defectum Doctorum, mulieres factæ sunt Magistræ: Contra illud Apostoli. 1. *Timoth.* 2. d. Docere mulieri, id est, muliebriter viuenti non permitto. *Apocal.* 2. f. Habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetem, docere, & seducere seruos meos. o Non est enim populus sapiens] de cunctis, prout sunt, sentientes. p Propterea non miserebitur eius, qui fecit eum, & qui formauit eum, non parcet ei.) *Osea* 4. d. Populus non intelligens vapulabit. Quantò amplius intelligens, & non faciens. *Luc.* 12. f. Seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se præparauit, & non fecit voluntatem eius, plagis vapulabit multis. q Et erit in die illa) id est, in die iudicij.

r Percutiet Dominus ab alueo fluminis) id est, à corde, per quod fluunt fluxæ cogitationes, & carnales affectiones, quasi duo flumina. Vel.

f Ab alueo fluminis vsque ad torrentem Ægypti] i. vsque ad gloriam mundi, quæ citò transit, sicut torrens: & si recedunt aquæ de mari & fluuius vacuefactus arescat; sic homo cum dormierit. Item *Iob* 6. c. Fratres mei præterierunt me, sicut torrens, qui raptim transit, quasi dicat, Propheta, à minima cogitatione vsque ad vltimum opus puniet Dominus. Vel alueus fluminis est auaritia torrens; Ægypti, luxuria. Vtramque puniet Dominus. *Ierem.* 2. d. Quid tibi vis Ægypti, vt bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua, id est, argui faciet. Hæ sunt duæ sanguisugæ, quæ [illegible] clamant, affer, affer. *Prou.* 30. c.

u Et vos congregamini) in [illegible]astris, vel in Ecclesia.

x Vnus & vnus filij Israel] id est, vt fitis filius Israel, videntes Deum, *Ieremia* 4. e. Assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.

y Et erit in die illa) id est, in die iudicij.

z Clangetur in tuba) Dei. 1. *Corinth.* 15 g. Canet enim tuba & mortui resurgent incorrupti. Vel.

y In die illa) id est tempore gratiæ,

z Clangetur in tuba) prædicationis *Osea* 5. c. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama. Gabaa, vallis, vel procliuium. Rama, excelsum, vel tonitruum. *Amos* 3. b. Si clanget tuba in ciuitate & populus nõ expauescet? (Et venient, qui perditi fuerant (mundo, id est, sepulti, de terra Assyriorum, i. de sepulchris mortuorum vel sic. y Et erit in die illa) post Christi ascensionem. z Clangetur in tuba magna) prædicationis quæ inuitat ad prælium in præsenti, & ad cõuiuiũ in futuro. Vsus enim tubæ fuit in bellis, in festis: in conuiuiis. *Osea* 5. c. Clangite tuba in Gabbaa,

* tuba in

A motione castrorum. *a* Et venient, qui perditi fuerant de terra Assyriorum,] id est, Medorum, qui suo domino Assyriorum erant.

c Et qui eiecti erant de terra Ægypti] venient. *d* Et adorabunt Dominum in monte sancto,] ic. in Ierusalem] quia de illis locis, & de multis aliis venerunt multi Iudæi dispersi.

Moral. & Mysticè.

* tuba in rama, id est, in minoribus collibus & in maioribus.

a Et venient] ad fidem, vel ad pœnitentiam. *b* Qui perditi fuerant] per infidelitatem, vel iniquitatem.

c De terra Assyriorum: & qui eiecti erant de terra Ægypti,] id est, ab ortu Solis, vsque ad occasum, venient ad fidem, & pœnitentiam, ad sonitum tubæ prædicationis.

d Et adorabunt in monte sancto in Ierusalem,] id est, in Ecclesia. Per Assyrios intelligit superbos: per Ægyptum, quæ interpretatur tenebræ, vel mœror, intelligit luxuriosos, & auaros: per quos omnes peccatores intelliguntur, quia omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, &c, *Ioan.* 2. c. Et hos conuertit prædicatio ad pœnitentiam. *Ier.* 16. d. Mittam eis venatores multos: & venabuntur eos de omni monte superbiæ, & de omni colle auaritiæ, & de cauernis luxuriæ.

magna: *a* & venient, qui perditi *b* fuerant, *c* de terra Assyriorum & qui eiecti erant de terra Ægypti: & *d* adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem.

CAP. XXVIII.

e VÆ *f* coronæ superbiæ *g* ebriis Ephraim, & *h* flori decidenti *i* gloriæ exultationis *k* eius: qui *l* erant in vertice vallis pinguissimæ *m* errantes à vino. *n* Ecce *o* validus, & fortis Dominus, sicut *p* impetus grandinis *q* turbo confringens: sicut *r* impetus aquarum multarũ innundantium, & *f* emissarum super terrã spatiosam. *t* Pedibus *u* conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim: *x* & erit flos decidens gloriæ exultationis eius: *y* qui est super verticem vallis pinguium, quasi *z* temporaneum ante maturitatem autumni. Quod cùm *a* aspexerit: videns statim vt manu tenuerit, deuorabit illud.

EXPOSITIO CAP. XXVIII.

VÆ coronæ superbiæ, &c.] *Suprà* egit de consummatione mundi, & duarum Tribuum dispersione; nunc conuertit se ad desolationem decem Tribuum factam per Sennacherib, & patres eius. Secundum allegoriam agit de hæreticis; secundum spiritualem sensum de Scribis & Pharisæis, & Iuda proditore. Sed hoc in secunda lectione prosequemur. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes. In prima agitur de destructione decem Tribuum. In secunda de gaudio duarum Tribuum, propter exterminium exercitus Sennacherib, & de ebrietate, ac luxuria earundem, *ibi*. [In die illa erit Dominus] In tertia de destructione Iuda per Romanos, *ibi*. [Ecce ego mittam. &c.] Dicit ergo *e* Væ] temporale, & æternum. *f* Coronæ superbiæ,] id est, decem Tribubus superbientibus de corona regni, & multitudine populi. Multitudo enim plebis gloria est Regis. *Prou.* 14. d. *g* Ebriis Ephraim] Decem Tribus dicuntur Ephraim: quia primus Rex eorum, id est, Ieroboam fuit de Ephraim: vel à Iosue, qui Moysi successit, qui fuit de Tribus Ephraim: & ideò nomen eius decem Tribus sibi vendicauerunt propter multitudinem.

h Et flori decidenti gloriæ exultationis, id est, decem Tribubus, quarum gloria, & exultatio citò cadit, vt flos citò decidit. [Exultationis,] dico.

k Eius,] id est, illius notabilis exultationis eorum. *l* Qui erant in vertice vallis pinguissimæ,] i. in Ierusalem, quæ erat super Gethsemani vallem pinguissimam, & fertilissimam. Non quod decem Tribus ibi habitarent, vel ad eam sortem pertinerent; sed quia ante diuisionem regni, quando vocabantur à Dauid, vel à Salomone causa expeditionis; vel quando veniebant causa solennitatis alicuius: veniebant per vallem illam, & ibi figebant tentoria, nolentes propter superbiam hospitari in Ierusalem, & ibi coronabant se rosis, & floribus aliis, & vino inebriebant se. Et hoc tangit Propheta. Ipsi dico. *m* Errantes à vino] nimio potatu. *n* Ecce] in proximo.

o Validus, & fortis Dominus, sicut impetus grandinis] irruet super eos, per Sennacherib, & exercitum eius.

q Turbo confringens,] id est, sicut turbo confringit eos, in quo notatur violentia.

r Sicut impetus aquarum multarum inundantium, quæ obuia omnia trahunt.

f Et emissarum super terram spatiosam,] id est, decem Tribuum. *t* Pedibus] Assyriorum.

u Conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim,] id est, superba multitudo decem Tribuum, quasi dicat, citò, & subitò, & violenter & cum multitudine magna, & magna crudelitate venient Assyrij super decem Tribus destruendas, & omnes trahent secum in Assyriam: sicut aquæ inundantes omnia sibi obuia trahunt. *x* Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius] populi.

y Qui est super verticem vallis pinguium,] id est, qui figit tentoria sua super verticem montis, qui imminet valli Gethsemani.

z Quasi temporaneum ante maturitatem autumni,] id est, sicut pomum præmaturum, vel aliquid huiusmodi.

a Quod cùm aspexerit, videns statim, vt manu tenuerit, deuorabit illud] auidè, quasi dicat, cum tanta auiditate & desiderio destruentur decem Tribus ab Assyriis, cum quanta auiditate comeduntur fructus præmaturi ante alios. Item fructus præmaturus diu durare non potest: ita decem Tribus propter insolentiam suam non poterant diu durare, quin destruerentur, vel in se deficerent, *sup.* 18. c. Ante messem totus effloruit, & immatura perfectio germinabit. *Nau.* 3. c. Omnes munitiones tuæ sunt ficus cũ grossis suis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis, B

A In die illa, &c.]

Mysticè. *Mysticè.*

e Væ coronæ superbiæ,] id est, Magistris erroris de multitudine auditorum superbientibus: vel Clericis de paruis coronis superbientibus: vel Canonicis, & Prælatis de magna cauda sociorum, & familiæ gloriantibus, sicut pauo, *Amos* 6. a. Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, Optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Domini.

g Ebriis Ephraim,] id est, Scribis, & Pharisæis, auaris, & vino erroris, aut fornicationis, aut aliorum vitiorum ebriis. *Ierem.* 51. a. Calix aureus Babylonis in manu Domini inebrians omnem terram: de vino eius biberunt omnes Gentes; & ideò commotæ sunt. Item væ ebriis vino sacræ Scripturæ, Ephraim, id est, temporalia multiplicantibus. *Osea* 12. a. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum: tota die mendacium, & vastitatem multiplicat.

h Et flori decidenti,] id est, carnali voluptati, *infr.* 40. b. Omnis caro fœnum: & omnis gloria eius, quasi flos agri. *i* Gloriæ exultationis eius,] id est, mundanæ gloriæ. Ebriis, dico.

l Qui erant in vertice vallis pinguissimæ,] id est, in dignitate, & prælatione eorum, quæ sunt receptaculum vitiorum.

m Errantes à vino] carnalis voluptatis, vel mundanæ vanitatis. Pauci modò volunt habitare in vertice vallis macilentæ, id est, in prælatione pauperis Ecclesiæ, sed pinguissimæ. Vndè errant à vino aurei calicis Babylonis. Nota: est corona culpæ, vt *hic*:] Væ coronæ superbiæ, Item corona pœnæ, *sup.* 22. c. Coronans coronabit te tribulatione. Item corona gratiæ. *Psalm* 102. Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Item corona doctrinæ. *Ecclesiast.* 25. a. Corona senum in multa peritia. Item corona gloriæ. *Psalm.* 8. Gloria & honore coronasti eum, Domine. Item flos Christus. *Cant.* 2. a. Ego flos campi, *sup.* 11. a. Et flos de radice eius ascendet. Item flos est Iustus. *Cantic.* 2. Flores apparuerunt in terra nostra. Item flos gaudia Ecclesiæ triumphantis. *Cant.* 2. b. Fulcite me floribus. Item flos serenitas conscientiæ. *Cant.* 1. d. Lectulus noster floridus. Item flos apparentia hypochrisæ. *Iob* 25. d. Lædetur quasi vinea in primo flore. Item flos gloria Dei. *Psalm.* 91. Iustus, vt palma, florebit: à qua non cadit flos. Item gloria mundi. *inf.* 40 b. Exsiccatum est fœnum & cecidit flos. Item corpus hominis. *Iob* 14. a. Qui, quasi flos, egreditur, & conteritur. Item flos voluptas carnis. *Sap.* 2. b. Non prætereat nos flos temporis. Item flos virginitatis, humilitas, pietas. *Ecclesi.* 24. c. Et flores mei fructus honoris, & honestatis. Item flos nouitij boni. *Ecclesi.* 39. b. Florete, flores, quasi lilium: & date odorem: & frondete in gratiam. Item flos bona cogitatio, bonum desiderium, bonum propositum, fructus eius bonum opus. *Ecclesi.* 12. b. Florebit amygdalus. Item flos prosperitas mundi. *Ierem.* 48. b. Date florem Moab. Item flos ætas iuuentutis. *Prou.* 17. d. Animus gaudens ætatem floridam facit. Sequitur.

Corona multiplex. *Flos multiplex.*

n Ecce validus, & fortis. Ecce pœna præmissorum. Validus est Dominus, vt omnes comprehendat: fortis, vt nullus euadat.

p Sicut impetus grandinis] contra superbiam. Sicut.

q Turbo confringens] contra auaritiam. *r* Sicut impe-

Secunda pars.

a In die illa, &c.] Secunda pars, vbi tangitur inæstimabilis victoria Ezechiæ Regis Iuda, & iniquitas Iudæorum. Captiuatis enim decem Tribubus Sennacherib cum infinita multitudine intrauit terram Iuda, & destruxit eam fere totam vsque ad Ierusalem, in cuius obsidione exterminatus est exercitus eius ab Angelo *inf.* 37 g. redactis corporibus eorum in cinerem, ne fœterent, vestimentis, & armis intactis. Mane autem Iudæi exeuntes de Ierusalem cum exultatione, & gaudio magno, spolia eorum detraxerunt. Et hoc est. [In die illa] delens decem Tribubus ab Assyriis. *b* erit Dominus exer. &c.) quæ fit ex auro, & gemmis. *c* Et sertum exultationis ; quod fit de floribus. *d* Resid. pop.) id est, duabus Tribub. quæ nondum captiuatæ fuerant tempore. Ezechiæ. Antiquitus quando aliquis habebat victoriam de Rege, imponebat sibi diadema aureum. quando de alio, qui non erat Rex, faciebat sibi sertum de floribus. Vult ergo dicere Propheta, quòd Dominus dabit eis magnum triumphum, tum de Rege Sennacherib, tum de populo eius. *e* Et] erit Dominus, Spiritus iudicij sedenti super thronum] i. Ezechiæ quasi dicat, Dñs inspirabit ei discretionem iusti iudicij, & iustitiam exercendi. *f* Et] erit, fortitudo reuertentibus de bello, i. de interfecto exercitu Assyriorum, quos spoliauerunt. *g* Ad portam] Ierusalem. Et licet Dominus eis tantam victoriam contulisset, & quasi miraculosè liberasset, nihilominus tamen ipsi postea ebrietati, & luxuriæ, & derisioni vacabant. Et hoc est. *h* Verū hi,] i. duæ Tribus. *i* Quoque] i. similiter sicut aliæ Tribus. *k* Præ vino nimio potato. *l* Nescierunt,) i. scire noluerunt captiuitatem sibi imminere, vel Creatorem, qui sæpe, & mirabiliter eos liberauit. *m* Et præ ebrietate errauerunt] à via veritatis, & iustitiæ. *n* Sacerdos] iniquus. *o* Et Propheta] falsus. *p* Nescierunt] id est, nescientes fuerūt. *q* Præ ebrietate, absorpti sunt à vino] quod ipsi absorbuerunt. *r* Errauerunt] à via Domini. *s* In ebrietate nescierunt videntem, id est, Deum qui omnia videt. *t* Ignorauerunt iudicium] iustum, i. nescierunt iustè iudicare. Vel nescierunt iudicium Domini, quo iudicabuntur. Et verè absorpti sunt à vino. *x* Omnes enim mensæ] super quas comedebant, & bibebant.

Al. † inos- cum.

In *a* die illa *b* erit Dominus exercituum corona gloriæ, *c* & sertum exultationis *d* residuo populi sui. *e* Spiritus iudicij sedenti super † thronum: *f* & fortitudo reuertentibus de bello *g* ad portam. *h* Verū hi *i* quoque præ *k* vino *l* nescierunt, & præ *m* ebrietate errauerunt. *n* Sacerdos, & *o* Propheta *p* nescierūt præ *q* ebrietate, *r* absorpti sunt a vino *s*errauerunt in *s* ebrietate nescierūt videntem, *t* ignorauerunt iudicium. Omnes *x* enim mensæ *y* repletæ sunt vomitu, sordiúmque, *z* ita vt non esset *a* vltra locus. *b* Quem docebit *c* scientiam, & *d* quem intelligere faciet auditum ? *e* Ablactatos a lacte, † *f* appulsos ab vberibus: quia *g* manda, remanda : manda remanda : *h* expecta, reexpecta : expecta, reexpecta : modicum ibi, modicum ibi.

Al. † auulsos.

y Repletæ sunt vomitu sordiúmque ; ita vt non esset vltra locus,] in mensa, qui non esset maculatus vel in ventre, qui non esset impletus, quasi dicat, tantum comedebant, quod non poterant plus: vel tantum vomebāt, quod omnia erant sordida iuxta eos. Tangit etiam, quòd idolis immolabant, in maxima quantitate sacrificia offerentes: & de parte, quæ eos contingebat, ingurgitabant se. Et est sensus. *x* Omnes mensæ ; super quas comedebant ante idola. *y* Repletæ sunt vomitu sordiúmque) id est, idolothitis, quæ sunt abominabiles Deo, & fidelibus eius. *z* Ita vt non esset] in eis. *a* Vltra locus Domino, quem à se per idololatriam expulerant. Sed postquam Iudæi ita se exposuerant idololatriæ, Dominus misit eis Prophetas, Isaiam, Ieremiam, & alios comminantes eis captiuitatem: sed ipsi nolebant credere. Vnde subiungit Propheta. *b* Quem docebit) Dominus. *c* Scientiam] cauendi à malo, & faciendi bonum. *d* Et quem intelligere faciet auditum] i. prædicationem prophetarum, quam audierant à Domino. Et respondet Propheta suæ quæstioni. *e* Ablactatos à lacte] falsæ doctrinæ Sacerdotum, & Pseudoprophetarum, qui populum decipiebant prospera nunciantes. *f* Appulsos ab vberibus] id est, à mundi, & carnis delectationibus, alios non, quia indigni sunt, eo quòd irrident Prophetas. Et hoc est.

g Quia manda) id est, ideò non docebit eos, quia dicunt irridendo. O propheta [Manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi,] quasi dicat. O Propheta manda, quod vis : & minare, quod vis: quia nihil faciemus de his, quæ dicis : nec timemus minas tuas. Et dicunt huiusmodi verba [Māda, remāda, māda, remada, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, &c.] recitado verba Prophetarū Dñi: quia mos Prophetarum erat sic loqui. Deus mandat hoc Vnde *suprà* 5. b. Mandabo nubibus meis. Et 13. a. Dominus præcepit militiæ belli. Similiter *Abac.* 2. a. Si moram fecerit, expecta eum, &c. Vel sic distingue literam.

g Manda, remanda, manda, remanda.) Hæc sunt verba Iudæorum irridentium Prophetas. Et respondent Prophetæ. C

h Expecta reexpecta,] quasi dicat, ita non timetis quæ dicimus ; sed expectate, quia sine dubio fiet : nec de cætero prædicet vobis Dominus per Prophetas mala futura ; sed statim inferet. Et hoc est

a In loquela

Mystice.

G tus aquarum multarum inundantium contra luxuriam, quæ plures submergit, quam aliquod peccatum. *a* In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ] quæ fit ex auro. *c* Et sertum exultationis) quod fit de floribus. *d* Residuo populi sui) quia remunerabit Dñs Sanctos suos & pro bonis desiderijs, & cogitationibus, & sic erit sertum: & pro bonis operibus, & sic erit corona. *Zach.* 6. c. Sumes aurum, & argentum, & facies coronas & pones in capite Iesu. *n* Sacerdos, & Propheta nescierunt præ ebrietate.) *Hebræus*, immemores beneficiorum Dei.

r Absorpti sunt à vino] auaritiæ. *Ierem.* 6. c. A minore vsque ad maximū, omnes auaritiæ studēt: & à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. *Ioel.* 1. b. Vlulate, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro. *x* Omnes mensæ repletæ sunt vomitu, sordiúmque.) Mensa est doctrina. *Prou.* 9. a. Sapientia proposuit mensam suam. In vomitu cibus, qui purus sumitur, fœtidus emittitur: sic multi cibos doctrinæ puros recipiunt; sed fœtidos emittunt: quia mala vita, & fama coinquinant. *Ezec.* 34. e. Cùm aquam purissimam biberetis, reliquam pedibus vestris turbastis & oues meæ his, quæ conculcata erant pedibus vestris, pascebantur.

b Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum ? [quasi dicat, Dominus, cùm totus Israel, qui erat populus peculiaris, reliquerit me, i. Clerici, & Monachi malè viuendo, quem docebo ? *Ierem.* 2. b. Tenentes legem nescierunt me : & Pastores præuaricati sunt in me: & Prophetæ prophetauerunt in Baal. Et *inf.* c. Duo mala fecit populus meus: dereliquerunt me fontem aquæ viuæ : & cisternas foderunt sibi dissipatas, quæ non valent continere aquas.

e Ablactatos à lacte] adulationis.

f Appulsos ab vberibus] mundi, quæ sunt vanitas, & voluptas. *Prouerb.* 16. d. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit per viam non bonam. *Threnor.* 4. a. Lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos suos. Propter huiusmodi ablactationem, siue appulsionem Abraham lætus, id est, Dominus grande conuiuium fecit *Genes.* 21. a. Quia Dominus multum gaudet, quando aliquis relicta vanitate mundi, & voluptate carnis intrat religionem, aut facit in sæculo pœnitentiam. *Luc. decimo-quinto.* b. Gaudium est in cœlo Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente.

g Manda, remanda : manda, remanda : expecta, reexpecta : expecta, reexpecta.] Quatuor mandat Dominus : & ideò quater ponitur verbum mandandi. Primò mutuam dilectionem. *Ioan.* 13. d. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Secundò, salutem. *Psalm.* 43. Qui mandas salutes Iacob. Tertiò, & quartò, benedictionem, & vitam. *Psalm.* 132. Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in sæculum. De his quatuor mandatis dicit *Psalm.* 118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Et pro his quatuor bona expectantur, vnde & quater ponitur verbum expectandi. Primum est perfectio virtutum. *Lucæ vltimo* g. Sedete in ciuitate, donec induamini virtute ex alto. Secundum aduentus Domini ad iudicium. *Lucæ* 12. e. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis. Tertium est reformatio corporum gloriosa. *Phil.* 3. d. Conuersatio nostra in cœlis est, vnde expectamus Saluatorem Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Quartum est stola animæ. *Apocalyp.* 6. c. Datæ sunt illis singulæ stolæ, & dictum est illis, vt requiescerent tempus adhuc modicū, donec impleatur numerus

o conseruorum

In *a* loquela enim labij, *b* & lingua altera *c* loquetur ad populum istum, *d* cui *e* dixit: Hæc est *f* requies mea, *g* reficite lassum. *h* & hoc est meum refrigerium: *i* & noluerunt audire. Et *k* erit eis verbum Domini: *l* manda, remanda, manda remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi: vt *m* vadant, & *n* cadant retrorsum, *o* & conterantur, *p* & illaqueentur, *q* & capiantur. *r* Propter hoc *f* audite verbum Domini viri illusores, *s* qui dominamini super populum meum, qui est in Ierusalem. Dixistis *u* enim: *x* Percussimus fœdus cum *y* morte. *z* & cum inferno *a* fecimus pactum. *b* Flagellum inundans cùm *c* transierit, *d* non veniet super nos: quia *e* posuimus *f* mendacium spem nostram, & *g* mendacio *h* protecti sumus. *i* Idcirco hæc *k* dicit Dominus

A *a* In loquela enim] quasi dicat, malo vestro irridetis Prophetas, quos Dñs misit vobis, & loquitur in eis: quia non amplius per ipsos loquetur vobis; sed per flagella, & gladios hostium, sine omni præmonitione. [In loquela enim labij] vsque modò locutus est. *b* Et lingua altera] id est, verberibus & nó verbis. *c* Loquetur] Dominus ad populum istum] incredulum, & irridentem. Nam vulgaris mos est loquendi, vt pater filio protervo solet dicere. Fili, ego aliter de cætero loquar ad te, non amplius verbis, sed verberib. *d* Cui] populo. *e* Dixit] Dñs. *f* Hæc est requies mea] id est, vos benefacientes estis requies mea, id est, cum benefacitis: facitis me requiescere. Ergo. *g* Reficite lassum] me quem, laborare fecistis in iniquitatib. vestris, *inf.* 43. d. *h* Et hoc est meum refrigerium] id est, in hoc, id est, in bonis operibus vestris. Vnde. Anima iusti sedes est Dei, quasi dicat Dominus refectio pauperum ita grata est mihi, sicut lasso requies. Vel notat, quòd opera misericordiæ quiescere faciunt iram Dei. *Prou.* 21. b. Munus absconditum extinguit iras: & donum in sinu indignationem maximam. Ita dixit eis Dominus. *i* Et noluerunt audire] id est, auditum facere.

1. Cor. 14. d.

k Et erit eis verbum Domini] deridentis eos in sua miseria, & replicantis eorum verba irrisoria, quæ ipsi dicebant Prophetis. *l* Manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi] quasi dicat, in tempore necessitatis suæ consulent Dominum: nec respondebit eis; sed pro oraculo replicabit eis verba suæ irrisionis in eorum confusionem, quasi dicat modò potestis dicere verba, quæ solebatis dicere Prophetis meis irridendo eos. Nec solùm hæc verba erunt eis in confusionem; sed erunt causa captiuitatis eorum. *m* Vt vadant] id est, hoc verbum erit eis causa, vt vadant in interitum, vel in captiuitatem, vel de miseria, in miseriam. *n* Et cadant retrorsum] non in faciem, vt boni. *Ezech.* 2. a Sed retrò, vt mali 1. *Reg.* 4. d. De Eli. *o* Et conterantur] fame, & pestilentia. *p* Et illaqueentur] id est, ligati ducantur in captiuitatem. *q* Et capiantur] id est, capti teneantur, ne euadant à Chaldæis, vel Romanis. *r* Propter hoc] id est, quia illusistis, & derisistis Prophetas. *f* Audite verbum Dñi viri illusores] specialiter, scilicet, Pontifices, Scribæ, & Pharisæi, Principes, & generaliter omnes, qui Prophetas Domini irridetis. *s* Qui Dominamini super populum meum, qui est in Ierusalem, cupidè, & ambitiosè, quasi dicat, contra vos specialiter est hoc verbum. *u* Dixistis, enim percussimus fœdus cum morte] immolantes idolis, sicut aliæ Gentes, *z* Et cum inferno] id est, cum Diabolo. *a* Fecimus pactum,] id est, vt ad inferos descensuri seuiùs puniamur. Verba sunt Iudæorum desperantium de Dei auxilio, & ideò idolis, & Dæmonibus immolantium, quasi propter hoc minus punirent eos in inferno. Vel sperantes antè mori, quàm veniret captiuitas, dicebant. *x* Percussimus fœdus cum morte] id est, certi sumus, quòd moriemur, antequam veniat captiuitas comminata à vobis. *a* Et cum inferno fecimus pactum,] quasi dicat, confœderati sumus morti, & inferno, & ideò non inualent, nec nocebunt nobis, sicut confœderatis suis; quare non timemus vestras comminationes. Vel melius. Dixistis enim percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum] id est, facto ostendistis, ac si hæc fecissetis. *b* Flagellum inundans,] id est, captiuitas totam terram occupans. *c* Cùm transierit] per alias nationes. *d* Non veniet super nos, antè mortuos. Et reuera ita fiet. *e* Quia posuimus mendacium] i. idola [spem nostram. *g* Et mendacio] i. idolo mendacij, quod videtur viuere, & non viuit: vel Diabolo patre mendacij *Ioan.* 8. f. *h* Protecti sumus] quasi dicat, ita non veniet super nos, quia confidimus in Dijs veris, qui liberabunt nos, quos vocat Isaias mendacium, non quod ipsi ita vocarent: sed quia sic erat veritas. Vel ita. Verè. *d* Non veniet super nos flagellum inundans: quia posuimus mendacium spem nostram] i. speramus sic, quia est mendacium. dicit Isaias de suo. *g* Et [hoc [mendacio protecti sumus] i. hac spe protegemur, quæ est mendacium, dicit Isaias, quasi dicat, priùs mortui erimus, quam veniat captiuitas: & ita non veniet super nos captiuitas, Vel sic: Benefecimus faciendo (fœdus cum mo[rte]), & cùm inferno, quia [ ] posuimus] id est, posueramus, *f* Mendacium spem nostram] id est, frustra spem in Deo habuimus. *g* Et mendacio protecti sumus] id est, mendaciter, id est, non sumus protecti ab eo, sicut sperabamus. Et respondet Propheta. *i* Idcirco] quia desperastis, vel quia in idolis confiditis, vel quia sic dicitis. D

k Hæc dicit Dominus Deus] misericors, & miserator:

Ecce ego, &c.

☉ conseruorum eorum. *a* In loquela enim labij, & lingua altera loquetur] Dominus [ad populum istum. In loquela labij,] id est suauitatis, & misericordiæ loquetur bonis dicens: *Matth.* 25. c. Esuriui; & dedistis mihi manducare, &c. Venite, benedicti Patris mei. Tunc verè dicent boni: *Psal.* 44. Diffusa est gratia in labiis tuis, &c. *b* Et lingua altera, id est, in lingua iustitiæ, & seueritatis loquetur Dominus malis, dicens: Esuriui: & non dedistis mihi manducare: Ite, maledicti, &c. De primo dicitur *Soph.* 3. b. Reddam populis labium electum. De secundo dicitur *inf.* 42. c. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. *d* Cui dixit] Dominus. *f* Hæc est requies mea; reficite lassum.] Docet hic Dominus, quomodo possint expiari peccata, scilicet, per eleemosynarum largitionem. *Prou.* 21. b. Munus absconditum extinguit iras. *Luc.* 11. f. Date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. *k* Et erit eis verbum Domini manda, remanda, &c.] quasi dicat, verbum eorum condemnabit eos. *Matth.* 12. c. Ex verbis tuis iustificaberis: & ex verbis tuis condemnaberis. *Ioan.* 12. g. Sermo, quem locutus sum, ille iudicabit mundum in nouissimo die. *m* Et vadant] cogitatione. *n* Et cadant] locutione. *o* Et conterantur] operatione. *p* Et illaqueentur] consuetudine. *q* Et capiantur] in morte. *Prou.* 4. c. Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruunt *sup.* 8. c. Offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. *r* Propter hoc audite verbum Domini, viri illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Ierusalem.] *Gloss.* id est, Pontifices, & Scribæ. Prælati enim, & sapientes sæculi irrisores sunt Domini, siue illusores: quia tota vita eorum irrisio est, & illusio. *Prou.* 14. a. Quærit derisor sapientiam, & non inuenit. Item *Prou.* 3. d. Abominatio est Domino omnis illusor. Item *in eodem* 19. d. Parata sunt irrisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. *August.* Irrisor est, & non pœnitentes, qui sic commissa plangit, vt voluntate, vel opere committere non desistat. *u* Dixistis enim] opere, non sermone. *x* Percussimus fœdus] amicitiæ. *y* Cum morte,] id est, cum Diabolo, vt eum non impugnemus, sicut Pastor cum lupo dicitur fecisse fœdus, cùm, lupo rapiente, non clamat, *infr.* 56. c. Vniuersæ bestiæ agri, venite ad deuorandum: speculatores eius, cæci omnes: nescierunt vniuersi: canes muti non valentes latrare. *z* Et cum inferno fecimus pactum,] vt cum magna societate illuc veniamus. 2. *Paral.* 20. g. Quia iniisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua. *Matth.* 15. b. Si cæcus cæco, &c. *b* Flagellum inundans] paupertatis, nuditatis, tribulationis temporalis. *c* Cùm transierit, non veniet super nos:] & ideo illud flagellum, quod nunquam transibit, descendet super eos. *Iob.* 6. a. Qui timent pruinam, irruet super eos nix: tempore, quo fuerint dissipati, peribunt. *Sap.* 6. a. Potentes potenter tormenta patientur: & fortibus fortior instat cruciatus. *e* Quia posuimus mendaciū spem nostrā: & mēdacio protecti sumus,] id est, vanitate mundi. *Osee* 10. a. Ferietis fœdus cum mendacio: & germinabit quasi amaritudo. Est autem mendacium multiplex. Prosperitas temporalis. *Osee* 12. a. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum: tota die multiplicat mendacium, & vastitatem. Item idolum. *Ierem.* 8. b. Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Item Diabolus. *Ioan.* 8. f. Mendax est,

Mystice.

Mendacium multiplex.

A

Tertia pars

a Ecce ego,&c.] Tertia pars, vbi agitur de captiuitate duarum Tribuum facta per Romanos propter mortem Domini. Vnde præmittit de eius natiuitate dicens. [Ecce ego) quasi dicat, ita dicitis vos protectos ab idolis. vt nec mors, nec Infernus noceant vobis, nec captiuitas opprimat: & ego dico vobis, quod imò, quia Christus incarnabitur, quem vos occidetis: propter quod veniet super vos captiuitas Romanorū, & ita non solum vna, sed duplex captiuitas vobis immunet. Et hoc est (Ecce) in proximo, & euidenter. b Ego) dicit Pater. c Mittam] vobis nolētibus. d In fundamentis Sion id est in Apostolis, qui fuerunt fundamenta Ecclesiæ vel [In fundaméntis Sion] id est, ad fundandā Ecclesiā e Lapidem angularem.] id est, Christū, Gentes, & Iudæos in vnitate fidei copulātem. De quo dicit *Ps.* 117. Lapidem,

Rom. 9. g. 1. *Pet.* 2. b. *al.* † lapidē, lapidē probatū angularem. *Rom.* 10. b. *al.* † turbetur.

E

al. † quando

Deus: a Ecce b ego c mittam in d fundamentis Sion e lapidem † f angularem, g probatum, h pretiosum, in i fundamento k fundatum. l Qui crediderit, non † m festinet. Et n ponam in pondere o iudicium, & p iustitiam in q mensura. Et r subuertet grando s spē mendacij, & t protectionē. u Aquæ x inundabunt, & y delebitur fœdus vestrū cū morte: & pactū vestrū cū inferno non stabit. z Flagellū a inundās cùm b trāsierit, c eritis ei in d conculcationē, e Quandocunq; f pertransierit, g tollet vos: † quoniam h mane diluculo i pertrāsibit in k die, & in nocte, l & tantummodo sola vexatio intellectū dabit auditui. m Coangustatum est enim stratum, n ita vt alter decidat: & o palliū breue vtrunq; operire nō potest. Sicut p enim in monte diuisionum, q stabit Dominus,

quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. 1. *Cor.* 3. c. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus g Probatum] à Deo, & hominibus. h Pretiosum) quo totus mundus redemptus est. i In fundamento) Ecclesiæ. k Fundatum) totam sustinens fabricam Ecclesiæ. *Matt.* 7. d. Fundata enim erat supra firmam petram, id est, Christum. De quo. 1. *Cor.* 10. a. Petra autem erat Christus. Hebræi exponunt hoc de Ezechia, qui quasi fundamentum totam Ierusalem sustentauit: & quasi lapis angularis Iuda, & Israel reliquias copulauit. l Qui crediderit) hoc futurum, vt dico. m Non festinet) adimpletionē promissionis: quia non statim fiet: sed si differatur; non tamen aufertur. Vnde *Abacuc.* 2. a. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet. *Septuag.* dicunt. Qui crediderit, non confundetur, id est, non decipietur, quia ita fiet. Vel non cōfundetur æterna confusione. n Et ponam in pondere iudicium) id est, iuste iudicabo Ierusalem. p Et iustitiam in mensura) reddens ei, quod meruit. Vel. n Ponam in pondere) id est, iusto examine. o Iudicium] eius, id est, faciem ipsum iustum Iudicem, quia Pater non iudicat quemquam; sed omne iudicium dedit filio *Ioan.* 5. d.

p Et iustitiam in mensura) vt reddat vnicuique iuxta opera sua.

r Et subuertet grando]id est, impetus captiuitatis Romanæ subitò venientis. s Spem mendacij] id est Iudæos, mendaciter sperantes in idolis. t Et protectionem suam. u Aquæ) tribulationum. x Inundabunt] id est, totaliter occupabunt. y Et delebitur fœdus vestrum cum morte; & pactum vestrum cum inferno non stabit) quasi dicat, non moriemini, antequam veniat captiuitas, vt putatis. Sed. z Flagellum) mortis, vel captiuitatis Nabuchodonosor, vel Sennacherib, vel Romanorum.

a Inundans) id est, impetuosè veniens. b Cùm transierit) id est, cùm venerit. Vel (Cùm transierit) per alias nationes. c Eritis) vos, qui dixistis: non veniet super nos. d Et in conculcationem) id est. conculcabit vos, e Quandocunque) id est, quia. f Pertransierit, tollet,) id est, destruet (vos) h Quando) vel, quoniam mane diluculo. id est, citò, & subitò.

i Pertransibit in die, & in nocte) id est, ex quo venerit, continuè eritis in afflictione, & miseria, vel.

k In die, & in nocte) id est, tam in prosperis, quàm in aduersis, vel occultè, & apertè. l Et tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui) vestro, id est, faciet vos intelligere vera esse, quæ dixerunt Prophetæ. Et posset aliquis quærere, quare Dominus ita destrueret Iudæos? Et respondet, quia receperunt cultum idolorum, qui non potest esse simul cùm cultu Dei. Et loquitur Dominus ad Ierusalem, vt vir pudicus ad vxorem adulteram, quæ vult vtrique, id est, viro, & adultero satisfacere. Sic enim duæ Tribus Dominū adorabant in templo, & ei sacrificabant: & in domibus suis colebant idola. Nec potest hoc intelligi de decem Tribub. quæ penitùs Sponsum abiecerant, quia in Dan, & in Bethel aureos vitulos Ieroboam adorabant. Et hoc est, 3. *Reg.* 12. g.

m Coangustatum est enim) quasi dicat, meritò conculcabimini: quia vultis simul Deum, & idola colere, quod esse non potest: vt non potest esse, quod idem lectus recipiat Sponsum, & adulterum cum vxore, vel quod idem pallium cooperiat vtrumque. Coangustatum est enim stratum.) Metaphoricè loquitur, id est, cordis latitudo.

n Ita vt alter decidat) Sponsus. vel adulter. o Et pallium breue) est (vtrunque operire non potest) quasi dicat, non potestis Deo seruire, & idolis. *Matt.* 6. c. Nemo potest duobus Dominis seruire. p Sicut enim) quasi dicat, ita amplexamini modo idola, sed Dominus flagellando separabit vos ab eis. (Sicut enim) stetit (in monte diuisionum) id est, Baalpharasim. q Stabit Dominus) in Ierusalem, vt affligat vos & separet ab idolis, & aliis: quæ diligitis, mittens in captiuitatem. Et tangit Isaias historiam magnā, quam habemus, 2. *Reg.* 5. c. Vbi legitur, quòd Philisthæi cum magna multitudine intrauerunt terrā Iuda portantes idola sua, vt in exercitu cōsulerent ea, & iuxta nemus quædam polue-

F

Myst.

Θ & pater mendacij. Item fictus amicus. *Prou.* 10. a. Qui nititur mendacijs, hic pascit ventos, & sequitur aues volantes. Item pœna Sanctorum, *Ier.* 15. d. Plaga mea desperabilis renuit curari: facta est mihi quasi mendaciū aquarū infidelium. Item malum opus, *inf.* 44. c. Forte mendacium est in dextera mea. Item fallax verbum. *Sap.* 1. c. Os, quod mentitur, occidit animam. Item falsum signum. *Iere.* 8. c. Verè mendacium operat stilus mendax Scribarum. a Ecce ego mittam in fundamentis Sion,) id est, Ecclesiæ. e Lapidem,] id est, Christum, quem reprobauerunt ædificantes. f Angularem] coniungentem duos populos in prædicatione. g Probatum] in passione. h Pretiosum] in resurrectione. i In fundamento fundatum) in ascensione: quia tunc latuit mundo, sicut fundamentum. *Prou.* 10. d. Iustus quasi fundamentum sempiternum. l Qui crediderit] in Christum. m Non festinet [quærere retributioné. *Prou.* 10. d. Iustus quasi fundamentū sempiternū. l Qui crediderit) in Christū. m Non festinet (quærere retributioné. *Pro.* 20. c. Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in fine benedictione carebit. *Eccl.* 20. b. Hodie fœneratur quis & cras repetit: odibilis est homo huiusmodi. n Et ponā in pondere pœnæ. o Iudicium] culpæ. *Prou.* 16. b. Pondus, & statera iudicia Domini. p Et iustitiam) præsentis tribulationis. q In mensura] æternæ retributionis. *Luc.* 6. f. Mensurā bonā, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. r & subuertet grando.] id est, multitudo tormentorū. *Ps.* 10. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum pars calicis eorū. s Spem mendacij,] i. Diabolū, & qui in eū sperauerunt. t Et protectioné,] i. illos, qui Diabolū protexerunt. De quibus *Iob.* 40. c. Protegunt vmbræ vmbrā eius. u Aquæ] tribulationū. x Inundabunt,] i. vndique circundabunt. y Et delebitur fœdus vestrū cū morte,) quod percussistis cum Diabolo. z. Flagellū inundans cùm transierit) Iustos. c Eritis ei in conculcationé.) *Naum.* 1. b. In diluuio prætereunte consummationē faciet loci eius, *inf.* 30. g. Et erit transitus virgæ fundatus, &c. Ideò pœna Iustorum dicitur torrens: quia citò transit. *Iere.* 15. d. Plaga mea renuit curari: facta est mihi quasi torrens aquarū infideliū. *Ps.* 109 De torrente in via bibet. e Quandocunque pertransierit,) i. perfectè transierit in die iudicij. g Tollet vos,) vt turbo stipulā. l Tantūmodo sola vexatio intellectum dabit auditui,) quia pœna oculos aperit, quos culpa claudit. Vnde diues Epulo in inferno Lazarū cognouit, quē in mundo etiā videre contempsit. *Prou.* 29. c. Virga atque correctio tribuit sapientiā. *Ecc.* 22. a. Flagella, & doctrina in omni tempore sapientia. *Tobia* 11. c. Fel posuit in oculos. & vidit. *Apocal.* 3. d. Collyrio inunge oculos tuos, vt videas m Coangustatū est stratum) cordis. De quo *Ps.* 6. Lachrymis meis stratū meū rigabo. n Ita vt alter decidat] Deus, vel Diabolus: quia non est conuentio Christi ad Belial. 2. *Cor.* 6. c. Angustatio auaritiæ Deum cadere facit: angustatio iustitiæ Diabolum. Dominus totū vult possidere: Nam tanti nos emit Dominus, vt solus nos possideat. o Palliū breue est (vtrumque operire non potest.) Pallium, quod Christum operit, est charitas. Illud pallium ita breue est, vt Diabolum nullo modo valeat operire. *Ruth.* 3. b. Extende pallium tuum. *Glos.* Charitatem. *inf.* 59. d. Opertus est quasi pallio zeli. Pallium, quod operit Diabolū, est hypocrisis. *Cant.* 5. c. Tulerunt pallium meum custodes murorum. p Sicut in monte diuisionum stabit Dominus.) *Ps.* 143.

Θ In die

A dam posuerunt ea, vbi erat pirorum copia in loco amœno: & cum Dauid haberet paucos secum, consuluit Dñm, qui dixit, vt ex aduerso pirorum veniret, vbi erant idola: quod fecit Dauid. & præcessit eum Spiritus mouens cacumina pirorum: vndè exterriti Philistei fugerunt idola sua relinquentes, & ita separauit eos Dominus ab idolis: vndè locus dictus est Baalpharasim, i. diuisio a Baal id est, ab idolis. Baal enim est nomen idoli generale, & phares diuisio. Latinè autem dictus est Mons diuisionũ. Et hoc est, quod dicitur hic: Sicut Dominus separauit Philisteos ab idolis in monte diuisionum; ita separabit vos ab idolis vestris, & aliis rebus amatis, mittens vos in captiuitatem. Postea subiungit de alia historia, quam habemus *Iosue.* 10. c. vbi legitur quòd Iosue pugnans contra quinque Reges, timens ne beneficio noctis possent effugere, orauit, & stetit Sol, & Luna immobilis spatio vnius diei, quovsque omnes hostes suos Iosue contriuisset. Et sicut ibi Dominus fuit iratus quinque Regibus: ita vobis irascetur, vt deleat vos, & disperdat. Et hoc est. *a* Sicut in valle, &c.] supple iratus fuit quinque Regibus; ita, *b* Irascetur, vobis. *c* Vt faciat opus suum] i. vindictam sumat de vobis. *d* Alienũ est opus eius] quasi dicat, hoc opus, quod dixi suum, non est suum proprium, sed alienum ab eo: quia irasci non est opus eius: sed misereri semper, & parcere. Vndè idem repetit: sed aliis verbis [Alienum est opus eius. vt operetur opus suum] i. istud, quod prædixi suum. *f* Peregrinum est opus eius ab eo] i. non est eius, propriũ. *Gloss.* Legit interrogatiuè hoc modò. *a* Sicut in valle, quæ est in Gabaon] iratus est Dñs. ita, *b* Irascetur] vobis. *c* Vt faciat opus suum?] Non. Quia *d* Alienum est opus eius] cuius proprium est misereri semper & parcere, i. aliud ab eo operæ, quod facit iratus: quia iratus punit, & prouocatus flagellat, naturaliter & ex se miseretur, & parcit. Vndè *Thren.* 3. d. Non ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum. *Greg.* remissiuè legit, incipiens ibi versum [vt faciat opus suum] continuans et, quòd suprà dictũ est [Mittam lapidem angularem] quasi dicat, mittet Dñs lapidem angularem. i. filium. *e* Vt faciat opus suum] ad quod missus est, i. redimat genus humanũ. Sed *d* Alienum est opus eius] ab ipso, i. illud opus, ad quod faciendum missus est, non competit Diuinitati eius, scilicet, conspui, flagellari, crucifigi: nec etiam ipse homo hoc meruit: vnde etiam, & alienum est ab eo. Vndè sequitur. *d* Alienũ est opus eius] i. ad quod missus est. *e* Vt operetur opus suum] i. opus ad, ad quod missus est, alienum est ab eo, etiam inquantum homo, vt operetur illud: quia non meruit. Item quia inauditum est tale opus, vt scilicet, innocens, imò Dei filius pateretur mortem: vel quod mors per mortem occideretur, sequitur (peregrinum est opus eius ab eo.] Ter ergo ponit opus alienum, q. d. opus illud non conuenit eius Diuinitati, nec illud sustinere meruit inquantum homo: propterea inauditum est tale opus *g* Et nunc] iterum, ô vos Iudæi. *h* Nolite illudere] i. deridere Prophetas *i* Ne fortè constringantur vincula vestra] i. ne veniat captiuitas, in quam ducamini ligati: vel ne grauiùs affligi permittat vos Dñs in captiuitate, sicut ligati grauiùs affliguntur, quando vincula ampliùs constringuntur. *k* Consummationem enim, &c.] Iudæorum, vel omnium Gentium. q. d. citò veniet vestra captiuitas, quæ totam Iudæam consumet, vt audiui à Dño. Ideò. *l* Auribus] cordibus potiùs, quàm corporis. *m* Percipite] vili illusores, vel Scribæ, & Pharisæi. *n* Et audite] i. exaudite [vocem meam] *o* Attendite] diligenter. *p* Et audite eloquium meũ] inculcatio est verborum ad magnam diligentiam excitandam. Deinde côtra illusores vtatur similitudine arantis. Sicut enim arans non semper seminat, nec semper arat: sed cùm primo arando, & proscindendo terram suam, & postea sariendo æquauerit; tunc demum seminat per ordinem diuersa semina: & postea in trituratione alio modo excutit cyminum, alio modo triticum, alio modo aliud; sic Dñs non semper cominabitur, sed quandóque infert, quod minatur: & tunc

Sup. 10. *f.*

a sicut in valle, quæ est in Gabaon, *b* irascetur: vt *c* faciat opus suum, *d* alienum est opus eius: vt *e* operetur opus suum, *f* peregrinum est opus eius ab eo. Et *g* nunc *h* nolite illudere, ne *i* fortè constringãtur vincula vestra. *k* Consummationem enim & abbreuiationem audiui à Dño Deo exercituum super vniuersã terram. *l* Auribus *m* percipite, & *n* audite vocem meam, *o* attendite & *p* audite eloquium meum.

q Nunquid tota die *r* arabit arãs, vt serat: *f* proscindet, & *t* sarriet humum suã? *u* Nonne cùm adæquauerit *x* faciem eius, *y* seret Gith, & Cyminum sparget, & *z* ponet triticum *a* per ordinem, & *b* hordeum & *c* milium, & *d* viciam in *e* finibus suis? Et *f* erudiet illum *g* Deus suus, in *h* iudicio docebit illum. *i* Non enim in serris *k* triturabitur Gith: *l* nec tota plaustri *m* super Cyminum circuibit,

etiam aliter puniet maiores, aliter minores. Et hoc est. *q* Nunquid tota die] i. semper *r* Arabit arans, vt serat?] Non. Sed. *f* Proscindet] cum traha. *t* Et sarriet?] cum rostro, vel sarculo [humum suam] q. d. primò arat, secundò proscindit, tertiò sarrit. *u* Nonne cum adæquauerit] id est, comminuendo planauerit superducendo traham, quæ dicitur in Gallico *herce.* *x* Faciem eius, id est, superficiem. *y* Seret Gith, & Cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem] i. conuenienti loco: quia non eadem terra parit omnia. *b* Et hordeum, &c.] i. aliorũ seminũ. Vitia enim in circuitu aliarum messium solet ad custodiam seminari. Gith, vt dicit *Hai.* genus est leguminis simile cymino in quantitate; sed nigri coloris, & in pane dulcorando spargitur. *f* Et erudiet illũ] agricolã. *g* Deus suus] in opere suo faciendo. *h* In iudicio docebit illum] i. in discretione, vt discretè & têpestiuè faciat vnũquodque. *i* Non enim] quasi dicat, non solũ in serendo seruandus est ordo, & habenda discretio, sed etiã in triturando: quia alio modo triturãdum est hoc semen, alio modo illud. [Nô enim in serris] dentatis. *k* Triturabitur Gith] cùm fuerit tempus trituræ. *l* Nec rota plaustri] ferrati. *m* Super cyminum circuibit] quia totum commineret. quia non includitur folle, vel palea, nec habet simul grana, sicut milium.

A vel fœniculus, sed ⊖ in die iudicij: quando segregabit oues ab hædis. *Matt.* 25. c. *Iob.* 28. a. Lapidem caliginis, & vmbram mortis diuidit torrens a populo peregrinante. *a* Sicut in valle, quæ est in Gabaon, vt faciat opus suum) quia tunc stabit Sol iustitiæ, & Luna, id est, Ecclesia: & hostes Iosue, id est, Christi peribunt. *Mysticè.*

d Alienum est opus eius, operetur opus suum, &c.] Sed nunquid sicut Domini est misericordia; ita etiam iustitia? Ergo sicut proprium eius est misereri, sic proprium est punire. Sol. Et se solo miseretur, prouocatus punit. *Thren.* 3. d. Non enim ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum. Item modò est tempus misericordiæ; in futuro erit tempus iustitiæ. *Sap.* 19. a. Impiis in nouissimo ira sine misericordia superueniet *Iac.* 2. c. Iudicium sine misericordia fiet his, qui non fecerunt misericordiam. *g* Et nunc nolite illudere] vosmetipsos.
i Ne forte constringantur vincula vestra] id est; augeantur peccata vestra. *Prou.* 5. d. Funibus peccatorum suorum constringetur impius *k* Consummationem, &c,] id est. citò veniet dies iudicij. *Soph.* 1. d. Consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram *supr.* 10. f. Consummationem & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio terræ, id est, Deum hominem' Contemptus illius abbreuiationis est causa istius consummationis. Illa facta est in medio terræ; ista fiet super vniuersam terram. *l* Auribus percipite, &c.] Post minas addit exhortationem *Ioël.* 2. c. Quis scit, si conuertatur: & ignoscat Deus: & relinquat post se benedictioné. *q* Nunquid tota die arabit arans, vt serat?] *Osee.* 10. c. Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob, &c. Christus arat, prædicãdo. *f* Proscindet] pœnã têporalẽ infligendo. *t* Sarrit] pœnã æternã comminando. *y* Serit beneficia côferẽdo. *z* Ponet triticũ per ordinẽ, & hordeũ, & miliũ] Sanctos in gloria collocãdo. *a* Triticum] rubeum, i. Martyres in suo ordine. *b* Hordeũ,] i. Confessores in suo ordine. *c* Milium] candidum, i. Virgines in suo ordine. *d* Viciam, i. vitiatos. *e* In finibus suis] id est, in inferno. Item Prælatus debet arare prædicando, proscindere arguendo, sarrire consolando, serere necessaria ministrando, ponere triticum, & hordeum, & milium per ordinem: quia vnumquemque secundum statum, & meritum debet corripere, arguere & docere. *Christus comparatur agricolæ.*
h Gith] debet serere, quod panem dulcorat, id est, memoriam dominicæ passionis debet in cordibus peccatorum imprimere: quod pœnitentiam dulcem facit. *Exod.* 15. d. Clamauit Moyses ad Dominum, qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. *Prælatus debet esse similis agricolæ.*

vel faniculus, sed seorsum singula. a Sed in virga, &c.] ad hoc præparato. b Panis autem] id est, triticum, vel hordeū, & huiusmodi, de quo fit panis. c Comminuetur] id est, excutietur ferris, & plaustris. d Verùm non in perpetuum, &c.] panem. e Neq; vexabit eum rota plaustri] sēper. f Nec vngulis suis] id est, iteratum summitatibus. g Cōminuet eum] rota plaustri sēper, quasi dicat, cùm agricola triturat messem suam, aliter excutit hoc aliter illud: nec sēper excutit, sed post excussionem panem facit de grano, & paleam comminutam escam animalibus tradit; ita Dn̄s aliter hos, aliter illos puniēdo vexabit: & cùm puniat, semper vexabit, si inter flagella pœnituerit flagellatus. h Et hoc] vel [hæc] dissipatio, vel satio, secundùm *Gloss.* i A Domino Deo, &c.] id est, vt faceret vos mirari dispensationem alti consilij sui.

al. † hæc.

A

a sed in virga excutietur Gith, & Cyminum in baculo; b panis autem c comminuetur. d Verùm non in perpetuum triturans triturabit illum, e neque vexabit eum rota plaustri, f nec vngulis suis g comminuet eum. Et † h hoc à i Domino Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret consilium, k & magnificaret iustitiā.

C A P. XXIX.

al. † eris.

VÆ l Ariel, Ariel m ciuitas, quam expugnauit Dauid, n Additus est annus o ad annum: p solemnitates euolutæ sunt. Et q circumuallabo Ariel: & † r erit tristis, f & mærens,

k Et magnificaret iustitiam, &c.] secundum quam plus exigit ab eis, qui plus acceperant, vt dicitur *Matt.* 16. d. Et reddet vnicuique iuxta meritum suum.

Mysticè. ⊕ Et cyminum, debet spargere, id est, carnis mortificationem prædicare, verbo & exemplo. *Col.* 3. a. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.

E X P O S I T I O C A P. XXIX.

VÆ Ariel, &c.) Dominus compatiens affectu comminatur Ierusalem ciuitati suæ, prædicens per Prophetam duplicem eius destructionem. Primam per Chaldæos, secundam per Romanos, & futuram in medio restaurationem. Nam captiuatis duabus Tribubus à Chaldæis, post septuaginta annos reædificata est Ierusalem à Neæmia [& templum ab Esdra sub Zorobabel Duce, & Iesu magno Sacerdote, & Aggeo, & Zacharia Prophetis. Et postea euersa est iterum à Romanis. Et vocat eam Ariel, quod interpretatur Leo Dei, vel Leo vorans: eo quod in modum Leonis figurata fuit, vt dicunt, sicut Roma: vel quia sicut Leo Rex est animalium; ita Ierusalem Princeps, & Domina fuit omnium ciuitatum. Vndè *Thren.* 1. d. Facta est quasi vidua Domina Gentium, Princeps Prouinciarum facta est sub tributo. Vel sicut dicitur *Ezech.* 43. f. Ariel propriè dicitur altare holocaustorum, quod multa animalia vorauit, vt Leo: & propter hoc altare ipsa Ierusalem dicitur Ariel: vel propter Principes eius, qui deuorabant populum, sicut Leo deuorat alias bestias. Diuiditur autem hoc capitulum, in quatuor partes. Primò, comminatur Propheta Ierusalem destruendam à Babylonijs, & iterum reædificandam prædicit. Secundò, agit de obsidione Romanorum, *ibi* [Et circumdabo, &c.] Tertiò, reprehendit Romanos: quia propriæ virtuti hanc destructionem attribuebant, *ibi* [Et erit sicut somnium visionis nocturnæ.] Quartò, agit de Iudæorum excæcatione, *ibi* [Obstupescite, & admiramini] Dicit ergo.

l Væ Ariel, Ariel ciuitas, quam expugnauit Dauid] 2. *Reg.* 5. a Cùm potentissima esset repugnantibus Iebusæis, qui cæcos, & claudos posuerunt super muros, qui in suggillationem Dauid dicerent: Ecce nos dormimus, & contra te volumus ponere defensores. Iratus autem Dauid, non destitit ab incepto, faciens edictum, vt qui primò intraret ciuitatem, esset Dux militiæ. Vndè Ioab filius sororis Dauid Saruiæ, primus ascendit tecta domorum per fistulas domatum: & capta est ciuitas. Et hoc est, quod tangitur hic. Geminatio verò nominis Ariel, innuit duplicem destructionem, vel duorum destructionem, templi, scilicet, & altaris, quasi dicat, Propheta: omnis gloria Ierusalem auferetur à Chaldæis, & postea à Romanis. Et posset aliquis dicere. Parum durabit illa captiuitas, & ideò non est multum timenda, imò multùm: quia. n Additus est annus ad annum,] id est, addetur, præteritum pro futuro, more prophetico.

p Solemnitates euolutæ sunt] id est, euoluentur.

q Et circumuallabo Ariel] id est, Ierusalem exercitu Chaldæorum.

r Et erit] vel [eris] intùs [tristis] quia diruta.

f Et mœrens] quia captiuata, quasi dicat Dn̄s ad Ierusalē, faciam te obsideri à Chaldæis, & euerti, & captiuari, & multis annis carebis solemnitatibus, & templo, & Sacerdotio. Vndè *Osea.* 3. b. Dies multos sedebūt filij Israel sine ⊕ Rege, & sine Principe

Mysticè l Væ Ariel, Ariel] Ariel interpretatur Leo Dei, vel Leo vorans, & significat Prælatum, ad cuius rugitum omnes bestiæ debent figere gradum, & tremere. *Osea.* 11. d. Quasi Leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris, id est, peccatores. Debet etiam bestias deuorare, id est, bestialiter viuentes verbo, & exemplo salubri et occidere, & in corpus Ecclesiæ traiicere. Vndè *Actor.* 10. b. Macta & manduca. Item Leo tertia die rugitu suo excitat fœtum; sic Prælatus suscitat subditum post triduum pœnitentiæ. *Osea.* 6. a. Viuificabit nos post duos dies: & in die tertia suscitabit nos. Item Ariel significat claustrales, qui debent esse Leones Dei, non Diaboli: qui rugitu compunctionis, & gemitus debent comprimere in se bestiales motus, & sic à somno torporis fortiter excitare. Vndè *Psalm.* 37. Rugiebam à gemitu cordis mei. De hoc Leone dicitur *Ezechiel.* 51. c. Palma, erat inter Cherub, & Cherub: duásque facies habebat Cherub, faciem hominis iuxta palmam ex vna parte; & faciem Leonis ex altera parte. Faciem hominis, quia debet esse blandus, & mansuetus fratribus. Faciem Leonis, quia debet esse fortis, & terribilis Dæmonibus Palma in medio est; quia concorditer debent claustrales tendere ad palmam. Hic igitur arguitur Prælatus negligens, & Claustralis torpens, & ideò dicit bis. Væ Ariel, Ariel. Est autem væ, exequiarum cantus. *Væ dicitur multipliciter.* *Ieremia* 22. e. Non concrepabunt ei væ Domine, & væ inclyte. Item væ temporalis pœnæ prædictio. *Ieremia* 15. c. Væ mihi, mater mea, quare me genuisti? Item væ pœnæ rememoratio. *Ieremia* 45. a. Væ misero mihi, quia addidit Dominus dolorem dolori. Item væ pœna præsens. *Thren. vlt.* c. Væ nobis, quia peccauimus. Item væ æterna damnatio. *Ezechiel.* 30. a. Vlulate væ væ diei. Item væ transgressio mandati. 1. *Corinth.* 9. c. Væ mihi, etiamsi non Euangelizauero. Item væ persecutio. *Apoc.* 9. c. Væ vnum abiit, id est, persecutio martyricidarum.

m Ciuitas, quam expugnauit Dauid,] id est, Christus, hæc est Ecclesia, vel claustrum: quam Christus per fistulas domatum, id est, per verba Scripturarum cepit.

n Additus est annus] pœnitentiæ.

o Ad annum] culpæ. Tres enim sunt anni. Primus est annus culpæ, in quo peccauit Adam, Secundus est annus pœnitentiæ, in quo pœnituit. Tertius est annus gloriæ, in quo reuixit. Primi anni quatuor sunt partes, quasi quatuor tempora: Cogitatio, locutio, operatio, consuetudo. Et de hoc anno dicitur. *infrà* 38. c. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Secundi anni quatuor sunt tempora: Contritio, confessio, satisfactio, perseuerantia. Et de hoc anno dicitur *Abacuch.* 3. a. Domine, in medio annorum viuifica illud, id est, in anno pœnitentiæ, qui est medius inter annum culpæ, & annum gloriæ. Tertij anni quatuor sunt tempora, quatuor dotes corporis gloriosi. De hoc anno dicitur in *Psalm.* 64. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Si primo anno addideris secundum; Dominus addet secundo tertium, id est, si culpæ addideris pœnitentiam; Dominus adiunget pœnitentiæ gloriam.

p Solemnitates euolutæ sunt,] id est, gaudia mentis perdita sunt. *Amos octau.* c. Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum.

q Et circumuallabo Ariel.] Hoc facit Dominus, quando permittit Prælatum fortiter tribulari, vel claustralem grauiter tentari.

r Et eris tristis] per acidiam, siue per tristitiam, quæ vltra modum nocet claustralibus. *Prouerbiorum vigesimo quinto.* c. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno; ita tristitia viri nocet cordi. Propter hoc dicit *Ecclesiasti. trigesimo.* d. Tristitiam longè expelle à te; multos enim occidit tristitia: & non est vtilitas in ea. f Et mœrens] per pœnitentiam.

⊕ *Eccl.* 30. d.

A Rege, & sine Principe, & sine Sacerdotio, & sine altari, & sine Ephot, & sine Teraphin, & post hæc reuertentur. Vndè & hic sequitur. *a* Et erit, &c. quasi dicat, iterum reædificabitur Ierusalem sub (le u) magno Sacerdote completis septuaginta annis, iuxta vaticinium *Ierem.* 25. c. Sed quia Ierusalē reparata similitudinem tantum, & non magnificentiam antiquæ dignitatis retinuit: ideò dicit, quasi Ariel, & non Ariel simpliciter, sicut *supr.* 22. e. Quasi quis hic. Et iterum adiungit de destructione Romanorum.

a & erit mihi, quasi Ariel. Et *b* circundabo quasi *c* sphæram in circuitu tuo, *d* & iaciam contra *e* te aggerem & *f* munimenta ponam in obsidionem tuam. *g* Humiliaberis, *h* de terra loqueris, *i* & de humo audietur eloquium tuum: Et *k* erit, quasi Pythonis de terra *l* vox tua, *m* & de humo eloquiū tuum mussitabit.

Secunda pars.

b Et circundabo.] Secunda pars, vbi prædicitur obsidio Romanorum. [Et circundabo] id est, circundari permittam a Romanis. *c* Quasi sphæram in circuitu tuo] id est, vndique: quod dicit propter hostium multitudinem, quæ tanta fuit, vt vndique circumuallarent ciuitatē. Vndè *Luc.* 19. g. Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te.

d Et iaciam] permissiuè per Romanos. *e* Contra te aggerem] vnde videre possint in ciuitatem, vel vt implerentur fossata ciuitatis. *f* Et munimenta, &c. id est, castra lignea, & machinas, quæ fiunt in obsidionibus ciuitatum. *g* Humiliaberis] id est, prosterneris ad terram, vel quæ solebas clamosè, & impetuosè, loqui, humiliter & submissè loqueris. *h* De terra loqueris. Modus est loquendi, id est, in terra prostrata loqueris. Vel: [De terra loqueris] id est, ita submissè, quasi vox tua de terra veniret. *i* Et de humo audietur eloquium tuum. [Idem est ad maiorem expressionem.

k Et erit, &c.] id est, humili susurro personabit. Sicut vox Pythonissæ quasi murmur & susurrum quoddam est, quo mortuos suscitat. Cùm enim in lege prohibitum esset consulere Pythones, abscondebant se in fossis, & locis subterraneis, & ibi dabant responsa: ita Iudæi imminente captiuitate Romana, cum timore abscondebant se in cellariis, & locis occultis, non audentes etiam loqui ibi, nisi valde submissè. Vel aliter vt tangatur causa destructionis, scilicet, cupiditas. Antiquitùs enim veniebant Iudæi ad Pythones, id est, ad Pythonissas habentes Dæmonem in ventre loquentem, quando aliquid amiserant, & dabant eis consilium de inueniendo amisso: ita Ierusalem iam non dabat consilia nisi de terrenis: & quæ olim de cœlestibus per Prophetas, & Patriarchas tantùm loquebatur: nunc de solis terrenis loquebatur, quia illa sola amabat. Quilibet enim libenter loquitur de re, quam amat. Vndè *Ioan.* 3. d. Qui de terra est, de terra loquitur, &c. Et hoc est. *h* De terra loqueris] id est, de terrenis, quæ olim de cœlestibus loquebaris.

l Et de humo audietur eloquium tuum] id est, de his, quæ ad vitam pertinent humanam, id est carnalem.

k Et erit quasi Pythonis,] id est, Pythonissæ habentis Pythonem. *l* Vox tua] de terrenis tantùm. Et per hoc significat Propheta de populo illo Magos futuros, vt Simon Magus. Pythonissa etiam, quæ in Endor Samuelem, imo veriùs Dæmonem suscitauit, huiusmodi futura prædixit in populo illo, 1. *Reg.* 28. b. vt dicit *Hayme*.

m Et de humo eloquium tuum mussitabit] quasi dicat, in aperto & occulto non loqueris, nisi de terrenis, quod est signum nimiæ auaritiæ, & cupiditatis. *n* Et erit sicut puluis tenuis.] quæ est innumerabilis. *o* Multitudo ventilantium te,] id est, Romanorum, Hebræus tamen legit de Sennacherib, cuius exercitus redactus fuit in puluerem, *inf.* 37. g. *p* Et sicut fauilla pertransiens multitudo eorum, qui contra te præualuerunt] id est, Romanorum, id est, sicut fauillæ, quæ semper in motu sunt, & transeunt successiuè, numerari non possunt: ita nec exercitus Romanorum poterit numerari tantus erit. Per puluerem etiam & fauillam notatur incendium & euersio Ierusalem, quæ à Romanis vsque ad puluerem est redacta. *q* Eritque repentè] illa calamitas Ierusalem, quia subitò obsessa est ante tempus expectatum.

r Confestim] id est, subitò. *s* A Domino exercituum visitabitur] Ierusalem in vltionem Domini, & Sanctorum, quos occidit.

u In tonitruo] quod auditum fuit ante aduentum Romanorum, & terra mota. Tonitruum dicit impetum Romanorum, ad quorum aduentum visum est fieri tonitruum, & terra moueri. Vnde sequitur. *x* Et commotione terræ, & voce magna] id est, clamore & tumultu magno. *z* Turbinis & tempestatis & *a* flammæ ignis deuorantis] id est, fulguris homines interficientis. Imminente enim captiuitate Romana, videbantur super Ierusalem in aere milites armati discurrere, & audiebantur tonitrua, & cadebant, fulgura prænuncia futuræ calamitatis. Vel per hoc innuit, quòd Romani succenderūt ciuitatē & tēplum.

Et *n* erit sicut puluis tenuis *o* multitudo ventilantium te: *p* & sicut fauilla pertrāsiens multitudo eorum, qui contra te præualuerunt, *q* Eritque repente, *r* confestim *s* à Dño exercituum *t* visitabitur in *u* tonitruo, *x* & commotione terræ, *y* & voce magna *z* turbinis, & tempestatis & *a* flammæ ignis deuorantis. B

A *a* Et erit sicut

Mysticè.

⊕ *Eccl.* 30. d. Miserere animæ tuæ placens Deo. *a* Et erit mihi, quasi Ariel] Benedicit, quasi Ariel: quia quando claustralis laborat, vel marcet in pœnitentia, non est omnino Leo Dei. Vndè *supr.* 22. e. Quid tu hic, aut quasi quis hic? Similiter Prælatus acidiosus non est Leo Dei. *Zachar. vndecimo.* d. O pastor & idolum derelinquens gregem.

b Et circundabo quasi sphæram in circuitu] id est, mundum volubilem ponam in animo tuo.

d Et iaciam contra te aggerem] id est, carnalium, & mundanorum desideriorum multitudinem.

f Et munimenta ponam in obsidionem tuam] ô tu Ariel, id est, claustralis, id est, dignitatum, & prælationum sublimitates, de quibus cogitare, & appetere facit Diabolus, vt capiat Ariel. *Abacuch.* 1. c. Super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.

g Humiliaberis] vt non sit conuersatio tua in cœlis cum Angelis? sed in terra cum brutis. *Psalm.* 48. Homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

h De terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum] quia de temporalibus est omnis locutio eorum. Vndè 1. *Ioan.* 4. a. Ipsi de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Vndè hodie verè potest dici successoribus Petri, id est, Prælatis, quod dictum est ei. *Matth.* 26. g. Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. *Iudic.* 12. Dic Sebboleth: quod interpretatur spica, qui respondebat Thebboleth: quod interpretatur spica palearum, quia de paleis, id est, de terrenis benè sciunt loqui; sed de granis verborum Dei non possunt, id est, non sciunt loqui.

k Et erit quasi Pythonis de terra vox tua] Hoc contra ventriloquos. De quibus *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum.

n Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te] id est, multiplicabuntur tentationes oculos mentis excæcantes, vt puluis.

p Et sicut in fauilla pertransiens multitudo eorum, qui contra te præualuerunt] id est multiplex erit tentatio carnis, quæ incendit in fauilla. *Eccles.* 11. d. A scintilla vna augetur ignis, ab vno respectu, vel ab vna locutione: quid ergo a multa familiaritate?

q Eritque repentè, confestim à Domino exercituum visitabitur in tonitruo, &c.] Hic notatur ordo iudicij. Subitò veniet, vndè dicit repentè. *Thessalon.* 5. a. Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet: cùm enim dixerint pax, & securitas; tunc repentinus eis superueniet interitus. Primò sonabit tuba: & tunc resurgent mortui, & venient ad iudicium. 1. *Corinth.* 15. g. Canet tuba: & mortui resurgent incorrupti. Secundò, erit disceptatio. Esuriui; & non dedistis mihi manducare. *Matth. vigesimo-quinto*, d. Tertiò, dabitur sententia diffinitiua. Ite maledicti, &c. *Matth. vigesimo-quinto*, d. Illa tria habes hic.

t Visitabitur in tonitruo] ecce tuba. *Iob.* 26. d. Quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Item *Iob.* 37. a. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter. *Eccl.* 43. b. Vox tonitrui eius verberabit terram, id est, terrenos.

x Et commotione terræ.] Hic notatur resurrectio mortuorum.

y Et voce magna turbinis, & tempestatis.] Hic notatur disceptatio. *a* Et flammæ ignis deuorantis.] Hic notatur sententia diffinitiua.

⊕ *a* Et erit sic

Tertia pars. Δ a Et erit sicut, &c. Tertia pars, vbi arguit Romanos: quia hanc destructionem Ierusalem ascribebant propriis viribus, & non Deo: propter quod & citiùs transiuit potestas eorum. Et hoc est. [Et erit sicut, &c.] id est, contra Ierusalem. b Et omnes, &c.] quasi dicat, sicut somniū citò euanescit, sic omnes, qui Ierusalē impugnauerūt, citò transibūt. Quod non solùm de Romanis, sed etiā de Chaldæis & Assyriis, & aliis Gentibus, quæ Iudęos impugnauerunt, verè potest intelligi: quia potestas, & dominium eorū parum durauit. Primò enim fuit Monarchia apud Assyrios, & Chaldæos, & citò periit: & postea fuit apud Medos, & Persas, & iterum
C
decidit, postea apud Græcos, & citiùs corruit: postea apud Romanos, & iterum cecidit, & adhuc quotidie cadit.

Et a erit sicut somnium visionis nocturnæ, multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra Ariel: & b omnes, qui militauerunt, & obsederunt, & præualuerunt aduersus eam. Et sicut c somniat esuriens, & comedit, cùm d autem fuerit expergefactus, e vacua est anima eius. Et sicut f somniat sitiens, & bibit: & g postquam fuerit expergefactus, h lassus adhuc i sitit, k & anima eius l vacua est; sic m erit multitudo omnium Gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion. n Obstupescite, & o admiramini, p fluctuate & vacillate, q inebriamini, r & non à vino s mouemini, t & non † ebrietate: quoniam u miscuit vobis Dominus spiritum soporis. x Claudet oculos vestros? y Prophetas, z & Principes vestros, qui a vident visiones, b operiet. Et c erit vobis d visio omnium, sicut e verba libri signati, f quem cùm dederint scienti literas, g dicent: h lege istum; & i respondebit: non k possum; signatus est enim. Et l dabitur liber m nescienti literas, n diceturque ei: lege; & respondebit, nescio literas. *Al. † ab* D

c Et sicut somniat esuriens, & comedit] id est, videtur ei, quòd comedat. d Cùm autem fuerit expergefactus,] id est, à somno euigilatus. e Vacua est anima eius] id est, vita eius sine refectione. f Et sicut somniat sitiens, & bibit] id est, videtur ei, quòd bibat. g Et postquam fuerit expergefactus] à somno. h Lassus adhuc] de labore somni. i Sitit] quia somniando nihil bibit, k Et anima eius] id est, vita eius. l Vacua est] id est, sine refectione. m Sic erit multitudo omnium Gentium, &c.] id est, sicut vanitas somniorum citò transit, & multos decipit; sic fortitudo, & potestas Romanorum, & aliarum Gentium citò transiuit, & eosdem decepit. *Eccl.* 34. a. Vana spes & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentes. n Obstupescite, &c.] Quarta pars, in qua agitur de excæcatione Iudæorum post destructionem Romanorum. Specialiter autem contra Scribas, & Pharisæos, post subuersionem Ierusalem, & templi dirigitur Prophetia: quorum peccatis quadrupliciter subuersa est ciuitas: qui suggesserunt populo, vt peteret Barrabam. *Quarta pars.*

n Obstupescite] Scribæ; & Pharisæi, vel omnes Iudæi.

o Et admiramini] id est, obstupescentes admiramini super magnitudine miseriarum vestrarum. p Fluctuate & vacillate] id est, fluctuabitis, & vacillabitis præ timore, & dolore, id est, tantum timorem, ac dolorem habebitis, quòd non poteritis vos sustinere super pedes vestros.

q Inebriamini id est, inebriabimini. r Et non à vino] sed dolore. s Et mouemini,] id est, mouebimini. t Et non ebrietate] vini, sed stupore malorum, vel pœnitentes, vt euadatis. Et reuera sic erit. u Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis] id est, alienationem mentis, quæ quandoque prouenit ex nimio dolore. *Septuaginta*, pro Spiritu soporis, dicunt, Spiritum compunctionis. *Theodotion.* Mentis excessum. x Claudet oculos vestros] cordis, quia videntes Saluatorem clausistis eos: ne crederetis in eum. y Prophetas] qui deberent vobis præuidere futura, & nescierunt: & per quos olim scientiam videbatis, hoc clausit Dominus, id est, abstulit, quia Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem. *Matth.* 11. b. z Et Principes vestros] id est, Reges & Sacerdotes, qui deberent vos defendere. a Qui vident visiones] id est, deberent videre. b Operiet] id est, auferet: & tales faciet, vt nec se, nec vos defendere queant, nec futura reuelare, nec aliquid præuidere; sicut ille, qui oculos corporis habet opertos, vel clausos, videre non potest. c Et erit vobis] Iudæis, vel Scribis, & Pharisæis, non omnibus. d Visio omnium] Prophetarum obscura & ignota. e Sicut verba libri signati] Librum signatum vocat totam Sacram Scripturam: quia spiritu vno scripta est. f Quem cùm dederint scienti literas] id est, Scribis, qui se iactabant scire, intellige sacram Scripturam, vel cuilibet alij Iudæo. g Dicens] ei.

h Lege istum] id est, expone nobis, quod dicitur in eo.

i Et respondebit] id est, respondere poterit, & verè. k Non possum; signatus est enim] id est, obscurus & ignotus.

l Et dabitur liber] id est, vetus & nouum testamentum.

m Nescienti literas] id est, laico vel Gentili.

n Diceturque ei: lege librum: & respondebit: nescio literas] quasi dicat, sicut literatus non potest legere verba libri signati; nec illiteratus potest intelligere verba libri aperti; ita, vos Iudæi, nihil intelligetis in sacra Scriptura præter corticem literæ, quam etiam malè intelligunt in multis locis. Et hæc impleta fuerunt, quando dignitatem, & Sacerdotium amiserunt, quando ciuitas & templum destructa fuerunt à Romanis. *37. dis. c. vino.*

Δ a Et dixit Dominus

Θ a Et erit, sicut somnium, &c.] Hic comparat Propheta omnes mundi amatores somniantibus: quia quicquid habent in mundo, cùm euigilauerint in morte, scient fuisse vmbram, vel somnium. Vndè *Iob vigesimo.* b. Velut somnium auolans non inuenietur. Item *Iob* 27. d. Diues cū dormierit, nihil secū auferet. *Ps.* 73. Velut somnium surgentium, Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. n Obstupescite, & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino mouemini, & non ebrietate: quoniam miscuit vobis Dñs spiritū soporis.] Sexta verba ponit in pœna malorum contra sex partes iustitiæ: quia superiori denegauerunt obedientiam, & reuerentiam: pari consilium, & auxilium: inferiori defensionem, & doctrinam. x Claudet] Dominus oculos vestros, Prophetas, & Principes vestros, qui vident visiones, operiet, id est, Prælatos, & Doctores, qui sunt oculi Ecclesiæ, claudet per superbiam, & operiet per auaritiam. *Mich.* 3. c. Occumbet Sol super Prophetas: & obtenebrabitur super eos dies. Ideò clamat Ecclesia in *Psalm.* 118. Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. c Et erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati, &c.] Hic duo genera notantur, scilicet, iactantes & nescientes. Vtrique legere non possunt in libro. Et dicit *Ieron.* Multò melius est legis imperitiam confiteri, quàm iactare prudentiam: nec posse scire, quod dicitur. *Prou.* 30. a. Non didici sapientiam, & noui scientiam multorum. Et de tali mirantur Iudæi. *Ioan.* 7. b. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? *Psalm.* 70. Non cognoui literaturam: introibo in potentias Domini. Domine, memorabor iustitiæ tuæ solius. *Chrysost.* De eo, qui somniat, quod est Rex, & hoc omni nocte alius est Rex, vt de die, & de nocte non sentit, quia dormit: vter istorū lętiùs regnat? constat, quòd somniator: quia sine tristitia est. Nota librum multiplicem. Liber pręscientiæ: & hic duplex scilicet, prædestinationis, & reprobationis. *Exod.* 32. g. Aut dimitte eis hanc noxam; aut si non facis, dele me de libro tuo, quē scripsisti. Hic signatus est: quia nullus scit, quis sit ibi scriptus. *Eccl.* 9 a. Nemo scit vtrum amore, an odio dignus sit; sed omnia in futurū reseruantur incerta. Item liber, Christus. *Ps.* 138. In libro tuo omnes scribentur. Et hic sigillis septem signatus est. Natiuitate, Circuncisione, Baptismi susceptione, miseriarū susceptione, morte, sepultura, resurrectione. *Apoc.* 5. a. Vidi in dextera sedentis super thronū librū scriptum: intùs, & foris signatum sigillis septem & nemo poterat aperire librum, neque respicere illum; & ego flebam multum. Item liber vitæ. *Philip.* 4. a. Quorum nomina scripta sunt in libro vitæ. Item liber Scripturæ. *Zach.* 5. a. Vidi & ecce volumen volans. Item liber conscientiæ. *Dan.* 7. c. Sedit iudiciū & libri aperti. Itē liber naturæ. *Rom.* 1. c. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. *Sap.* 13. b. A magnitudine speciei, & creaturæ poterit horū Creator intueri. *Ps.* 138. In libro tuo omnes scribentur. Item liber pœnæ. *Naum.* 1. a. Onus Niniue liber visionis. Item liber picturæ. *inf.* 34. a. Complicabuntur sicut liber cœli. *Mystice.*

Θ a Eo quòd appro

a Et dixit Dominus] causam ostendit, quare hæc omnia contingent Iudæis: quia, scilicet, ore & labiis Dominum laudabant, sed corde, & opere blasphemabant. Et est constructio suspensiua, vsque, ibi. Ideo ecce. Dicit ergo, Et dixit Dominus: eo, quod appropinquat ad me.

Et a dixit Dñs. Eo quòd appropinquat populus b iste, c ore suo, & d labiis suis e glorificat me; f cor autem eius longè est à me, g & timuerunt me h mandato hominum, & i doctrinis: k ideò ecce ego addam, vt l admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. m Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & n intellectus prudentium eius o abscondetur. p Væ qui profundi q estis corde, vt à Dño r absconditis consilium, s quorum sunt in t tenebris u opera, & dicunt: Quis x videt nos, & quis y nouit nos? z Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si a lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo: non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo: non intelligis. b Nonne adduc in modico, & in breui c conuertetur d Libanus in e Carmel, & f Carmel in saltum reputabitur? g & h audient in i die illa k surdi l verba libri:

b Populus iste:] Iudaicus, scilicet. c Ore suo] non corde, vel opere. Ore dicitur appropinquare: qui idola non colebat: quæ si coleret, neutro modo appropinquaret.

Matth. 15. a. Marc. 7. b. 8. dist. c. fina.

d Et labiis suis] motùm, non corde, vel opere. e Glorificat me,] id est, laudat.

E f Cor autem eius longè est a me,] quia non credebant in Filium: & qui non credit in Filium, non credit in eum, qui misit illum. 1. Ioan. 2. d. g Et timuerunt me,] i. ostenderunt se, quasi timerent me: & hoc.

Abdias 1. c. 1. Cor. 1. c.

h Mandato hominum] non Dei.

i Et doctrinis,] i. traditionibus Scribarum, & Pharisæorum, qui iustitiam suam statuere volentes, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Rom. 10. a. Quasi dicat, Dominus: non pro reuerentia mandatorum meorum me timuerunt sed potiùs pro reuerentia traditionum suarum, quæ præferebant mandatis Domini. Vndè Matth. 15. a. Vtitur Dominus contra eos hoc testimonio, dicens: Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram, Hypochritæ: bene prophetauit de vobis Isaias Propheta dicens: Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè est à me, sine causa autem colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum.

k Ideò ecce ego addam] culpæ eorum, vindictam meam, quasi dicat, quia sic faciunt Iudæi, ideo omnia hæc faciam.

l Vt admirationem faciam, &c.] i. tantam & talem pœnam inferam eis, vt omnes mirentur. Quod factum est, quando ciuitas arsit, & templum corruit, & Magistrorum scientia omnino deperiit: quod fuit miraculum grande.

m Peribit enim sapientia a sapientibus eius,] id est, à Scribis & Pharisæis, qui se sapientes reputabant, & Dei sapientiam non receperunt, id est, Christum.

n Et intellectus prudentium eius,] id est, Ierusalem.

o Abscondetur] vt non reperiant veram intelligentiam, quæ in lege, & Prophetis continetur. Ab hoc loco Apostolus. 1. Cor. 1. c. Ponit testimonium quotidiani. Perdam sapientiam sapientium & prudentiam prudentium reprobabo. Et ibidem dicit Gloss. quòd de Abdia sumpsit Apostolus testimonium sed vtrobique potuit sumi, quia vtrobique dicitur sensus idem, etsi non verba eadem.

p Væ qui profundi estis corde] Suprà comminatus est Dominus Ierusalem, & Scribis, & Pharisæis specialiter; hic comminatur vniuerso populo Iudaico dicens eos ad tantam cæcitatem venire, vt dicant Deum non videre ea, quæ ipsi faciunt in occulto: vbi mysticè vocatio Gentium prophetatur. Dicit ergo.

p Væ] temporale & æternum vobis.

q Qui profundi estis corde, vt a Domino] qui omnia videt.

r Absconditis consilium,] id est, secretum cordis vestri.

s Quorum,] id est, quia eorum.

t Sunt in tenebris,] id est, in abscondito.

u Opera] mala. Ioan. 3. c. Qui malè agit, odit lucem.

x Et dicunt, quis videt nos?] quasi Dominus non videat etiam corda.

y Et quis nouit nos] qui iam astutè celamus consilia? Eccli. 16. b. Non dicas: à Deo abscondar: & ex summo quis mei memorabitur? Iob 24 c. Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens: non me videbit oculus: & cooperiet vultum suum.

z Peruersa est hæc vestra cogitatio,] qua cogitatis, quod Creator ignoret creaturam. Quod ipsi cogitabant.

a Quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo, non intelligis,] q. d. sicut abusio esset, si opus fictile diceret fictori suo, non intelligis, quid facis: ita abusio est, quòd homo credat, aliquid latere Deum. Nam incomparabiliter excellentior est Deus homine, magis quàm fictor figmento suo. Infrà 64. c. Et nunc Domine, Pater noster es tu, nos verò lutum: & fictor noster tu: & opera manuum tuarum omnes nos. Infr. 45. b. Væ qui contradicit factori suo testa de samiis terræ. Nunquid dicet lutum figulo suo: quid facis, & opus tuum absque manibus est? Vndè sumpsit Apostolus illud Rom. 9 d. Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit: quid me fecisti sic? Eccl. 23. c.

b Nonne adhuc in modico, &c.] Moderatio est supradictæ comminationes, quasi dicat, omnia supradicta faciet vobis, si ex aduerso ei ambulaueritis: si verò ad eum conuersi fueritis, non solùm mala illa, vobis non inferet, sed in tantum placabitur vobis, vt inculta, & siluestria terræ vestræ, sicut est Libanus, qui est in phœnicia, vertantur in fertiles, & fœcundos agros, vt est Carmelus, qui est in confinio Palæstinæ & Phœniciæ: & surdos, & claudos, verba libri, priùs occulta, videre; & audire faciat. Et hoc est. Nonne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus, id est, terra sterilis, vt est Libanus. e In Carmel,] id est, in terram fertilem, vt est Carmel Hebræi dicunt Chermel. Rom. 9. d. F Inf. 32. d.

f Et Carmel in saltum reputabitur,] id est, terra fertilis in sterilem conuertetur, si vos pœnitere non vultis.

g Et] iterum, si conuersi fueritis.

h Audient in die illa, &c.] conuersionis vestræ.

k Surdi verba libri, &c.] suprà signati.

Δ a Et de tenebris ignorantiæ.

Vel melliùs ab illo loco. b Nonne adhuc, &c.] Prædicit vocationem Gentium, & Iudæorum reprobationem tempore Apostolorum futuram dicens. b Nonne adhuc in modico & in breui,] i. citò conuertetur per Apostolorum Prædicationem. d Libanus,] i. Gentilis populus candidatus. e In Carmel,] id est, ad fidem Iudæorum.

f Et Carmel in saltum reputabitur,] i. Iudæi ad fidelitatem Gentium conuertentur. Vndè Deut. 28. d. Ipse, id est, Gentilis populus, erit in caput, & tu in caudam.

g Et audient] auditu inferiori. i In die illa,] prædicationis Apostolorum. k Surdi,] i. Gentes, quæ non audierant legem, vel Prophetas. l Verba libri, i. vetus, & nouum Testamentum Scribis, & Pharisæis signatum.

Δ a Et de tenebris.

⊕ a Eò quòd appropinquat populus iste, ore suo, & labiis suis glorificat me; cor autem eius longè est a me. Hoc contra bene dicentes, & malè viuentes. Ierem. 12. a. Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Mysticè.

g Et timuerunt me mandato hominum & doctrinis.] Hoc contra illos, qui plus scrutantur, vel venerantur, & legunt scientiam Legum, & Decretalium, quàm Euangelij. Matth. 15. a. Irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. k Idcirco ecce ego addam, & admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus mundi, quod esset miraculum magnum & gloriosum. Abdias. c. Perdam sapientiam de Idumæa, & prudentiam de monte Esau. Infrà 44. d. Irrita faciens signa diuinorum, & hariolos in furorem vertens, conuertens sapientiam in errorem, vel retrorsum, & scientiam illorum stultam faciens.

p Væ qui profundi estis corde, vt à Domino absconditis consilium,] i. qui celatis iniquitatem vestram Domino. Ier. 17. b. Profundum est cor hominis, & inscrutabile. Eccl. 23. c. Omnis homo, qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, & dicens: quis me videt? circumdant me tenebræ, &c. Ier. 23. e. Si occultabitur homo in absconditis: & ego non videbo eum? Contra hypocritas est hoc. De quibus, 2. Cor. 4. a. Non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris. Quæ enim in occulto fiunt ab eis, turpe est dicere.

c Conuertetur Libanus in Carmel,] & Carmel in saltum reputabitur, &c. Lybanus mons est incultus, & significat laicos. Carmel mons fertilis, & significat Clericos. Vndè est sensus. E contra Clerici infructuosi, & laici fructuosi. Psalm. 106. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim g Et audient in die illa surdi verba libri]

A *a* Et de tenebris] ignorantiæ. *b* Et caligine] culpæ.
c Oculi cæcorum videbunt,] id est, qui priùs erant in tenebris, & caligine, & videre non poterant, videbunt.
e Et addent mites,] id est, tractabiles, & lenes.
f In Domino lætitiam,] id est, læti seruient Domino.
g Et pauperes homines,] id est, humiles. *h* In sancto, &c.] id est, in Domino, qui sanctificat Israel. *i* Quoniam defecit, &c.] id est, ideò venient hæc bona mitibus, & humilibus: quia mali consumpti sunt: & ab illis tanquam sordibus ciuitas purgata. *l* Consummatus est,] id est, consumptus est. *m* Illusor,] id est, Iudæi illusores.

Al. † succisi. Al. † festinabant. Al. † ad iniustum.

& de *a* tenebris & *b* caligine *c* oculi cæcorum *d* videbunt. Et *e* addent mites in *f* Domino lætitiam: & *g* pauperes homines in *h* sancto Israel exultabunt: quoniam *i* defecit, qui *k* præualebat: *l* consummatus est *m* illusor. Et † *n* succensi sunt omnes, qui † *o* vigilabant super iniquitatem: qui *p* peccare faciebant *q* homines in *r* verbo, *s* & arguentem in porta *t* supplantabant: *u* & declinauerunt *x* frustra † à Iusto. *y* Propter hoc hæc

G

Aliter. A *a* Et de tenebris, & caligine,] i. qui erant in tenebris ignorantiæ, & caligine peccatorũ idololatriæ. *c* Oculi cæcorum,] i. Gentilium. *d* Videbunt mysteria fidei. *e* Et addent mites,] i. Apostoli, vel conuersi Gentiles. *f* In Domino lætitiam,] i. lætabuntur in Domino, non in se, de conuersione Gentium gratias referentes. *g* Et pauperes homines] rebus & spiritu, i. Apostoli, vel omnes conuersi. *h* In sancto Israel exultabunt,] i. in Domino, qui sanctificat credentes in se. *i* Quoniam defecit in morte Christi. *k* Qui præualebat,] i. Princeps mundi diabolus.
l Consummatus est, id est, consumptus.
m Illusor,] i. deceptor humani generis, id est, eius potestas diminuta. *n* Et succensi sunt omnes flammâ iræ & doloris. *o* Qui vigilabant super iniquitatem suggerendam, i. omnes ministri diaboli. Hebræus dicit. Qui festinabant. Prou. 4. c. Non dormiunt, nisi cùm malè fecerint: & non capitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. *p* Qui peccare faciebant admonendo. *q* Homines,] i. Iudæos.
r In verbo] blasphemiæ, vt dicerent. In Beelzebub Principe Dæmoniorum eiicit Dæmonia. Matth. 12. b. & huiusmodi. *s* Et arguentem in porta,] i. Christũ, vel quemlibet Iustum peccatores publicè corripientem. *t* Supplantabant] voto, non facto. Amos 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati sunt. *u* Et declinauerunt frustrà à Iusto,] i. à Christo dicentes: Non habemus Regem nisi Cæsarem. Vel declinauerunt Dæmones. *x* Frustra ad Iustum,] i. ad Christum tentandum. Ierem. 23. b. Hoc est nomen, quod vocabunt eum: Dominus Iustus noster. *y* Propter hoc,] i. quia sic excæcati sunt Iudæi, Gentibus illuminatis. *z* Hæc dicit Dominus ad domum Iacob,] i. ad Iudæos, Dominus, dico. *a* Qui redemit Abraham,] id est, de igne Chaldæorum eripuit. Legitur enim in Gloss. quadam super Genes. 11. Chaldæos, Aram, & Abraham in ignem proiecisse, eo, quòd nollent eum colere. Aram ibi expirauit; Abraham illæsus euasit. Et hoc tangitur hic. Sed ne statum putarent futurum, quia dixerat in modico, & breui, subdit, *b* Non modò,] id est, tempore Isaiæ. *c* Confundetur Iacob,] super iniquitate sua confusione bona. *d* Nec modò vultus eius erubescet,] pœnitendo. *e* Sed cùm viderit filios suos,] Apostolos.

Ioan. 19. c.

f Opera manuum mearum,] id est, quos ego tales feci.
g In medio sui sanctificantes,] id est, sanctum prædicantes nomen meum. Tunc, inquam, pœnitebit Iacob. Vide Act. 2. a. Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui. Et infrà f. His auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: quid faciemus, viri fratres? *h* Et sanctificabunt] Apostoli, dicit Propheta. *i* Sanctum Iacob,] id est, Christũ, de Iacob natum, vel sanctificantem Iacob. *k* Et Deum Israel,] i. Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, prædicabunt.
l Et scient tunc Iudæi. *m* Errantes spiritu,] id est, mente idola colentes. *n* Intellectum spiritualem. *o* Et mussitatores,] id est, Iudæi, qui semper contra Dominum murmurauerunt. *p* Discent legem spiritualiter.

Mysticè. ⊖ *a* Et de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt,] id est, qui se surdos & cæcos, i. ignorantes reputant, à Domino curabuntur. Infr. 42. c. Surdi audite, & cæci intuemini. Ioan. 9. g. Si cæci essetis, non haberetis peccatum. nunc verò dicitis quia videmus: peccatum vestrum manet. 2. Cor. 4. b. Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei. Matth. 11. a. Ite, nunciate Ioanni: cæci vident, claudi ambulant. *e* Et addent mites in Domino lætitiam.] Illi addunt lætitiam Domino, qui conuertuntur ad ipsum, vel alios conuerti faciunt. Luc. 15. b. Gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente.

dicit Dominus *z* ad † domum Iacob qui *a* redemit Abraham. Non *b* modò *c* confundetur Iacob, *d* nec modò vultus eius erubescet; sed cùm *e* viderit filios suos *f* opera manuum mearum in *g* medio sui sanctificantes nomen meum: *h* & sanctificabunt † *i* sanctum Iacob, *k* & Deum Israël prædicabunt, *l* & scient *m* errantes spiritu *n* intellectum, & *o* mussitatores discent *p* legem.

CAP. XXX.

q VÆ *r* filij *s* desertores, *t* dicit

Al. † semen.

EXPOSITIO CAP. XXX.

VÆ filij desertores, & cætera] Specialis est prophetia contra reliquias captiuitatis Iudæ. Legitur enim Ierem. 39. quod captiuatis duabus Tribubus, & euersa Ierusalem, & templo, omnes nobiles duxit Nabuchodonosor in Babylonem, vinitores & agricolas relinquens in Iudæa, qui terram colerent, & tributum ei redderent: quibus præfecit Godoliam † Iudæum: quod audiens Ismael de regio genere, indignans quod Godolias præesset, proditiosè occidit Godoliam. Vnde timentes Iudæi inierunt consilium, vt fugerent in Ægyptum. Conuocauerunt autem Ieremiam, quærentes ab eo consilium, qui postulauit inducias vndecim dierum, quibus transactis respondit eis, vt remanerent in Iudæa, & Dominus placaret, vel pacificaret eis Nabuchodonosor, quem timebant. Qui noluerunt acquiescere; sed descenderunt in Ægyptum. Quos etiam Ieremias secutus est ex compassione, quem ipsi in Ægypto occiderunt. Quod præuidens Isaias 150. annis antè comminatur eis dicens: Væ, &c. Diuiditur autem hoc capitulum in quatuor partes. In prima comminatur reliquiis Iuda, quia non crediderunt Ieremiæ, vt non descenderent in Ægyptum. In secunda prædicit miserias, & tribulationes, quas passi sunt in Ægypto ibi: Onus iumentorum, &c. In tertia prædicit reditum duarum Tribuum de seruitute Babylonica, Ibi: Beati omnes, qui expectant eum. In quarta exponit modum, & causam liberationis duarum Tribuum de captiuitate Babylonis. Ibi: Ecce nomen Domini, & cætera Dicit ergo.

Al. † Iudicem.

A

q Væ] temporale, & æternum vobis.
r Filij desertores] consilij Ieremiæ, imò consilij Dei per Ieremiam loquentis. Hebræus dicit hoc esse dictum contra Oseæ filium Ela Regem Israël, qui relicto Deo fugit ad † Sulam Regem Ægypti. 4. Reg. 17. a. Et dicit desertores, quia deseruerunt Dominum: & quia Dominus prohibuerat descendere. Deut. 17. d. Sed nos primam historiam prosequamur, quia illam exponunt Gloss.
t Dicit Dominus, qui non mentitur, & ita fuit: quia ipsi fuerunt capti & occisi in Ægypto à Nabuchodonosor, quem ipsi fugerunt.

Δ *a* Vt faceretis consilium

Mysticè. *q* Væ filij desertores] Mysticè exponitur hoc de Scholaribus, vel viris Claustralibus, qui sæpe Dominum deserunt, & fugiunt in Ægyptum, quibus væ æternum comminatur Propheta. Desertores autem dicuntur, quia frequenter deserunt; siue quia multotiens recidiuant. Sicut enim gallina deseritur à pullis anetarum, quos fouit, quàm citò aquam inueniunt notabilem: ita Christus à Claustralibus, & Scholaribus deseritur, quando inueniunt aquas diuitiarum, vel deliciarum. Vnde suprà 1. a. Filios enutriui, & exaltaui; ipsi autem spreuerunt me. Et nota, quòd Isaac prohibitus est descendere in Ægyptum Gen. 26. a. Iacob verò præcipitur ire in Ægyptum. Genes. 46. a. Et Christus similiter, Matth. 2. c. Isaac interpretatur risus, qui non debet quæri in mundo, sed in solo Deo. Iacob, interpretatur lucta, & significat pœnitentiam, & laborem, qui in mundo quæri debet, & non aliud. Per Isaac etiam Claustrales significantur, qui in mundum descendere prohibentur, eo quòd mortui sunt in mundo. Per Iacob boni actiui: per Christum Prædicatores significantur, qui descendere præcipiuntur in mundum, vt illi subueniant per opera misericordiæ; isti per verba doctrinæ. Claustralibus igitur, qui plus mundum, quàm Claustrum frequentant, dicitur: væ æternum vobis. *r* Filij] nomine tenus. *s* Desertores] claustri.
t Dicit Dominus] qui vos ad claustrum vocauit.

⊖ *a* Vt faceretis consilium

A *a* Vt faceretis consilium] Ioanna filij Charee, & quorundam aliorum, qui consuluerunt eis, vt fugerent in Ægyptum.
b Et non ex me,] sed potiùs contra me.
c Et ordiremini telam,] i. fragile consilium, & inutile.
d Et non, &c.]

Dominus, vt *a* faceretis consilium *b* & non ex me: & *c* ordiremini telam, *d* & non per spiritum meum: vt *e* adderetis peccatum *f* super peccatum. Qui *g* ambulatis, vt *h* descendatis in Ægyptum, & *i* os meum non interrogastis, *k* sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, *l* habẽtes fiduciam in vmbram Ægypti: *m* & erit vobis *n* fortitudo Pharaonis in *o* confusionem, & *p* fiducia vmbræ Ægypti in *q* ignominiam. † *r* Ierant enim in *s* Thanis Principes tui, & *t* nũcij tui vsque *u* ad Anes peruenerunt. *x* Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non poterat. Non *y* fuerunt in *z* auxilium, & in *a* aliquam vtilitatẽ, sed in confusionem, & in opprobrium *b* Onus iumentorũ Austri.

Qui monebat remanere in Iudæa, & nõ fugere. *e* Vt adderetis peccatum] contemptus & superbiæ.
f Super peccatum,] idololatriæ. *Hebræus* dicit. Hic exemplũ sumitur de filia Pharaonis, quæ de tela ordienda cum matre contulit; sed iuxta eius doctrinam non processit. Ibi enim Isis Dea lanificij colebatur. Al. † erant.
g Qui ambulatis,] i. qui ambulare disponitis.
h Vt descendatis in Ægyptum] mortuo Godolia, quod fuit 150. annis post Isaiam. B.
i Et os meum non interrogastis,] i. Ieremiam Prophetam. Prophetæ enim os Domini dicuntur: quia per illos Dominus loquitur. Vndè *Inf.* 40. b. Os Domini locutum est. *Ier.* 15. d. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Et quomodo dicitur hic, Os meum non interrogastis, cùm legatur *Ier.* 42. a. Quòd ipsum interrogauerunt? Responsio. Dicuntur non interrogasse, quia non acquieuerunt consilio eius.
k Sperantes, &c.] Regis Ægypti. Pharao enim est nomen regiæ dignitatis, scilicet, quod conuenit omnibus Regibus Ægypti, sicut Augustus Cæsar omnibus Regibus, siue Imperatoribus Romanis.
l Habentes, &c.] id est, in fragili & vana protectione Ægyptiorum.
m Et erit vobis fortitudo Pharaonis] qui proprio nomine Memphres dicebatur.
o In confusionem,] quam putatis vobis esse in protectionem.
p Et fiducia vmbræ Ægypti,] id est, quam habetis in vmbra Ægypti. *q* In ignominiam, quia Nabuchodonosor audito, quod interfectus esset Godolias, personaliter venit in Iudæam: & non inueniens ibi Iudæos, descendit in Ægyptum, & subiugauit eam sibi: & omnes Iudæos, quos ibi inuenire potuit, interfecit: & ita ignominiosè confusi sunt & fraudati à spe sua.
r Ierant enim in Thanis,] quasi dicat, meritò fortitudo Pharaonis erit vobis in confusionem. Ierant enim, id est, ibunt. *s* In Thanis] ciuitatem Ægypti, Principes tui. Ita forte dicit Principes, quia erant agricolæ, & vinitores.
t Et nuncij tui vsque ad Anes peruenerunt,] Anes est ciuitas in finibus Ægypti sita. Forsitan Iudæi timore perterriti, non sunt ausi remanere in Thanis, quæ affinior erat Iudææ: & ideo fugerunt vsque ad Anes. *x* Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non poterat,] i. quia sperauerunt in Ægyptiis, qui non potuerunt eos defendere contra Nabuchodonosor, imò magis ignominiosè tractauit eos, quàm si in terra Iuda remansissent. *y* Non fuerunt] Ægyptij. *z* In auxilium Iudæis. *a* Et in aliquam vtilitatem; sed in confusionem, & in opprobrium, & ipsi Ægyptiis. Nam vt dicit *Ieron.* Cum ipsis Iudæis fuit Ieremias in Ægyptum, prophetans eis, & factis, & verbis. Nam cùm habitarẽt in Thanis, aggregauit super quamlibet portam ciuitatis aceruum lapidum dicens. Veniet Nabuchodonosor, & tot Principes possidebunt hanc portam, quot habet lapides. Quo audito, dixerunt ei Iudæi: Tu nos reddis odiosos Ægyptiis: & si audierit Rex Ægypti, quod propter nos debeat venire Nabuchodonosor, expellet nos de finibus suis. Et cùm nollet desistere Ieremias, lapidauerunt eum lapidibus, quos coaceruauerat. *b* Onus iumentorum Austri.] Secunda pars, vbi prædicit Isaias miserias, quas passi sunt Iudæi in Ægypto, vocans eos iumenta Austri. Iumenta, quia noluerunt audire consilium Ieremiæ, sicut bruta: Vel quia onerati rebus suis, & suppellectilibus ierunt Austri, quia fugerunt in Ægyptum, quæ est ad Austrum, respectu Ierusalem. Et nota hic *Gloss. Haymonis*, quæ dicit decem onera præcessisse, & hoc dicit vndecimum. Quod videtur falsum. Nam *sup.* 24. a. Super illud. Ecce Dominus nudabit terram, ponit *Gloss.* duodecim onera præter istud. Responsio. Illa Glo. tria opera dicit. Onus Iudææ, onus Israel, onus vallis visionis, quæ ista Glo. pro vno computat: quia hic numerat, & distinguit tantùm onera diuersarum Gentium. Vndè cum Iudæa, Israel, & vallis visionis, pro eadem Gente accipiatur, scilicet, pro Iudæis, dicitur visio onus. Ibi distinguuntur tria: quia distinctè egit Isaias de illis, & in diuersis locis. Dicit ergo. *b* Onus iumentorum Austri,] id est, hæc est, oppressio Iudæorum irrationabilium, qui in Ægyptum cum oneratis iumentis fugerunt, quæ erit eis. Hebræus, i. eorum qui iumenta onerabant ad deferendum aurum in Ægyptum Regi Susæ.

Secunda pars.

A *a* In terra tri-

Mysticè. ● *a* Vt faceritis consilium,] mundi, vel carnis. *b* Et non ex me,] sed contra me. Nam mundus consulit vanitatem, Caro voluptatem; Dominus veritatem. Veritas deseritur; voluptas, & vanitas toto desiderio diliguntur. *Psalm.* 4. Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? *Osea* 12. a. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum, tota die mendacium, & vastitatem multiplicat.
c Et ordiremini telam] vanitatis. De qua *sup.* 25. Telam, quam orditus est super vniuersas nationes præcipitabit. *d* Et non per spiritum meum,] quia ille docet veritatem. *Ioan.* 16. c. Cùm venerit ille spiritus, docebit vos omnem veritatem. *e* Vt adderetis peccatum superbiæ. *f* Super peccatum] auaritiæ. *sup.* 4. e. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. *Osea* 4. a. Sanguis sanguinem tetigit.
g Qui ambulatis de vitio in vitium. *h* Vt descendatis in Ægyptum,] id est, in infernum. *Prou.* 14. b. Est via, quæ videtur homini recta; nouissima autem eius ducunt ad mortem. *Iob* 31. a. Nonne ipse considerat vias meas: & cunctos gressus meos dinumerat? si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus?
i Et os meum non interrogastis,] i. sacram Scripturam, vel Doctores eius. *Ier.* 15. d. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris.
k Sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis,] id est, potestatis sæcularis.
l Habentes fiduciam in vmbra Ægypti,] id est, in diuitiis mundi, qui transeunt velut vmbra. *Sapien.* 5. b. Trãsierunt omnia velut vmbra. *Prou.* 11. d. Qui confidit in diuitiis suis: corruet.
m Et erit vobis] claustralibus, qui deberetis in solo Deo confidere. Fortitudo Pharaonis,] id est, potestas sæcularium.
o In confusionem] sempiternam. *p* Et fiducia vmbræ Ægypti,] i. diuitiarum mundi. *q* In ignominiam.] Nam quæ maior ignominia Monacho, quàm in diuitiis mundi confidere? *Eccl.* 34. a. Quasi qui apprehendit vmbram, & sequitur ventum; sic qui attendit ad visa mendacia.
r Ierant in Thanis Principes tui,] id est? Prælati tui.
t Et nuncij tui,] id est, Prædicatores tui.
u Vsque ad Anes peruenerunt. Thanis interpretatur humile mandatum, & significat mundum, qui humilia & vilia mandat. Illuc vadunt Prælati. Anes, extrema ciuitas Ægypti. Et interpretatur, donum meum, vel glorificatio mea. Ad Anes igitur Ierusalem nuncios peruenire, quod aliud est, quàm Prædicatores dona temporalia, vel laudes hominum quærere? *Infr.* 57. b. Misisti legatos tuos procul, & humiliatores vsque ad inferos.
x Omnes confusi sunt super populo, qui eis prodesse non poterat: non fuerunt in auxilium, & in aliquam vtilitatem: sed in confusionem, & in opprobrium, i. super consanguineis, qui hodie Prælatis Ecclesiæ sunt in confusionem, & opprobrium apud Deum & homines. *Michæa* 7. b. Inimici hominis domestici eius.
b Onus iumentorum Austri,] i. Monachorum claustri. Terra quidem Austri, terra luminis est, & feruoris, & fertilitatis, vnde claustrum significat, quod debet habere lucem contemplationis, & feruorem deuotionis, & fertilitatem bonæ operationis. *Suprà* 21. d. Occurrite sitienti: ferte aquam, qui habitatis terram Austri; cum panibus occurrite fugienti. *Iosue* 15. d. Terram australem, & arentem dedisti mihi: iunge & irriguam. Iumentis igitur claustralibus, id est, qui carnaliter, vt iumenta, viuunt, est onus importabile. De quibus *Ioël.* 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo.

In *a* terra tribulationis & angu-
stiæ, *b* leæna & *c* leo ex *d* eis *e*
vipera & *f* regulus volans, *g* por-
tantes super humeros iumento-
rum diuitias suas: † *h* super gib-
bum Camelorũ thesauros suos,
ad *k* populum, qui eis prodesse
non poterit. *l* Ægyptus enim
frustra, & vanè auxiliabitur:
m Ideò *n* clamaui *o* super hoc:
p superbia tantùm est: *q* quiesce.
r Nunc ergo *s* ingressus *t* scribe
† *u* super buxum & *x* in libro
diligenter *y* exara illud, & *z*
erit in die nouissimo in *a* testi-
monium vsque in sempiternum.
b Populus enim ad iracundiam
prouocans est, *c* & filij menda-
ces, filij *d* nolentes audire le-
gem Dei. *e* Qui dicunt videnti-
bus, *f* nolite videre: & *g* aspicien-
tibus *h* nolite aspicere nobis ea,
quę recta sunt. *i* Loquimini nobis

Al. † & — Al. † eis.

a In terra tribulationis & angustiæ,] id est, in Ægypto, vbi putabant se habere pacem, & requiem. Et applaudit Propheta nominis interpretationi. Ægyptus enim interpretatur mœror, vel tenebræ. Dicitur etiam Hebraicè Moazim, quod interpretatur tribulatio, vel angustia: vnde idem est, terra tribulationis, & angustiæ, quod Ægyptus. Vel ideò terra tribulationis, & angustię appellatur, quia Iudæi fugientes illuc multas tribulationes & angustias passi sunt. Vel terra tribulationis, & angustiæ dicitur eremus, per quã Ioãna filius Charee duxit Iudæos, vbi multa mala passi sunt. Deinde loquens de Iudæis illis, & de Ducibus eorum dicit.
b Leæna,] id est, Ierusalem, vel populus qui olim habuit dignitatẽ respectu aliorum populorum.
c Et leo,] id est, Ioanna Dux eorum, & alij Principes. Hæc duo præponit, vt locum habeat sequens relatio.
d Ex eis,] id est, Leæna & Leone.
e Vipera & Regulus volans nascetur, quasi dicat, ex his venenatis nascentur venenati. Regulus volans dicitur, quia citò transiuit populus in Ægyptum. Vndè Hebræus dicit: Sicut auis volatu alta transit; sic intrauerunt festini in Ægyptum. Vel sic construatur littera.
b Leæna,] id est, Rapsaces. *c* Et Leo,] id est, superbi fuerunt. *d* Eis,] id est, inter eos: *e* Vipera,] id est, dolosi, sicut fuit Ismael, qui occidit Godoliam, vt vipera matrem. *f* Et regulus volans,] i. citò transiens, i. praui consiliarij, vt Ioanna, qui consuluit, vt fugerent in Ægyptum, fuerunt ex eis. Ipsi dico. *g* Portantes super humeros, &c.] aurum & argentum, &c. quæ habebant. *h* Super gibbum Camelorum,] i. super gibbosos Camelos thesauros suos. *Septuaginta.* Super asinos, & camelos. *k* Ad populum, qui eis, &c.] id est, defendere contra Nabuchodonosor, quem timebant. *l* Ægyptus enim frustra. & vanè auxiliabitur, id est, promittet auxilium, quia adueniente Nabuchodonosor, parauerunt se Ægyptij ad repugnandum; sed non potuerunt resistere: & ita vanum fuit eorum auxilium. *m* Ideò,] i. quia in Ægyptiis est vanum consilium, & auxilium. *n* Clamaui] dicit Isaias, i. apertè prædixi longè antè. *o* Super hoc, quòd vultis fugere in Ægyptum. *p* Superbia tantùm est] in Ægypto, non constantia belli. Loquuntur enim grandia, cùm operentur exigua. Igitur. *q* Quiesce] in terra tua, ô popule. *r* Nunc ergo, &c.] Secundum Hebræos loquitur hic Dominus ad Isaiam dicens, vt scriberet pertinaciam Iudæorum, quia noluerunt acquiescere Ieremiæ, quin descenderent in Ægyptum: ita quod Scriptura perduraret vsque ad tempus afflictionis eorum, & esset testimonium contra eos. Vndè meliùs, vt dicit *Haymo*, loquitur Dominus ad Ieremiam, qui videns, quòd nollent ei acquiescere Iudæi, descendit cum eis, vt eos, quantum posset, à malitia reuocaret. Dicit ergo Dominus ad Ieremiam, vt scriberet super buxum, i. firmiter hoc, quòd Iudæi admoniti noluerunt acquiescere; vt cùm afflictio venerit, magis torqueantur, quia credere noluerunt, & sibi totum imputent. Præuidens igitur in spiritu Isaias iterum Dñm ad Ieremiam loquentem, dicit in persona Domini loquentis ad Ieremiam. *r* Nunc ergo,] i. ex quo ita obstinati sunt Iudæi, quòd credere nolunt. Nunc ergo Ieremia. *s* Ingressus Ægyptum cum eis. *t* Scribe super buxum, i. firmiter, vt in perpetuum maneat scriptum in testimonium contra illos. *x* Et in libro diligenter exara illud, q. d. bis scribe, vt si vna scriptura pereat, altera remaneat. *z* Et erit in die nouissimo,] i. cùm res prædicta completa fuerit per Nabuchodonosor. *a* In testimonium vsque in sempiternum] veritatis prophetalis, qua eos docui, & monui, ne descenderent in Ægyptum: & ipsi noluerunt acquiescere.
b Populus enim ad iracundiam prouocans est rebellis, & incredulus, dicens: Non manebimus, sed in Ægyptum fugiemus. *Ierem.* 43. b.
c Et filij mendaces,] quia dixerunt Ieremiæ, vt consuleret pro eis Dominum: & ipsi facerent, quicquid præciperet eis: & postea noluerunt facere, vt legitur *Ierem.* 42. a.
d Filij nolentes audire legem Dei, i. verbum Dei per Ieremiam, ad quod faciendum se ligauerant, dicentes. Sit Dominus testis inter nos veritatis & fidei: si non iuxta omne verbum, in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus, siue bonum est, siue malum. *Ier.* 42. a. Hebræus tamen exponit de Ægyptiis, quasi dicat, Dominus Iudæis. Nolite ingredi ad talem populum: si aspera via non terret; vel mali mores populi vos terreant. Sed nos primam expositionem de Iudæis prosequamur.
e Qui dicunt videntibus,] futura, i. Prophetis, scilicet, Ieremiæ, Baruch, & † Oseæ. *f* Nolite,] i. visa annunciare. *g* Et aspicientibus, &c. id est, ne prophetetis nobis ea, quæ dicitis esse recta, scilicet vt maneamus in terra nostra: quia non audiemus. Dicebant enim suggillando. Non est verbum Domini, sed Baruch, qui in hac terra vellet manere, & nobis dominari. *Ierem. quadragesimo tertio* b. Et sui non erant tributarij, sed quasi Domini terræ volente Nabuchodonosor. *i* Loquimini nobis placentia,] scilicet, vt eamus. — Al. † Olde.

Mysticè. *a* In terra tribulationis, & angustiæ,] id est, in claustro.
b Leæna,] id est, congregatio sterilis. Leæna enim vix vnum parit. *Iob* 38. d. Nunquid capies Leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis?
c Et leo, id est, malus, & crudelis Prælatus. *Soph.* 3. a. Principes eius, quasi leones. *d* Ex eis vipera] quæ matrem interficit, apostata Monachus.
f Et Regulus volans] qui solo visu interficit aues volantes, id est, male conuersantes Monachos, qui exemplo suo alios claustrales corrumpunt, qui pennis virtutum volare debent in cœlum. *Sapient. quarto* b. Ex iniquis omnes qui nascuntur filij testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua.
g Portantes super humerum iumentorum diuitias suas,] Diuitiæ claustralium, sunt obseruantiæ Religionis. De quibus *Prouer.* 13. b. Redemptio animæ viri diuitiæ suæ. Has ferunt super humeros iumentorum, qui tantum exteriùs Religionem seruant in habitu & tonsura, & interiùs nihil. *h* Super gibbum Camelorum thesauros suos,] i. opera consilij, perfectionis.
k Ad populum, qui eis prodesse non poterit.] Hoc contra hypocritas, qui opera consilij ad ostentationem mundi faciunt.
l Ægyptus enim frustrà, &c. id est, mundus, qui in articulo mortis auxiliari non potest. *m* Ideo clamaui] dicit vir iustus ex magno dolore cordis.
o Super hoc,] quod in mundo. 1. *Ioan.* 2. c. Omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, &c. *q* Quiesce,] claustralis in claustro tuo. *Infr.* 57. b. In multitudine viæ tuæ laborasti: non dixisti, quiescam.
r Nunc ergo ingressus,] intelligentia Scripturæ, secretum conscientiæ. *s* Scribe, ô Prædicator. *u* Super buxum,] id est, super dura corda peccatorum. *x* Et in libro; cordis.
y Diligenter exara illud] scriptum, id est, mala, quæ fecerunt supplicia, quæ meruerunt: præmia, quæ amiserunt. *Ierem.* 17. a. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino. *Abac.* 2. a. Scribe visum, & explana eum super tabulas. *Septuaginta.* Et manifesta in buxo.
z Et erit in die nouissimo in testimonium vsque in sempiternum] contra illos, qui destiterunt à peccatis, cùm viderent damnum eorum. *Exod.* 17. d. Scribe hoc ob monimentum in libro. *b* Populus enim ad iracundiam prouocans est] opere. *c* Filij mendaces] ore. *d* Filij nolentes audire legem Dei] corde. *Prouerbiorum* 28. b. Qui declinat aures suas, ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis.
e Qui dicunt videntibus,] i. Prædicatoribus. *f* Nolite videre,] i. nolite nobis prædicare verbum Domini. *Amos* 8. c. Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panem tuum, & ibi prophetabis, & in Bethel non adiicies vltra, vt prophetes: quia sanctificatio Regis est. *g* Et aspiciẽtibus,] i. Doctoribus. *h* Nolite aspicere nobis ea, quę recta sunt,] i. opera misericordiæ, vel pœnitentiæ, quæ rectè ducunt ad patriam, & quæ non exeunt ab extremis. Nam homo in pœna nascitur, & in pœna moritur, & ideò in pœna debet viuere. *Iob* 5. b. Homo nascitur ad laborem.
i Loquimini nobis placentia,] sc. quod licitum est habere plures præbẽdas, eo quòd multi boni habuerũt eas, & alia huiusmodi. *Prou.*

placentia, *a* videte nobis errores: *b* auferte à me *c* viam: *d* declinate à me semitam: *e* cesset à facie nostra *f* sanctus Israël. *g* Propterea hoc dicit *h* sanct. Israël. *i* Pro eo quòd † exprobrastis verbum hoc, & *k* sperastis in calumniam *l* & in tumultum: *m* & innixi estis *n* super eo: *o* propterea *p* erit vobis *q* iniquitas hæc *r* sicut interruptio *s* cadens *t* & requisita in muro excelso. Quoniam *u* subitò dum non speratur, veniet contritio eius: *x* & comminuetur, *y* sicut conteritur lagena figuli contritione peruualida: *z* & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, *a* aut hauriatur *b* parum aquæ de fouea: *c* quia hæc dicit Dominus Deus sanctus Israël. Si *d* reuertamini, *e* & quiescatis, *f* salui eritis. In *g* silentio, & in *h* spe erit *i* fortitudo vestra. Et *k* noluistis: *l* & dixistis: nequaquam; *m* sed ad equos *n* fugiemus: *o* Ideò fugietis. Et *p* super veloces *q* ascendemus: *r* Ideò *s* velociores erunt, qui persequentur vos. *t* Mille homines *u* à facie terroris vnius: & à *x* facie terroris quinque *y* fugietis

Al. † reprobastis.

a placentia, scilicet, vt eamus in Ægyptum. *a* Videte nobis errores, scilicet, vt eamus in Ægyptum, quod vos dicitis errorem, quasi dicat, finite nos errare. *b* Auferte à me] modò singulariter, modò pluraliter loquitur populus. *c* Viam] quam docetis vos. Prophetæ. *d* Declinate a me semitam,] id est, auferte à me hanc veritatem, quam consulitis. *e* Cesset à facie nostra,] id est, à pœnitentia nostra. *f* Sanctus Israel] id est, monita eius cessent, quasi dicat, nolumus tenere viam tuã: neque amplius prædices nobis verba Domini. *g* Propterea,] id est, quia reprobatis monita Domini per Ieremiam. *h* Hæc dicit sanctus Israel] id est, Deus sanctificans Israel, *i* Pro eo quod exprobrastis verbum hoc,] id est, consilium Domini, per Ieremiam, vt habitaretis in terra vestra. *k* Et sperastis in calumniam,] id est, in Ægyptios calumniosos & dolosos. *l* Et in tumultum,] id est, in tumultuosam superbiam Ægyptiorum. *m* Et innixi estis] spe & fiducia. *n* Super eo] tumultu, id est, super populo tumultuoso, & superbo. *o* Propterea,] i. propter exprobrationem & spem in tumultu. *p* Erit vobis] incredulis. *q* Iniquitas hæc,] i. transgressio præcepti, id est, causa, pro qua eritis. *r* Sicut interruptio muri. *s* Cadens subito *t* Et requisita in muro excelso] à dicentibus, quando cadet murus iste ruinosus. Vel. Requisita, i. resarcita exteriùs. *u* Quoniam subitò, dum non speratur, veniet contritio eius muri, id est, ruina: sic, inquam, erit de vobis, q. d. pro hac iniquitate cadetis subitò & omnino, sicut murus interruptus, cuius ruina longa est à fundamento vsque ad sursum. Et sicut talis murus difficilè reparari potest, & pristinum decorem recipere: sic vos. *x* Et comminuetur] alia similitudo magis exprimens eorum omnimodam destructionem, quæ reparari non posset, sicut lagena confracta. Et comminuetur murus, id est, duritia & superbia vestra. *y* Sicut conteritur lagena figuli contritione peruualida,] i. irreparabiliter. *z* Et non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur,] id est, in qua portari possit, igniculus de incendio. *a* Aut hauriatur,] id est, hauriri possit.

D

b Parum aquæ de fouea,] id est, de fonte, vel de puteo, vel lacu, vel cisterna, quasi dicat, sic nec de vobis aliquid vtile remanebit, persequente Nabuchodonosor. Vel sic construe litteram. *o* Propterea erit vobis.] Incredulis exprobratio Prophetarum, & spes in tumultu. *r* Sicut interruptio cadens requisita ad reparandum, & non inuenta. *t* In muro excelso] hic versus finitur, i. sicut murus interruptus ruinosus & altus subitò cadit & irreparabiliter; sic & vos subitò & irreparabiliter destruemini. *u* Quoniam subitò, dum non speratur, veniet contritio eius,] id est, muri; ita & vestra.

x Et comminuetur murus ita & vos. *y* Sicut conteritur lagena figuli, contritione peruualida,] i. irreparabiliter. *z* Et non inuenietur de fragmentis eius testa,] i. frustum aliquod, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.] Et reuera sic erit. *c* Quia hæc dicit Dominus Deus sanctus Israel] qui per me dicit Isaias, & per Ieremiam vobis loquitur, dicens: *d* Si reuertamini à prauo consilio vestro & proposito fugiendi in Ægyptum. *e* Et quiescatis in terra vestra. *f* Salui eritis] à Nabuchodonosor, id est, Nabuchodonosor nihil mali faciet vobis. *g* In silentio quietus, vel absque omni tumultu belli. *h* Et in spe fixa in Deo, non in Ægypto.

i Erit fortitudo vestra,] i. tam fortes eritis, quod meritò possitis sperare euasionem à Nabuchodonosor. *k* Et noluistis obedire mihi, dicit Dominus. *l* Et dixistis] nequaquam manebimus hic. *m* Sed ad equos] Ægyptiorum, qui abundant in equis. *n* Fugiemus,] i. celeri cursu ibimus. Et respondet Dominus: quia ita dixistis.

o Ideò fugietis] a facie hostium, vel à terra vestra. Et respondent ipsi: Reuera fugiemus in Ægyptum. *p* Et super veloces ascendemus,] id est, concito gradu pergemus ad Ægyptios, ita velociter, sicut ille, qui super velocem equum fugit. Et respondet Dominus. *r* Ideò, quia ita vultis fugere velociter. *s* Velociores erunt, qui persequentur vos,] i. Chaldæi, quos non potestis effugere.

t Mille homines] Ægyptij, in quibus confiditis. *u* A facie terroris vnius] Chaldæi fugerint, supple. *x* Et à facie terroris quinque] Chaldæorum. *y* Fugietis] vos omnes Iudæi. △ Donec re-

Mystice.

● huiusmodi. *Prou.* 18. a. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde suo. 3. *Reg.* 22. c. Ego odi illum, quia non prophetat, nisi malum.

a Videte nobis errores,] i. finite nos errare. *b* Auferte à me viam] quam docetis. *d* Declinate à me semitam,] consiliorum vestrorum: ego nolo esse Monachus. Ita dicunt, quibus prædicatur, quod non placet. *e* Cesset à facie nostra sanctus Israel. *Iob* 21. b. Qui dixerunt Deo: recede à nobis: scientiam viarum tuarum nolumus. Quid est opus, vt seruiamus ei? *Mal.* 3. d. Dixistis vanus est, qui seruit Deo: & quod emolumentum nobis erit, quòd custodiuimus præcepta eius?

g Propterea hæc dicit sanctus Israel, pro eo quod exprobrastis verbum hoc, & sperastis in calumniam & in tumultum, id est, in causas & lites. *m* Et innixi estis super eo,] id est, tumultu causarum.

o Propterea erit vobis iniquitas hæc: quia nihil iniquius, quàm Monachus causidicus, aut litigator. *r* Sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso. Interruptio diu minatur ruinam, & subito cadit: sic Dei comminatio super tales diu durant: & subitò quandoque feriet. *Iob* 27. d. Apprehendet eum, quasi aqua, inopia: & nocte opprimet eum tempestas. 1. *Thess.* 5. a. Cùm dixerint: pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus.

u Quoniam subitò, dum non speratur, veniet contritio eius,] i. in corpore & anima, *sup.* 10. e. Ab anima vsque ad carnem consumetur. *x* Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione peruualida. *Haym.* Absque misericordia contritio valida est pœna temporalis, validior pœna purgatorij, peruualida pœna inferni. *sup.* 10 g. Ecce Dominator Dñs exercituum, confringet laguunculam in terrore, & excelsi statura succidentur. *z* Et non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Duo tangit genera peccatorum, ex quibus omnia alia oriuntur, scilicet, amorem malè accendentem, & timorem malè humiliantem: quæ per incendium & foueam designantur. Vndè *Psalm.* 79. Incensa igni & suffossa. Tunc non inuenitur testa de fragmentis, in qua portetur ignis de incendio, vel aqua de fouea: quando sic conteritur peccator, vt nec peccare velit per amorem malè inflammantẽ, nec per timorem malè humiliantem. *c* Quia hæc dicit Dominus sanctus Israel, si reuertamini] à malo per pœnitentiam.

e Et quiescatis.] In bono per iustitiam. *f* Salui eritis.] In futuro per gloriam. Ecce tres status Christianæ Religionis, quos tangit hic Propheta. Status pœnitentiæ, status iustitiæ, status gloriæ. *g* In silentio cordis, & operis. *h* Et in spe] longanimitatis. *i* Erit fortitudo vestra,] *infr.* 32. d. Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum. *Sept.* Cùm reuersus ingemueris, saluus eris: & scies vbi fueris, qua confidebas super vanis: vana facta est fortitudo vestra. *k* Et noluistis] obedire mihi. *l* Et dixistis: nequaquam] manebimus in claustro. *m* Sed ad equos fugiemus,] i. ad pompam mundi. *Mic.* 5. c. Auferam equos tuos de medio tui. *Zac.* 14. c. Et erit ruina equi & muli & cameli & asini. *o* Ideò fugietis] à claustro, quia vultis fugere ad equos. *p* Et super veloces,] i. velociter. *q* Ascendemus] ad culmina dignitatum.

r Ideò velociores erunt, qui persequentur vos] scilicet, Dæmones. *Thren.* 4. d. Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis cœli: super montes persecuti sunt nos. *Abac.* 1. c. Volabunt quasi Aquila festinans ad comedendum.

t Mille homines à facie terroris vnius, & à facie terroris quinque fugietis,] i. millenarius mundi fugit ante Prædi-

A a Donec relinquamini] pauci in signum tantæ captiuitatis. b Quasi malus nauis] naufragæ relinquitur fixus.
c In vertice montis.] In signum naufragij.
d Et quasi signum super collem, quasi dicat, sicut sit alicubi, quòd naue fracta, malus, Vel pertica aliqua ponitur in loco eminenti, vt alij nauigantes sibi caueant, sic Iudæis fractis, & destructis à Nabuchodonosor, aliqui remanebunt, & pauci, qui erunt in afflictione & miseria, in signum inobedientiæ eorum: & potentiæ Dei, qui eos inobedientes destruxit.

a donec relinquamini, quasi b malus nauis in c vertice montis: d & quasi signum super collem, e Propterea f expectat Dominus, vt g misereatur vestri: h & imò i exaltabitur k parcens vobis: quia l Deus iudicij Dominus. Beati m omnes, qui n expectant eum. o Populus enim Sion p habitabit in Ierusalem. q Plorans r nequaquam plorabis: s miserans t

e Propterea,] i. quia estis pertinaces in proposito vestro. f Expectat Dominus, vt misereatur vestri,] id est, differt misereri vobis.
h Et ideo] propter pertinaciam vestram.
i Exaltabitur parcens vobis,] id est, elongabitur, vt parcat vobis. l Quia Deus iudicij Dominus,] id est, ita faciet, quia iustus est. Vel.
e Propterea,] i. propter magnam miseriam, quæ eueniet vobis, nisi pœnitueritis. f Expectat Dominus pœnitentiam vestram. g Vt misereatur vestri] pœnitentiam.
h Et ideo,] quia expectat pœnitentiam vestram.
i Exaltabitur in misericordia.
k Parcens vobis,] id est, parcere volens, si vos vultis pœnitere. Et hoc ita faciet.
l Quia Deus iudicij Dominus,] id est, quia discretè iudicat: & quando vult, punire potest, vel parcere, vel vt post longam expectationem iustius vos puniat.

Tertia pars. m Beati omnes, &c.] Tertia pars, vbi prophetat Isaias de reditu Iudæorum à captiuitate Babylonica, post septuaginta annos captiuitatis, data licentia redeundi à Dario, & Cyro, quasi dicat, ergo ita vos Iudæi, qui non vultis acquiescere Ieremiæ, in magnam miseriam deuenietis: quia confiditis in auxilio Ægyptiorum; sed illi, qui sunt in Babylone, & expectant Dei misericordiam, vt liberet eos, beati sunt. Et hoc est. Beati omnes Iudæi, qui sunt in Babylone. n Qui expectant eum,] id est, Dominum recta spe. Et reuera beati.
o Populus enim Sion] qui modò est in Babilone captus.
p Habitabit in Ierusalem] a Cyro liberatus.
q Plorans] priùs in captiuitate existens.
r Nequaquam plorabis à captiuitate liberatus Ierusalem inhabitans. Et quomodo erit hoc? Ecce.
s Miserans] Dominus. t Miserebitur tui] Metaplasmus est. O popule, qui es in Babylone, vel, ô Ierusalem. u Ad vocem clamoris tui,] id est, orationis tuæ.
x Statim vt audierit] si digna audiri.
y Respondebit tibi, [Inspirans Cyro, vt det tibi licentiam redeundi.
z Et dabit tibi Dominus.] Item metaplasmus, id est, populo de Babylone redeunti,
a Panem arctum, & aquam breuem, [quasi dicat, penuriam sustinebunt Iudæi in reditu de Babylone, & etiam in Ierusalem, in principio, quando cœperunt ædificare, sicut dicitur, *in quadam Gloss. super Zachariam.* Tantam sustinuerunt inediam, vt vxores confectas macie, reddita prosperitate dimiserunt, & alienigenas superduxerunt: sicut dicitur 1. *Esd. in fi.*
b Et non faciet Dominus auolare, id est, recedere à te vltra. c Doctorem tuum,] id est, Esdram, qui cum eis, vel parum post eos rediit de Babylone, sub Artaxerse duodecimo anno regni eius.
d Et erunt oculi tui videntes Præceptorem tuum,] i. Neemiam, qui post Esdram rediit de Babylone vicesimo anno Artaxersis. e Et aures tuæ audient verbum monentis post tergum,] i. aures Neemiæ, & Esdræ monentium, & dicentium. f Hæc via,] id est, obseruatio, vel obedientia mandatorum Dei g Ambulate in ea,] i. non recedatis à Domino per

Mysticè. Θ catorum vnitatem. *Psalm.* 83. Melior est dies vna in atriis tuis super millia. *Deut.* 32. c. Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia: Et quirarius mundi similiter fugiet ante vnitatem & concordiam Prædicatorum, q.d. concors prædicatio exterminat, & maximos, & minores peccatores. a Donec relinquamini, quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem] q.d. manifestum erit naufragium vestrum, & quasi signum aliis, vt fugiant a facie arcus. *Naum.* 3. b. Omnis, qui viderit te, resiliet à te
e Propterea expectat Dominus, vt misereatur vestri,] id est, vt inueniat occasionem miserendi.

miserebitur tui. Ad u vocem clamoris tui x statim vt audieris, y respondebit tibi. Et z dabit † tibi Dominus a panem arctum, & aquam breuem: b & non faciet auolare à te vltrà c Doctorem tuum: d & erunt oculi tui videntes, Præceptorem tuum: & e aures tuæ audient verbum monentis post tergum. f Hæc via: g ambulate in ea,

h Et ideò exaltabitur] in cruce. k Parcens vobis. *Ioan.* 12. e. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. *Al.* † vobis.
l Quia Deus iudicij Dominus] *Ier.* 9. g. Ego sum Dominus, qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra

B

m Beati omnes, qui expectant eum] præparantes ei hospitium. *Prou.* 10. d. Expectatio iustorum lætitia. *Luc.* 12. e Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, &c. *infr* 49. g Non confundentur, qui expectant eũ.
o Populus enim Sion habitabit in Ierusalem, i. qui modò sunt in speculatione fidei, habitabunt in cœlesti Ierusalem, vbi erit vera visio Dei.
q Plorans] modò.
r Nequaquam plorabis.] In futuro. *Matth.* 5. a. Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. *Apoc.* 21. a. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.
s Miserans miserebitur] plena miseratione, gratiam conferens in præsenti ad deletionem omnis culpæ: & gloriam in futuro ad exterſionem omnis miseriæ *Zach* 4. b. Exæquabit gloriam gratiæ eius. *Ioan.* 1. b. Gratiam pro gratia *Psalm.* 83. & gloriam dabit Dominus.
u Ad vocem clamoris tui] non oris, sed cordis, qua clamauit Moyses. *Exod.* 14. d. Et Susanna. *Dan.* 14. e.
x Statim vt audierit, respondebit tibi] retribuendo petitum, *inf.* 65. d. Erit: antequam clamet, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego exaudiam. Veruntamen aliquando differt Dominus, vt crescat desiderium, & per hoc meritum. Vnde *Haymo.* Solet differri nostra postulatio, vt præmium amplius pro nostra perseuerantia capiamus. z Et dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam breuem,] id est, doctrinam Euangelij, quæ necessaria est spiritui: sicut hæc duo necessaria sunt corpori. *Eccl* 29 d. Initiũ vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum Panis dicitur, vbi difficilis est aqua, vbi facilis. Vel panis dicitur, quia roborat, aqua, quia refrigerat, & abluit. Arct⁹ dicitur, quia docet, vt per arctã viã, quæ ducit ad vitã, gradiamur. *Matth.* 7. b. Breuis, quia omnia mandata legis sub duobus præceptis charitatis coarctat. *Matth.* 22. d. Diliges Dominum Deum suum, toto corde, tota anima, tota mente: & proximum tuum sicut teipsum: In istis duobus mandatis, tota lex pendet, & Prophetæ. Vel arctus dicitur, quia nos arctat ad credendum articulos, & ad faciendum præcepta. Breuis, quia nos breues, id est, humiles facit. *Matth.* 11. d. Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde. b Et non faciet auolare, &c.] id est, Christum. De quo *Matth.* 23. a. Magister vester vnus est Christus.
d Et erunt oculi tui, &c.] modò spe, tandem re, qui olim visus est in humilitate, *Bar.* 3. d. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est, &c. e Et aures tuæ audient verbum monentis post tergum] s. Christi, qui derelictus à nobis modò, post tergum nostrum clamat. 3. *Reg.* 1. b. Me autem proiecisti post tergum tuum. *Ier.* 2. f. Verterunt ad me tergum, & non faciem. *Haym.* Prima conditione, quasi in facie Adam audiuit à Domino: Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Post peccatum, quasi post tergum positus, audiuit: Maledicta terra in opere tuo. Huius casu nos omnes retrò cecidimus: & modò à Dño audimus. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. *Zach.* 1. a. Et *Ioël.* 2. c. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Et *Cant.* 6. d. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere vt intueamur te. Vt his monitis posteriorũ obliti, anteriora quæramus. *Phil.* 3. c. Et hoc est: Aures tuæ audient verbum monentis post tergum. f Hæc via] scil. Christus, qui dicit. *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas, & vita. g Ambulate in ea] ad exemplum, vel exemplar eius, de virtute in virtutem progrediendo. *Infrà* 35 c. Hæc erit vobis recta via; ita vt nec stulti errent per eam. Vel. f Hæc via] scilicet, pœnitentia, [Ambulate in ea,]
Θ Neque ad dex-

A Domino per inobedientiam. *a* Neque ad dexteram, neque ad sinistram,] id est, neque propter prosperitatem, neque propter aduersitatem declinetis ab hac via. *b* Et contaminabit Esdras: vel contaminabis tu ipse, ô popule, admonitione Esdræ. *c* Laminas sculptilium argenti tui,] id est,

Al. † contaminabit.

a neque ad dexterá, neque ad sinistram. Et † *b* contaminabia *c* laminas sculptilium argenti tui, & *d* vestimentum *e* conflatilis auri tui: *f* & disperges ea, sicut immunditiam menstruatæ: *g* egredere, & *h* dices ei: Et *i* dabitur *k* pluuia *l* semini tuo, vbicunque *m* seminaueris in terra: *n* & panis frugũ terræ erit vberrimus *o* & pinguis. *p* Pascetur in possessione tua in *q* die illa *r* agnus spacioaè, *f* & tauri tui & *t* pulli asinorum, qui *u* operátur terram, commixtum *x* migma comedent, sicut in *y* area *z* ventilatum est: Et *a* erũt super omnem montem excelsum, *b* & super omnem collem eleuatum riui *c* currentium aquarum in *d* die *e* interfectionis multorum, *f* cùm ceciderint turres.

omnia idola argentea de laminis argẽti facta comminues, & quasi contaminata reijcies.

d Et vestimentum,] id est, ornamentum.

e Conflatilis auri tui,] i. Idolorum cõflatilium.

f Et disperges ea, sicut immunditiam menstruatæ.] *Sept.* dicunt: Contaminabis idola deargentata, & deaurata, id est, contaminata reputabis: & sicut immunditiam abominaberis. Deinde dirigit Dominus sermonem ad Isaiã, vel ad Ieremiam,

F

dicens. *g* Egredere, ô Isaia, vel Ieremia ad populum. *h* Et dices ei] ea, quæ ego ostendi tibi. Vel sic. *g* Egredere,] id est, egredieris de captiuitate, ô tu popule.

h Et dices ei] tu Propheta, vel tu, Esdra, quod sequitur postea. Hebræus sic dicit: Pollutio sculptilis, & conflatilis, egredere, dices ei: id est, ô tu popule, dices conflatili, & sculptibili: pollutio mihi es: egredere à me.

i Et dabitur] postquam egressus fueris de captiuitate in terram tuam, & reieceris idola tua.

k Pluuia semini tuo, vbicunque seminaueris in terra] sine qua non potest terra illa fructificare. *n* Et panis frugum terræ erit vberrimus,] id est, frugea, vnde fiunt panes erunt vberrimæ.

o Et pinguis,] id est, sustentabit, quod est signum magnæ fertilitatis. E contrario in tempore sterilitatis panis nullum firmamentum habet. Hebræus dicit loco, pinguis, multus & satians. *p* Pascetur in possessione tua,] id est, terra tua.

q In die illa, cùm redieris, & idola confregeris.

r Agnus spaciosè per agros. *f* Et tauri tui & pulli asinorum tuorum, qui operantur terram, commixtum migma comedent, sicut in area ventilatum est, id est, granum hordei cum palea. Vndè *Septuaginta*. Tauri vestri & boues, qui operantur terram, comedent paleas commixtas in hordeo ventilato. In quo notatur magna fertilitas. Iudæi dicunt, quòd in nouissimis temporibus præ magna fertilitate non solùm sibi; sed etiam iumentis suis benè erit; ita quòd boues & asini comedent hordeum bis ventilatum. Et etiam illa, quæ sequuntur tempore sui Messiæ, quando aurea Ierusalem erit, contendunt implenda. Sed friuolum est hoc: & exponitur de reditu captiuitatis Babylonis, sub Esdra & Zorobabel. Et vndè tanta fertilitas erit, ostendit, scilicet, à pluuia, sine cuius beneficio Iuda terra sterilis est. Vndè dicit.

a Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum riui currentium aquarum: quod non solet fieri, nisi tempore pluuioso, maximè in terra illa, quæ est tantæ siccitatis. Et consequenter determinat Propheta tempus, quando hoc erit, scilicet, cum interfecto Balthasar Rege Babylonia, Cyrus habebit Monarchiam. Et hoc est.

d In die,] i. post diem. *e* Interfectionis multorum] scil. Balthasar & suorum. *f* Cùm ceciderint turres] Babylonis.

Δ *a* Et erit lux

Mysticè.

⊕ *a* Neque ad dexteram, neque ad sinistram,] id est, noli esse nimis iustus. *Eccl.* 7. c. quod est declinare ad dexteram: neque nimis remissus, quod est declinare ad sinistram. *Item* in vtraque parte quicquid supra modum est, in vitio est. Vel ad dexteram declinat, qui in prosperis extollitur. Ad sinistram, qui in aduersis deiicitur. *Num.* 20. c. Gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. Item dextera contemplatiua vita, sinistra actiua. Vndè *Cant.* 8. a. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Neutra propter alteram dimittenda est.

b Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui, &c.] *Septuaginta* addunt. Et sicut stercus abiicies ea, id est, omnia dogmata Philosophorum, & hæreticorum, quasi immunda abiicies. Quæ ad similitudinem eloquentiæ veritatis sculpta sunt, quæ per argentum intelligitur, iuxta illud *Prou.* 10. c. Argentum electum lingua iusti. Et in ratione sapientiæ conflata, quæ per aurum accipitur, iuxta illud *Iob.* 28. a. Auro locus est, in quo conflatur. Et nota, quòd dicit laminas argenti, vestimentum auri: nam huiusmodi dogmata, & etiam multorum Theologorum, laminis eloquentiæ tantùm & melle sapientiæ, id est, decore verborum, palliata sunt, & intùs nihil. *Eccl.* 4. d. Non abscondas sapientiam tuam in decore suo. *Mich.* 5. d. Perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui. *Ierem.* 10. c. Stultus factus est omnis homo à scientia sua: confusus est Artifex omnis in sculptili; quoniam falsum est, quod conflauit.

g Egredere] ô Prædicator, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, sicut Abraham *Gen.* 12. a. *h* Et dices ei,] id est, populo post egressum tuum.

i Et dabitur pluuia] gratiæ. *l* Semini tuo,] id est, prædicationi tuæ.

m Vbicunque seminaueris in terra,] id est, in quacunque Gente prædicaueris. *infr.* 32. d. Beati, qui seminatis super omnes aquas, id est, qui omnibus Gentibus prædicatis. Ecce si sic Prædicator egrediatur, erit sua prædicatio gloriosa. *Prou.* 3. c. Custodi legem meam & consilium meum: & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. Lex ad vitam animæ; consilium ad gratiam faucium refertur.

n Et panis frugum terræ erit vberrimus:] In ore Prædicatorum.

o Et pinguis.] In corde auditorum 3. *Reg.* 18. g. legitur, quòd interfectis Sacerdotibus Baal, data fuit pluuia terræ, cùm non pluisset tribus annis & mensibus sex. Et 4. *Reg.* 4. g. legitur quòd panis Elisæi vberrimus fuit; ita vt multi homines de paucis panibus saturati fuerint. Et in hoc loco non datur pluuia spirituali semini, nec panis vberrimus, nec pinguis est, nisi priùs idola de argento fuerint comminuta, & Prædicator egressus. Et quid est hoc, nisi quòd non habet gratiam, vel effectum prædicatio, nisi Prædicator in se priùs vitia destruxerit, & de amore mundi fuerit egressus? Ideò dicitur *Ierem.* 50. b. Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini.

p Pascetur in possessione tua,] id est, in Ecclesia.

q In die illa] cùm abieceris vitia, & egressus fueris de terra tua. *r* Agnus spaciosè,] id est, mitis corde, qui sequitur agnum, quocunque ierit. *Apoc.* 14. a. scilicet. Et tauri tui,] id est, Prælati, Duces gregis.

t Et pulli asinorum,] id est, subditi simplices. *u* Qui operantur terram, id est, Ecclesiam verbo, vel exemplo, vel vnusquisque carnem suam macerando.

x Commixtum migma comedent,] id est, historicum sensum cum spirituali.

y Sicut in area] Scripturæ.

z Ventilatum est,] i. à Spiritu sancto examinatum. Ecce hic per hordeum significatur sacra Scriptura: Similiter per hordeum, quod seminauit Isaac apud Allophylos. *Gen.* 26. c. Quod centuplum germinauit. Similiter *Osea* 3. a. choro, & dimidio hordei adulteram conduxit: quod significat, quòd Christus ducens Gentilitatem adulteram daturus erat ei scientiam legis historicam cum intelligentia spirituali. Vndè & Dominus quinque panibus hordeaceis, quinque millia hominum satiauit. *Ioan.* 6. b.

a Et erunt super omnem montem excelsum,] id est, super viros iustos virtutibus eminentes.

b Et super omnem collem eleuatum,] id est, super minores iustos vita pollentes.

c Riui currentium aquarum,] id est, doctrina prædicationis verbi Dei. *infr* 41. e. Aperiam in supremis collibus flumina, & in medio camporum fontes, ponam desertum in stagna aquarum.

d In die interfectionis multorum,] id est, post aduentum Domini, quando multi interficientur gladio verbi Dei, vt viuant. Vndè Petro dictum est. Occide, & manduca. *Act.* 10. b. Vel. In die interfectionis multorum,] i. in die Iudicij, quando multi interficientur gladio sententiæ Iudicis. Multi quidem sunt vocati, sed pauci electi. *Matth.* 20. b. *inf.* 34. b. Victima Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom. *Ier.* 46. c. Victima Domini in terra Aquilonis, iuxta flumen Euphratem.

f Cùm ceciderint turres,] id est, Dæmones, vel superbi Principes, qui in die Iudicij in infernũ deiicientur. De quibus *Psal.* 36. Vidi impium superexaltatum & eleuatũ, si-

⊕ cut cedros

A a Et erit lux Lunæ, sicut lux Solis: & lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum,] i. lætitia & prosperitas terræ Iudæ maior erit, quàm priùs fuerit; sicut lux Solis maior est, quàm lux Lunæ. d In die, qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit,] id est, cùm liberauerit Iudæos à captiuitate Babylonica, quam vocat vulnus, & percussuram. Iudæi hanc multorum interfectionem, & turrium euersionem referunt ad destructionem Romani Imperij, quos montes & turres vocant. Quibus videtur Apostolus consentire, secundum vnam expositionem, 2. Thess 2.b. vbi ait. Qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. Riuos dicunt copiã sanguinis effusi. Vel ad literam torrentium: quia tunc erit tanta beatitudo populo Israel, vt non solùm valles & campestria; sed & montes & colles aquis fluentibus irrigentur. Sed nos pro fabula habemus hoc. Sequitur.

B

Et a erit lux Lunæ, sicut b lux Solis: c & lux Solis erit septempliciter: sicut lux septem dierum, in d die, qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussurã plagæ eius sanauerit. e Ecce f nomẽ Domini g venit de h longinquo, i ardẽs furor eius, & k grauis ad portandũ. l Labia eius m repleta sunt indignatione: & n lingua eius, quasi ignis deuorans. o Spiritus eius, p velut torrẽs inundans vsque ad mediũ colli, q ad perdendas Gentes in r nihilum: s & frænum erroris, quod t erat in maxillis populorũ. u Canticũ erit vobis, x sicut † vox sanctificatæ solemnitatis: & y lætitia cordis, z sicut qui pergit cum tybia, vt intret in montem Domini a ad fortem Israël,

Al. † nox.

Quarta pars. e Ecce nomen Domini, &c.] Quarta pars, vbi exponit Propheta qualiter præmissa liberatio Iudæorum fiet, scilicet, per licentiam Cyri dicens. Ecce, in proximo.

f Nomen Domini,] id est, potestas. g Venit,] id est, veniet.

h De longinquo,] id est, de Perside & Media. In Persis enim & in Medis dicit venire nomen Domini: quia ipsi inspirati à Domino Babyloniam destruxerunt, & Balthasar occiderunt. Simile, supr. 19.a. Ascendet Dominus super nubem leuem, id est, super exercitum Assyriorum, & ingredietur Ægyptum, similiter hic.

f Nomen Domini venit.] In Medis & Persis. h De longinquo.] In Babylonem. i Ardens furor eius,] id est, Domini contra Babylonios. k Et grauis ad portandum] quia Babylonij non poterant sustinere Imperium Medorum & Persarum, qui multum graues eis fuerunt. l Labia eius repleta sunt indignatione] quia durè & indignanter loquebantur Medi & Persæ ipsis Babyloniis. n Et lingua eius, quasi ignis deuorans: spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli] qui totum suffocat, & obruit, quod habet obuiam.

q Ad perdendas Gentes in nihilum,] id est, Babylonios penitùs destruendos. Omnia ista crudelitatis & consumptionis ponit Propheta, ad ostendendum, quòd grauiùs iratus est Dominus contra Babylonios, quos irreparabiliter destruxit, quàm contra alias nationes, quæ Iudæos vexauerunt ad perdendum. Et frænum erroris, quod erat in maxillis populorum,] id est, Dominium Babyloniorum, qui alios populos opprimebant, & ducebant ad libitum suum, quò volebant. Et cùm hoc fuerit impletum. u Canticum erit vobis] ô Iudæi.

x Sicut vox sanctificatæ solemnitatis & lætitia cordis erit vobis.

z Sicut qui pergit cum tybia, vt intret in montem Domini,] id est, in templum, quod est in Ierusalem. a Ad fortem Israel] ad Dominum, qui fortiter protegit Israel, & dat fortitudinem contra inimicos suos. Aliqui exponunt hoc de exterminatione exercitus Sennacherib, propter quam gauisus est populus Iudæorum: & satis conuenienter hoc modo. e Ecce nomen Domini,] id est, virtus, vel potestas, vel auctoritas, siue fama Domini.

Aliter.

g Venit de longinquo,] id est, post multum tempus ante præuisum, & prædictum i Ardens furor eius,] id est, Domini contra Assyrios. k Et grauis ad portandum.] Imò intolerabilis. l Labia eius repleta sunt indignatione: & lingua eius quasi ignis deuorans Antropospathos est. Loquitur enim de Deo, sicut de magno Principe irato, verba iracundiæ & indignationis proferentis. o Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli: quò cùm peruenerit, suffocat. q Ad perdendas Gentes,] i. Assyrios.

r In nihilum] quia in cinerem redacti sunt. s Et frænum erroris,] id est, Regem erroneum, & idololatram, scilicet, Sennacherib. t Quod erat in maxillis populorum, id est, qui alios populos violenter opprimebat. Et cùm hoc fuerit. u Canticum erit vobis] ô Iudæi. x Sicut vox sanctificatæ solemnitatis, & lætitia cordis erit vobis. Hebraeus. x Sicut nox: quia in nocte Paschali facta est plaga in exercitu Sennacherib. z Sicut qui pergit cum tybia, vt intret in montem Domini ad fortem Israel, i. interfecto exercitu Sennacherib; ita gaudebitis, & exultabitis, & cantabitis, sicut consuetudo est facere in tribus solemnitatibus Domini, quando omnes ascendebant Ierusalem cum choris & tympanis & tybiis & cum gaudio magno. Nomen autem Domini dicitur venisse contra Sennacherib, & non ipse Dominus: quia per illam exterminationem fama nominis ipsius longè, latéque magnificata est. Vidè Septuaginta, sic dicunt, ecce nomen Domini venit post multum tempus, ardens furor cum gloria: eloquium labiorum eius, eloquium iræ plenum: & ira furoris eius, sicut ignis deuorabit: & Spiritus eius, sicut aqua in valle trahens, veniet vsque ad collum.

A & diui-

cut cedros Libani & transiui, & ecce non erat. a Erit lux Lunæ] scilicet, post Iudicium. b Sicut lux Solis,] i. magnus erit splendor Lunæ, multò plus quàm modò. Cœlum enim nouum, & terra noua erit. Apoc. 21. a. c Et lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum,] i. tantùm habebit splendoris, quantum habuit in primo septendio: vt non adhibeatur numero, sed spatio: quia non in omnibus septem primis diebus luxit Sol, cùm fuerit factus quarta die. Sed est sensus: Tantus erit splendor eius, quantus fuit in spatio, vel aliqua parte spatio septem dierum ante peccatum Adæ. Tunc enim præmium laboris sui percipient elementa: quia creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Rom. 8. d. Ieron. Non mirum, si Luna fulgorem Solis recipiat: quia Iusti fulgebunt, sicut Sol. Sap. 3 b. & Matth. 13. scilicet. Haymo. Omnia propter hominem facta, in eius lapsu peiorata sunt: Sol & Luna suo lumine minorata; sed post Iudicium reparabuntur. Vel Luna, Ecclesia: Sol Christus. 1. Ioan 3. a. Nondum apparuit, quid erimus: scimus, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus. Assyrii.

d In die, qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit,] i. in die Iudicij, quando Electos sanabit ab omni culpa & miseria. Et verè ita fiet: quoniam. e Ecce nomen Domini,] i. filius Patris in eadem virtute & gloria. g Venit,] id est, veniet in die Iudicij ad damnandum malos, & remunerandum bonos. h De longinquo,] id est, post multa tempora, vel de cœlo. i Ardens furor eius in vindictam contra malos. In primo aduentu venit, vt ros. infr. 45. b. Rorate cœli desuper. k Et grauis ad portandum reprobis, quibus grauis fuit etiam ad videndum, Sap. 2. c.

l Labia eius,] i. verba eius. m Repleta sunt indignatione] i. terrore & accusatione, quando dicet. Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Matt. 25. d. n Et lingua eius, quasi ignis deuorans,] id est, condemnans diabolum & membra eius, dicens: Ite, maledicti, in ignem æternum: Ibidem. Apoc. 19. c. De ore eis procedebat gladius ex vtraque parte acutus. In primo aduentu lingua eius suauis, & dulcis fuit. Vidè Prou. 3. b. Vbi nos habemus: In sinistra eius diuitiæ & gloria. Septuaginta habent. Legem, & misericordiam in lingua portat. o Spiritus eius,] i. indignatio eius. p Velut torrens inundans vsque ad medium colli ad perdendas Gentes,] i. gentiliter viuentes. r In nihilum.] Non quòd mali in nihilum redigantur; sed nihilum reputabuntur, semper viuentes in pœna. Qui mortui fuerunt in culpa, quod notatur in hoc, quod dicitur, vsque ad medium colli. Dan. 7. c. Fluuius igneus rapidúsque egrediebatur à facie eius. Amos. 5. g. Reuelabitur, quasi aqua, iudicium: & iustitia, quasi torrens fortis, ad perdendum.

s Et frænum erroris,] id est, dominationem diaboli.

t Quod erat in maxillis populorum,] id est, reproborum, qui ducebantur ab eo, quò volebat, sicut equus fræno circumducitur pro voluntate sessoris. Et tunc.

u Canticum erit vobis] Electis.

x Sicut vox sanctificatæ solemnitatis,] i. sicut filij Israel transito mari rubro, & submerso Pharaone, & exercitu eius cum magna lætitia dixerunt: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare: sic in die Iudicij transito mundo, & damnato diabolo, cum exercitu suo, boni cum lætitia exultabunt in laudibus Saluatoris.

y Et lætitia cordis, sicut qui pergit cum tybia, vt intret in montem Domini ad fortem Israel,] id est, sicut Iudæi cum omni gaudio intrabant in templum; sic omnes boni cum omni lætitia intrabunt cœlum.

Et auditam

Al. † videtur. a & diuidetur, vt conturbet Gentes super errore vano: & abiicietur error, & assumet eos in conspectu eorum. Sequitur. *a* Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, id est, exterminationem exercitus Sennacherib notam faciet vbique, vndè gloriosus erit apud omnes. *b* Et terrorem brachij sui ostendet] in exterminatione exercitus. *d* Io cominatione furoris, & flamma ignis deuorantis,] id est, Assyrios incinerantis. *Septuaginta.* Furorem brachij sui ostendet, cùm furore & ira & flãma ignis deuorante fulminabit vehementer. Sequitur. *f* Allidet in turbine, & in lapide grandinis: quia subitò & desuper veniet illa exterminatio exercitus Sennacherib, id est, destiuet, & in cinerem rediget.

Al. † flãmæ. *Al. † expugnauit.*

Et *a* auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ: *b* & terrorem brachij sui *c* ostendet in *d* comminatione furoris, *e* & † flamma ignis deuorantis. *f* Allidet in turbine *g* & in lapide, grandinis. A *h* voce enim Domini *i* pauebit Assur *k* virga percussus: & *l* erit transitus virgæ *m* fundatus, *n* quam *o* requiescere faciet Dominus super eum in *p* citharis, & *q* tympanis: *r* & in bellis præcipuis † expugnabit *s* eos. *t* Præparata est enim ab heri *u* Tophet, *x* à Rege *y* præparata, *z* profunda & *a* dilatata. *b* Nutrimenta eius ignis *c* & ligna multa: *d* flatus Domini, sicut *e* torrens sulphuris *f* succendens eam.

h A voce enim Domini pauebit Assur,] id est, Sennacherib. *k* Virga percussus, id est, exterminatione sui exercitus. *Septuaginta.* Ad vocem enim Domini superabuntur Assyrij plaga, qua percussit eos, & erit eis per circuitum. *l* Et erit transitus virgæ,] id est, percussionis Domini *m* Fundatus super Sennacherib: Hoc est, virga Domini, quam aliàs euasit Sennacherib: modo fundabitur in eo, vt non euadat: quia exterminato exercitu suo fugit in terram suam, & ibi in templo Dei sui occisus est a propriis filiis, vt dicitur *Infr.37* g. *n* Quam,] id est, quia illam, virgam, scilicet. *o* Requiescere faciet Dominus super eum, id est, super Sennacherib. *p* In cytharis & tympanis, id est, in festo, quo solebant vti cytharis & tympanis. *r* Et in bellis præcipuis,] id est, in fulmine, siue per Angelum. *s* Expugnauit, vel expugnabit eos, Dominus, id est, Assyrios. Vel. *p* In cytharis & tympanis,] id est, in lætitia Iudæorum. *r* Et in bellis præcipuis, quia sine omni periculo vel labore Iudæorum expugnauit eos: deinde determinat locum, in quo facta est hæc exterminatio, scilicet, in valle Gethsemani, quæ dicitur Tophet, à tophis lapidibus concauis & leuibus, ex quibus factus erat ibi locus habens ignem perpetuum ad sacrificia facienda. Et tradunt Hebræi duas palmas in finibus illius vallis sitas ex se fumum semper emittentes: vnde coniiciunt esse ibi portam inferni. Coniiciunt etiam hunc locum, & infernum factum secunda die mundi, propter hoc, quod dicitur hic. Ab heri, id est, ab illa die, quæ tantùm habuit heri. Illa enim sola dies primum heri habuit, & tantùm heri, non nudiustertius, sicut aliæ sequentes. Sed secundum hoc priùs fuit diabolus, quàm infernus. Dicit ergo: Ita expugnabit Dominus Assyrios. *t* Præparatus est enim ab heri,] id est, ab antiquo, vel ab illa die, quæ primum heri habuit, & tantùm heri.

u Tophet,] id est, vallis illa interfectionis, ad hoc, vt ibi exterminaretur exercitus Assyriorum.

x A Rege,] id est, à Deo mundum regente.

y Præparata] occisioni Assyriorum.

z Profunda & dilatata,] id est, lata & profunda ad capiendum omnes.

b Nutrimenta eius ignis,] id est, ignis illius.

c Et ligna multa] sunt, id est, corpora exercitus interfecti redacta in cinerem, sicut ligna per ignem. Et superfluit, vel propone & construe sic. Ita profunda, & dilatata præparata est Tophet, & nutrimenta ignis eius sunt ligna multa, id est, ita perpetuis exuporat ardoribus, quasi multus ignis in ea vigeret multis lignis nutritus.

d Flatus Domini,] id est, indignatio Domini.

e Sicut torrens sulphuris succendens eam] quasi dicat, nullus succendet eos, id est, Assyrios, nisi solus Dominus ex indignatione sua. Vel ventus emissus à Domino, sic succendet eam, ac si torrente sulphuris, id est, multa quantitate sulphuris succenderetur.

Mystice. ☉ *a* Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ,] i. gloriosam vocem suam, qua resurgent omnes in bonum, vel in malum suum. De quo *Ioan.5.* e. Venit hora, & nunc est, quando omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in resurrectionem Iudicij. Vel gloriam vocis, dicit illam vocem. Venite Benedicti, &c.

b Et terrorem brachij sui] scilicet, filium terribilem malis. *Matth.25.*

c Ostendet in comminatione furoris dicentis: Ite, maledicti, in ignem æternum, &c.

e Et flamma ignis deuorantis,] id est, æternaliter cruciantis *Deut.32.* c. Ignis succensus est in furore meo: ardebit vsque ad inferni nouissima.

f Allidet in turbine tempestatis. Vndè *Psal.49.* In circuitu eius tempestas valida.

g Et in lapide grandinis,] id est, lapidatione tribulationis Vndè *Eccl.39.*d. Ignis, grando, fames, & mors: omnia hæc ad vindictam creata sunt.

h A voce enim Domini, id est, à sententia terribili.

i Pauebit Assur,] i. diabolus, & membra eius.

k Virga percussus,] vltionis diuinæ De qua *sup.11.a.* Percutiet terram virga oris sui: & spiritu labiorum suorum interficiet impium. *l* Et erit transitus virgæ,] id est, percussio vltionis diuinæ.

m Fundatus,] id est, non transitorius: quod est contra Origenem, qui post mille annos veniam omnibus, etiam diabolo pollicetur. *n* Quam,] id est, quia illam, virgam, sc. *o* Requiescere faciet Dominus super eum,] id est, super diabolum, vt permaneat in æternum. *p* In cytharis & tympanis: & in bellis præcipuis expugnabit Dominus in die Iudicij. Eos,] id est, Dæmones, & omnes reprobos, id est, in lætitia Sanctorum: quia lætabitur Iustus, cùm viderit vindictam. *Psalm.57.* Vel ideò in cytharis, quia Dominus non turbatus, sed lætus vindicabit in malos. Hoc significatum est *Iosu.6.* c. vbi legitur, quod vociferante omni populo, & clangentibus tubis, muri Iericho corruerunt. Modò etiam Dominus expugnat diabolum per filios suos. *p* In cytharis,] id est, consona prædicatione. *q* Et in tympanis,] id est, in carnis mortificatione.

r Et in bellis præcipius,] id est, in malorum æquanimi & humili perpessione. Nullo enim modo meliùs expugnatur diabolus, quàm per patientiam. Vndè *Sap.12.* d. Cùm das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas.

t Præparata est enim ab heri,] id est, ab initio mundi.

u Tophet,] id est, vallis gehennæ. *x* A Rege, id est, à Deo omnipotente. *y* Præparata diabolo, & Angelis eius. *Matth.25.* d. *z* Profunda iuxta culpæ profunditatem.

a Et dilatata] iuxta culpæ æternitatem & peccantium numerositatem. Vndè *suprà 5.* d. Dilatauit infernus animam suam.

b Nutrimenta eius ignis, & ligna,] id est, impiorum corpora multa: quia lata est via, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt, qui intrant per eam *Matth.7.*b.

d Flatus Domini,] id est, ira Domini. *e* Sicut torrens sulphuris] quod flammas excitat.

f Succendens eam,] id est, gehennam. Ibi enim erit foetor intolerabilis, & ignis inextinguibilis, & vermis immortalis. Vndè *Ps.10.* Ignis sulphur & spiritus procellarum, &c. *Apoc.19.*d. Missi sunt in stagnum ignis ardentis & sulphuris. *Ezech.38.* g. Ignem & sulphur pluam super eum. *Infr.50.*d. Ambulate in flammis, quas succendistis vobis. Sed contra. *Iob.20.*d. Deuorabit eum ignis, qui non succenditur. Responsio, Ignis materialis consumptiuus est; & ideò succensione & nutrimento lignorum indiget. Ignis verò gehennæ non consumitur: sed semel accensus semperdurat, & ideò succensione materiali, vel materialium lignorum nutrimento non indiget. Hoc dicit Iob. Quia hic dicitur, Flatus Domini succendens eam, metaphoricè loquitur, vt dicit Gloss. id est, sua voluntate conseruans. Quia. *Infr.50.* dicitur: Quas succendistis vobis, dicitur: quia meritis eorum voluntariis illic impij succendentur. Ad literam autem iuxta Ierusalem erat vallis, quam præ amoenitate elegerant Iudæi ad sacrificandum Idolis, vbi artificialiter fecerunt ignem materialem indeficientem. Erat autem terra illa, in qua erat vallis cuiusdam rustici, qui dicebatur Hennon, vnde dicta est vallis illa Gehennon, id est, terra Hennon. Et quia in valle Hennon erat ignis materialis indeficiens, ideò quadam similitudine vocauit Dominus Infernum gehennam: quia ibi est ignis indeficiens. Et est Gehennon Græcum, Tophet Hebræum, idem significans. Et dicunt Tophet sic dictum à tophis lapidibus concauis in modum punicis, inter quos nutriebatur ignis.

EXPOSITIO CAP. XXXI.

VÆ qui descendunt, &c. *Supr. in cap.* præcedenti monuit Dominus per Prophetam reliquias Iuda, ne descenderent in Ægyptum, qui noluerũt acquiescere; ideò hic in hoc capitulo cõminatur eis, quia iuerunt, & quia in Ægyptios Idololatras sperauerunt. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes. In prima cõminatur residuis illis, quia descenderunt in Ægyptum cõtra consilium Domini per Ieremiam. Secundò, agit de prosperitate filiorum Israël,

A

Al. † requisierunt.

Al. † super.

B

CAP. XXXI.

VÆ *a* qui *b* descendunt in *c* Ægyptum *d* ad auxilium in *e* equis sperantes, & *f* habentes fiduciam † in quadrigis, *g* quia multæ sunt: & *h* super equitibus, quia *i* prævalidi *k* nimis: & non sunt confisi per sanctum Israël: & Dominum non † *l* exquisierunt. *m* Ipse autem *n* sapiens *o* adduxit malum, & *p* verba sua non *q* abstulit. Et *r* consurget *s* contra domum pessimorum, *t* & contra auxilium operantium *u* iniquitatem. *x* Ægyptus homo, & *y* non Deus: *z* & equi eorum *a* caro, & non spiritus. Et Dominus *b* inclinabit manum suam: *c* & corruet auxiliator: *d* & cadet, cui præstatur auxilium, *e* simúlque omnes *f* consumentur. *g* Quia hæc dicit Dominus ad me, *h* quomodo si *i* rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam, cùm *k* occurrerit ei *l* multitudo Pastorum, *m* à voce eorum non formidabit, *n* & à multitudine eorum non pauebit: sic *o* descendet Dominus exercituum, vt *p* prælietur *q* super montem Sion, & *r* super collem ▲ eius.

post reditum de captiuitate Babylonica. *ibi*: Quia hæc Dominus, &c. Tertiò, de abiectione idolorum tempore Ezechiæ, facta liberatione Ierusalem ab exercitu Sennacherib, *ibi*: Conuertimini, &c. Dicit ergo. *a* Væ] illis. *b* Qui descendunt] timore Chaldæorum, præceptum Domini, & consilium Ieremiæ contemnentes. *c* In Ægyptum ad auxilium] quærendum. *e* In equis sperantes] quibus abundat Ægyptus, non in Domino.

f Et habentes fiduciam in quadrigis Ægyptiorum. *g* Quia multæ sunt] in Ægypto, quæ ducuntur in exercitibus. *h* Et super equitibus] Ægyptiis. *i* Quia prævalidi nimis sunt sua opinione. *k* Et non sunt confisi super sanctum Israel,] id est, super sanctificantem Israël, qui remanentibus in terra sua promittebat auxilium per *Ierem.* 42. b. *l* Et Dominum non exquisierunt.] corde verò, licet verbis Dixerunt enim ad *Ier.* 42. a. Ora pro nobis Dominum, quid agere debeamus: & postea noluerunt obedire. *m* Ipse autem Dominus. *n* Sapiens] omnia sciens, & omnia potens. *o* Adduxit malum,] id est, Nabuchodonosor permissiuè. Vel malum, neutri generis, id est, pœnam & afflictionem eorum effectiuè. *p* Et verba sua] quæ locutus est per Ierem. & Isaiam. *q* Non abstulit.] Irrita faciendo. *r* Et consurget] Dominus sicut strenuus bellator.

s Contra domum pessimorum,] id est, contra Iudæos incredulos, qui Ieremiæ, & Domino credere noluerunt. *t* Et contra auxilium operantium iniquitatem,] id est, contra iniquos Ægyptios, qui auxilium præstabant eis, quasi dicat, nec ipsi Iudæi, nec ipsi Ægyptij potuerunt se defendere. Quia *u* Ægyptus,] i. Ægyptius. *x* Homo,] i. fragilis. *y* Et non Deus,] i. non inuincibilis. *z* Et equi eorum. In quibus illi Iudæi confidebant. *a* Caro, & non spiritus,] id est, fragiles & citò deficientes. *b* Et Dominus inclinabit manum suam,] id est, laxabit habenas illis, non dirigens eos. Metaphoricè loquitur, quasi de equis. *c* Et corruet auxiliator] Iudæorum, id est, Ægyptius. *d* Et cadet, cui præstatur auxilium,] id est, Iudæus.

e Simúlque omnes,] id est, Ægyptij & Iudæi. *f* Consumentur à Nabuchodonosor. *g* Quia hæc dicit Dominus. Secunda pars, in qua loquitur Isaias de prosperitate, quam habuerunt Iudæi reuersi de captiuitate Babylonica. Et hoc facit Isaias in maiorem confusionem istorum Iudæorum, qui descenderunt in Ægyptum. Solent enim mali confundi, quando vident aliorum prosperitatem. Comparat autem Isaias Dominum leoni, propter confidentiam & fortitudinem: quia nullum timet, & timetur ab omnibus: & quia potenter eripuit Iudæos de Babylonica captiuitate: & potenter protexit post reditum, contra infestantes nationes, quæ in circuitu infestabant eos. Dicit ergo: Ita fiet. Quia hæc dicit Dominus ad me dicit Isaias. *h* Quomodo,] id est, sicut. *i* Si rugiat leo & catulus leonis super prædam suam, id est, super alias feras, vel pecudes, quas prædatur. *k* Cùm occurrerit ei, leoni portanti prædam suam *l* multitudo Pastorum] volentium eripere prædam. *m* A voce eorum non formidabit] confisus in viribus suis.

Secunda pars.

n Et à multitudine eorum non pauebit] vt prædam propter eos dimittat, *o* Sic descendet Dominus exercituum] miserando.

p Vt prælietur] tanquam bonus defensor. Descendet, inquam. *q* Super montem Sion,] defendendum, & liberandum à Sennacherib, & ab aliis nationibus impugnantibus. Iudæos post reditũ de Babylonia. *r* Et super collem, ▲ eius, id est, Ierusalem,

a Væ qui descendunt in Ægyptum,] id est, in mundum. *Psal.* 72. Deiecisti eos, dum alleuarentur. *d* Ad auxilium in equis sperantes & habentes fiduciam in quadrigis: quia multæ sunt & super equitibus, &c. Ecce tota fiducia mundi in tribus consistit: In equis, in quadrigis & in Equitibus [In equis,] id est, Aduocatis, *Apoc.* 9. d. Potestas equorum in ore eorum, id est, in aduocationibus, & in caudis, id est, dilationibus. *Abac.* 1. b. Leuiores pardis equi eius in quadrigis, id est, in parentela, vbi iugales sunt, & vincula, *infr.* 37. e. dicit Sennacherib. In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium Quidam enim ascendunt in dignitates Ecclesiæ per parentelam, quidam per scientiam, & fortè aliqui vtuntur Theologia pro scala. In equitibus, id est, in dignitatibus *Ezech.* 26. b. Inundatione equorum operiet te puluis eorum: à sonitu rotarum equitum, & curruum mouebuntur muri tui. *Ioël.* 2. a. Quasi aspectus equorum, aspectus eorum: & quasi equites, sic current: sicut sonitus quadrigarum super capita montium. *k* Et non sunt confisi super sanctum Israel] quia magis in hominibus, quàm in Domino confidunt. Contra quod *Ierem.* 17. a. Maledictus, qui confidit in homine: & ponit carnem brachium suum. *l* Et Dominum non exquisierunt] multi quærunt; sed pauci exquirunt, idest, ex corde, vel extra mundum quærunt; & ideo pauci inueniunt. *Osea* 5. b. In gregibus suis & armentis suis vadent ad quærendum Dominum: & non inuenient.

Mystic.

C

m Ipse autem sapiens adduxit malum,] quia discretè & iustè vnumquemque punit. *Chrys.* Multi iniusta agunt: sed nullus iniusta patitur. *p* Verba sua non abstulit] *Psal.* 88. Quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita. *r* Et consurget contra domum pessimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.] Pessimos vocat omnes infideles, in quibus nihil boni est, cùm in eis fundamentum fidei sit destructum. Operantium iniquitatem] dicit malos Christianos. Vtrosque puniet Dominus.

u Ægyptus homo, & non Deus: & equi eorum caro, & non spiritus. Hoc dicit contra superbientes de scientia sua. Doctor enim superbus se Deum facit, i. videntem. *Ezech.* 28. a. Dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi. Sed iste totus est in tenebris, vnde benè dicitur Ægyptus, id est, tenebrosus: & homo, id est, fragilis: & caro, non spiritus, id est, carnalis, non spiritualis.

b Et Dominus inclinabit manum suam] quæ fuerat eleuata, ad percutiendum. *Iob.* 6. b. soluat manum suam, & succidat me. *c* Et corruet auxiliator: & cadet, cui præstatur auxilium,] i. & qui iniquè defendit, & qui iniquè defenditur. *e* Simúlque omnes consumentur] à gehenna, semper tamen viuentes in consumptione.

g Quia hæc dicit Dominus ad me,] quasi dicat, qui descendunt in Ægyptum, non saluabuntur; sed qui de Babylone redeunt, salui erunt.

q Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis, cùm occurrerit ei multitudo Pastorum, à voce eorum non formidabit, &c. *Gloss. Haymonis.* exponit hoc de Christo, qui dicitur leo de Tribu Iuda. *Apoc.* 5. b. Et catulus leonis, quia suscitans, & suscitatus à morte à seipso. Item catulus leonis fuit in primo aduentu, quia humilis; sed leo erit in secundo, quia terribilis. *Ose.* 11. d. Leo rugiet, & formidabunt filij maris, *Prou.* 19. b.

Sicut fremitus leonis; ita & Regis ira. Præda eius omnes pœnitẽtes, quos prædatur diabolo. Multitudo Pastorũ accurrentiũ, à quorum voce non pauet, est multitudo hæreticorũ, qui nituntur ei eripere prædam suam; sed non possũt. In malo posset exponi de diabolo. 1. *Petr.* 5. b. Aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiens, circuit, quærens quem deuoret. Hic nõ timet multitudinem Pastorum mo-

● dernorum: quia

lem eius. Sicut *a* aues volantes: sic *b* proteget Dominus exercituum Ierusalē, *c* protegens *d* & liberans, *e* transiens *f* & saluans. *g* Conuertimini, *h* sicut in profundū *i* recesseratis, *k* filij Israël. In *l* die enim illa *m* abiiciet vir *n* idola *o* argenti sui, *p* & idola auri sui, *q* quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum: *r* & cadet Assur in *f* gladio nō viri: *s* & gladius non hominis *u* vorabit cū: *x* & fugiet † *y* à facie gladij: & *z* iuuenes ei' *a* vectigales erūt: *b* & fortitudo eius *c* à terrore *d* trāsibit: & *e* pauebunt fugientes Principes eius. Dixit *f* Dominus, *g* cuius ignis est in Sion, *b* & caminus eius in Ierusalem.

Al. † non.

CAP. XXXII.

i Ecce in iustitia *k* regnabit

eius,] id est, Ierusalem, quæ erat in colle. *a* Sicut aues volantes] super pullos suos. *b* Sic proteget Dominus *c* exercituum Ierusalem] contra Samaritas & alias nationes, quæ conatæ sunt impedire reædificationem templi & Ierusalem. 1. *Esdr.* 4. Et tempore Machabæorum in paucis multos fugauit. 1. *Machab.* 3. *c* Protegens vt Princeps strenuus & prouidus. *d* Et liberās] ab exercitu Sennacherib. *e* Transiens] à termino vsque ad terminum exterminando exercitum Sennacherib. *f* Et saluans] Ierusalem.

Sup. n. d.

g Conuertimini.] Tertia pars, in qua Prophetа reuertitur ad tempus Ezechiæ, & admonet Tribum Iudæ: & Benjamin, vt sicut in profundo malorum recesserant; sic toto mētis affectu redirent, antequam Sennacherib, rediens de Ægypto veniret in Ierusalem obsidendam. Captiuatis enim decem Tribubus destruxit Sennacherib totam terram Iuda, præter Ierusalem, quam obsedit, sed ibi exterminatus est exercitus eius ab Angelo, & Ierusalem liberata. Et hoc est: Conuertimini ad Dominum, ô Tribus Iuda & Benjamin pœnitentes, pugnante Domino pro vobis. *h* Sicut in profundum] peccatorum. *i* Recesseratis filij Israël, quasi dicat, qui profundo consilio & peccato recessistis à Domino; conuertimini ad ipsum pœnitendo.

Tertia pars.

A

l In die enim illa] protectionis & liberationis Ierusalem. *m* Abiiciat vir] Iudæus. *o* Idola argenti sui, & idola auri sui] monente Ezechia, cùm liberasset eum Dominus de manu Sennacherib. 4. *Reg.* 19. *q* Quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum] sub Achaz patre Ezechiæ: propter quæ capta fuit postea ciuitas à Babylonicis. *r* Et cadet Assur,] id est, exercitus Assyriorum. *f* In gladio non viri] sed Dei, qui per Angelum nocte vna centum octoginta quinque millia ex eis percussit. *s* Et gladius, non hominis, sed Dei. *u* Vorabit eum] Assyrium.

x Et fugiet] Sennacherib cum paucis. *y* A facie gladij,] id est, Angeli exterminantis.

z Et iuuenes eius,] id est, milites, vel filij Sennacherib.

a Vectigales erunt Nabuchodonosor; & postmodum Medis & Persis: Assyrij quidem primò habuerunt dominium super Chaldæos, sed postea Assyrij facti sunt tributarij Nabuchodonosor: & postmodum Medis & Persis. *b* Et fortitudo eius,] id est, exercitus eius. *c* A terrore Angeli exterminantis.

d Transibit,] id est, deficiet. *e* Et pauebunt fugientes Principes eius cum eo decem tantum, vt dicunt. Et posset aliquis dicere Isaiæ: Quomodo scis hæc? Et respondet: Benè scio hæc, quia. *f* Dixit Dominus] supradicta, qui mentiri non potest. *g* Cuius ignis in Sion & caminus in Ierusalem, vt consumat aduersarios suos, sicut flamma consumit stipulam, vel ligna. Altare holocaustorum, cuius ignis erat perpetuus, vocat caminum. Altare thymiamatis, ad quod deferebatur ignis de altari holocaustorum, vocat ignem. Vel in hoc tangit modum destructionis Assyriorum, quasi dicat, Dominus igne consumet eos.

Mystice. ⊖ demortuum, quia ab ipso nomine Pastoris concludit eis. *Ezech.* 33. a. Væ Pastoribus, qui pascebant semetipsos, nonne greges à Pastoribus pascuntur? Item verba eorum non timet, quia non sunt ignita igne charitatis, aut zeli. *Iob.* 41. d. Non fugabit eum vir sagittarius: in stipulam versi sunt ei lapides fundæ: quasi stipulam æstimabit malleum: & deridebit vibrantem hastam. *a* sicut aues volantes: sic proteget Dominus Ierusalem,] id est, sicut auis volitans super nidum prouocat pullos suos; sic Dominus super Ecclesiam volitans protegit, vel prouocat filios suos. *Deut.* 32. b. Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eos, atque portauit in humeris suis. *Matth.* 23. d. Ierusalem, Ierusalem quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina, &c.

c Protegens & liberans, transiens & saluans] Quadruplicem gratiam tangit hic propheta. Operantem, cooperantem, conseruantem, & consummantem. Per operantem liberat, per cooperantem protegit, per conseruantem transit, per consummantem saluat.

g Conuertimini] corde & opere, peccatores, per pœnitentiam.

h Sicut in profundum peccatorum.

i Recesseratis a Domino

k Filij Israel.] id est, qui aliquando fuistis filij Israël per fidem, quasi dicat, ita profunda sit incisio gladij doloris, sicut fuit gladij dilectionis. *Rom.* 6. d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati. Ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. *l* In die enim illa] veræ pœnitentiæ. *m* Abiiciet] à corde suo. *n* Vir] à virtute. *o* Idola argenti sui] peccata locutionis. *p* Et idola auri sui] peccata cogitationis.

q Quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum.] Per hoc intellige peccata operationis, quæ omnia per confessionem abiicienda sunt. *sup.* 2. d. In die illa proiiciet homo idola argenti sui, & simulacbra argenti sui, & simulachra auri sui. *r* Et cadet Assur,] id est, diabolus.

f In gladio non viri, sed Dei,] id est, gladio contritionis, quæ non est ab homine, sed à Deo. *Ierem.* 4. a. Si abstuleris offendicula tua à facie mea; non commoueberis. *Inf.* 58. c. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum extendere, & loqui, quod non prodest: orietur in tenebris lux tua.

s Et gladius non hominis,] id est, dolor contritionis, quæ non est ab homine. *u* Vorabit eum] per frusta minutatim confitendo peccata, & circumstantias peccatorum. *Iob.* 40 d. Nunquid illud es ei, quasi sui, aut ligabis illum ancillis tuis? concident illum amici, diuident illum negociatores. *x* Et fugiet à facie gladij] verbi Dei. *z* Et iuuenes eius,] id est, filij diaboli. *a* Vectigales,] id est, tributarij. *a* Erunt] Christo post pœnitentiam. *b* Et fortitudo eius,] id est, exercitus malorum. *c* A terrore] iudicij. *d* Transibit] hic ad Deum per pœnitentiam: vel in futuro in infernum per sententiam.

e Et pauebunt fugientes Principes eius] ad Dominum per pœnitentiam. *f* Dixit Dominus, cuius ignis est in Sion,] id est, in militanti Ecclesia. *h* Et caminus in Ierusalem,] id est, in cœlesti patria. Charitas viæ dicitur ignis, charitas patriæ caminus propter nimium ardorem dilectionis in Deum & proximum. *Matth.* 11. b. Minimus in regno cœlorum maior est Ioanne Baptista.

EXPOSITIO CAP. XXXII.

Ecce in iustitia regnabit Rex. In prima parte huius capituli agit Propheta de Iosia, vel Ezechia Prophetans de religione ipsius, atque clemētia. In secunda agit de Manasse filio Ezechiæ, prænuncians fatuitatem eius, atque peruersitatē. *ibi*: Stultus enim, &c. In tertia agit de destructione Ierusalem, quæ facta est, vel à Nabuzardan secundum vnam expositionem, vel à Romanis secundum aliam. *ibi*: [Et habitabit in solitudine.] Prænuncians ergo æquitatem Iosiæ, siue Ezechiæ, dicit. *i* Ecce in iustitia regnabit Rex.] Iosias, & Ezechias. In iustitia dicit, quia vterque

Δ Idola destru-

Mystice. *i* Ecce in iustitia, &c.] Mysticè. In hoc capitulo agitur de prædicatione Christi, & fidelium persecutione, de simulatione Antichristi, & in fine de destructione Ierusalem per Romanos.

Moraliter autem de bono Prælato, & malo. Competenter autem postquam actum est de oneribus, quia putrescit iugum à facie olei. *Sup.* 10. f. Consequenter de Christo agitur, qui oleum effusum dicitur. Vndè *Cant.* 1. a. Loquens Sponsa ad Patrem de Filio dicit: Oleum effusum nomen tuum, id est, filius. Dicit ergo. Ecce in iustitia, id est, sine personarum acceptione.

k Regnabit Rex,] id est, Christus prædicabit. Vndè de ipso etiā aduersarij confitentur. Magister, scimus, quia verax es, & viā Dei in veritate doces & nō est tibi cura de aliquo; non enim respicis personam hominum. *Matt.* 22. b. Rex Christus dicitur, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium Regum terræ *Apoc.* 19. c. Quomodo autem prædicauerit sine personarum acceptione, patet. *Matt.* 23. vbi sæpè replicat. Væ vobis, Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: qui tamen maiores erant inter Iudæos. Item. *i* In iustitia,]

⊖ regnabit Rex, id est, Christus

i Ecce in iustitia, &c.

Moraliter. Moraliter autem in iustitia debet regnare Prælatus Ecclesiæ, vt omnibus reddat, quod debet: Deo gloriam, & honorem; subditus indoctis instructionem, infirmis, &

* debilibus supportationem

Δ Idola destruxit, & bonos collaterales sibi substituit, & populum Domini iustè iudicauit. Vndè subdit.
a Et Principes] collaterales vtriusque.
b In Iudicio] non iniquo.
c Præerunt] subditis, quasi Vicarij eius ad iudicandum populum.

Rex, a & Principes in b Iudicio c præerunt. d Et erit vir, e sicut qui absconditur à vento, f & celat se à tempestate: g sicut riui aquarum: h & vmbra petræ prominentis in terra deserta. i Non caligabunt k oculi videntium: & l aures audientium m diligenter auscultabunt.

d Et erit vir,] id est, populus subditus isti.
e Sicut qui absconditur à vento,] id est, sine turbatione vlla, sicut ille, qui in bona domo absconsus est propter ventum, securus est à turbatione venti.
f Et celat se à tempestate,] id est, abscondit se à tempestiuo, hoc est à tempestuoso aere. Et erit, resume, populus.
g Sicut riui aquarum in siti,] id est, sicut riui aquarum grati sunt in siti: sic gratum erit populo subiici Prædictis.
h Et vmbra petræ prominentis in terra deserta,] id est, sicut vmbra petræ prominentis, quæ benè prominens est, & magnam reddit vmbram, grata est, maximè in terra deserta, vbi non sunt domus: sic erit protectio prædictorum populo suo.
Vel sic, vt totum exponatur de Iosia, vel Ezechia.
d Et erit vir,] id est, Iosias & Ezechias, quorum vterque fuit vir & re & nomine.
e Sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate,] id est, sicut ille, qui abscondit se propter ventum, aut tempestatem, stat in pace in ciuitate sua, aut in domo, nec vagatur per campos: ita stabunt prædicti in ciuitatibus suis, oportebit eos egredi ad campos propter pugnam. Nec obstat, quòd Sennacherib legitur 2. *Par.* 32. temporibus Ezechiæ obsedisse Ierusalem: quia citò liberauit eum Dominus, nec oportuit, quod pugnaret. Item quod legitur 2. *Par.* 35. c. Iosiam exiuisse contra Pharaonem Nechao Regem Ægypti, non obstat: quia ille non veniebat contra eum, nec oportuisset eum exisse contra illum.
g Sicut riui aquarum in siti] erunt supradicti Reges populo suo, id est, grati, necessarij, & accepti.
h Et] erunt sicut vmbra petræ prominentis in terra deserta, id est, facient subditis vmbram consolationis, & defendent eos, sicut vmbra talis petræ defendit à calore.
i Non caligabunt oculi videntium] quia Prophetæ, qui dicuntur videntes, tunc apertè futura prædicent.
l Et aures audientium,] id est, populorum.
m Diligenter auscultabunt.] Hoc adimpletum est, quando lectum fuit volumen legis, quod repertum fuit in domo Domini coram Rege & senioribus Israel in templo 4. *Reg.* 23. Et 2. *Par.* 34. Tunc enim diligenter audierunt populi comminationes ibi scriptas.

Δ Rex & po-

Mysticè. Θ regnabit Rex,] id est, Christus regnum suum dandum, non mollitie, sed iustitia pœnitentiæ prædicabit. Vndè *Matth.* 4. c. Cœpit Iesus prædicare & dicere. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum. Et cùm pro cognatis eius filiis Zebedæi, mater eorum peteret, vt sederent vnus à dextris, & alius à sinistris eius in regno eius, respondit eis: Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? quasi dicat, si regnum meum habere vultis, necesse est, quòd in iustitia pœnitentiæ habeatis. *Matth.* 20. c. Item in iustitia regnabit Rex,] id est, Christus in Iudicio regnum in iustitia distribuet vnicuique secundum opera sua. a Et Principes,] id est, Apostoli. De quibus *Psalm.* 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham, id est, Christo.
b In Iudicio præerunt,] id est, ad populos cum discretione mittentur. Quod factum est, quando Paulus, vt homo literatus valdè, ad Gentiles, in quibus abundabat philosophica scientia, missus est; Petrus verò, qui inter cæteros magis abundabat, miraculis, ad Iudæos: quia signa quærebant & miracula, magis quàm rationum ostensiones. Vndè *Matth.* 12. c. Generatio praua & adultera signum quærit 1. *Cor.* 1. d. Iudæi signa quærunt, & auguria sequuntur. Item Principes in Iudicio præerunt in die Iudicij. Vndè *Matth.* 19. d. Cùm sederit filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim iudicantes duodecim Tribus Israel.

d Et erit vir,] id est, Christus qui dicitur vir singulariter. *Ierem.* 31. d. Mulier circumdabit virum. *Isa.* 4. a. In die illa apprehendent septem mulieres virum vnum.
e Sicut qui absconditur à vento] fugiens ventum inanis gloriæ, dicens. *Ioan.* 7. b. Verba, quæ ego loquor, à me ipso non loquor. Et iterum in eodem: Doctrina mea non est mea. Et iterum. Sermonem, quem audistis, non est meus. *Ioan.* 14. c. Sæpè se nominans filium hominis, rarissimè filium Dei.
f Et celat se à tempestate,] id est, à mundi sollicitudine fugiens, quando Iudæi voluerunt eum rapere in Regem. *Ioan.* 6. b. Item celauit se à tempestate, quando Iudæi tulerunt lapides, vt iacerent in eum; Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo, *Ioan.* 8. g. Et erit, supple, vir ille.
g Sicut riui aquarum in siti] quia doctrinam prædicationis copiosè ministrauit auditoribus, & infirmitates curauit, vt aqua sitim. Vndè *Matt.* 4. d. Circuibat Iesus totam Galilæam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.
h Et vmbra petræ prominentis in terra deserta,] id est, Christus erit protectio Ecclesiæ magnæ collectæ de Gentibus, & Iudæis, quæ in terra deserta, id est, in terra Gentilium olim deserta plus viget. De hac petra dicitur cuilibet volenti saluare se. *Sap.* 1. c. Ingredere in petram: quia extra Ecclesiam non est salus.
* debilibus supportationem, rebellibus, & discholis increpationem, tristatis consolationem, deficientibus reuelationem, egentibus etiam temporalis victus ministrationem, insuper, & sibiipsi de his, quibus pascit cæteros, refectionem: vt quod aliis prædicat, priùs faciat, sicut Christus. *Act.* 1. a. Cœpit Iesus facere, & docere. Et Paulus 1. *Cor.* 9. d. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Nunc verò destructa est Ecclesia, quia Prælati non regnant in iustitia, sed in potentia: vndè *Ezech.* 34. a. Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et statim sequitur. Et dispersæ sunt oues, eo quod non esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri. Dolendum valdè est, quòd non sunt tales Prælati, vt deberent: tunc enim boni essent sæculares. Vndè hic additur. a Et Principes in Iudicio præerunt,] id est, Principes sæculares iusta Iudicia iudicabunt. *Moraliter.*
d Et erit vir, sicut qui absconditur à vento] superbiæ.
f Et] sicut qui celat se à tempestate,] id est, ab auaritia, quia diuitiæ huius mundi in magna tempestate, & sollicitudine acquiruntur. g Sicut riui aquarum in siti] per continentiam, quæ ardorem concupiscentiæ carnalis restringit.
h Et vmbra Petræ prominentis in terra deserta] per bonum exemplum aliis, id est, laicis. Talis propriè debet esse Religiosus, absconsus à vento elationis, & tempestate cupiditatis, & ardore, vel siti voluptatis: hæc quoad se, & vmbra per bonum exemplum aliis. De primo, id est, vento elationis dicitur *Osea.* 12. a. Ephraim pascit ventum, id est, diuitiæ nutriunt superbiam, siue fastum. De secundo dicitur. *Prou.* 15. c. Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam. De tertio dicitur. *Prou.* 30. c. Ignis verò nunquam dicit, sufficit: quia voluptas carnalis insatiabilis est. Vmbra est Religiosus: quia formam gerit cœlestium, & sæcularibus præstat refrigerium. Petra autem dicitur Religio: quia inaccessa debet esse Dæmonibus, & etiam viris, ac mulieribus, nisi per hospitalitatem: constans, & firma per perseuerantiam: macra pastu per sobrietatem: à longè debet videri per bonam famam: ventos non sentire per humilitatem, læta pati per patientiam. Sequitur.
i Non caligabunt oculi videntium.] Quia Apostoli apertè prædicabunt, non per ænigmata. Sed nunquid Petrus, & alij omnes, præter quàm Beata Virgo caligauerunt per infidelitatem? Dicendum est, quòd mulier in breui reuersa non videtur diuertisse: ideò nec ipsi caligasse dicuntur. *Mysticè.*
l Et aures audientium diligenter auscultabunt,] prædicante Domino. Vndè *Marc.* 11. c. Vniuersa turba admirabatur super doctrina eius.

Θ Et cor stultorum, id est,

i Non caligabunt oculi videntium, &c.]
Moraliter sic. k Oculi videntium,] id est, Clericorum, qui Deum vident quotidie in Scripturis. Non caligabunt. *Moral.*
l Et Religiosi, qui toti debent esse aures, id est, toti debent esse obedientes, & totum facere ex obedientia.
m Diligenter auscultabunt.] In regula, & præceptis suis, vt faciant, quæ ibi scripta sunt.

* Et cor stultorum laicorum

A Rex, & populus. *a* Et cor stultorum,] id est, eorum, qui prius erant stulti. *b* Intelliget scientiam] inundatum ab idololatria, & peccatis. *c* Et lingua balborum velociter loquetur, & plane,] id est, illi, qui tempore Achaz, quasi balbutiendo præ timore eius loquebantur: & illi,

a & cor stultorum *b* intelliget scientiam, *c* & lingua balborum velociter loquetur, & planè. Nō *d* vocabitur vltra is, qui *e* insipiens est, Princeps: *f* neque fraudulentus *g* appellabitur maior. *h* Stultus enim *i* fatua loquetur: *k* & cor eius faciet *l* iniquitatem, vt *m* perficiat simulationem, *n* & loquatur ad Dominum fraudulenter: *o* & vacuam faciet animam esurientis, *p* & potum sitienti auferet. *q* Fraudulenti *r* vasa pessima sunt:

B

93. dist. c. legimus.

qui volentes adulari et loquebantur iniustè pro eo contra populum. Ad litteram enim tales solent quasi balbutie venantes ex dolositate, quid dicant. Illi, inquam, loquentur planè de cætero non timentes, & non opprimentes populum pro adulatione, vt prius: quia isti non permitterent. Ad litteram autem, & intellectum, & loquelam aufert sæpè Dominus propter peccata. *d* Non vocabitur vltra is, qui insipiens est, Principes,] quasi dicat, isti non constituent insipientes.

Secunda pars.

Princeps populi pro pecunia, vt alij. *f* Neque fraudulentus appellabitur maior,] id est, non præponent populo dolosos & iniquos ad opprimendum populum; & prædandum, vt alij pro implendis bursis suis. *h* Stultus enim fatua loquetur] quod non docet Principem, quasi dicat, ita bonus erit Iosias, & Ezechias; sed non erit talis filius Ezechiæ [Stultus enim] Manasses.

i Fatua loquetur] quod non docet Principem in conspectu populi falsa vouens, & faciens iuramenta, hoc enim solebant facere, vt religiosi haberentur. *k* Et cor eius faciet iniquitatem,] id est, ipse ex corde faciet iniquitatem. *m* Vt perficiat simulationem,] id est, prædicta vota faciet, vt simulet se esse bonum, & colere Deum; cùm tamen coleret idola. Vel sic. *k* Cor eius faciet iniquitatem.] Et quasi quis dicat, quàm magnam? Respondet. Tantam. *m* Vt perficiat simulationem,] id est, vt fingat se colere Deum. Et accipitur ibi, vt, pro, quòd, id est, quòd perficiat simulationem. *n* Et loquatur ad Dominum fraudulenter] & tantam supple, quod loquatur ad Dominum fraudulenter vouendo, quod non proponit reddere. *o* Et vacuam faciet animam esurientis] quia pauperibus auferebat bona sua. *p* Et potum sitienti auferet] quasi ita malus erit, quod esurienti, & sitienti auferet panem, & vinum, vnde sustentari debebat. Et quomodo faciet hoc? Per ministros suos. Vndè dicit. *q* Fraudulenti,] i. Manasse, qui hic dicitur fraudulentus. *r* Vasa pessima sunt,] id est, ministri, & Principes, qui auferunt res pauperum,

Δ & afferunt ei sicut

Mysticè.

a Et cor stultorum,] id est, ministrorum Principum, & Pharisæorum, qui missi erant, vt comprehenderent Iesum.

b Intelliget scientiam,] Hoc factum est, quando dixerunt: Nunquam sic locutus est homo, vt hic loquitur, *Ioan.* 7. g. Vel sic.

a Cor stultorum,] id est, cor Gentilium, sapientum sapientia mundi, quæ stultitia est apud Deum. 1. *Cor.* 4. d. [Intelliget scientiam] veram. Vndè Dionysius in passione Domini videns eclipsim factam, sciens hoc non posse esse secundum naturam; cùm esset Luna 14. intellexit, quòd Deus naturæ patiebatur. *c* Et lingua balborum velociter loquetur, & planè.] Hoc factum est, quando Ioannes in vtero necdum natus aduentum Domini prædicauit: & quando pueri Hebræorum, qui balbi dicuntur, quia nesciunt pueri benè, & perfectè loqui, clamabant. Osanna filio Dauid: Benedictus qui venit in nomine Domini. *Matth.* 21. a. & *Marc.* 11. b. & *Luc.* 19. f.

Moral.

a Et cor stultorum,] laicorum, scilicet, qui simplices sunt.

Mysticè.

b Intelliget scientiam,] id est, benè viuent, & prædicationem eorum gratuitò recipient. *d* Et non vocabitur vltra is, qui insipiens est, Princeps,] id est, de populo insipienti, cui non sapit Christus, nullus postmodum regnabit, id est, de Iudæis vsque ad aduentum Christi non est ablatum sceptrum de genere Iudæorum, sed tunc ablatum est. Vndè *Genes.* 49. b. Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est: & ipse erit expectatio Gentium. *f* Neque fraudulentus,] id est, populus Iudaicus, qui quæri faciebat à

Christo, vtrum liceret censum dari Cæsari, annon, vt caperent eum in sermone. *Matth.* 22. b. *Marc.* 12. b. & *Luc.* 20. d. *g* Appellabitur maior] populo gentili. Vsque ad aduentum enim Christi primogenituram tenuit populus Iudaicus, cùm tamen esset de iuniori filio Isaac, scilicet, de Iacob: sed propter peccata eorum ablatum est eis ius primogenituræ, & redditum est Esau, qui natiuitate prior erat, id est, populo gentili de ipso nato, & per ipsum significato. Vndè ad Esau cùm eiularet, dictum est *Gen.* 27. f. Tempus veniet, cùm excuties iugum eius de ceruicibus tuis.

Moraliter.

Moraliter. *e* Qui insipiens est,] id est, cui benè sapiunt temporalia, & qui fraudat animam suam bonis operibus, quibus deberet eam reficere, vel fraudat eam non reficiendo eam, vt ambiat maioritatem, & prælationem, perdet in futuro, & seruituti perpetuæ mancipabitur. De primo dicitur *Eccl.* 4. c. Cui laboro, scilicet, temporalia aggregando, & fraudo animam meam bonis, bona opera omittendo? De secundo dicitur *Matth.* 5. c. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, ecce defraudatio animæ propriæ: & docuerit sic homines, ecce refectio alienæ: minimus vocabitur in regno cælorum, id est, nullus.

Mysticè.

h Stultus enim fatuo loquetur] Stultus dicitur populus Iudaicus, qui stans altus per superbiam, de genere suo confidens se omnibus aliis præferebat, dicens: Semen Abrahæ sumus: & nemini seruiuimus vnquam: *Ioan.* 8. d. Nunquid non hic locutus est fatua, cùm dixit de Christo: Dæmonium habes? Et iterum: Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? *Ioan.* 8. g.

k Et cor eius faciet,] id est, cogitabit.

l Iniquitatem,] vt faciat Christum capi ab Herodianis, si possit. *m* Vt perficiat simulationem] *Matth.* 22. b. Magister, scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.

n Et loquatur ad Dominum fraudulenter.] Vndè *Luc.* 20. d. Miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, & traderent eum principatui, & potestati Præsidis. Et intelligitur specialiter de Scribis, & Pharisæis: Vndè sequitur.

o Et vacuam faciet animam esurientis,] id est, populi desiderantis verbum Dei, auertens eum à prædicatione Christi. Vel, [Vacuam faciet animam esurientis, & potum sitienti auferet] quia comedebant domos viduarum in oratione longa orantes, vt dicitur *Matth.* 23. b. Et quia talis est Discipulus, qualis est Magister, Ideò subditur. *q* Fraudulenti enim vasa pessima sunt,] id est, pessimi auctores, vel ministri Doctores, id est, Scribæ, & Pharisæi sedentes super cathedram Moysi.

Θ *a* Ipse enim

Aliter de Antichristo.

Posset etiam hoc exponi de Antichristo, qui *h* Stultus] dicitur singulariter, i. stans altus. Qui *i* Fatua loquetur] dicens se Deum esse. Vndè 2. *Thess.* 2. a. dicitur de eo: Qui aduersatur, & extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se tanquam ipse sit Deus. *k* Et cor eius faciet iniquitatem] quia in Sanctos ex magna iniquitate sæuiet. *m* Vt perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter] quia ad litteram erit hypocrita. *o*. Et vacuam faciet animam esurientis,] id est, populi à pane verbi Dei. *p* Et potum] doctrinæ, & sapientiæ salutaris auferet. *q* Fraudulenti] enim [vasa pessima sunt,] i. ministri pessimi, quos ipse, vbi non poterit personaliter accedere, mittet.

Δ *a* Ipse enim

Moral.

Moraliter autem vita mali Prædicatoris, vel Prælati hic determinatur, cùm dicitur: *g* Stultus enim] cui sapiunt temporalia, & desipiunt spiritualia. *i* Fatua loquetur,] i. insipida, licet bona multa prædicet. Quare? Quia infatuatum est sal sapientiæ eius. *Matt.* 5. b. Si sal euanuerit, in quo salietur? *k* Et cor eius faciet iniquitatem] in occulto. *m* Vt perficiat simulationem] eam inanis gloriæ, vel prosperitatis mundanæ. *n* Et loquatur ad Dominum fraudulenter] Prædicator, labiis eum honorans, & corde persequens: deuotè prædicans, & pessimè viuens. *o* Et vacuam faciet animam esurientis, & potum sitienti auferet] quia etsi aures populi esurientis pane verbi Dei, & sitientis potum Sapientiæ salutaris pascat per verbum prædicationis; corda tamen eorum euacuat ab omnibus bonis per malum exemplum. Item *n* Loquatur ad Dominum fraudulenter] Prælatus in promotione sua se erga Deum subditis obligans, & eorum deprædationem intendens. *o* Et vacuam faciet animam esurientis, & potum sitienti auferet.] Vndè *Ierem.* 23. a. Væ Pastoribus, qui dispergunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ. Ad literam autem multi Prælati hodie auferunt subditis panem doctrinæ, quia non permittunt in suis Episcopatibus prædicari.

q Fraudulenti] enim [vasa pessima sunt,] i. mali Prælati,

b & afferuntur, ei sicut portantur cibaria in vasis. Et ostendit, quomodo spoliatus sit pauper, scilicet per circumuentionem, & dolum. Vndè dicit. a Ipse enim] Manasses. b Cogitationes,] dolosas. c Concinnauit,] id est, composuit. Cinnus enim genus est compositionis ex diuersis compositum mixtum; vndè accipitur hîc, concinnauit, pro composuit. d Ad perdendos mites in sermone mendacij,] id est, ad capiendos mansuetos, & simplices in verbo, vt sic emungat eorum marsupia. Et quando cùm agitur causa coram eo. Vndè subdit. e Cùm loqueretur pauper, qui tameo non esset grauandus, cùm sit miserabilis persona.

a Ipse enim b cogitationes c concinnauit d ad perdendos mites in sermone mendacij, e cùm loqueretur pauper f iudicium. g Princeps verò h ea, quæ digna sunt Principe, cogitabit; i & ipse super Duces stabit. k Mulieres opulentæ, l surgite, m & audite vocem meam: filiæ n confidentes, o percipite auribus

Al. † aggrauatur. f Iudicium,] id est, iustam causam profert. Hi. † arguitur iniquitas Manasse conditione causæ; priùs autem conditione personæ, cùm dicit, pauper. g Princeps verò,] id est, Ezechias, & Iosias, quorum vterque Princeps fuit re, & nomine.

h Ea, quæ digna sunt Principe, cogitabit; ipse super Duces stabit,] id est, cultus diuini restitutionem, subditorum debitam defensionem, & iusti iudicij executionem.

Tertia pars. k Mulieres opulentæ, &c.] Prænunciato de Ezechia, & Iosia, & de Manasse, conuertit se ad destructionem Ierusalem, principaliter ad mulieres opulentas; quia ipse, & opulentia earum fuerunt causa destructionis Ierusalem. Vel mulieres vocat despectiuè illos, qui post mortem Ezechiæ, & Iosiæ cùm viles extitissent priùs, conuersi sunt retrorsum, id est, quasi effœminati effecti sunt. Dicit ergo. [Mulieres opulentæ] ad literam, vel os effœminati. l Surgite] qui iacetis, & accumbitis in diuitiis, & deliciis quasi mulieres.

m Et audite vocem, &c.] id est, intelligite, quod dicturus sum. n Filiæ confidentes, percipite auribus, &c.] id est, attentè considerate. Et replicat hoc Propheta, quia locuturus erat de captiuitate ipsius. Vnusquisque autem audiat inuitus, quod sibi aduersum est. Confidentes

Δ dicit, vt notetur, quòd

Mysticè. Θ a Ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mendacij,] id est, Scriba, vel Pharisæus hypocrita argumenta composuit, quibus probaret Christum non esse veracem. Vndè ad Nicodemum. Scrutare scripturas: quia Propheta à Galilæa non surgit. *Ioan.* 8. g. De hac concinnatione dicitur *Prou.* 13. c. Qui testis est repentinus, concinnat linguam mendacij.

e Cùm loqueretur pauper iudicium,] id est, cùm Christus, qui factus est pro nobis pauper, de futuro iudicio in parabolis prædicaret. *Matth.* 20. & 21. & 22. & 23. & 24. & 25. & 26. *Marc.* 13. *Luc.* 21.

g Princeps verò ea, quæ digna sunt Principe, cogitabit,] id est, audacter quæ debet facere, faciet, & docebit. Vndè sciens eos scandalizandos; nihilominus hominem, qui triginta octo annis infirmus fuerat, Sabbatho curauit. *Ioan.* 5. a. Et multa similia. Vndè. Ego, & Pater vnum sumus. *Ioan.* 10. f. Item. Et si mihi non vultis credere; operibus credite. *In eod.* g. i Et ipse super Duces stabit,] id est, Apostolos dignitate, ministrans tamen eis, & lauans pedes. Item Christus digna Principe cogitauit in primo aduentu suo à captiuitate liberando. Cogitat nunc quæ digna sunt Principe, Electos suos ab impugnationibus Dæmonum protegendo. In futuro aduentu, quæ digna sunt Principe, cogitabit, rebelles, & aduersarios in infernum prosternendo.

Aliter de Antichristo. A a Ipse enim cogitationes concinnauit, &c. [qui Eliam, & Enoch occidet. *Apoc.* 11. b. *Malach. vlt.* b.

g Princeps verò ea, quæ digna sunt Principe, cogitabit,] i. Christus faciens de eo vindictam, & interficiens eum spiritu oris sui 2. *Thess.* 2. b.

i Et ipse super Duces stabit] quia Christus ad iudicandum veniens sedens super tribunal, vt Iudex, duodecim Apostolos secum statuet, tanquam duodecim Assessores, & Duces. Nota sunt vasa bona & mala. *Bona vasa.* Bona vasa sunt arma. De quibus *Ierem.* 21. a. Ecce ego conuertam vasa belli, quæ in manibus vestris sunt: in quibus vos pugnatis aduersùs Regem Babylonis. Item Christus. *Hebr.* 9. a. Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur Sanctasanctorum aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna. *Exod.* 16. g. Sume vas vnum, & mitte in illud manna. Item Sancti. *Iob.* 28. c. Nec commutabuntur pro ea vasa auri excelsa, & eminentia, dicit de Sapientia, id est, nulli Sancti pro Christo. Item Beata Virgo, *Eccl.* 43. a Vas admirabile, opus Excelsi. Et 4. *Reg.* 2. d. Afferte mihi vas nouum: & mittite in illud sal. In vtero enim Beatæ Virginis missum fuit sal, id est, Sapientia Dei Patris. Item Martyres. *Ier.* 25. g. Cadetis, sicut vasa pretiosa. Item animæ sanctæ *Inf.* 52. d. Mundamini qui fertis vasa Domini. Et 4. *Reg.* 4. a. Illi offerebant vasa; & ille infundebat oleum. Item gloria. *Matth.* 13. g. Bonos elegerunt in vasa sua, malos autem foras miserunt. Item Paulus *Act.* 9. c. Vas electionis mihi est iste, vt portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus, & filiis Israel. Item Prædicatores. 2. *Tim.* 2. c. In magna autem domo sunt non solùm vasa aurea, & argentea: sed & lignea, & fictilia. Item perseuerantes in pœnitentia, *Exod.* 27. a. Omnia vasa ex ære fabricabis. Per æs enim, quod durabile est, notatur constantia perseuerantiæ. Item diuersa officia Ecclesiæ. 3. *Reg.* 7. g. Omnia vasa, quæ fecit Hiram Regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant sonoro, & durabili, scilicet, Hiram, vigilans populo, vel vigiliæ populi. Prælatus est: Salomon autem Christus. Item corpus hominis. 2. *Cor.* 4. b. Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Et 1. *Reg.* 21. b. dixit Abimelech ad Dauid, Si mundi sunt pueri, maximè a mulieribus manducent. Et respondit; Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus ab heri, & nudiustertius, quando egrediebamur: & fuerunt vasa puerorum sancta. Item vxor. 1. *Thess.* 4. a. Vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificationem. 1. *Petr.* 3. b. Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impertientes honorem. Item vindicta. *Ezech.* 9. a. Vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. Et post parum. Vniuscuiusque vas interitus in manu eius. Item mala vasa. Hæreticus. *Psal.* 7. In eo parauit vasa mortis. Item opera Antichristi. Vndè *Zach.* 11. d. Sume tibi vasa pastoris stulti. Item corda peccatorum, *Eccl.* 21. c. Cor fatui, quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit: Item ipse peccator. *Psal.* 2. Tanquam vas figuli confringes eos. Item homo otiosus. *Psal.* 30. Factus sum tanquam vas perditum. Item damnandi. *Rom.* 9. e. Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum. Item garruli. *Num.* 19. c. vas, quod non habet operculum, & ligaturam desuper, immundum erit. Item hypocrita, *sup.* 18. a. væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumen Æthiopiæ, quæ mittit in mari legatos, & in vasis papyri super aquas, id est, væ Ecclesiæ, cuius alæ, id est, Prælati, sub quibus debent quiescere pueri Ecclesiæ, vacui sunt interiùs à bonis operibus, & sic ab humore gratiæ; & tamen extrà sonori per bonæ conuersationis ostentationem: vndè rectè comparantur papyris: quia licet papyrus sit infructuosus in se; valet tamen ad ligandas segetes: sic ipsi hypocritæ licet sibi ipsis infructuosi sint; per eorum tamen prædicationem, & exemplum multi sæpè in messem Ecclesiæ colliguntur. *Vasa mala.*

Moral. pessimi Officiales, Ostiarij, Clerici, & ministri, vnde *Eccles.* 10. a. Qualis Rector ciuitatis: tales habitantes in ea.

a Ipse enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in sermone mendacij, cùm loqueretur pauper iudicium.] Tales sunt Decani, Archidiaconi, & Episcopi nostri temporis: qui per excommunicationes iniustas, per circumuentiones dolosas in causis pauperes circumueniunt, vt bursas eorum emungant.

g Princeps ea, quæ digna sunt Principe, cogitabit] scilicet, proprij corporis honestatem, & famæ bonæ conuersationem, subditorum suorum diligentem agnitionem, & quomodo de eis in die iudicij reddat rationem.

i Et ipse super Duces stabit,] id est, super impios Prælatos, eos in iudicio conculcando. Vndè *Malac. vlt.* a. Egrediemini, & salietis, sicut vitulus de armento, & conculcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die, quam ego facio, dicit Dominus exercituum. k Mulieres opulentæ,] i. Prælati, diuites, molles, & effœminati etiam de bonis. l Surgite] ad subditorum instructionem. m Et audite vocem meam] dicentem. 4. *Reg.* 20. g. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit de manu tua: erit anima tua pro anima eius. *Prou.* 6. a. Fili, si spoponderis pro amico tuo; apud extraneum defixisti manum tuam: illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Fac igitur, quod dico, fili mi: & temet ipsum libera, quia incidisti in manus proximi tui: discurre, festina, suscita amicum tuum. n Filiæ confidentes,] id est, effœminati Principes diuitias congregantes.

o Percipite auribus eloquium meum] quo dico.

a dicit, vt notetur quòd non reprehendit eas de opulentia, sed de confidentia in diuitiis. a Post dies & annû, & vos conturbabimini,] id est, post paucos dies. Et secundum hoc totum exponitur de captiuitate Babylonica, & planum est totum. c Vos conturbabimini,] dolore captiuitatis & angustia.

eloquium meum. a Post dies b & annû, & c vos conturbabimini d cõfidentes. e Cõsummata est enim vindemia: f collectio g vltra non veniet. h Obstupescite, opulentæ, i conturbamini, confidẽtes: k exuite vos, l & † confundimini: m accingite lumbos vestros: n super vbera o plangite, super p regione desiderabili, q super vinea fertili. r Super † humum populi mei spinæ s & vepres ascẽdẽt: t quantò magis super omnes domos gaudij u ciuitatis exultantis? x Domus enim dimissa est y multitudo vrbis z relicta est: a tenebræ & palpatio b factæ sunt super speluncas vsque in c æternum, d Gaudium onagrorum pascua gregum, e donec effundatur super † vos spiritus f de excelso. Et g erit h desertũ in i Chermel; & k Chermel in l saltum reputabitur.

Al. † confundemini.

Al. † domũ.

Al. † nos. Sup. 29. f.

d Confidentes,] qui modò confiditis in diuitiis. Et ostendit causam conturbationis, cùm subdit. e Consummata est enim vindemia,] id est, finita est, quoad vos: quia de cætero vsque ad septuaginta annos non habebitis aliam. f Collectio,] vinearum. g Vltrà non ven. &c.] vobis, licet veniat in terra illa; quia aliis erit. Si autem non legitur de vltima vastatione, tunc legendum est. f Collectio vltrà non veniet,] vobis, scilicet, vsque ad magnum tempus. h Obstupescite, opulentæ,] quasi tanta vastitas erit, vt obstupescere vos compellat. i Conturbamini, confidentes,] id est, conturbabimini, quæ prius confidebatis. k Exuite vos,] ornamentis pretiosis præ dolore & timore hostium, ne rapiant ea. Vel, [Exuite vos,] quasi dicat, vos exuemini ab hostibus. l Et confundimini.] id est, confundemini præ dolore & pudore. Alia translatio habet, Nudamini. m Accingite lumbos, &c.] ne ignominia nuditatis vestræ & pudenda vestra aspicientibus vos pudorem ingerant & confusionem. n Super vbera,] quasi dicat, accingite etiam super vbera, quasi dicat, Propheta, vos nudabimini, ita vt non habeatis vnde tegatis lumbos & vbera. Ista enim duo sunt, quæ mulieres plus erubescunt, cùm videntur ab hominibus.

o Plangite super regione, &c.] id est, Iudæa, quæ vastata est. Vel distingue sic. n Super vbera plangite,] id est, percutite vbera vestra more plangentium fœminarum. Et plangite, resume. p Super regione desiderabili,] fluente lac & mel, vt dicitur *Deut.* 6. a. q Super vinea fertili,] quæ destruetur. De qua habetur *sup* 5. h. Et intelligitur per hanc Iudæa, quæ dicitur vinea Domini specialis. Vinea enim Domini exercituum domus Israel est: & viri Iuda germen delectabile eius. Et quia tantùm comminatus est duabus Tribubus, ne videantur aliæ impunitæ, subdit.

r Super humum populi mei,] id est, super Tribum Iuda, & Beniamin, quæ mihi specialiter adhæsit. s Spinæ & vepres ascendent,] id est, diuersæ tribulationes. Vel, [Spinæ & vepres,] ad literam præ nimia vastitate: quia non est, qui excolat terram. t Quantò magis super omnes domos gaudij,] id est, super alias Tribus, quæ semper fuerunt in gaudio, non curantes de me, nec plangentes, quòd me offenderunt. Domos dico.

u Ciuitatis exultantis,] in malis operibus. x Domus enim dimissa est,] ad literam, id est, domus vestræ in proximo dimittentur vacuæ. Vel, Domus dimissa est,] id est, templum relinquetur desolatum. y Multitudo vrbis relicta est.] Lege sic, [Multitudo,] domorum. z Vrbis relicta est,] ab habitatoribus suis. a Tenebræ & palpatio,] id est, tenebræ palpabiles, id est, valdè spissæ præ multitudine veprium & spinarum.

b Factæ sunt super speluncas,] id est, super domos subterraneas: quæ tamen quamdiu habitabantur, ornabantur aliena luce. Et hoc durabit. c Vsque in æternum,] id est, valdè diu. Vel palpitationem dicit, quia tot erunt lapides & spinæ, quòd nesciat homo, vbi debeat ponere pedem; imò oportebit, quòd vadat palpando. d Gaudium onagrorum pascua gregum,] est, quæ solebant esse pascua gregum, erunt gaudia onagrorum: quia ibi pascentur onagri & gaudebunt inde, vt de pascuis fertilibus, qui solùm prius habitabant in solitudine. Et quamdiu durat ista captiuitas? Respondet.

e Donec effundatur super vos Spiritus,] id est, misericordia: quia benignitas appropriatur Spiritui sancto. f De excelso,] id est, de cœlorum sublimitate. g Et erit] post effusionem Spiritus. h Desertum,] id est, regio prius deserta. i In Chermel,] i. sicut Chermel, qui est mons valdè fertilis, quasi dicat, valde fertilis erit terra. k Et Chermel,] id est, terra Idumæorum & aliorum, qui aduersantur Iudæis, quæ modo fertilis est, vt mons ille.

l In saltum reputabitur,] id est, erit sterilis, sicut saltus.

Δ a Et habita-

* *Ezech.* 3. e. Si dicente me, ad impium: morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram.

Moraliter.

a Post dies] præsentis prosperitatis. b Et annum] iudiciariæ dignitatis. c Vos conturbabimini, confidentes] sententia damnationis, qui modò fatue de nimia Dei misericordia præsumitis. e Consummata est enim vindemia,] id est, transiit vindemia misericordiæ Dei, quoad peccatorum omnimodam liberationem. f Collectio vltra non veniet] quia vltra subditos non prædabimini; sed potiùs vos eritis præda diaboli. *infr.* 33. a. Væ qui prædaris, nonne: & ipse prædaberis?

h Obstupescite opulentæ conturbamini confidentes,] hoc dicit bis: quia ipsi in corpore, & anima punientur, & pro duabus confidentiis, siue præsumptionibus, vna in diuitiis, alia de nimia Dei misericordia. k Exuite vos,] vestimentis pulchris pontificalibus.

l Et confundimini] confusione æterna. m Accingite lumbos vestros,] quia vilibus in morte induuntur, respectu vestimentorum præsentis vitæ. n Super vbera plangite] Maximus est dolor vberum, in quo notatur vehementia punitionis Prælatorum. Vndè *Sap.* 6. a. Potentes potenter tormenta patientur: & fortioribus fortior instat cruciatio.

r Super humum populi mei,] id est, bonos. s Spinæ, & vepres ascendent,] i. diuersæ tribulationes in præsenti.

t Quantò magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis?] Qui etiam lætantur, cùm malè fecerint: & exultant in rebus pessimis. *Prou.* 2. c. Hoc est, quod dicitur *Prou.* 11. d. Si iustus in terra recipit: quantò magis impius, & iniquus, & persecutor? 1. *Petr.* 4. d. Si primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Euangelio? *Luc.* 23. e. Si in viridi hoc faciunt, in arido quid fiet? *Ier.* 49. e. Ecce quibus non erat iudicium, vt biberent calicem: bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris?

x Domus enim dimissa est, & multitudo vrbis relicta est,] id est, vos dimisistis domos vestras, & ciuitates sedis Episcopalis.

a Tenebræ, & palpatio factæ sunt super speluncas vsque in æternum,] i. vos, qui eratis receptores vsurariorum Aduocatorum: qui omnes latrones sunt: & ideò proiiciemini in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium: *Matth.* 8. b. d Gaudium onagrorum pascua gregum,] id est, in terra, vbi prius habitauerunt oues domus Israel, exultabunt Gentiles siluestres, & indomiti: quia ibi diu diuersa portenta coluerunt.

Mysticè.

e Donec effundatur super vos Spiritus de excelso,] id est, donec prædicante Elia, & Enoch Spiritus Sanctus descendat super filios Israel, quando reliquiæ saluæ fient, *supr.* 10. e.

g Et erit desertum in Chermel,] id est, Gentilitas, quæ vsque ad aduentum Christi deserta fuit, fertilis erit, & scientia circumcisionis spiritualis abundabit. h Et Chermel in saltum reputabitur,] id est, Iudæi, qui prius scientia

⊕ circumcisionis

d Gaudium onagrorum pascua gregum.] Onagri sunt asini siluestres, & significant Clericos, qui deberent portare onera populi, qui deberent esse pascua gregum actiuè, id est, pascere greges, non falcones, non parentes, non diuites, non milites, non histriones. Vndè *Baruch.* 3. b. vbi sunt Principes Gentium: & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram: qui in auibus cœli ludunt? Respondet postea. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt: & alij loco eorum exurrexerunt, Modò autem gaudium nostrorum onagrorum est pascua gregum, non actiuè, sed passiuè, id est, pasci à gregibus non pascere greges. Vndè *Ezech.* 34. a. Nonne greges à Pastoribus pascuntur? Sed aliquando liberabuntur oues à Pastoribus istis. Vndè hic subditur. e Donec effundatur super vos Spiritus de excelso,] id est, donec visitet Dominus oues suas. Hoc est, quod dicitur *Ezech.* 34. e. Pastores, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego super Pastores requiram de manu eorum, & cessare eos faciam, vt vltrà non pascant gregem meum, nec pascant ampliùs semetipsos. g Et erit desertum in Chermel, & Chermel in saltum reputabitur.]

Moral.

Quarta ars. a Et habitabit in solitudine iudicium,] id est, in terra mea, quæ priùs erat solitudo, erit iudicium per totum.

b Et iustitia,] id est, recta sententia. c In Chermel sedebit,] i. erit in terra mea, quæ nunc erit valdè fertilis. Refertur autem iudicium ad discretionem, siue rectitudinem iudicantis: iustitia verò ad rei iudicatæ rectitudinem.

Et a habitabit in solitudine iudicium, b & iustitia in c Chermel sedebit. Et d erit opus iustitiæ e pax, & f cultus iustitiæ g silentium, & h securitas vsque in i sempiternum. Et k sedebit populus meus in l pulchritudine pacis, m & in tabernaculis fiduciæ, n & in requie opulēta. o Grādo autem in p descensione saltus

d Et erit opus iustitiæ pax,] quasi dicat, illa rectitudo iustitiæ non erit incassum, vt, scilicet, propter rebellionem litigantium non faciat pacem, imò [erit opus iustitiæ pax,] id est, prædicta recta sententia faciet pacem. *S. q. 4. c. in loco.*

f Et cultus iustitiæ,] id est, exercitium iustitiæ.

g Silentium,] id est, in silentio, quasi dicat, sine tumultu, & clamore exercebunt iustitiam; vt nullus sequatur clamor, & murmur oppressorum.

h Et securitas,] erit populo meo. i Vsque in sempiternum,] id est, valdè diu, secundum quod exponitur de captiuitate Babylonica. k Et sedebit populus meus,] Iudaicus. l In pulchritudine pacis,] id est, quietis sine seruitute. Pax enim, siue quies cum seruitute turpis est.

m Et in tabernaculis fiduciæ,] i. in mansionibus munitissimis, in quibus poterunt confidere. Et quia parum esset esse in pace, & in locis munitis, nisi haberent, ex quibus possent sustentari. Ideò sequitur.

n Et in requie opulenta,] id est, abundanti omnibus bonis o Grando autem] quasi dicat, ita erit in illo tempore: tamen priùs destruetur Ierusalem. Vndè [Grando autem,] i. tempestas captiuitatis. p In descensione saltus.]

A prius erit supple

Aliter. Secundum *Andream* autem istud. o Grando autem, &c.] de Idumæa, vel Babylone potest exponi sic [Grando autem,] id est, captiuitatis tempestas.

p In descensione saltus,] id est, in deiectione Idumææ, vel Babylonis, in quibus habitabant crudeles homines

A vt feræ in saltu.

Mysticè. ⊕ circuncisionis legalis abundabant, erunt infructuosi, derelicti, & inculti, vt saltus. Chermel enim interpretatur scientia circumcisionis a Et habitabit in solitudine iudicium,] i. Christus, cui omne iudicium dedit Pater. *Ioan* 5. d. in Gentibus habitabit per fidem, & gratiam.

b Et iustitia in Chermel sedebit,] i. filius. De quo scriptum est in *Psalm.* 84. Iustitia de cœlo prospexit, in Iudæis conuersis habitabit per fidem. Dicit autem *Cantuar.* quòd quidam codices non habeant hanc literam. d Et erit opus iustitiæ,] id est, filij.

e Pax,] id est, reconciliatio ad Deum. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. *Eph.* 2. c.

f Et] erit, [cultus iustitiæ silentium,] filij, qui docebit Discipulos orare in silentio, non in strepitu labiorum. Vndè *Matth.* 6. a. dicit Discipulis suis. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito.

h Et securitas vsque in sempiternum,] id est, spes firma erit conuersis ad Christum. Vndè *Rom.* 8. g. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino Nostro.

k Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis,] id est, in pace, siue sine seruitute: quia in futuro cessabit omnis prælatio. 1. *Cor.* 15.

m In tabernaculis fiduciæ,] qui modò non potest esse securus: quia veretur omnia opera sua. *Iob.* 9. d.

n Et in requie opulenta,] quoniam modò oportet operari terram suam, vt satietur panibus. *Prou.* 12. b. Sed tunc satiabitur plenè. Vndè *Psalm.* 16. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua.

o Grando autem in descensione saltus,] id est, sententia æternæ damnationis super superbos, qui ex superbia sunt inhabitabiles, vt saltus. Isti sunt superbi diuites. Vndè de Nabal legitur, quòd possessio eius erat magna. Et pòst legitur. Et ipse est filius Belial: ita vt nemo audeat ei loqui. 1. *Reg.* 25.

⊕ Et humilitate

⊕ Hoc hodie adimpletum est: quia laici fructuosi sunt bonis operibus, Clerici autem vacui sunt, & inanes. Vnde *Matth.* 20. b. Erunt primi nouissimi; & nouissimi primi. Et in *Psalm.* 131. Audiuimus eum in Ephrata, id est, Dominum audiuimus in Prælatis diuitibus, & Clericis per prædicationem; sed inuenimus eum in campis siluæ, id est, in rusticis simplicibus per sanctam conuersationem.

a Et habitabit in solitudine iudicium,] quia in claustro acquiritur sapientia, qua res, prout sunt sapiunt: & secundum proprium valorem iudicantur. Vndè *Eccles.* 38. c. Qui minoratur actu, percipiet sapientiam, id est, qui cessat à multis operibus, scientiam sapidam acquiret per contemplationem.

b Et iustitia in Chermel sedebit.] In Clericis sedet iustitia, vt gemma in auro; sed ipsi pleni sunt iniustitia, & rapina.

d Et erit opus iustitiæ pax.] Iustitia enim cùm omnibus reddit, quod suum est, propriè facit pacem. Vndè *Prouerb.* 12. c. Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit.

f Et.] erit. [cultus iustitiæ silentium. Hoc propriè pertinet ad Religiosos, qui non solùm debent habere iustitiam; sed eam colere, & exercere: vnde monentur ad silentium, quod colit iustitiam, & de peccato oris sumit vindictam. Vndè *super Leuit.* 25. *in fin.* dicit *Gloss.* Quòd gula peccauit, ieiunium corrigat: quod garrulitas admisit silentium deleat.

h Et securitas vsque in sempiternum,] vt securus, & firmus sit, nec leuiter moueatur: securitas enim pascit animam. Vndè *Prou* 15. b. Secura mens, quasi iuge conuiuium. Ecce refectio.

k Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis,] per fidem. Pulchritudo enim pacis est, quando aliquis pacem obtinet per victoriam inimici. Victoriam autem propriè acquirit fides. *Hebr.* 11. f. Sancti per fidem vicerunt regna: operati sunt iustitiam. Et 1. *Ioan.* 5. a. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.

m In tabernaculis fiduciæ,] per spem.

n In requie opulenta,] per charitatem. Charitas enim dulcem facit requiem, vel conuiuium, de quantumcunque amaris sit. Vndè *Prou.* 17. a. Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm plena domus victimis cum iurgio. Item *Prou.* 15. b. Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio. Modò possumus dicere, quòd Religiosi non sunt in pulchritudine pacis; imò in seruitute sunt, dum oportet eos totis ferè mundo propter infœlices diuitias suas esse subiectos, & Clericis, & sæcularibus. Vndè miratur Dominus per *Ier.* 2. c. Nunquid seruus est Israel, id est, Religiosi, quos ego liberaueram à seruitio sæcularium potestatum, & timore exercituum, ab exactione etiam tributorum? Seruus factus est sine dubio, dum redit ad vomitum: & alia, quæ abdicauerat, & reliquerat, magis sollicitè quam antè, & quàm sæcularis aliquis congregando. Vndè *Genes* 49. c. Isachar asinus fortis habitans inter terminos, quasi Religiosus, qui continuè debet portare crucem super humeros, accubans inter terminos spei, & timoris: vel accubans in religione, quæ est media inter terram, & cœlum: vidit requiem, quòd esset bona, id est, considerauit, quòd bonum esset tantùm acquirere, quòd posset esse in requie: & terram vicini sui, quòd esset optima, id est, fertilis, & vicina sibi: & supposuit humeros ad portandum, imò manus ad rapiendum, si ille non velit vendere: factúsque est tributis seruiens. Ecce prædicta seruitus. Item pauci sunt Religiosi, qui modò habitent in tabernaculis fiduciæ: quia terret eos sonitus folij volantis, ne perdant possessiones suas; quia modò ab omnibus vicinis deplumantur. Vndè *Ierem.* 2. c. Quare ergo factus est in prædam? Responsio. Quia factus est Religiosus, de silua venatorum mundi ad lucra sæcularia & ad nundinas discurrendo. Licet autem multi, imò ferè omnes Religiosi sint modò in opulentia; pauci tamen in requie propter discursus causarum, dissensiones conuentuum, appellationes Monachorum. Vndè *Ierem.* 2. e. Onager assuetus in solitudine; id est. Monachus fastidio affectus in religione, in desiderio animæ suæ attraxit ventum, inanis appellationis, vel amoris sui ad faciendum, quod cupit. *Contra quosdam religiosos.*

o Grando autem in descensione saltus,] id est, aduersitas: paupertas, & miseria in deiectione religionis, vbi habitant prædicti onagri.

⊕ Et humilitate

a prius erit supple, id est, in Ierusalem, quæ est in decliui loco sita, quæ per grandinem fiet sterius, quasi saltus.

a Et humilitate humiliabitur,] id est, valde humiliabitur.

b Ciuitas] Ierusalem, quia ex toto destruetur. Sed in reditu de captiuitate. c Beati] eritis. d Qui seminatis super omnes aquas,] id est, seminabitis, vnde tantam reperietis copiam, ac si terra semper habeat aquam. Hoc autem dicit, quia illa terra rarò habet aquas, A vnde sæpè deficiebant segetes propter siccitatem.

a & humilitate humiliabitur b ciuitas. c Beati d qui seminatis e super omnes aquas, † f innectentes g pedem bouis, & h asini.

Al. † immittentes.

CAP. XXXIII.

i VÆ qui prædaris, k nonne & ipse prædaberis; Et qui l spernis, m nonne & ipse sperneris? Cùm n consummaueris deprædationem, o deprædaberis: p cùm

f Innectentes,] id est, iungentes carrucas, super.

g Pedem bouis, & asini,] id est, super boues & asinos, non quòd iungatur bos cum asino, cùm hoc sit prohibitum in lege. *Deut* 22.b. Non arabis in boue simul, & asino, sed in bobus per se, & in asinis per se, quasi dicat, tot habebitis possessiones quòd non poteritis totum arare in bobus, imò oportebit addere asinos. Vel.

f Innectentes] super pedem bouis,] id est, super boues ad arandum.

h Et asini ad portandum domum.

A vt fera in saltu. a Et humilitate humiliabitur,] id est, valdè humiliabitur. b Ciuitas] Idumæorum, & Babylonis. Reliqua autem, vt priùs, siue suprà leguntur, nec mutatur sensus.

Aliter. a Et humilitate humiliabitur ciuitas,] id est, iudicabitur & deicietur vsque in infernum congregatio superborum, quæ per ciuitatem intelligitur, quia ciuitates magnæ sunt, & pomposæ & in ipsis principatus sunt, & potestates: sic in cordibus superborum, qui magni sunt in

Mysticè. oculis propriis, & pomposi: in quibus habitant prælationes, & dignitates per desiderium: & si non secundum actum, tamen secundum habitum. De hac ciuitate dicitur per Prophetam. Ego Deus, & non homo, & ciuitatem non ingrediar. *Osea* 11.c.

c Beati, qui seminatis super omnes aquas.] Hoc dicitur de Apostolis, qui super omnes aquas, id est, super populos Iudæorum, & Gentilium seminauerunt verbum Dei. De his aquis dicitur *Apoc.* 17. d. Aquæ multæ, populi multi.

f Innectentes pedem bouis, & asini,] id est, Iudæorum, & Gentilium affectus in compedibus præceptorum Euangelij adunantes. Per bouem, qui ruminat, & est animal mundum, & vngulam scindit, significatur populus Iudæorum, qui diu scientiam legis ruminauerat: & discretionem habebat aliquam boni, & mali per legem; & mundus erat munditia quadam per obseruantias legales. Per asinum autem, qui est animal immundum, & simplex, significatur populus Gentilis, idiota, & immundus per id [illegible] tam. Super *Ecclesiasten* dicit *Ieronymus.* Ille Magister dignus beatitudine habetur, qui super irriguum pectus seminat audientium, tam de Iudæis, quàm de Gentibus populo congregato.

a Et humilitate humiliabitur ciuitas,] id est, ad vtilitatem magnam redigetur pomposa Religio, ita, vt quandoque oporteat Monachos victum, & vestitum à parentibus mendicare, conuentum dispergere, cruces, cruces inualiare, & calices, & libros vendere.

Moraliter. c Beati, qui seminatis super omnes aquas, innectentes pedem bouis, & asini. Hoc potest exponi de omnibus facientibus eleemosynam, & maximè de Cisterciensibus, qui omnibus peregrinis, qui ad litteram sæpè transeunt aquas, seminant eleemosynas notis, & ignotis. Vndè *Eccl.* 11. a. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, id est, super peregrinos ad literam. Item.

c Beati] vos Prædicatores.

d Qui seminatis] verbum Dei.

e Super omnes aquas,] id est, omnibus populis.

f Innectentes pedem bouis, & asini,] id est, sapientibus, & insipientibus prædicantes. Item.

c Beati] vos tentati.

d Qui seminatis] semina bonorum operum, & virtutum.

e Super omnes aquas tribulationum, quæ citò defluent.

f Innectentes pedem bouis, & asini,] i. affectum spiritus, qui bos est scindens vngulam per discretionem.

h Et asini,] id est, carnis, quæ bruta animalis est, & fatua. Concordantiæ. De primo dicitur *Matth.* 5.a. Beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur. De secundo dicitur *Prou.* 11. d. Anima, quæ benedicit impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Et post, qui abscondit frumenta, maledicetur in populis; benedictio autem super caput vendentium. De tertio dicitur in *Psalm.* 125. Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua: venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

EXPOSITIO CAP. XXXIII.

VÆ qui prædaris.] Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima agitur de destructione Sennacherib. In secunda de destructione Ierusalem facta à Romanis, *ibi*: [Ecce videntes.] In tertia de liberatione bonorum, *ibi*: [Quis poterit habitare:] Replicat autem toties de destructione Sennacherib: quia non poterant Iudæi credere, quòd Deus tantum vellet facere pro eis: & difficilè videbatur eis tantum Principem superari à paucis. Vndè cùm ipse iam obsideret Ierusalem, Sobna Præpositus templi timens, ne totam ciuitatem destrueret, reddidit inferiorem partem ciuitatis. Item de destructione Ierusalem per Romanos facta toties replicat, vt intelligant, cùm hoc euenerit, se captiuatos, quia Christum recipere noluerunt. Determinans igitur destructionem Sennacherib, quasi deridens sermonem ad ipsum dicit.

i Væ qui prædaris,] ô tu Sennacherib, qui alias Gentes, & regna spolias.

k Nonne & ipse prædaberis?] quasi dicat. Sic prædatus enim fuit ab Angelo, qui centum octogintaquinque millia de exercitu suo interfecit: Et à Iudæis, qui eius spolia de cinere collegere, eo fugiente cum decem solùm viris. De hac exterminatione legitur 4.*Reg.* 19.g. Et *inf.* 37.g.

l Et qui spernis,] Gentes superatas, & Iudæos, vnde agitabat manum suam contra Ierusalem, & comminabatur Iudæis, & per Rapsacem comminatus est eis, quòd faceret eos comedere stercora sua, & bibere vrinas, *infrà* 36.c.

m Nonne & ipse sperneris?] quasi dicat. Sic. Vndè *infrà* 37. d. dicitur ad ipsum: Despexit te, subsannauit te, Virgo filia Sion; post te mouebit caput Virgo filia Ierusalem.

n Cùm consummaueris deprædationem] aliarum Gentium. o Deprædaberis] à Iudæis.

A Cùm fatigatus

Moraliter. De Antichristo. i Væ qui prædaris.] Moraliter: Hoc potest dici cuilibet raptori, & specialiter de Antichristo. [Væ qui prædaris Christo suos auferendo. k Nonne & ipse prædaberis] ita quòd Electos non poteris seducere, imò etiam sui visa eius morte, subitò ad Dominum conuertentur.

p Cùm fatigatus desieris contemnere, contemneris] ita erit de eo, quando post multas victorias sederit, vt faciat se adorari quasi Deum. Tunc dicetur ei: Subitò morere, & morietur. Item cuilibet raptori

2. Thes. 2. a. *De quolibet raptore.* i Væ qui prædaris] Princeps, scilicet, sæcularis, qui iniustas exactiones extorques à subditis, qui falsa crimina imponis subditis, vt eorum emungas marsupia, qui vicinas tibi Ecclesias prædaris, & cœnobia, *sup.* 3.b. Populú meum exactiores sui spoliauerunt. *Iob.* 24.b. Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgus pauperum spoliauerunt. *Mich.* 2. c. Desuper tunicam pallium sustulistis: & eos, qui transibant simpliciter, conuertistis in bellum.

k Nonne & ipse prædaberis] à maioribus tuis ad literam, vel in morte, quando omnia, excepto modico sudario tuo, à te auferentur. *Eccl.* 10.b. Cum morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. De hoc etiam dicitur *Prou* 22.c. Qui calumniatur pauperem, vt augeat diuitias suas: dabit ipse ditiori se, & egebit. *Iudic.* 1. b. Sicut feci, ita reddidit mihi Deus. Et *Abac.* 2. b. Quia tu spoliasti Gentes multas, spoliabunt te, &c.

l Et qui spernis, nonne & ipse sperneris?] Hoc est contra superbos, qui alios spernunt; sed in fine, id est, in iudicio, spernentur. *Psal.* 51. Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent; ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum. *Prouerb.* 3. d. Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. Versus.

Spernere sese, spernere nullum, spernere mundum;
Spernere se sperni, quatuor hæc dona superni.

n Cùm consummaueris deprædationem, deprædaberis.] Ita fiet ad literam, quando isti raptores subditos spoliauerunt, quando tulerunt domos vicinas, vt

A *a* Cùm fatigatus desieris contemnere,] id est, cum tædio.& labore multarum victoriarum rediens de Ægypto, contemnes, & parupendes victoriam de aliquibus, de cætero.

b Contemneris,] id est, fugies contemptibilis cum paucis viris. Vel. [Contemneris] à filiis tuis, qui te occident in templo Dei sui Nesrach. *infrà 37. g.* *c* Domine, miserere nostri,] id est, libera nos de manu Assyriorũ. Et loquitur Propheta in persona populi obsessi à Sennacherib. *d* Te enim expectauimus] non idola, nõ Ægyptios, vel Gentes alias. *e* Esto brachium nostrum,] id est,

Al. † eorũ.
Al. † manc.

a fatigatus desieris contemnere, *b* contemneris. *c* Domine, miserere nostri: *d* te enim expectauimus: *e* esto brachium † nostrum † *f* mane, *g* & salus nostra in tẽpore tribulationis. A *h* voce Angeli *i* fugerunt populi; *k* & ab exaltatione tua *l* dispersæ sunt Gẽtes. Et *m* congregabũtur spolia vestra, sicut *n* colligitur bruch⁹, velut cùm fossę plenę fuerint de eo. *o* Magnificatus est *p* Dñs: quoniam *q* habitauit in excelso, *r* impleuit Siõ iudicio, *s* & iustitia:

protectio nostra, quæ per brachium designatur; quia quando timemus capiti, statim opponimus brachium, protegentes caput, vel etiam alia membra. Vel sic. [Esto brachium nostrum,] id est, expugnator Sennacherib, & hostium nostrorum: quia pro magna parte in brachiis consistit pugna. Et quia in magna angustia sumus, non tardes. Vnde addit.

f In mane.] id est, citò, non cras, non in vespera, sed in mane: & sic in mane sunt duæ partes Vel vt sit vna pars, & nomen, sic. *e* Esto brachium nostrum immane,] id est, magna protectio, & defensio nostra: quia multum indigemus & quia magnus est exercitus Assyriorum. *g* Et salus nostra in tempore tribulationis,] id est, esto saluatio nostra in tempore obsidionis, quando plus indigemus, & auxilium opportunius. Sic habet littera nostra secundum *Ieron.*

e Esto brachium eorum,] id est, inimicorum expugnatio.

h A voce Angeli] quem Dominus nocte misit in castra Assyriorum. *i* Fugerunt populi,] id est, fugient Assyrij. Præteritum dicit pro futuro prophetali certitudine, quasi dicat, ita certum est, ac si iam factum esset. *k* Et ab exaltatione tua,] id est, ab exterminatione Sennacherib, in qua apparebit potentia, & magnitudo tua, & erga nos misericordia tua, Domine, in quibus exaltaris. *l* Dispersæ sunt Gentes.] Congregatæ contra ex omni parte cum Sennacherib. Deinde conuertit sermonem ad exercitum Sennacherib, dicens. *m* Et congregabuntur spolia vestra,] à Iudæis, ò vos Assyrij. *n* Sicut colligitur bruchus, velut cùm fossæ plenæ fuerint de eo,] id est, in magna multitudine, sicut locustæ mortuæ colliguntur in terra illa in magnis aceruis. Vel sic. In terra promissionis, quando est magna copia locustarum, & contingit eas mori aliqua peste, collectæ terræ, infodiuntur, ne ventus eas recipiat, & proiiciat in mare: quia mare tunc iterum eiiceret eas ad litus: & tunc contingeret, quod ex ouis earum nascerentur paruæ, quæ dicuntur bruchi, quamdiu volare non possunt propter defectum alarum; & quando incipiunt alas habere, dicuntur atelabi: & quando plenè volant, dicuntur locustæ. Plus autem nocet bruchus, quàm atelabus: & atelabus, quàm locusta: quia quantò minus de loco ad locum trahitur, tantò plus corrodit illud, quod comedere incipit vsque ad radicem. Est ergo sensus. *m* Congregabuntur spolia vestra,] ò vos Assyrij. *n* Sicut colligitur bruchus, velut cùm fossæ plenæ fuerint de eo,] id est, corpora vestra incinerata colligentur, ac si diu fuissent in terra, vt bruchi, siue locustæ, quod idem est: sicut homo senex, & homo iuuenis, & pro eodem accipitur hic.

o Magnificatus est] vehementer. *p* Dominus] in miraculo exterminationis, in quo apparuit opus: quia solo verbo suo tot, & tantos hostes Iudæorum contriuit.

q Quoniam habitauit, &c.] id est, protexit templum suum situm in monte Sion, fortiter, diligenter: sicut homo quilibet protegit habitationem suam, vel domum.

r Impleuit Sion iudicio, & iustitia] quia ibi iudicium fecit de Sennacherib, rectum, vt prædaretur ab aliis, sicut ipse prædatus erat alios, & iustitiam, id est, vindictam de illo accepit. Vel. *r* Impleuit Sion iudicio,] quoad Assyrios, quos iustè iudicauit. *s* Et iustitia] quoad Iudæos, qui

A videntes tantam Dei

a ampliarent curias suas, & agros, & vineas: & amplificati sunt in possessionibus: tunc moriuntur, & perdunt omnia. *Iob.* 20. c. Quoniam confringens nudauit domum pauperis, domum rapuit, & non ædificauit eam: nec est satiatus venter eius: & cùm habuerit, quod cupierat, possidere non poterit. Item *Iob* 24. b. De ciuitatibus fecerunt viros gemere: & anima vulneratorum clamauit. Et post comminationem Prælatorum sequitur quærimonia subditorum, & etiam deprecatio peccatorum. *Moral.*

c Domine, miserere nostri.] Hic notatur gratia quadruplex. Operans per hoc, quod dicit. (Miserere.) Cooperans per hoc, quod dicit, (Te expectauimus.) Conseruans, per hoc, quod dicit, (Esto brachium nostrum in mane,) Consummans, per hoc, quod dicit. (Et salus nostra in tempore tribulationis) *Eccl.* 36. a. Miserere nostri, Deus omnium: & respice nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum: & immitte timorem tuum super Gentes, quæ non requirunt te. Dicit ergo.

c Domine, miserere nostri] peccata dimittendo. *d* Te enim expectauimus] vt nos adiuues ad operandum, libero arbitrio gratiam infundendo. *e* Esto brachium nostrum in mane] prosperitatis, nos secundum beneplacitum tuum regendo, & ducendo, sicut miles equum. *g* Et salus nostra in tempore tribulationis,] id est, tentationis, nos à malignis Spiritibus liberando. Primum necessarium est, vt mundati à peccato gratiam recipiamus. Secundum ad hoc, vt bona faciamus. Tertium, ne nosmetipsos, in prosperitate per superbiam extollamus. Quartum, vt non in aduersitatibus succumbamus.

h A voce Angeli fugerunt populi, id est, à voce Christi clamantis in Cruce, qui est Angelus magni consilij. *sup.* 9. b. secundum *Septuaginta*, fugerunt turbæ Dæmonum, nullum in eo peccatum reperientes. Vel.

i Fugerunt populi,] id est, Discipuli fluidi per dubietatem, vt aqua. Vndè *Apocal.* 17. d. Aquæ multæ, populi multi. De hoc dicitur *Zach.* 13. c. Percute Pastorem, & dispergentur oues gregis. Vel.

h A voce Angeli,] id est, Christi dicentis. Ite, maledicti, in ignem æternum. *Matt.* 25. d.

i Fugerunt populi,] id est, collectio damnatorum, id est, in die iudicij fugient. Vel.

h A voce Angeli,] id est, cuiuslibet Iusti deuotè orantis.

i Fugiunt populi malarum affectionum, & cogitationum, & suggestionum. Vox ista, quæ fugat hos populos, magis est cordis, quàm oris. Versus.

Non vox sed votum: non musica chordula, sed cor:
Non clamor, sed amor clamat in aure Dei.
Voce canens, ores animo, non sola laboret *Versus.*
Vox, ex ore perit clamor sine cordis amore.

k Et ab exaltatione tua dispersæ sunt Gentes,] id est, Iudæi destructi pro eo, quòd Christum exaltauerunt in Cruce. Vel. sic. (Ab exaltatione tua) in Cruce.

l Dispersæ sunt Gentes] fugientes ab idolis suis & ad te congregatæ. De hoc dicitur *Ioan.* 12. e. Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Vel Deus exaltatur, quando homo seipsum humiliat: & tunc disperguntur Dæmones, & turba tentationum. *Psalm.* 73. Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.

m Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut cùm fossæ plenæ fuerint de eo.] Hoc potest dici auaris, qui spolia, quibus pauperes spoliant, congregant, & abscondunt in arcis, & claudunt fortiter, ne exeant: sicut bruchus colligitur in fossis, & clauditur in terra, ne exeat. Nec desistunt congregare, cùm etiam fossas, id est, arcas habeant plenas denariis. *sup.* 3. c. Vos depasti estis vineam meam: & rapina pauperis in domo vestra. Non possunt autem impleri fossæ auarorum, id est, thesauri. *Eccles.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia: quia ea, quæ congregat, inania sunt, & non replent. Vndè *Ier.* 4. f. Aspexi terram: & ecce vacua erat & nihili. Item quia secundum quòd ex vna parte fit repletio; ex alia fit indigentia, sicut patet de diuite, *Luc.* 12. c. quando creuit ei ex vna parte multitudo frumentorum; ex alia parte venit indigentia horreorum. Item cor non potest retinere diuitias. *Aggai.* 1. b. Qui mercedes congregauit, misit eas in saccum pertusum.

o Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelso,] id est, nomen Christi magnificatum est, quoniam pependit in ligno. Vndè *Philipp.* 2. a. Factus est pro nobis obediens Patri vsque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen. *r* Impleuit Sion iudicio, & iustitia,] id est, Ecclesiam militantem, quæ specula est, & montis gaudium, i. Ecclesiæ triumphantis, discretione in Prælatis, & nobis operibus in subditis cumu-

lauit, Sed

A videntes tantam Dei clementiam, & potentiam, ab idololatria reuersi sunt, & sic iustificati sunt.

a Et erit fides] prædicta destructione Sennacherib, conuertit se ad Ezechiam, dicens. [Et erit fides,] id est, fidelis populus, vel recta credulitas. *b* In temporibus tuis,] id est, in temporibus populi liberati. *c* Diuitiæ salutis sapientia, & scientia.] Hoc dicit, quia propter factum istud magnues, & diuitias, quas acquisierant ibi Iudæi, conuersi sunt ad Dominum, & magis sollicitè se custodierunt à peccato, vnde dicit.

Al. † tuis.

B

a & erit fides in *b* temporibus † suis. *c* Diuitiæ salutis *d* sapientia, & *e* scientia: *f* timor Domini *g* ipse est thesauros eius. *h* Ecce videntes *i* clamabunt foris: *k* Angeli pacis *l* amarè flebunt. *m* Dissipatæ sunt viæ: *n* cessauit transiens per semitam: *o* irritum factum est pactum; *p* proiecit ciuitates, *q* non reputauit homines.

[Diuitiæ salutis,] i. diuitiæ, quas dedit Dominus Iudæis in salutationem eorum, & destructionem Sennacherib, sunt: *d* Sapientia] quoad amorem Dei, quia sapientia est de diuinis. *e* Et scientia) quoad custodiam à peccato: quia scientia est de humanis, q. d. diuitiæ, quas ipsi acquirent in saluatione sua, erunt eis occasio sapientiæ, in cognoscendo, & diligendo Deum, & scientiæ in cauendo peccatum. Et potest legi increpatiuè, vt incipiat hic increpatio pro gloriatione, quam habebant de diuitiis acquisitis in exercitu Sennacherib, quasi dicat, Propheta. Vos Iudæi, gloriabimini de diuitiis istis, & relinquetis Dominum postea, & timorem eius deseretis. Sed: *c* Diuitiæ salutis,) id est, diuitiæ salutares, quas nondum habetis, sunt, supple: *d* Sapientia,] id est, dilectio Dei. *e* Et scientia,] id est, cauere à peccato. De quibus *Prou.* 13. b. Redemptio animæ viri diuitiæ suæ. *f* Timor Domini ipse est thesaurus. Dicitur autem timor thesaurus Domini: quia omnia bona, & dona Domini conseruat, vt arca, ne rapiantur à furibus, & vt lapis positus super asseres domus, ne rapiantur à vento superbiæ. Vndè *Eccl.* 25. b. Timor Domini omnibus se superponit. Timor propriè custodit à vento superbiæ, quia humiliat. Prædicta autem reuersione eorum ad peccatum, subdit de destructione eorum facta per Chaldæos, & Romanos. Vndè dicitur.

h Ecce videntes, i.] Prophetæ, secundum quod dicitur. 1. *Reg.* 9. b. Num hic est, videns? Et *ibidem*. Qui enim dicitur Propheta hodie, olim dicebatur videns.

i Clamabunt foris,] id est, flebunt eiecti de Ierusalem pro incendio ciuitatis, & templi.

k Angeli pacis,] id est, Prophetæ, & Sacerdotes, qui sunt nuncij pacis. De quibus *Malach.* 2. b. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent de ore eius: quia Angelus Domini exercituum est.

l Amarè flebunt] pro destructione Gentis suæ. Vndè *Ierem.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: Et plorabo nocte, & die interfectos filiæ populi mei? vel:

k Angeli pacis] qui dati sunt vobis ad custodiam.

l Amarè flebunt] pro destructione populi sibi commissi, i. tanta erit calamitas vestra: quòd si fieri posset, Angeli custodes vestri amarè flerent compatientes vobis.

m Dissipatæ sunt viæ,] id est, post captiuitatem Romanorum nullus transit per eas, ac si essent dissipatæ. Vndè *Thren.* 1. b. Viæ Sion lugent eo, quòd non sit, qui veniat ad solemnitatem. Vel sic. [Dissipatæ sunt viæ,] quia in eis creuerunt spinæ, & vepres, quæ vias deleuerunt. Et hoc est. Quia.

n Cessauit transiens per semitam,] id est, ille, qui solebat transire per eas, veniens ad solemnitatem. Et huius destructionis causam subdit dicens.

o Irritum factum est pactum, q. d. omnia prædicta mala contingent, quia Iudæi irritum fecerunt pactum, quod pepigerunt cum Domino dicentes: Omnia, quæ præceperit nobis Dominus, audiemus, & faciemus. *Exod.* 19. d. Vel. [Irritum factum est pactum] quod pepigit Dominus cum Abraham de seminis eius multiplicatione. *Genes.* 15. b. & 21. c. Irritum, dico, secundum hominum opinionem. *p* Proiecit] Dominus [ciuitates Iudæorum, quas protegere solebat.

q Non reputauit homines,] id est, non reputauit Iudæos homines, sed iumenta, quasi bestialiter viuentes. Vel] Non reputauit homines,] id est, perdere eos, tanquam nihili duxit, ac si non reputasset homines.

A Luxit, & elanguit

Moraliter. ℞ lauit. Sed heu! hodie totum sal Ecclesiæ infatuatum est, dum omnes postpositis spiritualibus, inhiant temporalibus: dum omnes quærunt, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi *Philip.* 2. c. Et propter hoc pessimè fallitur hodie. Vndè *Sen.* Summa malorũ est, quod viuitur ad exemplum, *sup.* 26. d, Iustitiam non fecimus in terra; propterea non ceciderunt habitatores eius.

a Et erit fides in temporibus suis] ad litteram, fidelis populus in temporibus Christi. *c* Diuitiæ salutis,] i. diuitiæ salutares. *d* Sapientia, & scientia timor Domini] timore indigemus, vt caueamus à malo: sapientia, vt proficiamus in bono: scientia autem, vt cauti simus tam in vno, quàm in altero. *g* Ipse est thesaurus eius.] Timor Domini est thesaurus, quo ipse primum conducit milites suos. *Eccl.* 1. b. Initium sapientiæ timor Domini. Item timor est Domini, in quo omnes diuitiæ virtutum clauduntur, ne à furibus, id est, à Dæmonibus, vel vitiis rapiantur, & maximè à fure domestico, id est, superbia, quæ plus nocet. Vndè *August.* Cætera vitia in malis operibus exercentur, vt fiant; superbia verò etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant.

Mystice. *h* Ecce videntes.] Hoc potest exponi de captiuitate Iudæorum facta per Romanos, vel de die iudicij. Primò sic: [Ecce videntes,] id est, Apostoli apertè videntes prophetias impletas, quibus dictum est. *Luc.* 10. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.

i Clamabunt foris,] id est, apertè prædicabunt Iudæis, vel prædicabunt Gentibus, quæ foris erant, quasi in viarum exitu, Iudæis nolentibus recipere prædicationem eorum. Vndè *Matth.* 22. a. Nuptiæ quidem paratæ sunt; sed qui inuitati erant, non fuerunt digni: Ite ergo ad exitus viarum, quoscunque inueneritis, bonos, & malos vocate ad nuptias. Hoc est, quod dictum est in *Act.* 13. g. Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quia repulistis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad Gentes.

k Angeli pacis amarè flebunt,] id est, Apostoli nuncij pacis missi ad Iudæos, portantes pacem, valde dolebunt de obstinatione eorum. Vndè *Rom.* 9. a. Optabam enim ego ipse à Christo anathema esse pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem. Item de futuro iudicio.

h Ecce videntes) boni, scilicet, pœnam malorum.

i Clamabunt foris,] id est, apertè laudabunt pro sua liberatione. Vndè *sup.* 24. c. Quomodo si paucæ oliuæ excutiantur, quæ remanserunt de olea, & racemi, cùm fuerit finita vindemia, sic pauci electi post separationem malorum, supplet. *Interl.* Et post Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt, cùm glorificatus fuerit Dominus.

m Dissipatæ sunt viæ] præceptorum. *n* Cessauit transiens per semitam] consiliorum. *o* Irritum factum est pactum] quod pepigerunt homines cum Deo in Baptismi susceptione, quod spoponderunt adinuicem coniuges in mutua coniunctione, quod promiserunt Clerici in sua ordinatione, Episcopi in sua promotione, Religiosi in sua professione. Primum irritum factum est: quia omnes ferè hodie ad pompas diaboli redierunt, qui diabolo tamen abrenunciauerunt, & omnibus pompis eius. Secundum, quia omnes ferè coniugati fidem coniugij, id est, castitatem, quam seruare mutuò promiserant, fregerunt. *Suprà* 24. a. Terra interfecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Tertium, quia ferè omnes Clerici hodie votum castitatis, quod in susceptione sacrorum Ordinum emiserant, incontinenter viuendo rumpunt. *Ierem.* 5. c. Equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. *Ibid.* b. Saturaui eos: & mœchati sunt: & in domo meretricis luxuriabantur. Quartum, quia moderni Prælati, qui curã gerere de subditis fideliter in sua cõfirmatione, & cõsecratione promiserant, aulas regias, & palatia frequẽtando, ad nihil nisi ad lites, & ad causas Regum & Principum intendunt. *Ierem.* 23. a. Hæc dicit Dominus ad Pastores: Vos dispersistis gregem meum, & non visitastis eos. Quintum, quia Claustrales propter suas inutiles, imò noxias traditiones regulam dimiserunt. *Matth.* 15. a. Vos irritum fecistis mandatum Domini propter traditiones vestras. Et ideò. *p* Proiecit ciuitates,] id est, talium congregationes proiiciet in infernum. Modò autem etiam proiecisse videtur tales Ecclesias canibus, id est, Dæmonibus: quia ipsi ex omni parte lacerant, mordent membra Ecclesiæ, ita vt iam paucissimi euadant. Vndè *Amos* 3. d. Quomodo si eruat Pastor duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israel. *q* Non reputauit homines.] Prædictos non reputat Dominus homines: nec mirum, quia non viuunt, vt homines, sed vt iumenta. *Psalm.* 48. Homo cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis.

Irritum factum est pactum in quantum, quo generibus hominum.

a Luxit, & elanguit

△ *a* Luxit, & elanguit terra,] i. habitatores terræ, vt sit ibi metonymia, & accipiatur ibi continens pro contento. Vel sic, [Luxit & elanguit terra,] i. ad modum lugentis se habuit, non ferens fructum, repleta spinis, & vepribus: & ita causa fuit luctus, & languoris. *b* Confusus est Libanus, i. templũ, quod erat factum de lignis Libani. De quo dicitur *Zach.* 11. a. Aperi, Libane, portas tuas. *c* Et obsurduit,] prædictus Libanus, i. templum, vt de cætero non audiantur ibi hymni, & psalmi Domini. Vel. [Obsurduit] vt non audiatur oratio Angelorum, & Sacerdotum orantium pro obsidione ciuitatis, vt solueretur. Vel. [Obsurduit,] quia Sacerdotes vocem Domini, i [illegible]. *d* Et factus est Saron, id est, locus ille. *e* Sicut desertum,] i. sterilis, & infructuosus. Saron est prouincia [illegible] inter Ioppen, & Lydam: io quæ sunt campi fertiles, & lætissimi.

C

a Luxit, & elanguit terra: *b* confusus est Libanus, *c* & obsurduit. Et *d* factus est Saron, *e* sicut desertum: *f* & concussa est Basan *g* Carmelus. *h* Nunc consurgam, dicit Dominus: *i* nunc exaltabor, *k* nunc subleuabor. *l* Concipietis ardorem, *m* parietis stipulam: *n* spiritus vester, vt ignis, vorabit vos: & *o* erunt populi, *p* quasi de incendio † cinis: spinæ *q* congregatæ *r* igni cōburentur. *s* Audite, qui longè estis, *t* quæ fecerim: *u* & cognoscite, vicini, *x* fortitudinem meam. † *y* Contriti sunt in Sion peccatores: *z* possedit tremor hypocritas. *a* Quis poterit habitare de vobis *b* cum igne deuorante? † *c* Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? *d* Qui ambulat in iustitiis, *e* & loquitur veritatē: qui proiicit *f* auaritiam ex calumnia:

Al. † ignis.

Al. † Conterriti.

Al. † aut.

f Et concussa est Basan, & Carmelus.] Basan est regio trans Iordanem Og, quam dedit Moyses duabus Tribubus, & dimidiæ. *Num.* 21. g. Carmelus mons est terræ promissionis fertilissimus. Vndè per hoc notat Isaias Iudæos omnem fertilitatem amisisse. *Deut.* 3. a. & 29. b.

h Nunc consurgam, dicit Dominus,] i. vindictam de vobis accipiam, qui dum expecto ad pœnitentiam, iacere videor, aut sedere.

i Nunc exaltabor,] i. magnus, & potens apparebo, vindicta accepta de vobis.

k Nunc subleuabor,] i. magnus prædicabor à vobis, & a vicinis, qui scient, quæ fecerio vobis. Secundum autem Andream legitur contra assyrios, sic. *h* Nunc consurgam, dicit Dominus] ad defensionem Iudæorum, qui sedere videor eos non tuendo. *i* Nunc exaltabor, nunc, &c.] accepta vindicta de Assyriis.

l Concipietis ardorem,] i. iram ad destruendum Iudæos: qua interius in visceribus ardebitis, quia non poteritis citò explere desiderium vestrum. *m* Et parietis stipulam,] i. ita faciles eritis ad comburendum, ac si stipulam peperissetis. *n* Spiritus vester, vt ignis, vorabit vos,] i. ita ardebitis ab interioribus vsque ad exteriora, ac si ipse spiritus ignem succendisset in vobis. *o* Et erunt populi,] id est, Assyrii. *p* Quasi de incendio cinis,] i. quasi cinis, qui fit, vel oritur de incendio, q. d. exercitus Assyriorum cremabitur, & redigetur in cinerem. *q* Spinæ congregatæ,] i. Assyrij spinosi congregati ad obsidendam Ierusalem, & destruendam *r* Igni comburentur,] i. sicut spinæ congregatæ ad nihil aliud sunt vtiles, nisi ad comburendum; ita Assyrii ad hoc congregati sunt, vt comburantur à Domino. *s* Audite, qui longè estis,] i. omnes Gentes, & populi, audite etiam vsque in longinquum: quasi tantum est factum, quod debet narrari per totum, etiam vsque in longinquum. *t* Quæ fecerim] Assyriis, destruendo eos.

u Et cognoscite, vicini, fortitudinem meam,] id est, vos Moabitæ, & Idumæi & timete de cætero persequi Iudæos.

y Contriti sunt in Sion peccatores,] quia iuxta Sion obsidebunt Ierusalem Assyrij: & ibi redacti sunt in cinerem, quasi essent contriti. Vel, contriti, accipitur ibi pro, destructi. *z* Possedit tremor hypocritas,] i. Assyrios, qui videntur modò esse aliquid, & posse: & in veritate nihil possunt: sicut hypocritæ videntur aliquid esse, & nihil sunt. *a* Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante?] q. d. modò creditis, ò Assyrij, quòd possitis euadere ignem illum, quo comburendi estis, & habitare in Ierusalem, iuxta quam erit ignis illo; sed non poteritis: Vel sic. [Quis poterit habitare de vobis.] Assyriis, qui estis immundi peccatores, *b* Cum igne deuorante,] i. in tēplo, vbi est ignis in altari, qui deuorat sacrificia? *c* Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?] i. in templo, vbi ignis iugiter ardet: quasi, vos non habitabitis ibi, sed populus meus, qui seruit mihi. Vndè subdit. *Tertia pars.*

d Qui ambulat in iustitiis] mihi primitias, & oblationes, & decimas reddendo.

e Et loquitur veritatē,] i. seruat legem, sicut seruare promisit: vel veritatem seruat ad proximum.

f Qui proiicit auaritiam ex calumnia,] i. non sectatur auaritiam, vt accipiat munera, vel emendas ex calumniatione iusti, & causa iniusta.

△ Et excutit manus *Mysticè.*

⊖ *a* Luxit, & elanguit terra,] i. Ecclesia luxit propter peccata filiorum, elanguit propter damnationem eorum. Vndè *Ierem.* 31. c. & *Matth.* 2. c. Vox in Rama audita est, ploratus, & vlulatus. Rachel plorans filios suos: ecce luctus. Et noluit consolari, quia non sunt: ecce languor.

b Confusus est Libanus,] i. adulatores, qui homines dealbant. Interpretatur enim Libanus albus, vel candidatio.

c Et obsurduit,] i. quasi surdus audiuit Domini sui redargutionem, quando increpat Dominus eos de peccato.

d Et factus est Saron, sicut desertum.] Saron interpretatur cantans tristitiam: & significat detractores, qui in inferno, sicut desertum, erunt, i. inutilis: quia videbuntur apertè mala omnium: nec oportebit, quòd accuset detractor.

f Et concussa est Basan] quæ interpretatur pinguedo, id est, gulosi, qui splendidè, & pinguia comedunt.

g Et Carmelus] quod interpretatur mollis, vel tenellus, id est, qui mollibus induuntur.

h Nunc consurgam, dicit Dominus] à morte.

i Nunc exaltabor] in cruce, vel in Gentibus.

k Nunc subleuabor,] ad coelum.

l Concipietis ardorem] inuidiæ, vos Iudæi.

m Et parietis stipulam] consilium inane, & inutile: quod fuit, vt crucifigerent Iesum, ne perderent locum, & Gentem. *Ioan.* 11. f. Et propter hoc specialiter perdiderunt.

n Spiritus vester, vt ignis, vorabit vos,] i. inuidia, quam habetis contra Christum, & Apostolos: quia magna est angustia inuidentiæ. *o* Et erunt populi, quasi de incendio cinis,] quia post captiuitatem pauci relicti sunt, quasi in memoriam destructionis suæ, sicut cinis signum est ignis præteriti. *q* Spinæ congregatæ igni comburentur.] Spinæ erant Pharisæi & Scribæ, qui alios pungebant, & redarguebant. qui igne captiuitatis, siue gehennæ combusti sunt. Moraliter. *Moraliter.*

Consurgit Dominus in membris, quando accenduntur ad bene operandum pigri: exaltatur, quando humiliantur superbi. subleuatur, quando ad contemplationem transeunt actiui.

l Concipietis ardorem, & parietis stipulam.] Hoc potest dici de Nouitiis, qui primò ardorem, i. feruorem magnum concipiunt; sed postmodum tepiditatem, quæ per stipulam significatur, pariunt.

n Spiritus vester, vt ignis vorabit vos,] quia tales sæpe ex ardore feruoris, quem habent in principio, consumuntur quoad corpus.

s Audite, qui longè estis, quæ fecerim] dicit Dominus, longè per peccatum.

u Et cognoscite vicini,] id est, qui prope estis per fidem.

x Fortitudinem meam.] Opus est his, qui longè sunt, audire iudicium Domini, quo puniuit Iudæos captiuatos, vt redeant; his autem, qui propè sunt, vt timeant.

z Possedit tremor hypocritas. , Scribas, scilicet, & Pharisæos, qui Christum occiderunt. Item possidebit tremor hypocritas, qui nunc iustos & securos se iactant, quasi non timeant, fingentes se securè viuere.

a Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante.] Hic determinat, qualis habitare debet in cœlesti patria. vbi dicitur habitare Dominus per operis excellentis pulchritudinem: qui ignis deuorans dicitur, seu consumens. *Deut.* 4. d. & *Hebr.* 12. g.

c Qui habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?] Charitas, cuius igniculus in via, fiet caminus in patria. *sup.* 31. d. Viuit Dominus, cuius igniculus in Sion, & caminus in Ierusalem. Dicuntur autem ardores charitatis sempiterni; quia charitas nunquam excidet. 1. *Cor.* 13. c.

d Qui ambulat in iustitiis.] Ecce quis poterit habitare in excelsis cum igne deuorante, & ardoribus sempiternis. [Qui ambulat in iustitiis,] i. vadit de virtute in virtutem semper proficiendo. Quælibet enim virtus dicitur iustitia. Et specificat illud commune, cùm subdit.

e Et loquitur veritatem] non falsitatem, non vanitatem, non dolositatem, vel duplicitatem. *f* Qui proiicit auaritiam ex calumnia,] id est, auaritiam, quæ calum-

niosum Deo

& *a* excutit manus suas ab omni munere: *b* qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem: & *c* claudit oculos suos, ne videat malum. *d* Iste in *e* excelsis habitabit: *f* munimenta saxorum sublimitas eius. *g* Panis ei datus est: *h* aquæ eius fideles sunt. *i* Regem in decore suo videbunt: & *k* oculi eius *l* cernent terram de longè; *m* Cor tuum *n* meditabitur timorem. Vbi *o* est litteratus? vbi est *p* legis verba ponderans? vbi est *q* Doctor paruulorum? *r* Populum imprudentem non videbis, populum *s* alti sermonis; ita vt non *t* possis intelligere disertitudinem linguæ eius

a Et excutit manus suas ab omni munere] nec pro causa etiam iusta accipit munera.

b Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem,] id est, ne audiat iudicium sanguinis, vel oppressionem innocentis, vel peccatum alterius. Vnde *Osee* 4.a. Sanguis sanguinem tetigit.

c Et claudit oculos suos, ne videat malum,] i. ne videat vxorem proximi sui ad malum, hoc est, ad concupiscendum: vel malum quodlibet, quasi qui talis est, quòd nec audire, nec videre vult malum alterius.

2.q.3.c.Sunt si nulli, 11.q.3.c.qui recte. De Simon. c. & si quaestiones.

d Iste] quem quem sic descripsi.

e In excelsis habitabit,] id est, in Ierusalem, vel in Sion, quæ sunt in excelso, & eminenti loco.

f Munimenta saxorum sublimitas eius,] quasi dicat, tutus & magnus sicut qui erit habitat in locis saxosis, sublimibus & abundantibus. Et notantur ibi quinque, quæ necessaria sunt ad veram securitatem. Primum est castrum forte, quod notatur, *ibi*: [Munimenta saxorum sublimitas eius,] i. Sion, quæ est munita saxis: & sublimis erit habitatio eius, qui talis est. Secundum est sufficientia panis, & aquæ, scilicet, victualium, quod notatur, *ibi*.

g Panis ei datus est,] i. Sion, vel ei, qui talis est, vt diximus, à Deo.

h Aquæ eius fideles sunt,] i. indeficientes. Tertium est regnum boni Principis. Vndè dicit.

i Regem in decore suo videbunt,] i. Ezechiam, vel Iosiam videbunt subditi in honore.

k Et oculi eius] habitantis, scilicet, in excelsis.

l Cernent terram de longè,] supra montem Sion positus securè poterit conspicere regionem. Et nota, quòd de hoc habitatore aliquando loquitur pluraliter, propter habitantium multitudinem; aliquando singulariter, propter eorum concordiam. Vnde subdit.

m Cor tuum] dicit de habitatoribus, quasi omnes cor vnum haberent.

n Meditabitur timorem] Domini, i. Dominum esse timendum, qui exercitum Sennacherib tantum, ac talem ita faciliter sine pugna penitùs destruxit. Et hoc est quartum necessarium securitatis, sc. quòd ciues vnanimes sint, ne per discordiam tradant ciuitatem. Quintum est, quòd populus habitans sit † discretus. Et de hoc subditur.

Al. † disertus.

o Vbi est litteratus,] quasi dicat, quòd ille, quem descripsi, habitabit in excelsis sic repletis & munitis. Munitis, dico. [Vbi est litteratus,] i. populus multas sciens litteras. Et quia posset aliquis dicere: Verùm est; sed nihil sciet de litteris Iudæorum secundum verum sensum. Imò. Vndè subdit.

p Vbi est legis verba ponderans,] i. perscrutans sensus & mysterium legis. Et quia adhuc posset quis dicere: licet multi sint ibi litterati, tamen nollent docere paruulos, subdit.

q Vbi est Doctor paruulorum] quasi ibi est, qui docebit paruulos. Vel legi potest totum interrogatiuè sic.

o Vbi est litteratus?] Quasi ita descripsi locum istum, & quasi quis quærendo dicat. Fortè populus erit insipiens, subdit. [Vbi est litteratus] supple, nisi ibi?

p Vbi est legis verba ponderans,] i. verba legis ponderare sciens, id est, intelligens, quid important verba legis, supple, nisi ibi?

q Vbi est Doctor paruulorum,] id est, sciens, vel volens docere paruulos, supple, nisi ibi?

r Populum imprudentem non videbis,] *ibi*, scilicet. Et quasi quis dicat: Reuera erunt ibi Doctores legis & litterati; sed loquentur profundè & obscurè. Ideò subdit.

s Populum alti sermonis,] i. profundi & obscuri, sicut mare dicitur altum, quia profundum. *t* Ita vt non possit intelligere disertitudinem linguæ eius,] q.d. bene poteris intelligere loquelam

Moraliter.

* niosum Deo facit. Quæ duobus modis contrahitur, malè acquirendo, & malè retinendo. Vndè & duobus modis proiicitur, malum quæsitum vitando, & acquisita bene expendendo.

a Et excutit manus suas ab omni munere.] A munere manus, hoc est bonum. A munere linguæ, id est, adulatione, hoc est perfectum. A munere cordis, id est, humano fauore, hoc est perfectissimum. Nota, quòd excutitur res à manu, quæ lædit, vel quæ inficit. Excutienda ergo sunt munera: quia lædunt. Vndè *Deuteron. decimo sexto* d. Non accipies personam, neque munera: quia munera excæcant oculos prudentum. Item, quia inficiunt. Vnde *Abac. secundo* b. Væ qui multiplicat non sua: vsquequò aggrauat contra se densum lutum?

b Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem,] id est, claudit aures suas ad detractionem, in qua sanguis effunditur, id est, peccatum. Vndè *Ecclesiastic. decimo* 8. d. Sepi aures tuas spinis: & noli audire linguam nequam.

c Et claudit oculos suos, ne videat malum.] Per hoc excluditur luxuria, quæ frequenter respectibus & nutibus oculorum contrahitur; sed iustus oculos claudit, ne incautè respiciat, vnde peccet. Vndè *Iob trigesimo primo* a. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt non cogitarem de virgine. *1.Cor.1.c*

d Iste in excelsis habitabit] hoc est, cum Deo & Angelis & Sanctis.

f Munimenta saxorum. Determinato, quis debeat habitare in excelsis: subiungit bona, quæ sunt ibi. Primum est securitas. Vndè dicit. [Munimenta saxorum sublimitas eius,] *sup.* 32.d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ. Saxa sunt Sancti, vel Angeli firmi & immobiles, qui munimenta sunt cœlestis patriæ: quia custodiunt eam. Vndè *inf.* 62.b. Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt.

g Panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt.] In hoc notatur affluentia omnis boni, quæ debet esse in patria. Vndè *suprà* 32.d. Dicitur. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ & in requie opulenta. Et *Psalm.* 16. Satiabor, cùm apparuerit gloria tua. Hic enim non satiatur homo, sed semper esurit. Vndè *sup.* 30. e. Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam breuem.

i Regem in decore suo videbunt,] i. in Maiestate sua.

k Et oculi eius cernent terram de longè,] id est, terrenos & peccatores longè à se videbunt. Vndè *Luc.* 15. f. Eleuans autē oculos suos cū esset in tormētis, vidit Abraham à longè. Et pòst. Inter nos & vos chaos magnum firmatum est; vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possunt; neque inde huc transmeare.

m Cor tuum meditabitur timorem] non seruitutis, sed reuerentiæ. Timor enim seruilis non erit in patria.

o Vbi est litteratus,] id est, Philosophus multa litterarum subtilitate imbutus?

p Vbi est legis verba ponderans,] id est, Doctor Theologiæ multiplici expositione sacram Scripturam discutiens?

q Vbi est Doctor paruulorum,] id est, Prædicator simplices & rudes instruens?

Primus de via rectæ cognitionis exiit: quia cùm cognouit Deum, non sicut Deum glorificauit; sed euanuit in cogitationibus suis. *Rom.* 1. c.

Secundus de via rectæ erudinionis, dum verba sacræ Scripturæ ad intellectum proprium conatur conuertere, cùm deberet potiùs intellectum proprium doctrinæ sacræ subiugare.

Tertius de via charitatis exiuit, quia charitatem suam primus dereliquit. *Apoc.* 2. a. Cùm prædicans aliis & corpus suum non castigans, reprobus efficietur. Primus sedet in cathedra vanitatis; secundus in cathedra ambitionis, tertius in cathedra voluptatis. Et ideò omnes stulti facti sunt. Vndè 1. *Corinth.* 1. c. Vbi sapiens, vbi scriba conquisitor huius sæculi? Ecce illa tria. Et post. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? *1.Cor.9.d; Rom.1.c.*

s Populum alti sermonis] in toto mundo. Populus alti sermonis, id est, obscuri, non deberet videri: quia obscuritates legis & Prophetarum iam cessauerunt. Vndè modò non esset opus loqui obscurè. *Matth.* 11, b. Lex & Prophetæ vsque ad Ioannem.

r Populum imprudentem non videbis.] Vtinam populum prudentem recta prudentia videremus: Sed hodie videmus multos prudentes prudentia carnis; quæ tamen mors est in veritate. *Rom.* 8. b.

t Ita vt non possis intelligere disertitudinem linguæ eius.] Sæpe tamen videmus hoc, quòd modò ferè omnes loquuntur lingua Azotica, i. Philosophica, & pauci Iudaica, i. rectè

* theologica,

A ligere loquelam litteratorum habitantium ibi. *a* In quo] id est, in tali populo, cuius loquela non potest intelligi. *b* Nulla est sapientia,] sed tantùm inutilis facundia. Et conuertitur statim ad alium, quem descripserat habitaturum in excelsis, & de longe aspecturum terram, dicens:

in *a* quo *b* nulla est sapientia. *c* Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ. *d* Oculi tui videbunt Ierusalem † ciuitatem opulentam, *e* tabernaculum, quod *f* nequaquam transferri poterit, *g* nec auferentur claui eius in *h* sempiternum, & omnes *i* funiculi eius non rumpentur: *k* quia *l* solummodo ibi *m* magnificus Dominus Deus noster. *n* Locus fluuiorum *o* riui latissimi, & patentes: *p* Non *q* transibit per eum nauis remigium, neque *r* trieris magna trásgredietur eum. Dñs enim *f* Iudex noster, Dñs *t* legifer noster, Dñs *u* Rex noster. *x* Ipse † veniet, & *y* saluabit

Tu, qui terram ita de longè aspicies.
c Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ,] i. ciuitatem sitam iuxta Sion, vbi fiunt solemnitates nostræ præceptæ nobis a Domino. Et exponit quid dixerit, Sion cùm subdit.

D

Al. † habitationem.

d Oculi tui videbunt Ierusalem ciuitatem opulentam,] i. abundantem omni bono. Et videbunt.
e Tabernaculum,] i. templum.

Al. non habet † veniet &

f Quod nequaquam transferri poterit] quod est immobile. Hoc dicit ad differentiam illius tabernaculi, quod fecit Moyses in deserto, quod transferebatur de loco ad locum.
g Nec auferentur claui eius,] quibus tabulæ inter se affixæ sunt.
h In sempiternum,] id est, nunquam. *i* Et omnes funiculi eius] quibus tabernaculum tendi solet.
k Non rumpentur] quasi valde firmum est. Et loquitur hic sub metaphora: quia tale tabernaculum, cuius nec claui, nec funiculi mouentur, valde firmum est: quia ad litteram non erant funiculi in templo.
l Quia solummodo ibi] & non alibi. *m* Magnificus Dominus Deus noster] videtur, i. Et ideò non est mirum, si firmum est: quia Dominus defendit, & firmat locum illum, sicut dixit Eliodorus, quando bene verberatus fuerat. 2. *Mach*. 3. g. Vel sic. [Solummodo ibi magnificus Dominus Deus noster,] i. Dominus, & non idola, est ibi. Et quia non est multum delectabile esse in loco sicco, & sine aqua, subdit. *n* Locus fluuiorum] supple, erit ibi, de quo egredientur. *o* Riui latissimi] aquarum. *p* Et patentes,] i. communes omnibus, quia parum valet aqua eis, quibus non est communis.
q Non transibit per eum, &c.] i. nauis multis remigibus circundata. *r* Neque trieris magna, &c.] i. nauis habens tres ordines remigum. Sed hoc potiùs videtur esse ad vituperium, quam ad laudem loci: quia tantò nobilior est ciuitas, quantò maiores fluuios habet. Sed intelligendum, quòd vbi est magna copia aquarum, sæpe excrescunt, & ciuitatem obruunt. Vndè ad notandum securitatem hoc dicit, quasi erunt ibi aquæ sufficientes, & non tantæ, quòd obruant ciuitatem, cùm excreuerint. Vel potest hoc intelligi de nauibus hostium, quasi dicat, securus erit locus: & naues non venient ad eum obsidendum. Et ostendit, vnde hæc securitas sit illi populo, connumerans se illis.
f Dominus enim Iudex noster] & ideò corrigit nos, cùm peccauerimus ei.
t Dominus legifer noster,] i. accipiemus legem de manu eius, non legem Gentium. *u* Dñs Rex noster] ideò pugnabit pro nobis. *x* Ipse veniet,] i. manifestabit se venire in exercitu Sénacherib. *y* Et saluabit nos] de manu Assyriorū.

Δ Et redit ad

Moraliter.

* theologica, sicut pueri Iudæorum: *Nehemia*. 13. d.
a In quo nulla est sapientia,] i. nihil bonum, quod rectè sapiat, & hoc propter defectum vitæ talium. Vndè *Greg.* Cuius vita despicitur, restat, vt prædicatio eius contemnatur. Et *Prou.* 19. a. Vbi non est scientia animæ, non est bonum. Bene dicit sapientia, non scientia: quia ibi multa est scientia, sed non sapida; imò vana. Vndè *Sap.* 13. a. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. *c* Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ,] i. Ecclesiam triumphantem respice in lectionibus, in meditationibus, in contemplatione: respice, vt cœlestia appetas, & caduca contemnas.
d Oculi tui videbunt Ierusalem, &c.] i. cœlestem Ecclesiam in affluentia omnis boni. *Infr.* 64. b. Oculus non vidit absque te, quæ præparasti expectantibus te. Et *Prou.* *vlt*. d. Dicitur de cœlesti Ecclesia: Multæ filiæ congregauerunt diuitias tu supergressa es vniuersas. Ecclesia triumphans dicitur Sion, & specula propter meridiem plenæ cognitionis, & feruorem charitatis. Dicitur etiam Ierusalem propter multitudinem pacis.
e Tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit,] quia regnum cœleste non transferetur ad aliquem.* Vnde *Dent.* 7. d. Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur.
g Nec auferentur claui eius in sempiternum] Claui cœlestis Ierusalem possunt dici sententiæ, siue pœnæ, quibus configentur mali ad decorem, & firmitudinem iustitiæ cœlestis, quæ quidem inuariabiles erunt.
i Et omnes funiculi eius non rumpentur,] i. charitas, quibus omnes cœlestes colligati erunt adinuicem: & timor reuerentiæ, qui ligabit eos, & tenebit circa propriam paruitatem, non deficiet. De primo dicitur. 1. *Cor.* 13. c. Charitas nunquam excidet. De secundo *Psalm.* 18. Timor Domini sanctus permanet in sæculum sæculi.
l Quia solummodo ibi magnificus Dñs Deus noster,] i. secundum suam magnificentiam declaratus. Vndè Apostolus. 1. *Cor.* 13. d. Tunc cognoscam sicut & cognitus sum. In cœlesti patria magnificus erit Dñs suis aperta declaratione, bonorum vltra meritū remuneratione, malorū citra condignū punitione. *n* Locus fluuiorū riui latissimi.] In cœlesti patria erit locus fluuiorum, i. abundantia deliciarum. Riui, i. diuersæ remunerationes pro meritorū qualitate. Sed latissimi: quia suprà condignum, vt dictum est.
p Et patentes:] quia sine labore acquirentur. *q* Non intrabit per eum nauis remigium,] quia nullo indigebit cœlestis patria, quod aliunde oporteat deportari. *Septuaginta.* Non ingredietur per eam nauis agitata remigio. *r* Neque trieris magna transgredietur eum,] i. diabolus, qui olim Paradisum tentando primum hominem pertransiit, non ampliùs pertransiliit per illum. Diabolus dicitur trieris magna: quia tres partes mundi, id est, Asiam, Europam, & Africam tribus remis, i. peccato cogitationis, locutionis, & operis nauigat. Trieris propriè dicitur gallicè *dromo*. teutonicè *Kiel*. Potest etiam exponi de Ecclesia militante, quæ dicitur Sion, i. specula, quasi speculum, & figura, siue montis gaudium Ecclesiæ triumphantis. Dicitur etiam Ierusalem propter concordiam filiorum. Vndè *Act.* 4. f. Multidinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Ipsa est [tabernaculum, quod nequaquam, &c.] quia non deficiet in fine. Vndè *Matth.* 28. d. Vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi [Claui eius] dicta Sanctorum, quæ non auferentur ab ipsa. Vndè *Eccl.* 12. d. Verba sapientium, sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi: quia bonos tenent, & consolidant [Funiculi eius] præcepta sunt, quibus constricta est filialiter, non seruiliter. [Quæ [non rumpentur,] i. non cessabunt, sicunt cæremonialia legis [Solummodo ibi magnificus est Dominus,] i. magna faciens in impiorum iustificatione, in piorum conseruatione, in miraculorum operatione, & non in conuenticulis hæreticorum. Ibi est [locus fluuiorum,] i. abundantia Scripturarum. Ibi [riui latissimi,] i. expositiones Sanctorum [& patentes] Sancti enim laborauerunt, & nos in labores eorum introiuimus. Sed Heu! hodie nauis Ecclesiæ possessionum remigiis agitatur. Hodie repleta est tota Ecclesia trieribus, i. nobilibus, & potentibus, Aduocatis eloquentibus, mundanorum etiam sapientibus. Bonum esset nauim suam, i. vitam remigio securè ducere, & in eleemosynas aquas temporalium quasi per trieres diuidere; vt primus ordo esset dare eleemosynas de proprio corde per compassionem: secundus de acquisito per proprium laborem; tertius de bonis prouenientibus per hæreditatem. Prima trieris maxima, secunda magna, tertia parua. *f* Dominus enim Iudex noster] præfiguratus in libro Iudicum. *t* Dominus Legifer noster] præfiguratus per Pentateuchum. *u* Dominus Rex noster præmonstratus per ordinem Regum. Præponitur autem Iudicum: quia omnes Iudices boni fuerunt. Item. *f* Dominus enim Iudex noster,] quia rectus, & iustus in Mosaicæ legis datione. *t* Dominus Legifer noster] dans legem amoris in Euangelij superadditione. *u* Dominus Rex noster] quando spinis coronatus est pro nobis in passione: *Matth.* 27. d. Item. *f* Dominus enim Iudex noster] causam nostram nobis contra diabolum adiudicando.
t Dominus Legifer noster] Chirographum decreti, quod contra nos scriptum erat, *Coloss.* 2. c. De manibus diaboli reportando. *u* Dominus Rex noster] terram solationis nobis in æterna patria diuidendo. *x* Ipse veniet] in vtero Virginis per incarnationem: in corde humano per gratiæ infusionem: in iudicio per operum vniuscuiusq; discussionem. *y* Et saluabit, &c.] in primo ad-

* uentu de diaboli

a Et rediit ad Sennacherib, dicens ad illum: Laxati sunt funiculi tui,] id est, extenti ad tendendum circa Ierusalem in obsidione.
b Sed non praeualebunt,] id est, non obtinebis illud, ad quod tendisti tentoria tua. *

nos, *a* Laxati sunt funiculi tui, sed *b* non praeualebunt. Sic *c* erit malus tuus, vt *d* dilatare signum non queas. Tunc *e* diuidentur spolia praedarum multarum: *f* claudi diripient rapinam: nec *g* dicet vicinus: *h* elangui. *i* Populus, *k* qui habitabit in ea, *l* auferetur ab eo iniquitas.

C A P. XXXIV.

A *m* ACcedite, Gentes, & *n* audite: *o* & populi, attendite: *p* audiat terra & *q* plenitudo eius, *r* orbis & *s* omne germen eius:

c Sic erit malus tuus, vt dilatare signum nō queas.] Loquitur hic per similitudinem nauis, cuius cùm superior pars cassata fuerit, signa, id est, vela dilatari, vel tendi non possunt. Malus enim est lignum in medio nauis directū sursum, vbi ponuntur vela. & vocatur in Gallico *mal*, quo fracto nauis in periculo est; q.d. sicut cassato malo non possunt vela subsistere; sic ruptis funibus papilionum tuorum cadent tentoria. Et hoc est.
c Sic erit malus tuus,] id est, classis tua sic conteretur.
d Vt dilatare signum non queas,] id est, signum confractionis tuae demonstrare. Quando enim naues in mari franguntur, aliquando remanet malus, in quo notantur signa confractionis: Ibi autem nulla signa poterunt demonstrari, quia omnino destruentur.
e Tunc diuidentur spolia praedarum multarum,] id est, spolia exercituum tuorum, ô Sennacherib, quibus quasi vestimentis nudaberis.
f Claudi diripient rapinam,] id est, non in pugna, sed sine labore ita faciliter, quòd claudi tollere poterunt rapinam, scilicet, ea, quae ab aliis Gentibus rapueras.
g Nec dicet vicinus] vicino suo, monenti eum ad eundum ad spolia.
h Elangui,] i. non dicet se infirmum, imò etiam si fuisset infirmus, citò surgeret prae gaudio & propter magnam Dei potentiam & clementiam erga se factam in liberatione a Sennacherib, conuersi sunt ab idololatria. Ideò subditur.
i Populus, qui habitabit in ea,] i. in Ierusalem.
l Auferetur ab eo iniquitas,] i. peccatum idololatriae, quod dicitur iniquitas simpliciter, quia valde magnum est. Et nota, quòd ille nominatiuus, populus, ponitur hic absolutè, vt locum habeat sequens relatio facta, scilicet, per hoc, quod dico, eo.
* uentu de diaboli seruitute, in secundo à vetustate culpae, in tertio ab incolatu miseriae.
a Laxati sunt funiculi tui.] Laxati sunt funiculi Iudaeorum contra Romanos.
b Sed non praeualebunt,] quia captiuati, & destructi sunt. *c* Sic erit malus tuus, vt dilatare signum non queas] sic destructum est templum Iudaeorum, quod altum erat & eminens, vt malus, quòd postea, nec velum, nec cortinae potuissent ibi appendi, vt priùs.
e Tunc diuidentur spolia praedarum multarum,] quia tunc Iudaei, qui multos alios spoliauerunt, spoliati sunt.
f Claudi diripient rapinam,] quia venientibus Romanis, facilè capti sunt, ita vt sine labore praedarentur.
g Nec dicet vicinus elangui,] quasi nemo Romanus de infirmitate conquereretur.
i Populus] Romanus:
k Qui habitat in ea,] id est, in Iudaea.
l Auferetur ab eo iniquitas] compassione Iudaeorum iusti erunt. Vel, [auferetur ab eo iniquitas] illius stragis.
Moraliter. Moraliter, potest dici ad Ecclesiam.
a Laxati sunt funiculi tui,] i. praecepta Laxata: quia saepe hodie dicitur, & maximè à Clericis de praeceptis, quòd sint consilia: & de consiliis etiam, quòd sint mysticè intelligenda: sed praecepta Praelatorum illa volunt immobiliter obseruari. Vndè *Psalm.* 54. Molliti sunt sermones eius, super oleum, i. sermones & praecepta Domini valde attenuant: & ipsi sunt iacula, duri & pungentes in suis.
b Sed non praeualebunt,] quia Dominus iudicabit fines terrae. 1. *Reg.* 2. b. erit malus tuus, vt dilatare signum non queas.] Ita modò paratus est malus Ecclesiae, id est, Praelatus, quòd ipsa signa bonae famae, vel opinionis, seu virtutis iam ad alios dilatare non potest. Propter hoc hodie multi dimittunt conuerti & spernunt, hoc est, quod hodie plus nobis haeretici obiiciunt, scilicet, malam vitam Praelatorum, imò non est ferè hodie malus aliquis rectus in Ecclesia: quia omnes Praelati ad temporalia ceciderunt, hoc est, ad terram. Et propter hoc non est signum boni exempli, vbi possit Populus congregari; sed omnes fugiunt in infernum.
e Tunc diuidentur spolia praedarum multarum,] quia hodie diabolus multos praedatur propter Pastorum & Custodum negligentiam.
f Claudi diripient rapinam,] quia facillimè hodie Ecclesia praedatur ab omnibus. Vndè in persona eius dicit. *Iob* 30. b. Quasi rupto muro, & aperta ianua, irruerunt super me.
g Nec dicet vicinus elangui.] Hodie enim efficaciores & promptiores sunt ad nocendum vicini hominis cuiuslibet. *Mich.* 7. b. Inimici hominis domestici eius.
i Populus, qui habitabat in ea, auferetur ab eo iniquitas.] A populo, qui habitabit in coelesti patria, omnis iniquitas, id est, mentis inaequalitas auferetur. quia tunc in pace continua Deum diligemus, *infrà* 66. d. Ego declinabo super eam, quasi fluuium pacis.

EXPOSITIO CAP. XXXIV.

ACcedite, Gentes, & audite.] In hoc capitulo agit Propheta de destructione Iudaeorum. Et diuiditur hoc capitulum in sex partes. In prima agit de destructione Ierusalem propter interfectionem populi in terra propria. In secunda dicit, quòd in captiuitate per Romanos futura non habebunt Prophetas, *ibi*. [Et complicabuntur sicut liber coeli.] In tertia prophetat etiá latitantes in vicinis regionibus occidendos, *ibi*. [Ecce super Idumeam.] In quarta dicitur, quòd nobiles eorum interficientur, *ibi*. [Et descendent vnicornes.] In quinta de incensione Ierusalem, *ibi*. [Quia dies vltionis.] In sexta de vastitate & solitudine futura in terra illa, *ibi*. [Et possidebunt illam onocrotalus.] Potest etiam totum capitulum exponi de destructione vicinarum Gentium Iudaeis, & maximè Idumaeorum, qui magis infestauerant Iudaeos; Et secundum hoc diuiditur in duas partes. In prima parte determinat de destructione omnium nationum vicinarum in generali. In secunda de destructione Idumaeorum specialiter, *ibi*. [Ecce super Idumaeam.] Reges enim Assyriorum & Chaldaeorum, qui Iudaeos captiuauerant & alias nationes similiter destruxerunt. Dicitur ergo.
m Accedite, Gentes, & audite] quae dicturus sum.
o Et populi, attendite.] Repetitio est ad maiorem expressionem miseriae futurae Iudaeorum, Secundum primam expositionem, vel aliarum nationum.
p Audiat terra & plenitudo eius,] quasi tantum est, quod dicturus sum, quòd etiam terra, si fieri posset, quae dicturus sum, audire deberet. Vel. [Terra,] id est, habitantes in ea, vt sit metonymia.
r Orbis, [id est, tota terrà in circuitu audiat.
s Et omne germen eius,] i. omnia, quibus repletur terra. Vel [omne germen eius,] i. etiam paruuli terrae: quia tanta fuit captiuitas Iudaeorum, vel vicinarum Gentium, vt

a per totum mundum

Mysticè. Mysticè, exponitur hoc capitulum de die iudicij, de quo monet nos Propheta, vt attentè audiamus, vt scilicet, sollicitè vigilemus ad subitò venturum iudicium, & timeamus districtum: & apud nos disponamus de nostris operibus responsum. Dicit ergo.
m Accedite, Gentes] omnes, accedite accessu corporis.
n Et audite] aure cordis.
o Et populi, attendite] executione operis. De hoc dicitur *Ecclesiastic*. 4. d. Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua, vt audias. *Iosue* 3. b. Accedite huc, & audite verbum Domini. *Mich.* 1. a. Attendat terra & plenitudo eius.
p Audiat terra,] id est, terrenis cupiditatibus inhiantes.
q Et plenitudo eius,] i. plenè & splendidè epulantes.
s Et omne germen eius,] id est, iuuenes flore iuuentutis vernantes.
Audiant primi. Quoniam diues cùm dormierit, nihil secum feret. *Iob* 27. d. Audiant secundi. Quoniam diues epulo, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè, mortuus est & sepultus in inferno. *Luc.* 16. f. Audiant tertij, quid de ipsis dicitur *Soph.* 2. d. Vox cantantis in fenestra, coruus, qui semper procrastinat clamando semper: cras, cras est iuuenis, qui semper poenitentiam differt & prolongat de die in diem. De quo dicitur, quòd cantat in fenestra, & in superliminari: quia tales ad litteram super limina domorum & ad fenestras earum cantant cantilenas amoris, vt audiantur & videantur. Sed quid sequitur ibi, audi: Attenuabo, dicit Propheta in persona Domini, robur eius, id est, fortitudinem corporis per mortis accelerationem.

o Quia

Δ per totum mundum nota fieret. *a* Quia indignatio Domini,] i. destructio & captiuitas prouenjens quasi ex indignatione.

b Super omnes Gentes,] i. super Iudæos gentiliter per idololatriam viuentes. Vel secundum aliam expositionem.

a quia indignatio Domini super *b* omnes Gentes, & *c* furor super † *d* omnem militiam eorum. *e* Interfecit eos, & *f* dedit eos in occisionem. *g* Interfecti eorum *h* proiicientur: & de *i* cadaueribus eorum *k* ascendet fœtor. *l* Tabescent montes à sanguine eorum: & *m* tabescet omnis militia cœlorum, & *n* complicabuntur sicut liber cœli:

Al. † vniuersam.

{ Super omnes Gentes] hyperbolicè, i. super omnes nationes vicinas Iudæis.

c Et furor,] id est, pœna prouenjens quasi ex furore.

d Super omnem militiam eorũ] Iudæi aliquando fuerunt fortes, & strenui in bellis, sicut patet in libro *Machab.* 1. & 2. per totum. Vel, [super omnem militiam eorum,] i. ad opprimendam fortitudinem Gentium vicinarum, quæ continuè ad prædationes & bella Iudæorum intendebant.

e Interfecit eos Dominus.

f Et dedit eos in occisionem,] i. in occasionem dandos disposuit. Vel, [interfecit,] i. interficiet permissiuè prophetali certitudine.

g Interfecti eorum, [id est, Iudæorum, vel Gentium.

h Proiicientur] insepulti.

l Tabescent montes à sanguine eorum.] Ad litteram, viror & herba montium corrupta sanguine interfectorum marcescet.

m Et tabescet omnis militia cœlorum,] i. Angeli custodes Iudæorum, vel Gentium ad modum dolentium se habebunt. *Suprà proximo capitulo.* a. Angeli pacis amarè flebunt, *Andreas.* Quotiens Dominus vnam Gentem disperdidit, si vera est Hebræorum traditio, vnà & omnes illos, qui præfuerunt illis, & quos custodes habuerunt Angelos disperdidit, & in infernum detrusit. Vel loquitur hic Propheta Ironicè ad Iudæos, vel Gentes, qui constellationibus rerum euentus ascribebant.

m Et tabescet omnis militia cœlorum,] q. d. Sol & Luna & stellæ tristes erunt & quasi irati, multa mala vobis inferent. Vel, [tabescet omnis militia cœlorum,] i. obscurata tunc erunt Sol & Luna, & Stellæ: ita quòd in eis non poteritis captiuitatem vestram præcognoscere.

Vel, [tabescet omnis militia cœlorum,] i. Iudæorum, qui dicuntur cœlestis militia: quia aliquando cœlestes fuerunt & boni, quando pugnabant pro Domino & fratribus suis. Quòd ita possit exponi, patet, quia *sup.* 14. d. Vbi dicitur, Conscendam in cœlum, dicit *Gloss.* id est, in Ierusalem.

Secunda pars. *n* Et complicabuntur.] Secunda pars secundum primam expositionem, in qua ostendit Prophetas defuturos eis propter suam malitiam. Vndè dicit. [Et complicabuntur sicut liber cœli:] quasi Prophetæ & viri cœlestes, in quibus solebant prævidere futura, clausi erunt & non indicabant eis aliquid: sicut nec liber clausus aliquid ostendit. Vel, [complicabuntur sicut liber cœli] materiales, ad litteram, id est, obscurabuntur: ita vt non possint in eis mala sibi imminentia præuidere. Vel cœli tanto fumo sanguinis occisorum obscurabuntur, quòd non poterunt videri Sol & Luna & stellæ, quæ in cœlo sunt, sicut nec videri potest in libro si-

Δ gnato. Et omnis

Mysticè. ⊖ *a* Quia indignatio Domini super omnes Gentes,] id est, super omnes gentiliter viuentes per peccatum.

c Et furor super omnem militiam eorum,] i. super opera, quibus militant aduersus Dominum. *Sap.* 14. b. Similiter odio sunt Deo impius, & impietas eius. Sed maximè furor super militiam Clericorum, qui more militum viuunt, & maximè de patrimonio Crucifixi: qui in receptione redditúum Domini Clerici sunt: in tonsura laici: in negotiationibus mercatores: in vestibus, domibus, mensis, equis & phaleris milites. Et totum fit de patrimonio Crucifixi, imò de substantia & sudore pauperum. Vel veriùs de opibus, quas furtim ab Ecclesia, & sacrilegio a pauperibus accipiunt. Vndè dicit *Ieron.* Sacrilegium est, res pauperum non dare pauperibus. Item.

a Indignatio Domini super omnes Gentes, id est, super subditos malè viuentes.

c Et furor] quod maius est.

d Super omnem militiam eorum,] i. super omnem congregationem Prælatorum. Vndè *suprà* 14. g. Vlula, porta, id est, Prælate, clama ciuitas, id est, subdite. Prælati debent esse milites cœli, qui pugnare debent pro subditis erga Deum, scutum orationis ipsi opponendo: contra diabolum, eius fallacias & astutias per prudentiam detegendo: contra mundum, gladiu Spiritus, quod est verbum Dei. *Ephes. sexto* e. Eius vanitates & mendacia subditis manifestando, imò & in casu animam pro ipsis exponendo. Sed ideò subditi interficiuntur hodie: quia Prælati scutum orationis obiecerunt causis & litibus insistendo, prudentia, non carnis, sed spiritus priuati sunt, inhiando voluptatibus carnis, & spiritualia contemnendo, desipiunt eis spiritualia, & sapiunt temporalia: Vndè & vanitates mundi & mendacia detegere, quod fit per donum sapientiæ, nesciunt: quia toti pleni sunt tẽporalibus, & ideò spiritualia non degustant. Ideò, quia Prælati inermes sunt; occiduntur ipsi & populus. Vndè *Ierem. quinquagesimo primo* a. Non ascendet loricatus, scilicet, Prælatus: nolite parcere iuuenibus eius, id est, minoribus & subditis: & interficiet omnem militiam eius, id est, Prælatos.

e Interfecit eos,] id est, interficiet Dominus, quoad pœnam animæ.

f Et dedit eos in occisionem] quoad pœnam corporis.

g Interfecti eorum proiicientur] in infernum. *Matth* 22. b. Ligatis manibus & pedibus proiicite eum in tenebras exteriores.

i Et de cadaueribus eorum,] id est, de peccatis ipsorum peccatorum.

k Ascendet fœtor in nares eorum. *Amos quarto* c. Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras.

l Tabescent montes a sanguine eorum,] id est, Prælati & maiores punientur pro peccatis subditorum. Vndè *Num. vigesimo quinto* a. Dixit Dominus ad Moysen: Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos in patibulis contra Solem. Vbi dicit *Gregorius.* Hoc si homines attenderent, prælationes non ambirent. Et 3. *Reg.* 20. g. Custodi virum istum, qui si lapsus fuerit de manu tua: erit anima tua pro anima eius. Et *Ezech.* 3. e. Sanguinem eius de manu tua requiram.

m Et tabescet omnis militia cœlorum,] id est, punietur in inferno multitudo Dæmonum. Item [tabescet omnis militia cœlorum,] id est, punietur mala congregatio Prælatorum: vel cessabit tunc dominium & militia ad litteram Prælatorum, qui ingrediuntur pompaticè domum Israel. *Amos* 6. a. Qui in auibus cœli ludunt: *Baruch.* 3. a. Qui histrionibus & adulatoribus & cognatis bona pauperum diuidunt: tabescet eorum militia, quando istud implebitur. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. *Baruch.* 3. b. Item tabescet militia cœlorum, quando tepescit & obscuratur contemplatio Religiosorum. Et hoc quandoque propter multiplicis curæ implicationem. Vndè *Eccles.* 38. e. Qui minoratur actu, percipiet sapientiam. Aliquando tamen subtrahit Dominus eis contemplationem, ne nimia deuotione accensi seipso cõtemnant. *Sup.* 29. e. Ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: Peribit enim sapientia à sapientibus, & intellectus prudentium eius abscondetur, i. donum contemplationis ad horam. Intellectus, dicit, quoad cognitionem: & sapientia, quoad delectationem.

n Et complicabuntur sicut liber cœli,] id est, cœli aerei soluentur per ignem. Vndè 2. *Petr. vlt.* c. Elementa verò calore ignis soluentur. Et intelligitur hoc de solutione quoad formam, non quoad substantiam. Quod de duobus, scilicet de aere & de aqua certum est: quia transibunt quoad formam: de aliis autem duobus, scilicet, igne & terra dubium est. Videtur tamen, quòd ipsa transire debeant, sicut cætera: quia melioranda sunt, sicut illa: & videtur quòd ex toto. Et ad hoc facit *Gloss. super illud. secunda Petr. vlt.* c. Elementa verò calore ignis soluentur. *Gloss.* id est, ex toto absumentur. Sed sustinendo opinionem illam, quæ dicit, quòd solùm duo transibunt, & solùm quoad figuram: dicendum quòd omnia meliorabuntur in eo, quòd post diem iudicij stabunt, & quiescent à motu. Quod autem dicit *Gloss.* absumentur ex toto, intelligitur quòd aer & aqua ex toto in motu sunt: quia secundum omnem sui partem meliorabuntur: & hoc vocat absumi ex toto, id est, in omni parte eorum, forma transibit, non substantia. Item [Complicabuntur, sicut liber cœli,] i. conscientiæ postquam relecta fuerint peccata in eis, complicabuntur: ita quòd non scribetur in eis ampliùs. De istis libris legitur *Dan.* 7. c. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Vtinam hodie cœli nostri, i. Prælati & Religiosi plicati essent: ita quòd nullus posset in eis legere.

⊖ Sed hodie

à græco. a Et omnis militia eorum defluet,] id est, omnis militia Iudæorum, vt fiat relatio non ad proximè dictum, sed supra. b Sicut defluit folium de vinea & de ficu,] in autumno, scilicet, præ defectu humoris, sic & ipsi defluent præ defectu fortitudinis. Et loquitur secundùm hoc de illis, de quibus suprà dixit: Interficiat eos, &c. c Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus,] id est, abundanter effundam tunc sanguinem: sicut homo, qui sanguine interfectorum inebriat gladium suum; quod apparebit in cœlo, id est] in aere per fumum illic ascendentem. Cœlum enim dicitur aer, vt patet *Matth.* 23. a. Volucres cœli comederunt illud. Sequitur.

B

& a omnis militia eorū defluet, b sicut defluit folium de vinea & de ficu: c quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus. d Ecce super Idumæam: descendet, & e super populū interfectionis meę ad f iudicium. g Gladius †enim Domini repletus est sanguine, h incrassatus est adipe de i sanguine Agnorum & k Hircorum, de l sanguine medullatorum Arietum. Victima m enim Domini in Bosra, & n interfectio magna in terra Edom.

al. † non habet † enim.

Tertia pars. d Ecce super Idumæam.] Tertia pars secundùm primam expositionem; vel secunda secundùm aliam: in qua ostendit Propheta, quòd Dominus etiam latitantes in locis vicinis Iudæorum occidet, dicens: Ecce super Idumæam descendet, Dominus, id est, descendere Romanos faciet ad scrutandos Iudæos: vel descendere faciet Assyrios ad ipsos Idumæos debellandos.

e Et super populum interfectionis meæ] id est, super populum Iudaicum, vel Idumæum materiam interfectionis meæ. f Ad iudicium] id est, de ipsis capiendam vindictam. Vel, super populum interfectionis meæ ad iudicium,] id est, ad populum, quem ego iusto iudicio interficiam. Super Idumæam dicit: quia multi Iudæorum audientes Romanorum aduentum confugerant illuc: Vndè & ibi persecuti sunt eos Romani. Vel propterhoc secundùm aliam expositionem, quia Assyrij ibi destruxerunt Idumæos. g Gladius enim Domini repletus est sanguine] id est, abundanter occidit eos, ac si gladium multo sanguine imbuisset. h Incrassatus est adipe] quasi crassos interficiet. Et loquitur, metaphoricè: sicut cultellus, quo secatur adeps, impinguatur.

i De sanguine Agnorum] id est, minorum & simplicium.

k Et Hircorum,] maiorum, scilicet, peccatorum immundorum.

l De sanguine medullatorum Arietum,] id est, eorum, qui delicatè nutriti sunt, & tenerrimè viuunt: sicut medulla in ligno est tenerius.

m Victima enim Domini in Bosra,] id est, tanta erit interfectio in terra Idumææ, sicut victimæ occidi solent in epulis regalibus.

n Et interfectio magna in terra Edom,] idem est Edom, quod Bosra hic. Per Bosra enim, quæ est Metropolis Idumææ intelligitur tota terra, tamen Iudæi volunt per Bosram & Edom accipere Romam: & totum pertinere ad ipsam quicquid in sequenti capitulo legitur.

Δ a Et descende

Mysticè. ⊕ Sed hodie pessimè scribuntur laici scriptura operum: quia pessimè legant in vita Religiosorum & Prælatorum. Vnde *Seneca*. Summa malorum est, quòd viuitur ad exemplum.

a Et omnis militia eorum defluet] id est, Dæmones, qui sunt quasi milites habitantes in cœlo, id est, in aere, defluent in infernum. Vel stellæ, quæ vocantur militia cœli: quia ad modum castrorum ordinatæ sunt: vndè & Luna dicitur Regina cœli: cadent. *Matth.* 24. c. Virtutes cœlorum mouebuntur: & stellæ de cœlo cadent. Item, omnis militia eorum defluet, id est, tota fortitudo Religiosorum & Prælatorum influet in os Diaboli. Hodie istud benè impletum est. Vndè *Abacuc.* 1. d. Cibus eius electus, dicitur de diabolo, id est, Prælati & Religiosi. Et *Iob.* 40. c. expressiùs. Behemoth absorbebit fluuium: & non mirabitur, id est minores absorbebit in peccatis: & parum curabit. Et post. Et habebit fiduciam, quòd influat Iordanis in os eius, id est, Prælati & Religiosi, qui debent esse humilis descensus, id est, viles sui reputatione. Et quare casus iste fit, quia Prælati & Religiosi ab humore compassionis, ab humore deuotionis & gratiæ aruerunt: Ideò subditur.

b Sicut defluit folium de vinea & de ficu. (Folium enim defluit ex defectu humoris. E contrario de Iustis scriptum est, *Prouerb. vndecimo.* d. Iusti, quasi folium, vires germinabunt. Item folium defluit de vinea & ficu, collectis fructibus; Sic & mali Prælati, collectis fructibus temporalium, defluunt: primò in peccatum, scilicet, in superbiam, siue fastum: secundo in otium: tandem defluunt in infernum. De tribus istis dicitur. *Ezech. decimo-sexto.* f. Hæc fuit iniquitas: id est, causa iniquitatis, siue casus Sodomæ sororis tuæ superbia, ecce primum: saturitas panis & abundantia, & otium, ecce duo alia. De tertio dicitur *Iob. vigesimo-primo.* b. Ducunt in bonis dies suos: & in puncto ad inferna descendunt.

Nota, quòd boni comparantur folio viridi: quia delectabiles sunt ad videndum. Ibi est etiam fructus: quia suaues ad imitandum. Sed mali comparantur folio defluenti: quia aridi sunt ab humore gratiæ, sonori sunt & strepentes. Vndè *Psalm. nono.* Periit memoria eorum cum sonitu. A vento etiam tentationis feruntur huc & illuc. Vnde *inf.* 64. c. Cecidimus, quasi folium vniuersi: iniquitates nostræ, quasi ventus, abstulerunt nos. Item fructu sublato cadent mali. Magnus enim paterfamilias de malis fructum elicit, antequam cadant in infernum. Non enim permitteret magnus paterfamilias malum in ciuitate, hoc est, in mundo fieri: nisi inde bonum eliceret, dicit *Augustin.* Comparatur etiam ficui & vineæ, quia quibusdam dulcis est, aliis durus. Item benignus aliis, sibi austerus. Vndè in *Ezech. quadragesimo-primo.* c. legitur, quòd Cherub in vna parte faciem habebat hominis; ex alia parte leonis.

c Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus] id est, vindictam meam in Dæmonibus, qui in cœlo habitant, hoc est, in aere exercebo abundantiùs, vel in Prælatis, qui populum debuerant custodire.

d Ecce super Idumæam descendet,] id est, super omnes viuentes carnaliter.

Vel, super Idumæam, id est, super Sacerdotes & Prælatos carnales: hoc est enim, quod omnes Prælatos hodie Interficit, carnalis amor parentum. Vndè 1. *Reg.* 22. d. legitur, quòd Doech Idumæus omnes Sacerdotes Domini interfecit. Doech, motus: Idumæus, sanguineus. Motus enim sanguineus, siue carnalitas omnes hodie interficit.

e Et super populum interfectionis meæ ad iudicium] id est, super omnem populum ad interfectionem meam paratum ad iudicium.

g Gladius enim,] meus, repletus est sanguine, id est, abundanter peccatorum vindicta imbutus.

Vel, sanguine, id est, Prælatorum carnalitate. *Ezech. vigesimo-primo.* c. Dupliciter gladius, ac tripliciter, id est, vindicta simplex est gladius, id est, vindicta in subditos propter transgressionem præceptorum. Sed duplex est in Religiosis propter idem, & transgressionem contra votum. Sed triplex est in Prælatis propter prædicta duo & malam custodiam Prælatorum.

h Incrassatus est adipe,] id est, diuitibus.

i De sanguine Agnorum,] id est, hypocritarum exteriùs benignorum, & prætendentium speciem sanctitatis: qui per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium, vt dicitur *Rom.* 16. c.

k Et Hircorum:] id est, peccatorum fœtentium in peccatis.

l De sanguine medullatorum Arietum, id est, auarorum, qui inter vepres diuitiarum hærent cornibus superbiæ. Vndè *Amos* 6. d. Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?

m Victima enim Domini in Bosra] hoc est de superbis: Bosra enim interpretatur munita. De hoc *Amos* 1. d. Mittam ignem in Themam: & deuorabit ædes Bosræ.

n Et interfectio magna in terra Edom,] id est, carnalium erit magna damnatio: quia totus mundus ferè illo peccato nimiæ dilectionis parentum inuoluitur. Et propter hoc, quòd tanti sunt: Dominus cum magno exercitu veniet contra tales. Vndè *Abdia* 1. a. Hæc dicit Dominus ad Edom: auditum audiuimus à Domino, & legatum missum ad Gentes, ecce exercitus: surgite, consurgamus aduersus eum in prælium, ecce interfectio. Nota per hoc, quod dicit: Incrassatus est adipe, id est, diuitibus, notatur concupiscentiæ oculorum punitio. Per hoc, quod dicit: Victima Domini in Bosra, punitio superbiæ vitæ superborum. Per hoc, quod dicit: Et interfectio magna in terra Edom, pœna concupiscentiæ carnis, id est, voluptuosorum.

Quarta pars. A a Et descendent vnicornes cum eis,] id est, Romani, vel Assyrij Monarchiam mundi tenentes. Vel, Vnicornes, i. superbi. b Et tauri cum potentibus,] i. indomiti cũ Principibus. *Andreas*. Per vnicornes tauros, superbos quosque & indomitos intelligo. c Inebriabitur terra eorum sanguine, i. imbuetur ad literã. d Et humus eorum,] i. Idumæorum. e Adipe pinguiũ,] id est. sanguine & pinguedine potentum. f Quia dies vltionis Dni] Quinta pars secundum primam expositionem, in qua describit incendium Ierusalem. Vndè dicit: Quia dies vltionis Domini] supple, venit super Ierusalem. Sed quia dies citò transit, ne credatur citò transitura illa vltio, addit. g Annus retributionis iudicij Sion,] i. longa retributio pœnæ iustæ à Deo inflictæ Sion, id est, Iudæis pro peccatis, venit. Vel secundum aliam expositionem. f Dies vltionis Domini] quæ vlciscetur, supple, Iudæos de Idumæis. g Annus retributionis iudicij Sion] supple venit, id est, longa retributio Idumæis in pœna pro Sion, id est, pro malis, quæ Idumæi fecerunt Iudęis. Et sic, Sion, est ablatiui casus. In prima autem expositione est datiui casus. h Et conuertentur torrentes eius in picem,] quasi dicat, ita succendetur Ierusalem, quòd extingui non poterit, ac si torrentes picis, quæ est optimum nutrimentum ignis, per totam ciuitatem fluerent. Et sic pertinet ad Iudæam, secundùm primam expositionem. Vel secundùm aliam expositionem sensus est. Ita præparabitur terra à Domino, quòd ignibus perpetuis nutrimenta non desint, sicut pix est nutrimentum ignis. Et hoc dicitur; quia Idumæa destructa, terra protulit carduos & spinas, de quibus quandóque fit ignis. i Et] conuertetur humus eius, i. Iudææ. k In sulphur,] i. ita ardebit; ac si terra esset sulphurea: Vel sic, conuertetur terra eius, id est, Idumæa in sulphur, i. reddetur sterilis, & fomenta ignis proferet, vt dictum est, ac si sulphurea esset: quia sulphur valdè benè ardet. l Et erit terra eius, &c.] sicut priùs, vel valdè diu. m Non extinguetur in sempiternum,] id est, quamdiu durabit ciuitas, donec, scilicet, consumpta sit: vel non deerit materia ignis, id est, in Idumæa diu. n Ascendet fumus eius,] id est. signa euersionis Ierusalem manebunt in perpetuum, vel valdè diu, sicut fumus signum est ignis. Vel. n Ascendet fumus eius,] id est, Idumææ. o A generatione in generationem,] id est, spinæ & vepres & tribuli orientur ex terra diu ex quibus fiet ignis; & ita per consequens ascendet fumus. p Desolabitur] Ierusalem. q In sæcula sæculorum,] id est, diu ab Idumæis, non erit transiens per eam.] Adhuc tamen sunt multi homines in Ierusalem. Sed hoc intelligitur de Iudæis. Romani enim Principes dederunt decretum, vt nullus Iudæus vnquam in Ierusalem reuerteretur. Et propterea Ierusalem non est modò reædificata, vbi erat priùs, sed alibi. Vel, Non erit transiens per eam,] id est, Idumæam, sed erit, scilicet, sicut priùs. s Et possidebunt illam onocrotalus.] Sexta pars, in qua determinat vastitatem terræ & solitudinem per hæc animalia, quæ in desertis habitant. Dicitur ergo: Et possidebunt illam, Ierusalem, vel Idumæam. t Onocrotalus.] *Interlin*, id est, solitarius. Et secundùm hoc idem est, quod Pellicanus, secundum *Ieron*. & secundùm *Haym*. Qui dicunt Onocrotalum esse pellicanum. *Andreas* autem dicit: Iudæi hanc auem dicunt esse, eandem, quæ apud nos dicitur noctua, scilicet, *Chuete* in Gallico. Vndè pro Onocrotalo dicunt nocturnam auem. Vel Onocrotalus est idem, quod *Oriol* in Gallico. Alij Onocrotalum dicunt esse illã auem, quæ in aquis sonitum facit. u Et hericius] animal paruum est ad modum parui porci & spinosum. x Et ibis,] id est, Ciconia, Ibis est auis aquatica, serpentibus inimica. Has aues dicit *Iosephus* à Moyse delatas in bellum contra Æthiopes: quia serpentes habitant in terra illa, per

Et a descendent vnicornes cum eis, & b tauri cum potentibus. c Inebriabitur terra eorum sanguine, & d humus eorum e adipe pinguium: quia f dies vltionis Dñi, g annus retributionis iudicij Sion. Et h conuertentur torrentes eius in picem, i & humus eius in k sulphur. & l erit terra eius in picem ardentem: nocte & die m non extinguetur in sempiternum, n Ascendet fumus eius à o generatione in generationem: p desolabitur in q sæcula sæculorum: r non erit transiens per eam: Et s possidebunt illam t onocrotalus, & u hericius, & x ibis ; & y coruus z habitabunt in ea.

Quinta pars.

Iob. 16. b.

C

quam aditus erat, sicut habes in historiis. y Et Coruus] auis nigra, horribiliter clamans z Habitabunt in ea,] id est, in Ierusalem, vel Idumæa, in quo notatur solitudo terræ: quia ista in terra frequentata non habitant, maximè duo prima. Et in hoc, quod dicit habitabũt & possidebunt, non solùm erunt, sed habitabunt securè: quia ho-
A mo non

Mysticè. a Et descendent vnicornes cum eis,] id est, superbi, quia vnicornis animal valdè superbum est. b Et tauri cum potentibus] indomiti & fortes. De primis dicitur *Amos* 4. a. Audite verbum Domini vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ. Et post. Proiiciemini in Armon. Armon interpretatur Anathema mœroris. Mœror, siue fletus in Ecclesia est, qui quandoque recipiet consolationem, secundum quod dictum est Apostolis: Tristitia vestra vertetur in gaudium. Et *Prouerb*. 14. b. Cor, quod nouit amaritudinem animæ suæ: in gaudio eius non miscebitur extraneus. Sed fletus extra Ecclesiam, & quasi excommunicatus est, qui non recipit consolationem; talis erit mœror eorum. De secundis dicitur *Sap*. 6. b. Fortioribus fortior instat cruciatio, & potentes potenter tormenta patientur.

c Inebriabitur terra eorum sanguine, &c.] id est, infernus peccatoribus replebitur, & fœtebit. Infernus potest dici terra propter ponderositatem, & obscuritatem corporum damnatorum in ipso. Humus autem, quia cœnum ibi & stagnum ignis & sulphuris abundat.

f Quia dies vltionis Domini] quo ad malos.

g Annus retributionis iudicij Sion] quoad bonos. Nota, quod loquens hic de pœna malorum dicit, dies, & vbicunque de hac loquitur, quasi paruum tempus ponit, quia Dominus punit citra condignum, vbicunque autem de retributione bonorum loquitur, maius ponit tempus. Vnde & hic dicitur, annus: quia remunerabit bonos supra meritum.

h Et conuertentur torrentes eius in picem, &c.] Torrentes voluptates mundi, & carnis sunt: quia citò & cum magno impetu transeunt in mare amaritudinis & inferni. Vndè *Apoc*. 18. g. Hoc impetu mittetur acerbitas incendij gehennalis. Vndè *Dan*. 3. c. Non cessabant ministri Regis succendere fornacem naphta, & stupa, & pice, & malleolis. Hoc est, quod dicitur *Ezech*. 38. g. Ignem & sulphur pluam super eum, *supr*, 30. g. Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam.

l Et erit terra eius in picem ardentem.] Valdè esset fugienda praua societas. Qui hoc modo tetigerit picem inquinantem: tunc cogetur tangere picem ardentem. *Eccl*. 13. a. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: sed qui tunc tetigerit picem, ardebit ab ea.

m Non extinguetur in sempiternum,] quia in perpetuum erit ibi, quod comburatur, id est, peccatum.

n Ascendet fumus eius à generatione, &c.] Hoc est, quod legitur *Apoc*. 19. a. Fumus eius ascendet in sæcula sæculorum. *Et* 14. c. Fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum.

r Non erit transiens per eam,] id est, non erit, qui compatiatur damnatis. *Psalm*. 51. Videbunt Iusti, & lætabuntur: & super eum ridebunt & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum. Vel, Non erit transiens per eam, de Paradiso ad infernum. Vndè *Luc*. 16. g. Inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt de nobis transire ad vos, non possint: neque inde huc transmeare. s Et possidebunt illam onocrotalus.] Onocrotalus, vt dicitur, proprio rostro filios suos interficit, & significat omnes illos, qui opera bona, quæ faciunt rostro detractionis, vel gulæ vitio, vel iactantiæ perdunt. u Et hericius, & ibis, &c.] Per hericiũ significatur hypocrita. Hericius enim captus se colligit in rotundũ, ita quod caput & pedes eius videri non possunt; sic hypocritæ cùm reprehenduntur. & initia peccati, & finẽ defensionibus abscondunt. Vndè super illud *Iob*, 41. a. Corpus eius, quasi scuta fusilia, & compactum squamis sese prementibus, dicit *Gregorius*. Per hericium impuræ mentis seséque defendentis duplicitas designatur: Hericius cùm apprehenditur caput, & pedes conspiciuntur, sed apprehensus in sphæram colligitur. Caput cernitur & pedes: quia quo initio peccator ad culpam venerit, vel quibus vestigiis culpa perpetrata sit, cognoscitur; sed adductis excusationibus & vitia iniquitatis & vestigia absconduntur, cùm is, qui corrigit, cuncta, quæ priùs nouerat, amittens tergiuersatione prauæ defensionis inuolutum intra conscientiam peccatorem operit: malitiosæ enim mentis duplicitas sese intra se colligens, absconditur in tenebris defensionis. Ibis, vel ciconia detractorem significat: quia sicut ciconia semper tenet rostrum in posterioribus; sic detractor in malefactis.

a Et extendetur

Et *a* extendetur super eam *b* mensura, vt *c* redigatur ad nihilum, & *d* perpendiculum in *e* desolationẽ. *f* Nobiles eius non erunt ibi, Regem *g* potiùs inuocabunt, & *h* omnes Principes eius erunt in nihilum. Et *i* orientur in domibus eius *k* spinæ & *l* vrticæ, & *m* paliurus in munitionibus eius, & *n* erit cubile draconum, & *o* pascua struthionum, & *p* occurrent Dæmonia † onocentaurus, & *q* pilosus *r* clamabit alter ad alterum. Ibi *s* cubauit lamia, *t* inuenit sibi requiem. Ibi *u* habuit foueam hericius, & *x* enutriuit catulos, & *y* circumfodit, & *z* fouit in *a* vmbra eius. Illuc *b* congregati sunt milui alter *c* ad alterum.

al. † onocentauris.

D

Δ mo non infestabit ea, & quasi sola in terra & diu. *a* Et extendetur super eam,] i. Ierusalem. *b* Mensura, vt redigatur ad nihilum] quasi sicut modò Iudæi sunt diligentes in ædificiis construendis, sic erunt Romani diligentes in destruendis. Vel hoc dicit, quia destructa terra, quoad Iudæos, diuisa est terra & assignata secundũ mensuram colonis. Vel] super eam, i. Idumæã, extendetur mensura, vt redigatur, terra in nihilum, id est, mensurabitur terra colonis, & auferetur a possessoribus; ita quod nihil remanebit eis, ad minus pluribus eorũ, scilicet, quando captiuati sunt. Licet enim hoc non legatur, tamen probabile est. *d* Et perpendiculum] id est, mensura ad mensurandum terram. *e* In desolationem] Iudæorum, vel Idumæorum. Perpendiculum propriè est regula cementarij: Sed hic accipitur communiter pro mensura. *f* Nobiles eius non erunt ibi] sed in captiuitate ducentur à Romanis, vel Assyriis. Vel, non erunt in auxilium. *g* Regem potiùs inuocabunt,] Iudæi Imperatorem Romanum, non Principem de Tribu sua. Vel, Regem potiùs inuocabunt, id est, Regem Assyriorum Dominum suum vocabunt Idumæi. *h* Et omnes Principes eius erunt in nihilum,] id est, in mortem, vel in maximam vilitatem. Vel, in nihilum, quia non potuerunt ferre auxilium populo. *i* Et orientur in domibus eius,] id est, Iudaici populi, vel Idumæi. *k* Spinæ] propter inculturam terræ. In domibus dicit, id est, in locis, vbi fuerunt domus. *l* Et vrticæ] Ad literam quædam herba est spinosa, & pinguis multum viridis. *m* Et paliurus in munitionibus eius,] id est, in locis, vbi fuerunt eius munitiones. Paliurus est ille carduus, cum quo præparantur panni. *n* Et erit cubile draconum.] Hæc addit tanquam signa extremæ solitudinis: quia si prædicta essent ibi, & non ista, posset saltem homo ibi pernoctare, sed cum draconibus nulla est hominis cohabitatio.

o Et pascua struthionum,] ad literam. Vel per hoc notat tantam vastitatem & terræ solitudinem futuram, quãta est in locis, vbi hæc animalia habitant: quia ad literam non leguntur hæc animalia fuisse ibi: vndè potest esse, quòd per illa Ælium Adrianum, qui Ierusalem reædificauit, & cæteros Gentiles, qui habitauerunt cum eo, propter crudelitatem suam & feritatem per ista animalia designauit. Potest tamen hoc esse verum ad literam, etsi non legatur. Terra enim redacta in solitudinem, satis credendum est magnam copiam animalium etiam ferocium ibi fuisse. *p* Et occurrent dæmonia, onocentauris & pilosus] adinuicem. Clamabit alter ad alterum,] id est, vlulabunt contra se inuicem. Vel, occurrent Dæmonia onocentauris, alia litera & pilosus clamabit alter ad alterum, pilosus ad pilosum. Onocentaurus est animal compositũ ex asino & tauro. Onos enim Græcè, Latinè dicitur asinus, cen autem syllabica est adiectio, quasi in quadam parte asinus, in alia taurus. Pilosi sunt simiæ, vel Dæmones incubi, vel animalia quædam, quæ ad modum hominis stant super duos pedes & manibus cum lapidibus & baculis defendunt se à venatoribus. Et dicuntur venatio regia: quia carnes eorum valdè sapidæ sunt.

s Ibi cubauit lamia.] Lamia genus est monstri pedes habens equinos, cætera membra habet in similitudinem mulieris quæ noctu pueros vorare dicitur. Vndè,

Nec pransæ lamiæ puerum viuum extrahat aluo:

t Et inuenit sibi requiem] quasi non est, qui infestet eam præ defectu hominum. *u* Ibi habuit foueam hericius.] Ad literam enim hericius in foueis habitat. *x* Et enutriuit catulos] securè quærendo per terram cibum, & ministrando eis. *y* Et circumfodit terrã, ad literam, vt porcus. *z* Et fouit,] i. nutriuit catulos. *a* In vmbra eius,] i. in cauerna terræ vmbrosa. *b* Illuc congregati sunt milui] qui sunt aues rapaces. *c* Alter ad alterum] clamauit, supple.

Δ *a* Requirite dili

Mysticè. Θ *a* Et extendetur super eam,] id est, Ecclesiam, quæ significatur per Ierusalem. *b* Mensura,] qua Dominus vnicuique reddet iuxta opera sua. *c* Vt redigatur ad nihilum,] quoad malos. *d* Et perpendiculum] æquitas sententiæ.

e In desolationem] damnatorum. Mensura pertinet ad meriti qualitatem, perpendiculum ad iustitiæ æquitatem.

Vel mensura, quæ desuper impletur, remunerationem bonorum notat: perpendiculum, quod deorsum semper tendit punitionem malorum. Vndè 2. *Reg.* 8. a. Mensus est duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum: dicitur de Dauid. De hoc dicitur *Thren.* 2. e. Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Siõ, tetendit funiculum suum, & non auertit manum suam à perditione. Et *Zachar.* 1. d. Perpendiculum extendetur super Ierusalem. *f* Nobiles eius nõ erunt ibi.] Nullus enim nobilis Ecclesiæ erit in inferno, 1. *Reg.* 2. f. Qui contemnunt me, erunt ignobiles. Et *Iob.* 30. b. dicitur de malis: Filij stultorum & ignobilium, in terra penitùs non parentes.

g Regem potiùs inuocabunt,] id est, Christum, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium. *Apoc.* 19. c.

h Et omnes Principes eius erunt in nihilum,] id est, omnes superbi diabolo, qui nihilum vocatur, coniungentur. Vndè *Iob decimo-octauo*, c. Habitent in tabernaculo socij eius, qui non est. Ad diabolum autem dicitur. *Ezech.* 28. c. Nihili factus es: & non eris in perpetuum.

i Et orientur in domibus eius spinæ & vrticæ,] id est, punctiones corporis, quoad subditos.

m Et paliurus in munitionibus eius,] hoc quoad Prælatos. Paliurus plus pungit, quam spina, vel vrtica. Vndè *Mich. septimo*. a. Qui optimus est in eis quasi paliurus: hoc de Prælatis. Et qui rectus, quasi spina de sepe: hoc de subditis. *Ierem. quinto*. b. Ibo ergo ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini & iudicium Dei sui: & ecce ipsi magis fregerunt iugum.

n Et infernus, erit cubile draconum,] inuidiæ.

o Et pascua struthionum] simulationis.

p Et occurrent Dæmonia onocentauris] superbis, qui in oculis Domini asini sunt, & viles, sed in oculis propriis tauri & potentes occurrent ad cognoscendum, ad torquendum, ad impellendum.

q Et pilosus clamabit alter ad alterum,] id est, peccator peccatorem ad malum prouocat. Vndè *Psalm. quadragesimo-primo*. Abyssus Abyssum inuocat. Item, clamabit pilosus alter ad alterum, id est, Diabolus ad Clericum criminum. Nota quod in mundo quidam sunt apertè mali, & sic dracones: quidam occultè, & sic struthiones. Struthio quippe speciem volandi habet; sed vsum non. Vndè *Iob*. d. In persona Iusti. Frater fui draconum, & socius struthionum.

s Ibi cubauit lamia.] Lamiæ sunt prudentes sæculi, sicut dicit *Paschasius super Thren.* Vndè *Thren.* 4. a. Lamiæ nudauerunt mammas, lactauerunt catulos suos: quia prudentes huius sæculi valdè diligentes sunt in acquirendis temporalibus, vndè catulos suos, id est, filios & nepotulos lactent.

t Et inuenit sibi requiem] non cordis, sed angustiam. Inuenit tamen sibi requiem à quæstu.

u Ibi habuit foueam hericius,] id est, in præsenti tempore benè abscondita sunt abscondita cordium. Habet foueam hericius, speciem, scilicet, sanctitatis, in qua latet; sed in inferno foueam habebit, de qua nunquam exibit. Hic enutrit catulos suos, qui eum in operibus imitantur: & terram circumfodit, quia nihil nisi terram quærit. Vndè *Matth. vigesimo-tertio*. b. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes. Hoc est, quod hîc dicitur.

x Et enutriuit catulos,] suos, hoc est, subditos in exemplo suo: & circumfodit & fouit in vmbra eius.

b Illuc congregati sunt milui alter ad alterum.] In hoc mundo congregantur raptores, vt simul rapiant. Vndè *Prouerbiorum primo*. b. Marsupium vnum sit omnium nostrum, omnem pretiosam substantiam reperiemus, replebimus domos nostras spoliis, sortem mitte nobiscum. Sed in inferno milui congregabuntur alter ad alterum, raptores ad Diabolum, vt simul puniantur. Diabolus enim miluus est: vndè & ipsi attribuitur circumuolare, quod propriè milui est, in benedictione fontium, cùm dicitur: non insidiando circumuolet.

Δ a Requirite diligenter] ô vos ciues Ierusalem, qui estis, vel qui tunc futuri estis. b In libro Domini, id est, in hac prophetia mihi à Dño inspirata, quam redegi in librum. c Et legite] attentè. Quid? Ecce d Vnum ex eis,] id est, monstris supradictis. e Non defuit,] in terra prædicta. f Alter alterum non quæsiuit,] quasi certissimè scias, quòd à Domino factum est, qui eos adduxit: Alter enim nõ quæsiuit alterum. Et quasi quis quæreret. Quomodo scis tu, quòd ita futurum est? Respondet. Imò scio.

a Requirite diligenter in b libro Dñi, & c legite d vnum ex eis e non defuit: f alter ad alterũ non quæsiuit: quia g quod ex ore meo procedit, h ille mandauit, & i spiritus eius: ipse k congregauit ea, & l ipse misit eis sortem: & m manus eius n diuisit eam o illis in p mensuram: vsque in q æternum r possidebunt eam: in f generatione & generationem habitabunt in ea.

A Quia quod ex ore meo procedit,] id est, illud, quod ego loquor. h Ille mandauit] Dñs. i Et spiritus eius,] id est, Spiritus sanctus, id est, ipse per Spiritum sanctũ inspirauit mihi. Vel sic: Ille mandauit, & pòst spiritus eius congregauit ea, id est, Dominus congregauit prædicta monstra, licet non consueuerint esse in terra sancta: & hoc faciet spiritus eius, id est, indignatio sua, hoc est, ipse ex indignatione sua. l. Et ipse misit eis sortem,] i. vnumquodque habitare faciet in loco suæ naturæ competenti. m Et manus eius,] id est, potentia Dei. n Diuisit eam,] id est terram.

o Illis prædictis animalibus. p In mensuram,] id est, secundùm proportionem terræ vnicuique congruentem.

q Vsque in æternum,] id est, valdè diu. Vel, Vsque in æternum, quoad Iudæos, qui in sempiternum terram perdiderunt, Et si alij habitent. r possidebunt eam] quasi suam, siue dominium Iudæorum.

f In generatione & generationem habitabunt in ea, id est, valdè diu simpliciter, vel quoad Iudæos semper habitabunt ibi prædicta animalia, vel homines monstruosi figurati per illa, vel in terra Idumæorum. Hoc idem posset totum exponi & de captiuitate Babylonica: Et plana est expositio satis.

Mysticè. Θ a Requirite diligenter] Istud potest dici pigris Scholaribus. b In libro Domini] non Galeni non Iustiniani. c Et legite: vnum ex eis non defuit,] quia sermo Domini non potest in vacuum ire. Vnde *Matth.* 24. c. Cœlum & terra transibunt; verba autem mea non præteribunt. Item liber Domini sunt capitula Ecclesiarum: in quibus omnia prædicta monstra facilè reperirentur, si quis vellet diligenter inspicere.

g Quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius.] Isti debent esse sermones Prælati, Prædicatoris & Doctoris, quæ, scilicet, Deus mandat, non otiosa, non turpia, non iniqua. Vndè *Ezech.* 3. d. Audies verbum ex ore meo; & annunciabis eis ex me.

h Ipse congregauit ea] Dominus in Ecclesia prædicta monstra congregauit permissiuè.

l Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram.] Dominus enim terram, id est, terrenorum abundantiam dedit malis in præsenti in sortem: quia de hæreditate patris habebunt aliam portionem.

q Vsque in æternum possidebunt eam.] Mali Prælati & pomposi valdè diu possident Ecclesias suas, etiam post mortem: quia tot & tantis debitis obligant eas, quòd vix possunt solui.

f In generatione & generationem habitabunt in ea,] vel in se, vel in nepotulis. Vnde *Psalm.* 82. Qui dixerunt: hæreditate possideamus sanctuarium Dei.

EXPOSITIO CAP. XXXV.

LÆtabitur deserta & inuia.] Secundum *Ioan.* & *Haymonem*, litera ista de vocatione Gentium tota exponitur. Secundùm *Andream* autem literaliter exponitur de prosperitate, quam habuerunt Iudæi in reditu de captiuitate Babylonica. Vndè *Andreas* sic continuat. Terra inimicorum Iudæ redacta in solitudinem sempiternam: terra promissionis multis diebus deserta, post hæc, lætabitur, &c. Hebræi autem sic: Idumæa destruetur, & nunquam reparabitur; Iudæa verò licèt vastanda sit, reparabitur. Diuiditur autem hoc capit. in quatuor partes. In prima agit Auctor de fertilitate terræ reddenda. In secunda de sanitate corporis Iudæis præstanda, *ibi*: Confortate manus dissolutas. In tertia de nociuorum animalium remotione, *ibi*: In cubilibus. In quarta de iucunda Iudæorum liberatione, *ibi*: Et ambulabunt, qui liberati fuerint. Dicit ergo: t Lætabitur deserta.] id est, Iudæa priuata fructibus.

u Et inuia] hominibus.

x Et exultabit solitudo] id est, Iudæa redacta in solitudinem post septuaginta annos exultabit in habitatoribus suis, vt sit metonimia. Vel ipsa terra exultabit, id est, quasi læta fructus reddet, quib. priuata fuerat quasi tristis: sicut pratum dicitur ridere, quando floret, tropicè.

CAP. XXXV.

t LÆtabitur deserta, & u inuia: & x exultabit solitudo, & y florebit quasi liliũ. z Germinans germinabit, & a exultabit lætabunda, & b laudans.

y Et florebit, quasi lilium,] id est, pulchrè & diu, sicut lilium florem durabilem habet. *Andreas*. Diutinâ fertilitate prosperabitur.

z Germinans germinabit,] id est, abundanter germinabit, quod notatur per iterationem.

a Et exultabit lætabunda, & laudans, id est, corde, ore, & opere laudabit quoad habitatores, vel abundanter erit materia laudis Dei, quoad ipsam terram.

Δ a Gloria Liba-

Mysticè. In hoc capitulo agitur de vocatione Gentium. Et hoc quia priùs dixerat de captiuitate Iudæorum. Dicit ergo. *Mysticè.*

t Lætabitur deserta & inuia,] id est, Gentilitas, quæ ante conuersionem erat infructuosa bonis operibus, quæ non habebat viam fidei, spei, & charitatis.

Et moraliter. t Lætabitur,] præ multitudine filiorum, vt *infrà* 54. a. Lætare, sterilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet virum, id est, quàm Iudææ. *Galat.* 4. d.

x Et exultabit solitudo,] id est, priùs deserta Gentilitas, quoniam de solitudine fient deliciæ, & hortus Domini. Vndè *infrà* 51. a. Ponet desertum eius, quasi delicias: & solitudinem eius, quasi hortum Domini.

y Et florebit, quasi lilium,] per odorem bonæ famæ in membris suis. Vndè 2. *Corinth.* 2. d. Christi bonus odor sumus Deo. Boni enim, qui sunt membra Ecclesiæ, comparantur lilio. Vndè in Ecclesia dicitur *Cantic.* 2. a. Sicut lilium inter spinas; sic amica mea inter filias. *Psalm.* Iustus germinabit, sicut lilium. Et *Osea vltim.* c. Ero, quasi ros: & Israel, quasi lilium germinabit.

Lilium comparatur Iusto, quia sicut lilium deorsum hispidum est, superiùs autem pulchrum: sic Iustus quidem in præsenti sordidus; sed in cœlesti patria superiùs erit pulcher, quando auferentur ab eo sordida vestimenta: sicut de Iesu magno Sacerdote dicitur *Zachar.* 3. b. Auferte ab eo vestimenta sordida. Et *Sap.* 3. b. Fulgebunt Iusti sicut Sol. *Iustus comparatur lilio propter multa.*

Item lilium altum est, & tumorem mitigat; sic Iustus altus est per eminentiam vitæ, & tumorem superbiæ sedat per humilitatem. *Matt.* 13. f.

Item lilium candidum est & odoriferum; sic Iusti candidi sunt in conscientiæ puritate; sed odoriferi per redolentiam bonæ famæ. Item granum habet subrubeum, quod significat charitatem viæ: sed ad plenum rubeum erit & perfectè, quando caminus fiet in Ierusalem, qui modò igniculus est in Sion. *Suprà* 31. d. Item lilium sex folia habet, per quæ in Iusto sex opera misericordiæ designantur. Item lilium folia habet recurua; sic Iusti post bona opera ad suiipsius considerationem reuertuntur. Sequitur.

z Germinans germinabit.] Germinans in Prælatis, germinabit in subditis: Germinans in Clericis, germinabit in laicis: Germinans in Claustralibus, germinabit in sæcularibus: Germinans in fide, germinabit in moribus: Germinans in vita, germinabit in scientia: Sed heu! hodie omnia prædicta germina igne cupiditatis, luxuriæ, detractionis, siue inuidiæ combusta sunt. De primo dicitur *Deut.* 32. c. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima: deuorabitque terram cum germine suo: & montium fundamenta comburet, id est, Prælatorum. De secundo dicitur *Iob.* 31. b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina. a Exultabit lætabunda,] corde. b Et laudãs] ore.

Θ a Gloria Liba-

A a Gloria Libani,] id est, templi, quod ædificatum est de lignis Libani. b Data est ei,] id est, dabitur Iudææ.
c Decor carmeli] qui est mons fertilissimus consitus arboribus pomiferis & vineis.
d Et Saron,] quæ est regio abundans frugibus, quasi dicat, terra vestra in reditu erit pulcherrima, & fertilis arboribus, & vineis, & frugibus. e Ipsi] Iudæi, qui reuersi fuerint. f Videbunt gloriã Domini, & decorem Dei nostri] id est, triticũ terræ datum à Deo, in quo ipse Dominus apparebit gloriosus. Vel, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri, id est, gloriosum Dei auxilium ad debellandos hostes, id est, vicinas nationes ad honorem Dei: In quo gloria Domini & honor apparuit: quia licet fatigati essent longo itinere, & longa captiuitate afflicti; tamen inuitis nationibus vicinis ædificauerunt templum & ciuitatem, expugnantes eas Domino præbente auxilium, vt patet in *Esdra*, & *Aggæo* ferè per totum.

infr. 60. e.

B

al. † pusillanimis.

a Gloria Libani b data est ei, c decor Carmeli & d Saron. e Ipsi f videbunt gloriam Dñi, & g decorem Dei nostri. h Confortate manus dissolutas: & i genua debilia roborate: k Dicite: † l Pusillanimes, confortamini, m & nolite timere: Ecce n Deus noster vltionem adducet retributionis: o Deus ipse p veniet & p saluabit nos: q Tunc aperientur oculi cæcorum, & r aures surdorum patebunt. f Tunc saliet, sicut ceruus claudus,

h Confortate manus dissolutas, &c.] quasi dicat, Omnia membra vestra, quæ priùs erant debilia & infirma; tunc confortabuntur. Vel sic, quia maximam infestationem sustinuerunt ab inimicis in reditu suo, & ipsi debiles erant, vt dictum est, ideò conuertit Propheta sermonem ad Aggæum, Esdram, & Neemiam, vt animarent alios, & tanquam toto corpore debiles confortarent. Vndè dicit: Confortate manus dissolutas, id est, homines debiles in manibus.
i Et genua debilia roborate] id est, habentes genua debilia. Et per hæc duo totius corporis infirmitas designatur.
k Dicite] vos maiores minoribus. Quid? Ecce:
l Pusillanimes, confortamini] quasi confortate etiam timidos corde.
m Et] dicite, resume, nolite timere, vos debiles prædicti. *Andreas* dicit, pusillanimis.
n Ecce Deus noster vltionem adducet retributionis,] id est, vindictam faciet nobis retribuens inimicis nostris, secundùm quod nobis fecerant.
o Deus ipse,] qui potens est. p Veniet & saluabit nos,] id est, à captiuitate liberabit. Per hoc, quod dicit, ipse, excitat ad securitatem.
q Tunc aperientur oculi cæcorum] Ad literam, illi, qui erant in carcere clausi non videntes, & quasi cæci, quasi recuperabunt visum venientes ad lumen.
r Et aures surdorum patebunt] Homo enim, qui diu clausus non audiuit, quasi surdus factus est. Sonus enim innouat auditum. Vndè *Eccl.* 38. c. de fabro dicitur. Vox mallei innouat aurem eius. f Tunc saliet sicut ceruus claudus.] Ceruus claudus videtur saltare magno saltu, etiam quando passu vadit propter læsuram pedis: ita illi, qui egrediebantur de captiuitate, quasi saltabant præ gaudio liberationis, & reditus ad terram suam.

A a Et aperta

Mysticè.

a Gloria Libani data est ei] id est, decor conscientiæ puræ. Vndè 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.
c Decor Carmeli,] id est, scientia circuncisionis spiritualis. *Colossen.* 2. b. Circumcisi estis circuncisione spirituali, non manufacta,
d Et] decor, resume, Saron, datus est ei, id est, decor & fructus pœnitentiæ. Saron interpretatur cantus tristitiæ. Vndè *Heb.* 12. d. Omnis disciplina in præsenti non videtur esse gaudij; sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Item.
a Gloria Libani data est ei, id est, Ecclesiæ quoad virginum candorem. Libanus enim interpretatur candidatio.
c Decor Carmeli,] id est, scientia circumcisionis veræ, quoad abiectionem superfluitatis temporalium per prudentiam Confessorum.
d Et] decor, Saro, id est, cantantium tristitiam, siue in tristitia, quoad patientiam Martyrum.
e Ipsi videbunt gloriam Domini.] *Gloss.* Vnam substantiam Patris & Filij & Spiritus Sancti.
g Et decorem Dei nostri] quomodo Pater in filio, & filius in Patre, & Spiritus Sanctus in vtroque. Et intelligitur hoc de bonis, Idem.

e Ipsi videbunt gloriam Domini] quoad Diuinitatem: à qua gloria tolletur impius, ne videat gloriam Dei.
g Et decorem Dei nostri] id est, Christi, qui specialiter noster est, id est, glorificatam & vnitam Deitati ipsius humanitatem.
h Cõfortate manus dissolutas.] Hoc dicitur Apostolis, vt malè operantes corrigant. Vndè ipsis dictũ est: Ite, docete omnes Gentes. *Matth. 28. d.*
i Et genua debilia roborate] id est, gressus hominum errantium in idololatria reuocate. Vndè Paulus hæc duo implens clamabat: Remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. *Heb.* 12. d.
k Dicite] vos Apostoli.
l Pusillanimes confortamini,] id est, ne cadant in desperationem, cauete. Vndè *Act.* 3. c. Et nunc, fratres, scio, quòd per ignorantiam fecistis, sicut & Principes vestri: Deus autem, qui prænunciauit per os omnium Prophetarum pati Christum suum, sic impleuit. Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra.
n Ecce Deus noster vltionem adducet retributionis] quoad malos.
o Deus ipse veniet, & saluabit nos.] Primum prædicauerunt Apostoli, id est, æterni supplicij comminationem, secundum, id est, bonorum æternorum promissionem. Primum prædicauerunt vt per timorem vnius Dei timores aliorum Deorum, id est, idolorum expellerent. Secundum vt solùm Gentiles salutem à vero Deo quærerent. Item primùm prædicauerunt, vt peccatores per comminationem suppliciorum terrendo à vitiis reuocarent. Secundum vt incipientium spem roborando ad æterna præmia perfectiùs animarent.
Moraliter. h Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate.] Hoc dicitur diuitibus, vt pauperes, ad literam, manibus, & pedibus, & toto corpore debiles confortent per eleemosynarum largitionem. Dicitur etiam Prædicatoribus & Prælatis, vt debiles in operibus & desiderio æternorum roborent per doctrinæ sanæ & exempli boni exhibitionem. De primo, *Prou.* 19. c. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. De eodem, *Prou.* 18. c. Donum hominis dilatat viam eius. De secundo dicitur *Eccl.* 18. b. Qui misericordiam habet, & docet, & erudit. Et nota ordinem. Primò, dictum est: Gloria Libani data est ei. Et post: Confortate manus dissolutas. In quo signatur, quòd homo post puræ conscientiæ testimonium debet prædicationem assumere: Vndè cùm dixisset Dominus Petro: Ego oraui pro te: Adiunxit: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. *Luc.* 22. d. Sed quid prædicabunt? Ecce. k Dicite] pauperibus, scilicet, & tribulatis. l Pusillanimes, confortamini; & nolite timere. Ecce Deus noster vltionem adducet retributionis. Deus ipse veniet, & saluabit nos.] Hæc tria maximè prædicanda sunt tentatis & pauperibus, vt paupertatem & angustias, quas habent, sustineant patienter, imò & libenter & gaudenter, vt de affligentibus se vltionem in præsenti non appetant: vt pro malis præsentibus futura gaudia cœlestis regni expectent. De primo dicitur *Rom.* 12. e. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. De secundo dicitur *Eccl.* 28. a. Qui vindicari vult a Domino, inueniet vindictam. De tertio 2. *Corint.* 4. d. Id, quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Propter hoc dicitur *Luca* 12. g. Nolite timere, pusillus grex: complacuit enim Patri vestro dare vobis regnum.
o Deus ipse veniet, & saluabit nos.] Prophetia est de primo aduentu, ipse non alius: sed ipse in persona propria filius Dei. Vndè *infr.* 52. b. Ego ipse, qui loquebar, olim, scilicet, Moysi & Prophetis: Ecce adsum. Et *infr. eodem.* c. Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cùm conuerterit Dominus Sion. p Et saluabit nos,] à culpa, à miseria, à gehenna. q Tunc aperientur oculi cæcorum.] Ad literam, oculi cæcorum in aduentu Christi aperti sunt: *Matt.* 9. d. 12. b. 15. c. 20. d. & 21. b. *Marc.* 8. c. 10. g. *Ioan.* 9. b. r Et aures surdorum patebũt] *Marc.* 7. d. f Tunc saliet, sicut ceruus claudus.] Ad literam enim Dñs multos claudos erexit. *Matth.* 11. a. & 15 e. *Ioan.* 5. b

Moral.

a Et aperta erit lingua mutorum] quasi dicat, securè loquentur, & non balbutiendo, qui antè præ timore hostium non audebant loqui. Vel hoc dicit, quia combusta lege à Babyloniis, erant Iudæi, quamdiu in captiuitate fuerunt, quasi cæci, non videntes, quò ambulare deberent: & quasi surdi nō audiētes lectiones Scripturæ, & præcepta Domini: & quasi claudi non valētes ambulare in operibus legis propter seruitutis coactionem, & quasi muti spiritualiter, non audentes loqui de lege, secundùm quod deberent. Sed postquam redierant, & Esdras reparauerat bibliam: tunc recuperauerūt omnes spirituales sensus. Vndè dicit, Tunc, in reditu populi reparata biblia ab Esdra: Aperientur oculi cæcorum, Iudæorum, qui priùs erant cæci spiritualiter, ad clarè videndum in Scripturis: Et aures surdorum: Iudæorum, priùs surdorum, quare non audiebant præcepta Dei, patebunt, ad audiendum attentè, sicut legitur in Esdra 9. & 10 *per totum*, Tunc saliet, sicut ceruus, id est, fortiter, & lætanter: Claudus, Iudæus, qui priùs claudicauit in via Dei, nesciens quò pedem poneret, nec valens seruare legem in captiuitate.

D

& a aperta erit b lingua mutorum: c quia scissæ sunt in d deserto e aquæ, & f torrentes in g solitudine, & quæ h erat arida i in stagnum, & k sitiens in l fontes aquarum. In m cubilibus in quibus priùs Dracones habitabant, orietur n viror calami, & iunci, & o erit ibi semita, & p via sancta vocabitur. Non q transibit per eam pollutus: & hæc r erit vobis directa via, ita vt s stulti non errēt per eam. Non t erit ibi leo, & mala u bestia non x ascendet per eam, nec y inuenietur ibi.

a Et aperta erit] ad Dei laudem, ad filiorum instructionem.

b Lingua mutorum] Iudæorum, priùs erant tacentes à laude Dei, & doctrina legis, quasi muti.

c Quia scissæ sunt in deserto aquæ,] quasi propter hoc, ita salient & gaudebunt: quia habebunt copiam aquarum, ac si scissæ essent petræ in deserto, & emanarent inde aquæ per quas fructificabit terra. Vel hoc refertur ad illud *sup.* a. Gloria Libani data est ei, quasi dicat, propter hoc ita fertilis erit terra. quia scissæ sunt in deserto aquæ] id est, aquæ emanabunt in desertis etiam, ac si lapides essent scissi, & inde flueret aqua. f Et torrentes] aquarum, g In solitudine.] erunt, vbi minus abundare solent aquæ. h Et quæ erat arida,] id est, terra, quæ priùs sicca erat i In stagnum] erit supple.

k Et sitiens,] id est, terra scissa siccitate, ac si sitiret.

l In fontes aquarum] quibus irrigabitur, & fœcundabitur.

Tertia pars. m In cubilibus:] Tertia pars, in qua dicit, quòd mala animalia, & nociua non erunt ibi.

m In cubilibus, in quibus priùs, &c.] id est; in locis, in quibus, quasi in cubilibus, priùs securi dormiebant dracones, ad literam n Orietur viror. &c.] ad ornandas domos. o Et erit ibi semita] id est, via reparabitur: quia priùs tempore vastitatis destructa erat. p Et via) illa, sancta, vocabitur: quia per illam ascendent Iudæi ter in anno ad solemnitatem in Ierusalem, sicut solebant.

q Non transibit, &c.] id est, Gentilis non habitabit ampliùs in terra, nec transibit per eā. r Et hæc erit vobis, &c.] quasi dicat, ita erit frequentata, & scietur ab omnibus, quòd non poterit ibi errari. t Non erit ibi leo,] ad literam, non erit ad nocendum, vt prius. u Et mala,] aliqua prædictarum. x Non ascendet,] ad literam, non erit ad nocendum.

y Nec inuenietur ibi,] quæsita, cùm tamen priùs occurreret non quæsita, vt dictum est in alio capitulo

Δ a Et ambulabunt

Mysticè. ⊖ a Et aperta erit. Multis enim mutis reddidit Christus loquelam. *Matth.* 9. & 12. b. *Mar.* 7. d *Luc.* 11. b. Similiter, & multa alia leguntur fecisse Apostoli, & maiora. Vndè *Ioan.* 14. b. Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet. Spiritualiter etiam in Apostolorum prædicatione cæcis infidelibus visus spiritualis redditus est, id est, recta Dei cognitio per fidem. Surdis, id est, inobedientibus redditus est auditus, id est, obedientia per spem. Claudicantibus in malis operibus redditus est gressus ad opera bona per charitatem. Multis etiam reddita est lingua, quoad rectæ doctrinæ eruditionem. c Quia scissæ, &c.] Baptismi. d In deserto,] in Gentilitate priùs ab omni bono deserta. Vel e Aquæ] Scripturarum, quæ in lege tenebrosæ erant, in nubibus æris scissæ sunt, & apertæ factæ in deserto Ecclesiæ. f Et torrentes] gratiarum, quæ in hyeme tribulationum abundant. g [in solitudine] Gentilitatis. Vndè *LXX.* Eruperunt Gentium aquæ *infr.* 41. e. Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum, *sup.* 30. f. Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum riui currentium aquarum. h Et quæ erat arida] ab humore gratiæ, & sine aquis Scripturæ, & pœnitentiæ, scilicet. Gentilitatis. i In stagnum] abundantis scientiæ, effluentis gratiæ, Baptismi mundantis peccata, supple conuersa est.

k Et sitiens) potum doctrinæ. l In fontes aquarum,] in diuersas expositiones Scripturarum. Item. c Scissæ sunt in deserto,] claustri. e Aquæ lachrymarum pro peccatis propriis, vel proximorum ex compassione. f Et torrentes in solitudine,] id est, hyemales lachrymæ pro incolatus miseriæ. h Et quæ erat arida] in sæculo. i In stagnum] id est, in abundantiam lachrymarum. k Et sitiens] patriam cœlestem. l In fontes aquarum] id est, in lachrymas dulces, & ebullientes continuè pro dilatione patriæ. De primis lachrymis dicit *Psal.* 6. Lauabo per singulas noctes lectum, id est, pro singulis peccatis conscientiam meam. Et *Ierem.* 9. a. de lachrymis pro peccatis proximorum. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, vt plorem interfectos populi mei? De secundis in *Psalm.* 119. Heu mihi! quia incolatus meus prolongatus est. De tertiis in *Psalm.* 41. similiter. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. m In cubilibus: in quibus, &c.] id est, in mentibus Gentilium, in quibus priùs habitabant Dæmones volantes per superbiam, venenati per inuidiam, orietur calami humilitatis, & iunci charitatis. Per calamum significatur humilitas propter tria. Primò, quia verè humilis est vacuus ab omni bono in oculis suis. Secundò, quia altus est in conspectu Dei, vt calamus. *Luc.* 18. c. Qui se humiliat, exaltabitur. Tertiò, quia humilitate scribuntur proprij defectus in corde hominis. Nota, quòd est calamus mensuræ. *Ezech.* 40. a. In manu viri calamus mensuræ. Item calamus Scripturæ. *Psalm.* 44. Lingua mea calamus Scribæ. Item calamos peccator. *Iob.* 40. c. Sub vmbra dormit in secreto calami Item iuncus, quia ardet in lampadibus, significat charitatem, quæ ardet continuè in cordibus Electorum. Propter hoc vocatur Sponsa, vt ab istis cubilibus exiens veniat ad coronam, à cubilibus, scilicet, Leonum de montibus Pardorum. *Cant.* 4. b. o Et erit ibi semita consiliorum, & via præceptorum. Vndè *supr.* 2. a. Docebit nos vias suas: & ambulabimus in semitis eius. De his dicitur *Prouerb.* 3. c. Viæ eius viæ Pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ. p Et via sancta vocabitur,] id est, sine multitudine terræ, & temporalium in claustris Religiosorum.

q Non transibit per eam pollutus,] id est. Diabolus pollutus superbia, inuidia, homicidio, mendacio, non transibit per claustrum sic mundatum temporalibus; sed circuit, tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret. 1. *Petr.* 5. b. Sanctitas enim, id est, munditia à temporalibus: quia sanctus idem est, quod agios, ab, à, quod est sine, & ge, quod est terra, id est, sine terra: prohibet Dæmones à transitu per claustrum. Vndè *Ioël* 3. d. Erit Ierusalem sancta: & alieni non transibunt per eam ampliùs. *Naum infr.* d. Non adiiciet vltra, vt pertranseat in te Belial. r Et hæc erit vobis directa via. Directa via veniendi ad cœlum est Euangelium, siue præcepta, sed rectior consilia; sed rectissima paupertas. Vnde *Matt.* 5. a. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Et* 19. c. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia, quæ possides, & da pauperibus: & veni, sequere me: & habebis thesaurum magnum in cœlo. s Ita vt stulti non errent per eam.] In via Euangelica non contingit errare, qui diligenter attendit, sicut in via legis contingebat, quia planæ sunt viæ præceptorum Euangelij: non in figuris, sicut in præceptis legis: nec præcepit Euangelium contraria; lex autem quasi contraria præcipiebat. t Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi,] id est, in Ecclesia. Et si numero, tamen merito non est ibi leo superbiæ, nec mala bestia, quæ alios vastat, inuidiæ, vel luxuriæ. Maximè autem in claustro non debet esse leo iactantiæ, vel arrogantiæ, inanis gloriæ: Nec mala bestia detractionis, inuidiæ, odij, luxuriæ, auaritiæ ascendere debet, id est, vincere per operis impletionem, nec etiam ibi inueniri per turpem cogitationem. Hodiè tamen hæc omnia Ecclesia, & in claustris inueniuntur: Et hoc, quia Religio sanctitatem dereliquit, & abundantiam temporalium cumulauit. Vndè *Ezech.* 26. b. Comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum: machinas, & arietes temperabit in muros tuos.

⊖ a Et ambulabunt

Quarta pars. a Et ambulabunt.] Quarta pars, in qua agit de iucunditate Iudæorum pro liberatione sua dicens: et ambulabunt securè & gaudentes. b Qui liberati fuerint] a seruitutis vilitate. c Et redempti à Domino] id est, per Dominum a pœna & tribulatione. d Conuertentur] vertentes tergum ad Chaldæã, & faciem ad terram suam. e Et venient in Sion] id est, in Ierusalé, in qua erat mons Sion à parte totum. Vel, in Sion ad literam, id est, in montem, vbi priùs fuit téplũ.

Et a ambulabunt, b qui liberati fuerint, & c redempti à Domino: d conuertentur, & e venient in Sion cũ f laude, & g lætitia sempiterna h super caput eorum. i Gaudium k & lætitiam l obtinebunt: & m fugiet dolor & n gemitus,

f Cum laude] oris

g Et lætitia sempiterna cordis.

h Super caput eorum] i. in mẽte ipsorum. Vel lætitia sempiterna, id est, signa lætitiæ sempiternæ, id est, magnæ, super caput eorum. Fortè enim ad literam portabant serta de floribus.

i Gaudium & lætitiam obtinebũt, id est, valdè gaudebunt & diu. Gaudium interiùs & lætitia exteriùs.

C A P. XXXVI.

A *4.Reg.18.c.* *2.Paral.32.a.* ET o factum est in p quartodecimo anno Regis Ezechiæ: q ascendit Sẽnacherib Rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas, r & cepit eas. Et misit s Rex Assyriorum Rapsacen de t Lachis in u Ierusalem ad Regem Ezechiam in x manu graui: & y stetit in z aquæductu piscinæ superioris in a via agri fullonis.

m Et fugiet dolor] cordis. n Et gemitus, id est, suspiria, quæ proueniunt ex dolore.

Mysticè. o a Et ambulabunt] de virtute in virtutem, de sancto proposito in bonum opus. b Qui liberati fuerint] à seruitute peccati & Diaboli, à carcere t. mortis legalis, ab infirmitate cæremoniarum eius, quæ quidem morbum ostendebat, sed non curabat. c Et redempti à Domino] non corruptibilibus auro & argento, sed pretioso sanguine agni incontaminati & immaculati Christi Iesu. 1. *Pet.* 1.d. d Conuertentur] de idolis ad Deum, de vitiis ad virtutes, de mundo ad claustrum. e Et venient in Sion] id est, in Ecclesiam militantem, in claustrum, & tandem in Ecclesiam triumphantem.

f Cum laude] cordis, oris, & operis. Item, cum laude, Dei pro euasione vanitatis idololatriæ, pro cognitione deceptionis mundanæ, pro euasione omnis miseriæ g Et lætitia sempiterna super caput eorum] super manentem in præsenti per spem in futuro per speciem. i Gaudium) conscientiæ. k Et lætitiam) hilaritatis faciei & conuersationis honestæ. l Obtinebunt] Religiosi. Item i Gaudium) stolam animæ. k Et lætitiã) quæ exterior est, vel corporis stolam. l Obtinebunt) Electi. *inf.* 51. d. Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt. m Et fugiet dolor) de peccatis commissis.

n Et gemitus) de miseriis. *sup.* 25. c. Auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie. *inf.* 61. c. Lætitia sempiterna erit eis. *Apoc.* 7. d. Non esurient, neque sitient amplius: & non cadet super illos Sol, neque vllus æstus. *Et*, 21. a. Mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor. Hoc est, quod dicitur in loco isto.

E X P O S I T I O C A P. XXXVI.

ET factum est in quartodecimo anno Regis Ezechiæ, &c.) In hoc capitulo determinat Propheta de ascensu Sennacherib in Ierusalem De quo etiam legitur, 4. *Reg.* 18. Hic etiam dicitur in *Gloss* quod liber Paralipomenon consentit venisse Salmanasar sexto anno Ezechiæ; tamen in Paralipomenon non legitur hoc. Sed propter hoc consentire dicitur, quia non contradicit. Et nota, quòd primò vastauit decem Tribus Phul Rex Assyriorum sub Manahem Rege Israel, sicut legitur 4. *Reg.* 15. d. Secundò vastauit eos Teglarphalasar sub Phacee filio Romeliæ. 4 *Reg.* 15. f. Similiter tertiò Salmanasar sub Osea Rege Israel, totam vastauit Samariam. 4. *Reg.* 17. a. Quartò Sargon, qui expugnauit Azotum *sup* 20 a. Quintò Asaraddon, qui translato Israel Samaritanos cultores misit in Iudæam 4. *Reg.* 17. d. Sextò Sennacherib sub Ezechia Rege Iuda Ierusalem obsedit, vt hic, & 4 *Reg* 18. sicut hic dicit *Gloss.* Sacra narrat historia, &c. Sed tamen hoc videtur falsum: quia Asaraddõ fuit filius Sennacherib. sicut legitur *Inf.* 37.

g Propterea dicunt quidam, quod omnia prædicta nomina fuerunt Sennacherib, & quòd ipse omnibus prædictis nominibus appellatus est, & quod legitur primò & secundò & tertiò, &c. sic glossandum est. Ascendit, idem tamen fuit; sed ascendit multotiens: *Ieron.* tamen dicit hoc esse falsum, Dicit ergo. o Et factum est) istud. Et continuat. Rex Assyriorum iam decem Tribus captiuauerat, & iam multas ciuitates vastauerat. Et factum est, post hæc. p In quartodecimo anno Regis Ezechiæ) non quartodecimo anno ætatis Ezechiæ, sed regni eius. q Ascendit Sennacherib Rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas) i. super maiorem partem. Munitas dicit, quia ad munitas priùs cucurrit, vt illis captis facilius haberet alias. r Et cepit eas) i. multas ex eis. s Et misit Rex Assyriorum Rapsacen.] Hunc Rapsacen quidam dicunt filium fuisse Isaiæ Prophetæ, qui iuerat ad Regem Assyriorum, quia non honorauerat eum Rex Iuda iuxta nobilitatem suam; & constituerat eum Rex Assyriorum Principem militiæ suæ. Alij dicunt, quòd quidam Samarites fuit, & ideò sciebat loqui Hebraicè. t De Lachis] quam tunc expugnauit.

u In Ierusalem ad regem Ezechiam) mandans, vt veniret loqui ad eum extra Ierusalem.

x In manu graui) id est, in multitudine exercitus magna. vt terreret Ezechiam & populum: & per hoc redderent se.

y Et stetit Rapsaces in aquæductu piscinæ superioris.] Erat in Ierusalem piscina quædam quæ dicebatur inferior: quia inferior erat situ, & recipiebat aquam per conductum ab illa piscina superiori. Piscina autem superior erat extra Ierusalem, à qua fluebant aquæ per conductum. Et ibi stetit Rapsaces, vt loqueretur ad populum, vel ad Ezechiam inde. a In via agri fullonis] id est, in via per quam itur ad agrum, vbi manebant fullones. Accipitur enim singulare pro plurali.

b Manebant

Mysticè. o Et factum est in quartodecimo anno.] Ezechias *Mysticè.* in hoc loco gerit typum cuiuslibet Christiani, vel magis propriè Prælati, sed propriissimè Religiosi Ciuitates Iuda sunt Ecclesiæ, vel congregationes laicorum. Ierusalem verò claustralium. Sennacherib autem gerit typum principis Dæmoniorum. Rapsaces verò gerit typum satellitum eius. Captis ergo ciuitatibus Iuda, id est, sæcularium congregationibus per peccatum, mittit Diabolus, qui est Sennacherib Rapsacen, id est, satellites suos ad capiendum Ierusalem, & Ezechiam captiuandum, id est, ad destruendam Religionem, & Religiosum perdendum. Hoc est, quod in *Iob* 40. legitur. Vnde congruè dicitur, Sennacherib, qui interpretatur tollens deserta, i. claustra. Et competenter dicitur Rex Assyriorum, qui interpretatur directi superbi enim directi sunt, vel erecti. Et de Diabolo dicitur. Ipse est Rex super omnes filios superbiæ. *Iob.* 41. d Et notabile est, quòd quartodecimo anno dicitur ascendere, & nõ antè: quia postquam homo nititur custodire Quaternarium Euangelij, & Decalogum præceptorum, quæ per quatuordecim, quod ex quatuor & decem constat, designantur, grauiùs impugnatur à Diabolo aduersario, quia tunc infamat Diabolus se contemni. Vnde *super Exod* 5. dicit *Gloss* Pharao contemptus surgit in scandala. Et *Greg.* Illos pulsare negligit, quos iure quieto possidere se sentit. De Lachis autem mittit Diabolus, quæ interpretatur sibimet vir: quia nihil est, per quod magis infestat Religiosos Diabolus, quam per proprium sensum De qua signanter Rapsacen mittere dicitur qui interpretatur multus osculo, quia per hoc sæpe capiuntur Religiosi: quoniam deosculantur manus suas, id est, complacent sibi operibus suis. Contra quod dicit *Iob.* 31 c. Si deosculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, quia maximos & multos deiicit. Et negatio contra Deum altissimum, quia glorians & complacens in operibus suis, qui soli Domino de illis gloriari deberet, quasi Deum Auctorem istorum negat, ea sibi ascribens Quod autem in multitudine graui venisse dicitur, significat, quòd Diabolus cum maiori impetu & sollicitudine infestat Religiosos, quàm sæculares: & quoslibet post aggressionem bonæ vitæ, quam antè. Vnde *Eccl.* 2. a. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Et *Matt* 12. d. legitur quòd Diabolus inueniens domum mundatam scopis & ornatam, vadit & assumit septem Spiritus nequiores se: & ingressi habitant ibi.

y Stetit] autem ipse Rapsaces.

z In aquæductu piscinæ superioris in via agri fullonis.] Aquæductus, per quem à piscina superiore, quæ est Christus, fons vitæ, fluunt aquæ gratiæ in piscinam inferiorem, id est, in cor no-

a Manebant enim ibi fullones propter copiam aquarum, quibus indigent ad opus suum.

a Et egressus est ad eum Eliachim filius Helchiæ, qui erat super domum. Ezechias enim noluit egredi ad ipsum, sed misit nuncios suos, qui audirent eum, & verba eius referrent Ezechiæ.

Et a egressus est ad eũ Eliachim filius Helchiæ qui erat super domum, & b Sobna Scriba, c & Ioachæ filius Asaph à commentariis Et dixit d ad eos Rapsaces: e Dicite Exechiæ: Hæc dicit f Rex magnus Rex Assyriorum. g Quæ est ista fiducia, h qua confidis, aut i quo consi-

Eliachim iste erat, super domũ Domini: quia

B erat summus Pontifex, & erat filius Elchiæ, qui Sobox superbo successerat in Sacerdotiũ. b Et Sobna Scriba) Non ille pessimus, ad quẽ dictum est *sup.* 22. c. Quid tu hic? Ille enim mortuus fuerat in terra Sennacherib. Iste Sobna erat Scriba Regis, quia expensas & redditus Regis scribebat. *Septuaginta.* Grammaticus.

c Et Ioahe filius Asaph à commentariis] id est, commentator vel cancellarius, qui scribebat rerum gesta à commentariis, quibus præerat, sic dictus. Et dicit *Haymon.* Huius officium erat dona & beneficia Regi impensa, & à quibus, & à quo tempore facta fuissent in annalibus scribere, ne forte irremunerata manerent. Vnde assuerus Domino subtrahente somnum, beneficium Mardochæi legit & remunerauit? *Esther,* 6. a. Vel officium à commentariis erat causas, quarum decisio spectabat ad regem, breuiter annotare, & Regi ad memoriam reuocare. d Et dixit ad eos Rapsaces,] id est, ad prædictos viros.

e Dicite Ezechiæ) non dicit Regi, sed Ezechiæ, quasi contemnens eum & indignum regio nomine iudicans.

f Hæc dicit Rex magnus Rex Assyriorum.) Rex dicit & magnum nominat, vt timorem incutiat audientibus: Forsitan sicut a patre suo audierat. Hæc dicit Dominus, sic dicit ipse, vt maiorem auctoritatem habeant verba eius. Vel forte, quia Pater eius confortabat sæpe populum promittens eius liberationem à Domino; sic iste ad incutiendum timorem, quasi volens ostendere fortitudinem contrariam, dicebat: Hæc dicit Rex magnus Rex Assyriorum,

g Quæ est ista fiducia,) Verba sunt Regis Assyriorum, id est, Rapsacis in persona Regis.

h Qua confidis] posse resistere mihi? i A quo consilio, vel fortitudine rebellare disponis? Super quem habes fiduciam, quia recessisti à me) tributa negando, quæ prius reddebat Achaz pater tuus? Et quia credebat, quod forte Ezechias speraret auxilium à Rege Ægypti, ideò ostendit Regem Ægypti fragilem esse & impotentem ad auxiliandum ei, & nociuum etiam. Vnde quasi quæstioni suæ præmissæ respondens dicit: Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum. Et quid vocet baculum istum, expone.

l Super Ægyptum } scilicet, baculum arundineum, vocat Ægyptum, propter arundines, quæ abundabant ibi ex copia aquarum Nili. Confractum dicit, quia Ægyptij non sunt bellicosi, sed fragiles. Falsum tamen dicebat: quia Ezechias non confidebat in eo. m

Cui] arũdini confractæ. n Si innisus fuerit homo) ad sustentandum se. o Intrabit in manum eius, & perforabit eam.] Ad literam, quia rigida est, & secans

Vnde

o strum est fides. Vnde *Ioan.* 7. f. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Istum aquæductum primò nititur Diabolus obturare, tanquam scaturiginem omnium virtutum. Vnde:

Prima petit campum dubia sub sorte duelli
Pugnatura fides.

Mysticè. Vnde *Aug.* Fides in corde tuo, Christus est in corde tuo. In isto aquæductu tanquam in agro pleno floribus bonorum operum, quando, scilicet, fides operatur per dilectionem. *Gal.* 5. b. Manet ille verus fullo, qui vestimenta sua talia fecit, qualia fullo non potest facere super terram, quãdo transfiguratus est in monte Thabor: *Matth.* 17. a. id est, Dominus Iesus Christus, qui nos etiam lauit in sanguine suo effuso in Cruce pro nobis. Vnde post resurrectionem eius leguntur primò datæ Sanctis singulæ stolæ albæ. *Apoc.* 6. c.

Item aquæductus, per quem à piscina superiore descendunt riui deuotionis, compunctionis, lachrymarum in piscinam inferiorem, id est, in cor nostrum, est Christus, vel B. Virgo, quæ est fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu in Libano. *Cant.* 4. d.

Vel quasi aquæductus exit de paradiso, quæ rigat hortum plantationum, id est, Nouitiorũ & inebriat partus sui fructum, cuius trames factus est abundans & fluuius propinquauit ad mare, quæ effundit flumina, quæ insipidas sicut Iordanis in tempore messis, & sicut Tigris in diebus nouorum: lectio, meditatio contemplatio est. Istum aquæductum obturat Diabolus per temporalium administrationẽ, per dignitatum ambitionem, per multiplicium sollicitudinum implicationem. *Eccles.* 24. d.

lio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam quia recessisti à me? k Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum. l Super Ægyptum, m cui si † n innisus fuerit homo, o intrabit in manum eius & perforabit eam:

23. q. 3. c. 12

al. † innixus.

Pluribus enim *intentus, minor est ad singula sensus.*

Vnde per contrarium dicitur. *Eccl.* 38. c. Qui minoratur actu, percipiet sapientiam. Ergo per contrarium, qui arescit in curis & sollicitudinibus, perdet illam. Vnde 4. *Reg.* 19. e. Ego siccaui omnes aquas vestigio pedis mei. Et *Iudith.* 7. b. Porro Holofernes dum circuit per gyrum, reperit, quòd fons qui influebat, aquæductum illorum ex parte australi, id est, Christi, vel Beatæ Virginis, vel Spiritus sancti extra ciuitatem dirigeret: & incidi præcepit aquæductum illorum.

a Et egressus est ad eum Eliachim filius Helchiæ, qui erat super domum, & Sobna, Scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis.] Hoc potest exponi in malo: quia in Religione qui prius egrediuntur ad Diabolum per consensum, & capiuntur ab eo, sunt Officiales & Prælati, qui ad literam sunt super domum Religionis. Vnde *Ier.* 5. b. Ibo ad optimates, & loquar eis: Ipsi enim cognouerunt viam Domini & iudicium Dei sui: & ecce magis hi simul confregerunt iugum obedientiæ, scilicet, ruperunt vincula disciplinæ. Potest aliter exponi in bono. Per hoc enim quòd Ezechias manens in ciuitate misit istos ad Rapsacen, significatur, quod homo Religiosus, cũ est in tentatione, debet sedere in claustro, vel in Ecclesia quietus, & rationem suggestioni Dæmonis opponere, quæ significatur per Eliachim qui erat super domum Domini, quia ratio, est Rex animæ regens ipsam animam, quæ domus Dei est: ad quam debet homo recurrere, cùm tentatur, vt secundum rationem iudicet & discernat, non secundum carnem. Sobna autem, cuius officium, vt dictum est, erat scribere expensas Regis & redditus: & Ioahe, cuius officium erat scribere beneficia Regi impensa: propter hoc missi sunt: vt significetur, quod Religiosus homo in tribulatione semper debet recolere, quanta bona reddidit, imò dedit ei Deus; quanta expendit pro ipso, sanguinem, scilicet, in Cruce, & proprium sanguinem, & Martyrum, vt eum vocaret ad nuptias suas. Vnde *Matth.* 22. a. Tauri mei, id est, Apostoli altilia occisa, id est, Martyres venite ad nuptias.

Item debet recolere, quanta, & quot beneficia summo Regi Christo tenetur impendere, imo rependere. Primum debet recolere vt patienter mala sustineat, vtpote qui iam mercedem habuit pro illis. Secundò debet recolere, vt mala illata non solum patienter sustineat, sed gaudenter, sciens quòd quæcunque beneficia illi affluentissimo Regi & largissimo impenderit, abundantissime remunerabuntur ei, non solùm secundum merita, sed etiam longè suprà. Qui enim aliquid sustinet propter Dominum, fœneratur ei. Vnde per *Ierem.* 15. c. conqueritur. Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam. Et *Sapient.* 10. d. Reddet, Deus mercedem laborum Sanctorum suorum, & deducet illos in via mirabili, &c.

g Quæ est ista fiducia, qua confidis, aut quo consilio, vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti à me?] Diabolus multum laborat, vt Religiosus cadat in acediam, & deinde in desperationem ex consideratione suæ debilitatis in acediam, laborat, vt cadat: quia quamdiu homo vadit de virtute in virtutem, Diabolus, quasi proiicit sagittas suggestionum in incertum: sed postquam iam homo sedet in vno loco, & quiescit à bonis operibus per acediam & torporem, Diabolus bene scit, vbi debet trahere, & exercet sagittas suas super eum quasi ad signum. Vnde *Thren.* 3. b. Posuit me, quasi signum ad sagittam.

k Ecce confidis super baculum arundineum confractum super Ægyptum, cui si innisus fuerit homo, intrabit in manum eius & Perforabit eam.] Diabolus dicit

o homini

a vnde, & penetrariua, maximè quando confracta est. n Sic Pharao Rex, &c.] quasi dicat, sicut arundo confracta appodianti se super eam, non solùm non prodest, sed etiam obest: sic Pharao omnibus, qui sperant in auxilio eius. Et vt omnem spem refugij auferret Ezechiæ, & suis, subdit. b Quòd si respôderis mihi,] ô Ezechia. c In Domino Deo nostro confidimus] ego, & populus, sicut verum erat. Et conuertit sermonem suum. d Nonne ipse est,] Dominus Deus noster. e Cuius abstulit Ezechias excelsa in quibus populus diu consueuerat immolare. f Et altaria,] quæ fecerat Achaz pater eius. De ista demolitione excelsorum, & altarium legitur 4. *Reg.* 18. a. & 2. *Paral.* 31. a. Et tamen quod Ezechias fecerat causa religionis, iste peruertit in sacrilegium. g Et dixit Iudæ] id est, habitatoribus aliarum ciuitatum Iudææ à Ierusalem. h Et Ierusalem] id est, habitatoribus Ierusalem.

sic a Pharao Rex Ægypti omnibus, qui confidunt in eo. Quòd si b responderis mihi: in c Domino Deo nostro confidimus: d nonne ipse est, cuius e abstulit Ezechias excelsa, & f altaria: & g dixit Iudæ, & h Ierusalem coram i altari isto adorabitis? Et k nunc l trade Domino meo Regi Assyriorum: & m dabo tibi duo millia equorum; nec n poteris ex te præbere o ascensores eorum. Et p quomodo sustinebis faciem q iudicis vnius loci ex r seruis Domini mei minoribus. Quod si s confidis in Ægypto, in t quadrigis, & in equitibus, u & x nunc y numquid sine Dño ascendi z ad terram istam, vt disperderem eam? Dominus dixit a ad me: Ascende super b terram istam, & c disperde eam. Et dixit d Eliachim & Sobna, & Iohaë ad Rapsacen, e Loquere ad seruos tuos f Syrâ linguâ, g intelligimus enim

g Iudæ] tribui Iuda. h Et Ierusalem] his, qui erant de tribu Beniamin: quia Ierusalem erat in sorte Beniamin.

i Coram altari isto, solo, adorabitis, scilicet, coram solo altari templi? quasi dicat, ex quo tanta mala fecit Ezechias contra Dominum, non debet confidere in eo. k Et nunc] quasi dicat, ex quo vides, quod tu non poteris resistere l Trade te Domino meo,] spontaneè, antequam capiaris inuitus. m Et dabo tibi,] id est, Rex dabit tibi, vel ego ex parte eius. n Nec poteris ex te præbere,] id est, ex Gente tua, o Ascensores eorum,] id est. qui sciant ascendere prædictos equos: quia Iudæi non habebant consuetudinem equitandi. Vel qui audeant propter prohibitionem legis de non multiplicandis equis. *Deut.* 7. d. Vel qui valeant propter debilitatem, & imbecillitatem corporis. p Et quomodo sustinebis,] id est, præsentiam. q Iudicis vnius loci,] id est, Principis alicuius castri, vel partis regni? r Ex seruis Domini mei minoribus] quasi tot sunt cum Domino meo, quòd nec etiam præsentiam vnius de minoribus Principibus regni sui posses sustinere, maximè cum non habeas, qui equitare audeant, vel sciant, vel possint. Et benè dico, quòd non poteris sustinere. s Quod si confidis in Ægypto,] id est, in auxilio Regis Ægypti. t In quadriga, & in equitibus] in quibus abundat Ægyptus, frustrà, supple, confidis. u Et] pro quia. x Nunc] expletum est. y Numquid sine Domino,] id est, sine Domini præcepto. z Ascendi ad terram istam? quasi dicat, non sine præcepto Domini ascendi, vt disperderem eam, quasi dicat. Ægyptus non poterit liberare te, ô Ezechia: quia Dominus præcepit mihi, vt venirem huc, & disperderem terram hanc. Vel sic dico, quod Ægyptus non poterit liberare te. u Et tunc) si responderis, quia Dominus liberabit te. y Numquid sine Domino] i. sine Domini præcepto. z Ascendi ad terram istam?] quasi dicat, non, imò. a Dñs dixit ad me,] i. præcepit mihi. b Ascende super terram istam Iudæam. c Et disperde eam.] Mentiebatur. Sed hoc dixit, quia fortè audierat prophetatum esse ab Isaia Iudæam fore vastandam per Regem Assyriorum *sup.* 7. d. In die illa radet Dominus in nouacula acuta in his, qui trans flumẽ sunt in Rege Assyriorũ. d Et dixit Eliachim, &c.] Isti erãt missi ad audienda verba eius. e Loquere ad seruos tuos.] Seruos suos se dicunt ex humilitate, si fortè ex hoc motus têperaretur. f Syra lingua,] i. Chaldæa. g Intelligimus enim.) Syram linguam, quia vtrisque communis est, dic t Glo. ss Sed quare rogabant eũ loqui tunc Syrâ linguâ?

Mysticè.

a Si enim communis Θ homini quod non confidat se saluandum esse in religione, quam vocat baculum propter rigorem disciplinæ, & asperitatem vestitus: & arundineum, propter vacuitatem, & paupertatem rerum: confractum; quia hominem exteriorem, id est, corpus frangit per ieiuniorum continuationem, per manualium operum exercitationem, per vigiliarum protractionem, per victualium austeritatem. Ægyptum etiam vocat eam, propter mœroris multiplicis, & tribulationum præsentium inundationem. Ægyptus enim interpretatur mœror, vel tenebræ. Illum baculum dicit Diabolus arundineum, quasi impotentem sustentare. Dicit enim Diabolus sæpè in corde hominis, quod homo non possit diu viuere tali cibo. Perforantem etiam manum vocat eum, quasi reddentem inutilem ad benè operandum, propter nimiam corporis debilitationem suggerens sæpè dolositatem, & gulositatem sub specie pietatis. Exemplum de B. Hilario, cui tantum suggesserat Diabolus, quòd faciebat eũ equitare, & comedere bis côtra consuetudinem suam, & sub specie boni, vt posset meliùs sustinere labores tandem ipse intêdebat eum deducere ad fornicationem, sicut côfessus est B. Martino. b Quod si respõderis mihi in Domino Deo nostro cõfidimus: nonne ipse est, cuius abstulit Ezechias excelsa.] Hoc est, quod suggerit Diabolus: peccasti non confidas, quòd possis misericordiam obtinere. Vndè *Thren.* 3. f. Lapsa est in lacum anima mea, id est, lapsus sum in peccatum: & posuerunt lapidem obstinationis super me, ne resurgere possem. Imò etiam vbi non est peccatum, vult probare Diabolus esse peccatum, sicut patet hic. Hoc iaculo maximè infestat Diabolus Religiosos, scilicet conscientia erronea. C

g Et dixit Iudæ, & Ierusalem: coram altari isto adorabitis.] Ecce quod iste fecerat causa Religionis, Diabolus impietati ascribit. k Et nunc trade te Domino meo Regi Assyriorum.] Hoc est, quod Diabolus summè appetit, in homine Religioso, quando tentauit de gula, de auaritia: & non potest per hæc deuincere, recurrit ad superbiam: vt, postquam homo Religiosus contemnit paupertatem victus, vilitatem habitus: saltem appetat dignitates & prælationes. Vnde dicit: Trade te Domino meo Regi,] quasi saltem appete regnum, & dominium aliorum. Propter hoc cùm Diabolus ad primam mulierem tentandam accederet, credens quod parum curaret de cibo, & de diuitiis, statim cucurrit ad elationem dicens: Eritis sicut Dij. *Gen.* 3. a.

m Et dabo tibi duo millia equorum.] Valdè libenter procurat Diabolus Religiosis eqoos ad equitandum, vt sic mala faciant, vt ad minus extra claustrum sint, & faciant minus bonum; & tamen valdè est abominabilis Domino Religiosus libenter equitans, Vndè *Leu.* 11. c. Vpupam quoque, & vespertilionem, & omne de volucribus, quod graditur super quatuor pedes, erit abominabile, id est, Religiosus libenter eqoitans. Iste vespertilio volare videtur: sed pennas non habet; videtur tamen volare propter habitum. Vespertilio in sero volat; sic tales in morte primò contemplari volunt. Vespertilio non graditur; sic nec talis Religiosus inter sæculares saluatur.

n Nec poteris, &c.] Diabolus sæpè irritat hominem negando ei alicuius potentiam, vt ille tentetur, & capiatur, cùm iam illaqueatus rete non potest effugere. Ipse enim est auceps, sine quo non capitur auis, i. Religiosus. *Amos* 3. a Nunquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe? u Et nunquid, &c.] Diabolus dicit se, quandoque à Deo missum: quia transfigurat se in Angelum lucis, 2. *Cor.* 11. c. Ad disperdendum etiam se missum dicit, quando suggerit homini derelictum se esse à Deo, vt ab ipso auxilium non expectet. Multos socios habet hodie Diabolus qui praua dant concilia & nociua & quasi a Domino dicant: Isti sunt Pseudoprophetæ, qui prohibent alios ab introitu claustri, à contemptu mundi sub spe, imò sub mendacio melioris boni dicunt enim sæpè Bonum est, quod remaneatis in sæculo, potestis magnum fructum facere, & ædificare Ecclesiam Dei, & illuminare terræ partẽ magnam. Sed quid intendat, Deus scit: & tamen nos etiam possemus percipere ex effectu, *Matth.* 7. c. A fructibus eorum cognoscetis eos. Quis enim hodie est, ex quo adeptus est, quam quærebat præbendam, vel prælationem: qui non contẽptis animabus, currat ad stercora? Rarus; vel nullus. De talibus Pseudo prophetis loquitur Dñs. *Ier.* 23. d. Non mittebã Prophetas & ipsi currebãt. e Loquere ad seruos tuos Syrâ linguâ intelligimus enim.] Si Diabolus loqueretur Syrâ linguâ quæ propria est eius, i. superbia: benè cognosceretur, & non falleret tot, quot, fallit: quia Iudaica lingua loquitur, vt quando malum suggerit sub specie pietatis.

Θ b Nunquid ad Dominum

a Si enim communis, erat populus, qui erat super murum, benè intellexisset eum. Sed dicendum quia communis erat quantum ad literatos Iudæos, & Syros, qui vtramque linguam sciebant; non quantum ad laicos, sicut in principio Ecclesię, Gręca lingua, & Latina cõmunis erat Clericis, Græcis, & Latinis. Addiscebant enim Latinum, ponẽdo Græcum desuper: & ẽ cõuerso. Hebraicè loquebatur Rapsaces vt astanti populo terror incuteretur. Vndè dixerunt.

ne a loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi, qui est super murum. Et dixit ad eos Rapsaces: b Nunquid ad Dominum tuũ & ad te misit me Dñs meus, vt c loquerer omnia verba ista: & non potius ad viros, qui sedent in muro, vt d comedant stercora sua, & e bibant vrinam pedum suorum f vobiscum? Et g stetit Rapsaces, & h clamauit voce magna i Iudaicè, & dixit: k Audite verba Regis magni Regis Assyriorum: Hæc dicit l Rex. Non m vos seducat Ezechias:

a Ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi, &c.] elatus in superbiam ex humili nunciorum responsione. Omnes enim quasi vnum alloquitur.

c Vt loquerer omnia verba ista, &c.] quasi dicat, non solùm Regi misit me Dominus meus nunciare omnia verba ista, sed potiùs ad viros, qui sunt in muro obsessi, id est, ciuibus, qui sunt intra murum ad defendendum ciuitatem. d Vt comedant stercora sua] fame vrgente. e Et bibant vrinam pedum suorum] id est, vrinam, quæ præ timore & debilitate fluet super genua & pedes eorum. f Vobiscum] hoc dicit, vt notet angustiam eorum futuram maximam quasi non soli plebi, sed principibus etiam euenire debet, quasi dicat, hoc misit me Dominus nunciare ciuibus Ierusalem; quod nisi reddant se, tanta fame arctabuntur, quòd necesse erit eos comedere stercora sua; & tantùm debilitabuntur, quòd, sicut homo debilis mingent super pedes suos, & illud bibent, & vos etiam cum eis.

g Et stetit Rapsaces] quasi securè loquens, vt per hæc magis terreret populum. h Et clamauit voce magna,] vt omnes audirent & terrerentur, videntes eum ita audacter loquentem. i Iudaicè] vt ab omnibus intelligeretur. k Et dixit: Audite verba Regis magni Regis Assyriorum,] vos, qui estis super murum in ciuitate. l Hæc dicit Rex,] quasi fortitudo contraria ei, de qua dicitur. Hæc dicit Dominus Deus Israel. m Non vos seducat Ezechias,] scilicet, vanè vos confortando. n Quia non poterit eruere vos de manu mea. Et dicit hoc in persona Sennacherib. o Et non vobis, &c. super Domino suo, non meo.

p Dicens,] scilicet, Ezechias.

q Eruens liberabit nos Dominus.] Coniiciebat enim, vel audierat ab aliquo Ezechiam, sic persuadere populo.

r Nolite audire Ezechiam,] quasi dicat, ita vane consolatur vos, sed nolite audire eum, id est, acquiescere ei. Et vt, si non potest terroribus, saltem capiat eos blanditiis, subdit.

s Hæc enim dicit Rex Assyriorum,] vobis per me, qui sum nuncius eius ad hoc missus. O vos ciues. t Facite mecum benedictionem,] id est, componite mecum, vnde veniat vobis benedictio. Vnde alia litera: Facite, quod vobis vtile est, 4. *Reg.* 18. g. Vel, Facite mecum benedictionem, vt benedicatis mecum Regem, quasi dicat, dicite eum Regem vestrum, sicut ego. u Et egredimini ad me,] spontè reddentes vos mihi, & tradentes ciuitatem. x Et comedite vnusquisque vineam suam] id est, fructum vineæ suæ. y Et vnusquisque ficum suam,] id est, fructum eius. z Et bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ,] id est, putei, vel fontis.

a Donec veniam,] i. donec redeam de Ægypto. Illuc enim ire decreuerat, capta Lobna: & pòst redire in Ierusalem ad duas Tribus captiuandas; sed voluit eos priùs terrere verbis, vt in reditu suo se statim redderent sine rebellione. b Et tollam vos ad terram, quæ, &c.] id est, transferam vos ad terram

Mysticè. b Nunquid ad Dominum tuum, & ad te misit me Dominus meus, vt loquerer omnia verba, &c. vt comedant stercora, & bibant vrinã pedum suorum vobiscum:] Stercora sunt temporalia, quæ comedunt in claustro proprietarij, vt Ananias. *Actor.* 5. a. Et Achor. *Iosue* 7. d. Hæc enim sunt illa stercora, de quibus Apost. *Philip.* 3. b. Omnia arbitratus sum, vt stercora, vt Christum lucrifacerem. Vrina, quæ est fæx sanguinis, est carnalis affectus, quem habent Religiosi in parentes. Hæc sunt duo vitia, quæ hodie Religiosos maximè impugnant.

g Et stetit Rapsaces] Diabolus, etsi repulsus prima vice, tamen non recedit, sed tentat acriùs. Vndè continuè sine acedia vigilandum est ad resistendum, 1. *Pet.* 5. b. Fratres, sobrij estote, & vigilate in orationibus: quia aduersarius vester Diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. cui resistite fortes in fide. Vnde *Psalm.* 120. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Quippe dicit *Bernard.* quia non dormitabit, neque dormiet, quis impugnat Israel, *sup.* 5. f. de Diabolo. D Ecce festinus, velociter veniet, nõ est deficiens, neque laborans in eo: non dormitabit, neque dormiet: neque soluetur cingulum renum eius: neque rumpetur corrigia calceamenti eius: sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti.

quia non n poterit eruere vos: & o non vobis tribuat fiduciã Ezechias super Dño, p dicens: Eruẽs q liberabit nos Dominus; non dabitur ciuitas ista in manu Regis Assyriorum. r Nolite audire Ezechiam: Hæc s enim dicit Rex Assyriorũ: t Facite mecum benedictionem: & u egredimini ad me, & x comedite vnusquisque vineam suam, & y vnusquisque ficum suam: & z bibite vnusquisq; aquam cisternæ suæ, a donec veniam, & b tollam vos ad terram, quæ est, vt terra vestra:

h Et clamauit voce magna Iudaicè.] Hæretici hodie loquuntur Iudaicè, id est, Theologicè. Theologi autem Azoticè, id est, Philosophicè, non ex media parte, sicut dicitur *Nehem. vlt* d. sed ex toto.

k Audita verba Regis magni Regis Assyriorum.] Diabolus se dicit Regem magnum & potentem; cùm tamen sit pauper & miserrimus. Vnde *Matt.* 4. b. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.

m Non vos seducat Ezechias, quia non poterit eruere vos.] Quod boni dicunt infirmis, Diabolus in malum interpretatur: & seductores vocat bonos, sicut & Iudæi Dominum. *Matth.* 57. g. Recordati sumus, quia seductor ille dixit cùm adhuc viueret, post tres dies resurgam.

t Facite mecum benedictionem.] Diabolus petit benedictionem, tamen intentio eius est rependere maledictionem. Et nota, quod dicit mecum, & non contra me. Benedictionem contra illum faciunt, quicunque bonis operibus intendunt: & quicunque etiam se muniunt signo Crucis. Benedictionem autem cum Diabolo faciunt, quicunque malis operibus vacant, sed specialiter adulatores. Vnde *Psalm.* 9. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicetur. Et nota quod pactum cum Diabolo, siue benedictio in hoc est, vt eruat oculos dextros, sicut dicitur 1. *Reg.* 11. a. In hoc feriam vobiscum pactum, vt eruam omnium vestrum oculos dextros. Satis enim permittit Diabolus, vt bona fiant; dum tamen sinistro oculo, id est, mala intentione.

u Et egredimini ad me.] Diabolus semper monet egredi: fidelis anima semper vocat Dominum ad ingressum. Malum autem est egredi: quia vix regreditur homo. Vnde *Ier.* 22. c. Plangite eum, qui egreditur: quia non reuertetur. Hoc sæpè monet Diabolus, vt homo egrediatur vnam religionem, & ingrediatur aliam. *Prou.* 27. a. Sicut auis transmigrans de nido suo: sic vir, qui relinquit locum suum. *Eccles.* 10. a. Si spiritus potestatem habentis super te ascenderit, id est, si videtur tibi, quod posses difficiliorem Religionem sustinere, non dimittas locum tuum. *Apoc.* 3. c. Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.

x Et comedite vnosquisque vineam suam: & vnusquisque ficum suam: & bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ.] Suadet Diabolus vnicuique comedere vineam suam, id est, inebriationem temporalis iucunditatis. Et ficum, id est, delectationem carnalis voluptatis. Et aquam, id est, instabilitatem mundanæ prosperitatis.

In vinea ista crescit vinum illud, quod prohibet Salomon dari regibus. *Prouerb.* 31. a. O Lamuel, noli Regibus dare vinum, de quo *Deuteronom.* 32. e. De vinea Sodomorum vinea eorum: & de suburbanis Gomorræ, vua eorum fellis, & botrus amarissimus; fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. De ficu ista, *Ierem.* 24. b. Ficus bonas, bonas valdè: & malas, malas valdè: quia delectatio, vbi bona est, & spiritualis, valdè bona est; vbi mala est, & carnalis, pessima. Istud mandatum Diaboli valdè strictè obseruant auari, & gulosi: de quorum bonis nullus comedit, nisi ipsi. b Et tollam vos ad terram, quæ est vt terra vestra.

A feram vos ad terram Medorum, quæ situ, & cultu terræ Iudæorum similis est, & fertilitate etiam; tamen æqualis non inuenitur terræ promissionis. Vt terra vestra dicat vt libentiùs acquiescant. Vnusquisque enim terram desiderat, in qua natus est. Et quia dixerat, quod terra illa erat, vt terra sua fertilis, subdit de fertilitate eius, dicens. Trāsferam vos in terram, quæ est vt terra vestra.

a terram frumenti, *b* & vini, *c* terram panum, & vinearum. *d* Nec conturbet vos Ezechias *e* dicens Dominus liberabit nos? *f* Nunquid liberauerunt Dij Gētium *g* vnusquisque terram suam de manu Regis Assyriorum? Vbi est *h* Deus Emath, & *i* Arphat? Vbi est *k* De' Sepharuaim? *l* Nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? *m* Quis est ex omnibus Dijs terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, vt eruat Dominus Ierusalem de manu mea? Et *n* siluerunt & non *o* responderunt ei verbum. *p* Mandauerat enim eis Rex, *q* dicens: ne *r* respondeatis ei. Et *s* ingressus est Eliachim filius Helchiæ, qui erat super domum, & Sobna Scriba & Ioahe filius Asaph à commentarijs, ad Ezechiam scissis vestibus: & nunciauerunt ei verba Rapsacis,

a Terram] dico, frumenti, &c. id est, quæ abundat in frumento, & vino, & panibus, & vineis.

d Nec conturbet vos Ezechias,] id est, ne suadeat vobis, vnde postea conturbemini.

e Dicens, Dominus liberabit nos.] quasi dicat, hoc non potest esse: quia Dij aliarum regionum, qui plures fuerunt, non potuerunt liberare terras suas de manu Domini mei, vnde nec Deus vester, qui solus est. Vnde dicit. *f* Nunquid liberauerunt Dij Gentium,] id est, quos colunt Gentes: licet plures sint. *g* Vnusquisque terram suam, quasi dicat, non: Ergo, nec Deus vos liberare poterit. *h* Vbi est Deus Emath,] id est, Deus Antiochiæ. *i* Et] Deus, Arphat, id est, qui colitur in Arphat?

k Vbi est Deus Sepharuaim,] Istæ ciuitates sunt vicinæ Emath. id est, Antiochiæ. Secundum alios Emath est ciuitas Celessyriæ, quæ nunc Epiphania dicitur. Arphat autem idem est. quòd Damascus. Sepharuaim in plurali numero nomen est locorum: hic aliter pro ciuitate accipitur.

l Nunquid liberauerunt Samariam,] Dij, quos ante captiuitatem decem Tribus coluerunt, de manu mea? quasi dicat, non. *m* Quis est ex omnibus, &c.] i. terram in qua colebatur de manu mea, vt eruat, similiter Dominus Ierusalem de manu mea? quasi dicat si omnes Dij Gentium, qui plures erant, non potuerunt liberare terras, in quibus colebantur de manu mea, multò minus Dominus qui solus est, poterit liberare Ierusalem. *n* Siluerunt] scilicet, Eliachim, & Sobna. *o* Et non responderunt ei verbum] ne fortè verbis prouocarent eum ad blasphemandum Deum. Vel fortè dolore blasphemiarum prædictarum obmutuerunt. Et in hoc fecerunt secundum consilium Salomonis dicentis: Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam. *Prou.* 16. a. *p* Mandauerat enim eis Rex,] scilicet, Eliachim, & Sobnæ, *q* Dicens] id est, præcipiens, *r* Ne respondeatis ei,] id est, Rapsaci, ne ille altercando plura seduceret populum, vel maiores blasphemias inferret.

s Et ingressus est Eliachim] more suæ Gentis audita blasphemia, & nunciauerunt ei verba Rapsacis.

Mysticè. Θ vt terra vestra.] Diabolus non nominat terram, ad quam ducturus est; sed similitudinem proponit: quia similitudo mater est deceptionis vt dicit *Aug.* *a* Terram frumenti,] i. mundanæ fælicitatis, voluptatis carnalis. De hoc frumento,] fit panis ille pessimus, de quo *Prouerb.* 9. d. Panis absconditus est suauior.

b Et vini] vanæ & ineptæ iucunditatis. *c* Terram panum, & vinearum,] quæ tamen nunquam possunt hominem satiare. *h* Vbi est Deus Emath, &c.] Emath interpretatur formidans eos, & significat subditos. Arphat, sanitas, vel salutatio, & significat Prælatos. Sepharuaim, libri ipsi, vel literati eorum, & significat Clericos, omnes istos se gloriatur deuicisse Diabolus. Vel Emath profunditas, & significat Artistas. Arphat sanitas, & significat Medicos. Sepharuaim, literati eorum, vel libri ipsi, & significat Aduocatos, quorum tota scientia est legere literas Domini Papæ. Omnes isti non liberant subditos de manu Diaboli, & ideò libenter procurat Diabolus, quòd habeant curam animarum. Et hoc est, quod dicitur 4. *Reg.* 17. d. Adduxit Rex Assyriorum, i. Diabolus: De Babylone, & de Cutha, & de Halath, & de Emath, & Sepharuaim, & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ. *o* Et non responderunt ei verbum] Iste est modus deuincendi superbos per patientiam. Vnde poeta:

Nobile vincendi genus est patientia. Vincit,
Qui patitur: si vis vincere, disce pati.

Prou. 24. c. Ne contendas cum pessimis. *Eccl.* 8. c. Ne stes contra faciem contumeliosi. In *eodem.* a. Ne litiges cum homine linguato, & ne struas in ignem illius ligna. *Ec.* 28. b. Abstine te a lite, & minues peccata. Hic est optimus modus contra tentationes Diaboli, non litigare cum eo, non turbaris, etsi immittat malas cogitationes: quia ex quo homo non consensit eis, nec turbatur de eis, Diabolus statim cessat. Quantò autem homo plus turbatur, tantò magis latrat Diabolus: sicut canis, quantò magis se defendit homo, tantò plus latrat: tamen semper resistendum est ei, & nunquam recipiendæ sunt tentationes eius, nec inde oportet multum turbari: quia ipse non propter peccatum quandoque, sed solùm, vt homo turbetur, immittit illas: vt sic impediatur à bono, & retrahatur.

CAP. XXXVII.

ET *t* factum est, cùm *u* audisset Rex Ezechias, scidit *x* vestimenta sua, & *y* obuolutus est sacco, *Reg.* 19. a.

EXPOSITIO CAP. XXXVII.

ET factum est, cùm audisset.] In hoc cap. agitur de reditu Rapsacis ad Sennacherib post comminationem prædictam. Et diuiditur hoc capit. in quinque partes. In prima continetur, quomodò Ezechias auditis comminationibus, & blasphemiis Rapsacis, misit ad Isaiam, vt oraret pro ipso ad Dominum. In secunda ponitur responsum Isaiæ, *ibi*: Hæc dicetis Domino vestro. In tertia qualiter Sennacherib dimisit obsidionem contra Lobnā, & iuit contra Tharacam Regem Æthiopiæ, qui veniebat contra eū, *ibi*. Ecce ego dabo ei spiritum. Et tunc] misit Ezechiæ literas comminatorias. In quarta qualiter Ezechias ascendit in templum cum illis literis, vt faceret querimoniam coram Domino, *ibi*. Et ascendit, &c. In quinta quomodo Isaias mandauit qualiter euenturum erat Sennacherib, & qualiter erueretur Ezechias de manibus eius: *ibi*. Et misit Isaias. Dicit ergo continuando dicta dicendis. *t* Et factum est post prædicta. *u* Cùm audisset Rex Ezechias] blasphemias Rapsacis. *x* Scidit vestimenta sua,] suo irascens peccato, quo putabat affligi ciuitatem. Vel seruans morem antiquorum, quorum mos erat audita blasphemia scindere vestimenta sua.

y Et obuolutus est sacco [deposita regali veste, & purpura: vt sic placatiorem inueniret Dominum merito suæ humilitatis.

Δ *a* Et intrauit in domum

Moraliter. *t* Et factum est.) Moraliter. In hoc loco figuratur, qualis debeat esse status pœnitentis. Primò enim debet detestari, & relinquere Diabolis pompas. Secundo bonis operibus anhelare. Tertiò requiritur perseuerantia, qua intratur domus Domini ad seruiendum ei fideliter, vt sit homo in seruitio Dei die ac nocte. Vndè cùm puer accedit ad Baptismum: primo quæritur ab eo. Abrenuncias Sathanæ, & omnibus pompis eius? Ecce primum. Secundo quæritur. Credis in Deum Patrem omnipotentem, &c. Et tertiò introducitur in Ecclesiam. Et hoc est, quod dicitur hic.

t Et factum est, cum audisset Rex Ezechias, scidit vestimenta sua.] Hoc est primum. De hoc dicitur 1. *Esdra* 9. a. Scidi pallium meum nouum, tunicam meam & euulsi pilos capitis, & barbæ. 4. *Reg.* 5. b. & 6. f. Scidit Rex vestimenta sua *Iona.* 3. c. Rex abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere.

y Et obuolutus est sacco.] Ecce secundum. Hoc est contra illos, qui pingunt se, & ornant, vt vadant ad Ecclesiam habentes pœnitentiam in ore, & luxuriam, vel superbiam in vestibus. Obuolutus dicit, quod plus est, quam indui ad carnem, vt bona etiam signa sint exteriùs. De hoc etiam habetur *Ioel.* 1. c. Egredimini & cubate in sacco. *Esth* 4. a. Mardochæus indutus est Sacco. Audiant hoc Clerici qui tenentur orare pro subditis: qui pascuntur bonis, quæ veniunt de patrimonio Crucifixi quomodo exaudietur eorum oratio in purpura & bysso. Reges & Principes, & Prophetæ, quando volebant efficaciter

orare induebant

Δ a Et intrauit in domum Domini] confugit ad auxilium orationis. b Et misit Eliachim, qui erat super domum, & Sobnam scribam, de istis prædictum est. c Et seniores de Sacerdotibus] quasi meliores eligens inter bonos.
d Opertos saccis,] non stolis, sed in habitu miserabili. Et quò mittit? e Ad Isaiam filiũ Amos Prophetæ.] In 4. Reg. 19. a. legitur, quod misit ad Isaiam Prophetam: sed hic quod Isaias de se texit historiã, nõ Prophetam, sed filiũ prophetę se nominat. Et venerunt serui Regis Ezechiæ ad Isaiam. f Et dixerunt ad eum] nuncij ad Isaiam. g Hæc dicit Ezechias,] non dicũt Rex, sed solùm Ezechias, vt seruarent humilitatẽ in nuncio. Et sequitur conquestio, quam pro Ezechia fecerunt ante Isaiam, vt oraret pro illis.

al. † Prophetam.
al. non habet † & angustiæ.
al. † correptionis.

& a intrauit in domum Domini. Et misit b Eliachim, qui erat super domum & Sobnam scribam, & c seniores de Sacerdotibus d opertos saccis, ad e Isaiam filium Amos † Prophetæ, & f dixerunt ad eum. Hæc dicit g Ezechias. h Dies tribulationis † & i angustiæ, k & † correctionis & l blasphemiæ m dies hæc: quia n venerunt filij vsque ad partum; & virtus non est pariendi. Si o quomodo p audiat Dominus q Deus tuus r verba Rapsacis, quem misit Rex Assyriorum Dominus suus ad f blasphemandum Deum viuentem, & t exprobrandum u sermonibus, quos x audiuit Dominus Deus tuus. y Leua ergo z orationem pro a reliquijs, quæ repertæ sunt. b Et venerunt serui Regis Ezechiæ ad Isaiam: & dixit ad eos Isaias: Hæc c dicetis Domino vestro. Hæc dicit d Dominus: Ne e timeas à facie verborum, quæ audisti: quibus f blasphemauerunt pueri Regis Assyriorum me: g Ecce ego dabo ei spiritum: & h audiet nuncium, & i reuertetur ad terram suam: & k corruere eum faciam gladio l in terra sua. m Reuersus est autem Rapsaces, & n inuenit Regem Assyriorum aduersus Lobnam. o Audierat enim, p quia profectus esset de q Lachi:

& vadens contra eum, & hoc in Chaldæam. k Et corruere eum faciam gladio] filiorum. l In terra sua] in templo, scilicet, Dei sui adorantem. Duo dicit, quæ desiderabat audire, ipsum, scilicet, à periculo liberandum, & hostem suum in terra sua moriturum. m Reuersus est autem Rapsaces] de Ierusalem. n Et inuenit Regem Assyriorũ aduersus Lobnã] prælantem supple. o Audierat etiàm Rapsaces. p Quia profectus esset] Sennacherib. q De Lachis illa capta, Vbi Rapsaces dimiserat eum.

Δ a Et audi- a orare, currebant ad saccum: Clerici autẽ nostri ad argẽtũ. De quibus Soph. 1. c. Dispersi erunt omnes inuoluti argento. Iudith. 4. c. Induerunt se Sacerdotes cilicijs. a Et intrauit in domum Domini,] Ecce tertium, Relicto enim peccato, post bonum opus inceptum, potest homo intrare in domum Domini tanquam reconciliatus ei. b Et misit Eliachim, qui erat super domum, & Solnam scribam, & seniores de Sacerdotibus opertos saccis ad Isaiam filium Amos prophetæ.] Ecce qualis debet esse familia Prælatorum. Hoc est contra multos, qui cum boni velint vel esse, vel credi; pessimam tamen habent familiam, quod signum est fictæ sanctitatis Dominorum. Vnde Sen. Compositus miles compositam debet habere familiam. *Moraliter.*

h Dies tribulationis] exterioris. i Et angustiæ interioris nostræ, scilicet. k Et correctionis diuinæ. l Et blasphemiæ] hostium. m Dies hæc,] est supple.
n Quia venerunt filij vsque ad partum; & virtus non est pariendi,] quasi dicat tantus est dolor noster, quantus est dolor mulieris, quæ laborat in partu & non potest parere. Vel loquitur per similitudinem, consilia, quæ inter se tractauerant vocans filios, quasi dicat multa habuimus consilia, quomodo possemus rebellare contra Sennacherib; sed non vidimus modum sicut mulier: quæ magnos dolores sustinet; nec tamen potest parere, modò iterum accipe illam literam.
y Leua ergo] ô tu Isaias, dicunt nuncij. z Orationem] tuã, quasi dicat, nostra oratio iacet propter peccata nostra, nec valet ascendere ad Deum: Sed tu leua tuam. a Pro reliquijs, quæ repertæ sunt] Hoc dicit propter decem Tribus, quæ iam captiuatæ erant. Repertæ, dicit, vt ostendat paucitatem & modicitatem. Modicæ enim res solent reperiri, quia magnæ res semper apparent, nec possunt latere. Modò resume literam priorem, quasi, Leua ergo orationem, o Si quo modo. i. si aliquo modo. p Audiat Dominus,] id est, audire se ostendat.
q Deus tuus] non dicunt noster. Non enim audiebant, quia sentiebant eum iratum. Audiat, dico. r Verba Rapsacis, &c.] id est, Sennacherib f Ad blasphemandum Deum viuentem] qui vindicare potest. t Et misit, resume ad, exprobrandum, nobis. u Sermonibus] id est, per sermones.
x Quos audiuit Dominus Deus tuus,] non noster. b Et venerunt serui Regis Ezechiæ ad Isaiam, & dixit ad eos Isaias] id est, ad nuncios. Et nota, quòd non dicit se Prophetam ex humilitate. *Secunda pars.*
c Hæc dicetis Domino vestro,] id est, Ezechiæ. d Hæc dicit Dominus] meus & eius. e Ne timeas à facie verborum, quæ audisti] id est, à prædictis verbis Rapsacis, quæ tantùm sunt in apparentia, sicut facies. f Quibus blasphemauerunt, &c.] id est, famuli eius, me. Ecce quod Dominus imputat sibi iniuriam, quæ facta est seruis suis, tamen etiam Rapsaces apertè blasphemauerat Dominum in hoc quod dixerat ipsum non posse liberare Ierusalem de manu eius. g Ecce ego dabo ei spiritum] quasi non dicam vniuersa, quæ Assyrio faciam, ne meam videar iactare potentiam: sed hoc vnicum: Ecce ego dabo ei spiritum, i. indignationem de hoc, quod Tharaca Rex Æthiopiæ exibit contra eũ. Sennacherib enim capta Lachis obsidebat Lobnã, & ibi audiuit, quod Tharacha Rex Æthiopiæ veniebat contra eum; propter quod valdè indignatus, quod ille ausus fuerat exire contra eum, statim dimisit obsidionem & iuit contra eum, Quo occiso; vt dicunt quidam subiugauit sibi Ægyptum, & in alio anno rediit Ierusalem, vbi fuit exterminatus exercitus eius, & ipse cum decem Principibus rediit in terram suam: vbi à proprijs filijs interfectus est. Et hoc est, quod dicit hic. *Tertia pars.*
h Et audiet nuncium] de Tharaca veniente contra se
i Et reuertetur ad terram suam à terra sancta recedens

h Dies tribulationis,] in corpore.
i Et angustiæ] in anima.
k Et correctionis,] duræ increpationis à proximis.
l Et blasphemiæ ab æmulis. Ecce optima allegatio ad impetrandum apud Deum. Quando enim homo tribulatur in corpore, & angustiatur in anima, & durè corripitur ab amicis, & blasphematur ab æmulis tunc habet rectissimam causam clamandi ad Deum, & citò exauditur. Vnde Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meã. Hoc est, quod dicebat. Iob 30. c. Possederunt me dies afflictionis. Possederunt dicit, quasi per totum.
h Quia venerunt filij vsque ad partum, & non est virtus pariendi] Hoc est verbum omnium somniatorum, qui quandoque parturiunt per viginti annos propositum intrandi claustrum, vel tale aliquid; nunquam tamen habent virtutem pariendi, & sæpè moriuntur in partu corporaliter, & spiritualiter cum Rachele, quæ mortua est in partu in Ephrata. Ephrata fructifera vel fertilis interpretatur, & significat abundantiam temporalem, pro qua, & in qua multi hodie parturientes bonum propositum, moriuntur. *Gen. 35. c.*
y Leua ergo orationem pro reliquiis, quæ repertæ sunt.] Leuatur oratio per bonam operationem. Vnde Thren. 3. e Leuemus corda nostra cum manibus ad Deum. Leuatur oratio etiam per humilitatem. Eccles. 35. d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit Debet leuari semper oratio, vt sit pro cœlestibus. Deprimit enim orationem, qui petit terrena. e Ne timeas à facie verborum, quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri Regis Assyriorum me.] Ecce quòd Dominus iniuriam nobis factam, suam reputat. Matth. 25. d. Quod vni minimis meis fecistis, mihi fecistis. Luc. 10. c. Qui vos spernit, me spernit.
g Ecce ego dabo ei spiritum] Dominus dat quandoque eis, qui comprimunt simplices spiritum, id est, audaciam insurgendi in potentes, vt tunc corruant: & sic pro pœna simplicium puniuntur, sicut patet de Amasia Rege Iuda, qui mandauit Ioas Regi Israel. Veni: & videamus nos: & contritus est ab eo 4. Reg. 14. b. Abac. 1. c. Tunc mutabitur spiritus eius & pertransibit de simplicibus ad potentes: & corruet. m Reuersus autem Rapsaces, & inuenit Regem Assyriorum aduersus Lobnam] Lobna, albor, aut candidatio, & significant innocentes, contra quos Diabolus diu præliatur. Lachis autem, quæ
interpretatur

Et *a* audiuit de *b* Tharacha Rege Æthiopiæ dicentes: *c* Egressus est, vt *d* pugnet † aduersum te. Quod *e* cùm audisset, misit *f* nuncios ad Ezechiam, dicens: Hæc *g* dicetis Ezechiæ Regi Iudæ † loquentes: Non te *h* decipiat Deus tuus, in *i* quo tu confidis, dicens: Non *k* dabitur Ierusalem in manu Regis Assyriorum. Ecce *l* tu audisti omnia, quæ fecerunt Reges Assyriorum omnibus *m* terris, quas subuerterunt: & tu *n* poteris liberari? *o* Nunquid eruerunt eos Dij Gentium, *p* quos subuerterunt patres mei, *q* Gozan, & *r* Aran, & *s* Reseph, & *t* filios Eden, qui *u* erant in Thelasar? Vbi est *x* Rex Emath, & *y* Rex Arphat, & *z* Rex vrbis Sepharuain, *a* Ana, & Aua. Et *b* tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos, & *c* ascendit in domum Domini, & *d* expandit eos coram Domino, & *e* orauit ad Dominum, dicens: *f* Domine, *g* exercituum, *h* Deus Israël, *i* qui sedes super Cherubin: tu es *k* Deus solus omnium regnorum terræ: tu *l* fecisti cœlum, & terram. Inclina, Domine, *m* aurem tuam, & audi: *n* aperi oculos, & vide, & *o* audi omnia verba Sennacherib, *p* quæ misit ad blasphemandum Deum viuentem. *q* Verè enim, Domine, desertas fecerunt Reges Assyriorum terras, & *r* regiones earum: & *s* dederunt Deos earum igni. *t* Non enim erant Dij, sed opera manuum hominum, *u* lignum † *x* & lapides: & *y* comminuerunt eos. Et nunc, *z* Dñe Deus noster, salua nos de manu eius: & *a* cognoscãt omnia regna terræ, quia tu es Deus sol[us].

Al. † contra.

Al. † dicentes.

Al. † lapis.

A *a* Et audiuit,] Sennacherib. *b* De Tharacha Rege Æthiopiæ dicentes,] nuncios, hoc, scilicet, dicentes.
c Egressus est, Tharacha.
d Vt pugnet aduersum te,] ô Sennacherib.
e Quod cùm audisset,] Sennacherib. *f* Misit nuncios ad Ezechiam,] ne fortè Ezechias confortaretur propter recessum eius, & vt eos, quos viribus non ceperat, sermone terreret,] dicẽs.] *g* Hæc dicetis Ezechiæ Regi Iudæ, loquentes,] vel, [dicentes,] alia littera. Et sunt verba Sennacherib ad nuncios suos.
D *h* Non te decipiat Deus tuus,] id est, fiducia, quam habes in Deum tuum, ô tu Ezechia. *i* In quo,] Deo [tu confidis, dicens.] *k* Non dabitur Ierusalem in manu Regis Assyriorum.] Forsitan Rapsaces retulerat ei, quomodo Ezechias confortabat populum 2. *Paral.* 32. b. Locutus est Ezechias ad eos dicens: Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, & ne paueatis Regem assyriorum.
l Ecce tu audisti omnia, quæ fecerunt Reges Assyriorum,] patres scilicet, & antecessores mei.
m Omnibus terris, quas subuerterunt,] terræ, scilicet, decem Tribuum, & aliis. *n* Et tu poteris liberari,] solus, cùm alij non potuerunt? q. d. non poteris. Si dicas, quòd liberaberis à Dño. *o* Nunquid eruerunt eos,] scilicet, cultores suos? Eos, dico. *p* Quos subuerterunt,] Reges Assyrium, scilicet *q* Gozam,] nomen est ciuitatis. *r* Aram] nomen est alterius. *s* Et Reseph,] nomen alterius. *t* Et filios Eden,] orientalis regionis. *u* Qui erant in Thalasar] nomen est ciuitatis. *x* Vbi est Rex Emach,] id est, Antiochiæ. *y* Et Rex Arphat,] ciuitas est Damasci. *z* Et Rex vrbis Sepharuaim,] ciuitas est, vt dictum est primò.
a Ana, & Aua] Gentes sunt, vel secundum alios ciuitates. *Septuaginta.* [Anana,] vel (Anagaua,] q.d. sicut isti non potuerunt liberari per Deos suos,] quin patres mei caperent eos; sic nec tu effugies manus meas. *b* Et tulit Ezechias,] i. Epistolas *c* Et ascendit in domum Domini,] contra Sennacherib, solita arma arripiens.
Quarta pars. *d* Et expandit eos coram Domino,] scilicet, libros prædictos, quasi ostendens Domino opprobria, & blasphemias, quæ scripta erant in illis.
e Et orauit ad Dominum.] Ante hoc etiam ascenderat, sed non legitur orasse quia pro peccatis suis metuebat hoc fore,] dicens. *f* Dñe,] Deus. *g* Exercituum,] hominum, & Angelorum *h* Deus Israël,] id est, Iudaici populi, quem specialiter tibi in populum peculiarem elegisti. *i* Qui sedes super Cherubin,] quia inter Cherubin obumbrantia propitiatorium, id est, tabulam, qua arca Domini tegebatur, dabat responsa: vel quia apparebat ibi gloria Domini, cùm descenderet in templum. *k* Tu es Deus solus omnium regnorum terræ, (non tantùm Iudæ, vt credit Sennacherib.
l Tu fecisti cœlum, & terram,] de nihilo, in quo apparet magna potentia tua. Ergo. *m* Inclina, Domine, aurem tuam, & audi,] exaudiendo. *n* Aperi oculos tuos, & vide,] miserendo.
o Et audi omnia verba Sennacherich] vindicando super eum. Verba, dico. *p* Quæ misit ad blasphemandum Deum viuentem, id est, te, qui solus es Deus viuens. *q* Verè enim, Domine, desertas fecerunt Reges Assyriorum terras,] prædictas. *r* Et regiones earum,] quasi similiter possunt facere nobis, nisi tu defendas nos.
s Et dederunt Deos earum igni,] i. Deos prædictarum terrarum igne combusserunt. Nec mirum, si hoc poterant.
t Non enim erant Dij, sed opera manuum hominum,] sc. *u* Lignum,] i. idola lignea. *x* Et lapides,] idola lapidea.

y Et,] ideò [comminuerunt eos,] prædictos Deos ligneos, & lapideos Reges Assyriorum.
z Et nunc Domine Deus noster, salua nos de manu eius,] id est, Sennacherib.
a Et] sic, [cognoscant omnia regna terræ, quia tu es Deus solus,] cùm, scilicet, liberauerit nos de manu Regis Assyriorum.
a quod omnes Dij.
Moraliter. *q* interpretatur sibimet ratio ceperat: quia singulares facilè capiuntur. *o* Nunquid eruerunt eos.] Gozan interpretatur nux, vel amygdalum: & significat patientes: quia patientia extrà amara est, intùs dulcis, sicut Nux, Aran, laus frumenti: & significat Doctores; & Prædicatores, quorum frumentum,] i. doctrina laudatur. Vndè *Eccl.* 44. c. Sapientiam eorum narrant populi. D Reseph, iniquitas mensuræ: & significat abstinentes qui inæqualis mensuræ, & strictæ sunt sibi. Eden, diuitiæ, vel deliciæ: & significat in Epulis gloriantes. Thalasar, apprehensio Principis: & significat aliorum correctiones. Ana, donum, vel gratificatio: & significat gratias Deo agentes, id est, contemplatiuos. Aua, iniquus, vel iniquitas: & significat actiuos. De quibus dicitur *Eccl.* 42. c. Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens. Emath, alta profunditas: & significat Logicos. Arphat, sanitas, vel saluatio: & significat Medicos. Sepharuaim, literati ipsorum, vel libri ipsi: & significat Aduocatos. Omnes istos se gloriatur diabolus decepisse. Patientes sæpe deuincit diabolus per nimiam remissionem: Doctores, & Prædicatores, vel per vanam gloriam, vel per ambitionem: abstinentes per auaritiam, & nimiam tenacitatem: epulones per prodigalitatem, & gulositatem: reprehensores, & correctores aliorum per nimiam austeritatem: contemplatiuos multotiens per torporem: actiuos per curiositatem: logicos per quæstionum inutilium inuestigationem: Medicos per medicinarum incertarum exhibitionem: Aduocatos per allegationum falsitatem, & patrociniorum infidelitatem, & salariorum superfluitatem, & pauperum excoriationem. *Mich.* 3. a. Comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt.

Decem genera hominum gloriatur diabolus decepisse.

b Et tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos, & cæteros] Liber diaboli, conscientia est peccatoris, quam debet homo auferre de potestate per peccati detestationem. Et tunc debet in domum Domini ascendere per boni desiderium, & amorem, & libros legere in conspectu Domini, id est, conscientiam Sacerdoti detegere per confessionem, & tandem orare per satisfactionem. Oratio enim pars est satisfactionis.
q Verè enim, Domine, desertas fecerunt Reges Assyriorum terras.] Dæmones desertos faciunt terrenos, non cœlestes. *Ierem.* 8. f. Deuorauerunt terram, & plenitudinem eius, vrbem, & habitatores eius. *Ioel* 2. a. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum, quasi solitudo deserti.
s Et dederunt Deos earum igni.] Dæmones dederunt Deos terrarum, id est, Prælatos terrenos, qui terris, & possessionibus vacant acquirendis, & defendendis: non animabus, igne luxuriæ, cupiditatis, ambitionis, iræ, gulæ: alios aliis, & plures pluribus.
t Non enim erant Dij, sed opera manuum hominum. Caueãt Prælati, qui non sunt verè Dij, i. qui non sunt vocati in Prælationem à Deo, sed opera manuum hominum, qui, sc. ab hominibus propter aliquam carnalitatem vocati sunt, quoniam tales comminuet Sennacherib, id est, dia-

A quod omnes Dij aliarum nationum facere nequierunt.
a Et misit Isaias filius] per nuncios.
b Hæc dicit Dominus,] respondens petitioni tuæ, ô tu Ezechia.
c Pro quibus rogasti] id est, contra eum, & negotium eius.

Quinta pars.

Et misit a Isaias filius Amos ad Ezechiam dicens: Hæc dicit Dominus b Deus Israel. Pro c quibus rogasti me de Sennacherib Rege Assyriorum, hoc d est verbum, quod locutus est Dominus super eum: e Despexit te, f subsannauit te g virgo filia Sion: h post te † mouebit i caput virgo filia Ierusalem, k Cui exprobrasti, & l quem blasphemasti, & super m quem exaltasti vocem tuam † & n leuasti altitudinem oculorum tuorum? Ad o sanctum Israel. In p manu seruorum tuorum exprobrasti Domino, q & dixisti: In r multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, s iuga Libani: & t succidã excelsa cedrorũ eius, & u electas abietes illius, & x introibo altitudinem summitatis eius, saltum y Carmeli eius.

Al. † mouit.

Al. † eleuasti.

d Hoc est verbũ] i. sententiam contra eum, vt (super) accipiatur oppressiue. e Despexit te] ô Sennacherib. f Subsannauit te] nolẽs tibi aperire portas suas, vt cæteræ Gentes; sed vilipendens minas tuas.
g Virgo filia Siõ,] id est, Ierusalem, quæ dicitur filia Sion: quia ipsa defendebatur à mõte Sion. (Virgo,) quia à Domino diligebatur, sicut Sponsa virgo a Sponso.
E Subsannatio ista potest intelligi facta, quando nũcij Ezechiæ noluerunt respondere nuncijs eius *sup.* 36. d. h Post te] fugientem.
Mouebit caput] quando cum paucis fugies, centum octogintaquinque millibus de exercitu tuo interfectis. Et accipitur hic pro eodem, filia Sion, & filia Ierusalem. Vel virgo filia Ierusalem, dicitur plebs inferioris ciuitatis filia Sion, plebs superioris.
k Cui exprobrasti] ô Sennacherib, quasi dicat, non mihi, sed Deo. Et sunt verba Ezechiæ, vel Prophetæ in persona eius.
l Et quem blasphemasti] per seruos tuos.
m Et super quem] clamando altè & comminando. n Et eleuasti altitudinem] ex superbia. Proprium enim est superbiæ supercilia erigere. Et respondet Ezechias, vel Propheta in persona eius.
o Ad sanctum Israel, non ad me, supple, eleuasti oculos.
p In manu seruorum tuorum,] non mihi. *Interl.* Non tua propria manu, vt maior esset arrogantia. Secundum hoc videtur, quòd maius peccatum esset verberare, vel interficere hominem per alium, quàm per seipsum, quòd falsum est. Sol. In opprobrijs maior est arrogantia per alium facere, quàm per seipsum; in factis è contrario. Tamen in casu maius peccatum posset esse facere per alium, vt si aliquis faceret verberari aliquem per vilissimum garrionem (In manu,) id est, in potestate, modus est loquendi, sicut ibi. Vita, & mors in manibus linguæ. *Prou.* 18. *d.*
q Et dixisti] ô Sennacherib, per te, vel per seruos Forsitan enim hæc verba, quæ sequuntur dixerat Rapsaces: sed hucusque a Propheta reseruata sunt. r In multitudine quadrigarum mearum.] quasi dicat, quæ alijs difficillima, & impossibilia sunt, ego feci: quia curribus meis montana Iudeæ ascendi.
s Iuga Libani,] ascendi, supple, id est, summitates siluarum. Libanus enim pro Nemore solet poni. Vel sic. [Iuga Libani,] destruam, supple, id est, colligationes, & laquear templi, quod erat de lignis Libani.
t Et succidam excelsa] in Siluis, vel in templo, ad litteram. Vel sic. (Succidam excelsa,) id est, excelsa regna eius, vel potentes in sublimi dignitate constitutos.
u Et electas abietes] ad litteram, vel potentes Reges Iudæis parentes.
x Et introibo] id est, quod in ea summum est & altissimum, scilicet, templum, & domum regiam. y Saltum Carmeli eius] id est, populum, qui vberiora terræ incolit. Et nota, quod hic vbique ponit præteritum pro futuro.
o præsumens, quasi certus
Moraliter. * bolus, & comburet. e Despexit te, subsannauit te.] Virgo ista anima fidelis est Sponsa Christi, quæ primo filia Sion per adeptionem æternæ pacis in patria. Ista primo despicit Diabolum, eius suggestionem respuendo: deinde subsannat eum, secreta eius atque consilia, per confessionem detegendo: post eum mouet caput, bonis operibus insistendo, vel de tribulationibus, quas ille ingerit, mel sugendo, & alios ad opera bona commonendo.
r In multitudine quadrigarum mearum.] Verba sunt Diaboli, qui gloriatur se subiecisse sibi altitudinem Prælatorum. Et nota, quòd sunt tres currus Diaboli, primus est malitiæ, secundus luxuriæ, tertius auaritiæ. Et habet vnusquisque horum quatuor rotas. Primi currus rotæ sunt sæuitia, impatientia, audacia, impudentia. Iste currus est valde velox ad effundendum sanguinem; quia nec innocentia sistitur, nec patientia retardatur, nec timore refrænatur, nec inhibetur pudore. Trahitur autem duobus admodum pernicibus equis, & ad omnem perniciem paratissimis terrena potentia, & sæculari pompa, Porro præsident duobus equis aurigæ duo timor, & liuor: Liuor quidem potentiam, timor autem pompam agit, dicit *Bernard.* Item terrenæ quidem iumentum potentiæ, nonne inuidia agitur, & quasi quibusdam liuoris hinc inde calcaribus suspicione vtique decedendi, & metu succumbendi? Item *Bernard.* Luxuriæ currus quadriga voluitur necessariorum ingluuie ventris, libidine † coitus, mollitie vestium otij, soporisque resolutione. Trahitur autem duobus equis, prosperitate vitæ, & abundantia rerum. Equis istis præsident duo, ignauiæ torpor, & infida securitas. Auaritia verò quatuor rotis vehitur vitiorum, quæ sunt pusillanimitas, inhumanitas, mortis obliuio, contemptus. Porro iumenta trahentia tenacitas, & rapacitas: Et his ambobus vnus auriga præsidet, ardor habendi. Sola siquidem auaritia; quoniam plures conducere non patitur, vno est contenta ductore, & iste flagris vtitur acerrimis, libidine acquirendi, & metu amittendi. In primo curru sedebat Iezabel. 3. *Reg.* 21. c. In secundo Sacerdotes. *Daniel* 13. b. In tertio Anania, & Saphira vxor eius. *Actorum* 5. a. Est etiam triplex currus Domini. Primus patientiæ, secundus pudicitiæ, tertius Charitatis. Primi currus sunt rotæ, quatuor, scilicet, benigna temporalium administratio, operosa infirmantium compassio, tentatorum blanda consolatio, iniuriarum læta toleratio. Secundi currus rotæ sunt, abstinentia cibi corporalis, munditia mentis, asperitas vestis, assiduitas laboris. Tertij verò currus rotæ sunt, zelus Dei, amor proximi, maceratio carnis, deuotio, vel liquefactio cordis. Primus currus duobus equis trahitur, qui sunt misericordia in hilaritate, & sollicitudo de reddenda ratione. Vnde *Romanorum* 15. b. Qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate. Secundi currus equi sunt, infirmitas corporalis, & inopia temporalis. Tertij currus equi, sunt beneficia Domini iam exhibita, & adhuc exhibenda. Primi currus auriga est, fortitudo, secundi mortis assidua consideratio; tertij mansuetudo. In curru patientiæ sedebat Iob, sicut patet *in libro eius per totum.* In curru pudicitiæ, Eunuchus. *Actorum* 8. g. In curru verò charitatis, Elias 3. *Regum.* 19. c. qui zelo zelatus est pro domo Domini. Et nota quòd currus Diaboli contrarij sunt curribus Domini. Currui enim charitatis opponitur currus auaritiæ: currui pudicitiæ, currus luxuriæ: currui patientiæ, currus malitiæ. Item quadriga Diaboli est suggestio, delectatio, consensus, opus. Vel cogitatio, locutio, opus, consuetudo. Istis quadrigis comminatur Dominus. *Nahum.* 2. d. Succendam vsque ad summum quadrigas tuas.

Tres currus Diaboli.

Al. † carnis.

Triplex currus Dei.

s Iuga Libani.] Libanus, id est, candidatio, vnde iuga Libani significant collegia innocentium, quæ valde nititur Diabolus subuertere.
t Et succidam excelsa cedrorum eius.] Cedrus alta arbor est, & significat Prælatos, quos hodie Diabolus succidit, dum per seculum litigiorum & causarum separat eos à folijs prædicationum, & fructibus animarum.
u Et electas abietes illius.] Pauimentum templi de tabulis abietinis erat, vnde abies potest significare subditos. Hodie enim Diabolus, & Prælatos & subditos, & ferè omnes trahit, & etiam continentes.
x Et introibo altitudinem summitatis eius.] Summitas Ecclesiæ Prælati sunt; sed altitudo summitatis curia Romana, quam verum hodie Diabolus intrauerit, à fructibus ipsis potestis cognoscere.
y Saltũ Carmeli eius.] Carmelus interpretatur sciẽtia circũcisionũ, & significat Clericos, maximè autẽ Theologos
* quorum saltum) id est,

a Ego fodi, & bibi aquam, & *b* exsiccaui vestigio pedis mei omnes *c* riuos aggerum, *d* Nunquid non † audistis, *e* quæ olim *f* fecerim ei? Ex *g* diebus antiquis *h* ego † plasmaui illud, & *i* nunc *k* adduxi, & factum *l* est in eradicationem collium compugnantiũ, & *m* ciuitatum munitarum, *n* Habitatores earũ *o* breuiata manu *p* contremuerunt, & *q* confusi sunt, *r* facti sunt sicut fœnum agri, & *s* gramen pascuæ, & *t* herba tectorum, quæ *u* exaruit, antequã maturesceret. *x* Habitationem tuam, & *y* egressum tuum, & *z* introitum tuum *a* ego cognoui, & *b* insaniam tuã contra me, cũ fureres aduersum me: *c* superbia tua ascendit in aures meas. Por *d* ego circulum in naribus tuis, & frœnum in labiis tuis: & *e* reducam te in viam, per quam venisti. Tibi *f* autem hoc *g* erit signum. *h* Comede hoc anno, *i* quæ sponte nascuntur, & in *k* anno secundo pomis vescere. In *l* anno autem tertio *m* seminate, & metite, & *n* plantate vineas, & *o* comedite fructum earum.

Al. † audisti.

Al. † plasmaui.

a præsumens, quasi certus esset, quòd omnia ista faceret, sicut Prophetæ ponebant præteritum pro futuro, propter prophetalis certitudine. *a* Ego fodi] puteos. (& bibi aquam) quasi dicat ego proposui facere puteos quando ero in obsidione, vt bibam aquam de eis, quia tantus erit exercitus vt flumina exsiccent & ideò puteos aquæ inopia facient. *b* Et exsiccaui vestigio pedis mei) quasi exercitus, qui mecum est, & meus est.
c Omnes riuos aggerum] i. populos, villarum circa Ierusalem, vel ad litterã, fluuios camporum.
d Nunquid non audistis.] Modò conuertit Dominus sermonem ad Prophetas, & & præcipuè ad Isaiam, quasi non miremini, si populus meus, scilicet, decem Tribus, captiuatus est: quia illud nequaquam factum est viribus Sennacherib, sed mea voluntate, qui tanto tempore per Prophetã Amos futurum hoc prædixi, quòd scilicet, Israel captiuus migraret de terra sua *Amos* 7. c. quod iste Sennacherib factum suis viribus inaniter gloriatur. Vnde dicit. (Nunquid non audistis) in spiritu, ô vos Prophetæ.
e Quæ olim] id est, ab æterno. *f* Fecerim] id est, prædestinauerim et futurum.
g Ex diebus antiquis] id est, ab initio. *h* Ego plasmaui illud] id est, facere disposui, & præuidi malũ, scilicet, quod per Sennacherib infertur, non in hoc, quod malum; sed in hoc quod iustum est, id est, non in quantum à Sennacherib malè illatum; sed in quantum populo pro peccatis iustè inflictum.
i Et nunc] id est, paulo antè. *k* Adduxi] comminatam captiuitatem super decem Tribus. Solum enim octo anni transierunt, postquam captiuatæ fuerant decem Tribus vsque ad tempus illud. *l* Et factum est] id est, Principum qui inter se discordabant, & pugnabant. Alij enim volebant se reddere, alij rebellare, & de hoc discordia inter eos. *m* Et] in eradicationem, ciuitatum munitarum.
n Habitatores earum] id est, ciuitatum munitarum.
o Breuiata manu] id est, retracta manu mea, id est defensione ab auxilio eorum *p* Contremuerunt] nimia ciuium multitudine & virtute, & Assyrio veniente.
q Et confusi sunt] tremore. *r* Facti sunt,) Facti sunt, sicut] id est, citò consumpti, sicut fœnum. *s* Et gramen pascuæ] id est, herba, quæ messem impedit, segetibus se circumuoluendo, & impediendo, ne crescant & vocatur † temna. Et nota, quòd non comparat decem Tribus vineæ, vel oliuæ, sed infructuosis: vt notet per hæc, quòd erant inutiles, *t* Et facti sunt velut, (herba tectorum) quæ crescit super tecta. *u* Quæ exaruit, antequam maturesceret] præ defectu humoris, ad literam. Et conuertit Dominus sermonem suum ad Sennacherib. *x* Habitationem tuam] id est. Babilonem, dicit *Interl.* Sed contrà Ipse erat Rex Assyriæ, cuius Metropolis erat Niniue. Sol. Reuers Metropolis Assyriæ erat Niniue; sed ipse erat Monarchs Assyriorũ & Chaldæorum: & ideò quandoque habitabat in Babylone, quæ erat de regno eius. postea tamen translata est Monarchia ad Chaldæos; *z* Et introitum in terram Iudæorum. *y* Et egressum tuum] de terra Iuda.

Al. † termia.

a Ego cognoui] i. Prophetas cognoscere feci, & annunciare. *b* Et cognoui, ad literam, (insaniam tuam) quando dixisti: Quis Deus poterit vos liberare de manu mea? *sup.* 36. d. *c* Superbia tua ascendit) quando dixisti: Ascendam in cœlum supra astra cœli: & ero similis Altissimo, *sup.* 14. d.
d Ponam ergo circulum] quasi dicat, sicut bubalus in naribus annulo, & equus in labiis frœno domatur, sic te indomitum, & infrœnem domabo quasi dicat te ampliùs sustinebo: vt scias te hoc non viribus tuis potuisse, sed arbitrio meo. Merebantur enim impiæ Gentes, & infructuosæ arbores, vt per te, quasi per securim succiderentur. *e* Et reducam te] quia omnes, per quos venerat, deprædatus fuerat: per alios, quos similiter spoliare proposuerat redire non potuit, sed quoniam cum solis decem euasit: ideò, per loca vasta, & inuisitata rediit, vt nullus eum fugientem persequi potuisset. Et tradunt hebræi caput, & barbam illi rasam in ignominiam, & ideò ignominiosè legitur reuersus in terram suam, secundum quod de eo prophetauerat Isaias. *sup.* 7. d. In die illa radet Dominus in nouacula acuta in his, qui sunt trans flumen in Rege Assyriorum caput, & pilos pedum, & barbam vniuersam. Tibi autem] verba sunt prophetæ ad Ezechiam. *g* Hoc erit signum] liberationis tuæ, quasi dicat, tertio anno recedet a te Sennacherib in terram suam, non rediturus. Ego autem prædico tibi quid facies hoc anno, & quid secundo vt cum videris hæc impleta, scias verum esse quod prædixi de tertio.
h Comede hoc anno) id est, primo anno, quo Sennacherib iuit in Ægyptum. *i* Quæ sponte nascuntur.) *Septuaginta* autem quæ prius seueras, 4. *Reg.* 19. f. dicitur, quod repereris & totum in idem redit. Imminente enim messe irruerant Assyrij, & vastauerant segetes, vineas, & quædã oliueta: sed quædam inter vngulas equorum conculcantium euaserant, quæ collegerunt Iudæi post recessum Rapsacis. De quibus dicunt *Septuaginta.* Comede hoc anno quæ prius seueras Item Ezechias præsciuit aduentum Assyriorum: ideò vndecunque congregauerat victualia, & reposuerat in Ierusalem. Et de istis dicitur in libro *Reg.* Comede hoc anno, quod repereris. Item de conculcatis in terram, quædam sponte, & sine labore hominum germinauerat. Et de his dicitur hic, [Comede hoc anno,
k Et in anno secundo) vel secundum *librum Regum.* Comede, quæ sponte nascuntur, quod idem est. Secundo enim anno, dum Sennacherib moraretur in Ægypto vastans eam, quia Iudæis iam defuerant prædicta victualia, Dominus valde abundanter multiplicauit eis, quæ sponte gignit humus, & hæc vocat communi nomine poma. Et de istis vixerunt secundo anno.
l In anno autẽ] occiso exercitu Sennacherib & ipso fugato *m* Seminate, & metite) eodem anno.
n Et plantate vineas] quæ vastatæ sunt ab Assyriis.
o Et comedite fructum earum) id est, vinearum.

Δ Et mittet id, quod

* quorum saltum, id est, infructuosos, qui multi sunt, intrauit Diabolus.

Moraliter.

a Ego fodi, &c.] Fodit Diabolus terrenos per temporalium cupiditatem, vt ebibat aquas gratiæ. Vnde *Gen.* 26. c. legitur quod Abraham mortuo, obstruxerunt Palæstini puteos eius, implentes humo, & de hoc dicitur *Iud.* 7. b, Pone custodes fontium, vt non hauriant ex eis: & sine gladio interficies eos. *b* Et exsiccaui vestigio. Istud intendit Diabolus valde siccare riuos Scripturarum, riuos lachrymarum, riuos etiam gratiarum. Sequitur.
r Facti sunt] quod citò marcescit quoad concupiscentiam vitæ carnis, Vnde *infr.* 40. b. Omnis caro fœnum.
s Et gramen] quoad concupiscentiam oculorum, quæ pascit cupidos, nec tamen satiat.
t Et herba] quæ in alto crescit, & nunquam fructum facit, quoad superbiam vitæ. *d* Ponam ergo circulum.] Circulus iste Dei potentia significat, quæ nec habet principium, neque finem. Frænum quod de ferro fit, significat hominis patientiam: quia sicut ferrum omnia domat metalla; sic patientia omnia superat nares Diaboli, quæ concauæ sunt; significant suggestiones occultas. Labia eius significant suggestiones apertas. In naribus ergo Diaboli ponit Dominus circulum, quando potentia sua, quæ æterna est, non habens principium, neque finem cohibet eius astutiam seducendi. In labiis autem eius frænum ponit, quando dat homini patientiam & fortitudinem, eius tentationibus resistendi.
h Comede hoc anno, quæ sponte nascuntur.] Primus annus hominis est culpæ, secundus gratiæ, tertius gloriæ. In primo ergo anno comedit homo, quæ sponte nascuntur, i. mala opera, quæ vltrò se offerunt. In secundo pomis, quæ sunt odorifera, vescitur, i. bonis operibus delectatur. In tertio autem, quæ prius seuerat, sicut dicitur, 4. *Reg.* 19 f. quia tunc redditur immensitas gaudiorum secundum exigentiam meritorum.

A a Et mittet id, quod saluatum fuerit de domo Iuda,] id est, in Tribu Iuda. b Et quod relictum est, in Agris, vel seminibus. c Mittet radices deorsum, &c.] id est, abundanter faciet fructum, sicut arbor, quæ quantò profundius mittit radices tantò altiùs facit fructum. Vel sic [Et mittet quod saluatũ fuerit, &c.] i. paucitas illa, quæ relicta erit de Tribu Iuda, valde postea multiplicabitur, & redibit ad loca, & populabit terram suam quæ propter metum hostium confugerat in Ierusalem. Vnde subdit.

d Quia de Ierusalem,] i. prædicti, qui confugerant, de Ierusalē, exibunt & redibunt ad loca sua.

e Et saluatio de monte Sion] id est, illi, qui saluati fuerunt in Ierusalem exibũt ad possessiones suas.

al. † reliquũ.
al. non habet † mittet.
al. † radicem.
G
al. † introibit

Et a mittet id, quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod † b relictum est, † mittet c radices deorsum, & faciet fructum sursum: quia de d de Ierusalē exibunt reliquiæ, & e saluatio de monte Sion? f Zelus Domini exercituũ faciet istud. g Propterea hæc dicit h Dominus de Rege Assyriorum: Non † i intrabit ciuitatem hanc, & non k iaciet ibi sagittam, & l non occupabit eam clypeus, & m non mittet in circuitu eius aggerem. In n via qua venit, per eam reuertetur: & ciuitatem hanc non ingredietur dicit Dominus. Et o protegã ciuitatem istam, vt saluem eã propter me, p propter Dauid seruũ meum, q Egressus est autem Angelus Dñi, & r percussit in castris Assyriorũ, centũ octogintaquinque millia, Et † s surrexerunt mane: & t ecce † omnes u cadauera mortuorum. Et x egressus est, & abiit. Et y reuersus Sennacherib Rex Assyriorum, & z habitauit in Niniue. Et a factum est, cùm adoraret in templo, Nesrach Deum suum, b Adramelech, & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, c fugerúntq; in d terram Ararath: & e regnauit Asaraddon filius eius pro eo.

al. † surrexit.
al. † omnis.

f Zelus Domini exercituum faciet istud,] id est, dilectio & misericordia, quam Dominus habet erga vos, non merita vestra. Et notat, quod propter hoc prædicit hæc Propheta, quia ipsi valde timebant de fame. Propter hoc autem ita vicinum signum ostendit, vt postquam viderint propinquum credant & remotum.

g Propterea.] quia Dominus tantum vos zelat, & diligit. h Hæc dicit Dominus de Rege, [scilicet, Sennacherib. i Non intrabit ciuitatem hanc,] id est, Ierusalem quamuis obsideat eam. k Et non iaciet ibi sagittam,] vnde quenquam occidat.

l Et non occupabit eam clypeus) id est, non ponet clypeum suum super muros, sicut fit in ciuitatibus, quæ capiæ sunt. m Et non mittet,] id est, non implebit fossata quamuis diu obsideat eam.

n In via, qua venit, per eam reuertetur, &c.] cui credendum est. o Et protegam ciuitatem istam,] quasi dicat Dominus istud faciam propter clementiam meam, non propter merita vestra; sed propter honoré meũ, ne videar iniustus, tradendo fidelem Regem, & ciuitatem, quam elegi.

p Et propter Dauid,] id est, meritis, & precibus Dauid, vel propter promissionem factam Dauid. Et per hoc notat aliquos ibi fuisse fide, & opere hæredes Dauid.

q Egressus est autem Angelus Domini, de Paradiso ad hoc fortè faciendum. Vel. [Egressus:] quia apparuit, vbi priùs non apparebat esse. r Et percussit in castris Assyriorum, quos Dei potentia sine vulnere occidit, & in puluerem redegit. s Et surrexerunt mane,) Sennacherib, & pauci de exercitu suo scilicet, tantùm decem, vt dicunt Hebræi. t Et ecce omnes,] id est, ferè totus exercitus.

u Cadauera mortuorum,] id est, mortui erant,

x Et egressus est, &c.] extra Iudæam y Et reuersus est,] in terram suam. z Et habitauit in Niniue,] in qua erat habitatio eius, & sedes regni.

a Et factum est.] Fortè quia per tres annos non fuerat in terra, priùs iuerat ad templum Dei sui, sicut solent facere peregrini quando veniunt de peregrinatione: & Monachi quando veniunt de via, tanquam fortè gratias redditurus Deo suo de hoc, quòd non erat mortuus cum illis de exercitu, credens se liberatum per eum à morte & cucurrerat ibi populus ad videndum Regem.

b Adramelech & Sarasar filij eius,] in illo tumultu, [percusserunt eum gladio.] Matre istorum mortua, duxerat Sennacherib aliam vxorem, ex qua filium habebat Asaraddon. Et quia magis diligebat secundam, ideò voluit filium eius Asaraddon substituere in regnum: super quo indignati isti duo, ad quos pertinebat regnum, occiderunt patrem. Vel secundum alios conquerebatur Sennacherib, quare Deus suus non iuuerat eum: & credens eum offensum sibi, volens ipsum placare, promittebat, quod prædictos filios ipsi offerret, si ipse hoc tantum vellet habere Quod illi audientes, timebant interfici ab eo, occiderunt eum.

c Fugerúntque,] timore Asaraddon fratris sui, qui iam cœperat regnare.

d In terram Ararath.] id est, Armeniæ.

e Et regnauit Asaraddon filius eius pro eo.] Iste fuit Asaraddon, qui misit cultores in Samariam, ne inculta remaneret. 4. Reg. 17. d.

* a Et mittet id, quod saluatum fuerit.] Sola humilitas saluat hominem. Vnde hic, dicitur.] Quod saluatum fuerit, mittet radices,] deorsum,] per humilitatem.] Et faciet fructum sursum, per exaltationem. Vnde Luc. 18. c. Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Prouerb. 15. d. Gloriam præcedet humilitas.

g Propterea hæc dicit Dominus de Rege Assyriorum. Non intrabit ciuitatem hanc] per malæ cogitationis immissionem. k Et non iaciet ibi sagittam,] vnde vulneretur anima per malum consensum, vel delectationem.

Moraliter.

A

CAP. XXXVIII.

4. Reg. 20. a.
2. Paral. 32. f

IN f dieb9 illis g ægrotauit Eze-

l Et non occupabit eam clypeus,] id est, non ponet ibi signum tanquam ceperit eam per mali operis perpetrationem. Et non mittet in circuitu eius aggerem,] vnde captam teneat animam per malam consuetudinem.

n In via, qua venit per eam reuertetur.] Hoc fit, quando homo suggestionibus Diaboli non consentit, tunc enim reuertitur Diabolus per viam, qua venit. Quando autem consentit homo; tunc transit per medium hominem, Vnde. Isa 51. g. Incuruare, vt transeamus. q Egressus est Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum, centum octoginta quinque millia.] Angelus iste significat Christum, qui est Angelus magni consilij. sup. 9. b. secundum Septuag. Qui in iudicio egredietur ad iudicandum, & percutiet Diabolum, & omnes malos virga oris sui, quando dicet. Ite, maledicti, in ignem æternum. Matth. 25. d.

s Et surrexerunt mane.] Boni semper erant in mane iucunditatis, in mane prosperitatis, in mane æternitatis.

t Et ecce omnes cadauera mortuorum.] Hoc est, quod dicitur in fine huius libri Egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me. a Et factum est, cum adoraret in templo Nesrach Deum suum. Adramelech, & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio.] Nesrach interpretatur tenera tentatio. Tunc facilè occiditur Diabolus, quando tenera est tentatio. Et nota, quòd duo filij sui occidunt eum, Adramelech, scilicet, stola Regis, vel decor regni, siue indutus, aut regnator decoris, & Sarasar Princeps tribulationis, vel elatio angustiæ. Hi sunt filij Diaboli. Primò enim habuit vnum per naturam, quando decorem regni cœlestis habuit in sua creatione. Consequenter habuit secundum per culpam, quando factus est Princeps tribulationis, & inferni in sua præcipitatione occiditur autem ab istis: quia a nobis effugatur per contemplationem decoris cœli, & tribulationis inferni, Hæc duo occidunt eum.

EXPOSITIO CAP. XXXVIII.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias, &c. In capitulo isto post mortem Sennacherib agitur de ægrotatione Ezechiæ. Et diuiditur istud capitulum, quasi in sex partes. In prima parte dicitur, de ægritudine Ezechiæ. In secunda, quòd venit ad eum Isaias, annuncians ei, quòd moriturus erat, ibi [Et introiuit ad eum.] In tertia de fletu, & oratione Ezechiæ, ibi. Et conuertit Ezechias.] In quarta de reditu Isaiæ ad nunciandum Ezechiæ, quòd reciperet sanitatem, ibi. [Et factum est verbum Domini ad Isaiam. In quinta signo dato Ezechiæ suæ curationis, ibi. [Hoc autem tibi erit signum.] In sexta de gratijs Ezechiæ pro sanitate reddita, ibi. [Scriptura, &c.] Dicit ergo.

f In diebus illis,] in quibus, scilicet, mortuus est Sennacherib. g Ægrotauit Ezechias, quia scabie, & A vlceribus propter

f In dieb9 illis ægrotauit Ezech.] Mor hic exprimitur stat9 vitę nostrę, qui modò est in aduersitate, modò in prosperitate. Vnde Basilius

Moraliter.

a vlceribus propter ingratitudinem percussit eum Dominus.

a Vsque ad mortem,] quia morbo regio laborat, qui dicitur lupus carnes consumens. Vnde secundum naturam erat ægritudo lethalis. Et dicunt Hebræi, quod propter hoc ægrotauit,

quia post incredibilem victoriã de Rege Assyriorum non reddidit Deo grates debitas, sed in superbiam elatus est.

Secũda pars. chias vsque a ad mortem. Et b introiuit ad eũ Isaias filius Amos † Prophetæ, c & dixit ei: Hæc dicit d Dñs. e Dispone domui tuæ: f quia morieris tu, & g non viues. Et h conuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & i orauit ad Dominum, & dixit: k Obsecro, Domine, memento, quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & l corde perfecto: & m quod bonum est in oculis tuis, fecerim. Et n fleuit Ezechias fletu magno. Et o factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens: p Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit q Dominus Deus Dauid patris tui,

Al. † Propheta.

De pœn. dist. 1. c. quamobrem.

b Et introiuit ad eum Isaias filius Amos Prophetę,] vbi iacebat infirmus.

c Et dixit ei, Isaias Ezechiæ.

d Hæc dicit Dominus,] quasi non dico hoc auctoritate mea, sed Domini.

e Dispone Domui,] id est, indica, quis succedet tibi in regno.

f Quia morieris tu] de hac infirmitate. Et dicebat hoc secundum causas inferiores quæ hoc exigebant.

g Et non viues,] in futuro cum Domino. Et ita duo comminatur hic Propheta mortem præsentem scilicet, & futuram, & hoc pro eo, quòd non satisfecit: quod semper in talibus subaudiendum est.

Tertia pars. h Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem,] templi, vel domus suæ: & hoc fecit, ne gemitus audiretur, vel lachrimæ eius viderentur.

i Et orauit ad Dominum, & dixit,] Ezechias.

k Obsecro, Domine, memento, quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate,] non falsitate vel vanitate. Nec est arrogantiæ, quòd recolit Ezechias bona opera sua, sed est prudentiæ. Sicut enim grauis culpa est, homini sibi arrogare, quod non est; sic culpa nulla est, si humiliter dicat, quod bonum est.

l Et in corde perfecto,] integro non diuiso, non claudicans post idola, sicut multi alij Reges.

m Et quod bonum est in oculis tuis,] id est, placitum coram te, [fecerim.] Pater enim eius Achaz cultum Domini omnino abiecerat; ita quòd nullus omnino intrabat templum, & de altari æneo horologium fecerat, & cultum idolorum valde dilatauerat. Sed Ezechias omnino hæc destruxit, & cultum Domini plenè restituit, & serpentem etiam Æneum, quem Iudæi adorabant in Gabaon, comminuit.

n Et fleuit Ezechias fletu magno,] quia non habebat aliquem filium, vnde posset impleri promissio facta Dauid, scilicet. *Psalm.* 131. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Quarta pars. o Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens,] priùs quàm egrederetur mediam partem atrij.

p Vade; & dic Ezechiæ, ægrotanti.

q Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui,] cuius promissionem desideras, & opera sectaris.

Moraliter. Δ Audiui orationem

* ritate. Vnde *Basilius*. Talis est vita nostra, neque enim ea quæ grata sunt, neque tristia perseuerãnt. Nota, quòd Ezechias fugato Sennacherib ægrotauit, quasi, scilicet, de inopinata victoria elatus. Sic multi deuictis tentationibus Dæmonis per elationem ægrotant, & plurimi moriuntur. quod significatum est. 1. *Macha.* 6. f. vbi legitur, quod Eleazarus cùm occidisset elephantem, sub eodem occubuit. Vbi dicit *Gloss.* Sub hoste, quem occidit, moritur, qui de culpa, quam superat eleuatur. Vnde superbia morbus est, non quorumcumque membrorum, sed capitis. Vnde *Versus*.

Ouidius de remedio amoris. *Alta petit liuor, perflant altissima venti.*

Et *Gregor.* Superbia natione cœlestis, cœlestium mentes inhabitat: & sub cinere, & cilicio latitans, semper nititur ad ortus proprios remeare. Vndè *suprà* 1. h. Omne caput languidum, & omne cor mœrens. Caput Ecclesiæ sunt Prælati, cor Doctores. Isti mœrent, illi languent. Plus est autem languere, quam mœrere; quia quanto gradus altior, tantò casus grauior.

Secunda pars. e Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.] Ita deberent dicere Medici, quando viderent grauem infirmitatem, vt infirmus cogitaret de anima sua; sed ipsi decipiunt infirmos suos promittendo semper sanitatem. Posset hoc esse Thema in domo Dei, vbi iacent pauperes. Nota, quòd est domus interior, conscientia; exterior, familia, inferior, corpus superior, Paradisus. Cõscientia dicitur domus: quia ibi debet homo manere, & quiescere. Vnde *Ps.* 114. Conuertere, anima mea, in requiem tuam. Bonus homo valde inuitè debet relinquere hospitium suum in die solemni, sicut consueuerunt homines dicere: Dies solẽnis est, ego nolo relinquere hospitium meum. Vnde *Apoc.* 1. dicit *Ioan.* Fui in spiritu dominica Die. Sed multi sunt histriones, qui hospitia sua libenter relinquunt. Vndè *Prouerb.* 7. b. de mala muliere dicitur. Non valens in domo sua consistere pedibus suis. Hanc domum malum est relinquere propter insidiantium hostium multitudinem. *Luca* 10. e. Homo quidam descendebat à Ierusalem in Iericho: & incidit in latrones. Secundò, propter temporis dati ad operandum perditionem. *Ecclesiast.* 14. b. Non te prætereat particula diei bonæ. Tertiò, propter amicorum vitandum scandalum, & offensionem, id est, Angelorum & Sanctorum. Vnde *Beatus Bernardus*. Vereor, ne nostram desidiam quandoque abhorrentes Angeli cum indignatione recedant: & vnusquisque nostrum citò cum gemitu dicere incipiat. *Psalm.* 87. Longè fecisti notos meos a me: posuerunt me abominationem sibi. Huic domui debemus prouidere, primo ipsam à sordibus mundando. Vnde *Psalm.* 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, id est, per singula peccata conscientiam meam. Secundò, ipsam ornando. 1. *Machabaor.* 4. g. Ornauerunt faciem templi coronis aureis, id est, spe misericordiæ Dei. Tertiò, ipsam sollicitè custodiendo. *Abacuk.* 2. a Super custodiam meam ego stabo. Secunda domus est familia, cui debet homo prouidere eam rectè gubernando, & corrigendo. Propter hoc enim percussus est Heli, quia familiam suam remissè correxit peccantem. 1. *Regum* 4. d. Tertia domus est corpus, cui prouidere debet homo necessaria ministrando *Eccles.* 33. d. Virga, & onus asino: pastus, & disciplina, & opus seruo. Quarta domus est Paradisus, cui debet homo prouidere locum suum in ea, sollicitè custodiendo. Vndè *Apocalip.* 3. c. Tene, quod habes ne alius accipiat coronam tuam.

Multiplex domus.

Tertia pars. h Et conuertit Ezechias faciem suam ad parietem.] Conuerti ad parietem est peccata propria ad memoriam reuocare. Vel paries est carnis fragilitas. *Cantic.* 2. c. En ipse stat post parietem nostrum. Cuius consideratio maximè proficit ad salutem. Vnde *Gregor.* Nihil adeo valet ad domanda carnis desideria, sicut cogitare qualis ipsa caro futura est mortua.

i Et orauit ad Dominum, &c.] Hic ostendit, quam vtilis sit fletus cordis. Dixerat Propheta Ezechiæ. Morieris tu, & non viues. Et continuè post fletum dicit ei. Ecce ego adiiciam annis tuis quindecim annos. Simile etiam legitur 2. *Regum.* 12. d. ex quo dicit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Statim responsum est ei: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Item 2. *Regum.* 24 c. dixit Dauid ad Angelum percutientem. Ego sum, qui peccaui. Et statim dictum est ei à Propheta: Ascende, & constitue altare Domino.

Item 3. *Regum.* 21. g. Achab licet esset pessimus, audita comminatione Eliæ, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam. Et licet esset ficta pœnitentia, vt dicit *Gloss. super Ezech.* tamen dixit Dominus Eliæ. Vidisti certè Achab humiliatum coram me, quia igitur humiliatus est mei causâ, non inducam malum in diebus illius. Similiter *Iona* 3. d. pepercit Dominus Niniuitis, quia operti sunt saccis. Sequitur.

Quarta pars q Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris, tui.] Dauid commemoratur, quia exemplar fuit humilitatis, mansuetudinis, timoris, spei, & abstinentiæ. Humilitatis, vnde cùm reprehendisset eum Michol de hoc, quod saltasset, & nudasset se coram arca Domini 2. *Regum* 6. d. respondit: Viuit Dominus, quia ludam, & vilior fiam plus, quàm factus sum. Mansuetudinis vt patet in mansueta toleratione maledictionum Semei. 2. *Reg.* 16 c. Timoris: quia cùm tantus esset, & in tantis tentationibus firmus stetisset, nihilominus cecidit, quod valde debet nobis timorem incutere. Vnde *Gregor.* Dauid cadentem nemo

 * præsumat. Spe,

a Audiui orationem tuam,) id eſt, exaudiui.
b Et vidi lachrymam tuam,] id eſt, aſpexi contritionem, & deuotionem tuam.

a Audiuj orationem tuam, *b* & vidi † lachrymam tuam, *c* Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos *d* quindecim annos, & *e* de manu Regis Aſſyriorum eruam te, & *f* ciuitatem iſtam, & *g* protegã eã. *h* Hoc autem erit tibi ſignum à *i* Domino: quia *k* faciet Dominus verbum hoc, qood locutus eſt. *l* Ecce ego reuerti faciam vmbram *m* linearum, per quas deſcenderat in horologio Achaz in Sole retrorſum decem lineis.

al. † lachrymas.

c Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos.] Sed nonne tunc mentitus fuit Iſaias qui dixerat eum eſſe moriturum? Præterea ſi hoc viderat Propheta in ſpeculo æternitatis, viderat ibi falſum. Item ſecundum hoc videtur mutata Dei præſcientia. Ad hoc dicendum quod verum dixerat. *ſuprà* Propheta, nec erat falſum ſcriptum in libro vitæ. Quaſi enim duobus modis ſcriptum eſt ibi aliquid ſecundum, ſcilicet cauſas ſuperiores, ſic erat ibi ſcriptum, Ezechiam non eſſe moriturum, ſed hoc non oſtendit Dominus Iſaiæ. Secũdum autem cauſas inferiores erat ibi ſcriptum, Ezechiam eſſe moriturum; & hoc oſtendit Dominus Iſaiæ. Nec mentitus eſt, nec dixit falſum Iſaias, nec mutata eſt præſcientia Dei. Vnde dicit *Gregor. hic in Gloſſ.* quod Deus ſententiam mutat, non conſilium. Item *alia Gloſſ.* quæ ſic incipit. Cui ſimile, Niniue ſubuertetur, dicit Domino non mutante ſententiam, & *Gregor.* dicit hic contrarium, quò Dominus mutat ſententiam non conſilium. Solut. ſententia quandoque accipitur pro ſenſu exteriorum verborum: ſic accipit *Gregor.* quandoque dicitur ipſa diſpoſitio Dei, ſic non mutatur, ſicut dicit *alia Gloſſ.* Hoc autem idem accipiendum eſt, vt dicit *Gillibertus*, quòd Deus mutat ſententiam, i. verborum ſenſum. Sed hoc nihil videtur, qoia hæc verba, morieris tu, & non viues, eundem ſenſum habent antè, & poſt. Et dicendum, quod ſenſus, verborum triplicem habet comparationem. Vnam ad rem ſignificatam, aliam ad vocem ſignificantem, tertiam ad intellectum audientis verbum. Primo modo mutatus eſt ſenſus verborum, quia ipſæ res in ſe mutatæ ſunt; ſed non in Dei conſilio. Naturam enim, quæ iam in Rege defecerat, ſciebat Dominus ſe reparaturum ad orationem, & lachrymas eius; & ita ſententia; id eſt, ipſæ res mutatæ ſunt, ſed non Dei conſilium. Secundo autem modo, & tertio non eſt eſt mutatus ſenſus verborum: quia idem intelligitur illis verbis, quod antè. Sed quærit etiam *Gillibertus*. Cùm prophetæ legant in ſpeculo æternitatis, quomodo Ezechiam moriturum erat ibi ſcriptum, cùm nõ eſſet verum? Et ſoluitur ad hoc, quòd Ezechiã eſſe moriturum non erat ibi ſcriptum ſimpliciter, ſed Ezechiam eſſe moriturum ſecundum cauſas inferiores: & hoc erat verum: & hoc vidit Iſaias, & hoc intendebat dicere, licet non expreſſiſſet verbo tenus, ideóque Propheta non dixit falſum, licet Dominus rem aliter ordinauerit: ſicut ſi aliquis videret cæcum, & diceret de eo. Iſte amplius non videbit, etiam ſi cæcus poſtea ex diſpoſitione Dei reciperet viſum, non propter hoc eſſet mentitus, qui dixerat hoc, nec dixiſſet falſum ſecundum intentionem ſuam. Quid autem ſit Prophetas videre in ſpeculo æternitatis, diſputationi relinquimus.

c Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos,] quibus victurus eras, ſecundum merita tua, & ſecundum cauſas inferiores.

d Quindecim annos,] non vltra illos, quos in præſcientia mea ſtatueram, ſed iſtos quindecim, quibus carere per peccata tua merueras, reddam tibi: & erit vita tua tanta, quanta futura erat in præſcientia mea.

e Et de manu Regis Aſſyriorum eruam te,] quòd non præualebit tibi. Fortè enim Ezechias adhuc timebat, vel Sennacherib, neſciens eum mortuum, vel filium eius, ne vellet vindicare ignominiam patris.

f Et ciuitatem iſtam;] id eſt, Ieruſalem eruam etiam de manu eius.

g Et protegam eam,] contra inimicos. Modò tranſi: & accipe literam illam, quæ eſt in fine capituli huius. [Et dixit Ezechias.) Hoc enim fuit priùs dictum. [Quod erit ſignum, quia aſcendam in domum Domini,] id eſt, die tertia, ſicut dicitur 4. *Reg.* 20. b. Vix enim poterat credere, quòd tam citò poſſet conualeſcere de tanta infirmitate. Modo reſume.

h Hoc autem erit tibi ſignum. Verba ſunt Iſaiæ ad Ezechiam. Quinta pars

i A Domino,] id eſt, quod dabitur à Domino. Signum dico huius.

k Quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus eſt,] id eſt, quod dabit tibi ſanitatem, & dabit tibi adhuc quindecim annos vitæ.

l Ecce ego reuerti faciam.] id eſt, impetrabo à Domino precibus meis, quod Dominus faciet. Et ſic ſunt verba Iſaiæ loquentis in perſona † propria. Vel ſunt Domini loquentis per Iſaiam.

m Vmbram linearum, per quas deſcenderat in horologio Achaz in Sole retrorſum decem lineis,] Nota ad euidentiam huius litteræ, quòd horologium Achaz erat quædam rota ad modum lineæ corniculatæ ſemicircularis depicta in pariete templi, habens lineas, vel ſpatia, ſiue ſulcos duodecim æquè diſtantes, quæ protendebantur ſtilo, vel gnomone affixo in medio illius rotæ ſemicircularis, quarum ſingulas cùm ingrediebatur Sol, incipiebat

al. † Domini.

Moraliter. * præſumat. Spei, quia cùm eſſet puer, ſub fiducia auxilij Domini aggreſſus eſt Goliam, quem nullus filiorum Iſrael expectare audebat, 1. *Regum.* 17. f. Abſtinentiæ quod patuit in hoc, quod aquam, quam tantùm deſiderauerat, cum eſſet ei allata de ciſterna Bethleem, libauit eam Domino. 2. *Regum.* 23. c. & 1. *Paral.* 11. d.

a Audiui orationem tuam, & vidi lachrymam tuam.] Ecce orationem audit Deus, ſed lachrymam videt, quaſi propinquiorem ſibi. Oratio etiàm conduntur lachrymis. *Tobiæ* 12. c. Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos per diem abſcondebas in domo tua, & nocte ſepeliebas, ego obtuli orationem tuam Domino. Vbi *Gloſſ.* Oratio Deum lenit, lachryma cogit. *Oſea* 12. b. Fleuit, & rogauit eum, id eſt, Dominum. Ecce quòd oratio condita lachrymis facit inuenire Deum. *Cant.* 4. c. Vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum. Oculus autem videt, & lachrymatur.

c Ecce ego adiiciam ſuper dies tuos quindecim annos.] Quindenarius conſtat ex ſeptem, & octo. Septenarius ſignificat ſeptem opera miſericordiæ, quæ tanguntur, *Matth. vigeſimoquinto* c. Vnde verſus.

Veſtio, cibo, poto, tectum do, viſito ſoluo.

Septimum autem habetur. *Tobiæ* 4. a. ſcilicet, mortuos ſepelire. Et hæc pertinent ad actiuam vitam. Octonarius autem ſignificat contemplatiuam, quæ poſt ſeptenarium perfectæ operationis datur à Deo. Addit ergo Dominus quindecim annos homini, quando dat homini proficere in vtraque vita prædicta: & hoc, vt homo referat ei fructum. Vnde *Eccleſiaſt.* 11. a. Da partes ſeptem, necnon & octo. Vel ſeptenarius pertinet ad gratiam, quæ datur in ſeptenario vitæ præſentis, octogenarius ad gloriam, quæ datur in octaua glorioſæ reſurrectionis. Vtramque autem dat Dominus homini. Vnde *Pſalm.* 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Nota, quòd quinque ſunt, quæ longant vitam hominis. Primum ſapientia, & conuerſatio bona: ſecundum largitas, tertium reuerentia, & honor parentum: quartum miſericordia, & compaſſio aliorum: quintum ſollicitudo, & cuſtodia præceptorum. De primo dicitur *Prouerbiorum* 28. a. Propter peccata terræ multi Principes eius: & propter hominis ſapientiam, & horum ſcientiam, quæ dicuntur, vita Ducis longior erit. De ſecundo dicitur *in eod.* c. Qui odit auaritiam, longi fient dies eius. De tertio. *Exod.* 20. b. Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram. De quarto *Deut.* 22. a. Si ambulans per viam, in arbore, vel terra nidum auis inueneris, & matrem pullis, vel ouis deſuper incubantem, non tenebis eam cum filiis, ſed abire patieris, captos tenens filios, vt bene ſit tibi, & longo viuas tempore. De quinto *Deuter.* 11. c. Scribes ea ſuper poſtes tuos, & ſuper ianuas domus tuæ, vt multiplicentur dies tui, & filiorum tuorum.

Quinque prolongant vitam hominis.

l Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas deſcenderat.] Notandum eſt. Myſticè quid ſit Sol, & quid vmbra Solis in horologio, quid horologiũ, quid duodecim lineæ, quid ſit vmbram Solis aſcendere, & deſcendere. Sol eſt filius Dei, de quo *Malach vlt.* a Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iuſtitiæ. Qui dicitur Sol, quia calefacit, & illuminat. Vmbra Solis eſt Chriſti humanitas Vnde Sponſa *Cantico.* 2. a. Sub vmbra illius, quem deſiderabam

Myſticè. Quinta pars.

ingrediebatur, Sed incipiebat hora, & terminabatur, cùm egrediebatur. Secundum *Andream* autem vigintiquatuor lineæ erant in illo semicirculo, & erant contiguæ binæ, & binæ, præterquam in capite, quæ solæ erant positæ. Quādo autem Sol erat in prima linearum combinatarum, incipiebat prima hora, & currebat illa hora, donec Sol perueniebat ad secunda con-

Et a reuersus est Sol decē lineis per gradus, per quos descēderat.

tiguatæ quartæ, & tunc terminabatur prima hora, & incipiebat secunda. Vel secundum *Symmachum*, quando Sol ascendebat supra primam lineam, tunc incipiebat hora secunda, & terminabatur prima: & sic de aliis. Et nota, quòd gradus vocat hic idem, quod linea, vel illud spatium inter duas lineas. Erat autem iam decima hora, quādo hoc dixit Isaias. Et nota, quòd in medio illius rotæ erat quoddam ferrum, siue baculus de ferro, i. stilus quidam, cuius vmbra cùm esset supra primam lineam, faciebat primam horam: & sic de aliis. Est ergo sensus. Ego faciam reuerti vmbram illius ferri, quæ iam procedente Sole descendebat per decem lineas ad primam lineam: & sic retardabitur dies decem gradibus. Vel illa vmbra retrorsum per quindecim gradus: quia ante non habebat descendere, nisi per duas lineas, & modò habebit descendere per duodecim: & sic addentur decem lineæ. Et dicit, [descenderat,] non quià iam descendisset per omnes lineas decem. Ascenderat enim sol in sex primis horis, sed in quatuor vltimis descenderat Sol, qui tunc currebat. Vmbra autem stili è contrario, quia ascendente Sole descendebat, & è conuerso: vndè plus descenderat, quia in quatuor vltimis tantùm, & ideò dicit, descenderat. Secundum opinionem *Andreæ*. Sol tantùm descenderat per decem lineas, quæ tantùm faciunt quinque horas: & sic plana est littera. Tunc enim reuersus est Sol ad literam, per lineas illas, per quas descenderat: & fecit in regressu illo quinque horas. Item in descendendo per illas easdem quinque horas, quibus ante descenderat, fecit alias quinque: & sic additæ sunt decem horæ diei. a Et reuersus est, &c.] id est, reuersus est per partes boreales sub terra ad illam primam lineam, vbi fuerat in ortu suo: & sic descendendo fecit decem horas, vt priùs: & hoc secundum primam expositionem. Vel secundum *Andream* reuersus est per decem lineas prædictas, quæ faciebant quinque horas: & sic quinque horæ additæ sunt in ascensu illarum decem linearum: & quinque verum in descensu earundem secundum solitum cursum. Ecce decem. In libro autem 4. *Reg.* 20. b. dicit Isaias ad Regem. Vis, vt ascendat vmbra decem lineis, aut reuertatur totidem gradibus, id est, vis, vt vmbra gnomonis sit immota in ascensu suo, id est, in loco, ad quem iam ascenderat, id est, stet Sol tanto tempore, quo solet vmbra gnomonis in horologio decem lineis ascendere? Ascensus autem dicitur progressus vmbræ de linea in lineam, sicut in numeris ascensus dicitur progressus à minori numero ad maiorem. [illegible] ascensus vmbræ in horologio secundum descensum Solis ad occasum, vt reuertatur totidem gradibus, id est, subitò in instanti feratur ad ortum suum iterum inchoans diem. Et respondit Ezechias: Facilè est vmbram crescere decem lineis, id est, Solem tantùm stare, vbi est, [illegible] potuisset fecisse decem lineas. Et hoc dicit [illegible], non quia sit possibile secundum naturam, sed quia factum fuerat aliàs tempore Iosue. *Iosue.* 10. c. Vel vmbram crescere vocabat, si ascenderet vmbra decem lineis, i. decem horis procederet Sole procedente super terram per plagas boreales versus orientem, sicut quotidie procedit Sol de nocte sub terra, & sic completis decē horis rediret Sol ad locum, vbi tunc erat. Et hoc noluit Rex eligere: quia Solem redire versus orientem per plagas boreales super terram naturale est, & singulis annis contingit hoc circa festum sancti Ioan. in insula Tile. † † Hic posset continuari illa litera,

Δ Scriptura

⊖ bam sedi. Horologium autem sacra Scriptura est, quia ibi leguntur horæ spiritualis diei. *Ioan.* 11. a. Nonne duodecim horæ sunt diei? Duodecim lineæ horologij sunt duodecim opera excellentia, quibus filius Dei venit in cognitionem nostram. Sex lineæ, per quas ascendit vsque ad meridiem Euangelij: & sex in Euangelio, quibus descendit vsque ad diem iudicij. Tria prima fuerunt iustitiæ, alia omnia misericordiæ. Propter quod dicitur *Iacob.* 4. c. Misericordiam autem superexaltat iudicium. Primum fuit in superbi Luciferi deiectione. *sup.* 14. c. Detracta est ad inferos superbia tua. Secundum in Adæ peccatoris expulsione. *Gen.* 3. d. Tertium in diluuij inundatione. *Gen.* 7. c Per primum purgauit Dns cœlum, per secundum Paradisum, per tertium totum mundum. In 1. puniuit superbiam, in 2. gulam, in 3. luxuriam. Quartum opus fuit in filiorum Israel de Ægypto liberatione. *Exod.* 12. Quintum in legis datione. *Exod.* 20. Sextum in hostium Israel exterminatione. *Num.* per totum. Hæc tria sunt misericordiæ, sicut prima tria fuerunt iustitiæ. Per 1. istorum trium peccati seruitus relaxatur, per secundum ignorantiæ tenebræ fugantur, per tertium libertas veritatis redditur. Hæc sunt sex lineæ, siue gradus, per quos ascendit Sol vsque ad meridiē humanæ cognitionis. Sex aliæ sunt, quibus descendit iste Sol vsque ad occasum propriæ passionis. Primum est incarnatio. *Ioan.* 1. b. 2. circumcisio. *Luc.* 2. c. 3. Baptismi susceptio. *Luc.* 3. d. 4. post famem tentatio. *Matth.* 4. a. 5. miraculorum operatio ferè per totum Euangelium. 6. mortis perpessio. In 1. minoratus est filius Dei ab Angelis paulo minus. In 2. multò minus. In 3. omnem gradum humilitatis impleuit. *Matth.* 3. d. Sic decet nos implere omnem iustitiam In 4. Diabolum superauit. Io 5. fideles suos fide & miraculis roborauit. In 6. Paradisi ianuam reserauit. Contendamus intrare per angustam portam. *Matth.* 7. b. Ne fortè cùm Sponsus ad iudicium venerit, claudatur ianua, de cætero non reseranda. Quid si dixeris cùm *Zach.* 11. a. Aperi, Libane, portas tuas. Respondet Dominus. Hæc porta Domini: Iusti intrabunt per eam, quasi dicat, quid pulsatis ad portam? soli Iusti intrabunt per eam. Ecce duodecim gradus, per quos descendit Solis vmbra ad occasum. Et signanter dicitur vmbra descendere, & non Sol: quia Sol Diuinitatis occasum nesciens vmbram humanitatis emisit in mortem, quod significatum est per duos pastores, quorum vnus occidebatur, alius dimittebatur in mundatione leprosi. *Leu. decimo-quarto.* a. Et per duos hircos, quorum vnus immolabatur, alius mittebatur in desertum. *Leu.* 16. b. Per alios autem duodecim gradus reuersus est Sol ad ortum, secundum quod dicitur *Eccl.* 11. a. Oritur Sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens gyrat per meridiem. Primus gradus istius reditus fuit resurrectio, vltimus ascensio, decem medij, decem apparitiones, quibus apparuit Dñs Discipulis à resurrectione vsque ad ascensionem. Primò Mariæ Magdalenæ. *Io.* *u.* 20. d. Secūdò mulierib. *Matt. vlt.* b. Tertiò Petro *Luc. vlt.* Quartò duob. euntib. in Emaús. *In eod.* c. Quintò 11. Apostolis. *In eod.* f. Sexto, vndecim. *Ioan.* 20. a. Septimò ad mare Tyberiadis. *Ioan.* 21. a. Octauò in Galilæa in monte, vbi constituerat illis. *Matthai vltim.* d. Nonò in Ierusalem in cœnaculo Discipulis recumbentibus. *Marc. vlt.* c. Decimò, in monte Olueti, vndè ascendit. *Luc. vlt.* g. Secundum *Andream* vigintiquatuor erant li-

O 4 neæ, quæ sunt

Margin notes: *in s. eod.* Et iussit Isaias &c. quia canticum est post curationem. — *Mystice.* — *Psalm.* 8. — *Matth.* 25. *a.* — *Psalm.* 117.

nex, quæ sunt vigintiquatuor seniores 12. partes veteris, & 12. Noui Testamenti, de quibus *Apoc.* 4. b. In circuitu sedis 24. sedilia. & super thronos 24. seniores sedentes circumamicti stolis albis. *a* Scriptura Ezechiæ.] In hac sexta parte continentur gratiæ redditæ ab Ezechia pro sanitate reddita.

Secunda pars.

Et diuiditur hoc canticum in quatuor partes. In prima parte primæ partis conqueritur Ezechias de breuitate vitæ suæ, *ibi.* [Ego dixi.] In secunda conqueritur de hoc, quod moriebatur sine hærede, *ibi,* [Non aspiciam.] In tertia, quia subitò corruerat in infirmitatem, *ibi.* [Generatio.] In quarta de infirmitate, *ibi.*] Sicut pullus.] In secunda parte cantici orat Dominum. *ibi.* [Responde.] In tertia prophetat de conditione fragilitatis humanæ, *ibi.* [Domini, si sic.] In quarta promittit se magnificaturum Dominum, *ibi,* [Viuens, viuens.]

a Scriptura Ezechiæ Regis Iuda, cùm *b* ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua, *c* Ego dixi: in *d* dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. *e* Quæsiui *f* residuum annorum meorum, *g* Dixi: non *h* videbo † Deum in *i* terra viuentium: non *k* aspiciam hominem vltrà, & *l* habitatorem quietis, *m* Generatio mea *n* ablata est, & *o* conuoluta est a me, quasi tabernaculum pastorum. *p* Præcisa est velut a texente vita mea, dum *q* adhuc ordirer, *r* succidit

al. † Dominum Deum.

a Scriptura Ezechiæ.] Hoc est, titulus cantici sequentis. *Septuaginta* dicunt. Oratio, vbi nos habemus, Scriptura. Sed *Ieron.* & *Haymo* dicunt, quòd meliùs, Scriptura dicitur, quam oratio: quia præter hoc, quòd gratias agit Ezechias in hoc cantico, etiam præterita facta narrat: Vndè Scriptura meliùs dicitur. Dicit ergo. [Scriptura Ezechiæ,] supple, hæc est. Scriptura, inquam, edita, vel facta. *b* Cùm ægrotasset,] Ezechias. & [conualuisset.] Modò sequitur canticum. *c* Ego dixi,] verba sunt Ezechiæ. *d* In dimidio,] id est, descendam in mortem, quæ est porta inferi, vel ad limbum, qui est, quasi in principio inferni, vbi omnes Sancti descendebant ante aduentum Christi, antequam compleuerim dies meos. *Septuaginta* Relinquam annos residuos. *e* Quæsiui,] à Domino *f* Residuum,] id est, reliquum tempus, quod adhuc victurus eram, nisi mea superbia abstulisset & hoc, vt generarem filium, de quo Christus nasceretur, qui me de limbo liberaret.

g Dixi,] apud me.

h Non videbo, Deum,] vel, [Dominum, secundum *Ieronym.*

i In terra viuentium,] id est, in beatitudine Sanctorum, quasi dicat, ego descendam ad inferos: nec erit, qui de limbo me eruat, vt possim Deum videre in gloria. Vel sic. *h* Non videbo:] id est, Christum verum Deum, & verum hominem. *i* In terra viuentium,] id est, in terra promissionis. *k* Non aspiciam,] ad litteram. *l* Et habitatorem,] id est, quiescentes in terra promissionis in pace; ad litteram; non videbo, quia morior: vel Christum, qui verus homo futurus est, & habitator æternæ quietis, non aspiciam.

m Generatio mea, id est, filiorum procreatio.

n Ablata est] mihi. *o* Et conuoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum,] quasi dicat: sicut tabernaculum pastorum complicatur: & asportatur; ita quòd nullum vestigium remanet: sic nec de me: quia nullum relinquo hæredem. Vndè Hebræi assignant causam ægrotationis illius: quia vxorem non duxit, nec filios procreauit. Et secundum exponitur. *p* Præcisa est velut à texente vita mea,] quasi dicat, sub tanta celeritate præcisa est vita mea, sub quanta texentium instrumentum, quod percurrit per medium staminis ex transuerso per latitudinem panni, vel telæ. *q* Dum adhuc,] i. dum in iuuentute positus adhuc diu cogitarem viuere, & vitam meam ordirer longam. *r* Succidit me,] Dñs, id est, quasi vitam meam finiuit, quasi propè finem fuit vita mea. Et loquitur pro statu

Moraliter Sexta pars.

a Scriptura Ezechiæ Regis Iuda, cùm ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua.] Ita deberent esse beneficia Dei scripta in cordibus nostris; sed multi non scribunt, quasi non debeant reddere rationem de illis, quando exprobrabitur eis, & dicetur. His plagis plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. *Zach.* 13. c. Et illud Seruire me fecistis in iniquitatibus vestris *infr.* 43. d. Et *ibid.* 49. d. In manibus meis depinxi te. Et tunc adiungetur: Reddite mercedem meã. *Zach.* 11. c. Nullus tunc excusari poterit, quia scriptum sit perditum: quia Dominus valdè benè scict computum suum. Multi tamen valdè benè scribunt mala, quæ sustinent pro Domino. Alij scribunt beneficia Domini cum plumbo, illi, scilicet, a quorum memoria citò labuntur. *Psalm.* 77. Non sunt recordati manus eius in die, qua redemit eos de manu tribulantis. Alij scribunt ea sub breuitate, qui, scilicet, recolunt beneficia Domini, sed pauca. *c* Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.] Ad litteram multi videntur in operibus suis iurasse, quod descendant in infernum: sicut illi, de quibus dictum est *supr.* 28. d. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. In bonum autem hæc sunt verba rectè pœnitentis, præ timore dicentis: [Vadã ad portas inferi,] id est. ego deliqui tantum, quòd ego debeo descendere in infernum. Et nota, quòd in dimidio dierum, non in fine debet hoc dicere, quando sera est pœnitentia, cùm iam homo peccare non potest amplius; sed in iuuentute, cum adhuc habilis est ad pœnitendum. *Eccl.* 17. d. Ante mortem confitere. A mortuo enim perit confessio. Confiteberis viuens, & sanus confiteberis. Nota, quòd quidam, nec incipiunt, nec finiunt dies suos: isti sunt, qui moriuntur in Ægypto. Alij incipiunt, sed non consummant: & isti moriuntur in deserto. Alij incipiunt, & consummant: isti moriuntur in terra promissionis. *e* Quæsiui residuum annorum meorum.] Hoc debet petere peccator pœnitens, quòd Dominus det ei residuum annorum ad diluendum peccata, Vndè *Psalm.* 36. Custodi innocentiam. Sed quia hoc pauci faciunt, ideò additur remedium facilius. Et vide æquitatem, id est, fac pœnitentiam, & iustitiam de teipso, cùm cecideris ab innocentia: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.

g Dixi non videbo.] Hoc est, quod summè pœnitens debet timere, scilicet, carentiam visionis Dei. Valdè enim timenda est acerbitas tormentorum inferni; sed in infinitum magis timenda est carentia visionis Dei. *Psal.* 26. Credo videre bona Domini in terra viuentium.

k Non aspiciam,] id est, Christum, qui est habitator quietis. Diabolus enim habitator est turbationis.

m Generatio mea, id est, bona opera, quæ feci.

n Ablata est, &c. Hoc potest dicere, qui fecit aliqua bona opera in charitate, & postea decidit in mortale. Et signanter dicit, conuoluta,] non perdita, quia opera bona mortificata per peccatum, per pœnitentiam redeunt. Item res conuoluta videtur exteriùs, non interiùs: similiter bonum opus factum in mortali remuneratur, & si non æternaliter, tamen temporaliter. *p* Præcisa est velut a texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me.] Hoc est, quod valdè timere debet homo procrastinans, ne cum graditur, id est, se disponit diu victurum, Dominus præscindat in momento. Vndè *Soph.* 2. d. Vox cantantis in fenestra coruus in superliminari, id est, procrastinator, qui semper dicit, cras, cras. Et statim sequitur: Attenuabo robur eius. Vndè dicitur *Iob.* 7. b. Dies mei velociùs transierunt, quam à texente tela succiditur. Vita nostra, quasi tela est. Vndè *Greg.* Sicut tela filis; ita vita diebus proficit. Hanc telam orditur homo longam in animo suo, quantum vult; sed Dominus præscindit eam, quando placet: & sæpè propter dispositiones, & desideria, quæ habet homo diu viuendi, citiùs moritur. Vndè *Prou.* 21. d. Desideria occidunt pigrum. Nota, quòd est tela humanæ vanitatis, mundanæ cupiditatis: & est tela rectæ veritatis. Primæ telæ stamen est lex mortalitatis, subtegmen vicissitudo nostræ miseriæ, & mutationis. Stamen huiusmodi posuit Dominus in primo parente, cùm dixit. Terra es, & in terram ibis *Genes.* 3. d. Subtegmen, cùm dicit Maledicta terra in opere tuo, cùm operatus fueris eam, non reddet fructus suos, sed spinas, & tribulos germinabit tibi. *Genes.* 3. c. De hac tela dicitur *supr.* 25. c. Præcipitabit Dominus telam, quam orditus est super omnes nationes. Secunda tela est cupiditatis, cuius stamen est amor retinendi, subtegmen desiderium acquirendi. Quod diuersimodè telæ intexitur. Alij enim per vsuram, alij per Simoniam, alij per furtum, alij per rapinam, alij per aduocationem acquirunt. De ista dicitur *inf.* 59. a Telas aranearum texuerunt. Et *Iob.* 8. c. Tela aranearum fiducia eius. Tertia est tela rectæ veritatis, quæ est protensio rectæ conuersationis. De hac dicitur *Prouerb. vltim.* b. Quæsiuit lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum. Lana est suauitas operum misericordiæ; linum est mortificatio carnis propriæ. Linum debet homo sibi quærere; lanam proximo, Stamen huius telæ est stabilitas in bono. Subtegmen est profectio de virtute in virtutem Prima sustinenda est cum patientia, quia communis, & ineuitabilis. Secunda combutenda, quia mala

& detestabilis

me, de *a* mane vſque *b* ad veſperam finies me. *c* Sperabam vſque ad mane, *d* quaſi leo, ſic *e* contriuit omnia oſſa mea. De *f* mane vſque ad veſperam finies me: ſicut *g* pullus hirundinis, ſic clamabo: *h* meditabor, vt columba. *i* Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum. *k* Dñe, vim patior. *l* reſponde pro me, *m* quid dicam, aut *n* quid reſpõdebit mihi, cùm *o* ipſe † fecerim? *p* Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ. *q* Dñe, ſi ſic viuitur, *r* & in talibus vita ſpiritus mei, *ſ* corripies me, & viuificabis

Δ quitur pro ſtatu infirmitatis. Et dicebam. *a* De mane] id eſt, in mane dicebam hoc. Quid? *b* Vſque ad veſperam finies me] id eſt, antequam ſit veſpera finies vitam

h. 4. d. meam. *c* Sperabam vſque ad mane] id eſt, quando erat veſpera dicebam, adhuc dabit mihi Dominus ſpa ium vſque mane. Sed tamen. *d* Quaſi leo] id eſt, fortiter. *e* Sic contriuit omnia oſſa mea] Dominus per infirmitatis magnitudinem, & acerbitatem. *f* De

D mane ad veſperā finies me.] Suſpenſiuè legitur, quaſi aut mane, aut veſpere dabis mihi finem. *g* Si-

al. † fecerit. cut pullus hirundinis, ſic clamabo.] *Symmachus.* Sicut hirundo incluſa, ſic clamabo ad Deum, i. valdè rogabo Dñm, ſicut pullus hirundinis clamat ad matrem pro cibo. *h* Meditabor, vt columba] id eſt cum magnis gemitibus, ſicut columba gemit, recordabor Domini *i* Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum] id eſt, tantùm habui erectos oculos in cœlum, poſtulans auxilium a Domino, quòd attenuati & debilitati ſunt oculi mei. Et hoc fortè pro lachrymis, quas fuderat. Vndè *Septuaginta* Defecerunt oculi mei aſpicientes in excelſum cœli. *k* Domine, vim patior] id eſt, nimiam violentiam morbi ſuſtineo, ſed ego emendabo vitam meam. Et tu. *l* Reſponde pro me] id eſt, eſto fideiuſſor meus, quaſi accipiens ſupra te, quod deliqui. *m* Quid dicam] factori meo, ſi volo conqueri de eo? *n* Aut quid reſpondebit mihi Dominus, ſeruo: ſigulus, luto conquerenti de ipſo? *o* Cùm ipſe fecerim] id eſt, hanc ægritudinem meruerim per peccatum? Vel (Cùm ipſe fecerit) id eſt, cùm ipſe Dominus hanc pœnam mihi inflixerit iuſtè, quaſi nihil reſtat, niſi patienter ſuſtinere & Dominum exorare. Vndè *p* Recogitabo tibi omnes annos meos] id eſt, quæ annis meis præteritis feci contra te, vt poſtulem veniam de eis. Recogitabo, inquam, non ad delectandum, ſed ad dolendum. Vndè ſubdit, (In amaritudine animæ meæ)

q Domine, ſi ſic viuitur] id eſt, ſi in tantis miſeriis & in tribulationibus viuit homo. Vel ſic, alia litera & eſt idem ſenſus, ſine conditione.

r Et in talibus vita ſpiritus mei] id eſt, in talibus eſt vita & emẽdatio animę meę, ſecundũ illud. 2. *Cor.* 4. d. Licèt is, qui de foris eſt, homo noſter corrũpatur: tamẽ is, qui intùs eſt, renouatur de die in diem. *ſ* Corripies me] i. ego conſentio, quòd tu corripias me. *t* Et viuificabis me] ſic caſti-Δ gando. *a* Ecce

Moral. * & deteſtabilis. Tertia induenda, quia bona & commendabilis. *a* De mane vſque ad veſperam finies me.] Hoc ad literam ſemper deberet homo timere, & expectare, ſcilicet, mori de hora in horam. Vndè *Philoſophus.* Sic diſce, quaſi ſemper victurus: ſic viue, quaſi ſemper moriturus. Vndè *Iob.* 7. a. Si dormiero, dicam, quando conſurgam? *Eccl.* 18. d. A mane vſque ad veſperam immutabitur tempus. Et hæc omnia citata in oculis Dei. Quaſi leo, ſic contriuit omnia oſſa mea.] Hoc fecit maximè peccatum inuidiæ. Vndè *Prou.* 14. d. Putredo oſſium inuidia. Vel in bono, Dominus comminuit oſſa virtutum, quando facit hominem ſe reputare nihil. Vndè *Iob.* 33. c. Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa eius marceſcere facit. *Thren.* 1. c. De excelſo miſit ignem in oſſibus meis, & erudiuit me.

f De mane vſque ad veſperam finies me.] Hæc replicatio ſignum eſt iugis timoris, quem debet habere pœnitens. Vndè *Eccl.* 27. a. Niſi inſtanter te tenueris in timore Domini, citò ſubuertetur domus tua.

g Sicut pullus hirundinis, ſic clamabo] id eſt, ſicut imitatores Iuſtorum clamabo pro deſiderio cæleſtis patriæ

Hirundo ſignificat Iuſtum pro irriguo ſuperiori. Hirundo enim ſignificat Iuſtum: quia ſicut hirundo abſcondit ſe in hyeme & apparet in æſtate: ſic Iuſtus in hyme præſentis vitæ latet: ſed in æſtate futuri temporis apparebit. Vndè *Ierem.* 8. c. Turtur & hirundo & ciconia cuſtodierunt tempus aduentus ſui. Item de ſtercoribus hirundinis excæcatus eſt Tobias. *Tob.* 2. b. ſic de temporalibus, quæ iuſti ſtercora reputant, excæcantur auari. Vndè *Deut.* 16. d. Non accipies munera, quæ excæcant etiam oculos prudentium. De his ſtercoribus dicitur *Eccleſ* 22. a. De ſtercore boum lapidabitur piger. Et *Thren.* 4. a. Qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. In malo autem accipiendo, hirundo ſignificat adulatorem, propter nouem. Primo, quia niger eſt in immunditia conſcientiæ propriæ, vt hirundo. Secundo, quia domum fingit hirundo de luto: & adulator magnam loquelam facit de nihilo. Tertiò, quia hirundo non deſtruit domum propriam: nec adulator vituperat Dominum ſuum vnquam. Quartò, quia hirundo nulli aui præda eſt: & adulator omnibus amicus eſt. Quintò, quia velociter volat: & adulator velociſſimè fert rumores, vndè placeat. Sextò, quia in aere viuit: & adulator vento vanitatis fauoriſq; humani ſe paſcit. Septimò, quia vadit, & recedit in hyeme, & redit in æſtate: ſic adulator tempore aduerſitatis recedit; ſed tempore proſperitatis redit. Octauò, quia hirundo ſcabiem dat: & adulator auditoribus ſcabiem excellentiæ miniſtrat. Nonò, quia hirundo ſtercoribus excæcat: & adulator auditoribus ſuis oculos propriæ cognitionis cæcat. Vnde verſus. *Hirundo ſignificat adulatorem.*

Nigra domum fingit ſub tecto, nec ruit illud:
Nulli præda, volat velox, & in aëre paſcit.
It, redit æſtate, ſcabiem dat, ſtercore cæcat.

h Meditabor, vt columba] pro incolatu miſeriæ, hoc eſt, pro irriguo inferiori. Columba enim gemit, ſed hirundo cantat. Vndè *infrà* 59. b. Rugiemus, quaſi vrſi omnes & quaſi columbæ meditantes gememus. *Ierem.* 48. d. Eſtote, quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. *Nahum*, 2. b. Ancillæ eius minabuntur gementes, vt columbæ. *i* Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelſum.] Hoc poſſunt dicere illi, qui de actiua tranſierunt. Homo enim tunc habet craſſum viſum, quando verſatur eius intentio circa terrena: ſed tunc ſubtiliatur, quando tranſit ad cœleſtia. Vndè Lia habebat lippos oculos; ſed Rachel erat venuſta facie. Propter hoc dicebat *Iob.* 17. a. Spiritus meus attenuabitur. Attenuantur etiam oculi hominis, id eſt, deficiunt ex contemplatione Diuinitatis. Vndè *Pſalm.* 63. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Et *Eccl.* 7. c. Dixit ſapiens efficiar; & ipſa longiùs receſſit a me.

k Domine, vim patior: reſponde pro me.] Neceſſe eſt, quòd Dominus reſpondeat, quaſi fideiuſſor pro homine. Alio enim modo non poteſt abſolui. Sed multi permittunt fideiuſſorem ſuum damnum incurrere. Prauus debitor ſemper fugit fideiuſſorem ſuum; ſic facimus nos Chriſtum. Propter quod dicitur *Eccl.* 29. c. Gratiam fideiuſſoris tui ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam ſuam. Mirum tamen, quòd Dominus vult totiens fideiubere pro nobis, qui totiens mentiti ſumus ei.

m Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerim?] Homo non habet perſonam ſtandi in iudicio, nec conquerendi de Domino: quia ad plus tenetur Domino, quam poſſit ſoluere: quia etiam quicquid mali ſuſtinet, propter culpam ſuam eſt. De primo dicitur *Iob. nono.* a. Si contendere cum eo voluerit non poterit reſpondere vnum pro mille. De ſecundo dicit *Ierem.* Quicquid mali ſuper nos eſt, peccata noſtra meruerunt.

p Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Recogitabo] ad confitendum; non ad iactandum (tibi) in hoc notatur humilitas confeſſionis. Omnes, in hoc notatur integritas eius. Annos, in hoc notantur circumſtantiæ peccatorum. (In amaritudine animæ meæ,) ecce contritio cordis non in delectatione. Simile dicitur *Iob. ſeptimo.* c. Loquar in tribulatione ſpiritus mei: confabulabor in amaritudine animæ meæ.

q Domine, ſi ſic viuitur.] Nota, quòd hîc debet accipi, ſi, pro, quia. In tribulationibus enim eſt vita hominis ſpiritualiter. Vndè *Iob. ſeptimo.* a. Militia eſt vita hominis ſuper terram.

r Et in talibus vita ſpiritus mei.] Tribulationibus enim viuit ſpiritus & nutritur. Vndè. 2. *Corinth.* 4. d. Licet is, qui de foris eſt, homo noſter corrumpatur; tamen is, qui intùs eſt, renouatur de die in diem. *Eccleſ* 31. a. Infirmitas grauis ſobriam reddit animam. *Prou.* 6. c. Via vitæ increpatio diſciplinæ. Per hoc autem quòd dicit, (ſic viuitur,) notat tribulationis ineuitabilitatem. Per hoc, quòd dicit, in talibus vita ſpiritus mei,) notat eiuſdem vtilitatem.

ſ Corripies me, & viuificabis me.] Hoc debet dicere verus Chriſtianus Dño, vt hîc eum puniat, & in futuro parcat. Vndè *Pſal.* 6. Dñe ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Vbi dicit *Aug.* Domine, hîc ſeca, hîc vre, * dummodo in futuro

me : *a* ecce in pace *b* amaritudo mea amarissima. *c* Tu autẽ eruisti animã meam, vt non periret: *d* proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea : *e* Quia non infernos confitebitur tibi : *f* neque mors laudabit te : non *g* expectabunt, qui *h* descendunt in lacum, *i* veritatem tuam. *k* Viuens, *l* ipse *m* confitebitur tibi, sicut & ego hodie, *n* pater filiis *o* notam faciet veritatem tuam, Domine., *p* saluum me fac : & *q* psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in *r* domo Domini. Et *ſ* iussit Isaias, vt *t* tollerent massam de ficis & *u* cataplasmarent super vulnus eius:& *x* sanaretur. *y* Et dixit Ezechias : Quod *z* erit signũ, quia ascendã in domũ Dñi?

a gando. *a* Ecce in pace] regni mei : *b* Amaritudo mea amarissima] id est, ægritudo grauissima. Ad literam enim nunquam tantam pacem habuit. sicut occiso Sennacherib, quando inuasit eum hæc infirmitas. *c* Tu autem eruisti animam meam, vt non periret] restituendo mihi sanitatem, & dando lõgiorem vitã. *Septuaginta* : Liberasti animã meã, vt non periret: ita citò morte tẽporali, vel simpliciter morte æterna. *d* Proiecisti post tergum tuũ õnia peccata mea: quasi tradidisti obliuioni, peccata mea, vt non videres ea ad puniendum. *e* Quia non infernus confitebitur tibi] i. existẽntes in inferno non confitebũtur tibi confessione laudis, vel etiam confessione peccatorum, quæ valeat. *f* Neq; mors laudabit te] id est, nec mortui laudabũt te: mortui, scilicet, in peccato. *g* Non expectabunt] spe firma. *h* Qui descendunt in lacum] inferni. *i* Veritatem tuam] id est, promissionem, in cuius impletione apparebit veritas tua. [vel veritatem tuam] id est, filium tuum, quæ est via, veritas & vita : *Ioan.* 14. a. Sed contrà. *Zach.* 9. c. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quò non erat aqua. Ergo illi educti sunt, qui erant in lacu : ergo illi expectabant educi, cùm essent sancti. Solutio. vtrunque verum est : sed ibi appellatur lacus limbus ; hic autem dicitur lacus locus tormentorum.

k Viuens, viuens.] Repetitio est ad maioris gaudij expressionem, i. ad maiorem confirmationem. *m* Ipse confitebitur tibi [non infernus, vel mors. *n* Pater filiis] id est, ego filiis ex me procreandis. *o* notam faciet veritatem tuam] i. promissionem, vel Christum, vt priùs. (Vel, veritatem tuam,) i. cultum veræ Religionis. *Septuaginta*, hoc exprimunt planiùs dicentes : Ab hodie filios faciam, qui annuncient iustitiam tuam. Ergo ex quo ita promitto emendationem. *p* Domine saluum me fac] ab Assyrio & infirmitate mea. *q* Et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ] ego, scilicet, & populus meus, & posteri, qui de me nascituri sunt. *r* In domo Domini, i. in templo. *ſ* Et iussit Isaias] famulis Regis. *t* Vt tollerẽt massam de ficis] quæ dulces sunt, vt miraculosior appareret curatio eius. Secundum *Symmachum* enim Ezechias laborabat morbo Regio, cui nocent omnia dulcia, vel tacta etiam ; vel gustata. *u* Et cataplasmarent super vulnus eius] id est, facerent Emplastrum. Cataplasma enim emplastrum dicitur. *x* Et sanaretur] Ezechias. Quidam tamen dicunt, quòd fuit apostema, cuius sanies in superficiem cutis prouocatur siccioribus ficis contusis & appositis super vlcus : & sic fuit naturalis curatio. Sed *Symmachus*, *Aquila*, & *Theodotio* contradicunt. *y* Et dixit Ezechias] hoc enim fuit prius dictum. *z* Quod erit signum, quia ascendam in domum Domini,] i. die tertia sic dicitur. 4. *Reg.* 20. b. Vix enim poterat credere, quòd tam citò posset conualere de tanta infirmitate.

Hoc quod sequitur, & iussit, &c. vsque ad finem capituli priùs legendum est. quã oratio, siue Scriptura Ezechiæ: quia priùs sanatus est: & signum petitum, quàm gratias ageret Domino.

* dummodo in futuro parcas. *Ierem.* 10. d. Corripe me, Domine, veruntamen in iudicio. non in furore tuo. Et *Prou.* 29 c. Virga & correctio tribuunt sapientiam.

a Ecce in pace amaritudo mea amarissima.]

Mysticè. Mysticè, amaritudo Ecclesiæ amara fuit in martyricidis, amarior in hæreticis, amarissima in fratribus falsis : quia inimici hominis domestici eius : *Mich.* 7. b.

Moral. Moraliter autem in pace prosperitatis & quietis est amaritudo amarissima grauissimæ tentationis & parationis. Grauissima enim tentatio super omnes tentationes est non tentari. De quo dicitur. *Prou.* 1. d. Auersio paruulorum interficiet eos & prosperitas stultorum perdet eos.

Moral. *c* Tu autem eruisti animam meam, vt non periret.] Hoc possunt dicere, quos Dominus, quasi cum magna difficultate euulsit de peccato. Illi enim, qui de facili exeunt, educuntur : sed qui non de facili, euelluntur. Vndè *Ierem.* 31. c. Castigasti me : & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. Vbi litera alia habet. Veniet, qui auferet iniquitatem Iacob.

d Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.] In Cruce propriè proiecit Dominus omnia peccata nostra post tergum suum, tanquam trossellum latronum, id est, omnium nostrum portans. Et ideò in Cruce suspensus est, tanquam inuento trossello latronis super eum. Vndè *infrà* 53. b. Iniquitates nostras ipse portauit. Et *ibidem*. Ipse autem attritus est propter scelera nostra. Et de hac materia per totum capitulum. Et *Petrus*. Qui pertulit peccata nostra in corpore suo super lignum. 1. *Pet.* 2, c. Peccata etiam nostra Dominus sæpè proiicit post tergum, ne scilicet, illa videat ad puniendum. Vndè *Psalm.* 50. Auerte faciem tuam a peccatis meis.

e Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te.] Ad literam post mortem non est confessio, nec in inferno. Vndè *Eccles.* 17. d. Ante mortem confitere : à mortuo, quasi nihil, perit confessio. Et *Haymo*. Ibi potest haberi poenitentia, sed non agi. Dicit de inferno *Eccles.* 41. b. Non est in inferno accusatio vitæ *Eccles. nono*. c. Nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos

g Non expectabunt, qui descendunt in lacum, veritatem tuam,] id est te, qui es veritas. *Septuaginta*, dicunt, misericordiam tuam. Et verum est ; Damnati enim non expectabunt misericordiam liberantem : quia desperati erunt ; sed expectabunt misericordiam relaxantem.

k Viuens] vita naturæ.

l Viuens] vita gratiæ.

m Ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie] ipse non alius, viuens non mortuus. Viuens vita naturæ : quoniam confitetur Dominum confessione laudis, sed imperfecta ; sed propriè confitetur confessione peccati. Viuens vita gratiæ propriæ confessione laudis, qui ad hoc tendit, vt Deum videat & laudet. *Iob.* 8. d. Donec impleatur os tuum risu, & labia tua iubilo.

n Pater filiis notam faciet veritatem tuam.] Ad literam, docere de fide Christi debet pater carnalis filios : Item Prælatus subditos. Timeant illi, qui filiis nec veritatem, nec falsitatem annunciant, canes muti non valentes latrare *infrà* 56. d. Timeant etiam illi, qui falsitatem docent : qui miscent aquam vino *suprà* 1. f. Timeant illi etiam, qui etsi veritatem filiis, id est auditoribus annuncient docendo eam ; tamen non tam dilucidant, quam obscurant : quia maledictus, qui abscondit frumenta in populis. *Prou.* 11. d.

p Domine, saluum me fac] per gratiæ infusionem.

q. Et psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini,] idest, bona opera faciemus per liberi arbitrij cooperationem. Et est rectus ordo, Gratia enim principium est bene operandi. Vndè *Ioan.* 15. a. Sine me nihil potestis facere. propter hoc dicebat *Ps.* 50. Redde mihi lętitiã Salutaris tui: & spiritu principali confirma me. Et post. Docebo iniquos vias tuas, &c. Et *Can.* 1. a. Trahe me post te: curremus in odore vnguentorum tuorũ. In domo Dñi debent cantari psalmi, i. fieri opera in conscientia munda. Væ illis, qui ea faciunt in luto luxuriæ, in vento inanis gloriæ, in fumo iracundiæ, & inuidiæ. Nota. quòd psalmus est bona operatio, canticum autem exultatio mentis. Cantare ergo psalmos est bona cum lætitia operari. In Ecclesia priùs inchoantur antiphonæ, postea cantantur psalmi, in fine tota repetitur antiphona cum neumate. Inchoatio antiphonæ est prælibatio regni coelestis per rectam intentionem. Deinde sequuntur psalmi propter bonam operationem. Et vltimò cantatur neuma cum antiphona propter coelestis regni adeptionẽ. Neuma autẽ significat, quod ad illud, ad quod suspiramus, perueniemus in fine. Nota etiam, quòd Ezechias hoc canticum composuit, postquam conualuerat de infirmitate: & secundum numerum quindecim annorum, qui additi sunt vitæ suæ, posuit XV. versus in cantico isto, in quo notatur gratiarum actio, quæ debet esse secundum quantitatem beneficiorũ Dei *ſ*. Et iussit Isaias, vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus eius] Ezechias significat hic peccatorẽ, vulnus eius peccatũ, cataplasmatio poenitentiã de peccato. Idem etiam significatur per parabolam de ficulnea, quam præcipiebat Dominus abscidi, *Luc.* 13. b. Quod *Greg.* sic exponit. Circa ficulneam fodimus, cùm mentem carnalem increpamus, dum ad memoriam vitia reducimus arbori infructuosæ stercorum cophinum versamus, vt malorum, quæ egit, recolat, & ad compunctionis gratiam, quasi de fætore pinguescat. Et nota ordinem huius rei. Primò enim ægrotauit Ezechias, postea veniens Isaias incussit ei timorem : & sic Ezechias fleuit, & additi

* sunt ei quindecim anni

▲ * sunt quindecim annis, cantauit canticum, & apposita est massa quædam d. ficis. Ecce sex, quæ sunt in pœnitentia peccatoris. Ægrotatio enim Ezechiæ est peccatum pœnitentis: Isaias veniens est verbum Domini timorem incutiens: Fletus est contritio pœnitentis: Adiectio annorum est remissio peccatorum: Canticum autem
4.Reg.20.c. eius peccatorum confessionem significat: optimè enim canit, qui peccatum suum confitetur *sup.* 23. d. Bene cane, frequenta canticum. Appositio massæ ficuum est inunctio pœnitentiæ de peccatis. Et nota, quòd Isaias
al. † omnia. Massam de ficis apposuit, per quod significatur pœnitentia mitis. Quidam autem Sacerdotes nesciunt apponere mitem pœnitentiam, imò fere omnes Chirurgi sunt nescientes, nisi vrere, vel secare.

CAP. XXXIX.

IN *a* tempore illo misit *b* Maradach Baladan filius *c* Baladan *d* Rex Babylonis *e* libros, & *f* munera ad *g* Ezechiã: *h* Audierat enim quòd *i* ægrotasset, & conualuisset: *k* Lætatus est autem super eis Ezechias, & *l* ostendit eis cellam aromatũ, & *m* argenti, & auri, & odoramẽtorum, & *n* vnguenti optimi, & omnes *o* Apothecas supellectilis suæ, & † *p* vniuersa, quæ inuenta sunt in thesauris eius. Non fuit *q* verbum, quod non ostenderet eis Ezechias in *r* domo sua, & in omni *s* potestate sua. *t* Introiuit autem Isaias Propheta ad Ezechiam Regem, *u* & dixit ei. *x* Quid dixerunt viri isti, & vndè venerunt ad te? Et dixit *y* Ezechias: De *z* terra longinqua venerunt *a* ad me, de *b* Babylone: Et *c* dixit: Quid *d* viderunt in domo tua? Et dixit *e* Ezechias: Omnia, quæ in domo mea sunt, viderunt. *f* Non fuit res, quam non ostenderim eis in thesauris meis. Et dixit *g* Isaias ad Ezechiam: Audi *h* verbum Domini exercituum.

EXPOSITIO CAP. XXXIX.

IN tempore illo, &c.] Postquam sanatus est Ezechias, & signum Solis diuulgatum est, misit Rex Babylonis nuncios Ezechiæ, & munera. Qui elatus est in aduentu eorum, & ostendit eis omnia, quæ habebat in domo sua & etiam thesauros templi, quod non licebat: propter quod redargutus est ab Isaia. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In prima parte describit Propheta, quomodo Rex Babylonis Berodach, vel Maradach misit nuncios suos ad Ezechiam. In secunda parte agitur de elatione Ezechiæ, & quomodo ostendit eis thesauros domus Domini, *ibi* [lætatus est autem] In tertia agitur de comminatione Isaiæ facta ad Ezechiam, *ibi*. [Audi verbum Domini.] Dicit ergo. *a* In tempore illo] id est, postquam conualuerat Ezechias, & Sol reuersus fuerat.

b Misit Maradach Baladan] Duo nomina sunt, sicut dicitur, Petrus Martini. Similiter Maradach Baladan. Alia litera habet Berodach. Iste Maradach pater fuit Nabuchodonosor magni, qui postea captiuauit Iudæos: Et probat ex loco *Gloss. & super* 4. *Reg.* 20. Similiter, quòd aliud erat regnum Babyloniorum, aliud Assyriorum. *sup.* enim dictum est, quòd mortuo Sennacherib, regnauit Asaraddon filius eius pro eo. 37. g. Tunc autem ægrotauit Ezechias, & recepta sanitate & Sole reuerso ad ortum, ita quòd ferè duplicata est dies, misit Rex Babyloniorum literas, & munera ad Ezechiam, petens, vt esset ei socius, & amicus. Et hoc fuit eodem anno mortis Sennacherib. Vndè patet, quòd duo erant regna. Nec enim filius Sennacherib, ita citò fuisset confœderatus cum Ezechia. Recesserat autem eo tempore Rex Medorum, & Babyloniorum, à Monarchia Assyriorum, quam tenebat Asaraddon, vndè petebat Rex Babyloniorum amicitias cum Rege Ezechia, vt iuuaret eum. Præcipua tamen causa huius legationis creditur fuisse hæc quia Chaldæi vigebant in Astronomia, nec poterant inuenire secundum artem suam, quare dies ferè duplicata fuisset, & tandem audierunt hoc factum esse pro Rege Ierosolymorum. Et primò miserunt nuncios, vt sciscitarentur rei veritatem, qua comperta miserunt Regi Ezechiæ munera, vt hominem honorarent quem Deus eorum, id est, Sol, quem colebant, tantum honorauerat. Et hoc est, quod dicit.

a In tempore illo] postquam conualuit Ezechias.

b Misit Maradach Baladan] Maradach nomen Regis est: Baladan cognomen eius. Simile *Marci* 10. g. Filius Thimei Barthimeus, &c. *c* Filius Baladan, id est, qui erat filius Baladan. *d* Rex Babylonis] quòd vsque tunc fuerat sub regno Assyriorum. Vndè Rex Assyriorum sæpè dictus est Rex Babylonis.

e Libros] id est, literas. *f* Et munera] id est, dona.

g Ad Ezechiam] Regem Iuda. *h* Audierat enim] Maradach. *i* Quòd ægrotasset, &c. Ezechias. Et tamen cùm hoc audierat, quod propter eum fuerat Sol reuersus ad ortum, propter quod specialiter miserat prædicta. Hoc autem fortè audiuerat primò per famam vulgi: & secundò
Secunda pars. per nuncios primò missos. *k* Lætatus est autem super eis Ezechias,] id est, pro muneribus datis, & delatis, & aduentu nunciorum elatus est. *l* Et ostendit, &c.] id est, inferiorem partem domus saltus, in qua reponebantur species aromaticæ. Dicuntur autem species aromaticæ, eo quòd factæ in aere bene redolent. Vel secundum Epiphanium, cella aromatum dicitur præclara domus, in qua sepeliebantur corpora Regum in primo ordine, in secundo Pontifices, in tertio Prophetæ *m* Et argenti, & auri, & odoramentorum,] id est, thesauros vndique vallatos multis aromatibus. *n* Et vnguenti optimi] alicuius vnguenti, quod habebat in domo sua: Vel secundũ quosdam vnguentum istud erat illud, quod confecerat Moyses in monte Sina. C

o Et omnes Apothecas, &c.] id est, cellaria sua, vbi erant vasa aurea. *p* Et vniuersa, quæ inuenta sunt in thesauris Ezechiæ. *q* Non fuit verbum, quod non ostenderet eis Ezechias,] id est, res digna verbo. Vndè Hebraicum dabar, quod hic ponitur, rem vt aiunt, non sermonem significare habet. *r* In domo sua] i. in thesauris suis. *s* Et in omni potestate sua] id est, in thesauris domus Domini, qui erant in sua potestate per vsurpationem non iustam: Hoc enim licebat solis Sacerdotibus, & Leuitis. Vndè in hoc præcipuè offendit Dominum: & hoc reuelatum est Isaiæ in spiritu. Vndè sequitur. *t* Introiuit autem Isaias Propheta, &c.] postquam, scilicet, hoc factum fuerat.

u Et dixit ei] id est, Ezechiæ. *x* Quid dixerunt viri isti, &c.] Duo quærit, vt ipse duo confiteatur, in quibus peccauit, scilicet, elationem mentis, & ostensionem thesaurorum. *y* Et dixit Ezechias] vnum respondens, & aliud tacens, ne reprehenderetur. *z* De terra, &c.] *Interl.* cum pondere superbiæ, scilicet, lege quasi de remota terra cum multo labore venerunt. *a* Ad me] non dicit propter hoc, vt quærerent de signo Domini.

b De Babylone] quasi dicat, de illa nobilissima, & potentissima ciuitate: Ecce iterum superbia. *c* Et dixit] scilicet, Isaias. *d* Quid viderunt in domo tua.] Hoc quærit Isaias, vt ex responsione sua confundat eum: Benè enim sciebat, quid viderant. *e* Et dixit Ezechias: Omnia, quæ in domo mea sunt, viderunt] Tacet de Thesauris domus Domini, ne reprehendatur. *f* Non fuit res, quam non ostenderim in thesauris meis,] id est, non fuit ibi res mirabilis, quam non ostenderem.

g Et dixit Isaias ad Ezechiam] audita responsione. *Tertia pars.*

h Audi verbum Domini exercituum,] ô Ezechia.

▲ Ecce dies venient

Moral. Moraliter. *a* In tempore illo misit Maradach Baladan filius Baladan Rex Babylonis libros, & munera ad Ezechiam.] Diabolus semper insequitur pœnitentes, quia Pharao contemptus surgit in scandala. Vndè postquam conualuerat Ezechias misit ad eum iste Maradach. Ita tentat diabolus hominem, postquam pœnitentiam aggressus est: vndè benè significatur per Maradach. Maradach enim amara continentia interpretatur: Diabolus enim, & abstinens, & continens est; sed amara est eius continentia: quia in omnibus operibus suis torquetur. Et nota, quòd per duo tentat diabolus: per libros, scilicet, & munera, id est, per scientiam, & pecuniam. De primo dicitur 1. *Cor.* 8. a. Scientia inflat. De secundo 1. *Timoth.* 6. b. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum, & tentationem diaboli.

h Audierat enim, quòd ægrotasset, & conualuisset,] id est, quòd de peccato pœnituisset: Tunc enim grauiùs tentat. Vndè *Eccles.* 2. a. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore: & præpara animam tuam ad tentationes.

k Lætatus est autem super eis Ezechias,] hoc est, quando pœnitens de bonis operibus gloriatur. Contra quod dicit Apostolus 2. *Corinth.* 10 d. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Et 2. *Corinth.* 12. c. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis: non in bonis operibus. *Psal.* 9. Lætabor & exultabor in te: non in scientia, nec in diuitiis.

l Et ostendit eis cellam aromatum, & argenti, &

* auri, & odoramentorum

& *a* aduocate eam : *b* quoniam completa est malitia eius , dimissa *c* est iniquitas illius. *d* Suscepit de *e* manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. *f* Vox clamantis in deserto : *g* Parate viam Domini: *h* rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

Atrat in medio ciuitatis eam leniter consolando. *a* Et aduocate eam,] i. prædictam plebem à tristitia, & ab idolatria reuocate. *b* Quoniam completa est malitia eius quasi finita est , i. citò finietur afflictio eius. *c* Dimissa est iniquitas illius, i. peccatum quasi dimissum est, nec requiretur amplius ad puniendum , postquam, scil. pœna comminata superiùs terminata fuerit; & hoc intellige, si custodiant præcepta Domini. Dimissa est , inquam , iniquitas: quia. *d* Suscepit Ierusalem , i. habitatores eius. *e* De manu Domini duplicia, &c.] i. tribulationem corporis, & angustiam animæ. Vel duplicia, i. Impugnationem ab Assyriis, & Chaldæis : vel à Chaldæis & Romanis captiuitatem. *Septuaginta* dicunt : Sacerdotes, loquimini ad cor Ierusalem, & consolamini eam: quia repleta est humilitas eius: solatum est peccatum illius *f* Vox clamantis in deserto. Tempore, quo captiuæ fuerant duæ Tribus, remanserunt alienigenæ coloni in terra: qui cũ sciuissent, quòd Iudæi redibant, & rehabituri erãt possessiones suas, valde doluerunt, clamantes & gemẽtes præ dolore: & dicebant ad inuicem Recedamus de terra, & faciamus viã populo redeunti. Et hoc est, quod dicitur. Vox clamantis in deserto, id est, populi coloni Iudææ desertæ priùs, citò audietur præ timore populi redeuntis. Vel prædicti coloni clamabunt in deserto, id est, in locis desertis iam expulsi de terra promissionis. Et quid clamabunt ? *g* Parate viam Domini, &c. quasi dicat, ad inuicem, non possumus resistere populo reuertenti: faciamus ei viam, id est, dimittamus eis terram: sicut vulgariter dicitur ille alteri facere viam, qui dimittit ei locum. Vel possunt hæc verba, parate viam Domini, esse verba Prophetæ ad colonum populum ita dicentis : Ita audietur vox illa populi clamantis, & vos alienigenæ. *g* Parate viam Domini,] id est , parate viam populo Domini eis cedendo. *h* Rectas facite, &c. i. in Iudæa, quæ priùs deserta fuerat. Ad literam, cogitate, & parate breuiorem viam , quam potestis populo valde festinanter reuersuro. Dicuntur autem illæ semitæ Dei, quia à Domino fuit eorum reuersio. Iudæi autem istam literam aliter exponunt, & dicunt, quòd postquam captiuati fuerant à Babyloniis, & voluntas Domini fuit, quòd redirent ad terram suam : vox quædam audiebatur, quæ de reditu ad terram suam illos monebat: nec sciebatur, cuius vox illa erat , & vt certissimè sciretur , quòd vox illa Dei erat, non hominis, in saltibus, & lucis, quæ loca inhabitare fœminæ non solent, audiebatur vox illa gracilis & fœminea. In vicis verò & vrbibus , vbi homines iuuenes habitabant, audiebatur grossior & virilis. Et clamabat vox illa Iudæis. *g* Parate viam Domini,] i. ô vos Iudæi, parate vos ad reuersionem. *h* Rectas facite in solitudine, &c.] i. redite non per viam regiam; sed per semitas breuiores & rectiores, vt citiùs possitis redire ad terram vestram. Vnde *Hebræus* habet: Vox quædam de solitudinibus & desertis hoc clamabat: parate viam Domini , &c. Vel etiam potest esse vox Domini, loquentis ad Angelos, & dicentis eis.

Secunda pars.

g Parate viam Domini,] id est, populo reuertenti ad præceptum Domini, & ad terram, & ad templum Domini, & quòd Dominus vadit, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Et huic expositioni concordat litera sequens. A Omnis vallis

Moraliter.

* cor, sed ad aures. Vnde *Chrys.* Qui componit sermonem , loquitur ad aures tantùm. Vnde talibus potest dici: Loquimini ad cor Ierusalem, non vt aures mulceatis verborum ornatu : sed potiùs aperta sententia cor pungatis. In primo enim homines admirantur ; In secundo autem peccatores ad Dominum conuertuntur, *sup.* 39. e. Contaminabis laminas sculptilium argenti tui. Et postea. Et dabitur pluuia semini tuo, vbicunque seminaueris in terra: & panis frugum terræ erit vberrimus. Si n. Prædicator laminas argenti sui, i. extensiones vani & picti eloquij sui contaminaret, pluuia daretur semini eius & fructificaret, *sup.* 19. a. Ascendet Dominus super nubem leuem, id est, super facilem & apertam sententiam: & ingredietur Ægyptum, i. cor peccatoris : & commouebuntur simulacra Ægypti, id est, peccata cordis eius , per contritionem & confessionem.

a Et aduocate eam] ecce non sufficit loqui ad cor Ierusalem, i. ad populum, vt prædicetur tantùm verbis, nisi etiam aduocetur exemplis. Vnde in *Psalm.* 49. Deus Deorum Dominus locutus est, ecce verbum : & vocauit terram, ecce exemplum. *b* Quoniam completa est, &c.] Rectus corde est. Acta enim pœnitentia perfectè dimittitur peccatum.

d Suscepit de manu Domini, &c.] i. tribulationem in corpore , & angustiam in anima. Hæc est consolatio sanctorum , sustinuisse pro Christo Vnde *infrà* 61. c. Pro confusione vestra duplici & rubore laudabunt partem eorum , propter hoc in terra sua duplicia possidebunt. Et *Ier.* 16. d. Reddam primum duplices iniquitates eorum quasi primùm reddam iniquitates, i. pœnam pro iniquitate, & postea gloriam. Vnde *Bar.* 5. a. Circundabit te Deus diploida Iustitiæ: ecce pœna: & imponet mitram capiti tuo honoris æterni. Ecce gloria. *f* Vox clamantis in deserto, &c.] Hoc potest exponi de B. Ioanne Baptista, qui de seipso dicit: Ego vox clamantis in deserto : dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta. *Ioan.* 1. c. In hoc autem, quod dicit se vocem, possunt notari tria: Naturæ fragilitas, vitæ humilitas, officij dignitas. Vox citò transit, nec reuertitur sic vita hominis. Vnde *Iob.* 7. b. Memento mei, Deus, quia ventus est vita mea. *Sap.* 2. b. Vmbræ transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri. *sup.* 32. c. finita est vindemia: collectio vltrà non veniet. Vocem ergo se dicit B. Ioan. propter fragilitatẽ. Vox etiam erat propter humilitatem. Hæc enim vox, i. humilitas sola est, quæ est signum veritatis rei. Humilis autem fuit Ioannes , qui cùm talis esset, vt posset credi Deus, si voluisset; noluit tamen, sed etiam, quòd nec Elias , nec Propheta , *Ioan.* 1. c. Nos autem propter modicũ, imò propter nihilum , quod peius est , quia quandoq; propter falsum florem superbimus. Vnde potest dici de nobis illud *Ezech.* 7. c. Egressa est contritio, floruit virga, germinauit superbia: iniquitas surrexit in virgam impietatis. Fuit etiam Ioannes vox propter officij dignitatem. Ad hoc enim principaliter profertur vox, vt nobis veritatem, vel falsitatem ostendat, & ipse Christum, qui est via, veritas, & vita. *Ioan.* 14. a. non solùm verbis longè, sed digito propè ostendit, & falsitatem Diaboli detexit. Propter hoc dictum est. *Mal.* 3. a. Ecce ego mitto Angelum meum , qui præparabit viam tuam ante te. Propter hoc dicitur Ioannes, vox clamantis, i. Christi, qui primò clamauit ex innata infirmitate vocem dolentis emittens, sicut alij homines. *Sap.* 7. a. Primam vocem similem omnibus emisi plorans. Secundò clamauit ex voluntaria pietate. *Luc.* 8. a. Hæc dicens, clamabat: qui habet aures audiendi, audiat. Et *Ioan.* 7. f. In nouissimo autem magnæ festiuitatis die stabat Iesus , & clamabat · si quis sitit, veniat ad me ; & bibat aquam sapientiæ salutaris. Vnde *Psalm* 68. In persona eius : Laboraui clamans : quia prædicatione sua paucos conuertit, & tamen multùm clamauit. Vnde sequitur. Raucæ factæ sunt fauces meæ. Tertiò clamauit ex illata sibi passione. *Luc.* 23. f. Clamans voce magna. Clamat enim quotidie Christus per creaturarum inspectionem. per Prædicatorum admonitionem, per occultam inspirationem , per beneficiorum largitionem per multiplicem afflictionem In deserto, id est, in corde. Dominus enim, quasi venator spiritualis, clamat in corde, per inspirationem: & canes eius venatici , id est, Prædicatores per admonitionem. Et benedicetur cor desertum , in quo quidem sint leones superbiæ, gryphes iracundiæ, mures, qui omnia corrodunt detractionis, siue inuidiæ, boues siue muli pigritiæ, & porci luxuriæ, vrsi gulositatis, vulpes dolositatis, milui rapacitatis, falcones, qui incarnantur in præda , scilicet, tenacitatis, *supr.* 13. d. Requiescent ibi bestiæ , replebuntur domus eorum draconibus , & habitabunt ibi struthiones , & pilosi saltabunt ibi , & respondebunt ibi vlulæ in ædibus suis, & sirenæ in delubris voluptatis. In hoc deserto Dominus tendit arcum , quando futuri Iudicij pœnam comminatur. Vnde *Psalm.* 59. Dedisti metuentibus te significationem , vt fugiant à facie arcus. Ab hoc arcu exit sagitta timoris , faciens in corde vulnus contritionis. Vnde *Hieron.* Virtus pœnitentiæ, id est, contritio timore concipitur. *Psal.* 118. A Iudicijs enim tuis timui.

g Parate viam Domini.] O vos homines, parate viam Domini, faciendo eam mundam per temperantiam, æquam per iustitiam, securam per fortitudinem, rectam per prudentiæ discretionem. Hanc viam etiam parauit Beatus Ioannes Præparauit enim viam Domini in mundum Item in cordibus Iudæorum , in Martyrium, & in Lymbum In mundum quidem, quia mundum nascendo prior Domino introiuit. In cordibus Iudæorum, quia primò prædicauit, & baptizauit. In Martyrium, quia prior per martyrium vitam temporalem finiuit. Item in Lymbum , quia priùs Christo ad inferos descendit.

h Rectas facite in solitudine semitas Dei nostri] Parare vias Domini , pertinet ad sæculares , sed rectas facere semitas , pertinet ad claustrales. Recte autem fiunt

Matth. 3. Marc. 1. a. Luc. 3. c. Ioan. 1. c.

A *a* Omnis vallis exaltabitur] hoc enim si intelligatur factum ad literã, necesse fuit, quòd Angelico fieret auxilio, non humano: omnis vallis exaltabitur, vel implebitur ad literam. *b* Et omnis mons, &c.] quasi ita erit bona via, quod tota erit æqualis: & descendent montes maiores, & colles minores, & valles implebuntur: ita quòd tota terra plana erit, & optima ad gradiendum. *c* Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas] quasi viæ, quæ priùs erant prauæ, & tortuosæ: tunc erunt rectæ: & quæ priùs erãt asperæ, tunc erunt planæ. Et quasi quis quæreret quomodo potest fieri, quòd Iudæi recedant? ostendit, cùm subdit: & reuelabitur gloria Domini, i. quia gloria Domini ita manifestabitur in Iudæorum reuersione. Vel reuelabitur gloria Domini, in Babyloniorum destructione. In hoc enim quòd Babylonij destructi sunt, apparuit Dominus gloriosus, qui hoc totum futurum prædixerat. *inf.* 45. a. Vnde cùm Cyrus audisset, quòd Dominus hoc de eo prædixerat, dedit licentiam populo Iudaico reuertendi. Et ita patet, quòd reuelatio gloriæ Domini in Babyloniorum destructione fuit causa reuersionis istius. *e* Et videbit omnis, &c.] id est, omnis homo videre poterit. *f* Quod os Domini, &c. i. quòd Dominus hoc prædixit, vel Propheta à Domino, qui est os Domini. Vel secundum Hebræos, videbit omnis caro pariter, quòd os Domini locutum est, i. omnis homo videbit, quòd Dominus loquitur hominibus in voce illa. *Septuaginta.* Et videbit omnis caro salutare Dei: quia Dominus locutus est.

B

Eccl. 14.c. *Iac.* 1.b. *Pet.* 1.d.

Omnis *a* vallis exaltabitur: *b* & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt *c* praua indirecta & aspera in vias planas. Et *d* reuelabitur gloria Domini, & *e* videbit omnis caro pariter, quod *f* os Domini locutum est. *g* Vox dicentis: Clama, *h* & dixit: *i* Quid clamabo? Omnis *k* caro fœnum, & omnis *l* gloria eius, quasi flos agri. *m* Exsiccatum est fœnum: * & *n* cecidit flos: *o* quia Spiritus Domini sufflauit in eo. *p* Verè fœnum est populus: *q* Exsiccatum est fœnum & *r* cecidit flos: *s* Verbum autem Domini † manet in æternũ. *t* Super montem excelsum ascende *u* tu, qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, *y* qui euãgelizas Ierusalem:

al. † Dei nostri stabit.

Tertia pars.

g Vox dicentis, clama] q.d Isaias. Vox Domini audita est a me dicentis mihi: clama *h* Et dixi,] i. respondi. *i* Quid clamabo?] Et respondit Dominus: clama: quid. *k* Omnis caro fœnum] q.d. homo, & quicquid ipse loquitur, fragile est, & citò transitorium: sed verbum Domini firmum est & stabile. Vel sic clama omnis caro fœnum, i. omnes homines, & Principes Babylonis fragiles sunt, & impotentes, & ideò citò transitorij. *l* Et omnis gloria eius quasi flos agri] q.d. gloria Babylonis citò deficiet, & marcescet, sicut flos agri. *m* Exsiccatum est fœnum, &c.] id est, sicut fœnum citò desiccatur & cadit ad ventum vrentem; sic gloria & potentia Babyloniæ citò cadet: quia spiritus, i. indignatio Domini, hoc est, vindicta sufflauit in eos puniendo, & destruendo. *p* Verè fœnum est populus,] i. fragilis est populus Babylonis. Et est confirmatio prædictorum vel sunt verba Prophetæ comminantis prædicta verba Domini. *q* Exsiccatum est fœnum] i. regnum Babyloniorum destructum, præteritum pro futuro. *r* Et cecidit flos,] i. gloria, & nobilitas Babyloniorum decidit. *s* Verbum autem Domini stabit] vel manet in æternum, firmum & immobile, q.d. hoc erit, quia Dominus prædixit hoc, cuius verba sunt immutabilia. Et quia vix audet aliquis aduersa nunciare magnis. Ideo Propheta confortatur hic, & admonetur nihil timere, sed nunciare audacter, cùm subditur. *t* Super montem excelsum ascende] vt videaris ab omnibus, & audiaris. Nota *Intel illam.* Super montem excelsum. *Gl.* i. Christum. Contrà 1. *Cor.* 6.d. Portate Deum in corpore vestro. Ergo ipse est supra nos. Sol. Nos debemus portare ipsum per imitationem; sed super eum debemus esse, sicut super fundamentum, vt fundati simus in ipso per fidem, spem, & charitatem. Item *Gl.* Super montem excelsum, Christum, vt nihil annuncies, nisi quod ab ipso habes, ergo secundùm hoc non licet aliquid annunciare, nisi quod est in textu sacræ Scripturæ. Sol. Nihil annuncies, nisi quod ab ipso habes, i. non annuncies contrarium eius, quod ab ipso habes. *u* Tu, qui euangelizas Sion] i. qui bona nuncias Sion, i. Iudæis, q.d. apertè prædica Iudæis destructionem Babyloniæ. *Ieron.* Porrò Hebraicum cæteri Interpretes ponunt in genere fœminino, vt dicant,

Quarta pars.

quæ Euangelizas Sion. *x* Exalta in fortitudine vocem tuam] i. clama fortiter, vt multi audiant vocem tuam. *y* Qui euangelizas Ierusalem] i. qui prædicta bona nunciare debes Ierusalem, hoc est, Iudæis. *Andr.* Ad vocem clamantem Dominus sermonem conuertit, q.d. tu vox, quę bonũ nuncias Sion, & Ierusalem, magno, & alto clamore nuncia vel tu, ▲ quæ profers vocem

* semitæ Domini propriè per paupertatem. Rectum enim est, cuius medium non exit ab extremis, vel vltimis. Vltima autem vitæ S. Ioannis sunt paupertas, & vilitas, Vnde *Iob.* 1.d. Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Est ergo rectus claustralis, qui nusquam à paupertate deuiat; sed per ipsam, vt per semitam, rectissimè graditur ad gaudia Paradisi. Ipsa enim est semita rectissima eundi ad regnum. *Prou.* 3.c. Viæ eius, viæ pulchræ: & semitæ eius pacificæ. Nihil enim ita securum, & ita pacificum est, vt paupertas. Et *Mat.* 5.a. Beati pauperes spiritu, i. voluntariè: quoniam ipsorum est regnum cœlorum, Sed ferè nullus est, qui modò ambulet per semitam istam. *Sup.* 33. b. Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam. *a* Omnis vallis exaltabitur, &c] Hoc est, quod dicitur *Luc.* 14.c. Omnis, qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. *Prou.* 15.d. Gloriam præcedit humilitas. *c* Et erunt praua in directa, &c.] Hoc potest exponi de Beato Laurentio, quem duxit asperitas craticulæ ad directa, & plana Paradisi gaudia. Et de quolibet pœnitente, qui per aspera pœnitentiæ ducitur directè ad gaudia Paradisi. *Mat.* 3.a. Facite pœnitentiam. *sup.* 10.b. Iustum deduxit Dominus per vias rectas: & ostendit illi regnum Dei. *d* Et reuelabitur gloria Domini.] Primò fuit reuelata gloria Domini in mundi creatione. Secundò in eiusdem per diluuium purgatione. Tertiò in eiusdem per octo animas reparatione. Quartò in eius per legem instructione. Quintò in eius per Reges gubernatione. Sextò in populi sui per captiuitatem multiplicem punitione. Septimò in eiusdem ab hostibus fortissimis mirabili liberatione. Octauò in miraculorum per filium operatione. Nonò in mundi totius per passionem huius hominis redemptione. Decimò in antiquorum Patrum de lymbo liberatione. Vndecimò in filij sui accelerata cum aliquibus militibus suis resurrectione. Tandem autem manifestabitur ex toto in generali amicorum glorificatione, & inimicorum patenti confusione.

Moraliter.

35. 9.10.c.1.

Ioel 2.d.

Gloria Dei fuit reuelata multipliciter,

e Et videbit omnis caro, &c.] verbum Dei Patris, id est, filium, quem Deus Pater genuit, hoc enim est dicere suum. Videbit tunc omnis caro, sed boni in Deitate, & humanitate: Mali etiam, sed tantum in humanitate. Videbit etiam tunc omnis caro, quod locutus est Dominus per Prophetas, bonis præmia promittendo, & malis supplicia comminando.

g Vox dicentis: Clama:] ecce Prophetæ datur mandatum, & auctoritas prædicandi. In quo notatur, quòd nullus prædicationis officium debet assumere, nisi missus. *Rom.* 10.c. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? *i* Quid clamabo?] Ita deberent facere Prædicatores, petere, scilicet, à Domino, quid prædicarent per orationem, & studium Scripturarum. Multi autem petunt hoc à quaternis. Multi à sua inuentione, siue ingenio; sed à Deo pauci. Vnde *sup.* 8. d. Nunquid non populus à Deo quærit visionem pro viuis, ac mortuis? *Psalm.* 103. De medio petrarum dabunt vocem.

k Omnis caro fœnum.] Fœnum nascendo habet virorem, crescendo decorem, & florem, sed exsiccatum ardore Solis teritur in puluerem. Sic homo habet virorem in puerili ætate, decorem, & florem in iuuentute, Sed tandem redit in puluerem, in morte. Item homo habet virorem per innocentiæ statum: florem verò per virtutum progressum; sed omnia hæc reducuntur in puluerem per peccatum. Vnde *Thre.* 1.b. Egressus est à filia Sion omnis decor eius.

m Exsiccatum est fœnum] iuuentutis in morte.

n Et cecidit flos] mundanæ prosperitatis. *o* Quia spiritus Domini sufflauit in eo] dissoluendo corpus ab anima graui infirmitate. Vnde *Iacob.* 1.b. Exortus est Sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit. De fœno fit vitrum clarissimum; sic de carne obscura fit caro gloriosa.

p Verè fœnum est populus.] In principio debilis, postea debilior, in fine debilissimus, in aquis delitiarum, & limo terrenorum defixus,

q Exsiccatum est fœnum & cecidit flos.] Idem est, quod priùs. *s* Verbum autem Domini manet in æternum.] Vnde *Matth.* 24.c. Cœlum & terra transibunt; verba autem mea non transibunt. *t* Super montem excelsum] Triplex notatur hic altitudo, quæ in prædicatione requiritur, scilicet, in scientia, in vita, in doctrina. *x* Exalta in forti-

* tudine

A quæ profers vocem Iudæis, Vel li Sion, vel li Ierusalem vocatiui sunt, ita quòd ad ipsa dirigatur sermo. Et huic literæ concordat *Ierom.* & dicit: Quæ euangelizas, quasi dicat, Ierusalem, & Sion, quæ euangelizas, id est, prædicas magnalia Dei, post liberationem tuam prædica apertè.

salem: *a* Exalta: noli timere: dic *b* ciuitatibus Iudæ: *c* Ecce Deus vester. *d* Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & *e* brachium eius *f* dominabitur. *g* Ecce merces eius cum eo, & *h* opus illius coram illo. *i* Sicut Pastor gregem suum pascet: in *k* brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo *l* leuabit, *m* fœtas ipse portabit. *n* Quia mensus est pugillo aquas, & *o* cœlos palmo ponderauit?

a Exulta: noli timere,] quasi dicat, prædica securè: & nō oportet, quòd tu timeas. *b* Dic ciuitatibus Iudæ.] id est, ciuitatum, quæ sunt in Iudæa, habitatoribus. Et quid *c* Ecce Deus vester] veniet citò ad liberandum vos. *Sept.* Ecce Dominus vester, ecce Dominus Deus cum virtute veniet, & brachium eius cum dominatione. *d* Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet.]Id est, venire apparebit, in mirabili Iudæorum reuersione, vel in Babyloniæ destructione per Medos, & Persas. *e* Et brachium eius.]Id est, Cyrus electus Princeps eius.

Inf. 61. d.

f Dominabitur]Babylonis. *g* Ecce merces cum eo.]Id est, impletio promissionis factæ Iudæis de reuersione sua, vel fertilitas terræ suæ in reditu, vel retributio seruientibus sibi.

h Et opus illius, &c.]Id est, Iudæi reuertentes: quod dicitur opus eius, propter misericordem liberationem, & potentiæ manifestationem coram illo tanquam Ductore. *Sept.* Et opus eius in conspectu illius.

i Sicut Pastor gregem, &c.] Id est, congregationem reuertentium pascet in deserto, per quod redibunt: sicut Pastor pascit gregem suum. *k* In brachio suo, &c.] Id est, in potentia sua congregabit Iudæos in diuersis terris dispersos, qui dicuntur agni quasi simplices, & mansueti, respectu illorum de decem Tribubus.

Quinta pars.

l Et in sinu suo leuabit]quasi dicat, valdè suauiter, & cum magna diligentia reducet eos, sicut mater, quæ in sinu suo nutrit puerum suum.

l Fœtas ipse portabit,] Id est, infirmos redeuntium portabit dando fortitudinem, vel temporis opportunitatem.

n Quis mensus est, &c.]Quia posset aliquis de prædictis hæsitare, & dicere: Non posset esse, quòd tam potens Regnum, & nobile destrueretur: Ideò ostendit omnipotentiam Dei per multa opera facta supra naturam, vt exemplo illorum probet hoc à Domino facilè posse contingere. Vnde dicit: Quis mensus est pugillo aquas? quasi nullus hoc posset facere, nisi Deus.

o Et cœlos palmo ponderauit?]q.d. Ipse solus. Pugillus est

A manus contracta

Moraliter.

* tudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem. Vnde *Osea* 8. a. In gutture suo sit tuba, quasi Aquila super domum Domini.

a Exalta: noli timere] *Ier.* 1. d. Ne formides à facie eorum. *Ezech.* 2. c. Ne timeas eos, neque sermones eorum metuas.

Ioan. 1. d.

b De ciuitatibus Iudæ] ecce Deus vester veniet ad retribuendum bonis gaudia in Iudicio, & malis supplicia. De his enim duobus debet esse prædicatio. Hoc mandatum impleuit Ioannes, quando videns Dominum Discipulis suis, dixit: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mundi. Nota, quòd, ecce, frequenter ponitur, vbi agitur de Incarnatione, vt meliùs attendatur, & firmiùs memoriæ commendetur. *d* Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet: & brachium eius dominabitur] Hoc quantum ad malos, quibus propriè Dominus tunc apparebit, quando destruet eos. Vnde *Ps.* 9. Cognoscetur Dominus Iudicia faciens, qui modò ignoratur iniurias sustinens. *Psal.* 65. Qui dominatur in virtute sua in æternum, i. in vindictæ retributione. Frater enim est, vel quasi seruus in misericordiæ exhibitione. *Gen.* 45. g. Ioseph viuit, & ipse dominatur in omni terra Ægypti, id est, peccatorum. *g* Ecce merces eius cum eo, &c.] Hoc quoad bonos, quibus mercedem bonorum operum retribuet, quibus opus suum exhibebit, quod est misericordia: Iustitia enim, quasi alienum opus est. Vnde Propheta cùm loqueretur de iustitia, *sup.* 18. f. ait: Peregrinum est opus eius ab eo. De mercede ista, potest dici, quòd appetenda est, quia propinqua, & quia durabilis, & quia magna. De primo dicitur, *Apoc.* 22. c. Ecce venio citò: & merces mea mecum est, *Eccl.* 11. c. Benedictio Dei in mercedem Iusti festinat, & in honore veloci processus illius fructificat. De secundo dicitur, *Eccl.* 18. c. Merces Dei manet in æternum. De tertio *Gen.* 15. a. Ego sum merces tua magna nimis. Merces ista specialiter exposita est venalis in passione filij; ante passionem enim clausa erat. Vndè *Zach.* 8. b. Confortentur manus vestræ, qui auditis in diebus istis sermones istos per os Prophetarum, in die, qua fundata est domus Domini exercituum, id est, Ecclesia, vt templum ædificaretur ex duobus parietibus, scilicet, Gentibus, & Iudæis. Et statim sequitur: siquidem ante dies illos merces hominum non erat.

i Sicut Pastor gregem suum pascet] *Septuag.* Populum suum & in brachio suo congregabit agnos, & prægnantes consolabitur, alios cum fistula consolationis, alios cum virga tribulationis: & hæc etiam quandoque alternando, sicut Pastor. Item pascit Dominus malo, sicut Pastor arietes, diuitiis temporalibus impinguando. *Ierem.* 12. a. Bene est omnibus, qui præuaricantur, & iniquè agunt? Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt, & faciunt fructum. Et post pauca. Congrega eos, quasi gregem ad victimam. Ad istos arietes in collo suspenditur campana adulationis, inanis gloriæ, iactantiæ, & fauoris humani. Bonos autem pascit Dominus, sicut oues, eos ab alienis segetibus coercendo. Vnde *Psalm.* 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Item eos per totam diem præsentis vitæ vsque ad vesperam mortis custodiendo, & in nocte mortis corpora eorum vsque ad futuram diem Iudicij reseruando. Vnde *Exod.* 13. d. & 14. e. legitur. Quòd Dominus custodiebat filios Israel per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis. Item eos in ouili supernæ gloriæ singillatim, & secundùm diuersitatem meritorum diuersimodè collocando. Vnde *Ierem.* 33. b. Adhuc transibunt greges ad manum numerantis. Item ipsis suam notitiam imprimendo, & nomina eorum in libro vitæ scribendo. Vnde *Ioan.* 10. c. Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Item eos quandoque virga afflictionis temporalis tangendo. Vnde *Heb.* 12. b. Flagellat autem omnem filium, quem recipit.

k In brachio suo congregabit agnos.]Id est, infirmos, & debiles custodiet in fortitudine protegendo contra inimicum. Item mites, & humiles, qui per agnos significantur, portat Dominus duobus brachijs, timore, scilicet, & amore. Timore retrahendo à malo: amore autem, vt dextero brachio deportans ad bonum, vel afflictione, vel consolatione.

l Et in sinu suo leuabit] quietem contemplationis ipsis tribuendo. Item congregat hic Dominus agnos suos, id est, mansuetos, & humiles per vnitatem fidei in Ecclesiam militantem, sed in sinu suo leuabit eos per exhibitionem plenæ cognitionis in Ecclesiam triumphantem.

m Fœtas ipse portabit,] id est, Prædicatores, qui filios Deo parturiunt per prædicationem, & doctrinam. Vnde vnus eorum dicit: Filioli mei, quos iterum parturio: *Gal.* 4. c. De hoc dicitur: *infrà* 46. b. Ego feci, & ego feram in præsenti: ego portabo, & ego saluabo, in futuro. Et *Ier.* 31. b. Qui dispersit Israel, congregabit eum: & custodiet eum, sicut pastor gregem suum. Multi tamen non cognoscunt Pastorem suum. Vnde *Osea.* 11. b. Portabam eos in brachijs meis: & nescierunt, quòd curarem eos.

n Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Nota, quòd pugno solet homo percutere ad lædendum; sed palmo sæpius ad castigandum.

Dominus ergo aquas, id est, corda fluxibilia, & instabilia pugno metietur, id est, sententia dura, & irreuocabili: Sed cœlos, id est, iustos viros palmo metitur, id est, percutit non ad grauandum, sed ad castigandum.

Et notabiliter præponitur metiri pugillo mensuræ palmi.

Dominus enim priùs percussit pugno grauiter puniendo peccatores in legis datione, quando dictum est: Oculum pro oculo, dentem pro dente. *Exod.* 21. c.

Sed postmodum percussit palmo in Euangelica condonatione.

Vnde Petro dictum est, & in Petro cuilibet, quòd peccanti fratri dimittat, non solùm vsque septies; sed vsque septuagies septies. *Matt.* 18. c.

Sic etiam faciet in die Iudicij: quia pugillo, non pugno percutiet: quia citra condignum puniet; sed palmo cœlos ponderabit: quia bonos vltra condignum remunerabit.

Vnde *inf.* 61. a. Vt prædicarem captiuis indulgentiam, &c. Dicit ego.

Quis mensus est. *Apocal.* 18. b. Quantum glorificauit se

a Quis b appendit tribus digitis molem terræ, & c librauit in pondere montes, & d colles in statera? Quis e adiuuit Spiritum Domini, aut f quis Consiliarius eius fuit, & ostendit illi? g Cum quo iniit consilium, & h instruxit eum, & i docuit eum semitam iustitiæ, & k erudiuit eum scientia, & viam l prudentiæ ostendit illi; m Ecce Gentes, quasi stilla situlæ, n & quasi momentum stateræ reputatæ sunt. o Ecce insulæ p quasi puluis exiguus: & q Libanus non r sufficiet ad succendendum, & s animalia eius non t sufficient ad holocaustum. Omnes u Gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo: x & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei. Cui y ergo similem fecistis Deum,

Δ tis ei? O vos, qui

a manus contracta, & clausa: palmus autem manus extenta, siue aperta. In hoc ergo, quòd Dominus dicitur mensus esse aquas pupillo, ostendit, quòd Dominus magnam partem aquarum sub terra abscondit. Vnde Ps.77. Statuit aquas quasi in vtre. Per hoc autem, quod dicitur, cœlos ponderasse palmo, ostenditur, quòd Dominus cælos non absconditos, sed apertos fecit. Vnde Psalm.103. Extendens cælum sicut pellem.

Sup.9.c.Rom. 11.d.

D

a Quis appendit tribus digitis molem terræ] Quãdo aliquis vult leuare aliquid ponderosum, apponit totam manum: sed si vult leuare leue, duos tantùm, vel tres digitos apponit. Vult ergo dicere, quòd Dominus tam fortis est, vt totam terram sustineat, quasi aliquid leue. b Appendit.] In medio mundi sensibilis, super nihilum, dicit Gl. Sed contra in Psalm.23. dicitur de terra: Ipse super maria fundauit eam. Et iterum. Qui fundauit terram super aquas. Sol. Ibi accipitur, super, impropriè, secundum quod aliquid dicitur super aliud, tanquam super fundamentum: terra enim sic super nihil fundata est.

c Et librauit in pondere montes] maiores,

d Et colles] minores in statera. Nota, tunc scitur, quanti ponderis est res, quando libratur, & ponderatur. Vult ergo dicere Propheta: Quis scit, quantum ponderant montes, & colles? Solus Deus, quasi dicat. Qui prædicta potest facere, & cognoscere, facile poterit subuertere Babylonem. Vel secundùm Aug. Pondus est impetus cuiusque rei tendentis ad suum locum, quasi dicat, quis est, qui montes, & omnia ordinauit suis propriis locis? Nullus, nisi solus Deus. Vnde Poeta: Ponderibus librata suis. Sed quia aliquis dicere posset Dominus non fecit prædicta, sine auxilio. ideò adiungitur.

e Quis adiuuit, &c.] Id est, Spiritum, qui est Dominus, vel sapientiam Domini; quasi dicat, nullus. Septuag. Quis cognouit mentem Domini? Et quia adhuc posset quis dicere, quòd Plato, & alij Philosophi docuerunt Dominum, & adiuuerunt ad hæc facienda, subdit. f Aut quis Consiliarius, &c.] Prædicta esse facienda? quasi dicat, nullus. g Cum quo iniit consilium] qualiter operari debuisset.

h Et instruxit eum] quasi dicat, nullus. i Et docuit eum semitam iustitiæ] Id est, regulam operandi.

k Et erudiuit eũ, scientia] cognoscendi bonum, & malum.

l Et viam prudentiæ] eligendi bonum à malo ostendit illi? quasi dicat, nullus: Sept. Quis docuit iudicium & viam intelligentiæ quis ostendit illi? m Ecce Gentes, quasi stilla situlæ Sept. Cunctæ Gentes. Sicut ille, qui portat situlam plenam aqua, si vna gutta cadat, parum curat, sic Dominus parum curat de omnibus Gentibus. Et reuera quantum ad ipsum, nihil est scientia omnium hominum: vel sicut gutta situlæ nihil est respectu totius aquæ; sic potestas omnium hominum respectu potestatis Dei, quasi dicat, magna est aqua, & grauis; & tamen Deus eam sustinet, & continet, cùm sit omnipotens. n Et quasi momentum, &c.] quasi dicat, sicut statera de facili, & quasi pro nihilo, in vtramque partem inclinatur; sic nihil sunt Gentes coram eo: & ita de facili potest eas conuertere ad Dominum, quandocunque voluerit, sicut mouetur statera, & sicut lingula, quæ est in medio stateræ conuertitur, vbi vult librans. Sept. Et quasi saliua reputatæ sunt. Fortè diceret aliquis, quòd ita potest Dominus facere in terra non muniæ; sed non sic in terra munita, maximè in Insulis, quæ fortes sunt, & non possunt obsideri, nisi per naues: Imò dicit ipse. o Ecce Insulæ] quantumcunque fortes. p Quasi puluis exiguus.] Id est, de facili impelli possunt ab eo, sicut paruus puluis à vento. Et quia tantus est Dominus, ideò nec ligna possunt sufficere, neque animalia in holocaustum ad impendendum ei honorem, quantus debet ei impendi. Vnde dicit. q Et Libanus] vbi sunt multa ligna. r Non sufficiet ad succendendum] Ignem pro holocaustis.

s Et animalia eius.] Id est, Libani. vbi pascebantur multa animalia. Vel eius, id est, Domini, quia omnia animalia eius sunt. t Non sufficient ad holocaustum] secundum honorem, qui sibi debet impendi. Vel hoc dicit, vt Gentes ; ab idololatria hostiarum reuocet. u Omnes Gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo.] Id est, eius comparatione quasi nihil, vel propè nihil sunt. x Et quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei. Sept. Cunctæ Gentes, quasi nihili reputatæ sunt, i. comparatione eius: vel secundum Iudicium eius, quasi nihil reputantur Gentes propter suorum multitudinem peccatorum. y Cui ergo similem fecistis Deum] Sexta pars est, in qua inuehitur contra idololatras, ne Iudæi de captiuitate reuersi redeant ad idololatriam, quasi dicat, ex quo talis, & tantus est Dominus, sicut dixit vobis. Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem pone- *Sexta pars.*

• & in delitiis fuit: tantum date illi tormentum, & luctum, Deut.25.a. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus, sup.27.b. In mensura, &c Matt 7.a. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis a Quis appendit tribus digitis molem terræ?] Moles terræ est peccator, quem appendit Dominus tribus digitis, id est, confessione, contritione, satisfactione. c Et librauit in pondere montes.] Montes, id est, superbos librat Dominus in pondere: quia quantò plus acquirunt honorum, & dignitatum, tantò profundiùs: & citiùs in inferna descendunt. Vnde Iob.21.b. quando omnem fœlicitatem, possessiones, & prolis multitudinem descripsit, subdit: Et in puncto ad inferna descendunt. Et Psal.36. Vidi impiom superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: & transiui & ecce non erat. Verum est, quia iam ceciderat. Et Apoc. 18. b. Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date ei tormentum & luctum. d Et colles in statera] Vnde Io.31. a. Appendat me in statera iusta. e Quis adiuuit Spiritum Domini, aut quis Consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Roman. 11. d. Quis cognouit sensum Domini, aut quis Consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Ier.23.d. Quis enim affuit in consilio Domini, & vidit, & audiuit sermonem eius? Iob.12: c. Apud ipsum est sapientia, & fortitudo: ipse habet consilium, & intelligentiam. Consilium dare stulto charitatis est: consilium dare sapienti ostensionis est: consilium dare insipienti peruersitatis est. m Ecce Gentes, quasi stilla situlæ.] Id est, parum viuunt, & viles sunt. Sept. Quasi saliuæ reputatæ sunt. Eccl.18.a. Numerus dierum vitæ hominum, vt multum centum anni, &c. n Et quasi momentum stateræ reputatæ sunt.] In hoc significatur instabilitas vitæ humanæ. Momentum enim stateræ de facili ad vtranque partem inclinatur. Super. Num.12. d. Si spuisset pater suus in faciem eius, &c. dicit Origenes in Gloss. Hinc Isaias. Omnes Gentes, sicut stilla situlæ, & sicut sputum reputatæ sunt. *Moraliter.*

o Ecce Insulæ, quasi puluis exiguus.] Insulæ dicuntur Sancti, qui continuè fluctibus, & ictibus persecutionum tunduntur, sed tamen non submerguntur. Et hi, quasi puluis exiguus comparatione Domini. Vnde Abraham Gen. 18. d. Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis, & cinis. Et Num.23.b. Quis dinumerare possit puluerem Iacob? Et nota, si vis accedere ad Insulam, oportet te intrare mare, ita si vis venire ad societatem Sanctorum, oportet te sustinere ictus, & fluctus tribulationum. Vnde Act. 14. d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in Regnum Dei.

q Et Libanus non sufficiet ad succendendum.] Ita vt purgentur peccata populi.

s Et animalia eius non sufficient ad holocaustum] supra primò, c. Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum.

u Omnes Gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo: & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei.] Hoc est, quod dicitur, In Psalm. 38. Substantia mea, quasi nihilum ante te. Infr.41. c. Omnes Gentes, quæ pugnant aduersum te, erunt, quasi non sint. Esther.13.c. Ne tradas, Domine, sceptrum tuum his, qui non sunt.

y Cui ergo similem fecistis Deum?] Iudæus facit Deum similem leccatori, quasi delectetur nidore carnium, & odore. Crudeli similem putant eum desperantes, sicut Cain. Præsumptuosi putant eum similem fatuo, quasi non consideret, quæ aguntur. Vnde Iob 22.b. Quid nouit Deus, & quasi per caliginem iudicat, nubes latibulum eius, nec nostra considerat. Auarus putat eum corruptum pecunia. Eccl.7. a. Ne dicas in multitudine munerum meorum respiciet Deus, &c.

• Quicquid qui-

a aut quam imaginem ponetis ei, b Nunquid sculptile † conflabit faber, c aut aurifex d auro † figurabit illud, & e laminis argenteis f argentarius? g Forte lignum, & imputribile h elegit artifex sapiens: i quærit quomodo statuat simulacrum, quod non moueatur. k Nunquid non scietis? l Nunquid non † audistis? m Nunquid non annunciatum est vobis n ab initio? o Nunquid non intellexistis p fundamenta terræ: q Qui sedet super gyrum terræ, & r habitatores eius sunt f quasi locustæ. t Qui extendit velut † nihili cœlos, & u expandit eos sicut x tabernaculum ad inhabitandum. y Qui dat secretorum scrutatores, quasi z nō sint a Iudices terræ b velut † mane fecit.

al. † conflauit.
al. † figurauit.
al. † audietis.
al. † nihilum.
al. † Inane.

E

F

a tis ei?] O vos, qui priùs fuistis idololatræ, quasi dicat, frustrà cogitatis facere idolum ei, quia nec potest aliquid fieri, nec cogitari, quod sit simile ei. b Nunquid sculptile, &c.] quod, suppl., sit simile Deo? c Aut] nunquid Aurifex, id est, Aurifaber: d Auro figurabit illud,] id est, de auro faciet aliquod sculptile, quod sit simile Deo. e Et laminis argenteis,] id est, de laminis argenteis. f Argentarius,] id est, operatius in argento? quasi dicat, non. g Forte lignum, & imputribile (Hebraicè succham, quod est genus ligni imputribilis, de quo maximè fiunt. Idola.) h Elegit artifex sapiens.] In hac arte, vt simulacrum durabile in longum faciat. i Quærit quomodo statuat simulacrū, quod non moueatur,] i. quomodo faciat, quòd idolum suum stet firmiter in pariete: vel quod non dissoluantur membra eius. Irrisio est eorum, qui idola fabricant, & qui ea colunt, vt cessent ab eis, quasi dicat, Propheta, nec faber cudere, nec carpentarius dolare, nec fusor fundere, nec aurifaber excudere, & deaurare potest aliquid, quod assimiletur Deo. k Nunquid non scietis] idola nihil esse, & vnum Deum esse naturali ratione, vnde secundum quod ab initio naturali lege vos docui? l Nunquid non audistis] saltem per legem scriptam, quæ hoc prohibet? m Nunquid non annunciatum est vobis] per Patriarchas. n Ab initio] temporis,] id est, parum post initium, scilicet, per Adam, Enoch, Noe, & cæteros: vel per ipsas creaturas, quæ omnes Deum prædicant, vt suum factorem? o Nunqnid non intellexistis] per Prophetas, p Fundamenta terræ] esse à Domino, non ab idolis, id est, quòd terra fundata sit à Deo, non ab idolis? q Qui sedet super gyrum terræ] tanquam omnia regens, quod intelligitur per sedet, & super: & omnia ambiens, quod intelligitur in hoc, quod dicit, gyrum, ille est, scilicet, qui fundauit eam. Ex hoc verbo super gyrum terræ, vt dicit *Gloss.* multi terram, quasi punctum, & globum esse contendunt, id est, centrum firmamenti, & rotam rotundam. r Et habitatores eius, id est, terræ. f Sunt quasi locustæ] comparati Deo, id est, vani & impotentes in comparatione eius, quasi dicat, quid ergo superbiunt?

Septima pars.

t Qui extendit velut nihili coelos] materiales, i. fecit eos tenues, & subtiles Cœli enim de maximè subtili materia sunt, ideò propter sui tenuitatem, & subtilitatem secundùm vsum loquendi dicuntur nihili. Propter huiusmodi etiam tenuitatem dicitur in *Psal.* 103. Extendens cœlum, sicut pellem, id est, distendens tenuiter. u Et expandit eos,] id est coelos. x Sicut tabernaculum ad habitandum] *Septuaginta:* Qui statuit, quasi cameram cœlom: quia sub eis tanquam sub tabernaculo habitant homines; suprà verò Angeli, & Sancti. Hinc etiam quidam, vt dicit *Glos.* In similitudinem spheræ cælum esse contendunt, & eius hemisphærium terris imminere. y Qui dat secretorum scrutatores,] id est, Philosophos.

z Quasi non sint] quia sequentes cogitationes cordium suorum vani sunt. a Iudices terræ,] id est, Principes.

b Velut inane fecit] quia citò transeunt, & sic sunt velut inane: quia aliquando apparent, aliquando non. *Septuaginta:* Principes & regna terræ pro nihilo; terram autem quasi nihil fecit,

Moraliter.

A a Et quidem neque

Quicquid quilibet colit, & veneratur, hoc illi Deus est? dicit *Aug.* Et *super Iosue* 24. dicit *Aug. in Glos.* Quisquis talem cogitat Deum, qualis non est alienum, & falsum Deum in cogitatione portat. a Aut quam imaginem ponetis ei? Summum bonum Deus est: Vnde gulosi quasi summum bonum in cibis & potibus constituunt, ponunt imaginem vrsi. Luxuriosi, qui sunt quasi sus lota in volutabro luti, & velut iumenta, quæ computruerunt in stercore suo, ponunt ei imaginem porci, vel iumenti.

b Nunquid sculptile conflabit faber? Contra illud præceptum. *Exod.* 20. a. Non facies tibi sculptile. c Aut aurifex auro figurabit illud, &c.] Multi hodie ex auro figurant sculptilia, multi ex argento, multi ex ære, multi ex ferro: Ex auro faciunt sculptilia, quicunque Prælatos eligunt pro mundana sapientia: Ex argento, qui eos eligunt pro eloquentia: Ex ære, qui eos eligunt pro sæculari, & inuincibili potentia: Ex ferro, quicunque eos eligunt pro aliorum oppressione, & rapina. *Psal.* 113. & 134. Simulacra Gentium argentum & aurum opera manuum hominum. *2. Petri 2.d. Iosl.1.d.*

g Forte lignum, &c.] Hoc sæpè fit in electionibus Episcoporum, & Abbatum. Sæpè enim, imò semper sapientes mundi quærunt, quomodo statuant Prælatum, qui fortis sit genere, & imputribilis, i. inuincibilis potentia, & hoc totum propter temporalium defensionem: quia de animabus non curant. Vnde signanter dicitur, quòd non moueatur, verum est ad curam, sed resideat in domo sua, & induatur notabiliter, & splendidè epuletur quotidie; sed ad visitandum subditos nequaquam mouetur. Vnde *Zach.* 11. d. O pastor & idolum derelinquens gregem. Pastor nomine, idolum re. Idolum officio, sed pastor dignitate Pastor curam suscipiendo, sed idolum domi immobilis residendo, & gregem penitùs negligendo. Contra quos. *Prou.* 6.a. Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, & illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus: Fac ergo, quod dico, fili mi, & temetipsum libera, discurre festina, suscita, amicum tuum.

k Nunquid non scietis.] Hic redarguuntur non illi, qui nesciunt; sed qui scire nolunt, nec audire. Vnde sequitur.

l Nunquid non audistis.] In hoc redaguuntur, qui sermones nolunt audire, in quibus addiscitur, quid oporteat credi, vel teneri. Fides enim est ex auditu, auditus autem per verbum Christi: *Rom.* 10.c. Et quia non potest homo audire, nisi sit, qui annunciet: ideò subditur.

m Nunquid non annunciatum est vobis] quasi dicat, sic. Nullus potest se excusare de ignorantia, qui scire voluerit: quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, vt dicitur in *Psal.* 18. & *Rom.* 10.d.

o Nunquid non intellexistis, &c.] Hoc potest dici illis, qui in electionibus semper intendunt eligere tales, qui Ecclesiam multiplicent, & augeant in temporalibus, & de animabus non curant. Isti non intelligunt, qualia fuerunt prima fundamenta terræ, id est, Ecclesiæ, scilicet, Apostoli, qui semper fuerunt nudi, & pauperes. De his fundamentis dicitur in *Psal.* 86. Fundamenta eius in montibus sanctis; *Iob.* 38.a. Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? *Prou.* 8.d. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram. Isti non aduertunt, quòd Ecclesia primò fundata fuit super paupertatem & quandiu sic stetit, bene habuit: Et de hac fundatione dicitur *Iob.* 26. b. Qui appendit terram super nihilum, id est, super paupertatem.

q Qui sedet, &c.] Dominus sedet super veritatem Ecclesiæ, quasi regens eam, & docens,

r Et habitatores eius sunt, &c.] Locustæ sunt moderni habitatores Ecclesiæ, id est, habentes crura retrò longiora anterioribus: quia anteriorum obliti in posteriora se extendunt. Item locustæ amicæ sunt fortunæ, quæ cantant, & saliant in æstate prosperitatis, sed torpent & tacent in hyeme aduersitatis. Et de verisq. dicitur. *Nahum.* 3. d. Custodes tui, quasi locusta: & paruuli tui, quasi locusta locustarū. Isti sunt habitatores Ecclesiæ, qui corrodunt omnem virorem temporalium, quæ consident in sepibus in die frigoris, i. aduersitatis. Sol ortus est, & auolarunt: & non est cognitus locus earum, vbi fuerunt. Hoc dictum est de amicis fortunæ.

t Qui extendit velut, &c.] Cœli sunt viri cælestes: De quibus *Psalmo decimooctauo*. Cœli enarrant gloriam Dei. Hos cœlos extendit Dominus, velut nihil per humilitatem: & velut tabernaculum pauperum per compassionem. Vnde LXX. Qui statuit quasi cameram cœlos. De secundo dicit *Apostolus ad Philemonem* b. Viscera Sanctorum requieuerunt per te. *Infr. vlt.* a. Cælum mihi sedes est.

y Qui dat secretorum scrutatores, quasi non sint.] Vnde *Prou.* 25. d. Qui scrutator est Maiestatis, opprimetur à gloria.

a Iudices terræ velut inane fecit.] *Gloss.* Quia citò transeunt. *Eccles.* 10. b. Omnis potentatus breuis. *Infrà quadragesimoquarto*, d. Irrita faciens signa diuinorum, & hariolos in furorem vertens, conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens. Et *Eccles. quadragesimo*, b. Omnia, quæ de terra sunt, in terram conuertentur.

Δ a Et quidem neque plantato, neque sato, neque radicato in terra trunco eorum.] Per Metaphoram arboris ostendit, quomodo eos de terra abstulerit, quasi dicat, sicut arbor, quæ nec plantata firmiter, nec insita, neque radicata est, neque truncum habet in terra, citò à vento tollitur, & euellitur, sic & prædicti Principes euulsi sũt, vtpote non plantati firmiter nec radicati. Et hoc est, quod dicit. a Et quidem,] i. certè. b Neq; plantato, neq; sato, neque radicato in terra trunco eorum,] id est, statu eorum minimè firmato. c Repentè flauit in eos Spiritus Dei, id est, indignatio, id est, Dominus quasi ex indignatione eis tribulationem immisit, vel mortem. d Et aruerunt,] id est, mortui sunt. e Et turbo,] id est, repentina sententia Dei. f Quasi stipulam auferet eos,] id est, valde leuiter, & de facili auferet eos ab hac vita. g Et cui assimilastis me] ô vos Iudæi, vel Gentes idola colentes? Cui, inquam, Deorum vestrorum assimilastis me, cùm tanta sit potentia mea? h Et] cui adæquastis me, id est, æqualem reputastis? i Dicit Sanctus,] i. Dominus, qui sanctus est singulariter: non quia alij non sint sancti participatione; sed ipse solus est Sanctus essentialiter. Et est simile illud, *Luc.* 18.d. Nemo bonus, nisi solus Deus: Verum est essentialiter. k Leuate in excelsum oculos vestros.] quasi dicat, si verbis non vultis credere de potentia mea, saltem oculis vestris credite. A magnitudine enim, & pulchritudine cœli & stellarum potestis cognoscere, quantus ego sum, qui creaui hæc. *Sap.* 13. b. A magnitudine creaturæ, & speciei poterit Creator horum cognoscibiliter intelligi. Et quòd idola non sont Dij, qui hoc facere non possent. Vnde *Iere.* 1.b. Dij, qui non fecerunt cœlum, & terram, pereant. Et hoc est, quod dicit: Leuate in excelsum oculos vestros, id est, ad cœlum l Et videte, quis creauit hæc,] id est, cœlum, & quæ in eo sunt. Et ostendit, quis ille sit. m Qui educit in numero militiam,] id est, qui scit numerum stellarum, quæ ordinatæ sunt, hic tres, hic quatuor sicut militum acies in exercitu. n Et omnes ex nomine vocat,] i. proprietates singularum nouit, quibus cognosci habent, sicut homo per nomen suum. Simile habetur in *Psal.* 146. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocans. Vel militiam cælorum vocat Angelos, vnde etiam dicitur Dominus exercituum. o Præ multitudine, &c.] id est, quia omnipotens est, nullum eorum est, quin ipse cognoscat, & numeret: & quin venirent, si ipse vocaret ea. Hæc autem tria, fortitudo, robur, & virtus, in Deo idem sunt, id est, diuina essentia; sed differunt in nobis. Fortitudo enim membrorum consistit in decenti, & recta membrorum commensuratione: robur verò in ossibus, & medullis: virtus autem, quasi in animi magnitudine. Vnde Scriptura hic loquitur, quasi more nostro.

p Quare dicis, &c.] Per Iacob intelliguntur duæ Tribus; per Israel decem. Vtrique autem videntes se à pessimis idololatris captiuari, cùm tamen essent populus Dei, dicebant: Dominus non videt nos, neque cognoscit: quia si videret, liberaret nos. Et hoc est, quod dicit reprehendendo eos de hoc.

p Quare dicis, Iacob,] id est, duæ Tribus. q Et loqueris, Israel,] id est, decem Tribus. Et quod dicunt, subdit. r Abscondita est via mea, &c.] quasi Dominus non videt, quò ego vado. f Et à Deo meo, &c] vel transibit, id est, Dominus præiudicauit me, vel adiudicauit, vel non pertinet ad eum ferre sententiam Iudicij contra inimicos meos, vel contra me: quia nescit, quid facio, siue bonum, siue malum.

t Nunquid nescis] per teipsum tu, qui sic loqueris? u Aut non audisti] per Scripturas, & Prophetas vos omnes, qui sic loquimini, quasi dicat, imò multoties audistis hæc, scilicet.

x Deus sempiternus Dominus] vnus est, supple.

y Qui creauit, &c.] de nihilo. Et secundum hoc patet, quòd nouit omnia, & quòd omnipotens est: & posset vos eripere, si vellet. Et quia posset aliquis dicere, quòd non posset exequi iustitiam: quia deficeret. Hoc remouet, dicens.

z Non deficiet] quia non est caro fragilis, vt nos. a Neque laborabit,] id est, non lassabitur hoc faciendo: quia solo verbo Potest omnia facere. b Neque est inuestigatio, &c.] i. non habet sapientiam, vel notitiam de rebus per inuestigationem, sicut homines. Vel sic. Neque est inuestigatio Sapientiæ eius, i. Sapientia eius inuestigari non potest.

Iasr. 46.b.

Et a quidem neque b plantato, neque sato, neque radicato in terra trunco eorum, c repentè flauit in eos, & d aruerunt: & turbo e quasi f stipulam auferet eos. Et g cui assimilastis me, & h adæquastis me, dicit i Sanctus? k Leuate in excelsum oculos vestros: & l videte, quis creauit hæc: qui m educit in numero militiam eorum, & omnes ex n nomine vocat. Præ o multitudine fortitudinis, & roboris virtutísque eius, neque vnum reliquum fuit. p Quare dicis, Iacob: & q loqueris, Israël: r abscondita est via mea à Domino, & à f Deo meo iudicium meum † transibit? Nunquid t nescis, u aut non audisti? x Deus sempiternus Dominus, qui y creauit terminos terræ, z non deficiet, a neque laborabit, neque est b inuestigatio Sapientiæ eius:

Al. † transiuit.

Δ a Qui dat

Moraliter. * a Et quidem neque plantato, neque sato, &c.] Dominus flat super malos euellendo eos de terra, quorum truncus, id est, vita neque plantata est bonis moribus, neque sata bonis operibus, neque radicata in fide, & charitate: & vnde cito auelluntur. Et hoc est, quod sequitur. e Et turbo,] id est, sententia Domini, quæ subitò, vt turbo venit, & cui non potest resisti, sicut nec turbini.

G

f Quasi stipulam auferet eos,] id est, faciliter. Vnde *Psal* 9. Perijt memoria eorum cum sonitu, *Sap.* 4. a. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt, & si in ramis in tempore, id est, ad tempus germinauerint, infirmiter posita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur *Iob.* 15. g. Nec mittet in terram radicem suam, nec recedet de tenebris. *Iob.* 14.b. Si senuerit in terra radix eius, &c.

g Et cui assimilastis me, & adæquastis me, dicit Sanctus] hoc est, contra persecutores Maiestatis, qui credunt, & laborant ad plenum comprehendere Diuinitatem, fingentes in cordibus suis similitudinem eius, cùm tamen nulla similitudo possit ad plenum reperiri.

k Leuate in excelsum oculos vestros: & videte, quis creauit hæc.] Quæstio hæc ducit ad Deum per aliorum remotionem. Cùm enim intuemur cœlum, & stellas, & omnes creaturas: & videmus Deum nihil horum esse, quia Creator superexcedit creaturam: ex hoc possumus colligere, quòd Deus ens est super omnia, & à nullo. Vnde *Sap.* 13.b. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit Creator horum videri. Et *infr.* Si tantum potuissent scire, vt possent æstimare sæculum, quomodo Dominum huius non faciliùs inuenerunt? m Qui educit in numero militiam eorum,] id est, cælorum. n Et omnes ex, &c.] Militia cœlorum societas est Angelorum, vel stellæ, quas dicitur Dominus ducere in numero: quia vtrorumque numerus est ei finitus: & cognoscere ex nomine, quia approbat ea, & seruiunt eius voluntati. Et nota, quòd dicitur Dominus vocare ea ex nomine, quæ placent ei. Vnde *Exod.* 33. d. Te ipsum noui ex nomine, dicitur ad Moysen & *Exod.* 35. d. Vocauit Dominus ex nomine Beseleel filium Huri. *Iasr.* 43 a. Vocauit te nomine tuo. Milites Dei sunt omnes boni, qui Deo militant. *Iob.* 25. a. Nunquid est numerus militum eius? Hos educit Dominus, id est, extra seipsos ducit. *Luc.* 9. c. Qui vult venire post me, abneget semetipsum.

o Præ multitudine fortitudinis, & roboris, virtutísque eius, neque vnum reliquum fuit] quasi dicat, tantæ potentiæ ex, quòd nihil eum latet Vnde LXX. A multa gloria, & in robore fortitudinis nihil à te absconditum est.

p Quare dicis, Iacob: & loqueris, Israël: abscondita est via mea à Domino: & a Deo meo Iudicium meum transibit, vel transiuit. Hic redarguuntur desperantes, qui dicunt Dominum non curare de se, quando aliquid eis contingit aduersi. Contra quos dicitur *Prouerbiorum* 15. a. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos.

t Nunquid nescis, aut non audisti: Deus sempiternus Dominus] *Septuaginta*: Ignoras, quia non audisti, quia æternus Deus.

y Qui creauit terminos terræ.] Ad literam. Vel terminos Ecclesiæ creauit Dominus, qui duo sunt. Humilitas primus terminus, à quo incepit Ecclesia: & gloria secundus, in quem consummatur. Vnde *Luc.* 18. c. Omnis, qui se humiliat exaltabitur.

z Non deficiet, neque laborabit,] id est, nec defectum intrinsecum, nec extrinsecum sustinebit. b Neque est inuestigatio Sapientiæ eius.] Vnde *Iob.* 37. a. Qui facit magna, & inscrutabilia. Propter quod exclamat *Apostolus*: O altitudo diuitiarum Sapientiæ, & scientiæ Dei, *Rom.* 11. d. Et est sumptum de hoc loco, vt dicit *Gloss.*

* a Qui dat lasso

A Qui *a* dat lasso virtutem : & his, qui non *b* sunt, *c* fortitudinem & robur multiplicat. *d* Deficient pueri, & *e* laborabunt : *f* & iuuenes in *g* infirmitate cadent. *h* Qui autẽ sperant in Domino, *i* mutabunt fortitudinem : *k* assument pennas, sicut aquilæ : *l* current, & non *m* laborabunt : *n* ambulabunt, & non *o* deficient.

C A P. XLI.

p TAceant *q* ad me insulæ : & *q* Gentes *r* fortitudinem mutent :

a Qui dat lasso virtutem.] ad literam. *b* Et his, qui non sunt, id est, qui deficientes sunt, quasi non sint: quia nihil possunt. *c* Fortitudinem] corporis, & mentis, & robur multiplicat. *d* Deficient pueri] qui necdum laboribus vires suas consumpserunt. *e* Et laborabunt a pueritia in infirmitate. *f* Et iuuenes] Qui adhuc fortiores sunt. *g* In infirmitate cadent] In lectum, & de lecto in pheretrũ, de pheretro in sepulchrum, de sepulchro quandoque in infernum. *h* Qui autem sperant in Domino] non in se. *i* Mutabunt fortitudinem,] vt sint fortes Deo qui priùs erant fortes mundo. Vel, mutabunt fortitudinem, id est, semper habebunt fortitudinem recentem : sicut auis, quæ mutat pennas veteres, & recipit recentes. Vnde subdit.

k Assument pennas, sicut Aquilæ] nouas, id est, agiles erunt ad bene operandum, & fortes : sicut Aquila, quæ mutat pennas veteres, & nouas assumit, fortis est ad volandum. *l* Current] ad Deum bonis operibus. *m* Et non laborabunt,] id est, non lassabuntur. Et videbitur eis, quòd non laborent: quia omnia facilia sunt amanti. *n* Ambulabunt] de virtute in virtutem. *o* Et non deficient,] quia Dominus dabit eis perseuerantiam : & quia viuent in æternum.

Moraliter. * *a* Qui dat lasso virtutem] Ecce consolatio tentatorum. Lassis enim dat Dominus virtutem, quia lassi sunt. Vndè 2. *Cor.* 12. c. Virtus in infirmitate perficitur. *Iob.* 3. c. Ibi requieuerunt fessi robore. *b* Et his, qui non sunt] *Rom.* 4. c. Vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt. 1. *Cor.* 1. d. Contemptibilia elegit Deus : & ea quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret. *Septuag.* Qui dat esurientibus fortitudinem : & non dolentibus mœrorem. *d* Deficient pueri,] i. illi, qui inaniter gloriantur de corporis sanitate, & putant adolescentiam esse perpetuam, de quibus dicitur. *Inf.* 65. d. Puer centum annorum maledictus. *e* Et laborabunt.] In operibus malis. Vnde *Sap.* 5. b. Ambulauimus vias difficiles.

f Et iuuenes in infirmitate cadent] *Thren.* 5. c. Pueri in ligno corruerunt, senes in portis defecerunt, iuuenes de choro psallentium. *h* Qui autem sperant in Domino] per pœnitentiam debent homines mutare fortitudinem, qui conuertuntur ad Dominum : vt qui priùs potentes erant id bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem, sicut dicitur *sup.* 5. e. postea fiant fortes ad ieiunandum : & quicunque fortia membra habuerant priùs ad peccandum, postmodum fortia habeant ad Domino seruiendum. Vnde *Rom.* 6. d. Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem : sic nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Sed multi fortes sunt ad malum, qui dicunt se debiles ad bonum, statim cum modica pœnitentia eis iniungitur. Vnde in persona ipsorum dicitur *Iob.* 6. b. Non est fortitudo lapidũ fortitudo mea, nec caro mea ænea. Multi autem fortitudinem bonam conuertunt in malam. De quibus *Ier.* 23. b. Factus est cursus eorum malos, & fortitudo dissimilis. Et *Prou.* 15. b. labia Sapientum disseminabunt sciẽtiam; cor stultorum dissimile erit. Et nota, quòd per hoc, quid dicitur, mutabunt fortitudinem, tangitur prima pars iustitiæ, quæ est declinare à malo. Per hoc autem, quod dicitur, assument pennas, scilicet, virtutum, notatur alia pars, quæ est facere bonum. In hoc autem, quod dicitur, assument, notatur cooperatio liberi arbitrij. Sicut Aquila, quæ mutat pennas veteres, & accipit nouas; ita debet pœnitens facere mores suos debet mutare, vt qui priùs luxuriosus fuit, fiat castus.

l Current] de virtute in virtutem.

m Et non laborabunt,] quia iugum Domini suaue est, & onus eius leue. *Matt.* 11. d. Vnde sequitur.

n Ambulabunt,] id est, Christum sessorem suum suauiter ferent : sicut equus, qui suauiter ambulat, non trotando. *o* Et non deficient] ecce perseuerantia, quæ necessaria est ad salutem, tanquam consummatio omnium prædictorum.

EXPOSITIO CAP. XLI.

TAceãt ad me Insulæ] sicut in capitulo præcedenti dictum est in tertio Prophetæ erat consolari populum Iudæorum : vnde potentiam Domini, qui bona promittebat, eis multipliciter commendauit. In hoc etiam capitulo intendit confortare eos. Et diuiditur hoc capitulum in sex partes. In prima monentur Iudæi, vt obediant, & credant veritati. In secunda agit de Cyro secundùm Iudæos; secundùm nos de aduentu Christi, *ibi*. Quis suscitauit. In tertia dissuadet idololatriam in comparatione omnipotentis Dei, qui tot, & tanta bona præstitit eis, *ibi*. Ego Dominus primus, &c. In quarta agit de reditu Iudæorum de captiuitate secundum eos; secundum nos autem de prædicatione Apostolorum, *ibi*. Et tu Israel. In quinta de prosperitate, quam habuerunt post reuersionem, secundum eos, secundum nos verò promittit diuersa dona gratiarum conuersis ad fidem, *ibi* Egeni, & pauperes. In sexta arguit idololatras, nolentes credere, Apostrophans in ipsa idola, quæ nec suam destructionem, nec superborum idololatrarum conculcationem potuerunt præscire, *ibi* Prope facite Iudicium, Dixit ergo.

p Taceant ad me Insulæ, id est, Iudæi habitantes in Insulis. Taceant ad me audiendum, qui volo eis nunciare reditum de Babylonia, & prosperitatem futuram.

q Et Gentes,] id est; Iudæi gentiliter viuentes, vel inter Gentes habitantes.

r Fortitudinem mutent] vt bene operentur.

A qui priùs agebant.

Mysticè. *p* Taceant ad me insulæ] dicit Christus, i. omnes filij Adæ in amaritudine originalis peccati concepti: in medio prauæ & peruersæ nationis habitantes: in amaritudine cordis, & corporis vitam hanc ducentes, & finientes. Taceant ad me, id est, meam munditiam, & meam innocentiam intuentes : quia stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: & in Angelis suis reperit prauitatem, vt dicit *Iob.* 25. b. Item, Taceant ad me Insulæ, id est, Martyres in amaritudinibus tribulationum, & tormentorum expositi meæ passionis considerantes dolores : quia plus in infinitum sustinui, quàm ipsi. Vnde *Thre.* 1. d. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus, *suprà* 23. a Erubesce, Sydon, ait mare, id est, erubesce, ò homo quicunque Tyrannorum persecutioni expositus. Tu, inquam, Sidon, quæ venaris ad mortem. Sidon enim interpretatur venatio. Ait mare, erubesce, i. Christus omni vento persecutionis, omni periculo, & omni amaritudini doloris expositus. Et *infrà parum eodem*. Cùm auditum fuerit in Ægypto, id est, in mundo: dolebunt cum audierint de Tyro. Alia littera, de Cyro, id est, de Christo, *Psal.* 140. Absorpti sunt iuncti petræ Iudices eorum, id est, Apostolorum comparati Christo nihil sunt.

Mysticè. *Phil.* 2. b. *Iob.* 4. d.

q Et Gentes fortitudinem mutent] Rectus ordo, vt gentiliter viuentes, id est, peccatores audita passione Christi, mutent fortitudinem veteris vitæ in fortitudinem pœnitentiæ. Est autem quadruplex renouatio corporalis, cui respondet quadruplex spiritualis. Renouatur enim ceruus, cùm hauserit venenum potu aquæ frigidæ. Cui respondet renouatio, quæ fit in Baptismo per aquam. Vnde *Psal.* 41. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum; ita desiderat anima mea ad te, Deus. Item renouatur Aquila, cùm iam senuerit, & non ampliùs potest comedere, percutiendo rostrum suum ad petram. Cui respondet renouatio peccatoris, qui iam senuit per peccatum, cùm ad petram Christum allidit rostrum suum per confessionem. Vnde *Psalm.* 136. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram, id est, infirmitates, & peccata sua ad petram Christum. Petra enim erat Christus, 1. *Corinth.* 10. a. Et in *Psalm.* 102. dicitur. Renouabitur, vt Aquilæ, iuuentus tua. Item renouatur serpens, angustum foramen lapidis intrando, ibique veterem pellem dimittens, deinde nouam pellem acquirit.

Renouatio quadruplex.

Cui respondet illa renouatio, quæ fit per habitus religiosi susceptionem : vbi etiam dicitur. Exuat te Deus veterem hominem cum actibus suis : & induat te nouum, qui secundùm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. *Ephe.* 4. f. Ad quam renouationem monet nos Dominus *Matth. decimo*, b. dicens: Estote prudentes, sicut serpentes; & simplices, sicut columbæ. Item, *Luc.* 13. Contendite intrare per angustam portam : quia multi quærent intrare, & non poterunt. Item renouatur etiam accipiter in cauea, plumas veteres dimittendo, & nouas de die in diem recuperando. Cui renouationi respondet illa, quæ fit per

A qui priùs agebant mala. *a* Accedant] ad audiendum, me reditum de captiuitate spondentem *b* Et tunc loquantur] i. alijs annuncient, quod à me audierunt. Sed ne forte Iudæi hoc attribuerent sibi, ideò ostendit non suis meritis hoc eis præstitum beneficium. Vnde dicit. *c* Simul ad Iudicium propinquemus] ego, & vos Iudæi. *d* suscitauit ab oriente Iustum] Nota, quòd prædictum fuerat auo Cyri, quòd susciperet de filia sua filium vnum, qui auferret ei regnum: & ideò statutu, vt Cyrus natus est, præcepit, ille, vt interficeretur.

Secunda pars.

a Accedant, & *b* tunc loquantur *c* simul ad iudicium propinquemus. *d* Quis suscitauit ab oriente iustum, *e* vocauit eum, vt *f* sequeretur se? *g* Dabit in *h* conspectu *i* eius Gentes, & Reges *k* obtinebit. Dabit *l* quasi puluerem *m* gladio eius, *n* sicut stipulam vento raptam *o* arcui eius. *p* Persequetur eos, *q* transibit in pace, *r* semita in pedibus,

Sed illi, qui susceperunt puerum videntes venustatem eius, moti sunt pietate, & proiecerunt eum in nemore, quem cùm inuenisset quidam pastor, nutriuit eum. Et ad vltimum Cyrus sublimatus in Regem, venit contra Babylonem, & cepit eam, & liberauit Iudæos de captiuitate. Et hoc est, quod dicit. Quis suscitauit ab Oriente Iustum, id est, Cyrum, qui Iustus dicitur respectu Chaldæorum, & quia etiam iustitiam exercuit in Chaldæos, vindictam Domini exercendo in ipsos. Suscitauit, dicit, quia reputabatur mortuus. Ab Oriente dicit, quia regnum Persarum ab Oriente est respectu terræ sanctæ. *e* Vocauit eum in regnum.

f Vt sequeretur se,] id est, obediret voluntati eius vindicando Iudæos de ostibus suis, & liberando eos. Vel.

e Vocauit eum,] id est, Cyrum vocauit per inspirationem.

f Vt sequeretur,] id est, vindicaret eum de hostibus suis.

g Dabit, &c.] id est, vindicaret ei potestatem super Babylonios malè, & gentiliter viuentes. *i* Et Reges obtinebit,] id est Balthasar, & Reges subditos ei obtinebit in bello. Balthasar enim Monarcha erat; sed Cyrus deuicit eum, & factus est Monarcha. *k* Dabit] Gentes, scilicet, & Reges.

l Quasi puluerem,] id est, impotentes, & debiles. *m* Gladio eius, quia sicut puluis non potest resistere, sic nec Cyro Baltasar, & Reges subditi illi. Et dabit, supple, Gentes & Reges. *n* Sicut stipulam vento raptam] quæ leuis est, & resistere impotens, & huc atque illuc dispergitur. *o* Arcui eius,] id est, potentiæ & exercitui eius. Arcui autem dicit: quia Persequetur eos, id est, Balthasar, & Babylonios.

q Transibit in pace] per ciuitatem, quia nullum de Babylonijs repugnantem inuenit. Intrauit enim nocte, omnibus Babylonijs dormientibus, ita quòd nullus de suis interfectus est. *r* Semita in pedibus eius.] Quia non fuit ibi sanguis effusus, qui appareret in pedibus, & deflueret. Vel hoc dicitur, quia siccis pedibus transiuit per fluuium siccatis riuis fluuij Babylonis. *Hebræi* autem, & *Ieron.* & *Andreas* exponunt hoc totum de Abraham. *d* Quis suscitauit ab oriente,] id est, Abraham, qui solus iustus inuentus est: quia solus apertè veritatem prædicauit, tempore suo ab oriente, id est, à Chaldæa, & Aran, dicit *Andreas*. *e* Vocauit eum per inspirationem, vel per Angelos. *f* Vt sequeretur se,] id est, vt obediret ei, implendo mandata eius. Vnde *Gen.* 12. a. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. *g* Dabit in conspectu eius. *Andreas*. Dominus fecit illum Principem super Gentes, inter quas habitabat. Vnde *Gen.* 23. a. Dixerunt ad illum filij Heth, qui erant Domini terræ. Princeps Dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli mortuum.

i Et Reges obtinebit,] id est, obtinuit, quando Chodorlaomor, & cæteros Reges deuicit *Gen.* 14. c. *k* Dabit quasi puluerem] quia eos faciliter, sicut puluis excutitur, deuicit: & sicut per puluerem faciliter transit gladius; sic gladius eius faciliter transijt per eos. *n* Sicut stipulam vento raptam.] Quia sicut stipula citò rapitur à vento; ita ipsi citò deuicti sunt per arcum eius, id est, per potentiam.

q Transibit in pace.] Quia sine læsione sui, & suorum in pace reuersus est. *r* Semita in pedibus eius non apparebit,] id est,

Mysticè.

⊕ Progressum virtutum, cùm homo plumas veteris conuersationis abijcit, & de die in diem proficiens nouas accipit, vsque dum volare possit in cœlum. Vnde *Psal* 83. Ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion. *Psalm.* 54. Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Hæc autem renouatio per gratiam Spiritus Sancti fit. Per gratiam, inquam concomitantem. Vnde *Iob.* 39. c. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas, id est opera bona, quibus volatur in cœlum, ad Austrum, id est, ad Spiritum sanctum? Quinta est renouatio Phœnicis, quæ cùm igne cremata fuerit, ex proprijs pulueribus renouatur. Cui respondet renouatio illa, quæ fiet in resurrectione generali, quando corpora nostra in puluerem resoluta ex eisdem pulueribus reparabuntur. Vnde *Dan.* 12. a. Multi de his, qui dormiunt in puluere euigilabunt, id est, omnes, dicit *Interl.*

a Accedant, & tunc loquantur.] Hoc ad Prædicatores pertinet, qui priùs debent accedere ad Deum bonis operibus insistendo: & tunc loqui alijs prædicando. Vnde *Cant.* 2. d. ad Sponsam dicitur. Ostende mihi faciem tuam, quod fit per bonam conuersationem: sonet vox tua in auribus meis, quod fit per prædicationem.

c Simul ad iudicium propinquemus] Vnde *Iob.* 13. e. Quis est, qui iudicetur mecum? Veniat *Mich.* 6. a. Iudicium Domini cum populo, & cum Israel dijudicabitur. *Ier.* 25 f. Iudicium Domino cum Gentibus, iudicatur ipse cum omni carne.

d Quis suscitauit ab oriente Iustum] Hoc potest exponi de Magis, qui ab oriente venerunt Ierosol. adorare Dominum. *Mat.* 2. a. Dicitur suscitare Iustum, & nō Iustos, licet plures fuerint: quia concordes vna intentione, & vna voluntate venerunt. Vel de Christo potest legi, qui iustus dicitur, Imò iustitia, sicut habet alia litera iustitiam, vbi nos habemus, Iustum. Hic dicitur vocatus ab oriente, id est, à dextera Patris in mundum adductus: vel à Iudæa, quæ est in orientali plaga: vel à B. Virgine, quæ & Oriens, & Aurora est. Vnde *Sap.* 16. d. Præuenire oportet Solem ad benedictionem tuam, & ad ortum Solis adorare te, id est, ad B. Virginem, ex qua verus Sol iustitiæ Christus nobis ortus est.

e Vocauit eum, vt sequeretur se,] Ante Natiuitatem Christi nullus erat, qui perfectè sequeretur Dominū. Multi tamen sequebantur beneficia eius, vt diuites. Vnde *Osea.* 12. a. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum, id est, mundanam prosperitatem, quæ æstuare facit. Alij autem sequebantur Dominum, sed claudicabant, relinquentes eum in aduersitate. Vnde *Psal.* 48. Confitebitur tibi, cùm benefeceris ei. *Luc.* 8. b. Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Sed filius Dei, eum in omnibus secutus est.

g Dabit] Deus Pater.

h In conspectu eius,] id est, Christi.

i Gentes, & Reges obtinebit.] Vnde *Psal.* 2. Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ. Et *Apocal.* 19. c. Ex ore ipsius procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat Gentes.

k Dabit quasi puluerem gladio eius] Gladius Domini verbum eius est, vt dicitur *Ephe.* 6. c. Qui in puluerem redigit: quia peccata sua hominibus ostendit, & eos, quasi nihilum reputare facit.

n Sicut stipulam vento raptam arcui eius. Stipula sunt hypocritæ, qui granum boni operis nunquam habuerunt: vel si habuerunt, perdiderunt: quia illud excussum est flagello linguæ adulatoriæ, vel vento inanis gloriæ, Vnde *Malach.* 1. d. Dixistis. Ecce de labore, & exufflatis illud. Isti sunt, stipula, qui omni vento adulationis, & detractionis rapiuntur, & à proprio statu recedūt. Isti effugiunt gladiū verbi Dei modò. Contra eos enim, prædicatio non valet, quia toti sanctificati apparent; sed tamen reseruantur arcui diuinæ vltionis, quæ de longè venit. Vnde *Iob.* 21. d. In diem perditionis seruabitur malus, & ad diem furoris ducetur. Et *Genes.* 49. c. Sedit in forti arcus eius, vt nullus possit resistere. *Apocal.* 6. a. Vidi, & ecce equus albus: & qui sedebat super illum, habebat arcum. In equo sedebat tenens arcum, ad notandum, quòd nullus possit euadere.

p Persequetur eos] filius Dei, persequetur inimicos suos, imò pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. *Sapien.* 5. d.

q Transibit in pace] Dominus vbi est, cum pace est, Vnde *Psalmus septuagintaquinque*, In pace factus est locus eius. Vnde etiam qui propè eum est, in pace est. Vnde *Ioannes decimosexto*. g. In mundo pressuram: in me autem pacem habebitis. Et cùm transit, in pace transit. Primò enim transiens à Patre in mundum, transiuit cum pace. Vnde in Natiuitate eius dixerunt Angeli. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. *Luca.* 2. d Item retransiens à mundo ad Patrem, cum pace rediit. Vnde *Ioannis* 14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. *r* Semita in pedibus

eius non apparebit. *a* Quis hæc operatus est, & fecit, *b* vocans generationes ab exordio. *c* Ego Dominus, *d* primos, & *e* nouissimus ego sum, *f* Viderunt insulæ, & *g* timuerunt extrema terræ, *h* obstupuerunt, *i* appropinquauerunt, & accesserunt, *k* Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & *l* fratri suo dicet: confortare: † *m* Confortabit faber ærarius *n* percutiens eum *o* malleo; qui *p* cudebat tunc temporis, *q* glutino *r* bonum est: & *f* confortauit eum *s* clauis, vt non † *t* moueretur:

apparebit.]Id est, austeritas viæ non grauabit eum. *a* Quis hæc operatus est, & fecit ?] Hæc, scilicet, omnia de Cyro, vel de Abraham. Et sunt verba Prophetæ. Et sequitur responsio. *b* Vocans generationes ab exordio] quasi dicat, Propheta: Ille, qui vocauit in esse generationes ab exordio mundi per creationem: vel vocauit generationes ab exordio mundi, i. aliquos de hominibus vocauit ab exordio mundi ad obediendum sibi, supple, fecit hæc. *c* Ego Dominus] quasi patet per hoc, quod ego potui. *d* Primus] alter enim non possem vocare Gentes ab exordio. *e* Et nouissimus ego sum.] Id est, sine fine quia, illis desinentibus, esse non desino. *Apoc.* 1.b. & 21.c. Ego sum Alpha & Omega, principium & finis. *f* Viderunt Insulæ.] Id est, Gentiles infructuosi, vt Insulæ, vel in Insulis habitantes viderunt potentiam Cyri. *g* Et timuerunt extrema terræ,] propter exercitum, & potentiam eius, Gentiles Babylonij timebunt, qui habitant versus Orientem in extremis terræ. *h* Obstupuerunt] visa fortitudine eius. *i* Appropinquauerunt, & accesserunt,]vt præberent sibi mutuò auxilium.

al. † *confortauit.*

al. † *moueatur.*

Tertia pars.

Isa.44.a & 48.b. Apoc. 1.d.

k Vnusquisque proximo suo auxiliabitur,]pro posse suo, & fratri suo dicet: confortare. Consuetudo enim timidorum est etiam confortare alios, & maximè in exercitibus, ne præ timore omnes dissoluantur, & ita faciliùs omnes capiantur. *m* Confortabit faber ærarius] Deum suum studiosè faciendo. Tunc enim Chaldæi, & aliæ Gentes faciebant sibi idola, & nouos Deos, vt eorum auxilio protegerentur à Cyro. *n* Percutiens eum malleo, qui cudebat tunc temporis, id est, percutiens præ festinatione socium suum, qui percutiebat idola, quasi in incude, sicut percutitur moneta in formula. Vel sic. *n* Percutiens eum.] id est, idolum.

o Malleo] suo: Faber, inquam. *p* Qui cudebat tunc temporis]Id est, qui idola in formula percutiebat, sicut moneta in cuneo. *q* Dicens glutino,] id est, de glutino. *r* Bonum est]ad faciendum idolum, quasi de hoc potero facere, & solidare, siue compaginare bonum Deum, siue idolum. *f* Et confortauit eum]id est, Deum suum.

s Clauis,] id est, firmiter colligauit. *t* Vt non moueretur quolibet impulsu de pariete, in quo affixus erat, vel vt non dissoluerentur membra eius. Secundum *Andream* autem & *Iero.* & *Hebræos* exponitur de Abraham sic. *f* Viderunt Insulæ]Id est, Gentes habitantes in insulis, viderunt Abraham colentem Deum, qui habitabant in circuitu Abraham. *g* Et timuerunt extrema terræ. [id est, Gentiles timuerunt, ne cultura Deorum suorum euacuaretur. Vel extrema terræ vocat Sem filium Noe, & patrem eius, ac fratres, qui in vltimis partibus terræ diluuium euaserant, quorum, scilicet. Sem dicunt quidam fuisse Melchisedech & esse fabrum ærarium, qui malleo suæ artis, id est, sua benedictione Sacerdotij confortauit Abraham reuertentem à victoria quinque Regum, & dixisse ei: Bonum est glutinum, id est, bonus est timor, quo homo Deo coniungitur, & confortasse eum clauis præceptorum Dei. Vnde dicit. *f* Viderunt Insulæ,] id est, Gentes in circuitu Abraham positæ. *g* Et timuerunt extrema terræ,]id est, Noe, & Sem, & fratres eius viderunt Abraham reuertentem à prædicto bello.

Aliter.

h Obstupuerunt] præ magnitudine facti. *i* Et accesserunt,] i. Abraham reuertenti obuiam venerunt. *k* Vnusquisque proximo suo auxiliabitur] Melchisedech enim Abraham iuuit orationibus, & benedictionibus suis dicens: Benedictus Abraham Deo excelso.

Gen.14.d.

l Et fratri suo dicet confortare]Melchisedech enim Abrahæ fratri suo dixit facto, quòd confortaretur in eo, quòd benedixit ei. Et fortè hoc etiam verbo dixit. *m* Confortabit faber ærarius,]id est, Melchisedech Sacerdos Dei summi Abraham confortabit *n* Percutiens eum malleo suæ benedictionis. Eum, inquam. *p* Qui cudebat, tunc temporis,]i. qui alios ad cognitionem Dei informabat. Abraham enim primus fidem Dei apertè prædicauit. Faber, inquam. *q* Dicens glutino, bonum est,]id est, timor Domini bonus est. *f* Et confortauit eum clauis, vt non moueretur]

a [...]mita in pedibus eius non apparebit.]In pedibus Apostolorum apparuit semita: quia pedibus eorum, id est, affectibus adhæsit puluis venialium. Vnde dictum est eis, vt puluerem de pedibus excuterent. *Matt.* 10 b. Sed in pedibus Christi, i. in cogitationibus eius, & desiderijs semita non apparuit: quia in eis, nec lutum mortalis, nec puluis venialis inuentum est. *Isa.* 53.b. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. *Prouerb.*30 c. Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitùs ignoro. Viam Aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio maris, viam viri in adolescentia sua.

1.Pet.2.d.

a Quis hæc operatus est, &c.]id est, quis constituit filium incarnati in Oriente, id est, in Iudæa ? Quis dedit ei hæreditatem Gentes ? Quis dedit ei potestatem in aduersarios regendi eos in virga ferrea ? Quis dedit excellentem, & puram munditiam ? Respondeo.

b Vocans generationes ab exordio.]Id est, Deus Pater, Qui est exordium omnis generationis solus: à quo habet filius, quicquid habet, etiam idipsum quod est. Generationes dicit pluraliter: quia est quadruplex generatio. Prima sine viro & sine muliere, Adæ, scilicet, Secunda de viro sine muliere, Euæ, scilicet, Tertia de viro, & de muliere, Cain, scilicet, Quarta sine viro de muliere, Christi, scilicet.

Quadruplex generatio.

c Ego Dominus, primos, & nouissimus ego sum]Primus, id est, sine principio: nouissimus, id est, sine fine. Idem habetur, *Infr.* 44.a. & 48.b. & *Apoc.* 1.d. Ego primus dignitate in cælo, nouissimus vilitate in mundo. *Isa.* 53.a. Desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum. Item primus in aduentu, nouissimus in recessum. Ita Dominus. Item primus in pœna, & labore: nouissimus in ministratione. Ita debet esse Prælatus. Item primus, & nouissimus, sine peccato, & de Virgine nascendo, quia nec antè, nec pòst, sic natus est aliquis. Item primus in remuneratione Iustorum: nouissimus in punitione malorum. Ipse enim spontaneus, & gratis dat præmia. Vnde *Apoc.*3.d Ego sto ad ostium, & pulso. Inuitus tamen, & quasi coactus infligit mala. Vnde *Thren.* 3. d. Non enim ex corde suo abiecit, & humiliauit filios hominum

f Viderunt Insulæ] Ecce Post Christi incarnationem, & iudiciariam potestatem, transit ad Apostolorum prædicationem. Vnde dicit: Viderunt Insulæ, id est. Gentes in Insulis habitantes, vel in amaritudinibus vitiorum degentes, prædicationem Apostolorum audierunt, & viderunt, quia eorum prædicatio non tantùm audibilis, sed & visibilis erat. *Apoc.* 1. c. Conuersus sum, vt viderem vocem, quæ loquebatur mecum. *Abac.* 2.a, Scribe visum *g* Et timuerunt extrema terræ.] Id est, comminationem pœnarum pro peccatis suis timuerunt habitantes in extremis terræ, quando *Psalm.* 18. in omnem terram exiuit sonus Apostolorum. & in fines orbis terræ verba eorum.

h Obstupuerunt] diuina beneficia, & maximè altitudinem diuini consilij, super redemptione humani generis.

i Et accesserunt] per obedientiam ad Apostolos, & ad Christum per fidem.

k Vnusquisque proximo suo auxiliabitur:] verbo, & facto, verbo, quia de Gentibus conuersis alius alium ad martyrium hortabatur, vt Sixtus Laurentium. Facto, quia quotquot erant possessores domorum, aut agrorum, vendentes ponebant pretia ad pedes Apostolorum, vt, scilicet, essent illis omnia communia, & distribueretur vnicuique, vt cuique opus erat, vt dicitur *Act.*4 g.

l Et fratri suo dicet: conforta]Ecce auxilium verbi *Prouerb.* 18.d. Frater, qui iuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. De ista concordia legitur *Zach. vlt.* c. Apprehendet vir manum proximi sui, & conseretur manus eius super manum proximi sui, & *Act.*4.f. multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna: *Ier.* 32. g. Dabo eis cor vnum. Et *Ezech.* 11. b. similiter. Dabo eis cor vnum. Et 2. *Paral.* 30.c. In Iuda facta est manus Domini, id est, in conuersis ad fidem, vt daret eis cor vnum.

m Confortabit faber ærarius;] id est, Christus Ecclesiam suam.

n Percutiens eum malleo, qui cudebat tunc temporis:] Id est, Diabolum, qui solebat antiquitùs alios monetare in moneta sua, vulnerans plaga lethali. Vnde *Infrà* 51.d. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem ?

q Dicens glutino.] Id est, de glutino. [Bonum est.] *f* Et confortauit eum clauis, vt non moueretur.] Ecce solidatio Ecclesiæ, quæ consistit in concordia animorum,

Δ retur,] id est, præceptis Domini confirmauit. *a* Et tu Israel seruus meus] Quarta pars, in qua monet Iudæos secure confidere de reuersione sua de captiuitate. Quod vt magis credant, reducuntur eis ad memoriam beneficia præstita Abrahæ. Et tu Israel seruus meus, &c. reprobans Esau fratrē tuum.

Quarta pars.

al. † serue. *a* Tu Israel seruus meus.] id est, populus Iudaicus. *b* Quem elegi] vel elegi, id est, eligam, secundum quod de Iudæorum reuersione exponitur. *c* Semen Abraham, amici mei. de Abraham. n. natus est Iacob, siue Israel, quod idem est secundum carnem. Dictus est autem Abraham amicus

C

Iosu. 43. a

al. † tui.

Et *a* tu Israel † seruus meus Iacob, *b* quem elegi, semen *c* Abraham amici, mei, in *d* quo apprehendi te ab *e* extremis terræ, & *f* à longinquis *g* eius *h* vocaui te, & dixi tibi: *i* Seruus meus es tu: *k* elegi te, & non abieci te. Ne *m* timeas: quia ego tecum sum: *n* ne declines, quia *o* ego Deus *p* tuus. *q* Confortaui te, & *r* auxiliatus sum † tibi: & suscepit *s* te dextera Iusti mei. *t* Ecce confundentur, & erubescent omnes, qui pugnant aduersum te.

Domini propter hoc, quod in tot aduersis Domino promptissimè obediuit. *d* In quo apprehendi te, id est, in cuius fide elegi te mihi, secundum *Andream*, id est, propter cuius amorem, & merita apprehendam, id est, de captiuitate reducam te.

e Ab extremis terræ] vbi dispersus eras. *f* Et à longinquis] finibus.

g Eius,] id est, terræ. *h* Vocaui te.] Id est, reuocabo de captiuitate.

i Et dixi tibi, seruus meus, &c.] id est, facto ostendam te esse seruum meum *k* Elegi te, &c.] id est eligam, & non abiiciam vltrà, semper præteritum pro futuro: quod tamen intelligendum est semper, nisi peccaueris. Vel ad literam de præterito potest dici, vocatus de longinquis finibus, id est, à Mesopotamia: vel populus Iudaicus à longinquis finibus, id est, ab Ægypto.

m Ne timeas, quia ego, &c.] quasi dicat, ô vos Iudæi, ne timeatis, quia in captiuitate etiam vobiscum sum, inde vos reducturus. *n* Ne declines,] à præceptis meis, & à cultu meo.

o Quia ego Deus tuus.] Qui possum remunerare te, si bene feceris & punire, si malè feceris. *q* Confortaui te] ne vincaris ab hostibus, id est, confortabo. *r* Et auxiliatus sum tibi. Id est, auxiliabor, vt vincas.

s Et suscepit te dextera Iusti mei.] Intransitiuè, id est, suscipiet te dextera mei, qui sum iustus. Vel, dextera Iusti mei.] id est, Cyri, sub quo fuit data licentia redeundi.

t Ecce confundentur, & erubescent omnes, qui pugnant aduersum te:] Id est, qui pugnauerunt contra te, scilicet, Δ Babylonij.

Mysticè.

⊖ animorum, & exhortatione mutua verborum. Primum notatur per gluten. Gluten enim bonum est charitas. De quo *Eccl.* 25. b. Timor Domini initium dilectionis eius: fidei autem initium est charitas, quæ est initium, & mater virtutum, educatione, & forma eorum, vnde & principium, & quodammodo, sicut forma materiæ agglutinandum est ei: quia timor sine charitate parum, aut nihil valet. Secundum notatur per clauos. Claui enim sunt auctoritates sacræ Scripturæ, & verba Sanctorum, ex quibus sancta exhortatio texitur: vnde *Eccl.* 12. d. verba Sapientium, vt stimuli, & quasi claui in altum defixi. Malleus etiam istius sacri ædificij verbum Domini est: sed malleus est, inquantum frangit rebelles per comminationem: clauus, inquantum coniungit concordes, per charitatem. De hoc malleo dicitur *Ier.* 23. f. Nunquid non verba mea, quasi ignis, & quasi malleus conterens petras? sed sunt quidam, qui in hoc ædificio collocari non possunt, vt sunt discordes, qui aliis compaginari, & concordare non possunt. De quibus *Eccl.* 22. a. Qui docet fatuum, qui quasi conglutinat testam. Testa enim non bene conglutinatur:

a Et tu Israel serue meus Iacob; possunt esse verba Patris loquentis ad viros spirituales, qui & Israel dicuntur propter visionem Dei in quiete contemplationis: & Iacob propter supplantationem Diaboli in munditia actionis. Seruus autem dicitur à seruiendo, quia seruit Domino vtrobique. In contemplatiua seruit Dei potentiam, sapientiam, clementiam admirando, laudando. In actiua, proximo, compatiendo, subueniendo.

b Quem elegi [per charitatem.

c Semen Abraham amici mei.] Id est, semen, & generatio filij mei, qui Pater multarum Gentium dicitur. Deus enim Pater quasi peperit Iudæos; sed filius propriè Gentiles. Dicitur autem filius amicus Patris; quia omnia quæcunque scit Pater, nota fecit ei. Iuxta *illud.* Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit, quid faciat Dominus eius; vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. *Ioan.* 15. b. Ergo & filius Patris specialissimè amicus: quia scit omnia, quæ Pater scit, non solùm per gratiam, sed etiam per naturam; & quia dilexit semper. *Prou.* 17. c. Omni tempore diligit, qui amicus est.

d In quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te.] Interiùs per inspirationem; exteriùs per prædicationem, per beneficiorum collationem, per flagellorum atritionem. In passione enim filij, qui priùs eramus dimissi à Patre, apprehensi sumus, & admissi ad veniam. In fide autem eius admittimur quotidie ad Sacramentorum perceptionem; sed tandem in merito eius admittemur ad gloriam.

i Et dixi tibi: seruus meus es tu elegi te.] Populus Iudaicus seruus fuit per timoris spiritum & electus est per dilectionis affectum, sed abiectus postmodum per peccatum. Populus autem Christianus, & seruus est per timorem: & electus per charitatem: nec abiectus propter perseuerantiam. Vnde *Matth.* 28. d. Vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Seruum esse Domini parum est, sed electum esse bonum est; non abiici autem perfectum est. Eli fuit seruus, & electus, sed abiectus. 1. *Reg.* 2. f. Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum, ecce electio. Nunc autem absit à me, ecce abiectio. Et Saul electus est à Domino. 1. *Reg* 10. d. Ait Samuel ad omnem populum: Certè videtis, quem elegerit Dominus: quoniam non sit similis ei in omni populo, ecce eius electio. Sed postea abiectus. 1. *Reg.* 13. c. Dixit Samuel ad Saul: stultè egisti, nec custodisti mandata Domini Dei, tu, quæ præcepit tibi. quod si non fecisses, iam præparasset Dominus Regnum tuum super Israel in sempiternum, sed nequaquam Regnum tuum vltrà consurget: ecce eius abiectio. Similiter & Iudas primò electus est; sed postea abiectus. Vnde *Ioan.* 6. g Nonne ego vos duodecim elegi. Ecce quod electus fuit Iudas, quia erat de illis. Et vnus ex vobis Diabolus est, id est, Iudas: Ecce quòd abiectus.

m Ne timeas, quia ego tecum sum] vt Ductor viæ, consolator miseriæ, atritor, & exterminator hostium, vnde *Prouer.* 3. d. Dominus erit in latere tuo: & custodiet pedem tuum, ne capiaris.

n Ne declines] ad dexteram, per præsumptionem, neque ad sinistram per desperationem. Item, ne declines ad dexteram nimis faciendo, neque ad sinistram debita omittendo, *sup.* 30. e. Hæc via Domini: ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram.

o Quia ego Deus] videns omnia. Cuius oculi multò plus lucidiores super Solem. *Eccl.* 23. c.

p Tuus:] ad præmiandum, si bene feceris: vel puniendum, si malè feceris. *Psal.* 61. Tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

q Confortaui te] ne vincaris.

r Et auxiliatus sum tibi,] Vt vincas. De primo dicit *Ps.* 17. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, scilicet, ne vincar. De secundo. *Exod.* 15. a. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius, currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare.

s Et suscepit te dextera Iusti mei.] Id est, filij, qui simpliciter, & singulariter dicitur Iustus, suscepit nos, quasi fideiubendo pro nobis. Imò extentis in cruce brachiis nostra debita persoluendo. Vnde *Osea* 11. a. Ego nutricius Ephraim, & portabam eos in brachiis meis. Et tandem suscipiet nos in gloria sempiterna vitam tribuendo. Vnde *Psal.* 72. Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me: & cum gloria iterum suscepisti me.

t Ecce confundentur, & erubescent omnes, qui pugnant aduersum te Dæmones, hæretici, falsi fratres, & Tyranni. Dæmones pacem auferre, vel turbare nituntur: hæretici, fidem: falsi fratres, mores: Tyranni, possessiones: Sed omnes in die Iudicij confundentur illa confusione, de qua dicitur *Iere.* 20. c. Dominus quasi vir bellator mecum est: Idcirco qui persequuntur me, cadent, & infirmi erunt, & confundentur vehementer: quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. Item *Ier.* 17. c.

Confundentur, qui me persequuntur. *Malach.* vlt. a. Ecce dies Domini veniet succensa, quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes malum stipula: & inflammabit eos. Et hæc erit eis confusio: quia videbunt eos, quos modò opprimunt, stare cū Domino. *Sap.* 5. a. Stabunt ⊖ Iusti

a Babylonij. a Erunt, quasi non sint]id est, citò deficient.
b Et peribunt viri, &c.]id est, omnes hostes tui.
c Quæres eos]ad vindicandum te.
d Et non inuenies viros rebelles tuos]id est, qui fuerunt rebelles tui. Vel sic: Quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos,] id est, si quæreres, non inuenires.
e Et erunt, quasi non sint, &c.] id est, consumentur, vt Sennacherib, qui pugnabat aduersus te, consumptus est.

Al. † omnes.

D

g Quia ego Dominus] quasi dicat, ideò non debes timere: quia ego Dominus, qui liberare te possum.
h Deus]qui scio.
i Tuus]qui volo.
k Apprehendens manum tuam,] id est, reducens te de captiuitate, vt puer per manum ducitur. l Dicénsque tibi, ne timeas, quia ego adiuui te, vel adiuuabo.
n Noli timere, &c.]id est, populus Iudaicus, qui modò es debilis, & vilis reputatione hominum.
o Qui mortui estis ex Israel,] i. qui pro mortuis reputamini, & non resurrecturi de captiuitate, nolite timere, i. p Ego auxiliatus sum tui,] i. auxiliabor. q Dicit Dominus] qui est omnipotens. r Et Redemptor tuus] de captiuitate, qui est.
s Sanctus Israel,] id est, sanctificans Israel. Sanctus, q. d. verax, & firmus in promissis. t Ego posui te]

Erunt a quasi non sint: & b peribunt † viri, qui contradicunt tibi. c Quæres eos, & d non inuenies, viros rebelles tuos: & e erunt quasi non sint, & f veluti consumptio hominis bellantis aduersum te, quia g ego Dominus h Deus i tuus k apprehendens manum tuam, l dicénsque tibi: m Ne timeas: ego adiuui te, n Noli timere, vermis Iacob, o qui mortui estis ex Israel. p Ego auxiliatus sum tui, dicit q Dominus, & r Redemptor tuus s sanctus Israël. t Ego posui te,

Quasi

Mysticè. ☉ Iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. *Iob.* 18. c. Habitent in tabernaculo illius socij eius, qui non est.
a Erunt quasi non sint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi] in bono, id est, morientur iniquitati, & viuent iustitiæ. Vnde *Prou.* 12. a. Verte impios, & non erunt. Vel in malo, peribunt perditione æterna. Vnde *Soph.* 3. d. Ego interficiam omnes, qui afflixerunt te, *sup.* 29 d. Erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te.
c Quæres eos, & non inuenies viros rebelles tuos.] Vnde *Exod.* 14. d. Ægyptios, quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis, in sempiternum. *Psal.* 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat.
e Et erunt, quasi non sint.]Idem est, quod *suprà*.
f Et veluti consumptio hominis bellantis aduersum te]id est, de homine bellante aduersum te, erit: Non dico consumptio, sed veluti consumptio. In bono, quia destruetur in eis vitium, non natura. Vel in malo. Erit veluti consumptio: id est, continua consumptio. quia consumptione perpetua consumentur. *Psal.* 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.
g Quia ego Dominus Deus tuus,] protegens te ab omni malo.
k Apprehendens manum tuam,] id est, Promouens te in omni bono.
l Dicénsque tibi] consolando te.
m Ne timeas]quia ego adiuui te]vel adiuuabo te. Hæc tamen litera in *septuaginta* non habetur.

Quilibet Apostolorum potest dici vermis propter multa.

n Noli timere, vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel,] Thema in festo vnius Apostoli. Vermis potest dici quilibet Apostolorum propter multa. Vermis enim significat Apostolum: quia vilis, quia penetrans, quia mollis, ore trahens se, sine coitu genitus, coitum nesciens, quia tactus contrahitur, quia mordens, quia esca piscibus, quia iacens, quia gallinis amicus. Viles enim fuerunt Apostoli. Præter enim vilitatem conditionis communem omnibus, de qua dicit *Iob* 25. b. Homo putredo, & filius hominis vermis: habuerunt etiam vilitatem abiectionis. Vnde Paulus 1. *Cor.* 3. c. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema, vsque adhuc. Item quia verbis increpatoris penetrantes; sed compassione animi molles erant. Item penetrantes malis; sed molles bonis. Vnde 2. *Cor.* 14. a. Paulus dicit Corinthiis. Si venero iterum, non parcam. Ecce penetrabilitas. Et *eodem infrà* b Oramus autem, vt nihil mali faciatis. Ecce mollities. Item ore trahebant se: quia ad illud, non ore alijs prædicabant manibus operum, & pedibus affectuum currebant. Vnde 1. *Cor.* 9. d. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Et *Phil.* 3. c. Posteriorum oblitus in anteriora me extendo, vermis est, quasi repens. Item sine coitu geniti erant Apostoli, & coitum nescientes, id est, quia nec in voluptatibus viuebant, nec alijs exemplum voluptatis ostendebant. Item tacti contrahebantur: quia correctionem cum mansuetudine sustinebant. Vnde Princeps, & maximus Apostolorum Petrus sæpe increpatus est à Domino. *Mat.* 16. d. Et à Paulo *Gal.* 2. c. nec vnum verbum legitur respondisse. Item mordentes, & corrodentes vitia peccatorum. Item piscium esca erant, id est, voluptuosorum mundi, qui in aquis deliciarum viuentes, ipsis detrahebant. Item silentes non garruli. Item quia gallinarum amici, i. mentium infirmarum. Vnde & galli dicti sunt. *Iob* 38. d. Quis dedit gallo intelligentiam, id est, cuilibet Prædicatori, vel Apostolo? Propter has ergo proprietates dicitur vermis quilibet Apostolo, quæ continentur his versibus:

Se trahit ore, tener tactus se contrahit, absque
Patre satus, mordens, vilis, perdura terebrat.
Piscibus esca, solet gallinis vermis amicus.

Multiplex vermis.

Tali ergo vermi, id est, Apostolo, vel Prædicatori consolatio diuina promittitur, cùm dicitur:
n Noli timere, vermis Iacob,]id est, Prædicator, vel Apostole, supplantans vitia, quia Dominus consolator tuus semper tecum est. Item est vermis, figuræ, Scripturæ, corruptelæ, luxuriæ, vindictæ, conscientiæ, gehennæ. Figuræ, Christus. *Psal.* 21. Ego sum vermis, & non homo. 2. *Reg.* 23. a. dicitur de Dauid: Ipse quasi tenerrimus ligni vermiculus. Item Scripturæ, *Cant.* 1. c. Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento. Item corruptelæ *Iob.* 25. b. Homo putredo, & filius hominis vermis. Item luxuriæ. *Iob* 24. d. Dulcedo illius vermis, non sit in recordatione, sed conteratur. Item vindictæ originalis culpæ. *Ecc.* 10. b. Cùm morietur homo, hæreditabit serpentes, bestias, & vermes. Item conscientiæ. *inf.* in fine. Vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur. Item gehennæ. *sup.* 14. c. Subter te sternetur tinea: & operimentum tuum erunt vermes.
o Qui mortui estis ex Israel]hoc propriè pertinet ad contemplatiuos. Ad Iacob enim, i. ad actiuos pertinet, quòd sint vermes, id est, despecti. & viles. Ad Israel autem, id est, ad contemplatiuos pertinet, quòd sint contemplatione mortui. Vnde *Paulus*: Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus *Galat.* 2. d. Isti sunt illi, de quibus *Coloss. tertio*, 2. Mortui estis: & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. De istis mortuis dicitur *suprà* 26. d. Viuent mortui tui: interfecti mei resurgent.
p Ego auxiliatus sum tui, dicit Dominus,] id est, Deus Pater.
r Et Redemptor tuus,] id est, filius, qui redemit te per suam passionem, qui etiam est,
s Sanctus Israel,] id est, sanctificans Christianos per suam resurrectionem Vnde *Roman. quarto*, d. Mortuus est propter delicta nostra: & resurrexit propter iustificationem nostram. Vel potest referri Dominus ad Patrem: Redemptor ad filium: sanctus, ad Spiritum sanctum.

De institutione Prælatorum.

t Ego posui te, quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia. Triturabis montes, & comminues: & colles, quasi puluerem pones. Ventilabis eos, & ventus tollet eos, & turbo disperdet eos.] Nota quatuor in hac auctoritate. Primum, scilicet, quomodo debeat Prælatus institui: secundum qualis debeat institui: tertium ad quid debeat institui: quartum quis fructus debeat inde sequi. Primum notatur, cùm dicit: ergo posui te. Primò Prælatus est positus, vt possit deponi, cùm tempus fuerit *Eccl.* 32. a. Rectorem te posuerunt: noli extolli, esto in illis, quasi vnus ex ipsis. Prælatum autem in Ecclesia ponere debet, non pecunia, non sæcularis potentia, non simulata iustitia, sed solus Deus. Vnde *Heb.* 5. a. Nec quisquam sumet sibi honorem; sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron. Et nota tria signa, per quæ vocatus est Aaron in Sacerdotium. Primum, quòd combustis aliis, ipse in medio ignis illæsus seruatus est. *Num.* 16. e. Secundum, quòd per orationem eius plaga populi cessauit. *Eod.* c. g. Tertium, quòd virga eius floruit, & fructum fecit. *Num.* 17. c. In quibus notantur tria, quæ maximè requiruntur in Prælato, vt inter malos innocenter sciat viuere. *Phil.* 2. b. Sitis sine querela, & simplices filij Dei sine reprehensione in medio prauæ, & peruersæ nationis: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Vt pro populo sciat efficaciter orare. *Sap.* 18. Properans homo sine querela depreca-

et pro

A *a* Quasi plaustrum triturans nouum,] id est, faciam te conterere hostes tuos fortiter, vt plaustrum nouũ fortiter conterit grana. *b* Habens rostra serrantia,] id est, dentes serrantes, vt meliùs conterat. *c* Triturabis montes,] id est, maiores Principes & Reges, comminues. *d* Et colles, quasi puluerem pones,] id est, minores hostium tuorum viliter tractabis. *e* Ventilabis eos,] id est, persequeris eos de loco ad locum fugando. *f* Et ventus tollet eos, & turbo disperget eos,] id est, ira agitabuntur, & volabunt instabiles, vt puluis,

a quasi plaustrum triturans nouum, *b* habens rostra serrantia. *c* Triturabis montes, & comminues: & *d* colles, quasi puluerem pones. *e* Ventilabis eos: *f* & ventus tollet † eos, & *g* turbo disperget eos: & *h* tu *i* exultabis in *k* Domino, & in *l* sancto Israel *m* lætaberis. *n* Egeni, & pauperes *o* quærunt aquas, & *p* non sunt,

al. † non habet eos.

qui rapitur à vento, vel turbine, vel sic. *f* Et ventus tollet eos,] id est, superbia eorum eradicabit eos de loco suo. *g* Et turbo disperget eos,] id est, tempestas persecutionis tuæ.

h Et tu exultabis in Domino] gaudio exteriori. *l* Et in sancto Israel,] i. in Domino sanctificante Israel. *m* Lætaberis] gaudio interiori. *n* Egeni, & pauperes quærunt aquas]

Quinta pars. Quinta pars, in qua agit de prosperitate Iudæorum, qui reuersi erant de captiuitate. Vnde dicit egeni, & pauperes, qui priùs fame consumpti erant, & egestate per desertũ. *o* Quærunt aquas.] Iam positi in terra promissionis *p* Et non sunt:] quia cisternæ propter solitudiné terræ dissipatæ A erant.

De institutione Prælatorum. *a* ri pro populis, & proferens suæ seruitutis scutum orationem, & per incẽsum deprecationé allegans restitit iræ, & finem imposuit necessitati. Et malos dulciter increpare. *Galat.* 6. a. Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. In virga enim increpatio; in amygdalis dulcedo notatur. Sed heu! hodie multos instituit pecunia, sicut Iason per pecuniam summus Sacerdos factus est. 2. *Mach.* 4. a. Multos instituit sæcularis potentia. De quibus multi Electores eorum dicere possunt. *sup.* 4. a. Esto Princeps noster: Tantùmodo inuocetur nomẽ tuum super nos: aufer opprobrium nostrum, *sup.* 3. a. Quasi Prælatus noster dicaris, & emolumenta accipias. sed nihil, quod ad Prælatum pertineat, nobis facias: sed tantùm aufer opprobrium nostrum, i. defende Ecclesiam raotùm de Principibus & magnis. Ad hoc enim hodie multi eliguntur in Prælatos, non vt populum Dei gubernent; sed vt temporalia Ecclesiæ defendant. Vnde ibidem dicitur, *sup.* 3. a. Princeps esto noster. Ruina hæc, id est, temporalium destructio, sub manu tua. Isti sunt, qui eligunt Eliam in Prælatum, sicut multi faciebant in filium Dei. *Mat.* 16. b. Elias enim fortitudo Domini interpretatur. Multos etiam hodie instituit gula. Multi enim hodie libenter eligunt Prælatos, qui bene eos pascant, & vestiant. Vnde *sup.* 3. a. Vestimentum tibi est: esto Princeps noster. Isti dicunt illum esse bonum Prælatum, qui splendidè epulatur: sicut Nabuchodonosor dicebat, Bel esse magnum Deum: quia multa comedebat, & bibebat. *Dan.* 14. a. Isti sunt, qui eligunt Ioannem Baptistam, id est, illum, qui bene Baptizat eos in potu. *Matt.* 16. b. Multos hodie eligit carnalis amicitia, sed ferè omnes eligit hodie simulata iustitia: qui quidem prælatione accepta, non fiunt, quod non erant priùs; sed quòd erant, ostendunt. Isti sunt similes Saul, qui de minima familia in toto Israel sublimatus in Regem. 1. *Reg.* 10. d. Statim peruersus ostendit, quod erat. 1. *Reg.* 13. c. Et *Ieroboam* filius Nabath, qui de seruo sublimatus in Regem dispositione Domini, statim auertit se à Domino & populum suum, peruertit eum per idolatriam corrumpendo. Isti sunt similes Hieu, qui audito, quòd futurus esset Rex, statim interfecit Dominum suum: & accepto regno statim à via Domini recessit. Et Asaheli similiter, qui cùm à Propheta audisset de regno, quod accepturus erat, statim Dominum suum suffocauit 4. *Reg.* 3. d. & accepto regno prægnantes Israel dissecuit, vt Propheta prædixerat. In secundo notatur, qualis debeat Prælatus institui, id est, qualis esse debeat in vita. Debet enim esse.

3. Reg. 12.
4. Reg. 9 g. & 10.

a Quasi plaustrum nouum triturans, habens rostra serrantia] In quo notantur quatuor, quæ Prælato necessaria sunt. Debet enim esse plaustrum ad subuehendum infirmos per compassionem: triturans ad commouendum rebelles per correctionem: nouum, & inauditum ad prouocandum deuotos per vitæ eminentiam. *b* Habens rostra serrantia] plura, scilicet, rostra, & non vnum, vt paruulis ministret lac; aliis escam masticet per doctrinam. Propter hoc. n. debet habere plura rostra, & non vnum tantùm, vt aliis & aliis diuersa doctrinæ cibaria pro capacitate singulorum ministret. De primo legitur *Gen.* 45. e. Quòd Pharao præcepit Ioseph, vt faceret tolli plaustra ad subuectionem paruulorum: ecce compassio Infirmorum: & propter hoc clamabat Elisæus ad Prælatum suum Eliam: Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. 4. *Reg.* 2. b. De secundo dicitur *sup.* 25. d. Triturabitur Moab, id est, superbus, qui est ex patre Diabolo. *Ioan.* 8 f. sub eo, id est, sub Domino, sicuti teruntur paleæ in plaustro. Et statim subdit bonum, quod inde sequitur dicens: & extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum. Sæpe enim contingit, vt superbus per correctionem Prælati boni extendat manus, id est opera ad enatandum de aquis voluptatum & cæno vitiorum. Propter hoc dicitur *Mich.* 4. d. Surge tritura, filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ, id est, ad honorem & gloriam Domini interficies eos peccato. Tertiò etiam debet esse nouus, & admirabilis per vitæ eminentiam. Vnde de primo Prælato Israel legitur, quòd admirabilis erat aspectu: ita quòd etiam cornutus populo videbatur: *Exod.* 34. d. & de primo Rege Israel legitur, quòd supereminebat toti populo ab humero, & suprà: & quòd non erat ei similis in omni populo 1. *Reg.* 10. d. De quarto dicit Apostolus 1. *Cor* 3. a. Non potui vobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Alibi autem dicit 1. *Cor.* 2. b. Sapientiam loquimur inter perfectos. Ecce quòd cibum doctrinæ spiritualis singulis pro capacitate singulorum dispensabat. Istud plaustrum quatuor rotas debet habere, id est, quatuor cardinales virtutes. Item quatuor rotæ sunt: quia subditos portare debent doctrinæ verbis, vitæ exemplis, temporalibus subsidiis, & instantia orationis. Sed multi sunt velut quinta rota plaustri, quæ semper strepitum facit. Huius plaustri axes deberent esse patientia, & benignitas: quia in plaustro duo sunt axes, vt per patientiam portet malos, per benignitatem bonos. Equi autem trahentes plaustrum hoc, sunt amor Dei, & proximi: vel honor Dei, & vtilitas proximi. Auriga autem Spiritus sanctus. Vnde *Psalm.* 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Tertium, quod notatur hic, est, ad quod debet Prælatus institui. Ad hoc enim institui debet, vt malos corrigat, & increpet: bonos promoueat, ac semper ad melius mutet. Primum notatur, cùm dicitur.

c Triturabis montes, & comminues,] id est, altos superbos. Montes enim sunt alti, id est, superbi, vel quilibet mali, in quibus nec ros descendit gratiæ, nec pluuia doctrinæ, 2. *Reg.* 1. d. In quibus non crescunt fruges bonorum operum, quæ triturari debent, & comminui per mansuetam increpationem. Vnde 2. *Timoth. vlt* a. Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Secundum notatur, cùm dicitur.

d Et colles quasi puluerem pones] Colles enim minores, in quibus est ros gratiæ, & pluuia etiam quiescit doctrinæ, & crescit seges bonorum operum, proficientes, & boni sunt, qui quasi puluis, ponendi sunt: quia semper ad humilitatem monendi sunt. Vnde *Luc.* 17. c. Cùm omnia bene feceritis, dicite quia serui inutiles sumus. Et quia Prælatus ministerium suum implere debet, etiam si inde multi non corrigantur ideò subditur.

e Ventilabis eos] quasi dicat, facies, quod in te est, ventilando eos per prædicationem, per correctionem, per monitionem: nisi ipsi se correxerint.

f Ventus tollet eos,] id est, propter ventum suæ superbiæ, à facie mea tollentur.

g Et turbo disperget eos,] id est, persecutio infernalis, & mors dupliciter perdet eos in corpore, & anima.

h Et tu] propter conuersos bonos: vel quia nihil omisisti ex contingentibus: etsi nullus conuersus fuerit.

i Exultabis] exteriùs.

k In Domino] propter dotes corporis.

l Et in sancto Israel lætaberis] Interiùs propter dotes ipsius animæ: ecce quartum.

n Egeni, & pauperes quærunt aquas: & non sunt.] *Septuaginta*: Exultabunt pauperes, & inopes: quærent enim aquas, & non erunt. Pauperes quærunt aquas doctrinæ, sed diuites non curant. Vnde *sup.* 5. d. Nobiles eius interierunt fame; multitudo siti aruit, *Mystice.*

o Lingua eorum

A erant. De hoc habetur in *Esdra*. *a* Lingua eorum siti aruit] præ defectu aquæ. *b* Ego Dñs exaudiam eos, dando quod petunt. *c* Deus Israël] i. qui sum Deus Israël. *d* Non derelinquam eos] in tanta egestate. *e* Aperiam in supremis collibus flumina] non leguntur in terra promissionis fuisse alij fontes post reditum, quam antè, sed in hoc notat Dñs aquarum futuram abundantiam, quasi dicat, dabo tantam copiam aquarum, ac si in supremis collibus essēt flumina. Vel fortè Dñs post reditum dedit eis pluuiam in magna abundantia, quā descēdentem de collibus conseruauerant in stagnis, & cisternis. *f* Et in medio camporum fontes] aperiam, supple. *g* Ponam desertum in stagna aquarum] id est, terram, quæ priùs erat deserta, ponam in abundantiam stagnorum. *h* Et terram inuiam] id est, quæ priùs erat inuia, præ siccitate. *i* In riuos aquarum] ponam, id est, replebo eam riuis aquarum. *k* Dabo in solitudinem cedrum] i. replebo terram eorum arboribus vtilibus & fructuosis, ita quod etiam in desertis, & solitudine erunt huiusmodi. *l* Et spinam : *Septuaginta* dicunt, Sethim, quæ est arbor albæ spinæ similis, miræ leuitatis & pulchritudinis, & fortitudinis, & imputribilis, de qua arca facta est, *Exod.* 25. a. Propter quā terra etiam vocata est terra Sethim. *m* Et] dabo in solitudinem etiam myrtum : Myrtus est arbor aromatica imputribilis, quæ membra fessa consolidat, & reparat. *n* Et] dabo in solitudinem lignum oliuæ, id est, arborem, in qua crescit oleum, quod dicitur oleum oliuarū. *o* Ponam in deserto abietem, quæ est arbor alta. *p* Vlmum] quæ est infructuosa. *q* Et buxum] quæ semper viret. *r* Simul] ponam, scilicet, in deserto. Et hæc omnia faciam. *f* Vt videant beneficia, quæ præstiti eis. *t* Et sciant] me non iratum, sed beneuolum eis. *u* Et recogitent] id est, prædicta memoriæ firmiter commendent. *x* Et intelligant pariter] id est, intùs in corde legāt. *y* Quia manus Domini fecit hæc] id est, potentia eius. *z* Et sanctus Israël creauit illud] id est, ille fecit, qui sanctificat Israël. Hoc, inquam, mirabile, quod notatur per hoc, quod dicit, creauit.

B

al. † supinis.

a lingua eorum siti aruit. *b* Ego Dñs exaudiam eos, *c* Deus Israël, *d* non derelinquam eos. *e* Aperiā in † supremis collibus flumina, *f* & in medio camporum fontes. *g* Ponam desertū in stagna aquarum, *h* & terram inuiam in *i* riuos aquarū. *k* Dabo in solitudinem cedrum, *l* & spinam, *m* & myrtum *n* & lignum, oliuæ : *o* Ponam in deserto, abietem, *p* vlmum, *q* & buxum *r* simul ; vt *f* videant, *t* & sciant, *u* & recogitent, *x* & intelligant pariter : *y* quia manus Domini fecit hæc : *z* & sanctus Israël creauit illud. *a* Propè facite iudicium vestrum, dicit Dominus : *b* afferte, si quid forte habetis, dicit, *c* Rex Iacob. *d* Accedant, & *e* nuncient vobis, *f* quęcunque ventura sunt. *g* Priora, quæ fuerunt, *h* nunciate : *i* & ponemus cor nostrum,

Sexta pars. *a* Propè facite iudicium vestrum.] Vltima pars, in qua Dominus inuehitur contra idololatrias, ostendendo, quòd idola nihil habent boni, nihil potentiæ, nihil scientiæ. Vndè dicit : Propè facite iudicium vestrum, dicit Dominus, id est, citò accedite ad iudicium, vt diiudicetur inter me, & vos. *b* Afferte, si quid fortè habetis] id est, si aliquod opus habetis, quod si fuerit, & firmum. Vel, fortè, aduerbium dubitandi. *c* Dicit Rex Iacob] id est, Dominus, qui regit, & gubernat Iacob, id est, populum Iudaicum. *d* Accedant] idola vestra.

e Et nuncient vobis, quæcunque ventura sunt] quasi dicat, non possent nunciare. Et vt magis confundat idololatras, apostrophat, & conuertit se ad idola, dicens ad illa, quasi per antiphrasim : O vos idola.

g Priora, quæ fuerunt] ante mundi constitutionem.

h Nunciate] nobis.

i Et ponemus cor nostrum] vt colamus vos : & est ironia.

k a Et scie-

Mysticè. ❶ *a* Lingua eorum siti aruit] *Thren.* 4. a. Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti : paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. *Ierem.* 14. a. Maiores miserunt minores suos ad aquam : venerunt ad hauriendum, & non inuenerunt aquam : reportauerunt vasa sua vacua.

b Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israël non derelinquam eos.] Vndè *Psalm.* 19. Desiderium pauperum exaudiuit Dominus : præparationem cordis eorum exaudiuit auris tua.

c Aperiam in supremis collibus flumina, &c.] Per fontem intelligitur gratia præueniens, siue incipiens, quæ est initium omnis boni : per riuos, gratia proficiens : per flumina, gratia conseruans : per stagnum, quod est aqua immobilis, gratia perseuerans, vel consummans. Flumina in supremis collibus, abundans doctrina in maioribus Doctoribus : fontes in campis, parua, sed viua doctrina in minoribus : stagna in deserto, scientia non fluens per prædicationem in mundo, id est, in mundanis : riui aquarum in terra inuia, doctrina fluens in claustro, id est, in claustralibus.

k Dabo in solitudinem cedrum, &c.] Nota, quòd quandoque distinguitur numerus virtutum per quaternarium, vt hic in prima parte, per quaternarium arborum designat quaternariū virtutū propter oppositionem, quā habent ad quaternarium vitiorum. Quandoque autem in secunda parte per ternarium arborū designat ternarium virtutum propter oppositionē, quā habent ad ternarium vitiorum. Quaternarius autem virtutum consistit in quatuor cardinalibus, quæ sunt, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, & Iustitia. Ternarius autem in ternario virtutum Theologicarum, id est, Fidei, Spei, & Charitatis. Quaternarius autem vitiorum est, peccatum cogitationis, locutionis, operis, & consuetudinis. Ternarius autem est ille, de quo 1. *Ioan.* 2. c. Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. De hoc quaternario, & ternario dicitur *Amos* 1. & 2. b. Super tribus sceleribus Israël, & super quatuor non conuertam eum. Per istas autem arbores notantur virtutes, quibus Dominus desertum Ecclesiæ illustrauit. Per cedrum, quæ est arbor imputribilis, & procera, designatur prudentia, de qua *Sap.* 6. b. Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia. Per spinam, quæ pungit, & solida est, fortitudo, quæ consistit in patientia aduersorum. Per myrtum, quæ est aromatica, & imputribilis, temperantia, quæ hominem aromaticum, & imputribilem facit, ad literam. Gula enim & omnis excessus, & maximè cibi, putridū facit, & fœtidum, ad literam. Per oliuam, quæ aliquid habet amari, & aliquid dulcis, iustitia quæ habet amaritudinem in malorum punitione, sed dulcedinem in bonorum retributione. Ecce quatuor Cardinales. Per abietem, quæ est alta, & cuius auxilio mare transitur, quia inde fit malus, significatur fides, quæ alta est, quia est argumentum non apparentium. *Heb.* 11. a. Per quam etiam mare mundi transitur, quia hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra 1. *Ioan.* 5. a. Per vlmum, quæ patula est, significatur spes, quæ animam dilatat, & facit amplam. Per buxum, quæ semper viret, significatur charitas, quæ nunquam excidit, 1. *Cor.* 13. c. Ponitur autem oppositi Prudentia peccato cogitationis, Temperantia peccato locutionis, Fortitudo peccato operis, quod facit hominem debilem, & infirmum : oliua, quæ, cùm est centenaria, fructum facit, peccato consuetudinis, quia nec in senectute fructum facit peccans hoc peccato. Altitudo autem abietis opponitur depressioni concupiscentiæ carnis, quæ semper versatur circa ima, sicut sues circa lutum. Vndè *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo. Latitudo vlmi, scilicet, largitas, opponitur auaritiæ. Paruitas autem buxi, altitudini superbiæ : Sed quia Dominus Ecclesiam suam non solùm virtutibus, sed etiam donis Spiritus sancti decorauit : ideò subditur.

f Vt videant per donum sapientiæ.

t Et sciant] per donum scientiæ. *u* Et recogitent] per donum consilij. *x* Et intelligant pariter] per donum intellectus. Et ista pertinent ad cognitiuam.

y Quia manus Domini fecit hæc] id est filius qui dicitur manus Patris.

z Et sanctus Israël creauit illud] id est, Spiritus sanctus, qui sanctificat corda hominum. Dicitur autem filius in nobis fecisse dona, & virtutes, qui ea nobis meruit : & Spiritus sanctus, quia ille nobis infundit. *a* Propè facite iudicium vestrum, dicit Dominus] id est, appropinquate, & præparate vos ad iudicium per donum timoris.

b Afferte si quod forte habetis] repositum in gazophylacio pauperum per opera pietatis. *d* Accedant, & nuncient vobis Prædicatores, & Prælati vestri per donum fortitudinis. Quæcunque ventura sunt :] & hæc pertinent ad operatiuam. *g* Priora quæ fuerunt, nuntiate.] Verba sunt Prophetæ ad Prælatos & Doctores Ecclesiæ, quasi dicat, nobis minoribus beneficia Domini enarrate. *i* Et ponemus cor nostrum] ad faciendum præcepta *De Prælatis.*

Δ *a* Et sciemus] vos Deos esse. Vel sic, Sciemus nouissima eorum, i. per vos finem vniuscuiusque cognoscemus. *b* Quæ ventura sunt, indicate nobis] ô idola. *c* Annunciate, quæ ventura sunt in futurum] id est, quæ futura sunt post mundi consummationé. *d* Et sciemus, quia Dij estis vos] si hæc annunciaueritis. Hæc enim duo solus Deus scit, quæ, scilicet, fuerunt ante mūdi constitutioné, & quæ futura sūt post eius consūmationem. *e* Benè quoque, aut male, si potestis, facite] quasi nec potestis etiā benè, vel mal facere.

16.8.5.c.1. *a* & sciemus nouissima eorum, & *b* quæ ventura sunt, indicate nobis. *c* Annunciate, quæ ventura sunt in futurum: *d* & sciemus, quia Dij estis vos. *e* Benè quoque aut male, si potestis, facite: *f* & loquamur, & videamus simul. *g* Ecce vos estis ex nihilo: *h* & opus vestrum ex eo, quod non est. *i* Abominatio est, *k* qui elegit vos. *l* Suscitaui ab Aquilone: & *m* veniet ab ortu Solis. † *n* Vocabit nomen meum, *o* & adducet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum. *p* Quis annunciauit ab exordio, *q* vt sciamus: *r* & à principio, vt *s* dicamus: Iust*es:

f Et loquamur, & videamus simul] i. disputemus simul, vtrū debeam coli, vel vos: & ostendit, quod illa non sunt colenda, dicens. *g* Ecce vos estis ex nihilo] quasi per hoc patet, quòd non debetis coli, quia estis ex nihilo, i. facta de materia, quæ creata fuit ex nihilo. Vel, vos estis ex nihilo: id est, nihil estis. Idolum enim nihil est, vt dicitur 1. *Cor.* 8. 5. Vel, vos estis ex nihilo, i. ex errore, & mendacio hominum: non ex rei veritate est, quòd vos reputamini Dij. *h* Et opus vestrum ex eo, quod non est] id est, responsa, & quicquid facitis, imputatur ei, quod non est. Responsa enim & quicquid faciebant, imputabantur idolo facto ex materia, & spiritu præsidente, quod tamen in veritate nihil est: vel omne opus vestrum ex eo, quod non est, i. totus cultus & reuerentia quæ exhibetur vobis, est ex suggestione illius, qui non est, i. Diaboli, qui dicitur non esse, quia à vero esse separatus est. Vndè *Iob.* 18. c. Habitent in tabernaculo illius, qui non est, i. diaboli. *i* Abominatio] i. abominabilis est. *k* Qui elegit vos] ad fabricandū, vel colendum, quia nihil potestis, nec scitis, nec aliquid boni habetis, vt dictum est Ego autem *l* Suscitaui ab Aquilone] quasi dicat, vos nihil potestis facere, nec prædicere: sed ego prædico, quæ facturus sum: quia suscitaui ab Aquilone, i. suscitabo Cyrum ab Aquilone. Superiùs dictum est, ab Oriente. Sed quia p. ga Orientalis declinat ad Aquilonem; ideò regiones, quæ sunt intermediæ, quandoque dicuntur esse in Oriente, in Aquilone, de intermediis autem erat regio Persarum, vndè vocatus est Cyrus. *m* Et veniet ab ortu Solis:] idem est, quod prius, vt dictū est, quia regiones intermediæ in vtraque parte esse dicebantur. *n* Vocabit nomen meum] Cyrus in hoc dicitur inuocasse nomen Dñi, quod recognouit regnum sibi datum a Deo. *Andreas* autem dicit secundùm Iosephum, quòd Cyrus mandauit omnibus populis, quòd non esset, nisi vnus Deus, Deus Hebræorum. *o* Et adducet Magistratus, quasi lutum, & velut plastes conculcans humum, i. Principes Chaldæorum, & aliorum regnorum in captiuitatem ducet, & viliter tractabit, vt lutum viliter tractatur à figulo. Plastes enim idem est, quod figulus. Et dicitur à plasmare, quod idem est, quod formare. *p* Quis annunciauit] istud ab exordio, id est, antequàm fieret, nisi egó, supple. *q* Vt sciamus, & à principio] id est, post eius prænunciationem: *s* Vt dicamus: Iustus es,] quasi dicat, si est, qui annunciauerit, dicemus: quia iustus est.

Δ *a* Non

De Prælatis. ⊕ Domini, & regratiandum ei, secundùm beneficia nobis exhibita. *a* Et sciemus nouissima eorum] i. quæ nobis daturus sit Deus in vltima retributione. Per beneficia enim nobis exhibita à Deo cognoscimus, quid nobis Deus in futuro daturus sit, tanquam per exemplum: per opera autem nostra hoc ipsum cognoscimus, tanquam per merita. *b* Et quæ ventura sunt, indicate nobis. Annunciate, quæ ventura sunt in futurum. & sciemus, quia Dij estis vos.] Hoc posset dicere populus Prælatis Ecclesiæ. Si enim ipsi annunciarent populo, quæ ventura sunt peccatoribus, & quæ iustis: ex hoc posset conijci, quòd Dij essent, id est, Prælati non ficti. Sed quia vident eos, potiùs gregem suum duci ad interfectionem, & inde non curare: possunt conijcere, quòd sunt idola; sicut dicitur *Zach.* 11. d. O Pastor, & idolum derelinquens gregem. Ex hoc, quòd vident eos non solùm sua non largientes, sed etiam cupidè aliena rapientes: possunt conijcere quòd sint milui. Ex hoc, quòd vident eos non solùm extraneos, sed etiam proprios filios spoliantes, Possunt conijcere, quòd sint struthiones, imò quòd struthionibus duriores: Struthio enim dimittit oua sua in puluere, & induratur ad filios suos, quasi non sint sui, sicut dicitur *Iob trigesimo-nono.* q. Isti autem non solùm oua sua, id est, subditos in puluere derelinquunt, verum etiam in iniustis emendis, & exactionibus pedibus suis conculcant, & frangunt. Ex hoc, quòd vident eos comessationibus & ebrietatibus intentos, possunt eos conijcere potiùs esse porcos, quàm Deos.

e Benè quoque, aut malè, si potestis, facite.] *Septuaginta.* Benè facite, aut male: & admirabimur, & videbimus simul, vndè sitis vos, & vndè sit opus vestrum: de terra abominationum elegerunt vos. Respondere possent multi Prælati temporis nostri: Non possumus bona, sed mala; quia non potest arbor mala fructus bonos facere. *Matthæi septimo.* c. id est, non potest opus bonum ex peruersa intentione, vel simulata sanctitate procedere. G al. † vocauit.

f Et loquamur, & videamus simul: Qui scilicet, damnabiliores sint: subditi mali, aut Prælati peruersi. Et constat, quòd Prælati peruersi, quia cui plus committitur plus ab eo exigitur. *Luc. duodecimo.* f. Et quia non solùm damnabuntur pro peccatis suis, sed etiam subditorum.

g Ecce vos estis ex nihilo.] Hoc potest dici de Prælatis, quos adduxit in Ecclesiam, non Deus, sed caro, & sanguis, vel simulata iustitia, vel pecunia, vel ambitio præessendi. De quibus *Osea* 8. a. Ipsi regnauerunt, sed non ex me. Ergo planum est, quòd ex nihilo, quia sine ipso factum est nihil *Ioan.* 1. a. Nota.

Est nihilum.
- Sanctitatis fictæ, *Psalm.* 72. Imagines ipsorum ad nihilum rediges.
- Conditionis humanæ, *Psal.* 38. Substantia mea, quasi nihilum est ante te.
- Malitiæ, *Psal.* 14. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.
- Fluxibilitatis vitæ, *Psal.* 57. Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens.
- Insufficientiæ, 1. *Cor.* 13. a. Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum.
- Opinionis vanæ *Galat.* 6 a. Qui se existimat aliquid esse, cùm nihil sit, ipse se seducit.

h Et opus vestrum ex eo, quòd non est] id est, ex Diabolo, qui non esse dicitur, quia à vero esse semotus est. Vndè *Ioan.* 8. f. Vos ex patre Diabolo estis. & desideria patris vestri vultis perficere.

i Abominatio est] Domino, qui elegit vos. Abominabiles enim Domino sunt, qui tales eligunt Prælatos. *Sapient.* 14. b. Adinuentio illorum, id est, promotio talium, & electio, corruptio vitæ, quia multorum vitam exemplis corrumpunt, *Prou.* 15. b. Abominatio est Deo vita impij. Et *infr. eod.* c. Abominatio Dñi cogitationes malæ. Et 16. a. Abominatio Dñi est omnis arrogans.

l Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab ortu Solis.] Ecce duplex modus retrahendi a peccato. Tunc enim suscitat Dominus ab Aquilone, quando retrahit per timorem: sed peccator venit ab ortu Solis, quando Dominus reducit eum per charitatem.

n Vocabit] vel, vocauit nomen meum. Rectus ordo est: quia peccator retractus à peccato per timorem, vel per amorem reductus, tunc inuocare debet Dominum in oratione, vt scilicet, sibi debitum dimittatur, & de cætero in tentationem non inducatur, sicut dicit Dominus *Matth.* 6. b.

o Et adducet Magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum.] Magistratus sunt superbi, & potentes Prælati, quos adducet Dominus quasi lutum: quia viliùs in iudicio tractabuntur, quàm cæteri a Dæmonibus, & etiam a pauperibus. Vndè *Zachar. decimo.* b. Erunt quasi fortes, & conculcantes lutum in medio viarum in prælio. *Nahum. tertio.* c. Intra lutum, & calca subigens tene laterem. *Ieremiæ decimo-octauo.* a. Sicut lutum in manu figuli; sic vos in manu mea, dicit Dominus. Et quia nullus audet hodie reprehendere Prælatos: Ideò subditur. *p* Quis annunciauit ab exordio, vt sciamus,] omnia hæc de Prælatis prædicta? Quasi nullus annunciat. *r* Et à principio, vt dicamus, Iustus es?]

⊕ Si quis

a Non est annuncians] i. aliquis de Diis vestris, non est, qui annunciet præterita. b Neque prædicens] futura. c Neque audiens sermones vestros ; ô idola, quia non potestis futura prædicere : ideò nullus est, qui audiat sermones vestros. d Primus ad Sion dicet] quasi dicat, non possunt futura prædicere ; sed Dñs dabit Iudæis reuersis de captiuitate multos Prophetas, qui eis futura prædicent, vt fuit Daniel, Ezechiel, Malachias, Esdras. Et hoc est, quod dicit.

a Non est annuncians, b neque prædicens, c neque audiens sermones vestros. d Primus e ad Sion dicet : f ecce adsum ; g Ierusalem h Euangelistam dabo. i Et vidi : k & non erat ex istis l quisquam, qui iniret consilium, m & interrogatus responderet verbum. n Ecce omnes o iniusti, & p vana opera eorum, q ventus & inane simulachra eorum.

C A P. X L I I.

ECce r seruus meus, f suscipiam eũ : t Electus meus, u complacuit sibi in illo anima mea. x Dedi spiritum meum super eum : y iudicium Gentibus proferet. z Non clamabit, a neque accipiet personam, b nec audietur vox eius foris.

d Primus] Propheta. Vel, Primus, i. Propheta, antequam idola, non quòd idola postmodum futura prædicant ; sed quia nõ ante, vt Christus dicitur primogenitus Beatæ Mariæ Virginis, *Luc.* 2. a. Nõ post quem alius, sed ante quem nullus. Dicit ergo, Primus, Propheta missus à Deo. e Ad Sion dicet] id est, ad ciuitatem Ierusalem, quæ a digniori parte vocatur hic, id est, à Sion.

f Ecce adsum] quasi hoc dicet Propheta annunciaturus Iudæis. Et sic legitur in persona Prophetæ, vel in persona Domini : Ecce adsum, hoc dicet Propheta, quòd ego Dominus, ecce ad auxilium Iudæorum.

g E Ierusalem] id est, habitantibus Ierusalem. Metonymia est h Euangelistam] vel Euangelistas dabo, id est, Propheram bona annunciantem. Euangelista enim dicitur, quasi bonus nuncius, ab, eu, quod est bonum, & Angelus, quod est nuncius. Et nota, quòd mutat hic Propheta personam, primam, scilicet, in tertiam.

i Et vidi] id est, consideraui, dicit Propheta in persona Domini, vel sua.

k Et non erat ex istis] id est, ex idolis.

l Quisquam, qui iniret consilium] prædicandi, vel respondendi. m Et interrogatus responderet verbum] id est, non erat inter Deos Gentium aliquis, qui sciret dare consilium cultoribus suis, quomodo se defenderent a Cyro.

n Ecce omnes] cultores idolorum.

o Iniusti] quia Deo derelicto colunt idola.

p Et vana opera eorum] quia vanis & falsis idolis ea impendunt.

q Ventus & inane] id est, citò exsufflanda. & inutilia sunt simulachra eorum. Ventus, quia citò exsufflabitur eorum cultura, inane, quia non prosunt cultoribus suis.

De Prælatis. ⊖ Si quis verè auderet Prælatos corrigere, iustus simpliciter deberet dici.

a Non est annuncians] mala, quæ fiunt hodie.

b Neque prædicens] mala, quæ futura sunt.

c Neque audiens sermones vestros] Verùm est, si sunt increpatorij. Si enim essent adulationis, vel detractionis, benè reciperentur. Vndè *Prou.* 18. a. Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris, quæ versantur in corde eius.

Mysticè. d Primus ad Sion dicet] id est, filius, qui dicit *Ioan.* 8. c. Ego principium, qui & loquor vobis. *Septuaginta.* Principium Sion dabo, & Ierusalem consolabor in via, & & *Apoc.* 1, h. & 22. c. ego sum Alpha, & Omega, principium & finis.

f Ecce adsum. Vndè *Matth.* 27. e. Vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.

g Et Ierusalem Euangelistam dabo.] Nota ordinem. Primò enim affuit Christus Ecclesiæ per Incarnationem, deinde dedit Euangelistas, i. Apostolorum prædicationem.

l Et vidi, & non erat ex eis quisquam, qui iniret consilium] quomodo posset peccato resistere, pœnas inferni euadere, & gloriam adipisci. m Et] non erat, supple, qui interrogatus responderet verbum gratitudinis, confessionis, vel laudis. Vndè *Ierem.* 8. e. Attendi, & auscultaui, nemo quod bonum est, loquitur, per gratiarum actionem, & laudem : nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens : quid feci, per confessionem.

n Ecce omnes iniusti] sunt supple. Vndè *Psal.* 11. Saluum me fac, Domine, quoniam defecit Sanctus, & *Mich.* 7. a. Periit Sanctus de terra, & rectus in hominibus non est. p Vana opera eorum.] *Ierem.* 10. c. Vana sunt, & opus dignum risu. q Ventus, & inane simulachra eorum.] Idola, siue simulachra hominum sunt Prælati, de quibus regula est *Isaia* hic : quia aut sunt ventus per superbiam, aut inane, per fictam iustitiam, nec fallit in multis hæc regula, quod dolendum est valdè.

E X P O S I T I O C A P. X L I I.

ECce seruus meus, suscipiam eum.] Adhuc immoratur Propheta circa destructionem Gentium per Cyrum factam. Et diuiditur capitulum istud in tres partes. In prima parte immoratur circa laudem Cyri. In secunda parte pro destructione Gentium, quam Cyrus facturus erat, inuitat populos ad laudem Domini, *ibi* : Cantate Domino. In tertia Iudæos iam de captiuitate reuersos, de præteritis peccatis increpat, dicens : Surdi audite, more patris, qui cùm filius suus aliquid perdiderit, reddit ei, & postea increpat eum, dicens : Stulte, quare perdidisti istud ? Similiter Dominus in secunda parte huius capituli prænunciat, quomodo Iudæi liberabuntur à captiuitate per Cyrum. Deinde ipsis quasi de captiuitare liberatis, increpat eos de peccatis, propter quæ captiuati erant. Volens ergo Propheta commendare Cyrum, dicit in persona Domini. r Ecce seruus meus] id est, Cyrus. Tacet autem nomen eius, vt plus extollat eum. f Suscipiam eum] id est, gratum habebo eius seruitiũ. t Electus meus] ad vindictam mihi capiendam de Gentibus, & populum meum liberandum. *Matth.* 12. c. *2. q. 7. c. nos si. in fine.*

u Complacuit sibi in illo anima mea.] Loquitur Dominus more nostro. Et dicitur complacuisse sibi in Cyro Dominus, non propter personam Cyri, sed propter opera eius, scilicet, Chaldæorum destructionem, & Iudæorum liberationem. x Dedi Spiritum meum super eum] id est, sapientiam, vel inspirationem, vt iret contra Chaldæos. Vel Spiritum Domini dicit benedictionem eius. y Iudicium Gentibus proferet] id est, Chaldæis dabit id, quod iusto iudicio meruerunt. z. Non clamabit] quasi dicat, cum pace, & silentio factum suum faciet, sicut sapiens homo : Hic enim est modus sapientum. Vel, non clamabit, id est, non capiet Babylonem in tumultu : quia quiescentibus Chaldæis sine interfectione suorum, & quasi sine bello, & tumultu introibit. a Neque accipiet personam] id est, non parcet maiori plus, quam minori, imò quilibet reddet, secundùm quod meruit. b Nec audietur vox eius foris] id est, Δ in obsi-

Mysticè. Mysticè. r Ecce seruus meus.] Hæc possunt esse verba Patris de filio. Filius enim dicitur seruus Patris ratione humanitatis, *infr.* 49. a. Seruus meus es tu, Israel : in te gloriabor. Et *infr.* b. Parum est tibi, vt sis mihi seruus ad suscitandas Tribus Israel, & fæces Israel conuertendas. f Suscipiam eum] in die Ascensionis. t Electus meus.] Vndè *Cant.* 5. c. dicit Sponsa de filio : Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.

u Complacuit sibi in illo anima mea] vndè *Matth.* 3. d. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

x Dedi Spiritum meum super eum] in columbæ specie in Baptismo, *Luca* 3. d. Vndè *suprà* 11. a. Requiescet super eum spiritus Domini. y Iudicium Gentibus proferet] per se. Vndè *Ioan.* 5. d. Neque enim Pater iudicat quemquam ; sed omne iudicium dedit filio, &c. Vel per Apostolos. Vndè *Matth* 12. b. dicitur de Apostolis : Ipsi Iudices vestri erunt : Et dicitur hoc Scribis. *Et* 19. d. Cùm sederit filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis, & vos super sedes duodecim Iudicantes duodecim Tribus Israel. z Non clamabit.] Contra, *Ioan.* 7. f. In nouissimo magnæ festiuitatis die stabat Iesus, & clamabat dicens : Si quis sitit, &c.] Item *Hebr.* 5. b. Cum clamore valido, & lachrymis offerens in omnibus exauditus est pro sua reuerentia. Solut. Est clamor veniens ex impetu contentionis : & est clamor proueniens ex feruore charitatis : & est clamor ex vehementia doloris naturalis. De primo dicitur hic : Non clamabit. De secundo dicitur *Ioan.* 7. De tertio *Hebr.* 5. a Neque accipiet personam.] Hoc idem dicitur, *Deut.* 10. d. & 16. d. & 2. *Paralipom.* 19. e. *Iob.* 34. b. *Eccles.* 35. c. *Rom.* 2. b. *Galat.* 2. b. *Ephes.* 6. b. *Colossen.* 3. d. & *Aliuum decim.* e. *Sapient. sexto.* b. Non subtrahit personam cuiusquam Dominus, qui est omnium Dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam.

b Nec audietur vox eius foris.] Licet enim legantur Dñs

a Calamum quaſſatum non cõteret, b & linum fumigans non extinguet: c In veritate educet iudicium. d Non erit triſtis, neque turbulentus, e donec ponat in terra iudiciũ: f & legẽ eius inſulæ expectabunt. g Hæc dicit Dñs Deus, h creans cœlos, i & extendens eos: k firmans terrã, & quæ l germinant ex ea, dans m flatum populo, quæ eſt ſuper eam, n & ſpiritum calcantibus eam. o Ego Dñs p vocaui te in q iuſtitia, r & apprehendi manum tuam, ſ & ſeruaui te. t Et dedi te in fœdus populi, u in lucem Gentium: vt aperires x oculos cæcorum, y & educeres de concluſione vinctum, z de domo carceris ſedentes in tene-

a in obſidione extra ciuitatem non faciet magnum tumultum; ſed cum ſilentio, & in pace, vt ſapiens faciet, quod quærit. a Calamum quaſſatum non conteret] id eſt, Iudæos omni proſperitate vacuos, & multiplici captiuitate quaſſatos non conteret, i. non affliget. b Et linum fumigans nõ extinguet.] Hoc eſt idem, quod priùs. Linum autem dicũtur Iudæi, quia lino vtebantur multùm, & maximè in veſtibus Sacerdotũ. Fumigans autem dicuntur, quaſi iam multiplicis captiuitatis igne accẽſi, ſed nondum ex toto conſumpti: vt lino fumigans nondum conſumptus eſt. c In veritate educet iudicium] i. ſine dolo accipiet vindictam de Chaldæis, & reddet illis, ſecundum quod meruerũt. d Non erit triſtis, neque turbulẽtus, donec ponat in terra iudicium] id eſt, affabilis erit, & hilaris etiam in bello & obſidione, quando ſolent magis homines eſſe iracundi. f Et legem eius inſulæ expectabũt] id eſt, Gentes ſubditæ, legem, ſecundũ quam ipſe viuit, ſibi imponi putabunt. *Septuaginta* dicunt manifeſtiùs & planiùs. In nomine eius Gentes ſperabunt, id eſt, deſiderabunt ei ſubiici, vt liberentur à Chaldæis. Et quia fortè Iudæi de hoc poſſent diffidere, tam pro facti magnitudine, quam etiam præ lætitia, quam inde habituri eſſent, ſi fieret. Ideò, vt credant, dicitur, quòd. g Hæc dicit Dominus Deus] qui ſcit, & poteſt hæc facere. In cuius exemplum, & argumentum adducuntur multa opera, quę fecit Dominus, quæ etiam ſunt maiora, vndè dicit: Hæc dicit Dominus Deus, qui ſcit, quid futurum ſit: & poteſt facere, quod vult Dominus, dico. h Creans cœlos] id eſt, qui cœlòs creauit de nihilo. i Extendens eos] quaſi tabernaculum ad inhabitandum. k Firmans terram] ſuper vacuum. l Et quæ germinant ex ea] id eſt, ex terra, ſcilicet, creaturas conſeruans in eſſe. m Dans flatum populo, qui eſt ſuper eam] id eſt, dans hominibus, qui ſunt ſuper terram, ſpiritum vitæ. Vndè *Gen.* 2. b. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. n Et ſpiritum calcantibus eam. Repetitio eſt, vel expoſitio prioris. o Ego Dominus,] conuertit ſermonem ad Cyrum. p Vocaui te in iuſtitia] i. ad puniendos Chaldæos iuſto Dei iudicio vocaui. r Et apprehendi manum tuam] quaſi ducens te ad vltionem de hoſtibus meis. ſ Et ſeruaui te] vt nemo læderetur tuorum. t Et dedi te in fœdus populo] i. ad promiſſionem populi Iudaici explendam. Promiſerat enim Dñs Iudæis, quod reduceret eos de captiuitate, quod per Cyrum expletum eſt. u In lucem Gentium] id eſt, in proſperitatem Iudæorum, vel aliarum Gentium, à Chaldæis multipliciter oppreſſorũ. x Vt aperires oculos cæcorũ] i. oculos incarceratorum, qui quaſi cæci erant, quia non videbant in carcere, aperies educendo eos ad lucẽ. Et hoc eſt, quod ſubdit quaſi exponendo. y Et educeres de concluſione vinctum] i. vinctos cõpedibus. z De domo

carceris

Myſticè. a fuiſſe in finibus Tyri & Sidonis, *Matth.* 15. b. Non tamen prædictas terras intrauit, nec eis prædicauit. Vndè *ibid.* c. Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael a Calamum quaſſatum non conteret] Calamus extrà nitidus, ſed intùs vacuus, Scribæ, & Phariſæi rectè intelliguntur, qui idola non colebant; ideò nitebant exteriùs, ſed fidem non habebant, vndè vacui erant interiùs. b Et linum fumigans non extinguetur.] Linum ſignificat Sacerdotium, quia de lino fiebant veſtes Aaron: quod fumigans dicitur, quia iam tempore Chriſti conſumptioni erat vicinum. Dñs autem Scribas & Sacerdotes non deſtruxit; ſed potiùs ad pœnitentiam vocauit.

Moral. Moraliter autem calamus quaſſatus, peccator eſt vacuus omni bono in palude vitiorum iacens: quem non conterit Dñs, dum non ſtatim punit, ſed ad pœnitentiam expectat per miſericordiam. Vndè *Thren.* 3. c. Miſericordiæ Domini eſt, quòd non ſumus conſumpti. Linum fumigans vita hominis eſt, quæ debilis eſt, vt linum, & fumum teterrimũ reddidit dolorum, & tribulationum. Vndè *Iacob.* 3. d. Quæ eſt vita noſtra? vapor ad modicum parens. Hoc linum non extinguit Dñs, quia non vult mortem peccatoris. *Ezech.* 18. g. & *Sap.* 1. c. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. c In veritate educet iudicium] non in falſitate, non in duplicitate, non in cupiditate. *ſup.* 11. a. Arguet in æquitate pro manſuetis terræ. d Non erit triſtis, neque turbulentus. Contra *Nahum* 1. a. Dñs in tempeſtate, & turbine viæ eius. Et *Eccl.* 7. a. Cor ſapientium, vbi triſtitia. Et *Matth.* 26. d. Triſtis eſt anima mea, vſque ad mortem. Sol. Eſt triſtitia ſuperficialis & apparens, quæ eſt, quando Dñs vindictam capit de malis. Tunc enim triſtari dicitur, quia ad modum triſtantis ſe habet, De hac dicitur *Nahum.* 1. Dñs in tempeſtate & turbine viæ eius. Eſt etiam triſtitia contritionis, de qua *Eccl.* 7. Cor ſapientium, vbi triſtitia. Et eſt triſtitia ſenſualitatis, de qua dicitur *Matth.* 26. Triſtis eſt anima mea, &c. Et eſt triſtitia rationis, de qua dicitur hic: Non erit triſtis, neque turbulentus. Et nota, quòd dicit duo. Homo enim ſi non poteſt ſe vindicare, triſtis eſt; ſi poteſt, turbulentus fit. Vtrumque remouet de Chriſto. *Infr.* 49. b.

Eſt triſtitia.
- Simulationis, *Matth.* 6. b. Nolite fieri, ſicut hypocritæ triſtes.
- Naturalis, *Matt.* 26. d. Triſtis eſt anima mea, &c.
- Pœnitentiæ, 2. *Cor.* 7. b. Contriſtati eſtis ad pœnitentiam.
- Compaſſionis, *Rom* 9. a. Triſtitia mihi magna eſt & continuus dolor cordi meo.
- Timoris, *Luc.* 22. e. Inuenit eos dormientes præ triſtitia.
- Tentationis, *Iacobi* 5. c. Contriſtatur aliquis veſtrum? oret: æquo animo eſt? pſallat.
- Sollicitudinis, *Gen.* 40. b. Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra?
- Deſperationis, *Eccl.* 14. a. Fœlix, qui non habuit triſtitiam animæ ſuæ, nec excidit à ſpe ſua.
- Confuſionis, *Matth.* 19. c. Abiit triſtis, eo quòd eſſet habens multas poſſeſſiones.
- Iurgiorum, *Eccl.* 22. d. Eſt regreſſus ad amicum: ſi aperuerit os triſte, non metuas: eſt enim concordatio ad amicum.

e Donec ponat in terra iudiciũ. *Matth.* 12. b. dicitur: Donec eiiciat ad victoriam iudicium, & in nomine eius Gentes ſperabunt. Et hoc eſt, quod hic ſequitur. f Et legem inſulæ expectabunt.] i. Gentes in inſulis habitantes, id eſt, Iuſti perſecutionum, & tribulationum fluctibus vndique tuſi. Vndè *Gen.* 49. b. Ipſe erit expectatio gentium g Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos] id eſt, Sanctos de nihilo faciens per fidei iuſtificationem. *Pſal.* 50. Cor mundum crea in me, Deus. i Et extendens eos] ad opera miſericordiæ per compaſſionẽ. k Firmans terram] i. Eccleſiam per perſeuerantiæ firmitatem. *Eccl.* 1. a. Generatio præterit, & generatio aduenit; terra autem ſtat in æternum. m Dans flatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam. Nota quòd habitantibus in terra, id eſt, vtentibus temporalibus ad neceſſitatẽ, dat Dñs flatum eos ad melius prouocando, quo mediãte de terra exeãt per contemptũ, ſed egreſſis iam, & mundũ calcãtib. dat ſpiritũ fortitudinis, vt perſeuerent in bono, & in cœleſtib. figãt habitationẽ ſuã per affectũ. De his omnib. *Zach.* 12. a. Extendens cœlũ, & fundãs terrã, & fingens ſpiritũ hominis in eo. De habitantibus in terra per amorẽ dicitur *Apoc.* 8. b. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. o Ego Dñs vocaui te] ô fili, de Ægypto in Iudæã. *Oſea* 11. a. Ex Ægypto vocaui filiũ meũ, a Iudæa in Gentes. q In iuſtitia.] Iuſtum enim fuit, vt contemptus à Iudæis, tranſiret ad Gentes. r Et apprehendi manum tuam] vt ſubleuator tuus, ductor, ſuſtentator, & traductor. *Deut.* 32. f. Leuabo ad cœlum manum meam. Apprehendi manum tuã quia in te manens facio opera, ſicut dicitur *Ioan.* 14. ſ Et ſeruaui te] in morte, vt non perires. Vndè *Pſal.* 15. quoniam non derelinques animam meam in inferno, &c. t Et dedi te in fœdus populi mei.] Per filiũ enim facta eſt quaſi colligatio Dei, & hominũ. Vndè *Soph.* 3. b. Iudiciũ meũ, vt congregẽ Gentes & colligam regna. u In lucem Gentiũ] vt illuminares per prædicationẽ Gentes, quæ priùs ſedebant in tenebris. Vndè *ſup.* 9. a. Habitantibus in regione vmbræ mortis, &c. x Vt aperires oculos cæcorum.] Ad literam patet in Euangelio, quomodo Dñs cæcos illuminauit. Vel miſſus eſt ad illuminandos cæcos ſpirituales, id eſt, infideles per fidem. y Et educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſeden-

tes in

a carceris sedentes in tenebris] quia in carceribus non est lux. a Ego Dominus, hoc est nomen meum] ita quòd non alterius. b Gloriam meam] scilicet, quæ est, quòd Dñs vocor. c. Alteri non dabo,] alteri intellige in substantia, non in persona. Alteri, i. idolis, non dabo. d Et laudem meam sculptilibus] non dabo, supple. e Quæ prima fuerunt, ecce venerunt] id est, iam impleta sunt illa, quę olim à Prophetis fuerant prædicta. f Noua quoq; ego, &c.] illa, quasi dicat, sicut quę olim à Prophetis fuerunt prædicta, euenerunt: & nihil fuit, quod non impleretur, sic illa, quæ modò prædico de destructione Babylonis per Cyrum. g Cantate Dño.] Secunda pars, in qua Propheta ad laudem Dñi inuitat omnes Gentes, dicens: Cantate Domino canticum nouum, id, est. nouas cantilenas componite, & cantate ad honorem Domini. h Laus eius] procendatur ab extremis terræ, id est, a termino terræ vsque ad terminum alium.

Infr. 48. b.

Psal. 149.

Secunda pars.

bris. a Ego Dñs, hoc est nomen meum: b Gloriam meam c alteri non dabo, d & laudem meam sculptilibus. e Quæ prima fuerut, ecce venerunt: f noua quoque ego annuncio: antequam orian- tur, audita vobis faciam. g Cantate Dño canticum nouũ, h laus eius ab extremis terræ, i qui descenditis in mare k & plenitudo eius, l insulæ m & habitatores earũ. n Leuet desertum o & ciuitatea eius: p in domibus q habitabit Cedar: r Laudate s habitatores Petræ, t de vertice montiũ clamabunt. u Ponent Dño gloriam, x & laudem eius in insulis nunciabunt. y Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir † præliator a suscitabit b zelum:

al. † bellator.

i Qui descenditis in mare] supple, cantate Domino.]
k Et plenitudo eius,] id est, illæ creaturæ, quibus repletur mare, laudent Dominum.
l Insulæ] laudent.
m Et] pro, id est, habitatores earum laudent Dominum, vel cantate Domino. n Leuet desertum] vocem suam in laudibus Domini. *Andreas.* Ismaelitarum Gens desertum inhabitans alta voce cantate. Et quare? Quia
p In domibus] id est. in locis, vbi solebant esse domus Babyloniorum. q Habitabit Cedar] id est, filij Ismaelis, sicut dicitur *Gen.* 25. b. quòd Cedar fuit filius Ismaelis, qui quasi priùs vagabatur in deserto huc, atque illuc dispersus, in domibus habitabit.
r Laudate] Deum. s Habitatores Petræ] *Hai.* Petra in hoc loco nomen est ciuitatis in Palestina sitæ. t De vertice montium clamabunt] vt scilicet, meliùs audiantur.
u Ponent Domino gloriam] id est, statuent honorem Domino. x Et laudem eius in insulis nunciabunt] id est, habitatoribus insularum. Et quare cantare monuerit, & prædicta narrauerit, subdit: Quia propter hoc laudare monuit, quia Dominus capiet vindictam de Chaldæis. Vnde dicit: y Dominus sicut vir fortis] Dominus dicitur vir, vel homo, quia fecit hominem. Et dicit *Interl.* fortis, quia videbatur debilis. Sed hoc videtur falsum. Videri enim debilem nihil facit ad esse fortem. Præterea videtur glossare oppositum per oppositum. Solut. Fortis accipitur ibi pro effectu suo, scilicet, pro victorem esse. Et sic verum est. quòd Dominus per hoc citiùs & faciliùs Diabolum deuicit, quia in carne debilis apparebat.
z Egredietur sicut vir præliator] contra inimicos suos Chaldæos. Egredietur Dominus, dicit *Interl.* à misericordia opinione, non re. Sed contrà. *Super illud Mich.* 1. a. Egredietur Dominus de loco sancto suo, dicit *Glos.* de misericordia ad vindictam. Et hoc erit in re. Sol. Est misericordia iustificans, de qua Dominus egredietur in die iudicij. Et est misericordia relaxans, de qua in veritate non egredietur; sed tamen opinione damnatorum videbitur egredi.
a Suscitabit] per Cyrum.
b Zelum] id est. furorem suum, scilicet, vltionis in Chaldæus.

Mysticè. a Vociferantes in tenebris.] Vndè *Zach.* 9. c. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. a Ego Dominus, hoc est nomen meum.] Caueant ergo, qui hoc nomen præsumptuosè ambiunt, qui appetunt præesse, non Prodesse, & ab hominibus vocari Rabbi. b Gloriam meam alteri non dabo] Erubescant ergo inaniter gloriantes, qui cum vxore patris sui, i. cum gloria adulterium, imò incestum committunt, quod fugiens Ioseph, dormire, scilicet, cum vxore Domini sui, magis elegit recludi in carcere, quàm turpi adulterio maculari. *Gen.* 39. c. Vndè & Ruben primogenitus Iacob, quia cubile patris incestuosè ascendit, maledictus est, *Gen.* 49. a. d Et laudem meam sculptilibus] quia sunt opera manuum hominum, vt dicitur in *Psalm.* 113. e Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoque enuncio: antequam oriantur, audita vobis faciam.] Audiant illi, qui non timent futurum iudicium. Impletio enim prædictarum prophetiarum a Prophetis argumentum validum est impletionis aliarum. g Cantate Domino canticum nouum.] Canticum nouum cantatur per charitatem, sed vetus per cupiditatem. *Aug. sup. Psalm.* 95. *In Glos.* dicit: Vetus canticum cantat cupiditas: nouum verò charitas. Et *infr.* Melius est, vt nouus taceas, quam vetus cantes: quia si taceris auribus hominum, sonas in auribus Dei. Et *Aug. sup. Psal. penult.* Quisquis sequitur veterem animositatem, non nouam charitatem, nouum canticum non cantat. h Laus eius, &c.] id est, à pauperibus, non à diuitibus, 1. *Cor.* 1. d. Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia, & contempti bilia mundi elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. *Psalm.* 73. Pauper & inops laudabunt nomen tuum, i Qui descenditis in mare, id est, vos, qui sustinetis huius sæculi tempestates. Vel, Qui descenditis in mare, id est, humiliamini ad pœnitentiam.
k Et plenitudo eius] id est, omnes Sancti, qui repletis mundum bonis operibus, & conuersis fidelibus, laudate Deum, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. *Ecclesi.* 15. c. l Insulæ] id est, diuersæ Ecclesiæ, quæ inter fluctus persecutionum permanent, vt insulæ. m Et habitatores earum] id est, fideles Ecclesiarum, supple, laudent. n Leuet desertum] Gentilitatis conuersæ, vel claustri. Leuet, inquam, vocem suam, supple.
o Et ciuitates eius] id est, Ecclesiæ, vel diuersæ Religiones, quæ dicuntur ciuitates, id est, ciuium vnitates propter triplicem vnitatem, sensuum, voluntatum, possessionum. *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, & quotquot possessores agrorum erant, &c. Leuent vocem suam, id est, pro æternis Laudent Deum non pro terrenis.
p In domibus habitabit Cedar]Cedar interpretatur mœrens, & significat Religiosum, qui continuè debet lugere peccata sua, & aliena. Iste Cedar habitare debet in domibus, id est, claustris, non in aula Regum, vel Principum. Sed hodie Ioannes dimissa Eremo frequentat aulam Herodis, sed ibi occiditur, *Matth.* 11. a. Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. *Can.* 1. b. Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut Tabernaculum Cedar, sicut pelles Salomonis.
r Laudate habitatores Petræ.] Habitatores Petræ, cultores Christi sunt, qui in eo habitant per iugem meditationem, & fidem, & imitationem. Vndè *Iere.* 49. d. Habitate in Petra. De qua petra dicitur 1. *Cor.* 10. a. Petra autem erat Christus. *Cant.* 2. Columba mea in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ.
t De vertice montium clamabunt.] Ecce clamor Sanctorum de vertice montium, id est de cœlestibus est. sed terrenorum clamor de terra est. Vndè *supr.* 29. a. De terra vox tua, & de humo mutabit eloquium tuum. Et *Ioan.* 3. d. Qui de terra est, de terra loquitur. Vel vertex montium est Christus, *supr.* 2. a. Erat præparatus mons domus Domini in vertice montium Christus, de quo est omnis clamor Sanctorum.
u Ponent Domino gloriam] non sibi. Ponent autem gloriam, quasi fundamentum totius operis sui: quia totum, quod faciunt Sancti, ad honorem & gloriam Domini faciunt. 1. *Cor.* 10. g. Siue manducatis, siue bibitis, siue quid aliud facitis, omnia in gloriam Dei facite.
x Et laudem eius in insulis nunciabunt] id est, in Gentibus multis fluctibus amaritudinum, & vitiorum compressis, vel in Ecclesiis contra hæreticos, qui prædicant in cauernis. *Psalm.* 67. In Ecclesiis benedicite Deo Domino de fontibus Israel.
y Dominus sicut fortis egredietur.] Finito de aduentu primo, Propheta incipit de secundo. In primo ostendens misericordiam Domini, & reuocationem peccatorum. In secundo eius iustitiam, & fugationem eorum, & dicens: Dominus sicut fortis egredietur, in secundo aduentu, qui quasi debilis, & infirmus ingressus est mundum in primo: ideò dicit fortis, quia fortiter aget contra malos. *suprà* 33. b. Cognoscite, vicini, fortitudinem meam, conterriti sunt in Sion peccatores, tremor possedit Hypocritas.
z Sicut vir præliator suscitabit zelum,] vltionis in hostes. De quo *Prou.* 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die

A a Vociferabitur, &c.] Loquitur more hominum, qui io exercitibus contra hostes consueuerunt vociferari, & clamare. c Confortabitur] quia præualebit. d Tacui &c.] Hic mutat Propheta personam, & loquitur quasi in persona Domini ad Chaldæos, dicens: Tacui, semper silui, id est, videns destructioné populi mei per vos fieri, ô Chaldæi, dissimulaui, & ad modum tacentis me habui, quia non videbar de hoc curare. f Patiens fui] i. excessum, & superbiam vestram, ô Chaldæi, non statim vindicaui, sed

C

al. † parturiés.

al. † non habet excelsos.

al. † germen.

a vociferabitur & clamabit: b soper inimicos suos c confortabitur. d Tacui, e semper silui, f patiens fui, g sicut † pariens loquar. h Dissipabo, & absorbebo simul. k Desertos faciam montes † excelsos l & colles, m & omne † gramen eorum n exsiccabo: o Et ponam flumina io insulas, p & stagna arefaciam: q & † educam cæcos in viam, quam nesciunt: r in semitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam. s Ponam tenebras † eorum coram eis in t lucem, u & praua in † directa. x Hæc verba y feci eis, z & non dereliqui eos

al. † ducam.

al. non habet † eorũ.

al. † recta.

expectaui. Sed modo g Sicut pariens loquar,] id est, partum consilij mei, & ea, quæ cogitaueram, producam in lucem. *Haymo* dicit, quòd quædam litera habet, parturiens: sed melius dicitur, pariens, & sic est *in originali & in Septuaginta*. Et sic exponit ipse, sicut pariens loquar, quasi sicut mulier infantem, quem gestabat clausum, pariendo ostendit; ita dolorem, quem de excessibus vestris tegendo clausum in corde gerebam, ostendam.

h Dissipabo] consilia vestra, ô Chaldæi.

i Et absorbebo simul] id est, captiuari vos faciam omnes.

k Desertos faciam montes excelsos,] id est, montes magnos terræ Chaldæorum faciam desertos à suis munitionibus, ab habitatoribus & à fructibus.

l Et colles] minores montes, quasi dicat, totam terram destruam. Et non solùm destruam munitiones terræ, sed.

m Et omne gramen eorum, exsiccabo] id est, omne semen, quod in terra repertum fuerit, siccabo, ne fructum faciat. Vel sic. m Omne gramen eorum] id est, totam progeniem habitatorum terræ.

n Exsiccabo] ardore captiuitatis & occisionis.

o Et ponam flumina in insulas] id est, terram Chaldæorum aquis inundantibus subuertam.

p Et stagna arefaciam] ne inde possint pisces haberi, nec aqua. q Educam cæcos in viam, quam nesciunt] id est, Iudæos, qui diuturnitate & tenebrositate carcerum quasi excæcati sunt, in viam, quam nesciunt, ad literam, inducam. Vel viam, quam nesciunt, id est, viam, quam præ longitudine temporis obliuioni dederunt. Vel sic, Educam cæcos in viam, quam nesciunt, id est, Chaldæos in tam remotas partes à terra sua eiiciam, quòd quasi cæci ambulabunt in terris illis, nescientes aliquid de viis illius terræ. Vel sic, Educam cæcos in viam, quam nesciunt: id est, Chaldæos in captiuitatem bendatis oculis emittam: & sicut cæci erunt, quia bendatis oculis videre non poterunt. r In semitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam.] Hoc planum est secundùm priorem expositionem, tam de Chaldæis, quàm etiam de Iudæis: quia meliùs concordat sequens litera, cùm dicit: s Ponam tenebras eorum coram eis] id est, coram Iudæis. t Io lucem] id est, pro tenebris, quas habuerunt in carcere, ponam eos in claritatem diei. u Et praua in directa] id est, vias, quæ priùs erant malæ, & asperæ, planas faciam, & directas. x Hæc verba feci eis] id est, faciam Chaldæis.

z Et non dereliqui eos, &c.] incorrectos & impunitos.

A u Conuersi

Aliter. Vel secundũ quod exponitur de Iudæis. x Hæc verba] quæ prædicta sunt y Feci eis] i. faciam valdè citò, quasi nõ futura promitto, sed promissa iam reddo. z Et non dereliqui eos] sine auxilio etiam io captiuitate sua. Sed ipsi

A u Conuersi

Mysticè. ⊖ Vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. a Vociferabitur & clamabit] cum peccatoribus disceptando. *Ioël.* 3. a. Congregabo omnes Gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo ibi cum eis, improperans eis opera misericordiæ, quæ neglexerunt, *Matth.* 25. d. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Non ore vociferando, sed clamabit sententiam proferendo. Ite maledicti in ignem æternum, *Matth.* 25. d. *Iob*, 37. a. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter. b Super inimicos suos confortabitur] fugans eos in profundum inferni, & in tabernaculis fiduciæ collucens. *supr.* 32. d. Deinde Propheta, quasi ex persona Domini loquitur peccatoribus, dicens:

d Tacui] id est, expectaui, ô vos peccatores, vt cessaretis à peccato in iouentute.

e Semper silui] expectans saltem, quod vos faceretis pœnitentiam in virili ætate. f Patiens fui] expectans ad vltimum conuersionem vestram in senectute. Sed ex quo non conuertimini.

g Sicut pariens loquar] id est, quasi dolens, & turbatus, sententiam in vos proferens condemnationis æternæ. Vndè *sup.* 1. f. Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. De hac expectatione dicitur *supr.* 30. d. Expectat Dominus, vt misereatur vestri.

h Dissipabo] consilia impiorum, & colligationes eorum.

i Et absorbebo simul] corpora eorum, & animas in pœna. *Iob.* 5. c. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & consilia prauorum dissipat.

k Desertores faciam montes excelsos & colles,] id est, superbiam maiorum, & minorum destruam omnino. *Iob.* 40. b. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo.

m Et omne gramen eorum exsiccabo, id est, omnes cogitationes eorum annihilabo. *Psalm.* 145. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam, &c. Enumeratis autem pœnis impiorum, enumerat Propheta Præmia beatorum, dicens:

o Et ponam flumina in insulas] insulæ, sunt Iusti, qui hic fluctibus multiplicium persecutionum premuntur, mari vndique circundante, id est, natione praua, & peruersa: manentes tamen firmi, & immobiles in operibus bonis. Isti sunt insulæ steriles in præsenti a fructibus temporalium. Vnde *Iob.* 7. a. Sicut mercenarius præstolatur finem operis sui; sic ego habui menses vacuos. Super quos Dominus in futuro flumina gratiarum, & sapientiæ, imò & pacis omnimodæ declinabit. Vnde *infr.* 66. d. Declinabo super eam quasi flumen pacis, &c. de Ierusalem dicitur.

p Et stagna arefaciam.] per stagnum, quod est aqua stans, quæ est de ripa in ripam fluit; semper tamen intra suum alueum commoratur, significatur mundi prosperitas, quæ stare multis videtur. Quæ quidem etsi fluat de persona in personam; nunquam tamen alueum mundi egreditur. Hoc autem stagnum Dominus arefacit, quando diuitem aliquem de medio tollit. Vnde *Psalm.* 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: Ecce stagnum. Et transiui, & ecce non erat: Ecce arefactio. Et *Iob. quinto.* a. Vidi stultum firma radice: Ecce stagnum. Et maledixi pulchritudini eius statim: Ecce arefactio.

q Et educam cæcos in viam, quam nesciunt.] Cæci sunt peccatores temporalibus voluptatibus cæcati, quos tunc ducit Dominus in viam, quam nesciunt, quando eos in viam mandatorum Dei per pœnitentiam conuertit. Isti cæci sunt omnes, qui mundum istum tenebrosum inhabitant, excæcati quidem in iusto carcere tenebroso: de quibus *Psal.* 106. Errauerunt in solitudine in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Et *infr.* Et deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis.

r In semitis, quas ignorauerunt, ambulare eos faciam.] Hic profectus pœnitentium ostenditur. Primò ducit Dominus pœnitentes in viam mandatorum; deinde ambulare facit in semitis consiliorum. *Prou.* 4. b. Viam scientiæ monstrabo tibi: ducam te per semitas æquitatis.

s Ponam tenebras eorum coram eis in lucem] id est, pro obscuritate viæ, dabo eis claritatem patriæ. Cùm enim venerit, quod perfectum est: euacuabitur, quod ex parte est. 1. *Cor.* 13. c. Per contrarium autem dicitur malis, *Amos.* 8. c. Tenebrescere faciam terram, id est, terrenos in die luminis. u Et praua in directa.] Tunc ponet Dominus praua in directa, quando memoriam peccatorum non ad confusionem, sed ad gloriam adducet. Vndè *Ezech.* 32. c. Omnia flumina Ægypti, quasi oleum adducam. Vel praua in directa ponet: quia praua corda peccatorum recta faciet. x Hæc verba feci eis] id est, faciam.

z Et non dereliqui eos] quos tamen videbar tribulationibus, & persecutionibus expositos reliquisse. *inf.* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis meæ abscondi faciem meam parumper à te.

⊖ a conuersi

Δ a Conuersi sunt retrorsum,] id est, ad peccatum idololatriæ conuersi sunt petentes ab idolis suis.

Aliter. a A Conuersi sunt retrorsum] à me ad idola, dum essent in terra sua, vel in captiuitate Babylonica. Et ideò b Confundantur] dicit Propheta, vel Dominus. c Confusione] id est, valde confundantur, vt accipiatur prædictum, non imprecatiuè. Vel hoc etiam potest dicere Propheta imprecatiuè voluntatem suam voluntati Domini conformando.

D d Qui confidunt in sculptili,] siue Iudæi, siue Chaldæi. e Qui dicunt conflatili] i. idolis conflatis ex metallo, vt accipiatur singulare pro plurali, dicunt, inquam, conflati. f Vos Dij nostri,] qui tamen sunt idola vana & fluxa.

a Conuersi sunt retrorsum. b Confundantur c confusione, qui d confidunt in sculptili, e qui dicunt conflatili: f vos Dij nostri g Surdi h audite i & cæci intuemini ad videndum. k Quis cæcus, nisi seruus meus? l surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? m Quis cæcus, nisi qui venũdatus est? n & quis cæcus, nisi seruus Domini? o Qui vides multa, p nonne custodies? q Qui apertas habes aures, r nonne audies? f Et Dominus voluit, vt s sanctificaret eum: u & magnificaret legem x & extolleret, y ipse autẽ popul' z direptus a & vastatus: b Laqueus iuuenũ omnes, c & in domibus carcerũ absconditi sunt:

Tertia pars. g Surdi audite.] Tertia pars, in qua prædicta reuersione Iudæorum de captiuitate Babylonica, sicut pater corrigens filios increpat eos de peccatis præteritis, quæ fecerunt, dicens: Surdi, audite. Dupliciter autem surdi Iudæi, quia idololatrando non intelligebant se errare, saltem ratione naturali: & quia Prophetas eos reuocantes non audiebant.

h Audite] me & Prophetas monentes, vt idola dimittatis & soli Deo adhæreatis.

i Et cæci intuemini ad videndum] id est, vos Iudæi, qui estis quasi cæci ad videndum, non videntes nec aduertentes quid bonum, & quid malum, aspicite, & laborate, vt videatis clarè quid bonum, & quid malum. Et quia superiùs tam de Gentibus, quàm de Iudæis communiter locutus fuerat, ne fortè putaretur, quòd nunc de Gentibus loqueretur, vocando eos cæcos, exponit se dicens:

k Quis cæcus, nisi seruus meus?] id est, nisi Israel, qui priùs seruiuit Deo. l Et] quis surdus nisi ad quem nuncios meos misi, id est, Prophetas meos.

m Quis cæcus, nisi qui venundatus est?] id est, nisi Israel, qui captiuus ductus est, sicut si esset venundatus?

n Et quis cæcus, nisi seruus Domini?] id est, nisi Israel, qui priùs seruiuit Domino.

o Qui vides multa] id est, qui inspicis legem & Prophetas. p Nonne custodies] præcepta Domini, quæ continentur in illis? q Qui apertas habes aures] corporis.

r Nonne audies] id est, nonne audiens obedies? quasi dicat, tu deberes audire; sed non facis hæc prædicta.

f Et tamen Dominus voluit] licet Israel non meruerit. Voluit, inquam. s Vt sanctificaret eum] id est, populum mundaret à peccato, eum eiiciendo, vel à captiuitate reducendo, in qua erat quasi pollutus Gentium cohabitatione.

u Et voluit, vt magnificaret legem, eam seruando. Vel vt Dominus magnificaret legem, eam seruari faciendo.

x Et extolleret] legem populus, vel Dominus tanquam ad terram iacentem propter populi contemptum.

y Ipse autem populus] quia inobediens fuit. z Direptus] est, id est, in aduersas mundi partes raptus ab hostibus.

a Et vastatus) quoad substantiam suam & multorum etiam corpora, qui interfecti sunt.

b Laqueus iuuenum omnes,] id est, cunctæ Gentes sunt, quasi laqueus ad capiendos Iudæos: quia ferè ab omnibus nationibus vastatæ sunt. Laqueus iuuenum omnes, id est, omnes maiores & seniores exemplum malum iuuenibus sunt, & occasio, quare capiuntur.

c Et in domibus carcerum absconditi sunt,) id est, in carceribus, quos habent pro domibus, reclusi sunt Iudæi.

Δ a facti sunt

Mysticè. Θ a Conuersi sunt retrorsum] per pœnitentiam, vertentes terga peccato. Vnde *Thren.* 1. Expandit rete pedibus meis scilicet, ne plus effluerem in peccatum, conuertit me retrorsum. Vel de malis potest intelligi, secundum quòd dicitur *Ierem.* 7. c. Facti sunt retrorsum, & non in antè. b Confundantur confusione, qui confidunt in sculptili: qui dicunt conflatili: vos Dij nostri.] Hoc contra auaros, qui adorant denarium; quasi Deum: & contra adulatores qui adorant, & venerantur Prælatos inutiles, quasi Deos. De quibus *Psal.* 96. Confundantur omnes, qui adorant sculptibilia, & qui gloriantur in simulacris suis. *Moraliter.*

g Surdi audite] si surditas hæc naturalis esset, frustrà diceretur, audite; sed in hoc, quod dicitur, audite, ostenditur, quòd surditas ista voluntaria est. Vnde *Psalm.* 35. Noluit intelligere, vt benè ageret. *Quadruplex cæcitas spiritualis.*

i Et cæci intuemini ad videndum.] Multi enim cæci sunt, non quia oculos non habeant; sed quia inde non intuentur, quod debent, vt illi qui apertum habent solum sinistrum oculum, tantum temporalia respicientes. de quibus dicitur *Matth.* 11. a. Cæci vident. Cæci in spiritualibus, vident in temporalibus. Et nota, quòd est quadruplex cæcitas spiritualis, & quadruplex corporalis. Est enim cæcitas spiritualis infidelitas, *sup.* 6. c. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Item inobedientia. Vnde per contrarium. *Psalm.* 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos, supple facientibus. Item inuidia. Vnde *Roman.* 11. c. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret. Item ignorantia. *Ioan.* 9. c. Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Item est cæcitas corporalis à natura, vt in cæco nato. *Ioan.* 9. a Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Ex senio, vt in Isaac. *Genes.* 27. a. Senuit autem Isaac: & caligauerunt oculi eius: & videre non poterat. Item ex morbo, siue ex accidenti. *Tob.* 2. b. de Tobia, qui ex stercoribus hirundinum excæcatus est. Item ex aurisia, vel acrisia, *Gen.* 19. c. de Angelis quos hospitauerat Loth, dicitur: Clauserunt ostium, & eos, qui erant foris, percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum, *2. q. 7. c. Paulus dicit.* *Quadruplex cæcitas corporalis.*

k Quis cæcus, nisi seruus, meus, & surdus nisi ad quem nuncios meos misi?] Hic redarguuntur Clerici de cæcitate, & laici de surditate Serui enim Domini propriè dicuntur Clerici, quos decimis & primitiis, & oblationibus quasi pretio conduxit. Isti redarguuntur de cæcitate, quia legentes sapientiam, illum, qui vera est sapientia, non vident. *Ieremia.* 2. b. Tenentes legem nescierunt me. Laici autem de surditate arguuntur, præceptis Dei, & sermonibus Prædicatorum malè obediunt, *inf.* 53. a. Domine, quis credidit auditui nostro?

m Quis cæcus, nisi qui venundatus est] peccato? Magna enim cæcitas est pro voluptate transitoria amittere gaudia æterna, *infrà* 52. a. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini.

n Et quis cæcus, nisi seruus Domini?] id est, nisi Clerici, qui soli cæci sunt Cæcus enim est, qui aptus natus est videre, non videns: & ipsi soli ad videndum Deum in scripturis positi sunt; cum tamen non vident.

o Qui vides multa, nonne custodies?] Non enim audire, vel videre, beatum facit, sed custodire. Vnde *Luc.* 11. b. Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Et *Ioan.* 13. b. Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea *Roman.* 2. b. Non auditores legis, sed factores iustificabuntur apud Deum.

q Qui apertas habes aures, nonne audies?] *Ezech.* 3. g. Qui audit; audiat, id est, qui habet aures audiendi, audiat, vt dicitur *Luc.* 8. a. Primum dicitur Clericis, secundum laicis. Vel. q Qui apertas habes aures] ad detractiones & adulationes. r Nonne audies) correctiones & increpationes.

f Et Dominus voluit, vt sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret.] Ecce voluntas Domini, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. *Timoth.* 2. b. Hæc est enim voluntas Domini, vt sanctificet populum, eum terrena contemnere faciendo, & magnificet cœlestia desideria inspirando: & tandem extollat in gloria æterna præmia tribuendo, 1. *Thessal.* 4. a. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra.

y Ipse autem populus direptus est, &c.) multitudine curarum.

a Et vastatus) magnitudine culparum, *Osea.* 10. a. Diuisum est cor eorum: nunc interibunt.

b Laqueus iuuenum omnes, &c.) Hoc potest dici de Prælatis, qui laquei sunt iuuenum per malum exemplum Vnde *Osea* 5. a. Laquei facti estis speculationi. Et *Sapien.* 14. b. Creaturæ Dei, i. Prælati & Clerici, quos specialiter Dominus ad opus suum creauerat, factæ sunt in odium, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. c Et in domibus carcerum absconditi, *De Prælatis.*

A a Facti sunt in rapinam] hostium. b Nec est, qui eruat, i eos de captiuitate: quia omnes captiuati sunt, nec est Propheta, nec dux, qui pugnet pro eis, vel intercedat pro ipsis ad Dominum. c In direptionem hostium diuersorum facti sunt, supple. d Nec est, qui dicat redde, id est, non est, qui repetat eos, sicut repetitur homo à Domino suo, quando captus est pro aliquo delicto.

e Quis est in vobis qui audiat hoc?] quasi dicat saltem pauci audiant.

al. † *ipse, cui peccauimus.*

f Attendat] præterita.

g Et auscultet futura] similia, quæ euentura sunt, nisi cessetis à peccato.

a facti sunt in rapinam, b nec est, qui eruat: c in direptionem, d nec est, qui dicat redde. Quis e est in vobis, qui audiat hoc, f attendat, & g auscultet futura? h Quis dedit in direptionem i Iacob, k Israel l vastantibus? m Nonne Dominus † n ipse est, cui peccauerunt, o & p noluerunt in viis eius ambulare, q & non audierunt legem eius? r Et effudit super eum s indignationem furoris sui, t & forte bellum, u & combussit eum x in circuitu, y & non cognouit: z & succendit eum a & non intellexit.

h Quis dedit in direptionem] hostium multorum, i Iacob] duas Tribus. k Et Israel,] decem Tribus.

l Vastantibus] Chaldæis & alijs?

m Nonne Dominus?] quasi Dominus fecit hoc, nec credatis, quod hoc sit factum hostium virtute, sed peccatis vestris. Sed ne fortè possent Iudæi dicere, quod Dominus iniustè fecisset eis prædicta, ostendit, quòd non, dicens.

n Ipse est, cui peccauerunt,] & ideò potuit & debuit eos exponere inimicis. o Et] id est, quia.

p Noluerunt in viis eius ambulare, id est, præcepta eius custodire. q Et non audierunt legem eius] id est, præcepta legis eius non custodierunt. r Et effudit super eum indignationem furoris sui,] id est, abundanter vindictam suam in eos quasi ex furore, & indignationem exercuit.

t Et forte bellum,] id est, pugnam aduersariorum fortium, quibus non potuerunt resistere, immisit in eos. u Et combussit eum,] populum Iudaicum, Dominus, scilicet, vel bellum hostium. x In circuitu] id est, vniuersaliter igne captiuitatis incendit. Vel sic, Combussit eum in circuitu, id est, omnes ferè ciuitates, quæ sunt in circuitu totius Iudææ, combussit ad literam, Dominus, vel bellum hostium. Dominus permittendo, vel etiam inspirando; hostes ignem accedendo, ad literam. y Et non cognouit; populus Dominum, vel causam quare sic afflictus est. z Et succendit eum,] id est, ciuitates eius. a Et non intellexit] se iustè esse punitum.

Moraliter. a facti sunt in rapinam, nec est, qui eruat.] Domus carcerum sunt aulæ cauiarum vbi ad literam carceres sunt in quibus Prælati ad rapinam absconduntur, dum per versutias bursas subditorum pauperum emungunt, *sup.* 3. c. Vos depasti estis vineam meam: & rapina pauperis in domo vestra.

b Nec est, qui eruat] quia nullus est hodie Pastor, licèt multa sint idola portantia bacula, vt Pastores. *Prouerb.* 24. b Erue eos, qui ducuntur ad mortem: & eos, qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses.

c In direptionem] sunt tres pauperum, supple.

d Nec est, qui dicat: redde quia nullus audet hodie redarguere Prælatos de peccatis & exactionibus eorum.

e Quis est in vobis, qui audiat hoc,] Nullus est hodie, qui audiat mala Prælatorum ad vindicandum; sed multi ad adulandum, multi ad detrahendum: Tamen si quis est,

f Attendat, & auscultet futura] in die iudicij.

h Quis dedit in direptionem Iacob & Israel vastantibus?] Hoc posset dici Christianis, quando superantur in bello, quod sæpè fit propter peccata eorum, non propter fortitudinem inimicorum. Vnde hic additur.

m Nonne Dominus?] quasi dicat, sic.

n Ipse est cui peccauerunt] & ideò iustè eos potest hostibus tradere. q Et noluerunt in viis eius ambulare.] Hoc verum est ad literam. Multi enim Christiani in exercitibus contra infideles peruersè conuersantur.

q Et non audierunt legem eius.] Ad literam, sermones, & Missas; sed comessationibus tota die student. *Prou.* 28. b. Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. r Et] ideò effudit super eum, id est, super talem exercitum. s Indignationem furoris sui.] Hoc fit, quando permittit occidi eos, & captiuari, Quod quidem Dominus facere dicitur: quia non defendit, cùm posset.

t Et forte bellum,] supple, immittit. u Et combussit eum in circuitu.] Ad literam, castra, vel ciuitates eorum, *sup.* 1. b. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ sunt igni. y Et non cognouit] hoc, factum propter peccata sua. z Et succendit eum, & non intellexit,] ad literam, vt priùs.

EXPOSITIO CAP. XLIII.

ET non hæc dicit Dominus creans te, Iacob: & formans te, Israel.] Quia Iudæis sæpè hic, & alibi comminata erat captiuitas, ne fortè per hoc turbarentur: ideò hic in solatium promittitur liberatio. Et diuiditur capitulum istud in quatuor partes. In prima Iudæis liberatio promittitur. In secunda reprobat Dominus idola Gentiû, quæ hoc nô possent facere, nec futura prædicere, *ibi*: Quis in vobis annunciet istud. In tertia ostenditur, quòd Dominus hoc facere potest, *ibi*: Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam. Sed ne fortè Iudæi de promissione huius liberationis superbirent: ideò ostenditur in quarta parte, quòd Dominus non propter merita eorum hoc faciet, sed sola misericordia sua, *ibi*: Non me inuocasti, Iacob. Dicit ergo. A

CAP. XLIII.

ET b nunc hæc dicit Dominus, creans te, Iacob, c & formans te, Israel: d Noli timere, quia redemi te, e & vocaui te f nomine

b Et nunc hæc dicit Dominus, creans te Iacob,] id est, in creatione tua vocans te Iacob.

c Et formans te Israel,] id est, in tua formatione, & sublimatione tua, vocans te Israel, vel quando Angelo præualuisti, *Genes.* 32. f. Vel sic.

b Hæc dicit Dominus, creans te, Iacob,] id est, te, ô popule Iudæorum, id est, de non esse ad esse adducens: te de seruitute Ægyptiorum educens, *Exod.* 15. quæ fuit quædam creatio.

c Et formans te, Israel,] id est, de bono in melius producens, quando legem tibi dedi, *Exod.* 20. Et in terram promissionis introduxit, *Iosue* 14.

d Noli timere, quia redemi te,) *Andreas*, de seruitute Babylonis, vel redimam te de captiuitate Babylonis.

e Et vocaui te] in Sina, vt præcepta mea atque iudicia tibi darem. Vel vocabo te de captiuitate Babylonica reuersum.

f Nomine tuo] quasi familiarem & notum. Vel hoc dicitur: quia hoc nomen imposuit ei Dominus, quãdo luctatus

Δ est cum

Mysticè. b Et nunc hæc dicit Dominus, creans te Iacob,] id est, actiuum.

c Et formans te Israel,] id est, contemplatiuum. Et nota ordinem. Priùs enim oportet esse Iacob, id est, luctatorem, & actiuum, quam Israel, id est, contemplatorem, & videntem Deum. Vnde Iacob priùs data est Lia in vxorem & postea Rachel, *Genes. vigesimonono* e. Contra multos, qui statim, ex quo dimiserunt mundum, & intrauerunt claustrum, volunt fieri contemplatiui. Contra quos etiam dicit Paulus *Galat.* 1. qui postquam Iudaismum dimiserat, non statim ascendit Ierosolymam, nec iuit ad prædecessores suos Apostolos. In quo notatur, quòd homo non statim potest esse in contemplatione; sed oportet, quod priùs se exerceat in actione. Item in hoc, quod dicitur: Creans te Iacob, & reformans te Israel, ostenditur, quòd citò potest homo ad actionem intrare; sed ante contemplationem oportet eum multum desudare. Creatio enim subita est, formatio autem non subita.

d Noli timere,] dicitur Iusto, quia redemi te: Magna consolatio est nobis, quod redempti sumus sanguine filij. Nec enim versimile est, quòd prudens mercator, & nullo indigens vellet amittere, vel dare pro modico rem, quam magno pretio comparauit. Nos autem redempti sumus non auro, vel argento, aut lapidibus pretiosis, sed pretioso sanguine agni immaculati Iesu Christi, 1. *Petri* 1. d. & 1. *Corinth.* 6. d. Empti enim estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro.

e Et vocauit te nomine tuo, &c.] Bonos vocat Dominus ex nomine, quasi familiares, & notos. Vnde *Exodi trigesimotertio* d. dicitur ad Moysen: Noui te ipsum ex nomine. Et *trigesimoprimo*, d. Vocaui te nomine Beseleel filium Hur. Sed malos nouit. Vnde *Matthæi vigesimoquinto* 2. Amen dico vobis, nescio vos. *Luca.* 16. c. Lazarus nominatur, diues

⊕ sine no-

a est cum Angelo, *Genes.* 32. f. Seruus meus es tu. a Cùm transieris per aquas, tecum ero] futurum pro præterito, id est, quando transiuisti per mare in exitu de Ægypto, tecum fui. *Exod.* 14.

tuo: meus es tu. a Cùm transieris per aquas tecum ero, b & flumina non operient te. c Cùm ambulaueris in igne, non combureris, d & flamma non ardebit in te: e quia ego Dominus f Deus g tuus h sanctus Israël i Saluator tuus, k dedi propitiationem tuã Ægyptum, Æthiopiam, & Saba pro te. l Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, m & gloriosus: n ego dilexi te, o & dabo p homines q pro te, r & populos pro s anima tua. t Noli timere, u quia ego tecum sum: x ab Oriente adducam semen tuum, y & ab Occidente congregabo te. z Dicã Aquiloni: da; & a Austro: noli prohibere:

b Et flumina non operient te) id est, non operuerunt, sed erant eis aquæ pro muro a dextris, & à sinistris, vt dicitur *Exod.* 14. e. c Cùm ambulaueris in igne, non combureris] id est, cùm esses in medio ignis, quando Dathan, & Abiron perierũt, non es cóbustus, *Num.* 15. e. d Et flamma non ardebit in te] id est, non arsit tunc quoad bonos, de malis enim multi combusti sunt. Vel per aquas, vt dicit, *Gloss.* intelliguntur Ægyptij pro magnitudine & inundatione Nili. Per flumina, Chaldæi, quia apud eos sunt flumina multa. Per ignem, Macedones, quia crudeles sunt & igniti. Per flammam, quæ omnia consumit, Romani quasi dicat Dominus, noli timere omnes istos populos: quia ego de omnibus te liberabo. Quod autem hic dicit *Gloss.* quòd Macedones crudeles fuerunt & igniti, intelligendum est quoad Antiochum Epiphanem, qui tot mala fecit Iudæis, quantum ad Alexandrum ... fuerunt mites.

e Quia ego Dominus] qui possum tibi facere, quod promitto.

f Deus qui scio. g Tuus] qui volo.

h Sanctus Israel] id est, sanctificans Israel, & emundans ab omni miseria.

i Saluator tuus] in omni captiuitate te protegens, & inde educens.

k Dedi, &c.] quasi ego propter te propitius ero prædictis regionibus, in quibus aliquando conuersatus es. Vel sic: Dedi propitiationem tuam] quasi dicat, noli modò diffidere, quia olim vt essem etiam propitius, ego destruxi Ægyptios, Æthyopes, & Sabæos. Vel ponitur ibi præteritum pro futuro. Et est sensus. Noli timere, quia ego dedi, id est, dabo, si opus est, propitiationẽ tuam, id est, pro propitiatione tua, Ægyptum, Æthiopiam, & Saba pro te, quasi ego volo ita propitius esse tibi, quòd priùs volo destruere Gentes istas, quam tu habeas malum. Et hoc est, quod sequitur.

l Ex quo honorabilis factus es in oculis meis] legem meam suscipiendo.

m Et gloriosus] eam seruando. n Ego dilexi te;] specialiter super omnem Gentem.

o Et dabo homines pro te, & populos pro anima tua] quasi omnes alios dabo pro salute tua, sicut dicitur vulgaritèr.

t Noli timere) etiam in captiuitate. u Quia ego tecum sum,] non permittens te consumi, licet affligi.

x Ab oriente adducam semen tuum) id est, filios tuos.

y Et ab occidente congregabo te, &c.) id est, dispersos ex te. z Dicam Aquiloni: da, &c. captiuos populi mei, quos tenes. a Et Austro: noli prohibere) reditum captiuis, qui in te sunt quasi dicat Dominus, filios Israël in omnibus partibus mundi dispersos, reducam ad terram

Mysticè. ⊖ sine nomine. a Cùm transieris per aquas, tecum ero: & flumina non operient te. Cùm ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. Per hoc, sicut dicit *Gloss.* innumera Apostolorum, & aliorum Prædicatorum tormenta significantur in quibus omnibus Dominus seruat suos. *Gen.* 28. c. Ego ero custos tuus, quocunque perrexeris. Et in *Psal.* 90. Angelis suis mandauit de te, &c. Item. *Psal.* 65. Transiuimus per ignem & aquam &c. Specialiter tamen possumus dicere, quod per aquas significatur tentatio leuis, & aperta. Per flumina, quæ profundiora sunt, & tamen defluentia, tentatio leuis, & occulta. Per ignem, qui lucet, tentatio grauis & aperta. Per flammam, quæ acerbior est, tentatio grauis, & occulta. In omnibus enim Dominus custodit suos. Vnde *Psal.* 90. Non timebis à timore nocturno, Ecce secundum. A sagitta volante in die. Ecce primum. A negotio perambulante in tenebris, Ecce tertium. Ab incursu, & Dæmonio meridiano, Ecce quartum. De Beato Laurentio ad literam verum est: quoniam in igne non fuit combustus in anima, licet sit combustus in corpore, *Matth.* 8. d. Qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram: & descendit pluuia, & flauerunt venti, & venerunt flumina, & irruerunt in domum illam: & non cecidit, fundata enim erat supra firmam Petram.

e Quia ego Dominus] qui seruare te queo.

f Deus tuus] qui scio.

h Sanctus Israel] quasi sine inuidia & malitia, qui volo.

i Saluator tuus, &c.] vt notet Saluator habitum, quasi qui hoc facere consueui.

k Dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, & Saba pro te.] Per hos intelliguntur vniuersi peccatores, qui tradentur in iudicio pro Iustis vnde *Prou.* 11. b. Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. Et 21. e Pro Iusto dabitur impius & pro recto iniquus. Vel per Ægyptum, quæ interpretatur mœror, intelliguntur Tyranni, qui semper sunt in mœrore, & angustia cordis, quomodo possint alios cruciare. Per Æthiopiam, quæ interpretatur caligo, intelliguntur vsurarij, qui semper obscuritatem desiderant propter denarios suos computandos & abscondendos. Per Saba, quæ interpretatur clamor vel eloquentia, Aduocati. Hæc tria genera hominum tradet Dominus pro pauperibus, quos spoliauerunt, & afflixerunt. Vnde Sapientiæ 5. a. Stabunt Iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum, *suprà* 33. a. Væ qui prædaris: nonne & ipse prædaberis? *Abacuch* 2. b. Quia tu spoliasti Gentes multas, spoliabunt te omnes, qui reliqui fuerint. *Sup. 41. a*

l Ex quo honorabilis factus es in oculis meis] per honestam conuersationem.

m Et gloriosus] per conscientiæ puritatem, quæ est gloria nostra, vt dicitur 2. *Cor.* 1. c.

n Ego dilexi te.) Hæc enim duo sunt causa, quare Deus diligat hominem. Vnde *Cantic.* 1. d. Ecce tu pulchra es, amica mea, ecce tu pulchra: quasi dicat, pulchra interius, & pulchra exteriùs, & ideò amica.

o Et dabo homines pro te, & populos pro anima tua.] Hoc est *suprà* expositum. Vel, o Dabo] Ecclesiæ.

p Homines] Apostolos,

q Pro te] erudiendo.

r Et populos] cæteros Prædicatores.

s Pro anima tua) liberando. Illos enim misit in mundum pro animabus saluandis, non pro diuitijs, vel honoribus acquirendis, *suprà* 13. d. Suscitabo super vos viros, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient.

t Noli timere, quia ego tecum sum] vt Ductor tuus, vt adiutor, exhilarator.

x Ab Oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni: da, & Austro: noli prohibere.] Hoc dicitur Ecclesiæ, cuius filij congregati sunt ab omnibus partibus mundi, *suprà* 11. c. Congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget a quatuor plagis terræ. *Ierem.* 31. b. Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ.

Notabile est autem quod dicitur Aquiloni: da? Austro autem: noli prohibere. Per Aquilonem designatur aduersitas, quæ multos conuertit ad Dominum, & intrare cœlum compellit. Vnde *Exodi* 12. e legitur, quòd Ægyptij vrgebant filios Israel recedere de Ægypto, & ire in desertum. Vbi dicit *Gregorius*: Dum tot mala mundus ingeminat, quid aliud, nisi vt fugiatur, clamat? *suprà* 26. c. Domine in angustia requisierunt te. Auster autem est prosperitas, cui non dicitur: da, sed saltem: noli prohibere prosperitas enim non multos conuertit ad Deum, sed auertit, *suprà vigesimosexto* b. Misereamur impio, & non discet iustitiam. *Deuteronom. trigesimosecundo* 32. b. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, & dilatatus. Et statim sequitur. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo Salutari suo. *Prouerbiorum* 1. d. Prosperitas stultorum perdet eos.

Mysticè autem, vt sicut *Gregorius*, Aquiloni dicitur: da, cum offerre Deo suæ fidei munus Gentilitas imperatur: Austro autem iubetur, ne prohibeat, quia Hæbræis in lege *Mysticè.*

⊖ confiden-

A terram suam. *a* Affer filios meos de longinquo] ô Aquilo, vel Auster, id est, vos, qui manetis in illis partibus afferte, id est, iuuate afferri filios meos, id est, Iudæos, vt redeant ad terram suã. *b* Et filias meas ab extremis terræ] id est, a quatuor partibus mundi. *c* Et omnem, qui inuocat nomen meũ]

a Affer filios meos de longinquo, *b* & filias meas ab extremis terræ. *c* Et omnem, qui inuocat nomen meum, *d* in gloriam meã *e* creaui eum, *f* formaui eum, *g* & feci eum. *h* Educ *i* foras *k* populum cæcum, *l* & oculos habentem: *m* surdum, & aures ei sunt. *n* Omnes Gentes congregatæ sũt simul, *o* & collectæ sunt Tribus: *p* quis in vobis *q* annunciet istud, *r* & quæ prima sunt, *s* audire vos faciet? *t* Dent testes *u* eorum, & *x* iustificentur, *y* & audiant, *z* & dicant: *a* Verè vos testes mei, dicit Dominus, *b* & seruus meus, *c* quem elegi:

afferam, vel afferte de carcere, & reducant, vel reducite. *d* In gloriam meam] id est, in terram promissionis, vbi est templum meũ & cultus, in quo est gloria mea. Vel sic. Afferam, id est, reducam ad terram promissionis, omnẽ, qui inuocat nomen meũ: & hoc faciam. *d* In gloriam meam] i. ad honorem meum Vel sic. Reducam omnem, qui inuocat nomen ad gloriam meam, hoc est, verè non fictè. Vel sic. *d* In gloriam meam creaui eum] id est, populum in animæ creatione.

f Formaui eum in corporis dispositione. *g* Et feci eum] in animæ & corporis coniunctione. Vel sic. *e* Creaui eum] id est, quasi de nihilo feci aliquid in liberatione de Ægypto.

f Formaui eum] in legis datione.

g Et feci eum] in terra promissionis stabiliendo. Vel potest esse locutio, non de populo, sed de Cyro. Quoniam enim Dominus liberationem Iudæis promisit, statim subdit, per quem fiet liberatio illa, quoniam per Cyrum, dicens.

e Creaui eum] id est, Cyrum qui hanc liberationem faciet: Creaui eum, id est, creabo in sua natiuitate.

f Formaui eum] id est, formabo in sua educatione.

g Et feci eum] id est, faciam in regni collocatione. Deinde conuertit sermonem ad Cyrum, dicens: *h* Educ] ô Cyre. *i* Foras] de carceribus. *k* Populum cæcum] secundum Gentium reputationem. *l* Et oculos habentem] secundum veritatem. Vel.

k Populum cæcum] oculis mentis. *l* Et oculos habentem] scilicet, corporis. Vel populus Iudaicus dicitur cæcus; quia propter obscuritatem carcerum; in quibus habitabat, non videbat; tamen oculos habebat.

m Surdum, & aures ei sunt] similiter tripliciter, vt priùs. Vel populum cæcum vocat Propheta idola cæca, & surda, quæ aures habent, & non audiunt: oculos habent, & nõ vident. Præcipitur ergo Cyro, vt idola eiciat de templis, vt consulant ea Gentes, si liberari poterunt de manu Cyri. Vnde sequitur. *n* Omnes Gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt Tribus] quasi dicat, congregentur Gentes omnes ad audiendum idolorum responsa. Vel.

n Omnes Gentes congregatæ sunt simul,] id est, congregabuntur.

o Et collectæ sunt Tribus] in auxilium Cyri contra Chaldæos.

p Quis in vobis] Dij Gentium.

q Annunciet istud] quod dico.

r Et quæ prima sunt] id est, præterita.

s Audire vos faciet?] quasi dicat, Dij Gentium nec possunt prædicere futura, nec narrare præterita. Vel si possunt.

t Dent testes] ipsi Dij Gentium.

u Eorum] quæ dicunt. *x* Et] tunc si hoc fecerint, iustificentur] id est, iusti & veraces habeantur, quasi dicat, probent testimoniis responsa, & promissa sua: & tunc habeantur veri Dij. *y* Et audiant] testes dicta eorum.

z Et dicam nobis, quæ audierunt ab eis. Vel sic.

t Dent testes] Dij Gentium.

u Eorum] quæ dicunt.

x Et iustificentur] testes dati, id est, examinentur, vtrùm iusti, & fideles sint. *y* Et] tunc sic iustificati testes, audiant responsa eorum.

z Et dicant nobis.

a Verè vos testes mei, dicit Dominus] quasi idola non possent habere testes; sed vos Iudæi estis testes mei, quòd ego hæc omnia sæpè promisi in Scripturis.

b Et seruus meus] id est, Cyrus. *c* Quem elegi] ad faciendam liberationem prædictam, verè testis meus est, supple. Cyrus enim, quando audiuit, quòd Isaias prædixerat eum

A liberatu-

Mysticè. ☉ Confidentibus præcipitur, ne vitam Gentium contemnendo repellam.

a Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ] Hoc dicitur prædicatori, vt filios prodigos Domini, & filias, id est, mentes infirmas de regione longissima, vbi abierant per peccatum reducat, ad ouile Domini. Debet autem reducere eas per admonitionem, per exempli boni ostensionem, per temporalis etiam subsidij ministrationem. Sed multi prælatorum moderni temporis repellunt multos per peruersam admonitionem; sed plures per rerum suarum ablationem: & ferè infinitos per exempli mali ostensionem. Vide *Thren.* 1. b. Viæ Sion lugent, eo, quod non sit, qui veniat ad solemnitatem.

c Et omnem, qui inuocat nomen meum in gloriam meã] hi etiam sunt de filiis Dei. Vide *Ioan.* 1. a. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius: *Ioel.* 2. g. Et erit omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

e Creaui eum, formaui eum, & feci eum] Dominus populum suum creat in natura, format in gratia, & facit in perseuerantia. Vel creat gratiam infundendo, de nihilo aliquid eum faciendo, format, cùm in meliùs proficere facit, quasi per membra virtutum, & lineamenta eum distinguendo: sed facit eum non iam de nihilo, sed de aliquo cum in gloria recipit quasi nouam speciem incorruptionis ei attribuendo. *Deut* 32. a. Nonne ipse est Pater tuus, qui possedit, & fecit, & creauit te?

h Educ, &c.] Cæcus est homo omnis, qui est in peccato, quia mala inferni non videt, quæ acquirit: nec bona Paradisi, quæ perdit; tamen oculi ei sunt, id est, intellectus rectus, si vellet eo bene vti. Surdus autem est, qui mandatis Domini non obedit; tamen aures ei sunt, quia posset obedire, si vellet. Et de hoc populo dicitur Prædicatori, vt educat eum de porta inferi per timorem, a fouea peccati per mali detestationem, à carcere mundi per temporalium contemptum, & supernorum amorem. *Psal.* 113. Oculos habent, & non videbunt: aures habent, & non audient, &c.

n Omnes Gentes, &c. Hoc dicitur de Ecclesia, in qua congregatæ sunt omnes Gentes, id est, Gentes de omni parte mundi. Hic enim est discus Petro ostensus, in quo erat omne genus quadrupedum, & volucrum, *Act.* 10. b.

p Quis in vobis annunciet istud: & quæ prima sunt, audire vos faciet?] i. quis est in vobis Prædicator verus, qui præterita, i. Dei beneficia narrare possit, & prænunciare futura, id est, Dei promissa, vel comminata? *t* Dent testes eorum, & iustificentur, & audiant, & dicant. Ecce quatuor quæ requiruntur veris testibus, siue Prædicatoribus, scilicet, quòd sint bonæ famæ, vnde dent testes eorum: Quòd sint bonæ vitæ, vnde iustificentur: Quòd audierint, antequam prædicent, vnde audiant: Quòd sint bonæ eloquentiæ, vnde & dicant. Et talibus testibus dicitur consequenter.

a Verè vos testes mei, dicit Dominus.) Vos Apostoli, & Apostolici viri. Testes autem non solùm de auditu, sed & de viso debent testificari. *Actuum* 4. d. Non possumus, quæ vidimus, & audiuimus, non eloqui. Item testes examinantur, & Christus antequam velit aliquos recipere ad testimonium, primò examinat eos, id est, tribulationibus probat. *Sap.* 3. b Tanquam aurum in fornace probauit. Electos Dominus: & quasi holocausti hostiam accepit eos. Item mulieres de facili non accipiuntur in testimonium quia cito verti, & corrumpi possunt minis, & blanditiis. Sic nec, qui fœminei sunt, id est, molles, apti sunt ad testimonium ferendum. Ideò dicit hic: Verè vos testes mei, dicit Dominus, &c. *Actuum.* 1. a. Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.

b Et seruus meus, quem elegi] id est, filius meus, in quo complacuit mihi. *Matthæi* 3. d. Vnde *Septuaginta.* Ego testis dicit Dominus Deus, & puer meus, quem elegi. Item de testimonio Apostolorum dicitur *Actuum* 10. f. Nos testes sumus omnium, quæ fecit in regione Iudæorum. De testimonio filij, dicitur *Ioan.* 8. b. Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est. Veri testes sunt Martyres, vnde & Martyr idem est, quod testis. Falsi autem testes sunt, vel qui nullo sensu percipiunt, quæ dicunt, vt Hypocritæ. Contra quos dicitur *Phil.* 2. a. Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: quasi si vultis testimonium perhibere de me ipso; perhibete testimonium de hoc, quod scitis. Item

☉ falsus te-

a liberaturum Iudæos, statim dedit eis licentiam redeundi in quo comprobauit veritatem promissionis diuinæ, & & quasi testis fuit eius. Et hoc factum supple a Vt sciatis] vera esse, quæ promitto, & dico. b Et credatis mihi, alias, c Et intelligatis, quia ego ipse sum] discretiuè, id est, solus, siue Deus omnipotens, qui solus possum narrare præterita, & futura prædicere.

al. † formatus.
Osea 13.b.

e Ante me non est formator Deus] id est, ante me nõ fuit aliquis Deus, qui fuerit formator alicuius rei. Vel, Ante me nõ est formatus Deus, alia litera, quasi nullus Deus formatus, vel factus operatione cuius quam artificis est

a vt sciatis, & b credatis mihi, c & intelligatis: quia d ego ipse sum. e Ante me non est † formator Deus, f & post me non erit. g Ego sum, h ego sum, Dominus k & non est absque me Saluator. l Ego annunciaui, m & saluaui: n auditum feci, o & non fuit in vobis alienus. p Vos testes mei, dicit Dominus, q & ego Deus: r Et ab initio s ego ipse t & non est, qui de manu mea eruat: u Operabor,

prior me, vel antiquior. f Et post me non erit] Deus aliquis, qui scilicet sit, & ego desinam esse. g Ego sum Dominus] quasi ego solus sum Dominus verè, quod notatur per geminationẽ. k Et non est absque me Saluator) id est, nullus est absque me, qui saluare possit: vel qui
F absque me saluare possit. l Ego annunciaui] liberationem Iudæorum futuram. m Et saluaui] id est, saluabo, quasi ego promisi liberationem prædictam, & implebo eam.
n Auditum feci,] id est, annunciaui liberationem prædictam per Prophetas. o Et non fuit in vobis] aliquis alienus, id est, alius, qui hæc prædiceret, & saluaret. Vel sic, Non fuit in vobis aliquis alienus, i. extraneus à salutione.
p Vos testes mei, dicit Dominus, Repetitio est ad maiorem confirmationem. q Et ego Deus] sum.
r Et ab initio,] id est, sine principio. s Ego ipse, id est, ego solus. t Et non est, qui de manu mea eruat,] id est, qui possit eruere de manu mea. u Operabor] liberationem prædictam. x Et quis auertet illud,] id est, impediet, vel auertet illam? quasi dicat: nullus. y Hæc dicit Dominus, Redemptor vester,] ô vos Iudæi, z Sanctus Israel,] id est, sanctificans populum Iudæorum.
a Propter vos) liberandos.
b Emisi) id est, Emittam Cyrum, & Darium. c In Babylonem] contra Chaldæos. d Et detraxi vectes vniuersos,] id est, omnia munimenta murorum, atque portarum abstuli, & detraxi, supple, a fortitudine sua. e Et Chaldæos in nauibus suis gloriantes,] Ad literam enim Chaldæi erant in nauibus, vnde gloriabantur. Sed Dominus gloriam istam abstulit, quia flumen eorum desiccari fecit per Cyrum. f Ego Dominus sanctus vester] id est, sanctificans vos. h Creans Israel,] in Natiuitate in liberatione de Ægypto. Rex vester,] id est, regens vos, & defendens etiam in captiuitate.

Tertia pars. k Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam.] Tertia pars in qua ostendit, quòd prædicta poterit facere, quoniam maiora etiam facit. Vnde dixit: Hæc dicit Dominus,] id est, hæc prædicta promittit. l Qui dedit in mari viam,] id est, qui dedit Iudæis redeuntibus de Ægypto viam per medium maris rubri, *Exod.* 14. e. m Et in aquis torrentibus,] id est, in aquis Iordanis. n Semitam,) quia intrauerunt filij Israel per medium Iordanis in terram promissionis, *Iosue* 3. d.
o Qui eduxit,] id est, educi permisit, quando Pharao insecutus est Iudæos. p Quadrigam,] id est, multitudinem quadrigarum Pharaonis.
q Et equum,] i. equites. r Agmen,] i. exercitum peditũ. s Et robustũ] vel robustósque, i. magnos Principes Pharaonis.

Mysticè. Δ a Simul ob-
o falsus testis est, qui nec iuratus, nec rogatus fert testimonium, vt detractor. Item qui infamis est, vt luxuriosus: vel qui surdus est, vt inobediens. *Prouerb.* 19. b. Falsus testis non erit impunitus. Posset aliquis quærere, quare vis producere testes? Respondet.
a Vt sciatis, &c.] quæ ego feci, præterita.
b Et credatis mihi,] de his, quæ promitto futura.
c Et intelligatis] de his, quæ dico facienda. Ingrati autem obliuiscuntur præterita: accidiosi non prouident futura: segnes autem & pigri negligunt facienda. De primis dicitur in *Psalm.* 77. Non sunt recordati manus eius die, qua redemit eos de manu tribulantis. De secundis & tertiis, *Psalm.* 35. Noluit intelligere, vt benè ageret. d Quia ego ipse sum] qui solus habeo verè esse, *Exod.* 3. d. Ego sum, qui sum.

e Ante me non est formator Deus,] vel formatus. & post me non erit: quia ego sum Alpha & Omega, principium & finis.
g Ego sum.] dans esse omnibus per naturam.
h Ego sum,) dans esse Iustis per gratiam. i Dominus]

x & quis auertet illud? Hæc dicit Dns † y Redemptor vester z sanctus Israel. a Propter vos b emisi in c Babylonem, d & detraxi vectes vniuersos, e & Chaldæos in nauibus suis gloriantes. f Ego Dominus g sanctus vester, h creãs Israel i Rex vester. k Hæc dicit Dominus, qui l dedit in mari viam, & in m aquis torrentibus n semitam. o Qui eduxit p quadrigam, q & equum, r agmen † & s robustum;

protegẽs Electos per perseuerantiam. k Et non est absq; me Saluator, qui saluare possit per gratiam, vel gloriam. l Ego annũciaui, per prophetas filium venturum in carnem. m Et saluaui per eius passionem.
n Auditum feci,) per Apostolorum prędicationẽ, Ecce magna clemẽtia, & diligentia

al. † Saluator.
C
al. † robustósque.

Domini erga nos. Prænunciauit aduentum filij, vt consolaremur: misit deinde filium, vt saluaremur: deinde hoc auditum fecit per Apostolos, vt erudiremur. o Et non fuit in vobis alienus) Deus, qui mecum operaretur hanc salutem. Vnde *Septuag.* Non erat in vobis Deus alienus. Vel Non fuit in vobis alienus, id est, extraneus à mea redemptione, quoad sufficientiam. Vnde *Psalm.* 18. Non est, qui se abscondat a calore eius. Vel, non fuit in vobis alienus, ab Apostolorum prædicatione Vnde *Psal.* 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. p Vos testes, &c.] Hoc dicitur Apostolis, & Prædicatoribus, qui de seipsis dicunt, *Act.* 10. f. Nobis præcepit Dominus prædicare populo, & testificari, prædicare verbo, & testificari exemplo. Multi prædicant hodie, sed pauci testificantur: quia dicunt, & non faciunt, vt dicitur *Matthæi* 23, a. q Ego Deus ab initio,] id est, ante mundi constitutionem. s Ego ipse, &c.] Quid est ibi, & quid est illud: *Sapiens.* 3. a. Iustorum animæ in manu Dei sunt. *Deut.* 32. f. Non est] qui de manu mea possit eruere. Et *Iob* 10, b. idem *Ioan.* 10. f. Non rapiet eas quisquam de manu mea. dicit de ouibus suis. u Operabor] opus creationis, opus recreationis, opus glorificationis.
x Et quis auertet illud,] *Act.* 5. g. Si ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissoluetur; si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere illud. *Eccl.* 3. e. Didici, quod omnia opera, quæ fecit Deus, perseuerent in perpetuum. y Hæc dicit Dominus redemptor vester, id est, qui redemit vos à seruitute Diaboli per pretij solutionem. z Sanctus Israel,] id est, qui sanctificat & emundat à macula terrenæ cupiditatis per cælestium impressionem.
a Propter vos] redimendos à seruitute Diaboli, lauandos a sorditate peccati, reducendos ad hæreditatem regni.
b Emisi] filium. c In Babylonem) in mundum multiplici tribulatione confusum, in infernum multarum pœnarum varietate peruersum: Emisi de dextera Patris in aluũ Virginis, de aluo Virginis in patibulum Crucis, de patibulo Crucis in limbum inferni. d Detraxi vectes vniuersos) i. vniuersa munimenta Dæmonum & inferni cõfregi. e Et Chaldæos in nauibus suis gloriantes.) Naues sunt mentes peccatorum, quæ continuè in aquis deliciarum versantur, in quibus Chaldæi, qui interpretantur feroces, i. Dæmones quibus nihil est crudelius, gloriantur. f Ego Dominus) per creationem. g Sanctus vester, id est, sanctificans vos per passionem, h Creans Israel,) id est, iustos in nouitatem vitæ per resurrectionem. i Rex vester, protegens vos in præsenti per hostium † percussionem. k Hæc dicit, &c.] In mari pœnitentiæ posuit Dominus viam cœli per abstinentiam. Vnde *Act.* 14. d. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Sed in aquis torrentibus, id est, in tribulationibus, quæ abundant in hyeme huius vitæ, posuit semitam eius per patientiam. Vnde *Mat.* 5. a. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Non dicit erit regnum cœlorum, sed est, quasi non sunt solùm in via, sed in semita recta.

al. † præcussionem.

o Qui eduxi quadrigam, & equum, agmen, robustósque simul.] Per quadrigam intelliguntur curiosi, per equum superbi, per agmen, in quo semper est turbatio auari: Conturbat enim domum suam, qui sectatur auaritiã, vt dicitur *Prou.* 15. e. Per robustos intelliguntur oppressores aliorum & Tyranni. Vnde & de Nemroth, qui fuit oppressor, legitur, quod erat robustus venator coram Domino, ⊙ *Gen.* 10. b.

a simul obdormierunt, b nec resurgent: c contriti sunt, d quasi linum, e & extincti sunt. f Ne memineritis priorum, & antiqua ne intuamini. g Ecce ego facio noua, h & nunc orientur i vtique cognoscetis ea. k Ponam in deserto viam, l & in inuio m flumina. n Et glorificabit me bestia agri, o dracones p & struthiones: q quia dedi in deserto aquas, r & flumina in f inuio, s vt darem potum populo meo, u electo meo. x populum istum y formaui mihi, z laudem meam a narrabit. b Non me inuocasti Iacob, c nec laborasti in me Israel. d Non obtulisti mihi arietē holocausti, tui, & e victimis tuis non glorificasti me. f Non te seruire feci in oblatione, g nec laborem tibi præbui in thure.

a Simul obdormierunt] somno mortis omnes tam maiores, quam minores submersi in mari. b Nec resurgēt] ante diem iudicij, vel non resurgent in gloriosa resurrectione. c Contriti sunt] in pœna. d Quasi linum,] id est, ita faciliter quasi linum. e Et extincti suor,] id est, calore præsenti vitæ priuati, vel suffocati. f Ne meminentis priorū, & antiqua ne intueamini.] Verba sunt Domini ad Iudæos, quasi licèt magna, & mirabilia fecerim pro populo meo in exitu de Ægypto; nolite tamē admirari illa, sed ista, quæ ego facturus sum: quæ vtique multò maiora erunt. Vnde subdit. g Ecce ego facio noua,] in eductione vestri de Babylone. h Et nunc orientur,] id est, citò venient.

2.Cor.5. d. Apoc.21.b.

i Vtique cognoscetis ea,] quasi dicat priora cognouistis ex auditu, sed hæc oculis vestris cognoscetis.

k Ponam in deserto viam,] in deserto, quod est inter Babylonem & Ierusalem, maius est longè, quam inter Ægyptum & Ierusalem. Vnde & mirabilius fuit ducere populum Israel per istud, quam per illud. Ideò dicit Ponam in deserto viam, id est, faciam viam bonam in deserto, vt per illud possitis redire. l Et in inuio,] i. in deserto, quod priùs erat inuium ponam, supple.

m Flumina,] vt habeatis potum, cum redieritis per illud.

n Et glorificabit me bestia agri] quia cyrus Gentilis glorificabit me, liberando vos à captiuitate: & vasa, in quibus ministretur mihi, vobis tribuendo. Vel, Glorificabit me bestia agri, ad literam, id est, non nocebit vobis redeūtibus per desertum: in quo apparebo gloriosus. Vel, Glorificabit me bestia agri, id est, voce qua poterit, laudabit me propter abundantiam aquarum, quam dedi ei in deserto. Et hoc. est, quod dicitur: Glorificabit me bestia agri, dracones, & struthiones: quia dedi in deserto aquas, vbi habitant bestiæ: vnde indè lætantur, quia inde bibunt.

r Et flumina] quod maius est, in quo notatur abundantia aquarum. f In inuio,] hoc est in deserto. Dedi, inquam has aquas in deserto. s Vt darem potum popolo meo, electo meo,] quem elegi mihi populum peculiarem ex omnibus populis. Exod. 19. a. Eritis mihi in peculium de cunctis populis. Vndè sequitur. x Populum istum,] Iudaicum, scilicet.

y Formaui mihi] quasi in seruum & populum specialem per legis dationem. z Laudem meam a Narrabit) alijs nationibus, postquam redierit de captiuitate.

Quarta pars. b Non me inuocasti, Iacob.] Quarta pars, in qua ostendit Dominus, quòd omnia prædicta, quæ promisit, non propter merita eorum facturus est, sed propter clementiam suam. Vnde dicit: Non me inuocasti, Iacob) id est, populus Iudæorum, quia ego non faciam prædicta propter preces, vel merita tua: quia si inuocasti me ore, non tamen corde.

c Nec laborasti in me Israel) quasi non multū laborasti in seruiendo mihi. d Non obtulisti mihi arietem holocausti tui) quasi non fecisti magnas expensas offerendo holocausta mihi, sed idolis. e Et victimis tuis non glorificasti me) sed potiùs idola.

f Non te seruire feci in oblatione, quasi dicat; non potes conqueri de me: quoniam ego non multum vexaui te. Vel hoc dicitur, quia Dominus huiuscemodi sacrificia non præcepit simpliciter, sed ne idolis offerrentur, magis voluit ea sibi offerri.

g Nec laborem tibi præbui in thure} offerendo, vel incendendo, q.d. Dominus, hæc omnia non quæsiui à te, dū esses in captiuitate, vt placares me. Vnde patet quod gratis faciā tibi præ-

⊕ Gen.10. b. Hos omnes reducet Dominus, id est, educi faciet in infernum. a Obdormierunt] in morte.

Mysticè.

b Nec resurgent] in gloriosa resurrectione. Iob.21. c. Simul in puluere dormient: & vermes operient eos.

c Contriti sunt, quasi linum, & extincti sunt.) Vnde Eccl. 21 b Stupa collecta est Synagoga peccantium.

f Ne memineritis priorum: & antiqua ne intueamini.] Hoc dicitur omni portanti iugum Domini ne respiciat bona præterita, quæ fecit; sed semper incipiat, semper quasi nouus sit ad bona opera. Vnde Phil. 3. c. Quæ quidem retrò sunt, obliuiscens, ad ea, quæ priora sunt, i. ad futura me extendo. Psalm.76. Dixi, nunc cœpi. Leuit.26. b. Vetustissima veterum comedetis, & nouis superuenientibus vetera proiicietis. g Ecce ego facio noua,] id est, nouum cælū & nouam terram faciet Dominus. Vnde Apocal. 21. b. Ecce ego noua facio omnia.

h Et nunc orientur,] i. citò veniēt: quia breue est, quicquid fine clauditur, dicit Augustinus. D

i Vtique cognoscetis,] quia boni videbunt ea, 2. Petr. 3. c. Nouos coelos, & nouam terram, secundum promissa eius expectamus. k Ponam in deserto viam, & in inuio flumina,] hoc impletum est tempore gratiæ, quando in deserto Gentilitatis posuit viam Dominus, i. Christum, qui est, via, veritas, & vita. Ioan. 14. a. Vel viam pœnitentiæ, quæ est via eundi ad cœlum: & in ipsa eadem, quæ priùs erat inuia propter vepnium, id est, peccatorum densitatem, posuit flumina gratiarum, & Scripturarum.

n Et glorificabit me bestia agri] id est, Gentilis prius animaliter viuens, vt bestia. o Dracones,] id est, Tyranni priùs veneno malitiæ repleti. p Et struthiones,] i. Philosophi alis vanæ gloriæ priùs suffulti. Per struthionem enim vana gloria, vel hypocrisis, vt dicit Gregorius, designatur q Quia dedi in deserto aquas, & flumina in inuio] idem est, quod supra. s Vt darem potum populo meo,] i. Gentili populo, qui diu sitierat potum Sapientiæ salutaris. u Electo meo,] quem scilicet, elegi reprobato populo Iudæorum. x Populum istum formaui mihi] reparando omnia membra eius in Cruce: quia omnia destruxerat, & mutilauerat per peccatum. Reparauit autem Dominus hæc membra omnia: quia in omnibus membris suis pœnam sustinuit, vt deformationem, & mutilationem omnium membrorum hominis repararet per eam. Vndè cum in omnibus membris, præter quam in ore, pateretur noluit adhuc tradere spiritum quasi reparationem iudicans imperfectam, nisi os hominis repararetur per pœnam oris sui, sicut & cætera membra. Vnde gustato aceto emisit spiritum, quasi iam reparatione completa. z Laudem meam Natiuitatis, Passionis Resurrectionis, Ascensionis. a Narrabit] alijs prædicando.

b Non me inuocasti, Iacob) Ecce postquam commendauit se de Gentibus, conqueritur de Iudæis, dicens, quòd nec labor eorum, nec sacrificia impenduntur sibi: quia ei non placent. Et potest exponi totum ad literam, sicut priùs.

Moraliter. Moraliter autem per populum istum, quem dicit Dominus formasse sibi, intelliguntur laici: per Iacob autem, & Israel, qui legem susceperant: Clerici commendat ergo se Dominus de laicis, tanquam qui citò acquiescant Domino; sed de Clericis, & Sacerdotibus conqueritur, dicens: b Non me inuocasti, Iacob.) Hoc dicitur de Clericis, & & Sacerdotibus, qui horas suas, quasi fabulas dicunt, imò multò peiùs, quam fabulas, qui etsi vocent Deum ore, non tamen corde: vnde non inuocant, id est, non intùs vocant.

c Nec laborasti in me, Israel) Hoc dicitur Sacerdotibus quæstuariis, qui etsi laborent celebrando & horas dicendo: non tamen propter Deum, sed propter quæstum.

d Non obtulisti mihi arietem holocausti tui.) Hoc ad literam dicitur gulosis scilicet, qui arietes, & cætera, quæ de decimis habent, comedunt, nihil de eis offerentes Domino, i. pauperibus. e Et victimis tuis non glorificasti me.) Hoc dicitur contra inaniter gloriantes, & hypocritas, qui etiamsi multas victimas, id est, multas abstinentias, & carnis macerationes offerant: non tamen ad gloriam Domini, sed suam. Vnde & ipsis dicitur Matth. 6. a. Amen dico vobis: receperunt mercedem suam.

f Non te seruire feci in oblatione) altaris, imò cupiditatis lucri tui.

g Nec laborem tibi præbui io thure,) offerendo, ad literam, vel in Missa celebranda, vbi agitur mysterium passionis, quod significatur in thure: quia ibi non laboras pro me, sed pro bursa tua, vel pro ventre: dicitur Sacerdoti cupido. Quibus etiam dicitur Malachiæ 1. e. Quis est io vobis, qui claudat ostia mea, & incendat altare

meum

tibi prædicta, & non ex meritis tuis. *a* Non emisti mihi argento calamum] Calamus quædam species est de his, quæ ponuntur in thymiamate; aliæ tres sunt myrrha prima, oleum oliuarum, & casia. *Exod.* 30. c.

b Et adipe victimarum tuarum non inebriasti me,] sed idola. *d* Veruntamé seruire me, &c.] i. seruiui tibi, dum adhuc esses in peccatis: & seruiam adhuc in captiuitate, qua teneris pro peccatis tuis. *e* Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis,] i. laboraui ad te docendum per Prophetas, cùm esset in iniquitatibus tuis: & laborabo ad euciédum te de captiuitate, cùm tamen adhuc sis in iniquitatib⁹, tuis.

a Non emisti mihi argento calamum, & *b* adipe victimarum tuarum *c* non inebriasti me: *d* Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis, *e* præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. *f* Ego sum, ego sum ipse, qui *g* deleo iniquitates tuas *h* propter me, & *i* peccatorum tuorum non recordabor. Reduc *k* me in memoriam, & *l* iudicemur simul: *m* narra, si quid habes, vt *n* iustificeris. *o* Pater tuus primus peccauit, & *p* interpretes tui præuaricati sunt in me. Et *q* contaminaui Principes sanctos:

f Ego sum, ego sum ipse,] quasi ego, & non alius. *g* Qui deleo iniquitates tuas,] id est, educam te captiuitate, ac si essent deletæ iniquitates tuæ.

h Propter me,] id est, Propter meam clementiam, non propter merita tua.

i Et peccatorum tuorum non recordabor] ad puniendum, scilicet, ampliùs.

k Reduc me in memoriam,] id est. beneficia, quæ feci tibi, & quæ facturus sum.

l Vt iudicemur simul] verum scilicet, ego plus fecerim pro te, quàm tu pro me.

m Narra, si quid habes, quod pro me feceris: quod ad hoc valeat.

n Vt iustificeris], i. vt iustus sis, vel iustus appareas. Et quia populus nihil habet, quod respondeat ei; ideò Dominus incipit narrare peccata populi, vt cognoscat liberationem futuram, non propter merita, sed propter Dei solam clementiam faciendam. Vndè dicit.

o Pater tuus primus peccauit,] i. Adam, vel Abraham, dicit *Interl.* De Adam certum est; sed de Abraham dubium est, vtrum peccauerit hæsitando de promissione filij. *Gen.* 15. a. Vel patrem dicit Noe, qui inebriando se peccauit *Gen* 9. c. Vel ipsi Patriarchæ, qui vendiderunt Ioseph *Gen.* 37. f. Vel, Pater tuus, id est, populus in Endor contra Deum murmurans *Num.* 14. *Deut.* 5.

p Et interpretes tui præuaricati sunt in me,] i. Moyses, & Aaron, qui erant interpretes tui, i. interpretantes tibi legem, & inter me, & te ferientes pactum, quasi inter partes, peccauerunt in me ad aquas contradictionis. *Num.* 20. b. Interpretes autem dicuntur, quasi inter partes. *q* Et contaminaui Principes sanctos,] i. Moysen, & Aaron, quasi

A contamina-

Moraliter. * meum gratuito? Quasi nullus.

a Non emisti mihi argento calamum.] Hoc dicit Dominus Sacerdotibus cunctis. Vix enim hodie est aliquis, qui minima thuris, vel olei comparet in Ecclesia sua; sed oportet, quòd totum exeat de bursa Parochianorum, vsque in nouissimum quadrantem. Multi dicunt, quòd oportet eos habere magnos redditus, vel plures præbendas propter hoc, vt habeant honestè vestes & equos, & expensas: & in vtilitatem Ecclesiarum suarum, nec vnum obolum expenderent.

b Et adipe victimarum tuarum,] id est, decimarum tuarum & oblationum, quæ dantur tibi.

c Non inebriasti me,] id est, pauperes meos, sed potius parentes, vel histriones, vel etiam quod deterius est, meretrices; licet tamen tibi data sint propter me. Et notabile est, quòd dicitur, adipe, per quod notantur meliores cibi. Multi enim etsi dent pauperibus: tamen de peioribus, & reliquiis. Item multi etsi dent pauperibus: tamen valde parum. Vndè dicit, non inebriasti me; parentibus autem, & histrionibus, & meretricibus suis dant, & de melioribus abundanter.

d Veruntamen seruire me fecisti in peccatis tuis:] Hoc faciunt Sacerdotes, qui sacrificium altaris conuertunt ad lucrum temporale. De quibus dicitur *Osea* 5. a. Laqueus facti estis speculationi, & quasi rete expansum super montem Thabor. Item hoc faciunt mercatores, qui testem inuocant Deum sui mendacij. De quibus *inf.* 48. a. Qui iurâtis in nomine Domini, & Dei Israël recordamini, non in veritate.

e Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis.] Dominus, qui laborat in iniquitatibus nostris, nos ad pœnitentiam, expectando, sæpe per prædicationem, per inspirationem, per temporalium collationem, per corporalem afflictionem vocando. Laborat etiam, vel quasi laborat, nos etiam in iniquitatibus nostris à diabolo defendendo. Diabolus enim statim ex quo homo est in peccato mortali, libentissimè interficeret eum. Et de hoc labore pleniùs dicit alia litera, *Septuaginta.* In peccatis tuis defendi te.

f Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me,] i. sine meritis tuis, vel propter me honorandum, vel glorificandum.

i Et peccatorum tuorum non recordabor.] Magna curialitas Domini. Creditor enim etsi quandoque condonet pauperi debitum: tamen bene recordatur, & sæpe improperat. Similiter & vir mulieris adulteræ etsi condonauerit semel: non semper tamen, & bene etiam recolit, & frequenter exprobat eidem: Dominus autem non semel dimittit, sed semper; non recordatur, sed obliuioni tradit: non improperat, sed dissimulat. De primo & secundo dicitur *Ezech.* 18. f. Quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et *sup.* 38. d. Tu autem eruisti animam meam, vt non periret. Et *post.* Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea, quasi obliuioni volens tradere illa: sicut fit de illo, quod retrò proijcitur. De tertio dicitur *Iacob.* 1. a. Dat omnibus affluenter, & non improperat. *De pæn. dist. 1. c. ecce nunc.*

k Reduc me in memoriam, & iudicemur simul.] Hoc potest dici ingratis, qui nolunt recolere beneficia Domini, licet multa & magna sint, vt est beneficium creationis per naturam, beneficium instructionis per legem, beneficium recreationis per passionem, beneficium expectationis per patientiam, beneficium condonationis per misericordiam, beneficium consolationis per internæ iucunditatis infusionem, beneficium defensionis ab hostibus per protectionem, beneficium continuæ meliorationis per gratiam proficientem, beneficium perseuerantiæ per constantiam, beneficium æternæ beatitudinis per gratiam remunerantem. Hæc autem omnia, vel nulli, vel rarissimi recordantur.

l Et iudicemur simul.] Dominus sæpe monet nos ad iudicium, tanquam sciens, quòd de iure sententia pro se ferenda est, sed nos semper refugimus, tanquam scientes causam nostram iniustam. De hac commonitione dicitur *Ezech. vigesimo* f. Educam vos in desertum populum, & iudicabor vobiscum ibi. *Mich. sexto* a. Iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel diiudicabitur, *inf.* 5. 50. c. Stemus simul: quis est aduersarius meus: accedat ad me? *Osea quarto* a. Iudicium Domino cum habitatoribus terræ. Sed homo semper differt, & refugiet iudicium, quantum potest: sciens, quòd si fuerit iudicatus cum Deo, non respondebit ei vnum pro mille, sicut dicit *Iob* 9. a.

m Narra si quid habes, vt iustificeris.] Homo vel parum, vel nihil narrare potest ad suam iustificationem; sed multa ad suam condemnationem: quia etsi quid boni faciat, ad plura tenetur. Vndè *Iob* 9. a. Si comparatus fuerit homo cum Deo, non respondebit ei vnum pro mille. Et *Psalm.* 115. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi, quasi nihil habeo, quod pro tantis, & pro tot debitis valeam soluere. Item si bonum faciat aliquod; non tamen est purum. Vndè *Iob* 9. d. Si fulserint velut mundissimæ manus meæ; tamen sordibus impinges me. Et *inf.* 64. b. Omnes iustitiæ nostræ, quasi pannus menstruatæ. Item qualecunque sit bonum, quod facit; non tamen à se est, sed à Deo. Vndè *sup.* 26. c. Omnia opera nostra operatus es in nobis, Domine. Et *Ioan.* 15. a. Sine me nihil potestis facere.

o Pater tuus primus peccauit.] Patres laicorum Prælati sunt, qui primi peccant, & alios suo exemplo peccare faciunt. Vnde *Ier.* 23. c. A Prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. 1. *Esd.* 9. a. Manus autem Sacerdotum fuit in transgressione hac prima.

p Et interpretes tui præuaricati sunt in me.] Interpretes laicorum sunt Clerici, & Magistri, qui præuaricantur in Dominum: quia nec bona, quæ sciunt, alios edocent: nec illa etiam, quæ docent alios, faciunt. *q* Et contaminaui Principes sanctos.] Dominus sæpe contaminat, id est, contaminari permittit Prælatos, qui priùs Sancti fuerant. Multi enim, qui religiosi erant, quando erant simplices & accepto principatu contaminatur statim: nec mirum; quia omnes prælatione sordibus temporalium repletæ sunt nimis. *Thre.* 3. a. Qui nutriebantur in croceis am-

contaminatos posui, vel contaminatos ostendi.

a Dedi ad internecionem Iacob,] i. populum Iudaicum dedi in mortem, vt nullus eorum à vicesimo anno & suprà, intraret terram promissionis, præter Iosue & Caleph. *Num.* 14. e. d Et Israël,] i. populum Iudæorum, dedi. e In blasphemiam,] quia corpora eorum viliter prostrata sunt in deserto.

Moraliter. A ° plexati sunt stercora. Quid autem sequatur ex contaminatione Prælatorum, subdit dicens.

Ier. 30. *b.* & 46. *g.* a Dedi,] id est, dari permisi. b Ad internecionem] corporis & animæ. c Iacob,] id est, sæcularis. d Et Israël in blasphemiam,] id est, claustrales. Quia enim Prælati sordibus temporalium, & receptione munerum contaminati sunt; ideò sæculares sine correctione peccant: & ideò etiam Religio venit in contemptum.

a dedi b ad internecionem c Iacob & d Israël in e blasphemiam.

CAP. XLIV.

Et f nunc audi, Iacob serue meus, & Israël, quem elegi: Hæc dicit g Dominus faciens & h formans te ab i vtero, k auxiliator tuus. l Noli timere m serue meus Iacob, & n rectissime, o quem elegi. Effundam enim p aquas super sitientem, & q fluenta super aridam. r Effundam spiritum meum s super semen tuum, t & u benedictionem meam super stirpem tuam: & x germinabunt inter y herbas, quasi z salices iuxta præterfluentes aquas. a Ista b dicet: Dñi ego sū: & c ille, d vocabit in nomine Iacob. Et hic e scribet manu sua Dño,

EXPOSITIO CAP. XLIV.

Et f nunc audi, Iacob serue meus, & Israel, quem elegi.] Prænunciata superiùs liberatione Iudæorum de captiuitate Babylonica, hic agit Propheta de prosperitate, quæ futura eis erit post prædictam reuersionem. Et diuiditur hoc capitulum in quatuor partes. In prima agit Propheta de prosperitate reuersi. In secunda inuehitur multipliciter contra idola & eorum cultores *ibi*: Plastæ idoli omnes nihil sunt. In tertia hortatur populū reuerti ad Dominum, & in cultu eius manere, *ibi*: Memento horum. In quarta & vltima repetit bona, quæ facturus erat eis, vt sic firmaret eos in cultu Dei. Dicit ergo Propheta loquens ad populum Iudæorum.

g Hæc dicit Dominus faciens] in corpore.

h Et formantes te] in anima. Vel, formans te, in membrorum dispositione. i Ab vtero,] i. in vtero. k Auxiliator tuus,] i. qui te iuuare consueuit, de manibus fratris eripiendo. *Genes.* 31. Liberando de Ægypto. *Exod.* 14. Et hostes tuos de terra promissionis eiiciendo. *Iosue per totum.* l Noli timere, serue meus Iacob.] Licet populus Iudæorum magnis esset peccatis inuolutus; tamen Dominus eum seruum nominat, vt sic concepta amicitia, magis de liberatione confidat. n Et rectissime.] *Ieron. Haymo* & *Andreas* dicitur, quòd rectissimus idem est, quod Israel, si syllabæ de Israel non diuiduntur.

o Quem elegi] mihi in populum peculiarem. Effundam enim aquas super sitientem,] i. super terram, quæ priùs sitiebat aquas præ siccitate de calore, effundam aquas pluuiarum, vt fructificet.

q Et fluenta super aridam] idem est, sed repetitur ad maiorem confirmationem. r Effundam spiritum meum super semen tuum,] i. benedictionem & gratiam meam effundam super semen, quod seminabis, ad litteram, vt multiplicetur. Et hoc est primum bonum, quod promittitur eis, i. fertilitas terræ. Vel sic. r Effundam spiritum meum,] i. benedictionem & gratiam meam. s Super semē tuum,] i. super filios tuos. t Et] pro, i. u Benedictionem meam super stirpem tuam.] Expositio est præcedentis, vel repetitio ad maiorem confirmationem. x Et germinabunt] semina tua, vel ipsi filij. y Inter herbas, quasi salices iuxta præterfluentes aquas,] i. multum crescent, sicut salices plantatæ iuxta aquas fluentes multum fructificant, & citò. Vel potest fieri constructio. Et germinabunt] semina tua, vel filij.

z Quasi salices iuxta præterfluentes aquas,] i. abundanter & citò, sicut salices, quæ crescunt inter herbas. Ecce secundum bonum, quod promittitur eis, scilicet, multiplicatio prolis & habitatorum terræ. Poterant enim dubitare de hoc, eo quòd pauci reuersuri erant de captiuitate. Sed quia malum esset habere multos filios, si ipsi essent mali. Ideò subditur. a Iste] de te procreatus.

b Dicet, Domini ego sum,] i. dicet se esse seruum Domini ore & opere.

c Et ille] alius de te natus.

d Vocabit in nomine Iacob,] i. inuocabit in nomine Iacob dicens: ô Deus Iacob, exaudi me: Vel Deus, exaudi me, quia ego sum de Iacob. e Et hic scribet manu sua Δ Domino

Mysticè f Et nunc audi, Iacob, &c.] In hoc capitulo alloquitur Dominus Ecclesiam collectam ex Gentibus & Iudæis. Item de actiuis & contemplatiuis. Item de laicis & Clericis. Item de sæcularibus & claustralibus, promittens eis charismata gratiarum. Vnde dicit. Et nunc audi, Iacob serue meus, & Israel quem elegi] Per Iacob intelliguntur Iudæi. Per Israel Christiani. Prius autem nominat seruum, quàm electum: quia Iudæus præcessit Christianum. Itē per hoc notatur, quòd priùs oportet, quòd homo seruiat in Ecclesia, quàm eligatur in illa. Vndè dicit *Gloss* Prima seruitus, secūda electio hoc tamen videtur falsum & contrarium ei, quod dicitur *Rom.* 8. f. Quos prædestinauit, hos, & vocauit & quos vocauit, hos & iustificauit. Ergo primò est electio, deinde seruit⁹ Sol. Duplex est electio. Prima est de massa perditorū: & hæc eadem cū prædestinatione. Alia est de congregatione fidelium, quæ fit in gratiæ consummatione: Hanc vltimam præcedit seruitus timoris seruilis, sed primam non.

g Hæc dicit Dominus faciens] te, gratiam infundendo.

h Et formans te ab vtero,] i. ab initio conuersionis tuæ, de bono semper in melius deducendo.

k Auxiliator tuus] in tentatione te protegendo.

l Noli timere] persecutionem aliquam.

m Serue meus Iacob] ô tu Iuste, qui seruus meus es per timorem.

n Et rectissime,] quem elegi, i. qui rectus es per charitatem. Vndè *Cant.* 1. b. Recti diligunt te. Rectus est, qui directè vadit ad Deum, & tantùm vna via. Tortuosus est, qui ingreditur duabus viis: i. qui aliud habet in ore, aliud in corde. *Eccl.* 3. d. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus. De hac etiam securitate dicitur *Ier.* 30. b. Tu ergo ne timeas, serue meus Iacob: neque paueas Israel. p Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam] super sitientem animam, i. tentatam effundit Dominus aquas consolationum. Vndè *Psalm.* 93. Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. *Matth.* 5. a. Beati, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Item per sitientem & aridam significatur Gentilitas, vel peccatores omnes: super quam Gentilitatem effudit Dominus aquas gratiarum, & fluenta Scripturarum. *Ezech. trigesimo sexto* e. Effundam super vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. *Et trigesimo nono* g. Non abscondam vltra faciem meam ab eis, eo quòd effuderim spiritum meum super omnem domum Israel. *Zach. decimo tertio* a. Erit fons patens domui Dauid in ablutione peccatoris & menstruatæ.

r Effundam spiritum meum super semen tuum.] Hoc dicitur Prædicatori, cuius semen sunt omnes conuersi per ipsum. Super quos Dominus spiritum suum effundit, vel visibiliter, vt in primitiua Ecclesia: vel inuisibiliter, modò. *Ioel.* 2. g. Effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ. Vel semen est verbum. *Luc. octauo* b. Super quod effudit Dominus gratiam. *Sap.* 3. e. Dabitur pluuia semini suo, vbicunque seminaueris.

t Et benedictionem meam super stirpem Prædicatoris, scilicet, super conuersos per eum effundit Dominus benedictionem gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro.

x Et germinabunt inter herbas,] id est, inter Sanctos fide virentes. De quibus *Prou.* 11. d. Iusti quasi virens folium germinabunt.

z Quasi salices iuxta præterfluentes aquas.] Salix plantatur sine radice, ideo Iusti comparantur salicibus, quia non figunt radicem in terra. Vndè *Hebr. decimo tertio* c. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Iuxta aquas dicuntur salices crescere; per aquas enim Scripturæ designantur *Ierem.* 17. b. Et erit tanquam lignum, quod transplantatum est super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & fructus facit sursum.

a Iste dicet, Dominus ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob: & hic scribet manu sua Domino.] Hic describitur triplex status fidelium: laicorum, scilicet, Clericorum, & Religiosorum. Laici enim sunt Domini, & Clerici inuocant in nomine eius in Ecclesia; sed Religiosi scribunt manu sua in promissione, quam

faciunt primo,

Domino g] i. scriptura deferet se esse mancipatum ministerio Domini, vt modo scribitur in consistorio.

a Et in nomine Israel assimilabitur,] i. proselytus assimilabitur Israeli, i. Iudæo in nomine, hoc est, in inuocatione nominis mei, vel in nomine, quia proselytus vocabitur Israelita, vt & Iudæus. Ecce tertium bonum, quod promittitur, scilicet, multiplicatio cultus Dei. b Hæc dicit Dominus Rex Israel, &c.] i. qui regit Israel, & gubernat, & redimit de omni captiuitate.

Sup. 41. b. & inf. 48. b. Apoc. 1. d. c Dominus exercituum,] i. Angelicarum virtutum. d Ego primus, &c.] i. sine principio, & sine fine.

& in a nomine Israël assimilabitur. Hæc dicit b Dñs Rex Israël, & Redemptor eius Dñs c exercituum: d Ego primus, & ego nouissimus: & e absque me non est Deus. f Quis similis mei? g Vocet, & h annunciet, & i ordinem exponat mihi, ex k quo constitui populum antiquum: l ventura, & quæ futura sunt, annunciet eis. m Nolite timere, n neque conturbemini. o Ex tunc p audire te feci, & annũciaui: vos q estis testes mei: Nunquid est r Deus absque me, & formator, quem f ego non nouerim. t Plastæ idoli u omnes nihil sunt, & x amantissima eorum non y proderunt eis. z Ipsi a sunt testes eorum, † b qui non vident, c neque intelligunt, vt d confundantur. e Quis formauit Deũ, & sculptile cõflauit ad nihil vtile? f Ecce omnes participes eius cõfundentur: Fabri g enim sunt ex hominibus. h Conuenient omnes, i stabunt,

Israel in nomine Domini, i. actiuus contemplatiuo, i. in inuocatione nominis Domini, contemplatiuus inuocat oratione, lectione, meditatione: actiuus, sancta operatione, misericordi compassione, necessaria subuentione.

b Hæc dicit Dominus Rex Israel, & Redemptor eius Dominus exercituum.] Dominus sæpe se commemorat Regem, vt in eum confidas: Redemptorem, vt eum diligas: Dominum, vt eum timeas. De primo dicitur *Iob decimo tertio* c. Etiamsi occiderit me, in eum sperabo. De secundo. I. *Ioannis quarto*. b. Diligamus Deum, quoniam prior dilexit nos. De tertio. *Ier* 10. a. Quis non timebit te, ô Rex Gentium?

e Et abique me non est Deus] qui sit alius in essentia, licet sit alius in persona: notabiliter autem dicit, absque me: Filius enim in Patre & a Patre Deus est: quia quicquid habet Filius, habet a Patre.

f Quis similis mei,] inter idola, qui possit annunciare futura, vt ego?

g Vocet, & annunciet,] i. eos, qui nondum concepti sunt, proprio nomine vocet, & de eis annunciet: sicut ego Cyrum voco, & de eo annuncio.

i Et ordinem exponat mihi] creationis mundi, scilicet, quomodo creaui cuncta ex nihilo: vel ordinem natiuitatis Cyri, & factorum eius, quæ facturus est, narret mihi. Vel, Ordinem exponat mihi, natiuitatis, & factorem illius quem vocabit, vt ego de Cyro: vel sic: ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum,] i. narret mihi ordinem eorum, quæ facta sunt, ex quo ego creaui homines ab Adam, vsque modò.

l Ventura, & quæ futura sunt, annunciet eis,] i. populis.

m Nolite timere, neque conturbemini] ô vos Iudæi.

o Ex tunc,] id est ab antiquo tempore.

p Audire te feci, & annunciaui] per Prophetas, quæ ego facturus sum.

q Vos estis testes mei] quòd ego prædixerim, quia vos audistis illa.

r Nunquid est Deus absque me, & formator] alterius mundi?

Secunda pars. f Quem ego non nouerim,] quasi dicat, non.

t Plaste idoli,] i. formatores idoli. Plaste enim nomen Græcum est, & valet idem, quod formator, vel compositor, vt dicit *Haymo*.

u Omnes nihil sunt,] i. nullius valoris sunt, inquantum idola componunt, vel nihil sunt, quia inquantum idola faciunt, à vero esse diuisi sunt.

x Et amantissima eorum,] i. pretiosissima idola.

y Non proderunt eis] imò nocebunt per occasionem.

z Ipsi] plastæ. a Sunt testes eorum,] i. de eis, scilicet, de idolis. b Qui non vident,] vel, quia non vident; alia littera, scilicet, idola. c Neque intelligunt] huius sunt plastæ testes, quia fecerunt idola: & ideò bene sciunt, quòd veros oculos non habent. d Vt confundantur,] quasi testes sunt horum ad confusionem suam, quia meritò confusione digni sunt, qui tales Deos colunt, quos sciunt, nec videre posse, nec intelligere. e Quis formauit Deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile,] q.d. insanus est, qui talia idola fabricat, quæ ad nihil vtilia sunt, imò noxia: quia materiæ, de qua fiunt, tollunt vsum, quem rebus humanis debebat. f Ecce omnes participes eius confundentur:] i. & qui faciunt, & qui colunt ea. Et subdit duplicem causam confusionis eorum. Vna est, quia homines sunt, & nihilominus credunt facere Deos. Secunda est, quia adorant ea, quæ fabricant: quod tangit, *ibi*. Conuenient omnes, &c. Dicit ergo, Benedico, quòd confundentur, & meritò. g Fabri enim sunt, &c.] i. de numero, vel de genere hominum, qui assumpti sunt ad fabricandum idola. Et ideò meritò confundentur: quia cum sint homines, credunt se facere Deos. h Conuenient omnes,] i. tam ipsi, qui fabricat idola, quam alij conuenient ad adorandum idola, quæ fecerunt. i Stabunt] ad adorandum,

Mysticè. a faciunt primò, & postea docent alios ad Domini gloriam. *Col.* 4. d. Salutatio mea manu Pauli.

a Et in nomine Israel assimilabitur,] Iacob assimilatur

d Ego primus, & ego nouissimus.] Primus, vt scias à me tibi datam vitam præsentem. Nouissimus, vt confidas à me tibi dari futuram. e Et absque me non est Deus, verus. *Ier.* 10. b. Dij, qui non fecerunt cœlum, & terram, pereant.

f Quis similis mei?] q. d. nullus. *Ier.* 50. g. Quis enim similis mei: & quis sustinebit me? *Mich.* 7. d. Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem? *sup.* 40. d. Cui ergo similem fecistis Deum: aut quam imaginem ponetis ei?

g Vocet] ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt, sicut ego: sicut dicitur *Rom.* 4. c. h Et annunciet, & ordinem exponat mihi.] Nullus est qui sciat ordinem vniuersitatis, præter Deum. Vndè *Iob* 38. d. Nunquid nosti ordinem cœli? quasi dicat, non. k Ex quo constitui populum antiquum,] i. agmina Angelorum. *Iob* 38. a. Vbi eras, cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei? l Ventura, & quæ futura sunt, annunciet eis,] i. gaudia Angelorum, & Electorum, & supplicia reproborum, quæ in iudicio reddentur eis. m Nolite timere] minas Principum. n Neque conturbemini] in cõflictu tribulationum. o Ex tunc audire te feci, & annunciaui] ventura, & futura. q Vos estis testes mei] qui audistis, & vidistis.

r Nunquid est Deus absque me, & formator, quem ego non nouerim?] *Phil.* 3. d. Quorum Deus venter est gloria in confusione. Hunc Deum non nouit Deus, quia reprobat.

t Plaste idoli omnes nihil sunt.] Plaste idoli sunt electores mali Prælati: De quo *Zach.* 11. d. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Isti omnes nihil sunt, quia socij sunt eius, qui non est, id est, Diaboli, vt dicitur *Iob.* 18. c. Diabolus etiam primus elector fuit mali Prælati, cùm dixit primis parentibus: Eritis sicut Dij scientes bonum, & malum: *Gen.* 3. a. Et ideò omnes electores malorum Prælatorum sunt socij eius: quia à vero esse separati sunt. Sed quia ipsi eligunt eos, vt ipsi beneficientur ab eis: & per quæ peccat homo, per hæc & punitur. *Sap.* 11. c. Ideò sequitur. x Et amantissima eorum non proderunt eis] vt amantissimæ præbendæ, & dignitatis. *Ierem.* 15. c. Hæreditatem acceperunt, & non proderit eis. *Amos* 5. e. Vineas amantissimas plantabitis, & vinum earum non bibetis.

z Ipsi sunt testes eorum] Prælatorum, id est, de Prælatis.

b Quia non vident, neque intelligunt,] spiritualiter etsi carnaliter.

d Vt confundantur] qui tales eligunt.

e Quis formauit Deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile?] Miratur Dominus, & meritò, quomodo tales. *Sap* 13. d. De omnium rerum euentu petit ab eo, qui in omnibus est inutilis. *Baruch. vlt.* b. Sicut vas confractum inutile efficitur, tales sunt Dij eorum.

f Ecce omnes participes eius confundentur,] vel in præsenti confusione adducente gloriam, vel in futuro confusione adducente ignominiam. *Eccl.* 27. a. Conteretur cum delinquente delictum. *Et* 14. c Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui operatur illud, ibi cum illo. *Sap.* 14. a. Idolum maledictum est, & ipsum, & qui fecit illud.

g Fabri enim sunt ex hominibus,] id est, electores talium, sunt cæci, debiles, & infirmi.

h Conuenient omnes] ad comedendum cum talibus Prælatis. i Stabunt,] expectantes præbendas, sicut canis ossa.

Vel, i Stabunt] ante tribunal Christi reddituri rationem pro se, & pro

▲dum. *a* Et paueb[u]nt] quasi ob reuerentiam Dei sui. *b* Et confundentur simul, i. fabri, & cultores, cùm intellexerint nihil esse, i. nullius potentiæ ea, quæ coluerunt. *c* Faber ferrarius] *Andreas.* Ad confusionem eorum qui idola colunt, quomodo fiunt prosequitur. Vndè dicit, faber ferrarius, i. qui operatur in ferro.

d Lima operatus est] idolum, lima est instrumentũ quoddam fabri, quod corrodit ferrum, & tollit rubiginẽ. *e* In prunis,] i. in carbonibus ad calefaciendum metallum.

f Et in malleis] ad producendum, & formandum metallum.

Sap. 13. c. *g* Formauit illud,] i. idolum.

h Et operatus est] illud.

a & paucbunt, & *b* confundentur simul. *c* Faber ferrarius *d* lima operatus est: in *e* prunis & in *f* malleis *g* formauit illud, & *h* operatus est in *i* brachio fortitudinis suæ: *k* esuriet, & *l* deficiet, *m* non bibet aquam & *n* lassescet. *o* Artifex lignarius *p* extendit normam, *q* formauit illud in *r* runcina: Fecit *s* illud in angularibus, & in *t* circino tornauit illud: & fecit *u* imaginem viri, quasi speciosum hominem *x* habitantem in domo. Succidit *y* cedros, *z* tulit ilicem, & *a* quercum, *b* quæ *c* steterat

i In brachio fortitudinis suæ,] i. labore brachiorum suorum, & fortitudine fecit illud.

k Esuriet, & deficiet,] nisi alimento sustentetur, quasi dicat, Deus suus non poterit ei dare ad comedendum.

m Non bibet aquam,] dante Deo suo, licet fabri multum indigeant potu.

n Et lassescet,] i. nisi cibum, & potum aliunde habeat, quàm à Deo suo, languebit.

o Artifex lignarius] dicto de operario ferri, persequitur de operario ligni dicens: Artifex lignarius, id est, qui operatur in ligno.

p Extendit normam,] i. regulam, vt rectum opus faceret. *q* Formauit illud,] id est, idolum suum.

r In runcina] Runcina est quoddam instrumentum, quo vtuntur carpentarij, & curuant asseres ad incastrandum.

s Fecit illud in angularibus,] id est, quadratum, vel rotundum.

t Et in circino illud,] i. torno. Circinus enim hic accipitur pro illo instrumento, in quo fiunt scyphi. Vel vocatur circinus idem, quod *compas*, vnde, scilicet, fit circulus: propriè enim circinus est pes circuli immobilis.

u Et fecit imaginem viri, quasi speciosum hominem] sicut quantò pulchrior, tantò putetur augustior.

x Habitantem in domo,] i. fecit illud in domuncula parua, ac si habitaret in illa, sicut modò imagines nostræ habent casulas ligneas, in quibus videntur habitare, cum clausæ sunt.

y Succidit cedros] Dicto de artificibus & instrumentis, subiungit de materia idolorum, vt ex omni parte eorum inutilitatem ostendat, dicens: Succidit cedros: scilicet faber ad idola facienda. *z* Tulit ilicem:] quædam arbor est.

a Et quercum] alia arbor, quæ non sentit citò putredinem. *b* Quæ] quercus. *c* Steterat inter ligna saltus] diu.

d Plantauit pinum] ad faciendum idolum. Pinus arbor alta est ferens poma durissima.

e Quam] pinum. *f* Pluuia nutriuit] vt alias arbores.

g Et facta est] quædam pars eius.

h Hominibus in focum] ad calefaciendum se.

i Sumpsit ex eis,] i. arboribus prædictis.

k Et calefactus est] igne facto de eis. *l* Et succendit] partes earum. *m* Et coxit panes] inde.

n De reliquo autem,] i. de residuis partibus cedri, & ilicis, & pini. *o* Operatus est Deum,] i. idolum, quod pro Deo colit. *p* Et adorauit] opus suum. *q* Et fecit sculptile,] i. idolum sculptum. *r* Et curuatus est ante illud:] adorans opus, quod fecit. *s* Medium eius combussit igni,] i. de quadam parte eius ignem nutriuit. *t* Et de medio eius carnes coxit, i. de quadam parte eius, i. ligni, de quo fecit idolum. *u* Et comedit] carnes inde coctas.

x Coxit pulmentum] de illo ligno.

y Et saturatus est] de pulmento. *z* Et calefactus est] ex eodem ligno. *a* Et dixit] post hoc. *b* Vah] interiectio est lætantis, vnde *Iob* 39. c. Dicitur, de equo, vbi audierit buccinam, dicit, vah. Et *Matth.* 27. e. Vah! qui destruis templum Dei, &c. i. euge. *c* Calefactus sum, vidi focum:] de prædictis lignis.

d Reliquum autem eius Deum fecit, & sculptile sibi,] id est, de residuo ligni, quod posuerat in ignem, fecit ▲ Deum.

* ossa. *a* Et paucbunt,] ne fortè moriantur, antequam beneficiati sint. *b* Et confundentur simul, si moriantur antè, & ipsi impræbendati remaneant. *Moraliter.*

⊕ se & pro alijs. *Rom.* 14. b. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Et 2. *Cor.* 5. b. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque, prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum. *a* Et pauebunt] aduersario accusante, & conscientia remordente, & Iudice condemnante. *Sap.* 4. d. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi: & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. *b* Et confundentur simul] confusione *Aliter.*

inter ligna saltus. *d* Plantauit pinum, *e* quam pluuia *f* nutriuit, & *g* facta est *h* hominibus in focum. Sumpsit *i* ex eis, & *k* calefactus est, & *l* succendit, & *m* coxit panes; de *n* reliquo autem *o* operatus est Deum, & *p* adorauit & fecit *q* sculptibile, & *r* curuatus est ante illud. Medium *s* eius combussit igni, & de *t* medio eius carnes † coxit, & *u* comedit: coxit *x* pulmentum, & *y* saturatus est, & *z* calefactus est: *a* dixit: *b* Vah, *c* calefactus sum; vidi focum. *d* Reliquum autem eius Deum fecit, & sculptile sibi. C

Al. non habet l coni.

sempiterna, quæ nunquam delebitur. *Ier.* 10. c. *c* Faber ferrarius lima operatus est in prunis & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: Fabri sunt adulatores, qui tunc fabricant idola, cùm Deificant Prælatos, & Principes. Istorum lima delicata est eloquentia, quæ tollit rubiginem, & facit ferrum fulgens, dum credere eos faciunt, quòd boni sint: nec iam sint ferrum, sed aurum. *Ezech.* 21. b. Gladius exacutus est, & limatus. Et *inf.* 9. g. Mucro, mucro, euagina te ad occidendum: lima te, vt interficias, & fulgeas, i. ó lingua, para eloquentiam, vt Magnates fulgere facias, & sine vitijs apparere per adulationem, interficias per falsam securitatẽ. Per prunas ambitio designatur. Hæ sunt enim prunæ, quas ardere facit halit⁹ Behemoth, i. diaboli, vt dicitur *Iob* 41. b. Ad has prunas Petrus, qui gerit typum Prælati, negauit Christum: *Marc.* 14. g. Quia maximè Prælati hoc vitio seducuntur. Istæ sunt prunæ, quæ omne bonum comburunt. *Prou.* 6. d. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant: & ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Per malleum, quo clauis impingitur, designatur falsa securitas, qua anima in præsumptionem impellitur, & per consequens in infernum. *Ier.* 10. a. Clauis & malleis compegit, vt non dissoluatur. Ideò Pilatus, i. os malleatoris credidit magis Caiphæ, quàm Christo.

Malleus, & forceps, ferrum, fornax, arma, fauilla: *Versus.*
Fornax, & follis, pellis, flatus, focus, incus.

Hæc competunt adulatori.

Dura manus, sordens vultus, sitis, ordo fabrorum est.

k Esuriet,] diuitias. *l* Et deficiet, præ nimio desiderio. *m* Non bibet aquam,] vt sitis extinguatur. *Eccl.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia. *Io.* 4. b. Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. *n* Et lassescet,] coram diuitiis. *Ecc.* 5. c. Est alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole: diuitiæ conseruatæ in malum Dñi sui, pereunt enim in afflictione pessima. Item quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis? *o* Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in runcina. Fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud, & fecit imaginẽ viri, quasi speciosum hominem habitantẽ in domo.] Artifex lignarius est Præpositus claustri. Religiosi sunt ligna, de quibus dicitur, quòd ierũt, vt vngerent super se Regem, i. Prælatum eligerent. *Iudic.* 9. b. Iste artifex extendit normã, cùm laxat regulã. Format autem in runcina, cùm facit noua præcepta. In circino tornat cùm præcepta multiplicat. In angularibus facit, cum in cameris separatus a conuentu comedit. Et sic facit imaginem, quasi speciosum hominem habitantem in domo: quia dum se lautis cibariis impinguat, præ cæteris, in domo, i. claustro, speciosam imaginem, sc. faciem parat, vel portat. Talis Prælatus non homo, sed quasi homo est, *suprà* 22. e. Quid tu hîc, aut quasi quis hîc? *Zac.* 11. d. O pastor & idolum derelinquens gregem. *y* Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum, quæ steterat inter ligna saltus. Plantauit pinum, quã pluuia nutriuit, & facta est hominibus in focũ. Idolum superbiæ fit de cedro, quæ valdè alta est, i. de aliqua dignitate. Idolum luxuriæ de ilice, & de quercu, cuius fructus est cibus porcorũ. Idolũ auaritiæ est de pino, quæ est arbor siccissima, & facilis ardentibus apta. Et hæc omnia fiunt hominibus in focum, i. materia gehẽnalis incẽdij. *Ibidem.*

⊕ *Osea.* 10. a.

A Deum, id est, idolum, quod pro Deo colit. *a* Curuatur ante illud & adorat illud,] idolum, quod fecit.
b Et obsecrat, i. attente rogat.
c Dicens,] idolo.
d Libera me, quia Deus meus es tu] credens se posse liberari ab eo.

e Nescierunt, neque intellexerunt idola,] scilicet, vana esse & impotentia.
f Obliti enim sunt, ne videant oculi eorum, i.] obliti sunt quod oculi idolorum non vident. *g* Et ne, i. quòd non.
g Intelligant] idola.
i Corde suo,] id est, & hoc obliti sunt. Vel sic Obliti etiam sunt, ne videant oculi eorum & ne intelligant corde suo, id est, sic obliti videntur idololatræ suiipsius, vt nec oculos corporis, nec cordis videantur habere.

Curuatur *a* ante illud, & adorat illud, & *b* obsecrat, *c* dicens: *d* Libera me: quia Deus meus es tu. *e* Nescietur, neque intellexerunt. *f* Obliti enim sunt, ne videant oculi eorum, & *g* ne *h* intelligant *i* corde suo. Non *k* recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, vt *l* dicant: *m* Medietatem eius *n* combussi igni, & *o* coxi super carbones eius *p* panes, & *q* coxi carnes, & *r* comedi; & de *s* reliquo eius idolū faciam. *t* Ante truncū ligni procidam: *u* Pars eius cinis est. Cor *x* insipiens adorabit illud, & non *y* liberabit animam suam, *z* neq; dicet, forte *a* mendacium est in dextera mea. Memento *b* horum, Iacob, Israël: quoniam *c* seruus meus es tu: *d* Formaui te: *e* seruus meus es tu, Israël: non *f* obliuisceris mei. *g* Deleui, vt nubem, *h* iniquitates tuas, & *i* quasi nebulā, *k* peccata tua. *l* Reuertere ad me: *m* quoniam redemi te. *n* Laudate cœli: *o* quoniam fecit Dñs: *p* iubilate extrema terræ. *q* Resonate montes laudationem *r* saltus & *s* omne lignum eius: quoniam *t* redemit Dñs Iacob, *u* & *x* Israël *y* gloriabitor.

Angelis, i. iuuantur ab eis. *q* Resonate, montes laudationem, saltus & omne lignum eius,] q. d. præ clamore laudationis, quam facient illi, qui de captiuitate reuertentur, montes & nemora resonabunt. Vel per montes intelliguntur superiores Sancti: per saltum & ligna eius, mediocres Iusti, q. d. tantum erit gaudium in reditu Iudæorum de captiuitate, quòd & Iusti & Sancti omnes laudabunt Dominum, & ipsi Angeli, imò etiā cœli materiales laudarent, ad literam, si possibile esset. Et hoc. D
t Quoniam redemit Dominus Iacob, i. populum Iudæorum de captiuitate.
u Et] idcirco. *x* Israel, i. populus Iudæorum. Gloriabitur, i. exultabit gaudio magno.

k Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt] idolorum cultores.
l Vt dicant [apud se. *m* Medietatem eius,] i. ligni, de quo factum est.
n Combussi igni,] ad litteram.
o Et coxi super carbones eius,] i. factos de illo ligno.
p Panes] ad comedendum. *q* Et coxi carbones,] de illo.
r Et comedi,] eas. *s* Et de reliquo eius idolum faciam,] quasi, absit hoc. *t* Ante truncum lignum,] vel, ligni procidam, ad adorandum, quasi absit hoc.
u Pars eius cinis est,] i. redacta per ignem in cinerem; ergo non est Deus, q. d. ita deberent ipsi dicere & cogitare apud se. *x* Cor insipiens adorabit illud] Dicit *Gloss.* non sapiens. Tamen hæc *Gloss.* videtur nulla, vel æque ignota, vt textus. Sed sciendum, quòd insipiens licet priuet actu sciendi, vel sapiendi, ponit tamen quandam aptitudinem ad sapiendum, quam isti idololatræ amiserunt, vnde *Gloss.* insipiens per non sapiens, vt priuetur totum & actus & aptitudo sapiendi. *y* Et non liberabit animam suam] ipse per cultum idoli: vel ipsum idolum non liberabit eum. *z* Neque dicet,] artifex idoli.
a Fortè mendacium est in dextera mea,] id est, in opere, quod facio, vel quod adoro: quia idolum nihil est, vt dicitur. 1. *Cor.* 8. a. Fortè dicit, vt innuat, quia etsi nollent hoc credere, quòd idolum mendacium esset, tamen de hoc dubitare deberent. Vel per hoc notat libertatem arbitrij dicendi hoc, vel non dicendi: adorando idola, vel non adorandi. *b* Memento horum Iacob,] i. prædictorum verborum, scilicet, idolum nihil esse: & ideò abijce illud, memor Creatoris tui, & Israel. Per Iacob & Israël intelligitur populus Iudæorum maiores & minores. *c* Quoniam seruus meus es tu,] i. esse debes, non idolorum. *Tertia pars.*
d Formaui te] non idola te fecerunt, sed ego. Et ideò.
e Seruus meus es tu Israel,] i. esse debes idcirco.
f Non obliuisceris mei] qui sum Creator tuus.
g Deleui] vel, delebo, vt nubem, i. faciliter, vt nubes soluitur a Sole. *h* Iniquitates tuas,] i. peccata in proximum. *i* Et quasi nebulam,] i. paruam nubem.
k Peccata tua] quæ commiseras in teipsum, quasi dicat, pœnam captiuitatis, quam pro peccatis debes, citò delebo. In hoc autem quod iniquitates comparat nubi, & peccata nebulæ, ostenditur, quòd maior exigitur reconciliatio ad Deum pro peccatis in proximum, quam pro peccatis in seipsum: Alijs dico circumstantijs paribus.
l Reuertere ad me] colendum ô Israel.
m Quoniam redemi te,] i. redimam de captiuitate.
n Laudate cœli,] ad litteram, vel vos Angeli. *o* Quoniam fecit Dominus,] redemptionem Iacob. *p* Iubilate extrema terræ,] i. vos, qui habitatis extrema terræ. Tamen *Gloss.* dicit, Angeli, vel potestates, quibus portantur fundamenta terræ. Secundum hoc videtur, quod illud *Iob* 9. b. Sub quo curuantur, qui portant orbem, possit intelligi ad litteram. Tamen *Greg.* super principium Iob dicit, quòd quædam sunt in Iob, quæ non possunt intelligi ad litteram, vt est illud. Sub quo curuantur, qui portant orbem. Sol. *Gloss* hæc mystica est: & dicuntur hic fundamenta terræ, i. Ecclesiæ Prælati; qui portantur ab

Δ Hæc dicit ⊖ *Osea* 10. a. Secundum vbertatem terræ suę Ephraim exuberauit simulacris. *a* Et adorat illud & obsecrat dicens: Libera me: quia Deus meus es tu.] Tales sunt Prælati nostri temporis, vt oporteat curuare genua ante eos, & obsecrare vt Deum, cùm tamen ipsi infirmi, & corruptibiles sint, vt lignum. Vndè *Abac.* 2. d. Væ qui dicit ligno expergiscere: surge lapidi tacenti. *Ier.* 2. e. Dicentes ligno pater meus es tu, & lapidi, tu me genuisti, &c. *Aliter.*
b Memento horum Iacob & Israel.] Per Iacob intelliguntur laici: per Israel Clerici.
c Quoniam seruus meus es tu,] obligatus ad seruiendum mihi in Baptismo. *d* Formaui te] ô tu Clerice, in tua promotione, vel ordinatione. *e* Seruus meus es tu, Israel: non obliuisceris mei.] Israël Clericus est, cui dicitur, vt non obliuiscatur Domini, etsi laici obliuiscantur. Vndè *Septuaginta*. Puer meus es tu, formaui te puerum meum: non obliuiscaris mē. *Osea* 4. d. Si fornicaris tu, Israël: non delinquat saltem Iuda. Sed verius potest dici hodie illud *Ier.* 2. f. Populus meus, i. Clerici oblitus est mei diebus innumeris.
g Deleui, vt nubem, iniquitates tuas: & quasi nebulam, peccata tua.] Nubes significat peccatum mortale, quia aufert calores Solis & lucem: nebula veniale. Vtrunque autem delet Dominus gratiæ infusione. Et nota, quòd post deletam nubem clarius videtur Sol: sic & Christus post peccatum dimissum. *Rom.* 8. e. Omnia cooperantur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt Sancti. *Gloss.* etiam peccatum. Nubes autem significat peccatum: quia denigrat cœlum, i. virum cœlestem: quia Solem gratiæ præcludit: quia oberrare facit de peccato in peccatū; quia fulgurare facit per impatientiam: quia à vento tentationis rapi facit: quia montes, i. maiores frequenter inhabitat: quia in vndam infernalis sententiæ citò conuertitur: quia vapor & vanum est: quia ab Austro prosperitatis grandescit. Vndè *vers.* *Versus.*

Denigrat cœlum, Solem præcludit, oberrat.
Fulgurat, à vento rapitur, montes colit, vnda.
Fit subitò, vapor est nubes, grandescit ab Austro.

l Reuertere ad me, peccato tergum, & mihi faciem vertēdo, per peccati detestationē & bonorū operū exercitationē. *m* Quoniam redemi te] per sanguinis proprij effusionē. *n* Laudate cœli,] i. Religiosi, qui lōge estis à terra per proprietatis abdicationem, & habetis sidem per honestæ conuersationis ostensionem. *o* Quoniam fecit Dñs] prædictam redemptionem. *p* Iubilate extrema terræ,] i. laici sibi contēptibiles per humilitatē. *q* Resonate montes laudationē,] i. vos Prælati, qui alti debetis esse per sanctitatem vitæ & contemplationē. *r* Saltus,] i. vos curiales, qui inulti estis & steriles, vt saltus, propter nimiā occupationem. *s* Et omne lignū eius,] i. vos mercatores, qui leues estis & fluctuantes per multiplicem negotiationē. Ecce mouentur hic omnes ad laudē Dei, quia nō est aliquis, qui sit alienus à beneficiis eius: nec est, qui se abscondat à calore eius. *t* Quoniā redemit Dñs Iacob: & Israel gloriabitur.] Cōuersio laicorū debet esse gaudium Clericorū. *Deut.* 18. a. Videbunt omnes terrarum populi, quòd nomen Dñi inuocatum sit super te, & timebunt te. Nota per cœlum intelligitur Religio, quia pulchra est per vitę munditiā, stellata per boni exēpl *Psalm.* 18.

a Hæc dicit Dominus Redemptor tuus,] i. qui redimere à seruitute, & captiuitate consueui.
b Et formator tuus ex vtero,] i. dum esses in vtero.
c Ego sum Dominus faciens omnia,] id est, qui feci, & facio omnia. *d* Extendens cœlos solus] vt scilicet, solus, excludit essentiam, non personam.
e Stabiliens terram, id est, terram stabilem & firmam permanere faciens.
f Et nullus mecum] in his omnibus faciendis.
g Irrita faciens signa Diuinorũ,] i. prædicta a Diuinis signa & facta ab eis: vt in Ægypto factum est, quando draco Moysi deuorauit serpentes Magorum.

Hæc dicit Dominus *a* Redemptor tuus, & *b* formator tuus ex vtero: *c* Ego sum Dominus faciens omnia, *d* extendens cœlos solus, *e* stabiliens terram, & *f* nullus mecum: Irrita *g* faciens signa diuinorum, & *h* hariolos in furorem vertens: *i* Conuertens sapientes retrorsum, & *k* scientiam eorum stultam faciens: Suscitans *l* verbum serui sui, & consilium *m* nunciorum suorum *n* complens. *o* Qui dico Ierusalẽ *p* habitaberis: & *q* ciuitatibus Iudæ: *r* ædificabimini: & *s* deserta eius suscitabo. Qui *t* dico profundo: desolare: & *u* flumina tua *x* arefaciam. Qui *y* dico Cyro: *z* Pastor meus es, & omnem *a* voluntatem meam complebis. Qui *b* dico Ierusalem: ædificaberis: & *c* templo: fundaberis.

h Et hariolos in furorem vertens,] i. sapientes sæculi alienando à futurorum prædictione, quasi essent in furorem versi. *i* Conuertens sapientes retrorsũ] à sapientia sua.
k Et scientiam eorum stultam faciens] reputati, supple, quasi dicat, quia tantus sum, ideò credere mihi debetis, quod possim. *l* Suscitans verbum serui sui,] i. verba seruorum meorum Prophetarum. Vndè exponit dicens.
m Et consilium nunciorum suorum,] i. prophetias & verba Prophetarum meorum, quæ sunt, quasi consilium Domini & secretum. *n* Complens,] i. opere implens ego tantus. *o* Qui dico Ierusalem] illi magnæ ciuitati. Vel sic. Qui dico, ô Ierusalem.
p Habitaberis, i. Iudæi de captiuitate reuersis.
q Et] qui dico, ciuitatibus Iudæ, id est, quæ sunt in Iudæa. *r* Ædificabimini] à Zorobabel, & aliis sociis eius.
s Et deserta eius suscitabo,] i. desertas eius ciuitates instaurabo. *t* Qui dico profundo,] i. Babyloni, in qua erat populus innumerus, sicut in mari, desolare.
u Et flumina tua.] Tigrim & Euphratem. *x* Arefaciam] per Cyrum & Darium. *y* Qui dico Cyro: Pastor meus es,] quia sicut Pastor educit oues à caulis; sic Iudæos meos educet Cyrus de captiuitate, & in terram suam conduci eos faciet.
a Et omnem voluntatem meam complebis,] quia Cyrus Iudæos liberauit, sicut promissum erat à Domino, & insuper de redditibus suis sacrificia præcepit offerri in templo. *b* Qui dico: Ierusalem ædificaberis,] à Iesu Sacerdote magno, & aliis redeuntibus à captiuitate. *c* Et templo fundaberis,] ab eisdem, q. d. ego sum talis & tantus, qui hæc dico, & ideò mihi credendum est: quia ego possum facere, quod promisi.

Aliter, Θ *a* ostensionem, rotunda, vt recipiat per hospitalitatem. quia inter omnes figuras maximæ capacitatis est circulus: micans per prædicationem, alta per contemplationem: ibi est pax per fratrum concordiam, ibi est fortitudo per tentationum tolerantiam, ibi sunt Aquilæ lachrymarum per compassionem, & ipsa est moderamen mundi per orationum subuersionem. De hoc cœlo *vers.*

Versus.
Pulchrum. stellatum, celans. gyrans micat altum:
Pax. ros, robur. aqua, mundi moderamen. Orizon.

Sed hodie magna captura est Alaudarum, i. Religiosorum: quia cœlum hoc cecidit à contemplatione cœlestium, & terræ adhæsit per ambitionem terrenorum: Sicut in vulgari dicitur. *Si le Ciel choit à Terre, il sera grand prise d'Aloëtes.* Et hoc etiam eclypsis, scilicet, defectus gratiæ contingit isti cœlo: quia interposita est, terra inter ipsum & Solem iustitiæ. *c* Ego sum Dominus faciens omnia.] Vndè *Ioan.* 1. a. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Prælatus ergo, qui non ab ipso factus est, sed ab hominibus sine dubio nihil est. Ego sum Dominus. *d* Extendens cœlos solus,] i. viros cœlestes extendens ad omnes per charitatem & per compassionem. Nec excludit filium, qui dicit *Prou.* 8. c. Quando præparabat cœlos, aderam. Et *inf.* d. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens.
e Stabiliens terram,] i. firmans actiuos in operibus bonis. *f* Et nullus mecum] alius, in essentia, vt non excludatur filius & Spiritus Sanctus. *g* Irrita faciens signa diuinorum, & hariolos in furorem vertens,] ad litteram. Ita facit Dominus aliquando, vt ostendat eos nihil posse à seipsis. *i* Conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens *Iob* 5. c. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum & consilium prauorum dissipat. *Abd.* 1. c. Perdam sapientes de Idumæa, & prudentia de monte Esau. & 1. *Cor.* 1. c. Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? *l* Suscitans verbum serui sui,] id est, viuificans Euangelium Christi. *m* Et consilium nũciorum suorum,] i. Prædicatorum, complens. Consiliũ Apostolorũ fuit, vt Iudæis dimissis, qui nolebãt recipere verbũ Dei, transirent ad Gẽtes. *Act.* 13. g. Quod consiliũ Dñs impleuit: quando ad fidem multitudinẽ Gẽtiũ vocauit. *o* Qui dico Ierusalem,] i. Ecclesiç militãti

C A P. XLV.

HÆc dicit Dñs *d* Christo meo Cyro, cuius appre-

p Habitaberis] à fidelibus conuersis. Vndè *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Vel. *o* Dico Ierusalem,] i. Ecclesiæ triumphanti. *p* Habitaberis] ab omnibus glorificatis. *Zach.* 8. a. Plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius. *q* Et ciuitatibus Iuda,] i. cordibus virorum confitentium. *r* Ædificabimini,] in domos spirituales in habitaculum Dei, vt dicitur *Eph.* 2. d. *s* Et deserta eius suscitabo,] i. opera, quæ videntur stulta, & inutilia, viuere faciam vita æterna. 1. *Reg.* 2. a. Dominus mortificat & viuificat. *t* Qui dico profundo: desolare,] i. peccatori dico, desolaberis desolatione incõsolabili. *u* Et flumina tua arefaciam,] i. voluptates tuas cessare faciã, & replebo te omni genere amaritudinis. *y* Qui dico Cyro] qui interpretatur hæreditator, & significat Iustum, quod semper hæreditatẽ suam retinet, & acquirit, non vult vendere, vt Naboth. *Reg.* 21. *a.*
z Pastor meus es,] pascendo pauperes per misericordiam. *a* Et omnem voluntatem meam complebis,] per obedientiam. *b* Qui dico Ierusalem ædificaberis: & templo: fundaberis.] Hoc expositum est *sup.*

Dñs
- Redemit te per misericordiam. *Matth.* 21.
- Format per bonarum cogitationum infusionẽ.
- Facit per bonorum operum impletionem.
- Extendit ad omnes per compassionem.
- Stabilit per perseuerantiam.
- Irritat promissiones diaboli per versutiarum eius detectionem.
- Vertit peccatores per peccati detestationem.
- Suscitat mortuos in peccatis per pœnitentiam.
- Complet, quæ promittit, per veritatem.
- Promittit ad consolationem.

EXPOSITIO CAP. XLV.

HÆc dicit Dñs Christo meo Cyro. Prædicta in præcedenti capitulo Iudæorum liberatione, hic ostendit Dominus, per quem fiet, sc. per Cyrum diuiditur hoc capitulum in quatuor partes. In prima describit Cyri potestatem & natiuitatem. In secunda arguit Iudæorum incredulitatem, *ibi.* Væ qui contradicit factori suo. In tertia describit Iudæorum liberationem & prosperitatem, *ibi.* Ego suscitaui eum. In quarta tangit proselytorum conuersionem, *ibi.* Congregamini & venite. Dicit ergo. *a* Hæc dicit Dñs Christo meo Cyro,] i. Regi meo. Et loquitur Propheta in persona sua, vel populi, cuius Rex dicitur fuisse: quia sub dominio eius fuerunt Iudæi, quando cepit Babylonẽ. Vel loquitur in persona Dñi, cuius dicitur fuisse Rex, quia populum eius rexit & conduxit vsq; ad terram suam. *d* Christo] inquam, meo, sc. Cyro, cuius apprehendi dexteram, tan-

Mysticè. Mysticè. *d* Hæc dicit Dñs Christo meo Cyro, &c. Hoc capitulum mysticè potest exponi de Christo, & satis planum est. Ipse enim est, cuius pater apprehendit dexteram: quia in omnibus fuit cum illo, ante cuius faciem Regum dorsa vertit peccato, & conuertit facies ipsorum ad Christum: & cui Gentes subiecit Dominus per fidem: & portas inferi, & cœli aperuit, & gloriosos terræ humiliauit, dum colla iugo eius ferendo subiecerunt: ante quem portas æreas, & vectes ferreos confregit, i. omnem potestatem diaboli: cui etiam arcana dedit & thesauros absconditos reuelauit, quia omnia illi manifestauit Pater. Sed illud. Accinxi te non cognoui &c. non potest exponi de Christo, vt dicit *Ier.* & ideo de prædicatore exponam⁹ totũ. *d* Hæc dicit Dño Christo meo Cyro, &c.] Prędicator

Δ teram] tanquam Dux, & auxiliator eius, nemo ei resistere queat. *a* Vt subiiciam ante faciem eius Gentes] Chaldæos, & Babylonios, Medos, & alios multos, dicit *Interl.* Secundum hoc videtur, quòd alij sint Babylonij, quam Chaldæi. Et hoc verum est. Babylonij enim propriè sunt, qui habitant in terra Sennar. Sed quandoque pro eodem accipiuntur, quia idem erat Rex vtrorúque. *b* Et dorsa Regum vertam] ante eum in fugam. *c* Et aperiam ante eum,] id est, aperiri faciam. *d* Ianuas] ad capiendum ciuitatem. *e* E portæ non claudentur] ante eum, i. non permanebunt clausæ] sed aperientur. *f* Ego ante te [ò Cyre, ibo: vsque huc suspensiua est constructio.

Al. † coram eo.

hendi dexteram, vt subiiciam *a* ante faciem eius Gentes, & *b* dorsa Regum vertam. Et *c* aperiam † ante eum *d* ianuas, & portæ *e* non claudentur. Ego *f* ante te ibo, & *g* gloriosos terræ humiliabo: *h* Portas æreas conteram, & *i* vectes ferreos confringam. Et *k* dabo tibi thesauros absconditos & *l* arcana secretorũ, vt *m* scias: quia ego Dominus, qui *n* voco nomen tuum *o* Deus Israël *p* propter seruum meũ Iacob, & Israël electum meũ. Et *q* vocaui te † nomine tuo: *r* assimilaui te; *f* & non cognouisti me.

Al. † in.

g Et gloriosos terræ humiltabo,] id est, Babylonios, & Chaldæos. *h* Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam,] id est, portas, & vectes firmissimos Babylonicos conteram. Vel etiamsi essent æreæ portæ, vel vectes ferrei, adhuc conteram eos. *k* Et dabo tibi thesauros absconditos] cunctarum vrbium, & Regum. *l* Et arcana secretorum,] id est, secretissima Regum tibi ostendam. *m* Vt scias, quia ego Dominus,] cùm hæc tibi euenerint, quæ promitto. *n* Qui voco nomen tuum,] id est, prædico te seruum vocandum Cyrum, antequam sis. *o* Deus Israel,] populi Iudæorum.

p Propter seruum meum Iacob, & Israël electum meum,] id est, propter populum Iudæorum, supple, faciam tibi prædicta non propter te. *q* Et vocaui te nomine tuo] quod est Cyrus, quasi, hoc nomine vocaui te, antequam esses. Vocaui, *Gloss.* vt vocaui Abraham, scilicet, per familiaritatem, non quòd familiaris ei fuerit; sed quia per modum familiaris se habuit erga eum. *r* Assimilaui te] *Andreas.* Isaac, Iosiæ, & aliis Sanctis, quorum nomina, antequam nascerentur, prædixi. De Isaac habetur *Gen.* 17. c. De Iosia. 3. *Reg.* 13. b. vel, assimilaui te, filio meo in multis, quia vocatus es Cyrus, qui interpretatur hæres, & ipse est verus hæres: vocatus Christus, sicut ipse.

f Et] tamen; non cognouisti me: id est, non coluisti me, sed idola, licet tot, & tanta bona tibi fecerim.

Δ Ego Dominus, & non

Mysticè.

Θ dicator Christus est, quia vnctus est oleo cœlestis gratiæ, per infusionem. Est autem Cyrus, quod interpretatur hæres: quia hæreditatem cœlestem sibi acquirit per vitæ munditiam, & aliis per Prædicationem: Sed multi, quod mirum est, se exhæredant, & alios ad hæreditatem inuitant, facientes se filios ancillæ, & alios liberæ. Huius Cyri tenet Dominus dexteram, quando tantum pro cœlestibus prædicat. Sed multi porrigunt Deo manum sinistram, quando, scilicet, prædicant, vt capiant terrena, nolentes teneri à dextera eius; sed à sinistra, in qua sunt diuitiæ, & gloria, vt dicitur *Prou.* 3. b. Alij autem, quorum manus plenæ sunt sanguine, id est, peccato *sup.* 1. d. *Iob.* 9. d. Si fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus impinges me. In talium persona dicit *Psal.* 73. Vt quid aueitis manum dexteram tuam?

a Vt subiiciam ante faciem eius Gentes,] id est, peccatores, qui prædicatori debent esse subiecti per obedientiam, vt faciant, quod docet. Debent etiam esse ei subiecti per constantiam, vt ipse pro nullo taceat, quod docendum videt. Sed turpissimum est, quando ipse se subiicit Gentibus per adulationem, aut propter cupiditatem, aut per timorem: quando, scilicet, propter aliquod horum dimittit dicere veritatem. *Ezech.* 3. b. vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam. *b* Et dorsa Regum vertam] tres sunt Reges, quorum Dominus dorsa vertit ante faciem, vel verbum Prædicatoris: Diabolus, de quo *Iob.* 41. b. Ipse est Rex super omnes filios superbiæ. Item mors *Rom.* 5. c. regnauit mors ab Adam vsque Moysen. Item peccatum *Rom.* 6. b. non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Primus fugatur per resistentiam *Iac.* 4. b. Resiste Diabolo, & fugiet à vobis. Tamen cum difficultate fugatur. *Iob.* 41. c. non fugabit eum vir sagittarius. Secundus, & tertius fugantur per vitæ munditiam. *Abac.* 3. a. Ante faciem eius ibit mors. *c* Et aperiam ante eum ianuas: & portæ non claudentur] Dominus ante Prædicationẽ aperit primò ianuas intellectus, quando intendunt auditores his, quæ ab ipso dicuntur. Deinde aperit portas affectus, quando ad implenda, quæ dicta sunt, accenduntur. 1. *Cor.* 16. b. ostium mihi apertum est magnum, & euidens, & aduersarij multi. Ecce primum ostium, quia nondum ibi est consensus, & *Act.* 14. d. retulerunt, quanta Dominus fecisset cum illis, quia aperuisset Gentibus ostium fidei.

f Ego ante te ibo.] Dominus ante Prædicatorem vadit, præparando cursum prædicationis eius. *Iob.* 38. c. Quis dedit vehementissimo imbri cursum? Vndè *Matth.* 26 c. Præcedam vos in Galilæam. *Mich.* 2. d. Ascendit pandens iter ante eos: diuidet & transibit Rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum. *g* Et gloriosos terræ humiliabo.] Gloriosi terræ sunt Magistri, qui gloriantur de multitudine scholarium in hyeme: sed Dominus humiliat eos in æstate. De hac gloria dicitur *Prou.* 14. d. In multitudine populi dignitas Regis. *Eccl.* 10. a. Gloria patris filius sapiens. Et 2. *Cor.* 1. c. Gloria vestra sumus, sicut & vos nostra. De humiliatione, *Iob.* 19. b. Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.

h Portas æreas conteram] ante eum. Portæ æreæ sunt corda peccatorum dura, & obstinata, quas Dominus conterit per contritionem. Vndè *Psalm.* 104. Dirupit petram, id est, durum cor peccatoris: & fluxerunt aquæ compunctionis. Et nota, quòd ter dicit portas: quia sunt portæ cœli, sunt portæ inferi, & sunt portæ Ecclesiæ. Porta cœli Christus. *Ioan.* 10. b. Ego sum ostium. Portæ inferi, peccata. *Matth.* 16. c. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Portæ Ecclesiæ, virtutes, vel Sacramenta sunt. *Apoc.* 21. f. Singulæ portæ erant ex singulis margaritis. *Tob.* 13. d. Portæ Ierusalem ex saphiro, & smaragdo. Portæ etiam cœli dicuntur Doctores, quorum doctrina, & exemplo debent alij post ipsos intrare in cœlum. Sed quidam sunt portæ aureæ per veram sapientiam, quidam sunt portæ argenteæ per eloquentiam, quidam sunt portæ æreæ per impatientiam. Æs enim cùm percutitur, resonat. Et has portas conterit Dominus: quia impatientia Doctoris † effectum maculat, sed patientia probat. *Prou.* 19. b. Doctrina viri per patientiam noscitur.

Al. † officium.

i Et vectes ferreos confringam,] vectes ferrei sunt diabolicæ suggestiones, sicut dicit *Gloss. super Psal.* 106. Hos contriuit Dominus in die.

k Dabo tibi thesauros absconditos.] Vnus thesaurus Domini est timor, *sup.* 33. a. Timor Domini ipse est thesaurus eius. Alius pœnitentia. *Deuter.* 33. e. Inundationes maris, quasi lac, sugent, & thesauros absconditos arenarum. Alius cor humanum. *Prou.* 8. b. In viis iustitiæ ambulo in medio semitarum, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam, id est, ingenium, & affectum.

l Et arcana secretorum,] id est, intelligentiam Scripturarum. Vndè Paulus audiuit arcana verba, quæ non licet loqui. 2. *Cor.* 12. a. Hæc arcana multi recipiunt in intellectu, pauci in affectu. *Ps.* 16. de absconditis adimpletus est venter eorum. *m* Vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum,] i. sum tibi familiaris, vocans te nomine tuo] Deus Israel Propter hoc enim Dominus redemit nos: & ianuas mortis confregit, vt liberemur à morte, & sic liberati in eum crederemus, & ei familiares essemus. Simile huius *Eccles.* 47. c. In nomine Domini Dei, cui est cognomen Deus Israel.

p Propter seruum meum Iacob, & Israël electum meum.] Hoc est propter plebes, quòd Presbyteri ordinantur, Prædicatores mittuntur, Prælati instituuntur: ergo qui non exercet id, ad quod factus est, inutilis est. *q* Et vocaui te nomine tuo] *suprà* 43. a. Redemi te, & vocaui te nomine tuo.

r Assimilaui te: Dominus quemlibet assimilauit filio suo, in eiusdem imaginis conformitate, in eiusdem regni participatione. Præter hæc autem Prædicatorem assimilauit filio suo, in eiusdem officij susceptione, de primo *Romanorum* 8 f. quos prædestinauit, & præsciuit conformes fieri imaginis filij sui, de secundo *Rom.* 8. c. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: de tertio *infrà* 61. a. Spiritus Domini super me: eo quòd vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me.

f Et non cognouisti me.] Hic redarguitur † Prædicator de ingratitudine, per quam non agnoscit Deum, vel de inani gloria. *Romanor.* 1. c. Cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum 1. *Corinth.* 1. c. Quia in Dei Sapientia, non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo

Al. † peccator.

 Θ Per stultitiam

a Ego Dominus, & non est ampliùs] vel, alius, id est, non sunt plures Dij. b Extra me non est Deus.] Extra dicit quia Pater in filio, & filius in patre, & Spiritus Sanctus in vtroque.
c Accinxi te] virtute magna, quasi virum strenuum, & bellatorem feci.

Al. † alius.

Al. non habet † Deus. 24.q.5 c. quidam ver. salidant.

B

a Ego Dominus, & non est † amplius. b Extra me nó est Deus. Accinxi c te, & non d cognouisti me; vt sciant hi, e qui ab ortu Solis, & qui ab occidente, quoniam f absque me non Deus. g Ego Dominus, & non est alter † Deus h formans lucem, & i creans tenebras: k faciens pacem, & l creãs malúm. m Ego Dominus faciens omnia hæc. n Rorate cœli desuper, & o nubes pluant Iustum: p aperiatur terra, & q germinet Saluatorem: & r iustitia oriatur simul. f Ego Dominus creaui eum. Væ t qui contradicit factori suo, u testa de samiis terræ. x Nunquid dicit lutum figulo suo: quid facis: y opus tuum absque z manibus est?

d Et non cognouisti me,] id est, cognoscere te nó ostendisti Et hoc, inquam, feci tibi. e Vt sciant hi, qui ab ortu Solis, & qui ab occidente,] i. omnes, ex quacunque parte sint mundi.
f Quoniam absque me non est Deus] Sciant hoc, scilicet, per annunciationem tuam. Vndè *Esdras* dicit Cyrum scripsisse omnibus Gentibus nõ esse Deum, nisi Deum Israel. Vel sciant hoc propter mirabilem populi liberationem. g Ego Dominus, & non est alter Deus.] Alter in essentia, licet alter in persona h Formans lucem] diem, *ad litteram*, vel populi liberationem. i Et creans tenebras,] id est, noctem, vel aduersitatem. k Faciens pacem,] i. concordiam. l Et creans malum,] id est, discordiam permissiuè. Vel, malum, pœnæ in culpa, quod nulla sua naturâ subsistit, vt dicit *Greg. hic in Gloss.* Ergo malum culpæ non habet aliquam naturam. Ad idem facit illud *Ieron. super Osea* 4. Iniquitas substantiam, vel naturam non habet. Sed contra dicit *Aug.* quòd malum non coalescit, nisi in bono; ergo habet naturam qua malum coalescit in bono naturæ, & corruptio eius. Sed hoc non est natura mali, sed boni. m Ego Dominus faciens omnia hæc] prædicta. n Rorate cœli desuper.] Hic describit Cyri natiuitatem, ostendens, quòd gratia Dei conceptus sit, secundum Iudaicam expositionem; secundum veritatem verò prophetiæ describit Christi natiuitatem. Vndè dicit Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum,] id est, Cyrum, quia sicut ex rore desuper veniente, & pluuia ex nubibus profluente terra fœcundatur, & germinat: sic dono cœlestis gratiæ concipiatur Cyrus, & nascatur ad relaxandum captiuitatem populi mei: qui iustus dicitur, quia fecit iustitiam de Chaldæis.
p Aperiatur terra.] Hoc dicit, vt non credatur Cyrus esse Angelus vel Deus; sed homo purus. q Et germinet Saluatorem,] i. Cyrum producat, qui saluabit populum meum à captiuitate. r Et iustitia oriatur simul,] i. orietur: quia tam gentibus, quàm Iudæis iustè imperabit.
f Ego Dominus creaui eum,] Cyrum. t Væ qui contradicit factori suo.] Sciebat Dominus, quòd Iudæi non crederent prædicta, scilicet, quòd de manu tantorum, & tam potentium possent liberari per Cyrum: quod erat contradicere factori suo, id est, quæ promittebantur à Deo. Quæ contradictio talis est, ac si testa fictilis fictori suo contradicat; ideò tales redarguit, dicens: Væ Iudæis, qui contradicunt factori suo, id est, Deo dicentes prædictam liberationem non posse fieri. Et illi, supple, qui contradicunt, sunt quasi.
u Testa de Samiis terræ facta. Samos ciuitas est, vbi ars figulorum reperta est.
x Nunquid dicit lutum figulo suo: quid facis] ô figule? Et nunquid dicit, y Opus tuum] ô figule.
z Absque manibus est,] i. tu hoc paras, ac si esses sine manibus, quasi eadem est cõtradictio eorum, qui contradicũt prædictæ liberationi, ac si figulo sic contradiceret lutum.

Δ Væ qui dicit patri

Mysticè.

Θ per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.
c Accinxi te] vt militem nouum gladio spiritus, quod est verbum Dei. *Ephes. vlt.* c.
d Et non cognouisti me] quia fructum prædicationis studio, vel ingenio tuo, vel diligentiæ tuæ imputasti. Et Ideò Dominus tectè talibus in tormento prædicationis aufert auxilium suum, tanquam ingratis militibus *Psal.* 88. Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. g Ego Dominus, & non est, &c.] Dominus format lucem: quia bonis dat gratiam, & naturam; sed creat tenebras: quia malis tantùm dat naturam *Eccl.* 24. a. Ego feci in cœlis, vt oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem carnem.
k Faciens pacem, &c.] pœnæ non culpæ. Pax idem est, quod lux: & malum, quod tenebræ. De malo pœnæ. *Iudic.* 6. c. Si Dominus nobiscum est, cur ergo apprehenderunt nos hæc mala? *Iob.* 2. c. Si bona suscepimus de manu Domini; mala autem quare non sustineamus? *Prou.* 20. c. Malum est, malum est, dicit omnis emptor; sed cùm recesserit, gloriabitur. *Psalm.* 9. Non mouebor à generatione in generationem sine malo. Et *Psal.* 39. Circumdederunt me mala, quorum non est numerus. *Luc.* 16. f. Fili, recordare, quia recepisti bona in vita tua: & Lazarus similiter mala.
m Ego Dominus faciens omnia hæc.] *Eccl.* 11. b. Bona, & mala,: vita, & mors: paupertas, & honestas à Déo sunt.
n Rorate cœli desuper.] Hic orat Ecclesia aduentum filij, qui solo rore cœlestis gratiæ non operatione naturæ, quasi furtim descendit in aluum Virginis. Vndè *Num.* 11. b. Cùm descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter, & Man. *Deuter.* 33. d. Oculus Iacob in terra frumenti, & vini: cœlique caligabunt rore *sup.* 26. d. Ros lucis, ros tuus: & terram Gigantum detrahes in ruinam. Et *infr.* 55. c. Quomodo descendit imber, & nix de cœlo: & illuc vltrà non reuertitur; sed inebriat, & infundit terram, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti, sic erit verbum, quod egredietur de ore meo, id est, filius. *Osea* 14. e. Ero quasi ros: & Israel germinabit, sicut lilium. o Et nubes pluant iustum.] *Psal.* 71. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Item *Psal.* 67. Pluuiam voluntariam segregabis, Deus, hæreditati tuæ. *Iob.* 38. c. Quis est pluuiæ pater, aut quis genuit stillam roris? *Rom.* 9. d.
p Aperiatur terra,] i. Beata Virgo per consensum cordis, non per fractionem corporis. q Et germinet Saluatorem,] id est, Christum, qui saluum fecit populum suum à peccatis eorum. *Matth.* 1. d. De hoc *Deut.* 28. a. Aperiat Dominus thesaurum suum optimum cœlum, vt pluuiam tribuat terræ tuæ. *Psal.* 84. Benedixisti, Domine, terram tuam, quæ maledicta scilicet, erat. *Genes.* 3. c. r Et iustitia oriatur simul.] *Dan.* 9. f. *Septuaginta* Hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam; vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & vngatur sanctus Sanctorum. f Ego Dominus creaui eum] secundum humanitatem. *Eccl.* 1. a. Primò omnium creata est sapientia. Et *infrà* b. Ipse creauit illam in Spiritu sancto.
t Væ qui contradicit factori suo,] Scriptura sæpè vbi loquitur de primo aduentu, statim contra rebelles inuehitur. Vndè *Infr.* 58. c. Cùm dixisset. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me, subiungitur. Stemus simul, Qui est aduersarius meus? Ideò etiam hic Propheta post filij incarnationem inuehitur contra blasphemantes Iudæos & alios peccatores. Væ qui contradicit factori suo. Hoc facit quicunque negat filium venisse in carnem. Item. Moraliter. Hoc facit quicunque Prælato suo per inobedientiam contradicit. *Tit.* 1. c. Multi inobedientes, quos oportet redargui. 1. *Reg.* 15. e. Quasi peccatum hariolandi est repugnare: & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. *Deut.* 21. d. Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audierit patris, ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit: apprehendent eum, & ducent eum seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicéntque ad eos: Filius noster iste proteruus, & contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuiis: lapidibus eum obruet omnis populus ciuitatis, & morietur. *Moral.*
u Testa de samiis terræ.] *inf.* 64. c. Pater noster es tu; nos, verò lutum. *Eccl.* 10. b. Quid superbis terra, & cinis.
x Nunquid dicit lutum figulo suo: quid facis,] i. homo Deo, vel subditus prælato? Arguit quosdam qui nolunt obedire Prælatis, nisi dicatur eis ratio iussionis: etsi faciant, iudicant tamen de Prælati iussione, quòd indiscreta, vel malitiosa sit. Sed verus obediens habet voluntatem Prælati pro ratione. *Act.* 9. a. Domine, quid me vis facere? *Sap.* 12. b. Quis dicet tibi: quid fecisti, aut quis stabit contra iudicium tuum? y Et opus tuum absque manibus est.] Hoc dicunt Iudæi, qui dicunt filium non esse eiusdem potentiæ cum Patre. Hoc etiam potest dici quibusdã Prælatis, qui tantùm præcipiunt, & nihil faciunt: totum opus eorum est præcipere: ore faciũt omnia, nihil manibus suis. De quibus dicitur *Matth.* 23. a. Dicunt, & non faciunt. Sicut

Θ magister la-

A a Væ qui dicit patri: quid generas? & matri: quid parturis?] Nota antequam Cyrus conciperetur multi hagioli dicebant patri, & matri, quòd multa mala facturus erat Cyrus, & ideò melius esset, si non generaretur quibus loquitur Dominus, vel Propheta, dicens. a Væ] ei, qui dicit patri, Cyri.

Væ a qui dicit patri: b quid generas? & † c matri: quid d parturis? Hæc dicit e Dominus sanctus Israël f Plastes eius. g Ventura interrogate me super filios meos: & h super † opus manuũ mearũ mandate mihi. i Ego feci terram, & k hominem super eam l creaui ego. m Manus meæ † tetenderũt cælos: & n omni militiæ eorum mandaui. o Ego suscitaui eum ad p iustitiam: q & omnes vias eius dirigam. Ipse r ædificabit ciuitatem, † & s captiuitatem meam t dimittet, non in u pretio, neque in muneribus, dicit Dominus † x exercituũ. Hæc y dicit Dominus Deus: z Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & a Sabaim viri sublimes ad b te transibunt, & c tui erunt. d Post te ambu-

Al. † mulieri.

Al. † opera.

Al. † extenderunt.

Al. † meam.

Al. † Deus.

b Quid generas] quasi dicat, ad quid generas Cyrum? c Et matri] Cyri. d Quid parturis?] id est, ad quid parturis Cyrum? quasi dicat, væ eis, qui prohibent patri, & matri Cyri generare eum, cùm ego prædixerim hoc de eo. e Hæc dicit Dominus sanctus Israel.] id est, sanctificans Israel. f Plastes eius,] id est, formator Cyri. g Ventura interrogate me super filios meos] ô Iudæi, non idola. h Et super opus manuum mearũ mandate mihi:] id est, requirite per nuncios vestros Sacerdotes, & Prophetas, quæ ventura sint vobis, & quæ facturus sum, pro vobis. i Ego feci terram] ad literam. k Et hominem super eam] tanquam Dominum. l Creaui ego] Gen. 1. a. m Manus meæ tetenderunt cœlos,] i. ego feci cœlos tenues, & subtiles, ac si eos manibus extendissem. n Et omni militiæ eorum mandaui,] id est, stellis, & Angelis præcepi, quid agere debeant. o Ego suscitaui eum:] Tertia pars, in qua Dominus Iudæorum prosperitatem describit. Describitur autem hæc prosperitas multipliciter. Primò in ciuitatum reædificatione, ibi: Ipse ædificabit ciuitatem. Secundo, licet sit ordo præposterus, in populi liberatione, ibi. Et captiuitatem meam. Tertiò, in omnium bonorum multiplicatione, ibi. Labor Ægypti. Quartò, in perpetua securitate, ibi. Israel saluatus est: Dicit ergo. o Ego suscitaui] vel, suscitabo eum, id est, Cyrum.] p Ad iustitiam,] faciendam de Babylonijs, & Chaldæis.

Tertia pars.

q Et omnes vias eius dirigam,] vt hoc, quod prædixi de eo, contingat ei. r Ipse ædificabit ciuitatem,] Ierusalem, quæ ciuitas dicitur antonomasticè, i. reædificari præcipiet. s Et captiuitatem meam,] i. Iudæos meos, quos in captiuitatem duci permiseram. t Dimittet] liberos redire in patriam. u Non in pretio, neque in muneribus,] & ita apparebit, quòd non per munera sua dimittentur Iudæi sed propter meam volontatem. x Dicit Dominus exercituum,] qui hoc potens est facere, & cui credendum est. y Hæc dicit Dominos Deus,] hic describit prosperitatem Iudæorum, & dignitatem de captiuitate reuersorum, multi enim de Ægypto, & de aliis regionibus, in quibus fuerant Iudæi dispersi, redierunt cum eis, & facti sunt eis serui. Et hoc est, quod dicit. z Labor Ægypti, & negociatio Æthiopiæ,] i. negociatores de Æthiopia. a Et Sabaim viri sublimes,] i. viri potentes, & nobiles de Saba. b Ad te transibunt] vt tecum redeant Ierosolymam visa prosperitate tua. c Et tui erunt serui] & Tributarij.

d Post te ambulabunt,] quasi serui post Dominum suum.

A Vincti

Moral. * Magister latomorum chirothecas habens, & virgam in manu, præcipit, & nihil facit: & tamen in vesperè plus habet, quàm alij, sic Prælatus huiusmodi minus facit, & plus expendit, quam dimidia pars conuentus.

Mysticè. a Væ qui dicit patri: quid generas?, id est, qui negat Deum patrem filium Christum genuisse secundum Diuinitatem: & Beatam Virginem peperisse eum secundum humanitatem.

Moral. Moraliter autem hoc est contra prohibentes prædicationem. a Qui patri,] spirituali, i. Prædicatori. b Et matri,] prohibent filios Deo generare. Quòd pater sit Prædica-

Mysticè. tor, dicitur, 1. Cor 4. d. Per Euangelium in Christo ego vos genui. Quòd autem sit mater, dicitur Galat. 4. c Filioli mei, quos iterum parturio Prou. 3. d. Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales, & ipse benefac

e Hæc dicit Dominus sanctus Israel,] id est, sanctificator fidelium per gratiam. f Plastes eius,] i. formator, siue reformator configurans eos corpori claritatis suæ per gloriam. g Ventura interrogate me super filios] vestros. Hoc dicitur mulieribus, quæ à vetulis, & sortilegis quærunt, quæ ventura sunt filiis suis, maximè cùm infirmantur. De quibus dictum est, sup. 7. d. Cùm dixerint vobis quærite à Pythonib. & Diuinis: nunquid non populus à Deo suo requiret visionem pro viuis, & mortuis? Ad legem magis & testimonium. h Et super opera manuum mearum mandate mihi.] Hoc dicitur Prædicatoribus, vt mandent Domino, id est, requirant ab eo per nuncios orationum suarum, quomodo pœnitentes, qui sunt opera sua, quos ipse facit in conuersione sua, debeant regere, & nutrire, scilicet, sicut nutrix infantulum suum 1. Thess. 2. b. Facti sumus paruuli in medio vestrûm, tanquam si nutrix foueat paruulos suos, subditis effundant. i Ego feci terram,] i. terram viuentium, vel terram istam materialem. k Et hominem super eam creaui ego] vt esset super eam, vt Dominus, & possessor vtriusque: non in ea sepultus, vt sunt auari, qui solis temporalibus vacant, vt talpæ. Matth. 5. a. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.

m Manus meæ extenderunt cœlos.] Manus Domini, sunt benignitas, & sapientia, quæ extendunt cœlos, i. cælestes viros ad bonos per congratulationem, ad malos per compassionem, ad indoctos per instructionem, ad doctos per consultationem, ad pigros per excitationem, ad feruentes per moderamentum feruoris sui, ad diuites per orationum instantiam, ad pauperes per misericordiam, & eleemosynarum largitionem. 1. Cor. 9. c. Cùm essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci: factus sum Iudæis, tanquam Iudæus: his, qui sub lege sunt, quasi sub lege essem: his, qui sine lege erant, tanquam sine lege essem: factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos.

n Et omni militiæ eorum mandaui.] Militia cœlorum sunt ministri, & coadiutores Prælatorum, quibus mandauit Dominus, vt bonum erga Dominos suos semper augeant, & malum diminuant: vt causas pupillorum, & viduarum defendant, vt Dominos suos semper ad meliora commoueant. Sed hodie totum fit è contrario, suprà 19. b. Sapientes Consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens. Prou. 29. b. Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes habet ministros impios.

o Ego suscitaui eum ad iustitiam,] Filius Dei occisus est propter delenda peccata nostra; sed propter iustitiam nostram faciendam resuscitatus est. Rom. 4. d. Mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Item Prælatum suscitat Dominus ad iustitiam faciendam, non vendendam. Sapient. 1. a. Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.

q Et omnes vias eius dirigam.] Omnes vias filij direxit Dominus: quia in omnibus fecit benè, & bonum; sic & omnes vias boni Prælati dirigit Deus, nec aberrare permittit. Iosue 1. c. Noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus, ad quæcunque perrexeris.

r Ipse ædificabit] vel, ædificauit ciuitatem, id est, Ecclesiam. Hæc enim est ciuitas, quæ super montem posita non potest abscondi, vt dicitur Matth. 5. b. Quam ædificauit filius ex duobus parietibus, id est, ex Iudæis, & Gentibus.

s Et captiuitatem meam dimittet,] Cyrus, scilicet, id est, Prælatus peccatores, quos captos tenet diabolus, dimitti faciet. Vndè ei dicitur Prou. 24. b. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, &c.

u Non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus exercituum] inf. 52. a. Gratis venundati estis: & sine argento redimemini.

y Hæc dicit Dominus Deus: Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt.] Per hoc significatur diuersitas peccatorum conuersorum ad fidem. Per Ægyptum intelliguntur luxuriosi. Ægyptus enim interpretatur mœror, vel tenebræ, & de luxurioso scriptum est. Prou. 14. b. Extrema gaudij luctus occupat: Ecce mœror. Item Iob. 24. c. Oculus adulteri obseruat caliginem: Ecce tenebræ. Et benè dicitur, labor: quia magnus labor est multis in quærendo peccatum: iuxta illud Ier. 9. b. Vt iniquè agerent, laborauerunt. Per negotiationem Æthiopiæ intelliguntur auari: Negotiatio enim propriè auaris conuenit: qui etiam animas suas venales habent, vt dicitur Eccl. 10. b. Æthiopiæ autem dicitur propter nigredinem: quia Sol auaritiæ exurit eos. Per Sabaim, vel Saba, quæ interpretatur captiua, significantur superbi, qui propriè captiuati sunt sub iugo diaboli. Ipse enim est Rex super omnes filios superbiæ: Iob. 41. d.

d Post te ambulabunt,] de virtute in virtutem, donec videant Psal. 83.

A videant

a Vincti manicis pergent] quasi dicat, ita erunt tui, quòd si etiam velis eos ligare manicis, sicut fit de captis in bello, poteris bene. *b* Et te adorabunt,] i. te adorarent, si velles, vel magnum honorem tibi exhibebunt. *c* Téque deprecabuntur,] vt eos in seruos recipias, dicentes. *d* Tantùm in te est Deus] verus. *e* Et non est absque te Deus,] i. non est Deus, nisi Deus vester. Dicentes etiam.

labunt, vincti *a* manicis pergent, & *b* te adorabunt, teque *c* deprecabûtur. Tâtùm in *d* te est Deus, & non est *e* absque te Deus. Verè *f* tu es Deus absconditus, *g* Deus Israël Saluator. *h* Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul *i* abierunt in confusionem fabricatores errorû: *k* Israël *l* saluatus est in Domino *m* salute æterna. Non *n* confundemini, & non *o* erubescetis vsque in sæculum sæculi. Quia *p* hæc dicit Dominus creans cœlos, ipse *q* Deus formans terram, & *r* faciens eam, ipse *s* Plastes eius. Non in *t* vanum creauit eam; sed vt *u* habitetur *x* formauit eam. *y* Ego Dominus, & non est alius: *z* Non in abscondito locutus sum, in *a* loco terræ tenebroso. *b* Non dixi semini Iacob frustrà: *c* quærite me. *d* Ego Dominus loquens iustitiam, *e* annuncians recta. Congregamini, & *g* venite, & ac-

f Verè tu es Deus absconditus à nobis vsque huc.

g O Deus Israël Saluator,] i. Deus, qui saluas Israël. Vel hæc etiam omnia possunt intelligi de ipso populo, quasi dicat, Propheta, vel Dominus. In tanta tenebentia habebunt te, quòd dicent te esse Deum, & non esse alium à te. *h* Côfusi sunt. Hic loquitur Propheta, vel Dominus, vel etiam populus de Gentibus, quibus idola nihil profuerunt, dicens: Confusi sunt, & erubuerunt omnes simul qui sperabant in idolis. *i* Abierunt in confusionem fabricatores errorum,] i. idolorum, in quibus errauerunt. *k* Israel] autem, saluatus est in Domino] id est, per Dominum: vel in spe, quam de Domino habebat. *m* Salute æterna,] id est, salute perpetua, quæ nunquam deficiet. *n* Non confundemini, (quasi dicat, illi confundantur; sed vos ô Iudæi non confundemini, quia Deus vester, quod vobis promisit, implebit. *o* Et non erubescetis vsque in sæculum sæculi] quasi, etsi ad horam erubescatis propter captiuitatem: non tamen in æternum. Et ostendit, quasi duas causas, quibus securi possunt esse, quòd non confundentur, imò quòd Dominus faciet eis, quod promisit. Prima est, quia Dominus dedit eis terram optimam, quam sine habitatoribus non relinquet. Secunda est, quia ipse promisit hoc, qui verus est in promissis. Dicit ergo: Non confundemini, vt dixi.

p Quia hæc dicit Dominus creans coelos,] ex nihilo.

q Deus formans terram,] id est, creans terræ formam, scilicet, rotundam. *r* Et faciens eam.] Ordo præposterus: prius enim est facere naturaliter, quàm formare.

s Ipse Plastes eius,] id est, ipse est formator eius & plasmator.

t Non in vanum creauit eam,] id est, terram.

u Sed vt habitetur] a populo suo. *x* Formauit eam.] scilicet, terram. Ecce prima causa. *y* Ego Dominus & non est alius] in essentia. *z* Non in abscondito locutus sum,] vobis de prosperitate prædicta. *a* In loco terræ tenebroso,] sicut idola, quæ in locis occultis responsa dabant, quasi, non promisi vobis hoc in abscondito sicut faciunt homines, qui volunt celare promissa sua, vel qui nolunt promissa soluere, vel non possunt. *b* Non dixi semini Iacob frustrà: quærite me,] id est, non præcepi Iudæis, quòd colant me pro nihilo. sed multa bona promitto, & faciam. Vel sic. *b* Non dixi semini Iacob frustrà,] i. in vanum.

c Quærite me,] quia ego non promisissem eis tot bona nisi vellem eis dare. Et ex hoc possent ipsi cognoscere, quòd non promisi eis in vanum prædicta.

d Ego Dominus loquens iustitiam] non dolum. *e* Annuncians recta] vnde mihi credendum est. Ecce secunda causa.

f Congregamini & venite.] Quarta pars, in qua tangit conuersionem proselytorum, dicens, Congregamini, cum Iudæis reuertêtibus. *g* Et venite,] in terram promissionis. — *Quarta pars.*

h Et accedite simul

Aliter. *f* Congregamini, &c.] potest esse admonitio Iudæis, vt reuertantur. Data etiam licentia redeundi à Cyro, alij nolebant redire, quia facti idololatræ, quasi non credebant promissioni Domini: alij, quia nolebant dimittere magnas possessiones, quas habebant inter Gentes: vnde admonet eos Propheta, vel Dominus, dicens. *f* Congregamini,] in vnum, vt securius redeatis.

g Et venite] in terrâ promissionis. Venite, dicit Dominus,

h vt ostendat, se

Mysticè. *o* videant Deum Deorum in Sion. Oportet enim Prælatum præcedere; alioquin quomodo ambulabunt post ipsum, *Ioan.* 10. a. Bonus pastor oues proprias vocat nominatim & educit eas: & cum proprias oues emiserit, ante eas vadit & oues illum sequuntur.

a Vincti manicis pergent] scilicet, vincti vinculis præceptorum Dei. *Psalm.* 149. Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. *Eccl.* 6. c. Ne acidieris in vinculis eius: Tamen vincula ista stultis sunt quasi compedes: quia grauia sunt eis. *Eccl.* 21. c. Compedes in pedibus stulto doctrina. Item vincti tribulationibus ad Christum transeunt. Vnde 1. *Reg.* 22. a. Conuenerunt ad Dauid omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo. *Matt.* 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis] & ego reficiam vos. — D

b Et te adorabunt dicentes. *d* Tantùm in te est Deus] quia Filius in Patre, & Pater in filio: sicut ipse dicit, *Ioan.* 14. b.

e Et non est absque te Deus:] quia ego & Pater vnum sumus dicit Filius. *Ioan* 10. f. *f* Vere tu es Deus absconditus. O Fili, tu es Deus in Diuinitate: sed absconditus in humanitate. Et præcipuè in passione, vbi tota eius potentia & Diuinitas eius latuit: quia expositus est inimicis. *Abac.* 3. a. Splendor eius, vt lux erit, quoad Diuinitatem, cornua, scilicet, Crucis in manibus eius, ibi, abscondita est fortitudo eius, quoad humanitatem & passionem. In passione abscondit Dominus potentiam suam, dâs exemplum patientiæ & humilitatis. 1. *Petr.* 2. d. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplû, vt sequamini vestigia eius, qui cum malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur.

g Deus Israel Saluator.] Saluator actu, habitu & officio. Actu. Vndè *Matth.* 1. d. Ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Habitu. Vndè hoc nomen Iesus, quod interpretatur Saluator, impositum est ei, antequam in vtero conciperetur, vt dicitur *Luc.* 2. c. imò ab æterno. Ab officio. Vnde *Luc.* 19. b. Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat. *h* Confusi sunt, & erubuerunt omnes simul, abierunt in confusionem fabricatores errorum] i. Scribæ & Pharisæi, qui finxerunt ab Apostolis Christum furtim sublatû. *Matt.* 28. c. Qui crucifixerunt Iesum, ne perderent locum & Gentem, quòd specialiter propter hoc perdiderunt. Vnde *Ioan.* 11. f. Quid facimus? quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani & tollent nostrum locum & Gentem. *k* Israel] id est, populus Christianus.

l Saluatus est in Domino salute æterna] ad quam maximè via est confessio. *Iob.* 13. c. Vias meas in conspectu eius arguâ & ipse erit Saluator meus. *n* Non confundemini, & non erubescetis vsque in sæculum sæculi.) *Ioël* 2. f. Non côfundetur populus meus vsq. in sempiternû. *p* Quia hæc dicit Dñs creans cœlos. Ipse Deus formans terram & faciês eâ.] Cœlis, i. Sanctis sufficit creatio: sed terra, i. peccator indiget forma & factura. *Eph.* 2. b. Ipsi⁹ sum⁹ factura, creati in Christo Iesu. *Rom.* 6. c. Obedistis ex corde in eam formam doctrinæ, in qua eruditi estis. *s* Ipse Plastes eius] i. terræ, ad literam, vel humani generis, vel Ecclesiæ, vel B. Virginis. De prima terra *Gen.* 1. a. In principio creauit Deus coelû & terrâ. De secunda. *Gen.* 2. b. Formauit Deus hominem de limo terræ. De tertia. *Psal* 73. Operatus est salutem in medio terræ, id est, communiter toti Ecclesiæ. De quarta *Psal.* 84. Terra nostra dabit fructum suum.

t Non in vanum creauit eam] Deus, i. terram viuentium, vel Ecclesiam, vel B. Virginem. *u* Sed vt habitetur] ab Angelis & Sanctis glorificatis, vel à filio Dei pro vltima terra. *y* Ego Dominus, & non est alius. Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebroso. *Ioan.* 18. d. Ego palâ locutus sum: & in occulto locutus sum nihil. Sic & sui *Matt.* 10. c. Quod in aure auditis, prædicate super tecta.

b Non dixi semini Iacob frustrà: quærite me,] quia regnum coelorum promitto. Et tamen si nihil promitteretur, nihilominus essem quærendus. Frustrà, dicitur, quando eius finis est extra ipsum, sed ipse est, & in ipso. *Osea* 5. b. In gregibus suis vadent ad quærendum Dominum; & non inuenient.

d Ego Dominus loquens iustitiam,] i. promittens bonis præmia, & malis pœnam. *e* Annuncians recta,] me scilicet, redditurum vnicuique secundum opera sua. *Ps.* 32. Rectum est verbû Domini & omnia opera eius in fide. *f* Cô-gregamini & venite,] ô vos Gêtes: quia Iudæi nolût venire.

h Et accedite

a Et accedite simul] ad me per cultus mei susceptioné. b Qui saluati estis de Gentibus,] id est, vos Gentiles, qui Iudaismum recepistis, quod erit vobis causa salutis. c Nescierunt, qui leuant signum sculpturæ suæ,] id est, illi, qui simulacra sculpta leuabant in altú, vt adorarent ea, nescciebant quid faciebant prius.

Al. c.

c Et rogabant Deum non saluá. tem,] id est, qui rogant idolum, quod non saluat, nec saluare potest. Illi, inquam, nescierunt, quid faciebant.

Δ vt ostendat se iturum cum eis.

a Et accedite simul; vnusquisque ad locum suum, vel ad templum reædificandum. Vos, inquam. b Qui saluati estis de manibus Gétium, in quibus quasi perieratis. c Nescierunt,] i. non intellexerunt, vel scire noluerunt, scilic. promissionem meam implendam esse. d Qui leuant signum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluantem,] idololatræ, quasi dicat, illi, qui colunt idola, nolunt credere meæ promissioni.

&. a accedite simul, qui b saluati estis † de Gentibus. c Nescierunt qui d leuant lignum sculpturæ suæ, & e rogant Deum non saluantem. f Annunciate, & g venite, & h consiliamini simul. Quis i auditum fecit hoc ab initio? k Extunc prædixi l illud: m Nunquid non ego Dominus, & non n est vltrà Deus absque me? o Deus p iustus, & q saluans non r est, præter me. s Conuertimini ad me, t & salui eritis u omnes fines terræ: quia x ego Deus, & non est alius. In y memetipso iuraui, egredietur z de ore meo iustitiæ verbum, & non a reuertetur: b quia mihi † curuabitur omne genu, & c iurabit omnis lingua. d Ergo in Domino dicēt. Meæ sunt e iustitiæ, & f imperium. Ad g eum h venient, & i confundentur omnes, qui repugnát ei: in k Domino iustificabitur, & l laudabitur omne m semen Israël.

f Annunciate] vos Iudæi, aliis liberationem. g Et venite, & consiliamini simul,] id est, accipite consilium, quid facturi estis.

i Quis auditum fecit hoc ab initio,] scilicet, conuersionem Gentium ad Iudaismum: vel reuersionem Iudæorum de captiuitate. k Extunc,] i. ab antiquo. l Prædixi illud,] ore Prophetarum. m Nunquid non ego Dominus] qui sic prædico futurá, antequam fiant. n Et non est vltrà Deus absque me,] id est, non est alius. o Deus aliquis, præterquam ego.

p Iustus, in peccatorum punitione. q Et saluans] in bonorum retributione. r Non est præter me] Deus, scilicet.

s Conuertimini ad me, & salui eritis, i. conuertimini ad me colendum, ô vos Gentes, & saluabo vos.

u Omnes fines terræ,] i. qui habitatis in omnibus partibus mundi. Vel sic. s Conuertimini ad me,] id est, reuertimini ad terram meam, & templum. t Et salui eritis] ab hostium impugnatione u Omnes fines terræ, id est, ô vos Iudæi, qui in omnibus finibus mundi dispersi estis.

y In memetipso iuraui,] id est, immobiliter statui.

z Egredietur in ore meo iustitiæ verbum] Quod est: Sicut seruistis Gentibus in terra sua; ita ipsi seruient vobis in terra vestra. a Et non reuertetur,] ad me vacuũ. b Quia mihi curuabitur omne genu,] i. aliqui de omni genere hominum conuertentur ad Iudaismum, & adorabunt me flexis genibus. c Et iurabit omnis lingua] mihi in nomine meo, quasi dicat, mihi reddet iuramenta sua.

d Ergo in Domino dicent,] i. à Domino, vel in persona Domini. e Meæ sunt iustitiæ, & imperium,] i. ei iustitia est à Domino, qui ita facit permutatim seruire Gentes Iudæis, qui prius seruierant ipsis. Vel dicunt hoc Iudæi in persona propria. Meæ sunt iustitiæ, & imperium, id est, cultus legis meus est, & ius regni meum est.

g Ad eum,] i. ad Deum colendum. h Venient proselyti. Vel g Ad eum,] id est, ad populum Iudæorum, h Venient Gentes ad eundum cum eis in terram suam, & seruiendum eis.

i Et confundentur omnes, qui repugnant ei,] id est, omnes, qui repugnant Domino nolentes adhærere cultui eius: vel qui repugnant Israeli impedientes templi ædificationem.

k In Domino iustificabitur,] i. à Domino iustificabitur, vel in cultu Domini iustus prædicabitur. l Et laudabitur omne semen Israel,] id est, omnes Iudæi laudabuntur à vicinis suis.

Mysticè. ⊖ a Et accedite simul, qui saluati estis de Gentibus.] Congregamini per fidem, & venite per spem: accedite per charitatem, qui saluati estis per filij passionem. c Nescierunt, qui leuant signum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluantem. Multi de idololatris noluerunt scire vocationem Christi.

Moral. Moraliter. Iactatores leuant signa, siue vexilla sua per iactantiam. e Et rogant Deum non saluantem,] i. humanum fauorem f Annunciate: ô Prædicatores. g Et venite] peccatores. h Et consiliamini simul] per vnanimitatem 1. Cor. 1. b. Idipsum dicatis omnes, & nó sint in vobis schismata. Philip. 2. a. Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes id ipsum sentientes. i Quis auditum fecit hoc ab initio,] i. conuersionem Gentium futuram in fide filij? k Ex tunc prædixi illud] Gen. 49. b. Ipse erit expectatio Gentium. m Nunquid nó ego Dominus, & non est vltrá Deus absque me? Ier. 10. b. Dñs Deus verus est, ipse Deus viuens, & Rex sempiternus. Et 16. d. Ostendá eis manũ meam, & virtutem meá, i. filium: & scient, quia nomen mihi Dominus. o Deus iustus,] i. iustitia terrens. q Et saluans,] i. misericordia mulcens. r Non est præter me] alius. s Conuertimini ad me, & salui eritis.] Quidam habent faciem corporis ad altare; sed faciem cordis ad fenestram. Quidam manus ad cœlum, sed pedes ad pabulum: quorum Deus venter est, & gloria in confusione. Philip. 3. d. x Quia ego Deus, & non est alius] vt mentiuntur Hæretici, qui dicunt animam creatam esse à bono Deo; corpus à malo Deo. Ezech. 8. f. In ostio templi Domini inter vestibulum, & altare quasi vigintiquinque viri dorsa habentes contra templum Domini, facies ad orientem & adorabant ad ortum Solis. y In memetipso iuraui.] Hebr. 6. d. Volens Deus ostédere hæredibus suis immobilitatem consilij sui interposuit iusiurandum. z Egredietur de ore meo iustitiæ verbũ,] i. filius, qui verbum est Patris, & iustus, imò iustitia est. Eccl. 25. a. Ego ex ore Altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturarũ. Vel verbũ iustitiæ, dicit sententiam reproborum. Ite maledicti, &c. Matt. 25. d. In primo aduentu exiuit verbum misericordiæ: agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum. Matt. 4. c. a Et non reuertetur,] donec obedientiam compleuerit, & cursus prædicationis completus fuerit. b Quia mihi curuabitur omne genu, &c.] Rom. 14. Viuo ego, dicit Dominus: quia mihi curuabitur omne genu, & omnis lingua confitebitur Domino. Deut. 6. c. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies, ac per nomen eius iurabis in nomine illius, quia ipse est laus tua. Iste est mos Christianorũ genua flectere, quod Iudæi omnino nó faciunt, quod est signum superbiæ. d Ergo in Dño dicent] Christiani. e Meæ sunt iustitiæ,] qui punio delinquentes. f Et imperium] qui tego, & remunero bene militantes. g Ad eum venient, & confundentur omnes, qui repugnant ei. Ier. 20. c. Qui persequuntur me, cadát, & infirmi erunt, & confundentur vehementer: quia non intellexerunt opprobrium sempiternũ, quod nunquam delebitur. Mich. 7. d. Videbunt Gentes, & confundentur super omni fortitudine sua. h In Domino iustificabitur] per fidem. Act. 15. b. Fide purificans corda eorum, per Baptismum. Mar. 16 d. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, per pœnitentiam. Ezech. 18. f. Quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor. l Et laudabitur] non ad gloriam suam, sed Domini. Vidè Matt. 5. b. Videát opera vestra bona: & glorificent Patrem vestrũ, qui in cœlis est. m Omne semen Israel,] i. Christiani, qui sunt semen Israel per eiusdem fidei vnitatem, & promissionis eiusdem expectationem. Gal. 3. d. Si vos vnum estis in Christo Iesu, ergo semen Abrahæ estis secundum promissionem hæredes.

Mysticè. Rom. 14. b. Al. † curuabunt; omnia genua. Al. † Conflatus.

CAP. XLVI.

n Confractus † est Bel,

EXPOSITIO CAP. XLVI.

Confractus est Bel, contritus est Nabo.] Adhuc Propheta circa liberationé Iudæorum, & destructionem Babyloniorũ narrandam moratur. Et diuiditur hoc capitulum in quatuor partes. In prima parte idolorũ destructioné futuram prædicit, & eorum impotentiá narrat. In secúda Iudæis cultũ idololatriæ improperat, ibi Audite me domus Iacob. In tertia parte Iudæos monet ad pœnitentiam, ibi: Mementote istud, & fundamini. In quarta, & vltima, vt firmiùs prædictam liberationé credant, repetit de ortu Cyri, ibi: Vocans ab oriente auem] Propheta ergo certus de idolorum destructione, quasi iam facta esset, vtens præterito pro futuro dicit. n Confractus est Bel,] i. conflabitur, & redigetur in massam. Et nota, quòd Bel idolum Δ erat Babyloniorum

Mysticè. n Confractus est Bel, contritus est. Nabo.] Bel interpretatur vetustas: & significat auaros, qui ardore, & ⊖ labore cupidi-

Al. † *facta.*

contritus a est Nabo † b fracta sunt simulacra eorum c bestiis & iumentis. d Onera vestra e graui pondere vsque ad f lassitudinem g contribuerunt, & h contrita sunt simul. Non i potuerunt k saluare portantẽ, & l anima eorum in captiuitatem ibit.

a erat Babyloniorum, quod etiam Saturnus dictum est, quod postea ad alias Gentes translatum, in tanta venatione habitum est, vt ei etiam filios suos immolarent. a Contritus est Nabo] aliud idolum Babyloniorum: Magis tamen ponitur hic pro interpretatione. Interpretatur enim prophetia, vel diuinatio, per quod intelligũtur omnia, idola, quæ prophetabãt, vel responsa dabant destruenda esse. *Septuaginta* dicũt, Dagon, quod fuit idolum Philistim. b Fracta sunt simulacra eorum,] id est, omnia idola Gentium in proximo sunt frangenda. c Bestiis & iumentis,] scilic. bestialibus hominibus supple adoranda, non hominibus. Vel sic. Confracta sunt simulacra bestiis & iumentis, supple, similia: quia in forma bestiarum & iumentorum fabricata erant: vel quæ ad literam, erant bestiæ & iumenta. Bestias enim & iumenta adorabant: & regio eorum plerisque opidis ex bestiis & iumentis, quæ adorabant, nomina imposuit, vt Leontra à Leone, vt dicit *Gloss.* Simulacra dico. d Onera vestra] ò Sacerdotes, qui portabatis ea. e Graui pondere,] id est, grauiter ponderantia. f Vsque ad lassitudinem] portantium Sacerdotum. g Contabuerunt,] idola: vel portantes ea defecerunt.

h Et contrita sunt simul] idola, id est, in puluerem redacta. Vel contrita sunt simul, tam Idola, quam colentes ea.

i Non potuerunt] idola.

k Saluare portantem,] se, ex quo apparet, quòd non erant Dij, sicut credebantur. l Et anima eorum in captiuitatem ibit,] id est, ipsa animata, vt credebatur, Vel, anima eorum, id est, spiritus præsidens, qui credebatur esse anima eorum. Vel, anima eorum in captiuitatem ibit] non idolorum: sed eorum, qui colunt ea. m Audite me domus

Deleta pars. Iacob.] Ostensa destructione & impotentia idolorum, hic redarguit Iudæos idololatras, & maximè contra duas Tribus, & contra residuos de decem Tribubus inuehitur, qui, scilicet, captiuatis aliis in Assyria remanserunt, dicens, Audite me, domus Iacob, id est, vos de duabus Tribubus.

n Et omne residuum domus Israel,] id est, vos, qui de captiuitate decem Tribuum remansistis.

o Qui portamini à meo vtero: qui gestamini à mea vulua,] id est, quos foueo & custodio, ac si in meo vtero portassem, & in vulua concepissem: non quod Dominus hæc habeat, sed est antropopathos, i. Dominus loquitur more humano. Vel per hæc intelliguntur misericordia Dei & clementia. Per vterum intelligitur misericordia, in qua portantur peccatores, donec pariantur Deo per poenitentiam, per vuluam clementia Dei, qua Deus concipit expectare peccatores ad poenitentiam, quasi dicat, audite peccatores Iudæi, quos ego diu expectaui per misericordiam, vt ab idololatria cessaretis, & benignè recipiam per clementiam, si redire vultis. Vel potest exponi de exitu de Ægypto.

o Qui portamini à meo vtero, & gestamini à mea vulua,] id est, quos ego tanquam foetum conceptum per desertum vsque ad terram promissionis portaui: & quos ego peccantes & in deserto, & in terra promissionis ad poenitentiam diu expectaui.

p Vsque ad senectam] vestram.

q Ego ipse & vsque ad canos] vestros.

r Ego portabo,] i. custodiam vos & expectabo. Vel, vsque ad senectam ego ipse, & vsque canos ego portabo, i. vsque ad finem mundi ego sustinebo eos, donec plenitudo Gentium intrauerit, & tunc omnis Israel saluus fiat, sicut dicitur *Rom.* 11. d. s Ego feci] vos, cùm non essetis.

t Et ego feram,] id est, expectabo. Vel, ego feram, opprobria, quæ facitis mihi, sicut dicitur in vulgari. u Ego portabo] vos per misericordiam. x Et saluabo] si conuersi fueritis per poenitentiam. Vel, saluabo, i. de captiuitate reducã.

Δ a Cui assimi-

Mysticè. ⊖ labore cupiditatis exusti citò senescunt. *Thren.* 3. a. Vetustã fecit pellem meam. *Baruc.* 3. b. Quid est Israel, quod in terra inimicorum es, inueterasti in terra aliena. *Psal.* 17. Filij alieni inueterati sunt. Nabo, superueniens: & significat superbos, qui semper volunt super alios venire & esse. Constringitur autem auarus in corpore per multiplicem negotiationem; sed conteritur superbus in corde: quia non semper potest pertingere ad altitudinem, quam vellet. *Sup.* 1. c. Dies Domini super omnem arrogantem, & superbum: & humiliabitur. *Sap.* 15. d. Omnes insipientes, & infoelices super modum animæ suæ superbi sunt.

Audite m me, domus Iacob, & omne n residuum domus Israël. qui o portamini à meo vtero: qui gestamini à mea vulua. Vsque p ad senectam q ego ipse, & vsque ad canos r ego portabo. s Ego feci, & t ego feram: u ego portabo, & x saluabo.

b Fracta sunt simulacra eorum] quia huic perest in morte diuitiæ; illi honores Vel, Fracta sunt simulacra eorum, id est, peccata: Quot enim peccata habes in corde, tot simulacra habes in domo tua. *Ezech.* 8 d. Ecce omnis similitudo reptilium, & abominatio animalium, & vniuersa idola depicta erant in pariete.

c Bestiis & iumentis] similia: quia mala sunt similitudines diaboli, sicut dicit *Chrysost.* Vndè *Psal.* 48. Homo cùm in honore esset, non intellixit, &c.

d Onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem] Hoc potest dici peccatoribus, quorum onera graui pondere sunt, id est, grauiter ponderantia. Vndè *Sapien* 5. b. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis. Et *Zachar.* 5. c. Iniquitas sedis super talentum plumbi. *Eccles.* 22. b. Super plumbum, quod grauabitur, & quod illi aliud nomen, quàm fatuus?

g Contabuerunt, & contrita sunt simul] superbus, & auarus, vt dictum est i Non potuerunt saluare portantem] etiamsi homo in iudicio portaret diuitias multas, non possent saluare. *Prou.* 6. d. Non suscipiet pro redemptione dona plurima.

l Et anima eorum in captiuitatem ibit,] in sempiternum. *Psal* 48. Frater non redimit, redimet homo, quasi dicat, non. Sed nunquid corpus remanebit? *sup.* 10. c. Ab anima vsque ad carnem consumetur.

m Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel] quasi vos laici, & clerici.

o Qui portamini à meo vtero, & gestamini à mea vulua] Venter Domini misericordia est, vulua eius clementia. Cuius duæ sunt partes pietas, & patientia. In parte pietatis portantur boni: in parte patientiæ mali. *sup* 40. c. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, foetas ipse portabit. *Luc.* 1. g. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Patientia autem Dei portat peccatorem vsque ad senectam, & vsque ad canos, expectando ad poenitentiam. Sed maledictus puer centum annorum, qui non vult prodire in lucem, vsque dum exire cogatur de hac luce, *suprà* 42. c. Tacui, semper silui, patiens fui, vt parturiens loquar. Et tunc dicetur ei: Vade in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. *Matth.* 13. f. Ideò clamat Dominus. *Ier.* 4. c. Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo: quia quasi infirmos portat. *Deuter.* 1. c. Portauit te Dominus, vt solet homo portare paruulum filium suum. Sed timendum illis est, qui nasci nolunt, ne moriantur in vtero: quia abortiui in terra benedicta non sepeliuntur, *infrà vlt.* c. Nunquid ego, qui alios parere facio, non pariam, Dicit Dominus? Si ego, qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero. *Iob.* 38. c. De cuius vtero egressa est Glacies. *Ibi Greg.* Dum mentem Dominus in timorem sui format, concipit: dum opertas virtutes prouehit; gignit; sed si extolluntur relinquit: & frigidi de vtero exeunt, id est, à visceribus pietatis.

p Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo.] Dominus portat hominem, & expectat ad poenitentiam, quamdiu viuit. Sed multi patientia abutuntur. *Iob.* 14. d. Dedit ei Deus locum poenitentiæ, & ipse abutitur eo in superbiam. *Rom.* 2. Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit. *Sapien.* 11. d. Omnium misereris, quia omnia potes: & dissimulas peccata hominum propter poenitentiam. *Osea* 11. a. Ego, quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachiis meis: & nescierunt, quòd curarem eos.

s Ego feci, & ego feram,] Verba possunt esse filij Dei fide iubentis pro homine erga Patrem, dicentis: Ego feci hominem, & ego feram pro eo poenam.

u Ego portabo] peccata eius in corpore meo super lignum.

x Et saluabo,] eum à morte inferni. *Septuaginta.* Ego sum: & donec senescatis, ego sum, ego sustinebo, ego feci, & ego feram. Et *infrà* 63. c. Redemit eos, & portauit, & leuauit eos, &c.

⊖ a Cui assimi-

a Cui assimilastis me] vos quibus omnia hæc bona feci: cui assimilastis me in natura. b Et adæquastis] in potentia. c Et comparastis me] in valore. d Et fecistis similem.] Repetitio est eiusdem.

Sup. 40. f. e Qui confertis aurum de sacculo ad idola vestra fabricanda quamuis sit charum, & bene absconditum.

C a Cui assimilastis me, b & adæquastis, c & comparastis me, d & fecistis similem? e Qui confertis aurum de sacculo, f & argentum in statera ponderatis: g conducentes aurificem, vt h faciat Deum: i & procidunt k & adorant, l Portant illum in humeris gestantes, & m ponentes in loco suo. Et n stabit, o ac de loco suo non mouebitur. p Sed & cùm clamauerint ad eum, q non audiet: de r tribulatione non saluabit eos. s Mementote t istud & † u fundamini x redite, præuaricatores, y ad cor. z Recordamini prioris sæculi: a quoniam ego sum Deus, b non est vltrà Deus, c nec est similis mei, d annuncians ab exordio nouissimum: e & ab initio, quæ nondum facta sunt, f dicens. Consilium meum stabit, & g omnis voluntas mea fiet. h Vocans ab oriente † i auem, & k de terra longinqua l virum voluntatis meæ. Et m locutus sum, n & adducam illud;

f Et argentum in statera ponderatis, vt sciatis, quantum ibi est, ne furetur: vel quantum quis ibi posuerit. *Baruch. 6. c.* g Conducentes aurificem] pretio, id est, aurifabrum. h Vt faciat Deum] cuiuus tantum est facere non fieri. i Et procidunt] omnes, qui posuerunt ibi argentum. k Et Adorant] talem Deum. *Al. † confundamini.* l Portant illum in humeris gestantes D scilicet, Sacerdotes: quia ponderosus est, & per se moueri non potest. m Et ponentes in loco suo] id est, sibi parato. n Et stabit] ibi affixus clauis, vel aliquibus, quibus teneatur immobilis. *Al. † instum.* o Ac de loco suo non mouebitur] per se.

p Sed & cum clamauerint ad eum] cultores.

q Non audiet quia aures habet, & non audiet.

r De tribulatione non saluabit eos, id est, cultores suos. Et nota, quod multipaciter arguit idololatras hic. Primò quia de pretiosis, & valde charis fabricant idola, id est, de auro & argento. Secundò, quia artificem magno pretio conducunt. Tertiò, quia illa, quando facta sunt, non iuuant. *Tertia pars.* Mementote istud.] Hic monet Iudæos redire ad cultum Dei, & permanere in eo dicens (Mementote) ò Iudæi. t Istud] potentiam meam, & idolorum impotentiam, quam prædixi u Et fundamini] in fletu, i. perseuerate in eo. Vnde *Septuaginta* dicunt. Ingemiscite. Vel, [Fundamini] id est, stabilimini in cultu meo. x Redite præuaricatores] naturalis legis & scriptæ.

y Ad cor] in quo scriptum inuenietis, quod vnus Deus est. Redite ergo ad cor, qui quasi bestiæ vixistis simulacra venerantes, & furiosi in ligna & lapides impingentes.

z Recordamini prioris sæculi] quæ, scilicet, bona feci vobis ab initio mundi & quomodo eduxi vos de terra Ægypti.

a Quoniam ego sum Deus] solus. b Et non est vltrà] me, Deus verus. c Nec est similis mei] in natura, & æternitate, & potentia, ac bonitate.

d Annuncians ab exordio nouissimum] id est, ab initio, quæ ventura sunt in nouissimis temporibus. e Et ab initio, quæ nondum esse inceperunt.

f Dicens : consilium meum stabit] id est, illud quod ego decreui facere manebit firmiter. g Et omnis voluntas mea] fiet voluntas, scilicet, beneplaciti non signi. h Vocans ab oriente,] id est, à Perside, quæ est in oriente, secundum *Andream*. *Quarta pars.*

i Auem] Cyrum alacrem, & citò venientem, vt auis.

k Et de terra longinqua] idem est, quod de oriente.

l Virum voluntatis meæ] id est, Cyrum, qui voluntatem meam de liberatione Iudæorum implebit.

m Et locutus sum, & adducam illud] i. prædixi hoc & ad effectum perducam.

Mystice ☉ a Cui assimilastis me & adæquastis & comparastis me & fecistis similem.] Nulli est assimulandus Deus : quia omnibus excellentior est in dignitate naturæ : nulli adæquandus, quia omnibus superior est potestate & virtute: nulli comparandus, quia omnibus melior in valore & bonitate, *suprà* 40. d. Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei? Ibi inuenies. e Qui confertis aurum de sacculo, & argentum in statera ponderatis.] Aurum de sacculo proferunt illi qui sapientiam suam valdè charam tenent, nolentes consilia hominibus dare absque pretio. Argentum autem ponderant Aduocati, qui eloquentiam suam valde carè vendunt & ponderant eam, non ad pondus sanctuarij, sed ad pondus cupiditatis suæ. *Iacob.* 5. a. aurum & argentum, &c.

g Conducentes aurificem, vt faciat Deum & procidunt & adorant, portant illum in humeris gestantes & ponentes in loco suo. Ad literam multi offerunt sæpe aurum & argentum aurificibus, id est, Canonicis, qui habent potestatem fabricandi, id est, eligendi Episcopum, vt faciant aliquem Episcopum, & supplicant & orant: eo electo portant illum in humeris in cathedram, vt mos est, prima die qua intrat ciuitatem & ponunt in loco suo, id est, in Ecclesia. Sed postea quid?

n Stabit, ille Prælatus. o Ac de loco suo non mouebitur ad prædicandum, sed totum bonum Ecclesiæ suæ comedet, ibi residens, vt bruchus.

p Sed & cùm clamauerint ad eum] pro defendenda Ecclesia vel Diœcesi curanda. q Non audiet] id est, se non audire finget.

r De tribulatione non saluabit eos] imò potiùs sæpè affliget ipsos.

s Mementote istud & fundamini] in fide, quæ est fundamentum virtutum.

x Redite, præuaricatores, ad cor] quod perdideratis per fornicationem, per ebrietatem, per temporalem prosperitatem, per cupiditatem. De primo & secundo *Osea* 4. c. fornicatio & vinum & ebrietas auferunt cor. De tertio *Osea* 7. c. Ephraim, id est, diues: quia interpretatur frugifer quasi columba seducta non habens cor. De vltimo *Eccl.* 10. b. de auaro: proiecit enim intima sua. Recuperatur autem cor per timorem Domini & orationem. De primo. *Eccl.* 21. b. Qui timet Dominum conuertetur ad cor suum. De secundo. 2. *Reg.* 7. d. Inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te. *Eccl.* 30. d. Collige & congrega cor tuum. Sed cor fatui, quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit, sicut dicitur *Eccl.* 21. c. z Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, & non est Deus vltra: nec est similis mei annuncians ab exordio nouissimum, & ab initio, quæ nundum facta sunt.] *Eccl.* 23. d. Domino Deo, antequam crearentur, cuncta sunt agnita, sic & post perfectum respicit omnia. *Et* 41. e. Cognouit enim Deus omnem scientiam, & inspexit in signum eius annuncians, quæ præterierunt: & quæ superuentura sunt, reuelans vestigia occultorum, & non præterit illum omnis cogitatus. *Boetius*, Magna necessitas probitatis nobis indicta est, nisi dissimulare velimus, cùm omnia agamus ante oculos Iudicis cuncta cernentis. *Boetius de consol. lib. 5. prosa. 6.* Et etiam audientis *Sap.* 1. c. Auris cœli audit omnia: & tumultus murmurantium non abscondetur.

z Recordamini] igitur, (prioris sæculi) id est, quales fuerunt in principio Ecclesiæ, & quales modò sint, tam Prælati, quam subditi: non erit sine dolore.

f Dicens, consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet. [*Iob* 23. c. Anima eius, quodcunque voluit, fecit. *Psalm.* 113. Omnia, quæcunque voluit Dominus, fecit. *Prou.* 21. d. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum, *Ecclesiast.* 21. b. Consilium eius, sicut fons vitæ permanet. *Ioan.* 6. d. Hæc est voluntas eius, qui misit me, Patris, vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo. Item *in eodem*. Hæc est voluntas Patris mei, qui misit me; vt omnis, qui videt filium, & credit in eum: habeat vitam æternam.

h Vocans ab oriente auem, & de terra longinqua] *sup.* 33. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo.

l Virum voluntatis meæ.] Hoc potest exponi de ascensione. Tunc enim Dominus vocauit Christum ab oriente: quia ipse semper fuit in oriente plenæ cognitionis, & integræ charitatis. Vnde de eo dicitur *Zach.* 6. e. Ecce vir oriens nomen eius. Vocauit eum Dominus de terra longinqua, id est, de mundo, qui longè est à cœlo, vt dicit *Gloss*. Ad litteram enim mundus accipitur pro inferioribus partibus mundi, quæ longè sunt à cœlo, licet tamen cœlum sit quædam pars mundi. Mysticè autem meliùs accipitur ibi mundus pro mundanis qui longè sunt à cœlo, & conuersatione, & possessione. De hac aue dicit. *Iob.* 5. b. Homo natus ad laborem, & auis ad volatum. Item *Iob* 28. a. Semitam ignorauit auis: nec intuetur eam oculus vulturis.

m Et locutus sum,] de redemptione mundi.

n Et adducam illud,] per passionem filij

a effectum perducam. *a* Creaui] Cyrum ad faciendum
C hoc.
b Et faciam illud] liberationem, ſcilicet, prædictam
c Audite me duri corde] id eſt, vos Iudæi, qui liberationi prædictæ toties non vultis credere. *d* Qui longè, eſtis à iuſtitia] id eſt, ab operibus & cultu iuſtitiæ. *e* Propè iuſtitiam meam] i. Cyrum qui faciet mihi iuſtitiam de Chaldæis. *f* Non elõgabitur] a vobis, licet non credatis. *g* Et ſalus mea] id eſt, ſalutio Iudæorũ, quæ mea auctoritate fiet. *h* Nõ morabitur] i. citò erit, *i* Dabo in Sion,] id eſt, Iudæis: qui ſunt de Siõ *k* Salutem id eſt, ſalutationẽ per Cyrũ. Vel ſic. *i* Dabo in Sion ſalutem] id eſt, ſaluatos per Cyrum reducam in Sion. *l* Et in Ieroſalem gloriam meam] id eſt, reædificationem templi, in quo gloria mea apparebit.

al. † duro.

a creaui, & *b* faciam illud. *c* Audite me, † duri corde, *d* qui lõgè eſtis à iuſtitia. *e* Prope feci iuſtitiã meã, *f* non elõgabitur: *g* & ſalus mea non *h* morabitur. *i* Dabo in Sion *k* ſalutem, *l* & in † Ieruſalem gloriam meam.

Al. † Iſraël.

A

CAP. XLVII.

m DEſcende, *n* ſede in puluere, *o* virgo *p* filia Babylon, *q* ſede in terra; non *r* eſt ſolium filiæ *ſ* Chaldæorum: quia *t* vltrà non vocaberis mollis & tenera. *u* Tolle molam, & mole farinam;

Myſticè.

⊕ *a* Creaui] filium per humanitatem. *b* Et faciam illud] i. redemptionem mundi per eius paſſionem. *c* Audite me, duri corde] qui duxiſtis verbum Domini in contemptum, *infra* 48. Sciui, quia durus es tu: & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ænea. *Ierem.* 23. f. Nunquid non verba mea, &c.
d Qui longè eſtis à iuſtitia]per peccatum, ſicut filius prodigus abierat in regionem longinquam. *Luc.* 15. c. *e* Prope feci iuſtitiam meam] id eſt, filium, cui omne iudicium dedi, tanquam Iuſtitiæ, vel Iuſtitiatio meo. *Ioan.* 5. d. Prope, inquam feci eum vobis per carnis ſuſceptionem, per infirmitatum aſſumptionem, per tribulationum perpeſſionẽ, per conuerſationem, per continuam pro vobis poſtulationem. De primo, *Ioan.* 1. b. Verbum caro factum eſt. De ſecundò, *infr.* 53. b. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. De tertio. *Thren.* 1. d. O vos omnes, qui tranſitis per viam, attendite & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. De quarto, *Baruch.* 3 d. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. De quinto, 1. *Ioan.* 2. a. Aduocatum habemus apud Patrẽ. Sed ab ipſo elongamur. Primò per ſuperbiam, contra humilitatem, per quam appropinquauit nobis Dominus in carnis aſſumptione. Vnde Lucifer cum cogitaſſet aſcendere in cœlum, & ſimilis eſſet Altiſſimo, vt dicitur *ſup.* 14. ſtatim detractus eſt ad infernum quaſi non valens ampliùs ſtare iuxta Deum. Secundò elongamur à Deo per carnalem voluptatem. Vnde *Hieron.* Nimis delicatus miles eſt, qui vult hic gaudere cum mundò, & in futuro regnare cum Chriſto. Tertiò per impatientiam: quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. *Act* 14. d. Qui ergo impatiens eſt, manebit extra portam, & ita non accedet ad eum Quartò per honeſtam conuerſationem appropinquatur ei, ſicut è contrario per inhoneſtam conuerſationem receditur ab eo. Vnde *Phil* 3. d. Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Et *Matth.* 22. b. Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Et pòſt. Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. Quintò per fictionem. *Sap.* 1. b. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Sexto per turpium cogitationum multitudinem. *Sap.* 1. a. Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo.
f Non elongabitur, & ſalus mea non morabitur *inf.* 56. a. Iuxta eſt ſalus mea, vt veniat. *Abac.* 2. a. Si moram fecerit expecta eum: quia veniens veniet.
i Dabo in Sion ſalutem & in Ieruſalem gloriam meam.] In. Sion, id eſt, in Eccleſia militante dat Dominus temporalem ſalutem à tentatione eruendo; ſed in Ieruſalem, id eſt, in Eccleſia triumphante dat Dominus gloriam perpetuam, ab omni miſeria liberando. Item hic dat Dominus ſalutem gratiæ per fidem & ſpem: ſed in futuro dabit gloriam per cognitionem & rem. Simile *Pſal.* 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Sion, Eccleſia actiuorum, ubi ſalus propter opera miſericordiæ. Ieruſalem, Eccleſia contemplatiuorum, ubi gloria propter pacem conſcientiæ. *Pſal.* 41. In die mandauit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum eius.

EXPOSITIO CAP. XLVII.

DEſcende, ſede in puluere, virgo, filia Babylon.] Adhuc in hoc capitulo immoratur Propheta circa deſtructionem Babylonis. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima deſtructionem Babyloniorum & ignorantiam eorum prædicit. In ſecunda cauſas prædictæ deſtructionis ſubiungit. Dicit ergo.
m Deſcende] de ſolio regni. *n* Sede in puluere] quaſi vilis ancilla. *o* Virgo filia Babylon] id eſt, plebs Babylonis quæ es filia per creationem, vel filia Babylonis per habitationem. Plebem autem illam Virginem vocat propter bonorum operum ſterilitatem, vel propter nobilitatem virginitatis ſecundum ſuam opinionem.
q Sede in terra] vt ancilla & vilis. Quia. *r* Non eſt ſolium] id eſt, dignitas regni. 32. q. 5. ſ. Paulus.
ſ Filiæ Chaldæorum] id eſt, Babylonis, quæ condita eſt à Chaldæis. *t* Quia vltra non vocaberis mollis & tenera.] Loquitur de ea ſub metaphora Reginarum, quæ mollibus ſolent indui, & teneræ ſolent eſſe, quaſi dicat, non eris ampliùs in mollitie deliciarum & teneritudine, ſicut olim.
u Tolle molam, & mole farinam] quod eſt officium ancillarum & captiuarum, quaſi quæ modò es regia ciuitas redigeris in ancillam. Vel, vt dicit *Hieron.* hoc officiũ ad coitum referri poteſt, ſecundum quod legitur de Samſone: quod Philiſtæi erutis oculis fecerunt eum ad molam molere, id eſt, cum mulieribus fecerunt eum concumbere, vt ex eo fortes homines haberent, quaſi dicat, coitum præbebis Medis & Perſis, qui in hoc a ſunt feruentiſſimi.
Myſticè. *m* Deſcende, ſede in puluere virgo filia Babylon.] Verba ſunt Domini ad animam peccatricem, cui dicitur, vt deſcendat humiliter confitendo, vt ſedeat à peccatis ceſſando. & hoc in puluere per vilitatem pœnitentiæ. Dicit ergo. Myſticè
o Virgo] ſterilis à bono per peccata omiſſionis.
p Filia Babylon] i. confuſionis per peccata commiſſionis.
(Deſcende) a timore ſuperbiæ. *Ierem.* 13. c. Dic Regi & Dominatrici: humiliamini, ſedete in puluere: quoniam de capite veſtro decidit corona gloriæ. *Geneſ.* 24. g. Rebecca conſpecto Iſaac deſcendit de camelo.
n Sede in puluere] id eſt, tuam conſiderans vilitatem à peccatis quieſce. In virgine duo ſunt ſterilitas & integritas. In matre duo ſunt, fœditas & fœcunditas. Vnde Beata Virgo de virginitate accepit integritatem, & ſterilitatem reliquit; de matre fœcunditatem, & fœditatem reliquit: & facta eſt mater integra & virgo fœcunda: mater ſine fœditate, virgo ſine ſterilitate: vocatur ergo anima peccatrix virgo, non propter integritatem, ſed propter ſterilitatem: Vnde filia Iepte plangebat virginitatem ſuam, id eſt, ſterilitatem ſuam. *Iudic.* 11. g.
q Sede in terra] per pœnitentiæ aſperitatem.
r Non eſt ſolium filiæ Chaldæorum] id eſt, non eſt gaudium animæ peccatrici, *ſuprà* 23. b. Tranſi terram tuam, quaſi fluuium filia maris, non eſt cingulum vltrà tibi. Chaldæi interpretantur feroces: Verum filiis Chaldæorum, id eſt, oppreſſoribus pauperum non eſſet ſolium regni, vel prælationis: qui regunt ſubditos in virga ferrea, vt dicitur in *Pſalm.* 2. Qui cum auſteritate imperant & cum potentia. *Ezech.* 34. a. *Ierem.* 13. c. Dic Regi & Dominatrici: humiliamini, & ſedete in puluere: quoniam de capite veſtro decidit corona Gloriæ.
t Quia vltra non vocaberis mollis & tenera.] Hoc poteſt dici vetulis laſciuis, quæ vngunt facies ſuas, vt teneræ videantur & molles; ſed ſenium non poteſt mentiri i. *ſuprà* 33. d. ſic erit deſertum in Chermel, & Chermel, id eſt, molle, vel tenerum in ſaltum reputabitur. *Deuteronom.* 28. f. Tenera mulier & delicata, quæ ſuper terram ingredi non valebat, nec pedis veſtigium figere propter mollitiem & teneritudinem nimiam, inuidebit viro ſuo, qui cubat in ſinu eius.
u Tolle molam] ſpei & timoris.
x Et mole farinã.] Per molam ſpei, mole farinam miſericordiæ Dei; vt inde tibi facias panem confidentiæ. Per molã timoris, mole farinã iuſtitiæ Dei; vt inde tibi facias panem terroris, atque anguſtiæ. *Deut.* 24 b Non accipies loco pignoris inferiorem & ſuperiorem molam, id eſt, tantùm ſpem, vel tantùm timorem. *Gregorius.* In caſſum metuit, qui non confidit. *Matth.* 24. d. Duæ erunt molentes in mola, vna aſſumetur, & altera relinquetur.

⊕ Denuda turpitudinem

a sunt feruentissimi. a Denuda turpitudinem, tuam, id est, inferiora membra corporis tui. b Discooperi humerū, reuela crus,] quasi,] dicat, ita facient te discooperire hostes, vt prouoceniur ad libidinem: vel ita nudam ducent te in captiuitatem, acceptis spoliis tuis. Vel sic. [Reuela crus,] id est, leua vestes vsque ad crura Et sic. c Transi flumina, quasi dicat in captiuitatem ibis non in equo, nec in naui, nec ponte transibis, sed pedibus tuis; ita quòd oportebit te reuelare crura. Et sic. d Reuelabitur ignominia tua] i. turpitudo corporis tui. e Et videbitur opprobrium tuum,] i. pudenda tua, cū scilicet, pedibus nudis trāsibis per flumina: vel cùm hostes te discooperient ad suam libidinem exercendam. f Vltionem capiam] de te. Nunc loquitur Propheta in persona Domini. g Et non resistet mihi homo,] id est, Angelus custos tuus, sicut Moyses restitit mihi volenti delere filios Israel Exod.32.c. h Redemptor noster.] Hic loquitur in persona sua; vel populi, quasi dicat, ita destruetur Babylon: sed i Dominus exercituum] ipse erit Redemptor noster: & sic est vox Prophetæ. Vel potest esse vox populi redeuntis de captiuitate & dicentis: Redemptor noster Dominus exercituum, est supple. k Nomen illius sanctus Israel] id est, sanctificans Israel.

a Denuda turpitudinem tuam, b discooperi humerum, reuela † crura, c transi flumina. d Reuelabitur ignominia tua, e & videbitur opprobrium tui: f Vltionem capiam, g & non resistet mihi homo. h Redemptor noster, Dominus i exercituum, k nomen illius l sanctus Israël. m Sede, † n tace, o & intra in tenebras, p filia Chaldæorū: q quia nō vocaberis vltrà Domina regnorum. r Iratus sum super populum meum, s contaminaui hæreditatem meam, t & dedi eos in † manu tua: Non u posuisti eis misericordias: x Super senem aggrauasti iugum tuū valde, y & dixisti. In sempiternum ero Domina. z Non posuisti hæc super cor tuum, a Neque recordata es nouissimi tui.

al. † crus. *Nahum.3.b.* *R. † tacens* *al. † manum tuam.*

m Sede, tace,] Adhuc prosequitur de destructione Babylonis sub metaphora nobilis mulieris dicens. m Sede] præ confusione, & non audeas de cætero exire de domo, quæ priùs eras erecta per superbiā. n Tace] vt non audeas loqui de cætero, sicut priùs grandiloqua per iactantiam. o Et intra in tenebras] præ confusione lucem ferre non sustinens. Vel, [Intra in tenebras] id est, carceres tenebrosos intrabis. p Filia Chaldæorum,] id est, Babylon, quæ constructa es à Chaldæis. q Quia non vocaberis vltra Domina regnorum,] id est, non tenebis ampliùs Monarchiam Ægyptiorum, & Assyriorum, & aliorum, sicut antè.

Secunda pars.

r Iratus sum super populum meum.] Secunda pars, in qua Dominus exponit causam, quare eam destruet, ne sine causa videatur hoc facere. Et ponit Dominus quasi tres causas huius destructionis. Prima est, quia populum Dei oppresserat violenter, *ibi*. [Iratus sum.] Secunda est superbia Chaldæorum, *ibi*. [Et dixisti in sempiternū.] Tertia est maleficia eorum, *ibi*. [Vniuersa venerunt super te.] Dicit ergo. r Iratus sum super populum meum,] id est, super Iudæos. s Contaminaui hæreditatem meam] id est, contaminari permisi Iudæos à te per captiuitatē: Vel contaminatos ostendi per idololatriam comminando eis captiuitatē per Prophetas. t Et dedi eos in manu tua,] vt flagellares, nō vt occideres. u Nō posuisti eis misericordias,] i. nullius miserta es. x Super senē aggrauasti iugum tuum] vel, [meum valde,] quasi dicat etiam senem, qui est persona valde miserabilis, crudeliter oppressisti. Ecce prima causa.

y Et dixisti: in sempiternum ero Domina.] Ecce secunda causa scilicet, superbia. z Non posuisti hæc super cor tuum] scilicet, quod populus meus pro peccatis suis affligebatur, vel hæc, quæ modò pateris à Medis, & Persis. a Neque recordata es nouissimi tui,] id est captiuitatis tuæ Δ quæ erit in nouissimis.

Mysticè. Θ a Denuda turpitudinem tuam,] id est, peccatorum tuorū hic in foro pœnitentiæ per confessionē, vel ego reuelabo in foro iustitiæ per punitionem. *Nahum*.3.b. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam Gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. b Discooperi humerum, reuela crus,] id est, confitere peccata spiritualia & carnalia. Vel per humerum, accipiuntur excusationes peccati. Vnde *Septuaginta*. Reuela operimentum tuum, denuda canos, discooperi tibias. *Iere*.13. d. Ego nudaui femora tua contra faciem tuā & apparuit ignominia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus. Multi autem reuelant peccata sua per iactantiam, quod valde displicet Deo. *Eze*. 23 c. Denudauit fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam, & recessit anima mea ab ea, *sup*.3.b. Peccatum suum, sicut Sodoma prædicauerunt.

c Trāsi flumina.] Rectus ordo est, vt post peccatorum denudationem per confessionem, transeamus flumina voluptatum per assumptæ pœnitentiæ asperitatem, *sup*.23. b. Transi terram, quasi flumina, filia maris.

d Reuelabitur ignominia tua, &c.] vel sacerdoti soli in præsenti, vel omnibus, qui erunt in iudicio in futuro, 2. *Reg*.12. c. Tu fecisti in abscondito; ego vero faciam in conspectu omnis Israel. f Vltionem capiam] à peccatore spontaneè per satisfactionem; vel coactè per punitionem. *Rom*.12. d. Mihi vindictam: & ego retribuam, dicit Dominus. B

g Et nō resistet mihi homo.] *Iob*.9.a. Quis restitit ei, & pacē habuit? *Ier*. 49.d. Quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? *infr*. 64. c. Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te.

h Redemptor noster Dominus exercituum nomen illius.] Ecce post supplicium malorum subditur confessio bonorum; quia flagellato pestilente, sapiens sapientior erit. *Prou*.19. d. Mos enim puerorum est, quòd si viderint aliquid turpe, statim currunt ad matrem: sic boni cum vident alios flagellari, currunt ad misericordiam Dei exorandam. *Prou*.24. d. Quòd cum vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici sapientiam, vel disciplinam.

l Sanctus Israel.) *Leuit*.19.a. Sancti estote: quoniam ego sanctus sum.

m Sede, tace & intra in tenebras, filia Chaldæorum.) Sede priùs erecta per superbiam: Tace priùs grandiloqua per arrogantiam: Intra in tenebras priùs volens apparere per inanem gloriam. Item sede per humilitatem, tace per modestiam, intra in tenebras per peccatorum tuorum considerationem & confessionem. *Nahum*. 3. c. Intra in lutum, &c.

p Filia Chaldæorum) id est, Dæmonum per consensum, & operationem. *Eccl*.20. a. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus. *Amos* 5. d. Ideo prudens in tempore illo tacebit quia tempus malum est, *Thren*. 3. d. Sedebit solitarius & tacebit quia leuabit se super se.

q Non vocaberis vltra Domina regnorum) cordis, oris, manus. *Heb*. 11. e. Sancti per fidem vicerunt regna. *Thr*.1. a. Princeps prouinciarum facta est sub tributo.

r Iratus sum super populum meum, *Zach*. 1. c. Zelatus sum super Ierusalem & Sion zelo magno: & ira magna ego irascar super Gentes opulentas. Ecce irascitur Dominus super populum suum zelo temporalis pœnæ, sed super Gentes, id est, super peccatores irascitur ira magna punitionis æternæ.

s Contaminaui hæreditatem meam.] Dominus sæpe hæreditatem suam contaminari permittit per culpam, non ad damnationem suam, sed ad humiliationem: sicut Petrum permisit cadere in peccatum. Quandoque autem contaminatam ostendit per pœnam. *Ierem*. 12. b. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam.

t Et dedi eos in manum tuam; non posuisti eis misericordias.] Verba sunt Domini loquentis ad malum Prælatum, cui Dominus dedit populum subditum, vt erudiat, non per malum exemplum corrumpat: vt pascat, non spolia rapiat: vt iuste iudicet, non vt opprimat. Ipse autem, non sic arbitratur, sed ad conterendum est cor eius, vt dicitur de Assur. *sup*.10. b.

x Super senem aggrauasti iugum tuū valde, *Thren*.4. c. Facies Sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt. De talibus Prælatis erat Roboam, cui dictum est. Imminue paululum de Imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo, quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. Et ipse respondit: Pater meus aggrauauit iugum vestrum. & ego addam iugo vestro. 3. *Reg*.12. c.

y Et dixisti, in sempiternum ero Domina] Contra illud *Eccles*. 5. a. Ne dixeris in corde tuo: sufficiens est mihi vita.

z Non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui.) Hoc dicitur contra ingratos, qui beneficia Dei non recolunt: & contra negligentes, qui de necessitate mortis suæ non aduertunt; cùm tamen recordatio mortis sordes abluat peccatorum. Vndè per contrarium. *Thren*.1. c. Sordes eius in pedibus eius, non est recordata finis sui. Et à malo cauere faciat in futurum. *Eccl*. 7, d. Fili, memorare nouissima tua, & in æternum non pec-

a quæ erit in nouissimis. a Et nunc audi hæc delicata,] quæ nunc affluis delicijs. b Et habitans confidenter, quæ nihil metuis. c Quæ dicis in corde tuo] quasi non credens, quòd aliquis posset nocere tibi. d Ego sum] Domina mundi. e Et non est præter me amplius, ciuitas aliqua, quæ regnet. f Nõ sedebo vidua,] id est, sine Rege non ero.

g Et ignorabo sterilitatem,] i. semper ero populosa.

h Venient tibi hæc duo subitò in die vna] irruẽte super te Cyro & Dario subitò. Et exponit, quæ duo. i Sterilitas] populi.

k Et viduitas] Regis. l Vniuersa] prædicta.

m Venerunt super te] i. citò venient.

C

Et a nunc audi hæc delicata b & habitans confidenter, c quæ dicis in corde tuo: d ego sum e & non est præter me amplius. f Non sedebo vidua, g & ignorabo sterilitatẽ. h Veniẽt tibi hæc duo subitò in die vna, i sterilitas k & viduitas. l Vniuersa m venerũt super te, n propter multitudinem † maleficiorum tuorũ, o & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. Et p fiduciam habuisti in malitia tua, q & dixisti: Non est, qui videat me. r Sapientia tua, & f scientia tua hæc t decipit te. u Et dixisti in corde tuo: Ego sũ, & præter me non est altera. x Veniet super te malum, & y nescies ortum eius: z & irruet super te calamitas, a quam non poteris expiare. b Veniet super te miseria repẽtè, quam nescies. c Sta cũ d incãtatoribus tuis e & cũ multitudine maleficiorũ tuorũ, in f quib. laborasti ab adolescẽtia tua, si g fortè quid prosint tibi, h aut si possis fieri fortior. i Defecisti in multitudine consiliorũ

al. † maleficorum.

n Propter multitudinem maleficiorum tuorum,] id est, incantationem Magorum tuorum, quorum consilia sequebaris. o Et propter duritiam incantatorum tuorum vehementem] qui nulla super miserorum afflictione misericordia mouebantur.

p Et fiduciam habuisti in malitia tua,] id est, in consilio maleficorum tuorum.

q Et dixisti, non est, qui videat me.] Gl. ss. id est, qui corrigat me, vt ponatur antecedens pro consequente.

r Sapientia tua,] id est, sapientes tui, id est, Harioli, Magi & Aruspices. f Et scientia tua,] id est, diuinatio, & astrorum inspectio. t Hæc decepit te] quia dicebant tibi de verbis Isaiæ & Ieremiæ non curare.

u Et dixisti in corde tuo: ego sum] Domina. {Et præter me non est altera) ciuitas ita potens. x Veniet super te malum belli & obsidionis. y Et nescies ortum eius] quia ita citò & subitò venerunt Medi & Persæ, quod quasi nescierunt, vnde venirent; non enim credebant esse venturos. z Et irruet super te calamitas,] id est, miseria destructionis.

a Quam non poteris expiare,] id est, à te expellere: vel sacrificijs placare. b Veniet super te miseria repente, quam nescies modò. c Sta contra Cyrum & Darium.

d Cum incantatoribus tuis] vt doceant te, vel iuuent euadere ab eis. e Et cum multitudine maleficorum tuorũ,] i. Magorum & Hariolorum. f In quibus laborasti ab adolescentia tua,] id est, quorum consilio à principio regni cuncta disponis. g Si fortè quid prosint tibi] vel iuuando, vel consilium dando.

h Aut si possis fieri fortior] per eos. i Defecisti in multitudine consiliorũ tuorũ, quasi consiliarij tui nõ suffecerũt, tibi obsidionem prædicere, nec te eripere, quod patet per manum scribentem in pariete, quam omnes sapientes Babylonis nescierunt legere, sed solus Daniel. *Dan.* 5.

▲ Stent & saluent te

Mystice.

⊖ cabis. *Eccl.* 28. a. Memento nouissimorum, & desine inimicari. a Et nunc audi hæc, delicata.] Ecce voluptas.

b Et habitans confidenter.] Ecce securitas.

c Quæ dicis in corde tuo: Ego sum, non est præter me amplius.] Ecce superbia. Primò debetur pœnalitas. *Apoc.* 18. b. Quantum glorificauit se, & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum. Secundò timiditas. *Leuit.* 26. f. Terrebit eos sonitus folij volantis. Tertiò debetur vilitas. Vnde *sup.* 14. d. In cœlum ascendam super astra nubium, vel cœli exaltabo solium meum. Ecce superbia, & subditur. Veruntamen ad inferna detraheris, vsque ad profundum Laci. Ecce deiectio & vilitas.

f Non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.] *Apocal.* 18. b. Sedeo vt Regina, & vidua non sum, & luctum non videbo,

h Venient tibi hæc duo subitò, in die vna sterilitas] vt non possis de cætero generare filios, id est, facere opera, quæ te ducant ad cœlum.

k Et viduitas] vt amittas Christum Sponsum. De primo *Ioan.* 9. a. Operamini, dum dies est, veniet enim nox, in qua nemo poterit operari. De secundo *Matth.* 25. d Discedite à me, maledicti, in ignem æternum, &c. Hæc duo sæpe veniunt simul Ecclesiæ.

i Sterilitas,] id est, temporalium direptio,

k Et viduitas,] id est, spoliatio a bono Prælato. Et sequitur quare.

l Vniuersa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum, vehementem.] Ecce duæ causæ, quare Dominus Ecclesiã sæpe permittit tribulari, scilicet, propter malitiam, vel maleficia, & oppressiones Bedellorum, & duritiam Aduocatorum: qui incantatores dicuntur, quia aures Iudicũ ornatu verborum incãtant. *Nahum.* 3. a. Conuenit in corporibus suis propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia: quæ vendidit Gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis. Vehemens autem dicitur duritia Aduocatorum: quia nulli parcit, nec diuiti, nec pauperi, nec iuueni, nec seni, nec viduæ, nec pupillo, & ideò difficile sanabilis est, *Eccl.* 12. c. Quis medebitur incantatori, id est Aduocato à serpente percusso, id est, à Diabolo, quasi dicat valdè difficile est.

Ier. 49. c.

D

p Et fiduciam habuisti [in malitia tua,] Plus habet hodie Ecclesia fiduciæ in rapinis & exactionibus Bedellorum suorum, quàm in prouentibus iustorum redituum.

q Et dixisti, non est, qui videat me.] Oculi tamen Domini in omni loco contemplantur bonos & malos. *Prouerb.* 15. a.

r Sapientia tua,] id est, stultitia mundi.

f Et scientia tua] quæ prudentia carnis dicitur.

t Hæc decipit te] quæ tamen non est sapientia nisi abusiuè *Eccl.* 19. c. Non est sapientia nequitiæ disciplina.

u Et dixisti in corde tuo, ego sum, & præter me non est altera,] Ecce iam multotiens repetitum est hoc, quia scientia insensati inenarrabilia verba, vt dicit *Eccl.* 21. c.

x Veniet super te malum.

y Et nescies ortum eius.] Hoc fit maximè propter peccatum superbiæ: quia superbus nunquam, aut rarò de delictis suis recogitat: excæcatus enim est, ita vt mala sua nõ videat, sed bona. *Iob.* 9. a. Qui transtulit montes & nescierunt hi quos subuertit in furore suo. *Prouerb.* 5. b. Huic ex templo veniet perditio sua, dicitur de homine apostata, id est, superbo.

z Et irruet super te calamitas corporis & animæ.

a Quam non poteris expiare] nec potentia, nec prece, nec pretio. De primo dicitur *Sapient.* 6. a. Potentes potenter tormenta patientur: non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, qui est omnium Dominator, nec verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & & magnum ipse fecit, & qualiter est illi cura de omnibus: fortioribus autem fortior instat cruciatio. De secundo & & tertio dicitur *Prouerb* 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

c Sta cum incantatoribus tuis, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid prosint tibi, aut si possis fieri fortior.] Hoc poterit dici irrisoriè in die iudicij negotiatoribus & auaris, qui omne studium & sollicitudinem ab adolescentia sua posuerunt in diuitijs, siue per fas, siue per nefas congregandis: quæ tamen in die iudicij eos non poterunt liberare. *Eccles.* 5. a. Nil proderunt diuitiæ in die obductionis. Specialiter tamen hoc poterit dici Episcopis & Prælatis, vt stent cum incantatoribus suis, i cum Aduocatis quorũ consilio & fallacia pauperes spoliauerunt, causas protelauerunt, iniustas causas velut iustas defenderunt. Neutri tamen alijs poterunt subuenire: quia vnumquemque oportebit pro se reddere rationem. Non valebit tunc aduocatio. 2. *Cor.* 5. b. Omnes astabimus ante tribunal Christi, non alij pro nobis, vt recipiat vnusquisque prout gessit in corpore suo, siue bonum, siue malum. i Defecisti in multitudine consiliorum tuorum] quia consiliarij falsi & dolosi erant, ideò non poterunt fallere Iudicem, qui scit omnem veritatem, imò qui est ipsa veritas. *Ioan.* 14. a Nec ipsum corrumpere, qui arguet in æquitate pro mansuetis terræ, *sup.* 11. a. Imò qui est ipsa iustitia, *sup.* 46. d. Prope feci iustitiam meam. *Eccles.*

⊖ 34. a. Ab immundo

A a Stent, & saluent te,] id est, Astrologi tui, qui & mathematici vulgò dicuntur, qui stellis arbitrantur regi omnia.
b Qui contemplabantur] quasi in eis credentes cognoscere futura,
c Et supputabant menses, &c) dicētes: hoc eueniet in illo mense & hoc in illo.
d Ecce facti sunt vacui à potentia, & impotentes resistere.
e Ignis) captiuitatis, vel incensæ ciuitatis, ad literam:
f Combussit illos,) vobiscum.
g Nō liberabūt,] id est, vitam.
h De manu flammæ] id est, de potentia ignis, quin comburantur.

tuorum. a Stent, & saluent te augures cæli, qui b contemplabantur sidera, & c supputabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi. Ecce d facti sunt, quasi stipula, e ignis f combussit illos. Non g liberabunt animam suam de h manu flammæ: i non sunt prunæ, quibus calefiant: nec k focus, vt sedeant ad eum: Sic l facta sunt tibi, in m quibuscunque laboraueras. n Negotiatores tui ab o adolescentia † tua, p vnusquisque in via sua errauerunt: q non est, qui saluet te.

i Non sunt prunæ] homines. k Nec focus] homines ad calefaciendum se, quasi dicat, ille ignis: non erit modicus talis, vt ad calefaciendum homines accendatur, sed quo tota ciuitas comburatur.
l Sic facta sunt tibi] inutilia, supple, vt prædictum est, omnia. m In quibuscumque] id est, Magi, incantatores, & Harioli, in quibus acquirendis multum studueris, quasi dicat, sicut defecisti in consiliariis, vt non possent te liberare, sic in omnibus aliis. n Negotiatores tui] i. Magi, & incantatores tui, qui multa per mendacia sua lucrabantur.
o Ab adolescentia tua] id est, fugerunt, ibi euadere potuerunt.
q Non est,] ex eis, [qui saluet te,] à miseria. Vel negotiatores vocat illos, qui ad vindicandum ex omni regione in Babylonem veniebant, sed audita obsidione reuersi sunt, vnusquisque in regionem suam, nec Babylonem defendere potuerunt. Et hoc est, quod dicit.
n Negotiatores tui] id est, illi, qui ab adolescentia sua ad negotiandum in te venire consueuerant.
p Vnusquisque in via] id est, fugerunt vnusquisque per viam suam, non simul, scilicet, fugientes præ timore, & errantes.
q Non est, qui saluet te [ex eis, quasi dicat, non intromittunt se de liberatione tua, licet in eis haberes magnam fiduciam, & de eis multum iactares te.

Mysticè ⊕ 34. a. Ab immundo quid mundabitur, & à mendace quid verum dicetur? Diuinatio erroris, & auguria, & mendacia & somnia, maleficorum vanitas.

a Stent, & saluent te.] Augures cœli sunt Theologi, qui contemplantur sidera, id est, superna: nihilominus tamen computant bene menses, id est, temporalia, quæ in continuo defectu sunt, & propterea multi eorum ventura annunciant, id est, prædicant, *Psal.* 72. Posuerunt in cœlum os suum: & lingua eorum, scilicet, lingua cordis transiuit in terra. *Ierem.* 10. a. A signis cœli nolite metuere, quæ timent Gentes, quia leges populorum vanæ sunt *Eccl.* 33. a. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum. Sol Solem, à Domini scientia separati sunt, *Galat.* 4. b. Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos: timeo autem, ne fortè sine causa laborauerim in vobis.
d Ecce facti sunt] quia mali Prælati, vani Theologi, & falsi Aduocati fuerunt: hic stipula per omnium bonorum vanitatem, & verborum sonoritatem, & inconstantiæ leuitatem, ideò parati sunt ad ignem gehennæ. *Ierem.* 13. d. disseminando eos, quasi stipulam, quæ à vento rapitur. *Malach. vlt.* a. Erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens.
g Non liberabunt.] Verum est, nec ipsi, nec alij. *Psal.* 48. Frater non redemit: redimet homo? quasi dicat, Non.
i Non sunt prunæ, quibus calefiant.] Ecce qualis est ignis infernalis, non enim paratus est ad calefaciendum, sed ad comburendum: nec lucidus est, sed obscurus. Vnde subditur.
k Nec focus.] Ad ignem enim sedent mulieres quando nent, vt videant: sed ignis, vt dicitur, post diem iudicij quantum ad luciditatem erit in Paradiso; quantum ad combustionem in inferno.
l Sic facta sunt tibi] id est, inutilia, imò nociua, & materia ignis infernalis, & argumentum. *Sap.* 5. d. pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.

Hugonis Cardinalis, Tom. IV.

n Negotiatores tui] id est, Clerici tui, qui sunt negotiatores.
o Ab adolescentia sua. *Osea* 11. d. Circumdedit me Ephraim in negotiatione, & in dolo domus Israel, *Eccl.* 26. d. Difficilè exuitur negotians à negligentia sua.
q Non est, qui saluet te] nec Deus, quia non debet: nec homo, quia non potest: nec Diabolus, quia non vult: nec Prælatus, quia nō curat. *al.* † sua.

CAP. XLVIII.

A r Vdite hæc, domus Iacob, s qui vocamini nomine Israel, t & de aquis Iudæ existis, u qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini, non in veritate, neque in iustitia. x De ciuitate enim sancta vocati sunt, Δ

EXPOSITIO CAP. XLVIII.

AVdite hæc domus Iacob.] Adhuc immoratur Propheta circa increpationem Iudæorum. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. In prima parte arguit eorum peruersitatem. In secunda ne desperent, promittit eis pietatem, *ibi.* [Propter nomen meum.] Dicit ergo,
r A Audite hæc, domus Iacob] id est, vos Iudæi.
s Qui vocamini nomine Israel] id est, qui estis Israëlitæ solo nomine non facientes opera filiorum Israel.
t Et de aquis Iuda existis] id est, de populis Iudæorum, secundum quod dicitur. 2. *Reg.* 14. c. Omnes, quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. De aquis Iuda; *Haymo.* hoc dicit, vt ostendat eos esse filios Patriarcharum, non virtute, sed carne. Et nota, quòd Dominus facit hic mentionem de Iuda, qui decem Tribubus captiuatis, Iuda, & Beniamin, Leuitæ in terra promissionis manebant & Regem de Iuda habebant. u Qui iuratis in nomine Domini, &c. id est, accipitis nomen Dei ad mendacia vestra, & iniustitias confirmandas. Mutatio personæ. *Moraliter.*
x De ciuitate enim sancta] id est, gloriantur de hoc, quod vocantur à Ierusalem, quæ est ciuitas sancta, id est, Ierosolymitæ.

Δ Et super Deum Israel

Mysticè. r Audite hæc domus Iacob.] Hic redarguuntur negotiatores Religiosi, qui sunt domus Iacob, id est, in negotiationibus colluctantes tamen contemplatiuos se dicunt & fingunt. Vnde subditur. s Qui vocamini id est, qui nomen tantùm habetis contemplatiuorum, id est, videntium Deum & non rem. Mirabilis est conuersio, quod de Israel modò fit Iacob, id est, de contemplatiuo actiuus. Antiquitùs enim factus est de Iacob Israel. Vnde *Genes.* 32. f. dixit Angelus de Iacob, Quod est nomen tibi? Respondit, Iacob. At ille: nequaquam, inquit, Iacob, appellabitur nomen tuum, sed Israel. Corrigatur ergo litera, & dicatur. Nequaquam Israel appellabitur nomen tuum; sed Iacob. *Mysticè,*
t Et de aquis Iuda existis] id est, lachrymas confessionis, & compunctionis dimisistis propter multiplices negotiationes vestras. *Osea* 11. d. Circumdedit me Ephraim in negotiatione sua, & in dolo domus Israel. *Ezech.* 28. e. In multitudine negotiationis tuæ polluisti me.
u Qui iuratis in nomine Domini, &c.] Ecce quid sequitur negotiationes multas, scilicet, periurium, & dolus, propter quæ duo maximè fugienda sunt: quia vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet à domo eius plaga. *Eccl.* 23. b. Propter quod dicitur *in eodem.* Iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus in illa. Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, & nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris immunis ab eis. Item *in eod.* Si in vacuum iurauerit, non iustificabitur: replebitur enim retributione pessima domus eius. Multò magis ergo, si in dolo iurauerit, *Zach.* 5. b. Veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter. Vndè *Zach.* 8. c. Iuramentum mendax diligatis. *Eccl.* 26. d. Duæ species difficiles, & periculosæ mihi apparuerunt. Difficilè exuitur negotians à negligentia sua, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum suorum.
x De ciuitate enim sancta vocati sunt. Ita est de multis Religiosis, qui iactant se de hoc, quòd habitant in loco sācto, de hoc, quòd in Religione sua fuerūt multi Sācti. Cōtra, quod dicit *Ierom.* Non est laudabile Ierosolymis fuisse: sed Ierosolymis bene vixisse. *Ioan.* 8. e. dixerunt Iudæi

A a Et super Deum Israel] id est, firmati sunt, & fundati super Deum Israel, vt dicunt quasi iactant se Deum habere protectorem. b Dominus exercituum] qui continuè vos protegit. Mutatio personæ & numeri. c Priora extunc] i. ab antiquis temporibus retrò, vel ab initio mundi nunciaui tibi multa antequam fierēt, quasi dicat, mirū est, quod à tam longinquis temporibus prænunciaui vobis, quæ videtis impleta; & tamen mihi non vultis credere. d Et audita feci ea prædicta, ne eorum nouitatem forsitan ascriberetis idolis. e Repentè operatus sum] vel operabor illa. f Et venerunt] vel venient quasi dicat, prædixi ea verbo, antequam essent, & opere ea adimpleui. Et ostendit Dominus, quasi nunciauerit prædicta, scilicet, ne ea idolis adscriberent, quod fecissent citò, quia duri, & rebelles sunt. Et hoc est, quod dicit. g Sciui enim] ad credendum verum, & facilis ad credendum malum. Vel quia Dominus destructionem Babyloniorum, & liberationem Iudæorum, ita sæpe prædixerat, quia possent fortè quærere, quare hæc tam sæpe repetit, ideò quasi Antiphonicè respondet Dominus, innuens, quod hoc facit, quia nimis duri, & difficiles erant ad credendum. Et hoc, est quod dicit. [Sciui enim] id est, scio.

& a super Deum Israel constabiliti sunt, Dominus b exercituum nomen eius. c Priora extunc annunciaui, & ex ore meo exierunt & d audita feci ea: repentè e operatus sum, & f venerunt. g Sciui enim, quia durus es h tu, & i neruus ferreus ceruix tua, & k frons tua † ærea. l Prædixi tibi m extunc: n antequam venirent, iudicaui tibi, ne o fortè diceres: idola mea fecerunt hæc, & p sculptilia mea, & conflatilia mandauerant ista. q Quæ audisti, r vide omnia. s Vos autem t non annunciastis, u Audita feci tibi noua x extunc, † conseruata sunt, quæ nescis.

al. † Ænea.

h Quia durus es tu] i. difficilis ad credendum. i Et neruus ferreus] id est, ceruix tua, ita dura est ad prædictam liberationem credendum, vt neruus ferreus. k Et frons tua, id est, dura, & impudibunda ad contradicendum apertè Sacerdotibus, & Prophetis prædictam liberationem dicentibus.

l Prædixi tibi futura, & hæc, & alia.

m Extunc] id est, ab antiquo.

n Antequam venirent) & hæc prænunciaui.

o Ne fortè diceres] quod fortè faceres, si videres hæc contingere, & non essent prænunciata tibi. p Et sculptilia mea] id est, præceperunt Cyro & Dario, quod facerent ista, vel prænunciauerunt ista per idola, vel per Hariolos. q Quæ audisti] per Prophetas complenda. r Vide omnia] id est, vides, vel videre potes omnia impleta, quæ dixi, vel videbis omnia completa, quæ dico. Et nota, quòd in his verbis reprehendit eos Dominus in quatuor. Primò enim reprehendit eos de simulata iustitia, *ibi*. Qui vocamini nomine Israel] Secundo de iactantia, *ibi* De ciuitate enim.] Tertiò de inobedientia, *ibi*. [Sciui enim, quia.] Quartò de blasphemia: quia bona sua idolis adscribebant *ibi*. Ne fortè, &c.

s Vos autem] ô idola.

t Non annunciastis] hæc prædicta, Vel.

s Vos] ô Iudæi.

t Non annunciastis], filiis vestris, quæ ventura erant super Babylonem; sed veritatem celastis.

u Audita feci tibi, scil. destructionem Babylonis, & liberationem tuam, & multa alia. x Extunc conseruata sunt] quasi ab antiquo etiam dicturus eram plura tibi, sed propter incredulitatem tuam reseruaui multa, quæ non A reuelaui tibi. Nunc

Mysticè ⊕ Pater noster Abraham est. Dicit ei Iesus. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

a Et super Deum Israel.] Multi imò omnes constabiliti sunt super Dominum, sed multi ceciderunt per superbiam alij iacent prostrati per luxuriam. *Mich*. 3. d. Super Dominum requiescebant dicentes: nunquid non Dominus in medio nostrum?

g Sciui quia durus es.] Hic redarguitur peccator in duobus, de obstinatione in peccato, & de impudentia in malefaciendo. *Ezech*. 3. b. Omnis domus Israel attrita fronte est & duro corde. Item hic significatur triplex duritia, scil. duritia cordis per impatientiam, oris per exasperationem, operis per immisericordiam. Item est ceruix elationis. *Psal*. 128. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Est, & ceruix obstinationis. *Exod*. 32. b. Cerno, quòd populus iste duræ ceruicis sit. Est etiā ceruix præsumptæ libertatis. *Iob* 15. c. Pingui ceruice contra Dominum armatus est. Item est neruus, fallacia, vel versutia. *Iob* 40. b. Nerui testiculorum eius perplexi sunt. Luxuria. *Gen*. 32. f. Tetigit neruum femoris eius, & emarcuit. Pœna *Iob* 13. d. Posuisti in neruo pedem meum. Superbia. *Iosue* 11. b. Equos eorum subneruabis, & currus igne combures. Nota mala, quæ facit duritia. Primum

Triplex duritia.

Triplex ceruix.

Multiplex neruus.

Multa mala facit duritia.

malum est, quod increpationem duram, & obiurgationem meretur. Vnde *Deut*. 31. g. dixit Moyses ad populum. Scio contentionem tuam & ceruicem tuam durissimam. Secundum est, quod maledictionem incurrere facit. Vnde per totum sequens capitulum Moyses maledicit eis, dicēs: Cōgregabo super eos mala, & sagittas meas implebo in eis, consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo. &c. *Deut*. 32. d. Tertium est, quod comuatum Domini, & protectionem auertit. *Exod* 33. a. Non ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es. Quartum est, quòd furorem Domini incurrere facit. Vnde *Exod* 32. b. Dominus quasi furiosus dixit ad Moysen. Cerno, quod populus iste duræ ceruicis, sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, vt disperdam eos. Quintum est, quòd inter populum Dei non meretur numerari. *Ezech*. 9. b. Transi per mediam ciuitatem, & signa, Tau, super frontes virorum gementium, & dolentium super abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Hoc signum non fit in fronte ænea, vel ferrea, sed in molli, & lugente alios per compassionem.

B

al. † &

l Prædixi tibi extunc, &c.] Inexcusabiles ergo sumus omnes: quia Dominus bona futura prædixit sæpe, & mala inferni multotiens comminatur. Annunciat autem hæc per exempla præcedentium, per testimonium Scripturarum, per inspirationem cordium, per admonitionem prædicatorum, per abundantiam rerum temporalium, per flagella, & castigationes corporum.

o Ne fortè diceres idola, &c.] Ita dicunt aliqui diuites quòd sua industria acquisierunt, quæ habent. Contra, quos est illud *Iacob* 1. c. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est.

q Quæ audisti, vide omnia.] O homo, vide opera creationis, vt ex his agnoscas potentiam, & sapientiam conditoris, qui de nihilo cuncta creauit, & omnia proprio numero, mensura, & pondere stabiliuit, vt dicitur *sap*. 11. d. Vide opera creationis, vt recolas inde clementiam, & misericordiam Redemptoris, qui sic pro seruis maleuolis, imò pro inimicis deprehensis, & incarceratis tam mori dignatus est. *Abac*. 3. a. Domine, audiui, &c. *Eccles*. 43. d. Ipse omnipotens super omnia opera sua, terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia eius. Vide opera glorificationis, vt inde mireris, largitatem, & gratiam Saluatoris, qui vult omnes homines saluos fieri, 1. *Tim*. 2. b. Et participes, & cohæredes regni sui. Ecce largitas, qui pro modicis magna, pro transitoriis perpetua, pro vilibus gloriosa largitur: qui minus promittit, quam soluat. *Eccl*. 43. d. Pauca vidimus operum eius; omnia autem Dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam.

s Vos autem non annunciastis.] Hoc dicitur Prælatis torpentibus, qui cum instruere debeant subditos, destruunt: cum custodire debeant, spoliant, & occidunt: cùm pascere eos debeant, è contrario bona eorum comedunt: cùm prædicare debeant, muti sunt. Sed timenda est eis illa sententia, qua dicitur *Ezech*. 3. d. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel. Si dicente me ad impium: morte morieris, non annunciaueris ei: ipse quidem in iniquitatibus suis morietur; sanguinem autem eius de manu tua requiram.

u Audita fecit tibi noua,] Deum, hominem immortalem, mortalem: æternum, temporalem: immensum, paruulum: verbum, infans: virginem, matrem. *Ierem*. 31. d. Nouum faciet Dominus super terram, &c. *Eccl*. 36. a. Innoua signa, immuta mirabilia.

x Extunc conseruata sunt quæ nescis.] Ecce propter peccata nostra dimittit Dominus multa reuelare nobis. *Ier*. 3. a. Polluisti terram in fornicationibus tuis, & in maleficiis tuis: quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum: & serotinus imber non fuit. Specialiter tamen dimittit Dominus nobis reuelare aliqua propter inobedientiam, & carnalitatem. De primo dicitur *Ezech*. 3. g. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo & eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. De secundo dicitur *Ioan*. 16. c.

⊕ Multa habeo vobis.

a reuelaui tibi. a Nunc creata sunt,] id est, in effectu producta. Vel nunc creata sunt apud me, antequam fiant. b Et non extunc] cognouisti ea, supple. c Et ante diem,] sit aduentus, supple, ego cognoui ea, & creata erant apud me. d Et non audisti ea] i. non fuerunt tibi

scis. Nunc a creata sunt, b & non extunc: c & ante diem, & d non audisti ea, e ne fortè dicas: ecce ego cognoui ea. f Neque audisti, g neque cognouisti, h neque extunc i aperta est auris tua. Scio k enim, quia l præuaricans præuaricaberis, & m transgressorem ex † ventre vocaui te: n Propter nomen meum o longè faciam furorem meum: & p laude mea q infrænabo te, r ne intereas. s Ecce excoxi te, t sed non quasi argentum, u elegi te in camino paupertatis.

e. † vtero.

prædicta. e Ne fortè dicas: ecce ego cognoui ea,] à Diis, vel ab idolis meis. f Neque audisti,] per alios. g Neque cognouisti,] per te. h Neque extunc,] ex quo creata sunt apud me: vel ex quo per Prophetas ea prædixi. i Aperta est auris tua,] cordis, vel corporis, ad audiendum, supple, vel cognoscendum prædicta, quasi dicat Dominus, quædam, antequam euenirent, prædixi tibi: ne, si non fuissent tibi prædicta, cùm euenissent, idolis tuis ea scriberes; quædam verò noua facio & subitò, quæ non prædixeram tibi: ne crederes, quod ab idolis tuis illa scire potuisses. k Scio enim.] Posset aliquis quærere, ex quo Iudæi ita mali sunt, quare vis eos liberare? Et respondet Dominus: Scio, quòd mali sunt, tamen liberabo eos propter nomen meum, i. propter honorem nominis mei, & ne glorientur Gentiles dicentes, quòd potentia idolorum suorum subiecerunt Iudæos. Vndè dicit, [Scio enim, quia præuaricans legem † Moysi, quod factum est diu *Exod.* 31. d.

al. † meam.

l Præuaricaberis,] in aduentu filij. Vel, [Præuaricaberis tempore Ieremiæ, qui mandauerat eis, quòd generarent filios, & filias: quia adhuc redituri erant ad terram suam: & ipsi nolebant credere, nec cohabitare vxoribus suis. m Et transgressorem ex ventre vocaui te,] id est, ex quo legem accepisti, quia illicò idola adorasti. *Exod.* 32. a. Vel,] Ex ventre,] quando de Ægypto liberatus, quasi vtero meo conceptus es, nondum tamen natus, per legis susceptionem. Tunc enim peccauerunt multùm murmurando contra Moysen, & Aaron. Et tamen licet talis sis:

Secunda pars.

n Propter nomen meum,] ne, scilicet, nomen meum vilescat, non propter meritum tuum. o Longè faciam furorem meum,] à te, scilicet, captiuitatem differendo, & te de captiuitate reducendo. Vel, [Longè faciam, &c.] id est, feci, ne, scilicet, ex toto disperderem te. p Et laude mea,] id est, operibus meis laudabilibus, vel cantilenis, & solemnitatibus meis in templo. q Infrænabo te,] quasi dicat, tot bona tibi faciam, quòd beneficiis victus, quasi coactus sequeris me, sicut iumentum sequitur hominem coactum per frænum. r Ne intereas,] per idololatriam. s Ecce excoxi te.] Possent Iudæi dicere, quòd absoluti essent à peccatis suis propter pœnam captiuitatis, & merito suo liberati de captiuitate, tanquam pœnitentia iam peracta. Contra quod Dominus dicit. Et si puniui eos, non tamen quantum peccata sua exigebant. Vndè neutrum prædictorum possunt allegare. Et hoc, quod dicit. s Ecce excoxi te] fornace tribulationis in Babylone, vel etiam seruitute in Ægypto. t Sed non quasi argentum,] quia propter hoc non es purgatus, imò nec etiam emendatus. u elegi te in camino paupertatis,] id est, elegi te ponere in angustia paupertatis Babylonica captiuitate, vt te corrigeres

Δ propter me faciam

Mysticè.

Multa habeo vobis dicere; sed non potestis portare modò.

f Neque audisti,] per doctrinam.

g Neque cognouisti,] per intentionem.

h Neque extunc aperta est auris tua,] per obedientiam. Primum aufert superbia, qua aliquis dedignatur esse discipulus, priùs volens esse canalis, quam concha. Contra quod dicitur *Prou.* 18. c. Qui priùs respondet, quàm audiat, stultum se esse demonstrat. Secundum aufert occupatio varia: quia sapientiam oportet scribere tempore vacuitatis. Vndè *Ecclef.* 38. c. Qui minoratur actu, percipiet sapientiam. Tertium aufert inobedientia: quia propter obedientiam exaltat Deus hominem, tam in temporalibus, quàm in æternis, tam in virtute, quam in scientia. Vndè *Luc.* 14. c. Qui se humiliat, exaltabitur. Non est dictum in quo, vt intelligas in omnibus.

k Scio enim quia præuaricans,] legem naturalem. l Præuaricaberis,] legem scriptam. Præuaricans committendo, præuaricaberis omittendo. Præuaricans per contaminationem voti Baptismi, præuaricaberis per irritationem voluntarij voti. Præuaricans mandata Domini, ad quæ necessariò obligatus eras, dum esses sæcularis: præuaricaberis præcepta regulæ, ad quæ te spontaneè ligaueras, cùm fieres Claustralis.

m Et transgressorem, ex ventre vocaui te.] Venter Dei Baptismus est, in quo transgrediuntur ferè omnes. Item venter Dei patientia est, in quo trangrediuntur procrastinantes. Item venter Dei pœnitentia est, quoad secundam generationem, in quo transgrediuntur recidiuantes. De primo dicitur in *Psalm.* 57. Errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa. De secundo. *Ezech.* 20. f. Eligam de vobis transgressores, & impios, de terra incolatus eorum educam eos, id est, de mundo per mortem quantumcunque sustineam per patientiam: & terram Israel, id est, videntium Deum, non ingredientur. De tertio dicitur *Galat.* 2. d. Si quæ destruxi, iterum reædifico, præuaricatorem me constituo. Et est argumentum, quod pœnitentia est quædam lex. G

n Propter nomen meum longè faciam furorem meum.] Vndè opus est, vt Dominus misereatur nostri propter bonitatem suam: quia propter merita nostra parum tenetur nobis, imò de condigno nihil: tum quia etsi aliquid facimus boni, plus tamen adhuc debemus Deo: tum quia etsi sit bonum, quod facimus, non tamen purum: tum quia etsi esset purum, & bonum, non tamen à nobis est, sed à Deo. *Ezech.* 20. c. feci propter nomen meum, ne violaretur in Gentibus.

p Et laude mea, &c.] Infrænatus Deus hominem infrænat, & Dæmones, sed Dæmonem, ne noceat: hominem, ne intereat. Infrænat autem Dæmonem, furorem eius, & potentiã coarctando. De qua infrænatione dicitur *Ezech.* 29. a. Ecce ego ad te, Pharao Rex Ægypti, Draco magne, qui cubas in medio fluminũ tuorũ & dicis: Meus est fluuius, & ego feci memetipsum? & ponã frænum in maxillis tuis, & reducam te per viam, per quam venisti. Infrænat autem Dominus hominem laude sui & suorum, beneficiis consolationum, sanitatum & rerum etiam terrenarum, terrore comminationum, flagellis ægritudinum, & quandoque amissione rerum, doctrinis Scripturarum, & Prædicatorum, reclamatione synderesis, quæ semper murmurat contra peccatum, occupatione contra odij periculum, erubescentia sui, & hominum, & etiam Angelorum, silentio & temperantia verborum, abstinentia ciborum, inedia diuitiarum Contra quod dicitur *Deut.* 32. b. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Quare? Quia non habebat hoc frænum. *Eccles.* 28. d. Frænos ori tuo facito, *Zach.* 14. d. In die illa erit, quod super frænum equi est sanctum Domino. Ea, per quæ refrænatur homo, notantur his versibus.

Dogmate, laude, minis, donis, ratione, id est, synderesi, *flagellis*,
Claustro, pauperie Virtute, labore, pudore.
Exemplis socij frænamur, ne pereamus.

s Ecce excoxi te, sed non quasi argentum. [Hoc dicitur reprobis, qui sub flagello tribulationis non purgantur à palea, sed franguntur: sub lima aduersitatis non clarescunt; sed rubiginem contrahunt: sub fornace tentationis non mundantur; sed crepant. De quibus dicitur *Ierem. quinto* a. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos; & noluerunt accipere disciplinam. *Et* 6. Frustrà conflauit conflator: malitiæ eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum vocate eos, & Dominus proiecit illos, tanquam metallum inutile ad fabricanda vasa in honorem.

u Elegi te in camino paupertatis.] Multos eligit Dominus in camino prosperitatis, quorum electionem cassat postea in aquis aduersitatis: Vnde *Deut* 32. b. incrassatus est dilectus, & recalcitrauit incrassatus, impinguatus, dilatatus. Et post Dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo *Apocal.* 1. d. Pedes eius similes auricalco, sicut in camino ardenti, *Dan.* 3. a. dicit Nabuchodonosor. Si quis non adorauerit statuam auream, id est, Dæmonem, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis, i. paupertatem, & omnis populus, tribus, & linguæ adorauerunt. Hoc est, quod dicitur *Eccl.* 10. c. Pecuniæ obediunt omnia. Ecce paupertas propter hoc, quia capitulũ est in diuina electione quia lucerna est in verorum amicorum manifestatione, quia castrum securum est sine expugnatorij terrore, quia camera quieta est sine sollicitudinum & perturbationum inquietudine, quia prima discipula fuit prædicationis diuinæ, & prima pa-

Commendatio paupertatis.

A a Propter me faciam] liberationem vestram, non pro meritis vestris. b Vt non blasphemer] à Gentibus, vt dicant me impotentem ad liberandum vos. c Et gloriam meam alteri non dabo] vt, scilicet, alius dicatur liberator tuus. Vel sic.] Gloriam meam alteri non dabo, id est, non permittam, quòd idola habeát gloriam meam, id est, quòd attribuatur eis à Gentibus gloria, & reuerẽtia de hoc, quòd detineant populum meum in captiuitate.

al. †propter me.

Sup. 4. b. Sup. 41. b. & 44. a. Apoc. 1. d.

C

a Propter me † faciam, vt non b blasphemer: c & gloriam meam alteri non dabo. d Audi me, Iacob, e & Israël, f quem ego voco. g Ego ipse, h ego primus, i & ego nouissimus. k Manus quoque mea l fundauit terram: & m dextera mea n mẽsa est cœlos. o Ego vocabo eos, & p stabunt simul. q Congregamini, omnes vos: r & audite, f quis de eis s annunciauit hęc: Dñs u dile-

d Audi me, Iacob,] id est, vos de Iuda & Beniamin. e Et Israel,] i. vos, qui estis filij Israel. f Quẽ ego voco, ad pœnitentiam, & ad cultum meum, & ad audiendum me.

g Ego ipse] non idola, imò nihil. h Ego primus] ante quem nullus. i Ego nouissimus] post quem non alius, quasi dicat, qui sum sine fine, & sine principio. k Manus quoque,] id est, potentia mea, vel filius meus. l Fundauit terram,] materialem: ad literam. m Et dextera mea] id est, potentia mea, vel filius, vt priùs. n Mensa est cœlos,] materiales, vel Angelos, quia cœlos materiales propriis terminis limitauit & potentiam Angelorum & Virtutem similiter. o Ego vocabo eos,] id est, cœlos materiales ad literam. p Et stabunt simul,] id est, si ego vellem eos vocare & præcipere, ipsi starent coram me. Vel. o Ego vocabo eos,] id est, Angelos. p Et stabunt simul, vt meæ pareant iussioni. q Congregamini omnes vos,] vos, scilicet, cœli, vel Angeli, vel omnes creaturæ, vel filij Israel. r Et audite,] quæ dicturus sum.

f Quis de eis] id est, cœlis, vel creaturis, vel Angelis, vel de idolis. s Annunciauit hæc,] quòd, scilicet Cyrus Babylonem destrueret? quasi dicat, nullus de omnibus prędictis potuit pręnunciare hęc, nisi ego. u Dñs dilexit eū:] A id est, Cyrum, id est, signum

Mystice.

⊕ rochia, quam habuit in cura filius Dei. Item quia prima est in receptione medicinæ Dei. Item quia ipsa sola est hospita Spiritus sancti. Item ipsa propriè est sub tutela Dei. Item quia ipsa sola est commensalis Christi. Capitulum, dico, est paupertas, in quo celebratur diuina electio, sicut dicitur hic. Item lucerna est, qua sit virorum amicorum probatio. Propter quod dicit *Greg.* quòd cùm omnis fortuna timenda sit; magis tamen timenda est prospera, quàm aduersa: & huius ratio est, quia in prospera: non possunt agnosci veri amici: in aduersa verò cognoscuntur. Est enim amicus socius mensæ: & iste non permanet in tempore necessitatis. *Ecclesi. 6.* h. Item amicus socius fortunæ, qui non permanet similiter tempore paupertatis. De quo *Poëta.*

Ouidius 1. Tristium.

Donec eris fœlix multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Et *Sen.* Mel muscæ, lupi cadauera: prædam sequitur turba hæc, non hominem. Item castrum securum est, vbi non est hostium incursio. Vndè dicit *Sen.* quòd paupertas est bonum odibile. Ecce quòd nullus impetit pauperem pro castro auferendo. Valdè diligendum est bonum, quod nullus impetit, quod nullus calumniatur, cui nullus inuidet. Item camera quieta est, vbi nulla est perturbatio. Vndè *Ecclesi.* 5. c. Dulcis est somnus operanti, id est, pauperi, qui laborat manibus suis, diuites enim non laborant, siue parum, siue multum comedat. Et per contrarium dicitur *in eodem.* Saturitas diuitis non sinit eum dormire. Item prima discipula fuit prædicationis Christi; & parochia eius, *infra* 41. a. Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me. Ibi dicunt *Septuaginta.* Euangelizare pauperibus misit me. Vndè *Matth.* 11. a. Pauperes euangelizantur. Item primam medicinam, & curam subit veri Medici, id est, Dei. Vndè *infrà* 61. a. Vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem. Itẽ ipsa sola est hospita Spiritus sancti, *infrà* 57. c. In sancto habitat & cum contrito & humiliato spiritu, vt viuificet spiritũ humilium, & viuificet cor contritorum. Et *infr. vlt.* a. Ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Alia litera.

Super quem requiescet spiritus meus, &c. Item quia ipsa est propriè sub tutela Dei. *Psal.* 9. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Item quia sola est commensalis Christi. *Psal.* 67. Parasti in dulcedine tua pauperi, Deus. Vndè *Luc.* 14. e. Leguntur solùm introducti pauperes, cæci & claudi ad cœnam Domini. Paupertas eligenda est, quia Christus eam elegit. *Psal.* 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei, &c. *Beatus Bern.* Hanc elegit Deus, ergo eligenda est. Paupertas eligenda est, quia Christus exauditor est pauperum. *Psal.* 33 Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Eligenda est, quia facit hominem seipsum cognoscere. Gallina in autumno non videt se; in hyeme videt se: fortuna prospera ærea, *Iob.* 36. a. si fuerint in catenis & vinciantur funibus paupertatis, indicabit eis opera. Eligenda est, quia prima est inter virtutes in sermone Domini. *Matth.* 5. a. Beati pauperes spiritu. Eligenda est, quia perfectum facit. *Matth.* 19. c. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Eligenda est, quia Nabuzardan diuites captiuauit, solos pauperes dimisit in Iudæa. Eligenda est, quia liberat à curis. *Tob.* 5. d. Nunquam fuisset pecunia ista, pro qua misisti eũm. *Gregor. super Luc.* 16. Si qua reprehensibilia in pauperibus conspicimus, non debemus despicere: quia fortasse quos morum infirmitas vulnerat, hos medicina paupertatis sanat

Quare paupertas eligenda sit.

a Propter me faciam, vt non blasphemer.] *Ezech.* 20. c. Propter nomen meum hoc feci, vt non violaretur in Gentibus.

c Et gloriam meam alteri non dabo] *suprà* 42. b. idem. Gloria Dei est conuersio peccatorum. *Rom.* 3. d. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.

d Audi me, Iacob,] id est, laice, vel sæcularis.
Et Israel quem ego voco,] id est. Clerice, vel Claustralis. Vocat autem Dominus primò ad abluendum. *Osea* 11. a. Ex Ægypto vocaui filium meum, vt scilicet, ablueret manus à malo opere. Deinde vocat ad comedendum. *Luc.* 14. d. Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent. Sed quidam excusauit se, quia villam emit: in quo significantur illi, quos superbia retardat: In emptione enim villæ, ambitio dominij designatur. Quidam verò, quia vxorem duxit: in quo significantur illi, quos luxuria ligat. Quidam verò, quia iuga boum quinque emit: in quo significantur illi, quos auaritia procrastinat. Ecce omnia impedimenta eorum, qui in cœnam non veniunt. Vndè *versus.*

Vxor, villa, boues, cœnam vetuêre vocatis:
Mundus, cura, caro, cœlum clausêre renatis.

Quia omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. 1. *Ioan* 2. c. *Ier.* 35. d. Vocaui eos: & non responderunt mihi. *Genes.* 3. b. Vocauit Dominus Adam & dixit: Vbi es? *Iob.* 19. c. Seruum meum vocaui: & non respondit mihi.

g Ego ipse primus,] vt sciat omnis homo datam sibi à me vitam naturæ.

i Et ego nouissimus,] vt expectet à me vitam gloriæ.

k Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos.] Dominus terrenis, id est, peccatoribus ponit fundamentum per pœnitentiam; sed cœlis, id est, cœlestibus ponit mensuram per humilitatem. *Iob.* 38. a. Vbi eras, quando ponebam fundamenta terræ? *Greg.* Recole, vbi te inueni: & eris humilis. Et quia homo etiam de bonis superbit, mensuram profectibus ponit: vt per ea, quæ desunt, seruentur humiliter, quæ adsunt.

o Ego vocabo eos,] id est, viros cœlestes ad iudicium, tanquam Assessores meos, & Iudices aliorum.

p Et stabunt simul,] in conformitate voluntatum, volentes idem, quòd ego, volentes vnum, & idem vnus, quod alius.

q Congregamini omnes vos,] peccatores ante tribunal Christi, vel in Ecclesiam, *suprà* 45. d. Congregamini, & venite, & accedite simul. *Ioël.* 1. c. Congregate senes & omnes habitatores terræ in domum Dei.

r Et audite, quis de eis annunciauit hæc,] scilicet, vt simul congregandi essent ad iudicium, vel in Ecclesiam peccatores, quasi dicat. Solus Dominus. Et quia hic mentionem fecit de iudicio, subdit de filio: cui Pater omne iudicium dedit. *Ioan.* 5. d dicens.

u Dominus dilexit eum,] id est, Pater filium dilectione æterna, ante mundi constitutionem, & dilectione creata, quoad humanitatem. *Osea* 11. a. Puer

⊕ Israel

▵ id est, Cyrum, id est, signum dilectionis et ostendit in Gentium subiugatione: Et sunt modò verba Prophetæ. a Faciet voluntatem suam in Babylone:] quia capiet eam & liberabit Iudæos. b Et brachium suum,] erit, supple. c In Chaldæis, id est, contra Chaldæos, quia interficiet eos.

xit eum, a faciet voluntatem suam in Babylone, b & brachiũ suum in c Chaldæis. d Ego ego e locutus sum, f & vocaui eum, g adduxi eum, h & directa est via eius. i Accedite ad me, k & audite hæc. l Non à principio in abscondito locutus sum. Ex m tempore n antequam fierent, ibi o eram: p & nunc Dñs Deus misit q me & r Spiritus eius. Hæc s dicit Dñs † t Redemptor tuus u sanctus Israël. x Ego Dñs Deus tuus docẽs te vtilia, y gubernans te in via, qua ambulas. Vtinam z attendisses a mandata mea:

al. † Deus.

d Ego ego] quasi ego non alius. e Locutus sum] de Cyro per Prophetas. f Et vocaui eũ] proprio nomine, antequã nasceretur. g Adduxi eum] ad regnũ, vel ab oriẽte contra Babylonios. h Et directa est via eius.] Ieron. Vsque huc potest exponi de Cyro, & non vltrà: quia ipse fuit idololatra, & præcipuè in fine contra Dñm fecit. Tamen potest exponi sic: [Directa est via eius] non quoad omnia, sed quoad quædam: vel non quoad intentionem, quam malam habuit; sed quantum ad hostes, quos Dominus per eũ exterminare decreuit, quasi prosperata est via eius.
i Accedite ad me.] Verba sunt Domini ad Iudæos.
k Et audite hæc] quæ dico. l Non à principio in abscondito locutus sum.] Quasi in principio, quando cœpi loqui vobis in monte Sina: Exod. 20. non sum locutus occultè, sed apertè: Multi enim audierunt, quæ moysi in monte Sina locutus sum: & similiter, supple, modò, planè loquor per Prophetas: vndè debetis credere mihi.
m Ex tempore,] id est, de initio, imò sine initio.
n Antequam fierent] omnia, quæ facta sunt.
o Ibi eram] cum Patre præsciens, & præuidens, quæ facienda erant. Vel. n Antequam fierent] legis datio, & liberatio de Ægypto. o Ibi eram] in Sina, per essentiam, per præsentiam, per potentiam, quasi dicat, non credatis, quòd hoc fuerit phantasma, quod ego locutus sum ibi; sed veritas. p Et nunc Dñs Deus] Pater.
q Misit me] ad liberandum Iudæos de Babylone.
r Et spiritus eius,] id est, Spiritus sanctus. Et sunt verba Filij propriè, licèt enim tota Trinitas operata sit liberationem prædictam; tamen propriè attribuitur Filio: quia liberatio illa signum fuit, & figura redemptionis humani generis: quam etsi tota Trinitas fecerit; solus tamen Filius ministerio eam fecit, vndè propter figuram liberatio Iudæorum de Babylone ei adscribatur.
s Hæc dicit Dominus Redemptor tuus] de captiuitate.
u Sanctus Israel,] id est, sanctificans Israël. x Ego Dñs Deus tuus docens te vtilia] legem † meam, & cultum meum: Exod. 20. quod non faciunt idola, quæ penitùs sunt inutilia. y Gubernans te in via, qua ambulas,] id est, ducatum tibi præbens in via quam exiens de Ægypto ambulasti, protegens te, & ducens in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem. Exod. 23. d. Vel sic: x Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia] vt cultus meo adhæreas, & dimittas idola.

al. † Moysi.

y Gubernans te in via, qua ambulas, id est, in via, qua in captiuitatem vadens ambulas, etiam gubernans. Et sic est promissio reductionis de captiuitate, quasi dicat, egò regam te etiam in captiuitatem euntem, & per hoc certus sis, quòd reducam te. z Vtinam attendisses] ô Israël. Et loquitur more humano. a Mandata mea,] quæ præceperam tibi per Moysen, & Prophetas.

▵ Facta fuisset

Mysticè.

⊖ Israël & dilexi eum. Et Matth. 17. a. Hic est filius meus dilectus. a Faciet voluntatem suam in Babylone,] vel in præsenti per conuersionem à peccato, vel in futuro per punitionem in inferno. De prima voluntate dicitur Ezech. 18. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus; & non vt conuertatur à viis suis, & viuat. 1. Pet. 2. c. Sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. De secundo, Iob. 9. b. Deus, cuius iræ nemo resistere potest.
b Et brachium suum in Chaldæis,] id est, potentiam suam in Dæmones exercebit, sup. 43. c. Propter vos emisi in Babylonem, & detraxi vectes vniuersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriantes.

d Ego ego locutus sum] de Filio dicit Pater per Prophetarum pronunciationem.
f Et vocaui eum] per prædestinationem.
g Adduxi eum] per incarnationem.
h Et directa est via eius] in omnibus per bonorum operum executionem. Vndè 1. Petr. 2. d. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.
i Accedite ad me] per fidem & pœnitentiam.
k Et audite hæc] per obedientiam. D
l Non a principio in abscondito locutus est. Sup. 45. e. Non in abscondito locutus sum. Ioan. decimo-octauo. d. Palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil.
m Ex tempore antequam fierent] creaturæ mundi.
o Ibi eram] in delicijs Paradisi, in pectoribus bonis Patris. Prou. 8. c. Ab æterno ordinata sum & ex antiquis, antequam terra fieret: nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram.
p Et nunc Dominus Deus] Pater.
q Misit me] ad incarnandum, ad patiendum, ad resurgendum, ad redimendum perditos, ad soluendum vinctos, ad reducendum fugitiuos, ad sanandum ægrotos, ad docendum ignaros, ad resuscitandum mortuos.
r Et Spiritus eius,] id est, Spiritus sanctus. Ecce quid fecit Christus pro homine. Pro homine enim tantùm humiliatus est, vt mitteretur à Spiritu sancto secundum humanitatem, qui mittit eum secundum Diuinitatem.
s Hæc dicit Dominus] quem debes timere.
t Redemptor tuus] quem debes diligere.
u Sanctus Israel] quem debes imitari, & in quem etiam debes confidere.
x Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia] pietatem, fidem, castitatem, charitatem, & prouidentiam. De primo dicitur 1. Timoth. 4. c. Pietas valet ad omnia habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ. De secundo, Actor. 20. d. Vos scitis, quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium, quò minus annunciarem vobis, &c. De tertio, 1. Corinth. 7. f. cùm Paulus loqueretur de continentia, ait: Porrò hoc ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueum vobis iniciam, sed ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. De quarto, 1. Corint. 10. g. Ego per omnia omnibus placeo, non quærens, quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. De quinto, 2. Timoth. 4. Marcum assume & adduc tecum: est enim mihi vtilis.
y Gubernans te in via, qua ambulas.] Prou. 16. b. Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus eius. Item Prouerb. 3. a In omnibus vijs tuis cogita illum: & ipse diriget gressus tuos. Ierem. 10. d. Scio, Domine, quòd non est hominis via eius: nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos. z Vtinam attendisses mandata mea] In hoc notantur duo: Diuina pietas, & nostra peruersitas. Nostra peruersitas ex hoc datur intelligi, quòd non attendimus. Diuina pietas in hoc, quòd optare ostenditur salutem nostram. Non enim est Deus, vt inuidi, qui gaudent, cùm alij delinquunt: vt respectu eorum appareant boni. Vndè Rom. 3. a. Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus, qui infert iram? Item non est Deus, vt superbi & crudeles Prælati, qui lætantur in transgressionibus subditorum: vt dominium suum ostentare possint, vel delinquentes acerbè punire. Contra quod dicit Paulus. 2. Corint. vlt. c. Gaudemus enim: quoniam nos infirmi sumus: vos autem potentes estis, hoc & oramus vestram consummationem. Item non est Deus, vt Princeps & Iudices peruersi, qui gaudent de transgressionibus hominum: vt bursas suas de emendis acceptis impleant, sup. 10. a. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitias scripserunt: vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. a Mandata mea,] quæ facilia, honesta, secura & vtilia sunt. Facilia. Matth. 11. d. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Honesta Sapient. 8. d. In operibus manuum illius honestas sine defectione. Vndè Agatha. Summa ingenuitas ista est, in qua seruitus Christi comprobatur. Ecclesiast. vigesimo-tertio. d. Gloria magna est sequi Dominum. Psalm. 149. Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus Sanctis eius. Item secura sunt. Sup. 10. f. Noli timere, populus meus habitator Sion, ab Assur. Sion enim interpretatur custodiens mandatum. Ecce quòd custodia præceptorum facit

⊖ securitatem.

A *a* Facta fuisset, sicut flumen, pax tua,] i. abundans, & copiosa, & continua, sicut flumen continuè currit.
b Et] fuisset, supple [iustitia tua, sicut gurgites maris,] id est, huc illùcque redundans, sicut gurges maris reflectitur & redundat. *c* Et fuisset, quasi arena, semen tuum,]

a Facta fuisset, sicut flumen, pax tua: *b* & iustitia tua, sicut gurgites maris. Et *c* fuisset, quasi arena, semen tuum: *d* & stirps vteri tui, vt *e* lapilli eius. *f* Non interisset, *g* & non fuisset attritum nomen eius *h* à facie mea. *i* Egredimini *k* de Babylone, *l* fugite à Chaldæis. In *m* voce exultationis *n* annunciate, *o* auditum facite hoc, *p* & † ferte illud vsque ad extrema terræ. *q* Dicite: *r* Redemit Dñs seruum suum Iacob. *ſ* Non sitierunt in deserto, *t* cùm educeret eos: *u* aquam de petra produxit eis, *x* & scidit petram, & *y* fluxerunt aquæ. *z* Non est pax impiis, dicit Dñs.

al. † offerte.

id est, vald multiplicatus fuisses in filiis, & filiabus. *d* Et stirps vteri tui,] id est, filij & filiæ.
e Vt lapilli eius,] id est, multi, & abundantes, vt lapilli arenæ. *f* Non interisset] semen tuum. *g* Et non fuisset, &c.] quasi dicat, nomen Israël non fuisset vile reputatum à me, nec à memoria mea deletum, nec tribus eius captiuitate attritæ essent.
h A facie mea,] i. à terra, quam dederam eis, vbi stabant in templo, quasi coram facie mea. *i* Egredimini.] Vox Domini, vel Prophetæ ad Iudæos de liberatione eorum, quasi esset præsens, loquentis, & dicentis [Egredimini] ô Vos Iudæi.
k De Babylone,] id est, de Babylonica captiuitate, permittente Cyro.
l Fugite à Chaldæis.] id est, à terra Chaldæorum.
m In voce exultationis] quasi exultantes, & lætantes exhibitis.
n Annunciate] ô Iudæi.
o Auditum facite hoc,] id est, liberationem vestram aliis.
p Et ferte illud vsque ad extrema terræ] per nuncios, & literas, vt audiant Gentes opera Domini: vel vt audiant concaptiui vestri liberationem vestram, & redeant vobiscum. *q* Dicite] Gentibus vicinis, vel fratribus vestris concaptiuis.
r Redemit Dominus seruum suum Iacob, id est, de captiuitate liberauit. Vel.
q Dicite,] id est, nunciate fratribus vestris.
r Redemit Dominus seruum suum Iacob] id est, licentiam dari fecit Iudæis de redeundo. Et ne forte crederet aliquis, quòd hoc Dominus facere non posset, ostendit per simile, quòd imò: quia in deserto dedit eis aquam de petra in reditu de Ægypto. *Num.* 20. b. Vndè dicit.
ſ Non sitierunt in deserto, &c.] de Ægypto.
u Aquam de petra produxit eis] ad literam: *Num.* 20. b.
x Et scidit petram, & fluxerunt aquæ] de quibus ipsi biberunt. Vel posset exponi de futuro, quasi ita reducet Dominus Iudæos de captiuitate.
ſ Et non sitierunt in deserto,] id est, non sitient.
t Cùm educeret eos,] id est, cùm educet de Babylone.
u Aquam de petra produxit eis, &c.] Hoc tamen non legitur factum ad literam, sed fieri potuit. Vel in hoc notatur, quòd in nullo sustinuerunt penuriam, sicut nec quando dedit eis in deserto aquam de petra. Vel fortè petram vocat Gentiles, quos emolliuit Dominus, vt ministrarent eis necessaria, sicut legitur *in Esdra*, sic erit bonis, qui redierint in Ierusalem. Sed.
z Non est pax impiis, dicit Dominus,] id est, Iudæis, qui de Babylone noluerunt reuerti. Vel hoc potest intelligi dictum de Chaldæis [Non est pax impiis, dicit Dominus] id est, Chaldæis non erit pax, quasi dicat, non solùm vos liberabo de captiuitate, sed etiam hostes vestros destruam.

Mysticè. ⊖ securitatem.. Vtilitas autem præceptorum notatur in hoc, quod sequitur.
a Facta fuisset, sicut flumen, pax tua.] Et tangũtur hic quatuor vtilitates. Prima est perpetua reconciliatio ad Deum, cùm dicitur. [Facta fuisset, sicut flumen] quod continuè, & copiosè fluit, & quasi perpetuò [pax tua.] Secunda, profectus in seipsum, cùm dicitur [Et iustitia tua, sicut gurgites maris.] Qui huc, atque illuc reflectitur, & redundat, & proficit. Tertia, ædificatio proximorum, cùm dicitur. [Et fuisset, quasi arena, semen tuum & stirps vteri tui, vt lapilli eius. Quarta est etiam ad malos nomen bonum, cùm dicitur. [Non interisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea.] De primo dicitur *Sap.* 6. c Concupiscentia itaquè Sapientiæ deducit ad regnũ perpetuum. De secundo *Sap.* 8. b. Sapientia sobrietatem ipsa docet, & iustitiam, & virtutem, qua nihil est vtilius in vita hominibus. De tertio. *Zachar.* c. Si in viis meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic assistunt. De quarto dicitur *Sap.* 8. b. Habeo propter hanc, id est, propter sapientiam claritatem ad turbas. E contrario autem opera Diaboli grauia sunt, & difficilia, inhonesta, & vilia, timida, infructuosa, seu inutilia. De primo dicitur *Sap.* 5. b. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis. Et 2. *Paral.* 12. b. Seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum. Nec mirum, si graue est onus Diaboli: quia corpus vulnerat, & naturam, & animam necat tollendo gratiam. Vndè *Luc.* 10. e. Homo quidam descendebat à Ierusalem in Iericho: & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, quoad gratuita: & plagis impositis, quoad naturalia: abierunt semiuiuo relicto: Ecce quòd grauia sunt. Item vilia, & inhonesta sunt. Vndè *Rom* 6. d. Quem fructum habuistis tunc in his, in quibus nunc erubescitis? nec mirum, quia seruire facit Diabolus in luto, & palea, vt dicitur *Exod.* 5. Item timida sunt, vel terrorem incutientia. *Sap.* 17. c. Cùm sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Item inutilia, siue infructuosa, vt dictum est *Rom.* 6. d. Quem fructum, &c. Istud tamen [iustitia tua, sicut gurgites maris] potest exponi in malo de peruersis Iudicibus, quorum iustitia; sicut mare, id est, amara est. Vndè conqueritur Ionas, qui interpretatur dolens, & gerit typum pauperis: Omnes gurgites tui super me transierunt. *Iona* 2. b. *Infr.* 47. *d.*
d Et stirps vteri tui, sicut lapilli eius,] id est, lapilli arenæ, quæ sterilis, & infructuosa est. Tales sunt moderni Canonici, id est, pueri. Non sic erat antiquitùs, imò magni, & ætate, & vita, & scientia erant in Ecclesia. Vndè 3. *Reg.* 5. d. præcepit Rex, vt tollerent grandes lapides in fundamentum templi. Sed excusare se possunt Prælati dicentes, quòd pretiosi lapides sunt parui. Verum est, sed non conuertitur, si parui sunt, quòd pretiosi sint.
i Egredimini de Babylone.] Hoc dicitur peccatoribus conuertendis, vt exeant de confusione peccati, in qua est ignominia vilitatis, difficultas grauitatis, horror timiditatis, vanitas infructuositatis. Sed quia non sufficit deserere peccatum, nisi etiam deserantur consortia peccatorum: Ideò subditur. *l* Fugite à Chaldæis] id est, à consortio malorum. Corrumpunt enim mores bonos colloquia mala. 1. *Corinth.* 15. d. Multò magis mores assuetos malis. De hoc exitu dicitur *Ierem.* 50. b. Recedite de medio Babylonis, non tantùm de fine, & de terra Chaldæorum. Et 51. a. Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam, *infr.* 52. c. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius. Sed quia hoc totum amittitur per ingratitudinem: Idcirco subditur. *n* Annunciate, auditum facite hoc, & ferte illud vsque ad extrema terræ.] Vndè cuidam volenti sequi Dominum, quem Dominus curauerat, non est concessum; sed dictum est ei: Vade, & annuncia, quanta fecit tibi Deus: *Marc.* 5. b. *Apoc. vlt.* d. Qui audit, dicat: veni. *Luc.* 11. e. Nemo lucernam accendit, &c.
q Dicite, Redemit Dominus seruum suum Iacob,] id est, referte gratias Domino de hoc, quòd vos redemit per sanguinem Filij, & recepit ad misericordiam.
ſ Non sitierunt in deserto] conuersi ad fidem: quia habent fontes Scripturarum.

Moraliter. Hoc est contra Claustrales cupidos, qui semper timent mori fame in Religione, *sup.* 5. d. Multitudo eorum siti aruit. *Ieremia secundo.* e. Prohibe guttur tuum à siti. *Moral.*
t Cùm educeret eos, aquam de petra produxit eis.] petra Christus est, 1. *Cor.* 10. a. De qua produxit Dominus aquam de latere eius, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ: *Zachar.* 13. a.
x Et scidit petram,] id est, latus Christi in Passione.
y Et fluxerunt aquæ Sacramentorum. Item scindit Dominus petram, quando durus peccator conteritur, & tunc fluunt aquæ lachrymarum.
z Non est pax impiis, dicit Dominus.] Pax peccatoris, nec æternitatis; tamen eis pax est frequenter temporis, & prosperitatis. *Iob.* 21. d. Domus eorum securæ sunt, & pacatæ: & non est virga Dei super eos, *infr.* 57. d. Non est pax impiis, dicit Dominus. *Ierem.* 12. c. Non est pax vniuersæ carni, id est, carnalibus,

a Audite

EXPOSITIO CAP. XLIX.

AVdite Insulæ, &c.] Adhuc agit de reuersione Iudæorum. Et diuiditur capitulum hoc in duas partes. In prima parte Chirographus Cyri, quem ipse Iudæis dispersis vbique misit, vt ipsi redirent in Ierusalem. In secunda parte agitur de prosperitate reuersorum, *ibi*: [Super vias pascentur.] Comprehenditur autem hæc prosperitas in quatuor. Timebant enim Iudæi viæ difficultatem, reuertentium paucitatem, & vicinarum Gentium impugnationem, ideò promittitur eis viæ leuitas, *ibi*. [Super vias.] Secundò reuertentium pluralitas, *ibi*. [Ecce isti de longe.] Tertio vicinarum Gentium auxilium, *ibi*.] Ecce leuabo.] Quartò hostium rebellium destructio, *ibi*: [Nunquid tolletur?]

CAP. XLIX.

a AVdite Insulæ, & *b* attendite populi *c* de longè *d* Dñs *e* ab vtero *f* vocauit me, de *g* vẽtre matris meæ *h* recordatus est nominis mei. Et *i* posuit os meum, quasi gladium acutum,

In principio ergo ponit Chirographum Cyri. Cyrus enim audiens prophetatum fuisse de eo, quòd per ipsum debebat fieri liberatio Iudæorum, mandauit omnibus Iudæis, vt redirent in Ierusalem ad seruiendum Domino. Et ecce Chirographus eius. *a* Audite Insulæ] dicit Cyrus in literis suis, id est, vos, qui habitatis in insulis.

b Et attendite populi] id est, vos longinqui populi, qui estis dispersi in longinquis regionibus. *d* Dominus ab vtero vocauit me] id est, antequam nascerer, imposuit mihi nomen, *sup*. 45. a. Hæc dicit Dñs Christo meo Cyro. *g* De ventre matris meæ] per Isaiam. *i* Et posuit os meum, quasi gladium] id est, verba mea comminatoria fecit timeri a Gentibus, sicut timetur gladius acutus.

Δ In vmbra manus suæ

Aliter. Secundum *Andream* autem verba sunt eorum, quibus dictum est *sup*. proximo. Annunciate, auditum facite hoc, annunciantium aliis beneficia Domini, & dicentium.

a Audite insulæ] id est, vos, qui habitatis. *b* Et attendite populi] id est, Gentes longè habitantes. *d* Dominus ab vtero] dicit populus Iudæorum, id est, à prima pene origine mea, scilicet, in Abraham elegit me in populum sibi. Vel ab vtero matris meæ elegit me per Iacob, à quo descendi: quem in ventre matris elegit Dominus, Esau reprobato. *g* De ventre matris meæ.] Idem est.

i Et posuit os meum] i. orationibus meis efficaciam dedit, quibus orante Moyse Amalech iugulatus interiit. *Exod. 17. c.*

Δ In vmbra manus

Mysticè. De S. Ioanne Baptista. Mysticè. *a* Audite Insulæ, &c.] verba possunt esse Ioannis Baptistæ, monentis, vt aduentum Christi suscipiant. Et vt meliùs sibi credatur, proponit Propheta in persona eius, quòd à ventre matris sit electus à Deo, & in vtero sanctificatus, dicens: [Audite insulæ, &c.] id est, vos Iudæi habitantes procul, & propinquè audite.

d Dominus ab vtero] id est, ministrum, & præconem sibi elegit. *g* De ventre matris meæ.] Nomen Ioannis gratia est, Ioannes enim interpretatur gratia. Huius nominis recordatus est Dominus, quia in ventre matris suæ Ioanni infudit gratiam, & eum ab originali mundauit.

i Et posuit os meum, quasi gladium] quia Ioannes Scribis, & Pharisæis non parcebat, sed increpabat eos audacter dicens. Progenies viperarum, quis docuit vos fugere à ventura ira? *Matth*. 3. b.

† In vmbra manus

Mysticè. De Christo. Potest autem exponi de Christo. *d* Dominus ab vtero vocauit me] dicit Christus, id est, nomen Iesus imponi mihi fecit. *Luc*. 1. c. Vocabis nomen eius Iesum.

g De ventre matris meæ] pater, quia per me salutem fieri Gentibus promisit, quod significat nomen meum. Vndè *Matth*. 1. d. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

i Et posuit os meum] quia non venit Christus pacem mittere in terram, sed gladium, id est, malos separare à
Math. 10. d. bonis. Vndè *Apoc*. 1. d. & 19. c. dicitur, quod ex ore eius exibat gladius ex vtraque parte acutus, vt, scilicet, spiritu oris sui interficiat impium. 2. *Thessal*. 2. b.

Θ In vmbra manus

Moral. Moraliter] autem ista verba Prælato conueniunt.

a Audite Insulæ] id est, Iusti fluctibus tribulationum concussi.

c Et attendite] exempla.

c Populi de longè,] id est, peccatores, qui longè estis à Deo in regione dissimilitudinis. Hoc debet dicere Prælatus, siue Prædicator, tam Iustis, quàm peccatoribus, vt attendant ad verba, & exempla eius. *Roman. primo.* b. Sapientibus & insipientibus debitor sum. Prædicator enim debet ad minus hæc duo subditis, verbum, scilicet, & exemplum. Vel.

a Audite] aure corporis.

b Et attendite] aure cordis, *sup*. 48. d. Vtinam attendisses mandata mea: facta fuisset, quasi flumen pax tua. *Eccles*. 32. d. Qui credit Deo, attendit mandatis; ergo qui non attendit, non credit. Subdit autem quinque, quæ conueniunt Prælato, propter quæ audiendus est, & attendendus. Primum est canonica electio, quæ notatur hic, cùm dicitur [Dominus] ab vtero, &c. Secundum est efficax prædicatio, & oratio: quod notatur, *ibi*: [Posuit os meum.] Tertium est bona operatio, & sancta conuersatio: quod notatur, *ibi*: [In vmbra manus.] Quartum est sui ad se reuersio: quod notatur, *ibi*. [In pharetra sua.] Quintum, quod pertinet ad Deum, est testimonium, quo Deus testificatur spiritui nostro, quia filij eius sumus: quod notatur, *ibi*. [Et dixit mihi.] Dicit ergo.

d Dominus ab vtero. Dominus,] non Diabolus.

f Vocauit me] non ingessi me.

e Ab vtero] id est, de gremio Ecclesiæ canonicè assumptus, non aliundè per violentas preces intrusus. *Psalm*. 138. Suscepisti me de vtero matris meæ, id est, approbasti promotionem meam, imò tu etiam eam fecisti. Vidè *Psalm*. 21. alibi. Tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris meæ; in te proiectus sum ex vtero. Felix Prælatus, qui sic potest dicere, quòd extractus sit à Domino de ventre, id est, de gremio Ecclesiæ assumptus in Prælatum, contra propriam voluntatem, & coactus: Sed hodie non extrahuntur de vtero à Domino, imò ex proprio appetitu tam impetuosè exeunt de vtero Ecclesiæ, vt matrem dirumpant per lites, & schismata, & appellationes: & ideò comparantur viperæ: quia vipera vi paritur, & matrem occidit in partu. *Matth*. 3. b. Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Sed quid sunt multi in vtero Ecclesiæ mortui, quorum vocatio perniciosa esset, ideò subdit.

g De ventre matris meæ recordatus est nominis mei] quasi dicat, & canonicè de vtero sum vocatus in prælationem: & cùm essem in vtero, id est, subditus, dignus eram electione per bonam conuersationem. Aliter enim non potest esse bonus Prælatus de facili, qui non fuerit bonus subditus. *Chrysost*. Bonus magister militum, nisi priùs bonus miles fuerit, nunquam erit. Et hoc est, quod dicitur hic. [De ventre] id est, antequam nascerer in prælationem, dum eram, scilicet, de ventre.

h Recordatus est] id est, dedit mihi bonam vitam, per quã habui bonum nomen, id est, famam bonam *Prou*. 22. a. Meliùs est nomen bonum, quam diuitiæ multæ. Item *Eccles*. 41. c. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri magni, & pretiosi. *Psal*. 70. In te confirmatus sum ex vtero, id est, dum eram in vtero, tibi adhæsi. Item *Psal*. 21. De ventre matris meæ Deus meus es tu, id est, dum fui subditus, colui te, & ideò ne discesseris a me in prælatione. Primum ergo est, vt canonicus sit introitus, & à Deo vocatus sit tanquam dignus, sicut Aaron. *Hebr*. 5. a. Secundum est, vt positus in prælatione efficax sit in doctrina, & in oratione assiduus. Vndè subdit.

i Et posuit os meum] vt sermo prædicationis sit penetratiuus apud homines, & sermo orationis apud Deum. De primo dicitur *Hebr*. 4. c. Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Et *Zachar*. 9. d. Ponam te, quasi gladium fortium, vt scilicet, de oratione dicitur *Eccles*. 35. d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec appropinquet, non consolabitur; & non discedet, donec Altissimus aspiciat, & Dominus non elongabit, nisi oratio esset gladius, Moyses precibus non vicisset Amalech. *Exod*. 17. c. Ideò Dauid dicitur tenerrimus ligni vermiculus, 2. *Reg*. 23. a. Vermiculus enim, quamuis tener sit, & mollis tangenti; tamen durum lignum penetrat ore corrodendo. Similiter bonus Prælatus mollis debet esse tangenti, id est, patiens conuitianti, & exprobranti, tamen in ore debet habere vim penetrandi, vt per prædicationem duros emolliat, & in putredinem pœnitentiæ conuertat; & per orationem Deum ad misericordiam flectat. Ideò dicitur *supr*. 41. d. Noli timere, vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel, ego auxiliatus sum tui, dicit Dominus. Et nota, quòd multæ sunt proprietates gladij, propter quas per eum intelligitur prædicatio. Gladius enim non nocet tenenti, si rectè teneatur; sed iuuat contra hostem: similiter prædicatio, si manu operationis teneatur, iuuat contra mundum, carnem, Diabolum, *Proprietates gladij conuenientes prædicationi.*

* Sed qui tenent gladium

a In vmbra manus suæ protexit me] id est, potentia sua seruauit me a persecutione inimicorum: sicut vmbra seruat ab æstu. c Et posuit me sicut sagittam electam] id est, per me debellauit inimicos, etiam remotos: sicut per sagittam percutitur a longe.

In pharetra

in a vmbra manus suæ b protexit me: & c posuit me sicut sagittam electam.

Aliter. A a In vmbra manus suæ protexit me:] id est, fortitudine sua custodiuit ab hostibus: sicut custoditur homo à Solis ardore per vmbram. Vel,] In vmbra manus suæ protexit me] in columna nubis per diem: *Exod.* 13.c. c Et posuit me sicut sagittam electam] quasi sicut sagittarius optimas sagittas abscondit, donec tempus veniat extrahendi: ita Dominus abscondit me, donec oportunitas manifestandi venit, scilicet, in Ægypto. Et hoc est, quod sequitur:

† In pharetra sua

De S. Ioanne Baptista. a In vmbra manus suæ protexit me] quia ab originali mundauit eum Dominus, in quo quasi ardorem carnalis concupiscentiæ refrigerauit. c Et posuit me sicut sagittam electam] id est, ad vulnerandum corda inimicorum eius per comminationem pœnæ. *Matth.* 3. c. Iam securis ad radicem arboris posita est, &c.

In pharetra sua

Mystice. De Christo. a In vmbra manus suæ protexit me, quia Deus pater Christũ in omnibus operibus suis custodiuit. Licet enim exposuerit eum in passione, non tamen dereliquit. c Et posuit me sicut sagittam electam.] Sagitta electa reseruatur vsque, dum necesse sit, ita Christus quasi reseruatus est in sinu Patris, donec venit plenitudo temporis, vt dicitur *Gal.* 4. a. Et tunc missus est ad vulnerandum corda fidelium promissione bonorum & comminatione pœnarum.

In pharetra sua

Moral. Sed qui tenet gladium in ore suo, gladio se perfodit. *Psalm.* 58. Gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit *Matth.* 23. a. Dicunt & non faciunt. Item gladius terret hostes; sic prædicatio Dæmones. Vndè *Iudic.* 7. f. Clamauerunt gladius Domini & Gedeonis, stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. Omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes vlulantésque fugerunt. Item gladius anceps est ex vtraque parte scindens; sic prædicatio resecat tam vitia corporalia quàm spiritualia. *Apoc.* 1. d. & 19. c. De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exhibat. Item gladius micat & splendet, sic prædicatio. *Ezech.* 21. g. Mucro, mucro, euagina te ad occidendum: lima te, vt interficias & splendeas. Item *in eod.* b. Gladius, gladius exacutus est, & limatus: vt cedat victimas, exacutus est: vt splendeat, limatus est. Item gladius habet vaginam, ex qua extrahitur, & in qua reconditur, sic prædicatio debet habere vaginam, cor, scilicet, Prædicatoris, a quo non semper debet extrahi, ne ex nimietate vilescat: nec semper debet esse in vagina, ne omnino veritas ignota permaneat. *Eccles.* 3. b. Tempus tacendi, & tempus loquendi. *Iob.* 12. c. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, pro defectu & raritate doctrinæ, si emiserit eas, pariter subuertent terram præ nimietate, scilicet. Item in gladio sculpitur littera; similiter prædicatio debet esse literata, vt sit sine errore. Non enim idiota debet esse Prædicator, sed eruditus in sacro eloquio. Vndè *Ieron.* Non credas mihi, nisi ea, quæ dixero, per nouum & vetus testamentum tibi probauero. Item in gladio sculpitur crux, similiter in prædicatione non debet Crux Domini prætermitti, vt homines ad dolorem moueantur, & ad compassionem Crucifixi. 1. *Cor.* 2. d. Prædicamus Christum Crucifixum: Iudæis quidem scandalum; Gentibus autem stultitiam. Item magnus sculpitur in gladio; similiter exempla Sanctorum debent in prædicatione ostendi; vt castitas & innocentia *Abel*, fides & obedientia Abrahæ, mansuetudo Moysi, patientia Iob, misericordia Dauid, strenuitas Prophetarum, charitas Apostolorum, constantia Martyrum; prudentia Confessorum, candor Virginum *Iacob.* 5. b. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, & longanimitatis, laboris & patientiæ, Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini, ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt, sustinentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis: quoniam misericors est Dominus & miserator. Hæc tria, scilicet, litera, Crux, & manus sicut debent annunciari in prædicatione; ita debent ostendi in ipso Prædicante. Vndè dicitur 3. *Reg.* 6. d. Et sculpsit in eis picturam Cherubin, ecce littera; & palmarum species, ecce manus; & anaglypha, id est, sculpturas passionum Christi, ecce Crux. Vndè Apostolus dicit *Galat.* 6. d. Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Vel litera est in ense, quando Prædicator docet quid credendum: manus, quando docet quid agendum: Crux, quando docet quid patiendum. Item gladius flectitur, præterea licet flexibilis sit, nihilominus efficax est contra ferrum & secat, sic prædicatio flecti debet ad pœnitentes. *Ezech.* 18. g. Nolo mortem morientis: sed vt magis conuertatur, & viuat. *Ezech.* 33. c. Et debet esse dura contra rebelles. *Matth.* 7. c Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Item homo accingit se ense suo; similiter Prædicator prædicatione sua debet accingi & restringi, vt faciat, quod dicit *Psalm.* 44. Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime. Sic faciebat Paulus, qui dicebat. 1. *Cor.* 9. d. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo; ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Ideò Prædicator comparatur gallo, quia gallus antè se percutit alis, quam sonum emittat. *Iob.* 38. d. Quis dedit gallo intelligentiam? *Greg.* Omne, quod locuturi sunt Prædicatores, operibus præclamant. Item gladius acquiescit, & lachrymatur; sic prædicatio debet esse lachrymosa vt compatiatur Prædicator peccatis hominum, sicut Paulus *Philipp.* 3. d. Multi ambulant, quos sæpè dicebam vobis; nunc autem & flens dico inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, &c. Item in ense sunt auguria & diuinationes, vt sciantur occulta. Vndè quando aliquis damnum incurrit, & nescit, à quo venit, recurrit ad diuinum; similiter peccator, qui amisit Deum per peccatum, & omnia bona gratiæ; & tamen nescit quantum damnum passus sit, nec intelligit à quo: debet cognoscere in prædicatione, quid amisit, & per quem damnum incurrit. De hoc dicit *Osea* 7. a. Tibi ostendens furem tuum: Operati sunt mendacium, & fur ingressus est spolians latrunculus foris. *Prou.* 16. b. Diuinatio in labiis Regis, in iudicio non errabit os eius. Talis diuinatio bona est. Sed alia diuinatio est perniciosa & scelerata, quæ prohibetur. *Deut.* 18. b. Et *supr.* 8. d. Cùm dixerint vobis: quærite à pythonibus & diuinis qui strident incantationibus suis, nunquid non populus à Deo suo requiret visionem pro viuis & mortuis? Ad legem magis, & testimonium recurrite. Item in gladio est in vallis in medio gladij, similiter prædicatio debet habere vallem, id est, humilitatem: ne homo magis se, quàm Deum prædicet: vel ne de sublimioribus, quæ non intelligit, inutiliter & inaniter prædicet: sed de inferioribus, scilicet, de peccatis vitandis & detestandis, ieiuniis & eleemosynis faciendis. *Psalm.* 72. Posuerunt in cœlum os suum. Ista breuiter possunt perstringi quatuor, versibus.

Innocuus capulo, terrens, anceps, micat ensis.
Adsunt vagina, litera, forma crucis.
Flectitur, accingit, ferrum secat, ac lachrymatur
Augurium, vallis, effigiata manus.

Sequitur de tertio, quòd requiritur in Prælato, scilicet, bona operatio. a In vmbra manus suæ] id est, in imitatione operum suorum. Vmbra enim manus, habet similitudinem manus.

b Protexit me.] Qui enim sequitur Deum perfectè in bonis operibus, protegitur hic à culpa, & in futuro ab omni pœna: Maximè in amore protegit Dominus sub vmbra manuum suarum in amore expansarum. *Cant. secundo.* a Sub vmbra illius, quem desideraбam, sedi.

c Et posuit me sicut sagittam electam.] Non dicit os meum, sed me, quia ipse prædicator, qui imitatur opera Christi, totus est sagitta. Tota enim eius conuersatio penetrat corda intuentium, non tantùm lingua. Et nota, quòd sermo prædicationis comparatur gladio: quia gladius tantùm propinquos percutit, sic prædicatio audientes, qui præsentes intersunt sermoni. Sed conuersatio comparatur sagittæ, quia ad longinquos attingit; fama enim conuersationis bonæ ad remota loca diffunditur: vndè comparatur fulguri, quod statim vbique apparet. *Zachar.* 9. d. Exibit, vt fulgur, iaculum eius. *Matth.* 24. c. Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsque in occidentem; ita erit aduentus filij hominis. Item nota, quòd tria sunt in sagitta, quæ conueniunt Prædicatori. Lignum rectum, & ferrum acutum, & tres pennulæ quæ vehunt sagittam. Similiter Prædicator debet habere rectitudinem verbi, & acumen scientiæ: & tres pennulas circa ista, scilicet, comminationem, promissionem, instructionem. Vel lignum flexibile, mansuetudo, ferrum, patientia: tres pennæ, fides, spes, charitas. Iustus dicitur sagitta propter nouem proprietates sagittæ, quæ notantur his versibus.

Missa tribus pennis, caua vertice, recta rotundo
Ligno, barbato ferro late volat intrat.

In pharetra sua

● *a* In pharetra sua abscondit me.] Tangit, quomodo fuit nutritus Cyrus: quia cùm prædictum fuisset auo Cyri, quòd de filia sua nasceretur puer, qui occideret eum, statim vt natus est Cyrus, proiectus est in nemus: & nutriuit eum quædam canicula, donec inuenit eum quidam Pastor, & posuit cum pueris suis: & post seruiuit auo suo: & post hæc promotus est in regnum, quando tempus fuit. Et hoc est, quod dicit: In pharetra sua abscondit me,] id est, custodiuit me, & absconditum seruauit ab auo meo, sicut seruatur sagitta in pharetra. Et eduxit me, quando opus fuit, sicut sagitta educitur tempore suo. *b* Et dixit mihi] non dirigendo sermonem ad me, sed de me ad Prophetas dixit: Quid? *c* Seruus meus es tu, &c.] id est, seruus meus eris in liberando Israel.

In *a* pharetra sua abscondit me, *b* & dixit mihi: *c* Seruus meus es tu, *d* Israël: *e* quia in te gloriabor, Et *f* ego dixi: In *g* vacuum laboraui, *h* sine causa & vanè *i* fortitudinem meam consumpsi. *k* Ergo iudicium meum cum Domino: *l* &

e Quia in te gloriabor, id est, per te debellabo hostes, in quo gloriosus apparebo. Vel sic. *b* Et dixit mihi: Seruus meus es tu, Israel, id est, per Prophetas audire me fecit, quòd Israël esset seruus suus. *e* Quia in te gloriabor,] vt priùs in tua liberatione. *f* Et ego dixi.] id est, apud me cogitaui, dicit Cyrus. *g* In vacuum laboraui,] Iudæos liberando.

h Sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi,] pro subiectione eorum mihi pugnando. quia, supple, iterum propter peccata sua captiuabuntur. Probabile est enim, quòd Cyrus multotiens cogitabat apud se, quòd frustrà liberabat populum: quia propter peccata noua, quæ facerent iterum captiuarentur, tamen hoc voluit facere propter Deum. Et hoc est, quod dicit. *k* Ergo iudicium meum, &c.] quasi licet ita sit; ego tamen faciam non propter eos, sed propter Deum. Vel possunt esse verba Prophetæ conquerentis de malitia Iudæorum, & dicentis: *f* Et ego dixi, &c.] tot & tanta verba eis dicendo, & prædicando. *h* Sine causa, & vanè fortitudinem, &c.] tota die eis prædicando, & clamando, quia non sunt correcti.

k Ergo iudicium meum cum Domino,] I. ego expectabo ∆ de hoc iudicium Domini

Aliter. ∆ *a* In pharetra sua, &c.] sicut sagitta absconditur in pharetra. *b* Et dixit mihi, &c.] id est, specialiter seruies mihi in cultu meo. *e* Quia in te gloriabor,] te protegendo vt populum peculiarem: & quia in te vocabitur nomen meum.

f Et ego dixi, dicunt boni Iudæi. *g* In vacuum laboraui,] mittendo ad alios Iudæos, vt redirent. *h* Sine causa, &c.] quasi vexatus sum, & afflictus pro nihilo, significando & monendo alios, vt redirent, cùm redire noluerunt. *k* Ergo iudicium meum cum Domino,] id est, Dominus iudicabit ∆ inter me, & inter eos

Mysticè de S.Ioan. Bapt. † *a* In pharetra sua, &c.] id est, in deserto abscondit me à vento otiosæ locutionis, & turbine peruersæ nationis. *b* Et dixit mihi: Seruus meus, &c. Vndè *Matth.* 11.b. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista.

Myst. de Christo. ⊖ *a* In pharetra sua, &c.] id est, in carne latere me fecit. Hæc est illa pharetra, à qua exeunt sagittæ vulnerantes corda, id est, beneficia incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis, & huiusmodi. *b* Et dixit mihi, &c.] per omnimodam mihi obedientiam. Vndè *Phil.* 2. a. Factus est obediens Patri vsque ad mortem. *d* Israel;] qui semper vides Deum per contemplationem. *e* Quia in te gloriabor] Vndè *Ioan.* 17. b. Pater clarificaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi.

Moral. * *a* In pharetra sua, &c.] Hoc est quartum, quod requiritur in Prælato, & Prædicatore, secretum contemplationis. Gladius enim prædicationis non debet semper percutere: nec sagitta semper debet emitti, sed aliquando in pharetram abscondi, id est, in secretum discussionis propriæ, & contemplationis diuinæ. Vndè *Ezech.* 21. g. Reuertere ad vaginam tuam in locum, in quo creatus es, & in terram natiuitatis tuæ. Debet enim Prædicator considerare terrenitatem, & fragilitatem suam. *Nahum.* 3.c. Intra in lutum, & calca, subigens tene laterem. *b* Et dixit mihi.] Tali loquitor Dominus, qui est sollicitus inuestigator suæ conscientiæ, & suæ fragilitatis conscius. Vndè *Ierem.* 18. a. Vade ad domum figuli, & ibi loquar ad te. *c* Seruus meus es tu.] Hoc dicit Dominus conscientiæ boni Prælati, *Rom.* 8. c. Spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Et dicuntur hic duo: Seruus meus es tu, in operatione fideli, & prudenti. *Luc.* 12.c. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. *Eccl.* 10.d. Seruo sensato liberi seruient.

d Israel,] in meditatione, & contemplatione. Et competens est ordo. Prius est enim Iacob, quam Israel. *Gen.* 35. b. Non vocaberis vltrà Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Item primò Lia assumitur, pòst Rachel. *Gen.* 29. e. Vndè *Iob.* 5. b. Homo nascitur ad laborem. Hoc est primum, & auis ad volatum.

e Quia in te gloriabor,] id est, in tua recta intentione, per quam gloriam meam quæris, non homini laudes. *Prou.* 10. Gloria Patris filius sapiens: quia filius sapiens quantum potest, quærit gloriam & honorem patris.

Vel, In te gloriabor, id est, in conuersis per te laudabor, & gloriosus apparebo. *Prou.* 14. d. In multitudine populi dignitas Regis. *Eccles.* 24. a. Sapientia in medio populi sui gloriabitur: & in multitudine Electorum habebit laudem. *Prou.* 8.d. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum.

Sequitur secundum mysticam expositionem, de Christo. *Mysticè de Christo.*

f Et ego dixi,] patiens in cruce. Dixi, dictione mentali, vel, dixi, id est, dicere potui.

g In vacuum laboraui,] patiendo, quantum ad incredulos Iudæos, quibus non profuit passio eius, quasi dicat, quomodo te gloriosè glorificaui, ô Pater, qui magnam partem Iudæorum ad te reuocare non potui. *Marc.* 6. a. Non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit. Et dicit *B. Bernard.* quòd Dominus tempore passionis fleuit ideò: quia cùm eius passio esset omnibus sufficiens causa salutis; tamen efficiens in paucis. Conquerens ergo Dominus dicit: In vacuum laboraui, quasi dicat, frustrà conflauit flator: malitiæ eius non sunt consumptæ. *Ier.* 6. g. Item *Ezech.* 24. c. Multo labore sudatum est: & non exiuit de ea nimia rubigo eius neque per ignem. Et postea subditur. Mundare te volui, sed non es mundata, *sup.* 43. d. Præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis, scilicet, abluendis, & tamen non es abluta.

h Sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi.] Sine causa, id est, sine culpa mea, quasi dicat, pœnam non merui, & vanè: quia multis non profui.

i Fortitudinem meam consumpsi] ad literam, moriendo. Nota, quòd Dominus suam passionem, & nostram ingratitudinem ostendit. Vndè *Infrà* 57. a. Videte, quomodo iustus perit, & nemo recogitat corde. *Eccles.* 9 d. Ciuitas parua, & pauci in ea viri: venit contra eam Rex magnus & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio: inuentúsque est in ea vir pauper & sapiens, qui liberauit vrbem per sapientiam suam: & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. *Amos.* 6. a. Væ vobis, qui opulenti estis in Sion bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph, i. Christi.

k Ergo iudicium meum cum Domino] vel apud Dominum, quasi dicat, Dominus sit Iudex eorum, qui me contemnunt.

l Et opus meum cum Deo meo.] Vel secundùm *L X X.* Et labor meus, vel dolor meus coram Deo meo, quasi dicat, ipse videat, & iudicet pro labore, & dolore meo, quem pro illis sustinui, quasi dicat, ego non sum accusabilis coram te, ô Pater de minori labore; sed ipsi de ingratitudine. *Psal.* 9. Vides, quoniam tu laborem, & dolorem consideras *suprà* 5. b. Quid est, quod vltrà debui facere vineæ meæ, & non feci ei? An quòd expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas? *sup.* 43. d. Reduc me in memoriam, vt iudicemur simul. *Item.* 41. f. Afferte, si quid habetis, dicit Rex Iacob. *Iob.* 9. a. Si voluerit contendere cum eo, non poterit respondere vnum pro mille. Item *Iob.* 32. d. Si habes, quid loquaris, responde mihi. Item *Iob.* 34. a. Iudicium eligamus nobis. *Mich.* 6. a. Iudicium Domini cum populo, & cum Israel diiudicabitur. *Osea* 4. a. Iudicium Domino cum habitatoribus terræ. Bonum est ergo consilium Domini, vt disponat sermones suos in iudicio. Ille, qui compatitur Christo morienti, non accusabitur de ingratitudine beneficij sibi exhibiti. *Psalm.* 111. Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, disponet sermones suos in iudicio. Vel sic potest legi.

g In vacuum laboraui, &c.] quasi dicat, multum laborem sustinui; & tamen in labore meo proprium commodum non quæsiui.

k Ergo iudicium meum cum Domino,] quasi dicat, propriam gloriam non quæsiui, est qui quærat, & iudicet. *Ioan.* 8.f.

Vel sic: Ego iudicium, &c. quasi dicat, quia beneficia mea contemnunt homines, iudicabo eos vnus cum Patre meo Iudex existens.

a de hoc iudicium Domini, vt iudicet de hoc inter me, & eos.

a Et opus meum cum Deo meo,] id est, Deus reddet mihi mercedem de opere meo.

Aliter. A inter me, & inter eos. a Et opus meum cum Deo meo,] id est, nihilominus operabor in redeundo, & templum reædificãdo: & hoc auxilio Dei. Sequitur secundùm primam expositionem.

A Secundum primam expositionem.

a opus meum cum Deo meo. Et b nunc hæc dicit Dominus, c formans me ex vtero seruum sibi, vt d reducam ad eum e Iacob: f & Israël non g congregabitur. Et h glorificatus sum in oculis Domini: i & Deus meus k factus est fortitudo mea. Et l dixit: m Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas Tribus Iacob, n & fæces Israël conuertendas? o Dedi te in lucem Gentium, vt sis p salus mea vsque q ad extremum terræ.

b Et nunc hæc dicit Dominus,] formans me ex vtero seruum sibi,] id est, faciens me concipi ad seruitium suum, dicit Cyrus.

d Vt reducam ad eum,] id est, ad locum, & ad cultum eius.

e Iacob,] id est, duas Tribus, scilicet, eas de captiuitate liberando. f Et Israel,] id est, decem Tribus.

g Non congregabitur,] quia pauci de decem Tribubus redierunt.

h Et glorificatus sum in oculis Domini] quasi in conspectu Domini gloriosum est, quod feci, liberando Iudæos. Vel sic. Glorificatus sum, id est, honoratus in oculis Domini: quia ipse dedit mihi Monarchiam.

i Et Deus meus factus est fortitudo mea,] protegendo, & fortitudinem dando contra hostes meos. l Et dixit,] mihi.

m Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas Tribus?]. Interrogatiuè, quasi dicat, non debes hoc habere pro paruo, quòd elegi te ad reducendum Iudæos ad terram meam. Fæces autem vocat Iudæos: quia tunc Iudæi erant pessimi, scilicet, tempore Cyri. Boni enim fuerunt Iudæi tempore Patriarcharum, mali tempore Iudicum, peiores tempore Regum, pessimi tempore Cyri, & Isaiæ, & Prophetarum.

o Dedi te in lucem Gentium,] quasi licet hoc non sit parum, quod feci tibi; tamen plus adhuc faciam: quia faciam pacem magnam in regno tuo, & prosperitatem dabo subditis tuis. Et hoc est quod dicit: Dedi te in lucem Gentium, id est, clarum Iudicem Gentium, & sub quo erit pax magna, faciam. p Vt sis salus mea,] i. meorum Iudæorum.

q Vsque ad extremum terræ] habitantium, supple. Vel possunt esse verba Isaiæ dicentis.

Secundum aliam expositionem.

b Et nunc hæc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi,] id est, qui formauit me in vtero ad seruiendum sibi. Dicit, inquam, mihi, id est, inspirat.

d Vt reducam ad eum Iacob,] id est, per admonitionem meam conuerti faciam duas Tribus ab idololatria ad cultum eius: vel reducendos ad terram suam pronunciem.

f Et Israel non congregabitur] quasi licet faciam posse meum tamen non potero congregare Iudæos ad cultum Dei. Vel per Israel intelliguntur decem Tribus. Et est sensus. Israel non congregabitur, id est, decem Tribus ad cultum Dei non reuertentur, vel ad terram Domini non redibunt, nec decem Tribus, nec duæ, id est, aliqui de duabus.

h Et tamen quia feci, quod potui, dicit Propheta: glorificatus sum in oculis Domini,] id est, honoratus sum à Domino.

i Et Deus meus factus est fortitudo mea,] confortando me, & roborando in prædicatione, vt non timeam arguere delinquentes etiam vsque ad mortem.

l Et dixit] Dominus consolando me super abiectione populi mei.

m Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas Tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas?] quasi parum est, vt reducas ad cultum meum peccatores Iudæos. Sed etiam.

o Dedi in lucem Gentium, id est, Prophetam & nuncium veritatis Gentibus.

p Vt sis salus mea,] id est, annunciator salutis meæ, quam faciam in Iudæis.

q Vsque ad extremum terræ,] I. Gentibus etiam remotis. Isaias enim in hac prophetia, quam scripsit, salutem Domini vsque ad extrema terræ nunciauit. Sequitur.

A Hæc dicit Dominus

Mysticè. Christo.

a Et opus meum cum Deo meo,] id est, vindex erit cum Patre. Sequitur. b Et nunc hæc dicit Dominus,] Pater, qui respondet filio conquerenti. In vacuum laboraui, &c. hæc prædicta, scilicet, quasi dicat, Pater dicit mihi, quod iudicabit pro me vel hæc, quæ sequuntur, scilicet: Vt reducam ad eum Iacob, &c.

c Formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam ad eum Iacob: & Israel non congregabitur.] Et nota, quod dicit, ex vtero, virginali, scilicet: non enim ex vteris duorum parentum genitus est. Formans me seruum sibi, id est, formans me secundùm naturam serui, quam ex Virgine suscepit: secundùm enim formam Dei, non est formatus, sed formator. Vel ideò dicit: formans me ex vtero seruum sibi: quia ad hoc factus est homo, vt faceret voluntatem Dei Patris, & seruiret ei in redemptione humani generis: & etiam natus est filius Dei, cùm nos è conuerso nascamur filij diaboli. *Ephes.* 2. a. Omnes nascimur filij iræ. Et hoc est, quod subdit.

d Vt reducam ad eum Iacob,] id est, Iudæos, quasi hoc mihi dixit Pater, vel ad hoc formauit me secundùm naturam serui. *Matth.* 15. c. Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. *Suprà 42. b. Act. 23. g.*

f Et Israel non congregabitur] ad vnitatem fidei. *Ioan.* 1. a. In propria venit, & sui eum non receperunt. h Et glorificatus sum in oculis Domini,] quasi dicat, ego Iudæos perdidi; sed glorificatus sum in Gentibus. Vnde: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. *Matth. vlt.* d. Vel, Glorificatus sum in oculis Domini] quando in passione vilis fui in oculis mundi: tunc enim in conspectu Patris pretiosus, & gloriosus apparui. *Psal.* 21. Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis 2. *Regum.* 6. d. Ludam, & vilior fiam plus, quam factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Duo dicit, vilior, & gloriosior. Vilior in mundo, gloriosior in cœlo. Vilior, quia morte turpissima condemnatus in passione: gloriosior, quia tunc triumphauit de hoste. *Moral.* Similiter Sancti viles sunt in mundo; sed gloriosi sunt in cœlo, & Deo. *Psal.* 138. Nimis honorati sunt amici tui, Deus. *Psalm.* 16. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. Funes sunt fratres minores, qui sunt funibus ligati, & qui mensuratores sunt patriæ cœlestis. De quibus dicit *Iob.* 12. d. Baltheum Regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum, quia nobiles vocat ad illum ordinem. Isti funes in mundo sunt abiecti, sed apud Deum præclarissimi. Sequitur de mysterio.

i Et Deus meus.] Hoc dicit secundùm hominem Christus. *Mysticè.*

k Factus est fortitudo mea,] me resuscitando, vel super abiectione populi mei, me consolando per vocationem Gentium. Vnde subditur.

l Et dixit Pater mihi.

m Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas Tribus Iacob,] id est, Iudæos à morte animæ.

n Et fæces Israel conuertendas,] id est carnales Iudaici populi reliquias. Parum enim fuit, vt filius Dei formam serui acciperet ad saluandum Iudæos, nisi etiam Gentes conuerteret. Nobilis enim auis non mittitur, nisi ad magnam prædam. Iudæos autem insinuat esse mortuos, cùm dicit, ad suscitandas, &c. Et fœtidos, cùm dicit: & fæces Israël, &c. Mortui enim erant per infidelitatem, quia Iustus ex fide viuit. *Abac.* 2. a. Fœtidi per malos mores, & malam conuersationem. Et nota, quod in fundo remanent fæces vino exhausto. Primitiui patres fuerunt fæces, id est, Iudæi duri ad credendum. Vel, Fæces Israel, vocat Apostolos: quia contemptibilia mundi elegit Deus, 1. *Cor.* 1. d. vt fortia quæque confundat.

o Dedi te in lucem Gentium,] quia parum est te tantùm esse illuminationem Iudæorum, ideò dedi te in lucem Gentium, vt eas illumines per doctrinam, & prædicationem.

p Vt sis salus mea,] id est, meorum per gratiæ collationem, & gloriæ promissionem.

q Vsque ad extremum terræ,] ad literam, quia de omnibus partibus mundi conuersi sunt ad fidem. Vel, vsque ad extremum terræ: quia illos saluat, quibus terra est extrema, siue posterior, quibus cœlestia prima sunt. *Phil.* 3. c. Posteriorum oblitus in anteriora me extendo. *Matth.* 6. d. Primum quærite regnum Dei, &c. Et nota, quòd hoc, quod dictum est Christo specialiter, interpretatur Paulus & Barnabas dictum sibi: quia membra eius erant: & quia non per seipsum Christus; sed per Apostolos prædicauit Gentibus. *Act.* 13. g. Ecce conuertimur ad Gentes: sic enim præcepit nobis Dominus. Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Sequitur.

a Hæc dicit Dominus

Hæc *a* dicit Dominus *b* Redemptor Iſraël, ſanctus *c* eius, *d* ad contemptibilem animam, *e* ad abominatam Gentem, *f* ad ſeruũ Dominorum: *g* Reges videbunt, *h* & conſurgent *i* Principes, & *k* adorabunt *l* propter Dominum, quia *m* fidelis eſt, & *n* ſanctum Iſraël, qui *o* elegi te. Hæc *p* dicit Dñs; In *q* tẽpore placito *r* exaudiui te, *ſ* & in die ſalutis *t* auxiliatus ſum tui: Et *u* ſeruaui te; *x* & dedi te in fœdus populi;

C

Δ *a* Hæc dicit Dominus Redemptor, &c.] id eſt, redimens Iſrael à ſeruitute captiuitatis, & mundans à ſordibus idololatriæ. *d* Ad contemptibilem, &c.] id eſt, ad Gentem Iudæorum, quæ cæteris Gentibus & numero paucior erat, & viribus, propter ceremoniarum ſingularitatem, & circũciſionis auſteritatem, reputabatur ab alijs Gentibus abominabilis, & contemnebatur. *f* Ad ſeruum Dominorum,] id eſt, ad Gentem Iudæorum, quæ ad literam multis Dominis ſeruiebat. *g* Reges videbunt liberationem, & reuerſionem tuã, *h* Et conſurgent Principes] ad impediendum te, vel ad honorandum. *k* Et adorabunt,] id eſt, reuerebuntur te: vel adorabunt Dominum, qui hoc fecit tibi, Adorabunt, dico, te. *l* Propter Dominum,] id eſt, propter illud, quod faciet tibi Dominus. *m* Quia fidelis eſt] reddens tibi fideliter promiſſam ſæpè liberationem. *n* Et ſanctum Iſraël, &c.] id eſt, populum peculiarem. *p* Hæc dicit Dominus, &c.] quo, ſcilicet, mihi placuit. Vel, Tempore placito, id eſt, tibi pacto, ſcilicet, quo te promiſeram liberare. *r* Exaudiui te] rogantem pro liberatione tua.

ſ Et in die ſalutis,] id eſt, quando venit dies apta ſalutationi tuæ. *t* Auxiliatus ſum tui] dando tibi gratiam in conſpectu Cyri, vt daret tibi licentiam redeundi.

u Et ſeruaui te] etiam in captiuitate manentem, vt ſcilicet, non perires.

x Et dedi te in fœdus populi,] i. confœderatum te feci Gentibus vicinis, & amicum, etſi primò rebellauerint.

Δ *a* Vt ſuſcitares

Aliter de Cyro. Vel poteſt hoc totum exponi de Cyro, *a* Hæc dicit Dominus Redemptor, &c.] id eſt, ad Cyrum, qui valdè Contemptibilis fuit à principio, quando à canicula nutritus in nemore, & poſt à paſtore quodam in hoſpitio ſuo etiam nutritus eſt. *e* Ad abominatam Gentem,] id eſt, ad Medos, & Perſas, qui priùs erant viles, antequam regnum obtinerent Gentium.

f Ad ſeruum Dominorum,] id eſt, ad Cyrum, qui fuit primò ſeruus paſtoris, in hoc, quòd ille nutriuit eum: deinde autem quando ſeruiuit in aula eius. Vel, Ad ſeruum Dominorum, id eſt, ad Gentem Medorum, & Perſarum, qui erant ſubditi dominio aliorum, antequam Monarchiam haberent.

g Reges] videbunt] Cyrum liberantem populum meum, & regna obtinentem. *h* Et conſurgent Principes] ad iuuandum Cyrum. *k* Et adorabunt,] i. reuerebuntur te, ô Cyre: non tamen propter te, ſed *l* Propter Dominum] qui hæc omnia facit. *m* Quia fidelis eſt] dando tibi regnum, ſicut promiſerat.

n Et ſanctum Iſrael,] id eſt, Dominum. *o* Qui elegit te] ad inimicorum ſuorum deiectionem, & populi ſui liberationem.

p Hæc dicit Dominus] ad Cyrum, *q* In tempore placito,] id eſt, cùm mihi placuit: vel quando tibi promiſeram. *r* Exaudiui te,] i. dedi tibi victoriam de hoſtibus tuis, ac ſi petiſſes à me: & votum, quod habebas, vt eſſes Monarcha, implendo. *ſ* Et in die ſalutis] quando, ſcilicet, volui ſaluare Iudæos.

t Auxiliatus ſum tui] expugnando hoſtes tuos. *u* Et ſeruaui te] cùm eſſes adhuc paruus, ne morereris in nemore: Vel ſeruaui te illæſum ab hoſtibus tuis, licet in multis & magnis prælijs fueris. *x* Et dedi te in fœdus populi,] i. amicabilem confœderatum feci te cunctis Gentibus, & præcipuè populo Iudæorũ, qui dicitur populus Antonomaſticè. Vel, dedi te in fœdus populi, implendum, id eſt, ad hoc parauí te, vt fœdus, id eſt, promiſſionem, quam feceram Iudæis de reductione ſua, impleres.

Λ Vt ſuſcitares

Myſt. de Chriſto. Θ *a* Hæc dicit Dominus. *b* Redemptor Iſrael,] id eſt, fidelium, per filium. *c* Sanctus eius,] i. ſanctificans. *d* Ad contemptibilem animam,] i. ad Chriſtum. De quo *infr.* 53. a. Vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimum virorum, virum dolorum, &c. *e* Ad abominatam Gentem,] i. ad Nazaræos eius, Apoſtolos, ſcilicet, & diſcipulos eius, qui abominabiles erant mũdo: ſicut odor vineæ abominabilis eſt † botracæ. *Al.* † bufoni- Vndè 2. *Cor.* 2. d. Chriſti bonus odor ſumus Deo in his, qui ſalui fiunt: & in his, qui pereunt: alijs quidem odor mortis in mortem, ſcilicet, bufonibus; alijs odor vitæ in vitam. *Exod.* 5. d. Fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, & ſeruis eius. Et nota, quòd competenter promiſit de Chriſto, ad contemptibilem animam, ſubdens de Diſcipulis eius, ad abominatam Gẽtem. Qualis enim Rex, talem habet familiam. *Eccl.* 10. a. Secundùm Iudicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis Rector ciuitatis tales & habitantes in ea. *Sen.* Compoſitus Rex compoſitam debet habere familiam. Similiter contemptibilis Rex contemptibilem familiam *Bern.* non decet membrum eſſe delicatum ſub capite ſpinato. Ideò ſicut Chriſtus dicit de ſe: Ego ſum vermis, & non homo, &c. Ita & de ſuis imitatoribus dicitur *ſup.* 41. Noli timere, vermis Iacob, qui mortui eſtis ex Iſrael. 1. *Cor.* 4. c. Tanquam purgamenta huius mundi facti ſumus, &c. *f* Ad ſeruum Dominorum] Chriſtum qui ante Pilatum, & Caipham tanquam ſeruus iudicatus eſt. Et quid eſt illud, quod dicit Pater, ſubdit. *g* Reges videbunt, &c.] q.d. ignominia vertetur in gloriam, & ſeruitus in dominium, etiam ſuper Reges. Vel ſecundum aliam literam. Sic dicit Dominus, qui eruit te, Deus Iſrael, ſanctifica eum, qui deſpicit animam ſuã, qui abominatio eſt Genti, qui ſeruus eſt Principum. Chriſtus deſpexit animam ſuam, i. vitam ſuam pro homine: ſicut verus amicus, qui pro amico non ſolùm damnum negligit, ſed ſeipſum. *Prou* 12. d. Qui negligit damnum propter amicum, iuſtus eſt. Sanctifica ergo eum, id eſt, Chriſtum in te ſanctè, & honeſtè viuendo, qui deſpexit animam ſuam pro te moriendo. *Ier.* 12. a. Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Qui abominatio eſt Genti Iudæorum *Pſal.* 87. Poſuerunt abominationem ſibi. Ab eo, quòd abominabile eſt, i. contra cor, auertitur facies, & prouocatur ſtomachus ad vomendum, & ipſi Iudæi de Chriſto dicebant. *Sap.* 2. c. Grauis eſt nobis etiam ad videndum. *Ier.* 2. f. Verterunt ad me tergum, & non faciem. Item ipſi in tanta abominatione habuerunt eum, vt vomerent in eum verba opprobrioſa, & ſputa ſua immunda. *Iob* 30. b Faciem meam conſpuere non verentur. Vndè Sybilla Erithrea. Dabunt Deo alapas manibus inceſtis, & impurato ore expuent venenatos ſputos. Qui ſeruus eſt Principum, Annæ, & Caiphæ, Herodis, & Pilati. De quolibet etiam iuſto plana eſt expoſitio. Sanctifica eũ, i. honora, qui deſpicit animam ſuam pro Chriſto. *Ioan.* 12. c. Qui amat animam ſuam, perdet eam, &c. Qui abominatio eſt Genti quia execratio peccatori cultura Dei. *Eccl.* 1. d. *Prou.* 29. d. Abominantur impij eos, qui in recta via ſunt. Qui ſeruus eſt Principum: quia iuſtus ſeruit cuilibet, & ſubijcit ſe etiam minori & ita quilibet eſt ei Princeps. Vel principum, id eſt, Prælatorum Sequitur ſecundum myſterium de Chriſto. *g* Reges videbunt] per fidem. Reges ad literam, vel quorum cor in manu Domini. *Prou.* 21. a. Sicut diuiſiones aquarum; ita cor Regis in manu Domini: quocunque voluerit, inclinabit illud. *h* Et conſurgent] per bonam operationem. *i* Principes, ad literam: vel qui animo ſuo dominantur. *Senec.* Vis, imperium magnum dabo: impera tibi. *Prou.* 16. d. Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo expugnatore vrbium. *k* Et adorabunt] te per operum ſuorum rectam intentionem, omnia, ſ. in honorem tuum dirigendo. *l* Propter Dominum] Patrem. *m* Quia fidelis eſt] implendo glorificationem tuam, & Gentes ad fidem vocando. *n* Et ſanctum Iſrael,] i. qui ſanctificat Iſrael *o* Qui elegit te] in ſalutem mundi. Elegit, i. electũ fecit ad hoc. *Cant.* 5. c. Dilectus meus candidus, &c. *p* Hæc dicit Dominus] Pater ad filium. *q* In tempore, &c.] in tempore, ſ. paſſionis & reſurrectionis, in quo complacuit Deo redimere humanum genus. *r* Exaudiui te] dicentem: Pater, clarifica filium tuum. *Ioan.* 17. a. *Gen.* 30. e. Reſpondebit mihi cras iuſtitia mea, quando placiti tempus venit coram te. *ſ* Et in die ſalutis] humanæ, quando in cruce operatus es ſalutem in medio terræ. *t* Auxiliatus tui] dicentis: Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquiſti. *Matth.* 27. ſ. Vel tempus placitum eſt tempus gratiæ. De quo 2. *Cor.* 6. a. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, &c. Ibi require. *u* Et ſeruaui te] à corruptione. *Pſal.* 15. Non dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *x* Et dedi te in fœdus populi,] id eſt, concordiam faciendam inter homines & Deum. Idem dicitur *ſup.* 42. b. Dedi te in fœdus populi, in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris. Et nota, quòd fœdus contrahebatur in lege quatuor modis, ſcilicet. Hoſtiæ immolatione ſanguinis aſperſione, aquæ effuſione, manuum coniunctione. In hoſtiæ immolatione, & ſanguinis effuſione. Vndè *in Exod.* 24. b. Obtulerunt holocauſta, immolaueruntque victimas

Right margin notes: *2. Cor. 6. a.* — *Moral.* — *Myſticè.*

A *a* Vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas,] id est, coleres terram promissionis, & ad vitam, quasi reducens per culturam & fructuum seminationem, quæ priùs mortua erat per solitudinem.

c Vt diceres his, qui vincti sunt: exite: & his, qui in tenebris, &c.] i. vt moneres Iudæos confratres, & concaptiuos tuos, qui vincti erant in tenebrosis carceribus ad literam: exite nobiscum, & redite ad terram promissionis, & illuminamini exeuntes ad lucem.

vt *a* suscitares terram, *b* & possideres hæreditates dissipatas: vt *c* diceres his, qui vincti sunt: exite; *d* & his, qui in tenebris: *e* reuelamini. *f* Super vias pascentur, *g* & in omnibus planis pascua eorum. *h* Non esurient, neque sitient:

Aliter de Cyro. A *a* Vt suscitares terram] Iudæorum, & habitatores eius. Terra enim quasi mortua erat propter solitudinem, & habitantium paucitatem.

b Et possideres, &c.] id est, hæreditates Iudæorum, vel omnium regnorum, quæ dissipatæ erant in exercitibus pluribus & bellis. Vel, Possideres, i. possideri faceres.

c Vt diceres his qui vincti sunt: exite, &c.] id est, Iudæis incarceratis, & vinctis, dares licentiam redeundi ad terram suam.

Secunda pars. *f* Super vias pascentur.] Secunda pars, in qua agit de prosperitate Iudæorum in reuersione de captiuitate Babylonica, promittens eis fertilitatem terræ, & securitatem. Vndè dicit: Super vias pascentur greges populi mei, id est, sine labore & periculo gradientur: sicut greges, qui secùs viam, & in planis campis pascuntur.

g Et in omnibus planis, &c.] id est, gregum. In hoc autem, quòd promittit pascua in planis, & viis, duo notat. Terræ fertilitatem, quando promittit pascua futura in via, vbi non solent esse herbæ: & præterea, quòd securè pascentur, quia non in locis periculosis, sed in planis, & viis, *sup.* 8. habetur simile.

h Non esurient, &c.] quia non habebunt terræ siccitatem, imò habebunt & herbam, & aquas.

Mysticè. B Et potest intelligi tam pacificas Domino. Et postea subditur: Moyses verò sumptum sanguinem, respersit in populum & ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Et de hoc habetur *Ier.* 34. d. Non obseruauerunt verba fœderis, qui assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius. Item in contractu fœderis fiebat aquæ effusio aliquando, sicut habetur 1. *Reg.* 7. b Conuenerunt in Masphat hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini. Item fiebat manuum apertio, & applicatio, vel dextrarum datio, vt *Gal.* 2. b. dicitur. Dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis. Et 2. *Machab.* 13. f Rex sermonem habuit ad eos, qui erant in Bethsuris, dexteram dedit, accepit, & abiit. His quatuor modis fœderati, & iurati Domini sumus per hostiæ immolationem. Ipse enim se Patri in ara Crucis victimauit pro nobis. *Ierem.* 11. d. Ego quasi agnus mansuetus, qui ductus est ad victimam. Si vis ergo fœdus perficere ex parte tua, victima etiam te per carnis mortificationem, *Rom.* 12. a. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam Deo. Item per sanguinis effusionem, vel aspersionem: Christus enim sanguinem suum effudit, quo nos aspersit. *Heb.* 12. f. Accessistis ad sanguinis aspersionem meliùs loquentem, quàm Abel: videte, ne recusetis loquentem. Perfice igitur fœdus per tui similiter sanguinis effusionem, id est; per confessionem peccati, & euacuationem; vt omne peccatum abneges, & voluntatem peccandi. Nomine enim sanguinis peccatum intelligitur. Vndè *Osea* 4. a. Sanguis sanguinem tetigit. Tertium est aquæ effusio; Christus enim non solum sanguinem effudit in redemptionem, sed etiam aquam in ablutionem. *Ioan.* 19. f Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Item *Ioan.* 11. e. fleuit super Lazarum. Et *Luc.* 19. f. super ciuitatem. Et in passione, sicut dicitur. *Hebr.* 5. b. Cum clamore valido, & lachrymis exauditus est pro sua reuerentia. Nos ergo similiter debemus non solùm sanguinem nostrum effundere per peccatorum confessionem, sed & aquam, id est, lachrymas pro peccatis propriis, & aliorum. *Ierem.* 6. g. Luctum quasi vnigeniti fac tibi planctum amarum valde. *Ierem.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Quartum est manuum apertio, & applicatio. Christus enim aperuit nobis manum bona gratiæ dando, & bona gloriæ promittendo. Nos ergo debemus ei manus aperire, & applicare suæ manui, opera eius imitando, & vicem ei rependendo, & suis membris eleemosynas largiendo. *Prou. vlt.* c. Aperuit manus suas inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Magnus enim Rex recipit pacem ab inferiori per manum intermediam: similiter Dominus noster facit fœdus nobiscum; & recipit manum fidei nostræ, & societatis, non in propria manu, sed per manum intermediam, scilicet, per pauperes, quibus extendimus manus, & applicamus eleemosynas eis largiendo: & ipsi sunt vice Domini. Vndè *Matth.* 25. d. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Vel etiam per manum propriam fecit Deus Pater nobiscum fœdus, quando filium suum, qui est manus eius, nobis extendit, quod petebat. *Psal.* 143. Emitte manum tuam, &c. Dicit ergo: Dedi te in fœdus populi, vt sis fœderator, & mediator mei, & hominum, mihi obedientiam, hominibus misericordiam impendens: & ita verus mediator Deus mecum: homo cum eis: Iustus mecum, & immortalis: miser cum eis, & mortalis. De hoc mediatore habetur *Gal.* 3. e. 1. *Tim.* 2. b. *Hebr.* 8. b. & 9. d. & 12. f. Et nota, quòd fœdus dicitur à fide, eo quòd fidelitas debet seruari inter fœderatos: vel dicitur à fœdus, fœda, fœdum, eo quòd violator fœderis, fœdè, & viliter debeat detractari, & puniri. *Apoc.* 4. d. Vndè *Hebr.* 10. c. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur: quantò magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est. & spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Sequitur.

a Vt suscitares terram,] id est, terrenos de morte in vitam. *Matth.* 3. b. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

b Et possideres hæreditates dissipatas,] id est, nationes distractas per varios errores vnico iugo Euangelij supponeres, *Psalm.* 2. Postula a me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, &c. *Ezech.* 34. c. Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas.

c Vt diceres his, qui vincti sunt: exite, i. vt vinctos funibus peccatorum suorum dicto tuo solueres, id est, prædicatione tua, vel imperio tuo, vel ita facilè, sicut verbum facilè dicitur. *Psalm* 32. Dixit & facta sunt, id est, sine difficultate omnia fecit. De his vinculis dicitur *Prou.* 5. d. Funibus peccatorum suorum quisque constringitur.

d Et his, qui in tenebris] sunt ignorantiæ, & infidelitatis diceres, hoc scilicet. *e* Reuelamini,] id est, velamen infidelitatis abiicite.

f Super vias pascentur] homines ipsi soluti à vinculis peccatorum, & illuminati a tenebris ignorantiæ delectabuntur in exemplis sanctorum Patrum, vel in doctrinis Prophetarum, & Apostolorum, & reficientur. *Ezech.* 34. d. Pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terræ: in pascuis vberrimis pascam eas. De istis viis dicitur *Ier.* 6. d. State super vias, & interrogate de semitis. Qui vult ire Romam, quærit de via, & quales ibi cibi sunt, & qualis pax, & similia. Similiter qui vult intrare claustrum, quærit, quomodo ibi viuatur. Sed nos de cœlo nihil quærimus, ideò patet, quòd ire illuc nolumus. Sed nota, quod multi quærunt viam in cœlum à talibus, qui nunquam posuerunt pedem in ea. *Iob.* 21. d. Dicitis, vbi est domus Principis, & vbi tabernacula impiorum? interrogate quemlibet de viatoribus. Et nota, quòd oues ibi inueniunt pascua, vbi alia animalia non inueniunt. In aridis enim sunt pascua Iustorum, vt in pisis, & in fabis, & in huiusmodi, quæ diuites mundi contemnunt. *sup.* 30. e. Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam breuem. Item via pedibus conculcatur, & tamen ibi pascuntur oues: sic iusti pascuntur in his, quæ mali contemnunt, & conculcant. Mali enim execrantur ieiunia, & vigilias, & huiusmodi, quæ Iusti ardenter appetunt. *Eccles.* 1. c. Execratio peccatoribus sapientia. *In eod.* d. Execratio peccatori cultura Dei. *Exod.* 8. f. Abominationes Ægyptiorum immolabimus Deo nostro. Sequitur. *g* Et in omnibus planis pascua eorum] erunt, scilicet, & reficientur in doctrina plana, & aperta. Hoc est, contra doctrinam subtilem, & difficilem, quæ non satiat, sed euacuat, *suprà* 19. b. Confundentur, qui operantur linum plectentes, & texentes subtilia. *Prouerb.* 14. a. Doctrina prudentium facilis.

h Non esurient, neque sitient] illi scilicet, qui sic in planis pasti, & potati fuerint pane doctrinæ, & aqua sapientiæ salutaris. *Eccles.* 15. a. E contra alij, qui nolunt plana audire, esuriunt, & sitiunt. Vndè *Ioan.* 4. b. Qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. Sed contra hoc, quòd B dicitur hic. Non esurient, neque

a & non percutiet eos æstus & Sol: quia b miserator eorum c reget eos, d & ad fontes aquarum potabit eos. Et e ponam omnes montes † in viam: f & semitæ meæ g exaltabuntur. h Ecce isti de longè venient: i & ecce illi ab Aquilone, k & mari, l & isti de terra australi. m Laudate cœli, n & exulta terra, o iubilate montes laudem: p quia consolatus est Dominus populum suum, & q pauperum suorum miserebitur. Et dixit r Sion, s dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. t Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri?

† meos.

Δ Et potest intelligi tam de hominibus, quàm de pecoribus.

a Et non percutiet, &c.] scilicet, homines, vel greges, quasi dicat, non affligentur calore nimio: quia habebunt domus homines, & greges tabernacula. Et ostendit, quomodo hæc habebunt. b Quia miserator eorum] qui potest eis omnia hæc dare, & vult. c Reget eos,] i. custodiet, & seruabit. d Et ad fontes, &c.] id est, dabit eis fontes copiosos, quibus potabuntur sufficienter.

e Et ponam omnes, &c.] quasi dicat, montes & omnia ardua peruia faciam & plana. f Et semitæ meæ] quæ priùs erant depressæ, & quasi ceciderant. g Exaltabuntur,] id est, eleuabuntur lapidibus nouis, sicut sunt in ciuitatibus plateæ, vt meliores sint ad eundum & minùs lutosæ sint. h Ecce isti de longè venient.] Nota, quòd multi tempore captiuitatis imminentis fugerunt, & dispersi sunt in diuersis partibus mundi, qui audita prosperitate Iudæorum redierunt statim. Et hoc est, quod dicit: Ecce isti de longè venient,] id est, ab oriente, dicit *Gloss.* non quia oriens remotior sit à Ierusalem, quàm aliæ partes mundi; sed quia nominat alias partes mundi, vel expressè, vel per circumlocutionem, ideò orientis pars, quæ non nominata est, intelligitur per hoc, quod dicitur de longè, licet omnes longè sint. i Et ecce illi ab Aquilone,] i. alij ab occidente. k Et mari,] id est, oriente venient alij.

l Et isti,] alij scilicet, de terra australi, ad literam, quasi dicat, multi redibunt audita prosperitate Iudæorum ex omnibus partibus mundi. m Laudate cœli.] Prophetata prosperitate populi Dei, apostrophat Propheta, & conuertit sermonem ad creaturas omnes, inuitans eas ad laudandum Deum pro beneficiis: quæ fecit populo suo, dicens: Laudate cœli, id est, Sancti, & Angeli. n Et exulta terra,] id est, homines habitantes in terra. o Iubilate montes laudem,] id est, vos potentes & magni.

p Quia consolatus est Dominus populum suum.] Iudaicum, i. consolabitur. q Et pauperum suorum miserebitur,] reducendo eos de captiuitate ad literam. r Et dixit Sion,] id est, populus Iudaicus in captiuitate existens.

s Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.] Hoc dicebant Iudæi pro diuturnitate captiuitatis, quòd, scilicet, Dominus tradiderat eos obliuioni, nec ampliùs liberaturus erat eos. Et respondet Dominus.

t Nonquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt misereatur filio vteri sui,] quasi dicat, Non.

Δ a Et si illa, &c.

Mystic. ⊕ dicitur hic: Non esurient, neque sitient, &c. videtur esse illud *Eccl.* 24. c. Qui edunt mea, adhuc esuriunt: & sitiunt iustitiam. Responsio. Esuries, vel sitis aliquando sumitur pro auiditate: sic esuriunt Iusti. Item sumitur pro defectu, sic nullo modo esurient Sancti in patria. *Apocal.* 7. d. Non esurient, neque sitient ampliùs, neque cadet super illos Sol, neque vllus æstus. Sanctis ergo nihil deficiet in patria, quin omnia habeant ad copiam; in via autem non deficiet Iustis panis, quantum ad sufficientiam. Vndè *Ecclesi.* 16. d. Non esurierunt, nec laborauerunt, & non destiterunt ab operibus suis. *Ierem.* 31. b. Erit anima eorum, quasi ortus irriguus: & vltrà non esurient.

a Et non percutiet eos æstus & Sol,] id est, æstus Solis, id est, ardor tentationis, vel tribulationis, quia Dominus dat cum tentatione prouentum, vt dicitur 1. *Cor.* 10. c. *Psal.* 139. Obumbrasti super caput meum in die belli. *Cant* 2. a. Sub vmbra illius, quem desiderabam, sedi, in via: & fructus eius dulcis gutturi meo, in patria. Primum in via, secundum in patria. Vndè *Genes.* 15. a. Ego protector tuus & merces tua magna nimis. Protector in via, merces in patriâ. De quibus duobus subdit. b Quia miserator eorum reget eos,] in via deducendo.

d Et ad fontes aquarum potabit eos,] in interna gloria omnibus bonis satiando. *Psal.* 16. Satiabor cùm, apparuerit gloria tua. *Apoc.* 7. d. Agnus, qui in medio throni est, reget eos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum.

e Et ponam omnes montes in viam,] planam, scilicet. Montes sunt impedimenta mundi, quæ Deus ponit in viam; quia quæ aduersa sunt quantum ad mundum, adiutoria sunt & adminicula eundi ad Deum. *Greg.* Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt, *suprà* 40. a. Erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Asperitas enim mundi dirigit ad Deum.

f Et semitæ meæ,] id est, per quas duco, vel quæ compendiosè ducunt ad me.

g Exaltabuntur,] i. in arduitate consiliorum erunt. *Iosue* 2. e. Ad montana conscendite. Vel sic. e Ponam omnes montes in viam,] i. superbos humiliabo & conculcabo. *Infr.* 58. e.

f Et semitæ meæ exaltabuntur,] id est, humiles exaltabo, *suprà* 40. a. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur. *Bar.* 5. c. Constituit Dominus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & conualles replere. *Luc.* 14. c. & 18. c. Qui se humiliauit, exaltabitur. Et è conuerso. Vel aliter. 2. q. 6. c. ad Romanam 8.

e Ponam omnes montes,] id est, Prædicatores in viam, Quondam non solebant montes ire; graues enim erant possessionibus. f Et semitæ meæ,] id est, regulares obseruantiæ. Moral.

g Exaltabuntur,] id est, fient altiores. Sequitur secundum mysterium. h Ecce isti de longè venient,] id est, ab oriente multi venient parata via ad fidem. i Et ecce illi ab Aquilone & mari,] id est, occidente. l Et isti de terra australi,] quasi dicat, de quatuor partibus mundi venient ad fidem. *Matth.* 8. b. Multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum, *suprà* 43. a. Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te, dicam aquiloni da, & austro noli prohibere. *Baruch* 5. b. Circumspice ad orientem & vide collectos filios tuos ab oriente Solis vsque ad occidentem in verbo sancto gaudentes Dei memoria. Mystic.

Moraliter. Per orientem intelligitur respectus ad vilitatem originis, per occidentem memoria mortis, per austrum recordatio beneficiorum Dei, per aquilonem memoria peccatorum. Istorum consideratio multos ad Deum conuertit. Moral.

m Laudate cœli,] id est, ô Angeli, laudate Deum de salute humani generis. Mystic.

n Et exulta terra,] i. minores in Ecclesia militanti.

o Iubilate montes laudem,] i. vos præeminentes virtute in Ecclesia cum iubilo laudate Saluatorem. *sup* 42. b. Laudate habitatores petræ. Vel cœli contemplatiui, terra actiui, montes Prælati.

p Quia consolatus est Dominus populum suum,] Pater per filium, vel filius per seipsum, visitando in hac miseria.

q Et pauperum suorum miserebitur] perfectè ditando eos in gloria. *Matth.* 5. a. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Soph.* 3 c. Dereliquam in medio tui populum pauperem, & egenum: & sperabunt in nomine Domini. Sed quia quidam aduersis pressi, fiunt pusillanimes, aptè subiungitur. r Et dixit Sion,] i. anima tribulationibus pressa, vel Ecclesia pro infirmis membris loquens. s Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei,] id est, videtur, quòd oblitus sit: quia non eripit de aduersis. Simile *Ezech.* 9. d. Dixerunt enim dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. Item *Ezech.* 8. e. Dereliquit Dominus terram, &c. *Apoc.* 6. Vsquequo, Domine, sanctus, & verus non iudicas sanguinem nostrum, & non vindicas de his, qui habitant in terra. Huic ergo æstimationi, qua se infirmi putant obliuioni traditos, respondet Dominus dicens. t Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui?] quasi dicat. Non potest. Ego autem plus dico tibi: quia etsi illa oblita fuerit; ego tamen non obliuiscar tui: quia plus quàm mater: Non ergo oblitus sum tui, sicut æstimas; sed ad modicum dereliqui te, vt postea dulciùs consoler te: sicut mater aliquantulum dimittit aliquando flere filium, vt dulciùs postea consoletur, & deosculetur eum, & amplexetur: & vt ipse puer vbera sugat auidiùs, *infrà* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Item *supr.* 26. d. Abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio mea. *Ier.* 2. a. Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam. *infrà* 66. d. Quomodo si cui mater blandiatur; ita & ego consolabor vos. *suprà* 46. a. Qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. *Deut.* 1. e. Et portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum in omni via, per quam ambulasti. Dominus ergo non solùm mater est, sed plus quàm mater. Est enim pater creando sine labore, vt pater generat sine la-

A a Et si illa, &c.] pueri sui, supple. b Ego tamen non, &c.] quasi dicat, plus diligo te, quàm mater infantem. c Ecce in manibus meis.] Ostendit affectum amoris sui ad populum, & loquitur ad modum illios, qui facit nodum in corrigia sua, vt habeat memoriam alicuius rei, quando videt corrigiam, vel nodum, sentit. Vndè dicit: Ecce in manibus meis descripsi te] quasi dicat, sic memoriæ meæ impressa es, ô Sion, ac si in manibus meis esses descripta. De manibus autem potiùs dicit, quàm de alio membro:

E

sui? Et si a illa oblita fuerit; b ego tamē non obliuiscar tui. Ecce c in manib⁹ meis d descripsi te: e muri tui corā oculis meis semper. f Venerūt structores tui; g destruētes te, & h dissipantes, i à te exibunt. k Leua in l circuitu oculos tuos, & vide, omnes m isti n congregati sunt, o venerunt tibi.

quia illæ sæpiùs veniunt ante oculos, quàm aliud membrum, quasi dicat, sæpissimè es in memoria mea.

e Muri tui coram, &c.] quasi dicat, ego sæpè cogito de reparatione murorum tuorum.

f Venerunt structores tui,] id est, citò venient ad reædificandam ciuitatem tuam: Iesus, scilicet, & Neemias, & Zorobabel. g Destruentes & dissipantes,] id est, coloni, quos ibi dimiserat Naburardan, qui terram destruebant, possessores occidendo, & dissipant possessiones eorum, inter se diuidendo. i A te exibunt,] id est, de terra tua exient, vel recedent.

k Leua in circuitu, &c.] id est, ex omni parte mundi. Et vide, Quid?

m Omnes isti] qui reuertentur ex omni parte mundi, vt dictum est *sup. eod.*

n Congregati sunt] ad redeundum in Ierusalem. o Venerunt tibi,] id est, ad honorem tuum, & vtilitatem, id est, ad Δ reædificandum te, &

Mysticè. ⊖ bore. *Psal.* 32. dixit, & facta sont. Item mater est in redimendo cum difficultate & labore: In Cruce enim nos cum anxietate parturiuit. Item frater est nostram naturam participando. Et etiam Sponsus est nos bonis operibus foecundando. Plus ergo est, quàm mater. Vndè *Eccl.* 4. b. Eris tu velut filius Altissimi obediens, & miserebitur tui magis, quam mater. Dicit ergo. a Et si illa oblita, &c.] Habeo enim firmum memoriale de te: Quia.

c Ecce in manibus, &c.] id est, memoriale tui habeo scriptum in manibus. Sicut faciunt aliquando homines, quando volunt habere memoriam de aliqua re: tunc faciunt foramen, vel nodum in corrigia sua: ita Dominus fecit, ipse enim voluit perforari manus suas, & nodos, siue cicatrices vulnerum in propria corrigia, siue in propria cute suarum manuum, & pedum reseruat, vt memoriale nostri coram Patre. Vel aliter.

c In manibus meis,] id est, in exemplo manuum, i. operum meorum. d Descripsi te,] id est, docui te, qualiter viueres bona operando, & mala æquanimiter tolerando. 1. *Petr.* 2. d. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, &c. e Muri tui coram, &c.] quasi dicat, ego respectu misericordiæ meæ conseruo muros tuos, id est, virtutes tuas, ne decidant, & frangantur. Vel.

c In manibus meis,] id est, merito operum meorum.

d Descripsi te,] id est, obtinui tibi gratiam, per quam scriptus es in libro vitæ. In libro enim vitæ scribitur aliquis dupliciter, per præscientiam, vel per præsentem iustitiam. Et nota, quòd pulchræ literæ sunt in pulchro libro, miseri in libro misericordiæ scripti sunt. *Iac.* 4. c. Miseri estote & lugete. Infirmi & debiles in libro potentiæ, pauperes in libro largitatis, & abundantiæ, lugentes in libro consolationis, grati in libro gratiæ. e Muri tui, &c.] id est, firmam & securam, & benè munitam mansionem tibi præparaui, scilicet, in patria cœlesti, in qua ipse Deus

Moral. est loco murorum, *suprà* 26. a. Saluator ponetur in ea, murus & antemurale. Vel secundùm aliam literam.

e Ecce super manus meas.] Muri Ecclesiæ sunt Prælati, qui debent esse benè fundati per fidem: recti, non angulosi per paupertatis Christi imitationem, quia Christus debet esse regula eorum: recti in altum, non depressi per cœlestium desiderium: iuncti cum cæmento per fraternam charitatem: lapidei per constantiam, & stabilitatem: loriculati per fidei defensionem. Vndè *Cant.* 8. e. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea. Hæc notantur per hos duos versus.

Erectum, rectum, perpendit regula murum:
Iunctum, fundatum, de saxis loriculatum.

Isti muri debent se opponere pro domo Domini, quam circundant. *Ezech.* 40. a. Ecce murus forinsecus in circuitu domus. Sed è contra dicitur *Ezech.* 13. a. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis murum pro domo Israel. Isti muri non sunt lapidei, sed lutei, & opera manuum hominum. Sed boni Prælati sunt opera manuum Domini. De quibus dicit: In manibus meis, &c. vel super manus meas descripsi, vel depinxi muros tuos, quasi dicat, per manus meas extensas in Cruce dedi formam Prælatis, quid facere debeant. Nota ergo, quòd manus Domini fuerunt extensæ in Cruce, affixæ, perforatæ, sanguine irrigatæ. Tales debent esse manus Prælatorum, vt sint extentæ ad peccatores misericorditer recipiendum, perforatæ ad dandum: Manus enim perforata non retinet, nisi solida; labilia autem transeunt per eam: sic Prælatus aquam temporalium *Infrà* retinere non debet, sed aliis ministrare: solida, i. spiritualia, & cœlestia in se debet conseruare; sic Dominus, qui perforatas habens manus in Cruce, adeò largus fuit, quod etiam seipsum dedit. Item affixæ debent esse Cruci manus Prælati per macerationem carnis, vt nulli noceat. Item irrigatæ sanguine, vt exempla passionis Christi habeant præ manibus. Vndè *Cant. vlt.* b. Pone me, vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum.

Manus Domini dicitur.
- Filius. *Psal.* 143. Emitte manum tuam de alto.
- Potentia. *Psal.* 135. In manu potenti, & brachio extento.
- Largitas. *Psal.* 144. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Item *Psal* 103. Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
- Consolatio. *Ezech.* 3. d. Manus Domini erat mecum confortans me.
- Gratia. *Psal* 117. Dextera Domini fecit virtutem *suprà* 40. c.
- Cœlos palmo ponderauit, id est, Sanctos gratia stabiliuit.
- Donum prophetiæ. *Ezech.* 8. a. Cecidit ibi super me manus Domini.
- Misericordia *Psal.* 36. Cùm ceciderit non collidetur: quia Dominus supponit manum suā.
- Protectio. *Psal.* 30. In manibus tuis sortes meæ, vel tempora mea.
- Auxilium. *Neem.* 2. b. Iuxta manum Dei bonam mecum. *Psal.* 73. Vt quid auertis manum tuā.
- Vindicta. *Ps. eod.* Leua manus tuas in superbias eorum in finem. *Iob* 19. c. Manus Domini tetigit me.
- Creatio. *Ps.* 101. Opera manuum tuarum sunt cœli.
- Gubernatio. *Psal.* 94. In manu eius sunt omnes fines terræ.

Sequitur. f Venerunt structores tui,] i. Apostoli, & sancti Prædicatores, quorum vnus dicit 1. *Cor.* 3. b. Vt sapiens Architectus fundamentum posui. *Mich. vlt.* c. Dies, vt ædificentur maceriæ tuæ, in die illa longè fiet lex.

g Destruentes te, &c.] i. procul expellentur à finibus tuis, vel cessabunt. Destruentes te, per violentiam & terrenorum incussionem, vt Tyranni. h Et dissipantes per schismata, & astutiam, vt hæretici. i A te exibunt,] i. expellentur. Vel, à te exibunt, secundùm quod dicitur 1. *Ioan.* 2. c. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Item nota, quòd hoc exponitur ex superabundanti, vt fiat punctum sic. Venerunt structores, &c. quia qui debent construere Ecclesiam, illi eam destruunt. *Ier.* 50. a. Grex perditus factus est populus meus: Pastores eorum seduxerunt eos. Sed secundum veritatem literæ, non debet sic punctari. Sequitur secundum mysterium. k Leua in, &c.] Loquitur Ecclesiæ primitiuæ. m Omnes isti, &c.] quasi dicat, ô Ecclesia, attende, quomodo ex omnibus partibus mundi tibi *Mysticè.* filios collegi. Idem dicitur *infr.* 60. a. Et est planum mysterium, Moraliter. O anima, vel ô homo iuste, leua oculos ad superna, non deprimas ad terrena. *Eccl.* 2. c. Sapientis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat. *Prov.* 17. *Moral.* d. Oculi stultorum in finibus terræ. Ex hoc patet, quòd boni eleuant oculos ad Deum, sicut dicit. *Psal.* 122. Ad te leuaui oculos meos, &c. Mali autem eos deprimunt, sicut idem. *Psal.* 16. dicit: Oculos suos statuerunt declinare in terram. Item *Dan.* 13. a. Declinauerunt oculos suos, &c. l In circuitu] vt sis circumspectus in omnibus, & prouidus respiciens ad orientem, id est, vtilitatem ortus tui, occidentem mortis, austrum mundanæ prosperitatis, quàm vana, quàm caduca, quàm deceptoria, Aquilonem aduersitatis sæculi, quàm leuis & breuis, *Gen.* 13. d. Leua oculos tuos in directum & vide à loco, in quo nunc es ad Aquilonem, & meridiem: ad orientem & occidentē: & vide bona omnium proximorū oculo congratulationis, & mala oculo cōpassionis: & sic totū, quicquid videbis, cedet tibi in profectum. Vndè subdit. m Omnes isti congregati sunt,

o venerunt tibi

h reædificandum te, & inhabitandum. *a* Viuo ego, dicit Dominus,] i. per vitam meam tibi promitto.
b Quia omnibus his velut ornamento vestieris,] id est. ornaberis prædictorum nobilitate, & strenuitate, quasi dicat, illi, qui redibunt, erunt strenui, & nobiles: ita quòd honorabitur popul⁹ Israel propter eos, & circumdabunt eum, & ornabunt, sicut vestimentum circumdat hominem, & hoc est quod sequitur.
c Et circumdabis tibi eos,] id est, circumdaberis eis.

a Viuo, dicit Dominus, quia *b* omnibus his, velut ornamento, vestieris: *c* & circumdabis tibi eos, *d* quasi Sponsa. *e* Quasi deserta tua, & solitudines tuæ, & *f* terra ruinæ tuæ, *g* nunc angusta erunt præ habitatoribus: & *h* longè † effugabuntur, qui absorbebant te. *i* Adhuc dicent in auribus tuis filij *k* sterilitatis tuæ: *l* Angustus est mihi locus: *m* fac spatium mihi, vt *n* habitem. Et *o* dices in corde tuo: *p* Quis genuit mihi istos? *q* Ego sterilis & *r* non pariens, *s* transmigrata, & *t* captiua: *u* & istos quis enutriuit? *x* Ego destituta, & † *y* sola: *z* & isti vbi *a* erant?

Al. † fugabunt.

Al. † desolata.

sed non sufficit ei hoc; imò habet fiduciam, quòd Iordanis influat in os eius, i. quòd absorbere possit etiam Sanctos, & humiles. Os diaboli sunt adulatores & detractores. Per illud os multi Sancti absorpti sunt. *Ier.* 51. d. Reddidit me, quasi vas inane. absorbuit me, quasi draco.

i Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ] i. tui, quæ priùs eras sterilis. Et loquitur Ecclesiæ primitiuæ congratulando ei de multitudine conuersorum.
l Angustus est mihi locus] in Iudæa, in Synagogis.

d Quasi sponsa] circumdatur vestimentis pulchris & honestis.
e Quia deserta tua, & solitudines tuæ,] i. loca terræ tuæ, quæ priùs deserta erant.
f Et terra ruinæ tuæ,] i. quæ priùs ruerat, & destructa erat. *g* Nunc angusta erunt præ habitatoribus,] q. d. tot erunt habitatores in terra, quæ priùs deserta erat, quòd ipsa terra erit angusta eis ad manendum. Et ex hoc patet, quòd valdè fertilis erit: quia ita libenter inhabitabitur & coletur.
h Et longè effugabuntur, qui absorbebant te] scilicet, coloni, quos ibi ponebat Nabuzardan, vel Tobias, & Saraballa: qui eos infestabant, & impediebant opus templi.
i Adhuc dicent in auribus tuis,] i. in aperto populo audiente. *k* Filij sterilitatis tuæ,] i. filij tui, quæ diu sterilis fuisti: quia non multiplicasti ciuitates, nec oppida. Et quid dicturi sint, subdit.
l Angustus est mihi locus] ad habitandum.
m Fac spatium mihi, vt habitem] quasi a Principibus tuis petent terram ad manendum. Hoc maximè fuit tempore Machabæorum.
o Et dices in corde tuo] præ gaudio, scilicet, & admiratione *p* Quis genuit mihi istos?] quasi miraberis, vnde venerunt. *q* Ego sterilis] in captiuitate.
r Et non pariens] ad litteram filios, nisi fortè paucos.
s Transmigrata] sub Ioachin. 4. *Regum.* 24. d.
t Et captiua] sub Sedechia. 4. *Reg.* 25. c.
u Et istos quis enutriuit,] quasi dicat, mirum est, vnde orti sint, & nutriti.
x Ego destituta] à terra mea, vel à Deo.
y Et sola] sine solatio amicorum & possessionum. *z* Et isti *a* vbi erant? quasi dicat, mirum

Moraliter.

a venerunt tibi,] i. cedent in profectum tuum, sicut è contrario omnia bona, quæ videt inuidus, cedunt ei in detrimentum. Vnde *Sen.* Vtinam inuidus in omni ciuitate oculos haberet, vt bonis omnium torqueretur, secundum mysterium.

Mysticè.

a Viuo ego dicit Dominus: quia omnibus his velut ornamento vestieris, i. ornaberis, ò Ecclesia fidelibus conuersis tam de Iudæis, quam de Gentibus.
c Et circumdabis tibi eos, quasi Sponsa.] Hoc dicit: quia mulier magis se ornat, quando desponsata est, & debet venire ad nuptias *inf.* 61. d. Induit me Dominus vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me, quasi Sponsum decoratum corona, & quasi Sponsam ornatam monilibus suis *Ier.* 2. f. Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, & Sponsa fasciæ pectoralis suæ? Vel hoc dicitur cuilibet fideli: quia omnes electi erunt, quasi ornamenta cuiuslibet electi. Sicut dicitur de Lucifero. *Ezech.* 28. c. Omnis lapis preciosus opertimentum tuum.
e Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ, nunc angusta erunt habitatoribus.] In hoc designatur multitudo conuersorum ad Ecclesiam. Quia deserta, & solitudines, i. loca, in quibus nullus fidelis habitauerat, & terra ruinæ, i. terra, in qua multi priùs ruebant per idololatriam, & cætera peccata: nunc hæc loca plena sunt fidelibus, & angusta sunt eis. Sæpè enim videmus, quòd loca, in quibus multi ruunt per peccatum, conuertuntur in domus Religiosorum. Et tanta est multitudo Religiosorum, quòd loca eis angusta sunt. *Zach.* 10. d. Adducam eos, & non inuenietur in eis locus. Sequitur.
h Et longè effugabuntur, qui absorbebant te] persecutores, vel hæretici, vel Dæmones. *Iob* 40. c. Absorbebit fluuium, & non mirabitur. Fluuium vocat eos, qui defluunt in cursu labilium rerum, quibus innituntur. De his non miratur diabolus, si eos absorbet, & sibi incorporat;

m Fac spatium mihi in toto mundo.
n Vt habitem,] i. mitte Prædicatores per totum mundum, vt sic credentes multiplicentur, & vbique dilatentur, *inf.* 54. a. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Item simile habetur. 4. *Reg.* 6. a. Dixerunt filij Prophetarum ad Elisæum. Ecce locus, in quo habitabimus coram te, angustus est nobis: eamus vsque ad Iordanem: & tollant singuli de silua materias. Item locus angustus est conscientia peccatoris. Cupiditas enim angustat, sed charitas dilatat. *Psalm.* 118. Latum mandatum tuum nimis. Mandatum, scilicet, charitatis, quod dicitur latum ab effectu: quia dilatat animam. 2. *Cor.* 6. c. Os nostrum patet ad vos, ò Corinthij: cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis; angustiamini autem in visceribus vestris. Item totus mundus angustus est habitatoribus eius: quia quilibet vult habere res mundi: & mundus, nec vnius solius desiderio sufficit. Ideò dicit *Ioannes Apoc.* 8. d. Væ, væ, væ, habitantibus in terra, i. quia non est ibi, nisi angustia. Terra est deserta, solitaria, terra ruinæ, vt dicitur in textu præcedenti. Terra, quæ deuorat habitatores suos. *Num.* 13. d. Non enim sufficit eis. Vndè *sup. eod.* Nunc angusta erunt præ habitatoribus. *Gen.* 13. a. Non poterat eos capere terra, vt habitarent simul. Erat quippe substantia eorum multa: & non quibant habitare communiter. Angustiam mundi docuit Dominus Discipulos, cùm dicit. *Ioan.* 16. g. In me pacem; in mundo autem pressuram habebitis. Fœlix, qui agnoscens huius mundi angustiam, & arctitudinem, clamat matri suæ, i. Ecclesiæ triumphanti, quæ est mater nostra, vt dicitur *Gal.* 4. d. Fœlix filius, qui ei dicit inuocando eius preces, & auxilium?
l Angustus est mihi locus,] id est, angustia est mihi in hoc exilio *m* fac spatium mihi, vt habitem,] i. tuis meritis, & precibus obtine mihi locum, & mansionem æternæ quietis, vbi est amplitudo, pulchritudo, quies, fiducia, securitas, omnium bonorum opulentia. De qua domo dicit *Baru.* 3. c. O Israel, quam magna est domus Domini, & ingens locus possessionis eius magnus, & immensus, *suprà* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta. Sequitur secundum mysterium. *o* Et dices in corde tuo] admirãdo & applaudendo. *p* Quis genuit mihi istos?] q. d. mirum est de tanta, & subita conuersione Gentium.

Mysticè.

q Ego sterilis] in Iudæis, vel tempore Martyrum primitiuorum, quando non audebant conuerti ad fidem. *r* Et non pariens] Deo filios per fidem. *s* Transmigrata] de ciuitate in ciuitatem, secundum quod dicitur *Matth.* 10. c. Si vos persecuti fuerint in ciuitate vna, fugite in aliam.
t Et captiua.] Ad litteram, seruilibus operibus mancipabantur fideles.
u Et istos quis enutriuit?] q. d. Dominus solus hoc potuit tam subitò facere, & eos, scilicet, generare, & eos enutrire. *x* Ego destituta] ab humano auxilio. *y* Et sola] ab alieno solatio. *z* Et isti, filij. *a* Vbi erant,] quasi dicat, in præscientia Dei, qui eos, vt præuidit, adduxit.

Moraliter.

Moraliter. Hoc Prædicator debet dicere. *p* Quis genuit mihi istos?] Non enim sibi, sed Deo debent attribuere, si quos in prædicatione conuertunt. *Num.* 11. d. Nunquid ego concepi omnem multitudinem, vel genui eam? q. d. non, sed Deus. *q* Ego sterilis] a bona cogitatione. *r* Et non pariens] bonum opus. *s* Transmigrata] per diuersa vitia. *Ier.* 2. g. Quòd vilis facta es nimis iterans vias tuas.
t Et captiua] pondere consuetudinis compedita. *u* Et istos, &c.] quasi dicat, ex meis meritis, & exemplis potius destructi sunt, quàm enutriti.
x Ego destituta] per peccatum etiam à bonis naturæ, quæ minorantur per peccatum. *y* Et sola,] id est, spoliata bonis

 gratiæ, sicut ille, qui

a vbi erant ?] quasi dicat, mirum est, vbi erant.
a Hæc dicit, &c.] i. ostendam Gentibus potentiam meam.
c Et exaltabo ad populos, &c.] i. signum meorum, scilicet, Medorum, & Persarum, exaltabo in altum contra Chaldæos.

Al. † leuo.

Hæc a dicit Dñs Deus, b Ecce † leuabo ab Gentes manum meam. & c exaltabo ad populos signum meũ. Et d afferent e filios tuos in vlnis, f & filias tuas super g humeros portabunt. Et h erunt Reges nutritij tui, i & Reginæ nutrices tuæ. k Vultu in terra † demisso l adorabunt te, m puluerem pedum tuorum lingent.

Al. † dimissio.

Vel sic: Exaltabo ad populos signũ meum,] i. litteras signatas & sigillatas per Cyrum mittam ad omnes populos, vt Iudæi mei redeant.
d Et afferent filios tuos in vlnis, &c.] Hoc non legitur factum ad litteram, sed per hoc intelligitur gratia data Iudæis à Domino in conspectu Gentium in reditu suo: quæ tanta fuit, vt darent eis multa munera, quibus ipsi comparauerunt equos, & cætera necessaria.
h Et erunt Reges nutricij tui, & Reginæ nutrices tuæ.] Ad litteram, tempore liberationis Rex Cyrus, & Regina fouebant eos, & multa dederunt eis, quibus nutriti sunt.
k Vultu in terra dimisso adorabunt te,] i. magnam reuerentiam exhibebunt tibi.
m Et puluerem pedum tuorum lingent,] i. valdè cõmendabunt te, & adorabunt:

Mysticè.

o gratiæ, sicut ille, qui incidit in latrones. *Luc.* 10. e. Sequitur secundum mysterium.
a Hæc dicit Dominus Deus.] Respondet ei, quod admirando quæsierat Ecclesia, quomodo, & vnde tot filios habebat, & docet, quomodo conuersæ sunt Gentes. Vndè subdit. b Ecce leuabo, &c. i. eas vocabo per extensionem manuum mearum in Cruce, vel per largitionẽ beneficiorum, vel comminationem pœnarum, vel per assecurationem præmiorum æternorum. De primo dicit *Psalm.* 140. Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum, *inf.* 65. a. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum: qui ambulat in via non bona post cogitationes suas. De secundo dicitur *Prou.* 1. c. Vocaui, & renuistis, expandi manum meam; & non fuit, qui aspiceret. De tertio, *suprà* 9. c. In omnibus his non est auersus furor eius sed adhuc manus eius extenta: & populus non est reuersus ad percutientem se. Dominus ergo leuauit manum suam, i. filium in ascensione, & ideò non restat nisi ictus, i. aduentus ad iudicium. Item Dominus quarto modo eleuat manum suam, vt dictum est, quando assecurat nos de præmiis æternis. Leuare enim manum est iurare. Simile *Genes.* 14. d. Leuo manum meam ad Dominum, i. iuro per Deum, quòd filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ non incipiam ex omnibus, quæ tua sunt. Sequitur, c Exaltabo ad populos, &c.] Hoc fit, quando prædicatur Crux Christi. Et nota, quòd duobus modis trahit nos Dominus, timore, & amore. *Oseæ* 11. b. In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. Respectus iudicij incutit timorem, quod notatur, *ibi.* Ecce leuabo, &c.] Respectus passionis Christi gignit amorem. Vndè *Bernard.* Hoc est, quod plùs me mouet, plùs me vrget, plùs accendit, calix tuus, Domine, quẽ bibisti, opus nostræ redemptionis, hoc facilè nostrum amorem tuum vendicat sibi De hoc dicitur *hic.* Et exaltabo ad, &c.] id est, vexillum Crucis, *suprà* 11. c. Leuabit Dominus signum in nationes procul, & congregabit profugos Israel, &c. Exaltatur autem Crux quinque modis. Primò exaltata est cum attactu membrorum Christi, & eius sanguinis respersione. Vnde cantatur in hymno.

Quinque modis Crux exaltatur.

Arbor decora & fulgida,
Ornata Regis purpura
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.

Serpens enim exaltatus est in palo. *Num.* 21. c. *Ioan.* 12. e. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Secundò exaltatur Crux veneratione fidelium. *Eccl.* 24. b. Quasi palma exaltata sum in Cades, id est, in Sanctis. Tertio virtute miraculorum, quæ facta sunt per Crucem, sicut legitur de inuentione sanctæ Crucis, quòd etiam mortui suscitati sunt. *Psalm.* 45. Exaltabor in Gentibus, & exaltabor in terra. Quartò exaltatur voce, & laude prædicantium, *sup.* 13. a. Super montem caliginosum leuate signum. Vndè *in Prosa.*

Laudes Crucis attollamus, &c.

Quintò exaltatur deiectione hostium corporalium, & spiritualium. Vndè: Fusi Thraces, Cæsi Persæ, &c. Item *Sap.* 14. a. Benedictum lignum, per quod fit iustitia. Item *Chrysost.* Diabolus timet Crucem, in qua lethale vulnus accepit. Vndè *versus.*

Attactu, cultu, signis, Crux laudibus alta est.

Sequitur. d Et afferent filios tuos in vlnis.] Ecce cùm de Cruce præmisisset, statim subiungit de multitudine conuersorum: & hoc fit ferè vbique in Scripturis; quia multum ædificat audientes prædicatio Crucis Christi, vel passionis. Vnde etiam plures maiorem deuotionem habent in Parasceue, quam in alio tempore. *Deut.* 32. f. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes. Dicit ergo: Et afferent, & Prædicatores, & Doctores. e Filios tuos in vlnis,] i. per exempla bonorum operum eos conuertent.
f Et filias tuas,] i. animas fœcundas. Vel filias, ad litteram, vel infirmas, & pusillanimes.
g Super humeros] patientiæ, portabunt. Filij quasi chariores portantur ante pectus in vlnis, filiæ retrò super humeros. Filij sunt fortiores, qui exemplo bonorum operum præuehunt: filiæ sunt imbecilles, & teneræ, quæ super humeros patientiæ, & compassionis sunt portandæ. *Ephes.* 4 a. Supportantes inuicem in charitate. His duobus modis debet Prædicator portare prolem suam, vt offerat eam Deo: bona, scilicet, operando, ecce vlnæ, siue manus: mala tolerando, ecce humeri, *suprà* 40. c. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit: fœtas ipse portabit. *Num.* 11. c. Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum. Vel filij sunt spirituales motus, qui in vlnis portandi sunt, id est, in opere ostendendi: filiæ sunt carnales motus, qui super humeros portantur, quando in onus pœnitentiæ conuertuntur. Sequitur. h Et erunt Reges nutricij tui, &c.] Ad literã potentes sæculi in temporalibus nutrierunt Ecclesiam, vt Constantinus, & alij. Et quia adhuc infans Ecclesia, nimis sumpsit de hoc cibo, ideò nocet ei. Vel, Reges, i. benè se regentes, & alios, quorum cor in manu Dei, vt dicitur *Prou.* 21. a. Vndè Abrahæ dicitur *Gen.* 23. a. Rex ad Deum tuum nobis es: vbi habemus secundùm nostram literam, Princeps Dei es apud nos. Boni ergo Rectores sunt nutricij Ecclesiæ, sicut Mardochæus fuit nutricius Esther, i. Ecclesiæ, vel cuiuslibet animæ, *infrà* 60. c. Suges lac Gentium, & mammilla Regum lactaberis *Greg.* Sancti viri Reges vocantur, quia Prælati cunctis motibus carnis, modò appetitum luxuriæ frænant, modò æstum auaritiæ temperant, modò gloriam eleuationis inclinant, modò suggestiones liuoris obruunt, modò ignem furoris extinguunt. Reges ergo sunt, quia tentationum suarum motibus non consentiendo succumbere, sed regendo præesse nouerunt. i Et Reginæ nutrices tuæ.] Eosdem, quos dixit Reges, modò vocat Reginas, i. Prædicatores pro deuotione, sollicitudine, & fœcunditate. Mulier enim magis deuotè, & sollicitè assistit ægroto. Vndè *Eccl.* 36. d. Vbi non est mulier, ingemiscit æger. Nutrix sollicita fuit Paulus qui ait. 2. *Cor* 11. Præter illa, quæ extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? &c. 1. *Thess.* 2. b. Facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Ibi require de hoc. Istius nutricis fuerunt duo vbera; congratulatio, & compassio. *Rom.* 12. c. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. *Cant.* 1. a. Meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis. Et nota, quòd non sunt nutrices, nisi paruulorum. Vndè 1. *Cor.* 1 a. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. *Matth.* 18. a. Nisi efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum cœlorum. Item Reginæ non nutriunt filios rusticorum, i. Dæmonum. k Vultu in terra demisso adorabunt te,] i. Christum in te suppliciter adorabunt, etiam potentes sæculi conuersi ad fidem. m Et puluerem pedum tuorum lingent.] Nomina enim Sanctorum habentur in veneratione magna, etiam à potentibus sæculi ad litteram. Etiam hoc adimpletum est, quando pagani venientes ad Ecclesiam proiiciebant se ad pedes Sanctorum, osculantes eos & rogantes, vt peccatorum suorum indulgentiam consequerentur, & Baptismi gratiam. Vel potest exponi de Prælatis, quos suprà vocauit Reges, quia præesse, & dominari debent. Hic autem dicit de eis. k Vultu in terra demisso,] i. suam terrenitatem, & fragilitatem considerantes. l Adorabunt te,] i. honorabunt, & sibi præferent in cordibus suis, & se inferiores omnibus reputabunt. *Eccl.* 3. c. Quantò maiores, humilia te in omnibus. *Augustin.* Honore coram vobis Prælatus sit vobis; timore coram Deo substratus sit pedibus vestris. Vndè subdit. m Et puluerem pedum tuorum lingent.] Ad litteram bonus Prælatus debet esse paratus in corde suo ad tergendum pedes subditorum

o suorum.

a bunt te, & honorabunt, sicut dicitur de aliquo vulgariter, iste dignus esset, vt oscularetur terram super quam calcat.

a Et scies, quia ego Dominus] cùm expertus fueris me posse implere, quod promitto, Dominus, supple, talis.

G Et a scies, quia ego Dominus, b super quo non confundentur, qui expectant eum. c Nunquid tolletur à forti præda: d aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? e Quia hæc dicit Dñs: f Equidem & g captiuitas h à forti tolletur: i & quod ablatum fuerit à robusto: k saluabitur l Eos verò, qui iudicauerunt te, m ego iudicabo: & n filios tuos o ego saluabo. Et p cibabo hostes tuos carnibus suis, q & quasi musto sanguine suo

b Super quo non, &c.] quia facit omnia, quæ promittit. Sed difficillimum videbatur Iudæis, quòd aliquis posset superare Nabuchodonosor, ideò Propheta hoc quasi sub interrogatione ponens asserit, quòd fit dicens.

c Nunquid tolletur à forti præda,] id est, à Balthasar.

d Aut quod captum fuerit, &c.] id est, à Nabuchodonosor, saluum esse poterit? Et respondet Propheta, quòd sic.

e Quia hæc dicit Dominus,] qui, scilicet, hoc potest facere. f Equidem,] id est, certè.

g Et captiuitas,] id est, Iudæus captiuatus.

h A forti tolletur,] id est, à Balthasar.

i Et quod ablatum fuerit à robustu,] i. à Nabuchodonosor.

k Saluabitur] per Cyrum.

l Eos verò, qui iudicauerunt te,] id est, destruxerunt.

m Ego iudicabo,] id est, puniam.

n Et filios tuos,] id est, Iudæos.

o Ego saluabo] à captiuitate eos liberando.

p Et cibabo, &c.] id est, vertam eos in insaniam adeò, vt carnes proprias comedant, & sanguinem suum bibant, vel obsidione ita arctabo eos, vt comedat vnus carnem alterius, vel etiam suam, & sanguinem bibat. Hoc tamen nusquam de Babylonis legitur esse factum; sed potuit esse ad litteram. Potuit enim contingere, quòd aliqui habitantes in fortissimis castris, quia nobiles erant, nolebant se reddere: & fame coacti comedebant carnes suas. Vel potest dici, quòd tanta erat strages hominum capta Babylone, quòd vnus cadebat super alium: ita quòd os vnius cadebat super carnes alterius: ita quòd quasi videbatur, quòd vellet comedere eum, sicut dicit Ribaldus alij: Ego te faciam comedere lutum, id est, ego proijciam te in lutum, ore verso ad terram. Vel, Cibabo hostes tuos carnibus suis, id est, carnibus suorum. Sic enim potuit esse de Chaldæis, sicut de Iudæis, qui comederunt carnes filiorum suorum, & filiarum in obsidione, sicut comminatur eis Dominus. *Deuteronom.* 28. f. Obsideberis intra portas tuas

Mysticè. suorum Vel puluerem pedum lingere est exempla humilitatis suorum subditorum ad nutrimentum suum deuotè sumere. Vel puluerem lingunt, qui lingua prædicationis, & orationis à subditis omnem terrenitatem tergunt. *Matth.* 10. b. Excutite puluerem de pedibus vestris. Sequitur.

a Et scies, quia ego Dominus, &c.] Quando enim facta sunt prædicta omnia, tunc pro certo cognouit Ecclesia, quæ se priùs derelictam, & obliuioni traditam putauit: quia quicunque Deum in tribulationibus expectant, non confundentur, id est, non frustrabuntur auxilio opportuno *Rom.* 5. a. Spes non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Et *Psalm.* 24. Etenim vniuersi, qui te expectant, non confundentur. E contra dicitur *Ier.* 17. a. Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Tales enim confundentur, *suprà* 30. a. Erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia Ægypti in ignominiam. Quare autem non confundentur, qui expectant Deum, subdit.

c Nunquid tolletur, &c.] id est, genus humanum à diabolo, qui fortis dicitur. *Luc.* 11. c. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. *Iob* 41. d. Non est potestas super terram, quæ videat comparari.

d Aut quod captum fuerat, &c.] quasi dicat, diabolus multa cepit, & diripuit, quæ ab homine puro tolli, & saluari non possunt. *Osea* 13. d. Ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. Et nota, quòd dicit tolletur, per gratiam, scilicet, & postea saluum esse poterit, in gloria, scilicet. Sed quia quod apud homines est impossibile, apud Deum facile est: subdit Propheta inducens Dominum respondentem prædictæ quæstioni.

e Quia hæc dicit Dominus: Equidem & captiuitas à forti tolletur,] id est, genus humanum à diabolo per gratiam eripietur.

f Et quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur] in gloria. *Psalm.* 67. Captiuam duxit captiuitatem, dedit bona hominibus. Item. Speciei domus diuidere spolia. *Nahum.* 2. d. Exterminabo de terra prædam tuam. Sed quia Ecclesia Gentium à diabolo erepta, persecutiones & tentationes passa est, postquam in Christo pie viuere cœpit, & similiter quælibet anima post conuersionem magis tentatur, quia Pharao contemptus surgit in scandala: ideò aptè subiungitur.

l Eos vero, qui iudicauerunt te] in præsenti, i. Dæmones, vel Tyrannos, & hæreticos.

m Ego iudicabo] in futuro. *Ier.* 30. c. Cunctos Prædicatores tuos ego dabo in prædam. *Soph.* 3. d. Ego interficiam omnes, qui afflixerunt te. *Luc.* 6. f. Nolite iudicare, & non iudicabimini.

n Et filios tuos,] id est, imitatores fidei tuæ, & morum.

o Ego saluabo,] non te, sed ego, à quo omne auxilium. *Osea* 13. c. Perditio tua, Israel, tantummodo, ex me auxilium tuum.

p Et cibabo hostes tuos carnibus suis,] i. pœna carnalitatis suæ saturabo eos in inferno. Tot enim fercula habebit homo in pœnis, quot habuit hic in delicijs. Vndè *Apoc.* 18. b. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. *Deut.* 25. a. Pro mensura peccati erit, & plagarum modus. *Suprà* 27. b. In mensura contra mensuram, &c. *Matth.* 7. a. Eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis. *Apoc.* 16. b. Commendauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus suis. Et nota, quòd iusta est retributio Dei; vt mali in inferno saturentur morte proprio, qui hic pascuntur aliena. *Iob* 16. b. Saturati sunt pœnis meis, quasi dicat, è conuerso saturabuntur suis, & cibabuntur carnibus suis, qui hic cibantur alienis. Detractores enim alios corrodunt dentibus detractionis. *Prou.* 23. c. Noli esse in conuiuiis potatorum, & in comessationibus eorum, qui carnes conferunt ad vescendum, facientes succinum diabolicum: in quo, qui detrahit, apponit linguam: qui libenter audit, apponit aurem: fallam dat, qui de hoc gaudet. *Sup.* 9. d. Vnusquisque carnem brachij sui vorabit. Manasses Ephraim, & Ephraim Manassem, & simul ipsi contra Iudam. *Gal.* 5. c. Quasi inuicem mordetis, & comeditis, videte, ne ab inuicem consumamini. *Iob* 31. d. Si non dixerunt viri tabernaculi mei, quia det de carnibus eius, vt saturemur? *Dan.* 7. Et ecce alia bestia similis vrso in parte stetit, & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei: surge, comede carnes plurimas. Detractor comparatur vrso pro crudelitate, & voracitate: qui habet in ore tres ordines dentium: quia tres sunt modi detractionis. Veri mali diffamatio, veri boni denigratio, falsi criminis impositio. Sequitur de eodem.

q Et quasi musto sanguine suo inebriabuntur,] id est, pœna sanguinis, quem effuderunt, ad litteram, vt homicidæ, vel detrahendo alijs, & sic sanguinem, i. peccata aliorum effundendo & propalando. *Prouerb.* 1. b. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem, i. vt peccata aliorum diffamando propalent. Tales modò bibunt sanguinem alienum; sed in futuro bibent suum. *Sapient.* 11. a. Pro fonte sempiterni fluminis humanum sanguinem dedisti iniustis. *Apocal.* 16. b. Iustus es, Domine, qui es, & qui eras sanctus, qui hoc iudicasti: quia sanguinem Sanctorum, & Prophetarum effuderunt, & sanguinem dedisti eis bibere, vt digni sunt. Vel generaliter potest legi de quolibet peccatore. Et quasi musto, sanguine suo inebriabuntur, i. replebuntur pœna peccatorum suorum, quæ sanguini comparantur propter tenacitatem, & turpitudinem. Nulla enim macula turpior est, quàm sanguinis. *Osea* 4. a. Sanguis sanguinem tetigit. Et dicit: Quasi musto. Mustum enim habet nouitatem, & punctionem, sic pœna inferni semper pungit, & semper est noua. Iuxta illud:

Sic inconsumptum Tityi, sempérque renascens;
Non perit, vt possit sæpe perire, iecur.

Psalm. 48. Mors depascet eos, Herba enim, quæ depascitur, semper renascitur. *Suprà* 38. f. Spiritus eius sicut torrens inundans vsque ad medium colli, quasi dicat, semper erunt in articulo suffocationis, nec tamen suffocabuntur. a Et sciet omnis

a intra portas tuas in omni terra, quam dabit tibi Dominus Deus tuus, & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum, ac fi[li]arum tuarum.

a Et sciet omnis caro,] id est, omnis homo.

b Quia ego Dominus,] cùm fecero hæc prædicta. Dominus, dico.

c Saluans te] à captiuitate.

d Et Redemptor tuus, à seruitute.

A e Fortis,] id est, à quo est fortitudo Iacob, sicut dicitur de aliquo, iste est tota fortitudo illius, i. ab isto habet fortitudinem suam.

inebriabuntur. Et a sciet omnis caro, b quia ego Dominus c saluans te, d & Redemptor tuus e fortis Iacob.

CAP. L.

HÆc dicit f Dominus. g Quis est hic liber repudij

Mysticè. ⊖ buntur. a Et sciet omnis caro, quia ego Dominus.] *Psalm. nono.* Cognoscetur Dominus iudicia faciens, & *Beatus Bernardus* addit: Qui nunc ignoratur iniuriam patiens.

c Saluans te Redemptor tuus fortis Iacob.] Hoc sciet omnis caro, quia ego sum Dominus puniens malos, & saluans bonos. Et notantur hic tria beneficia.

c Saluans te] ab omnimoda corruptione culpæ.

d Et Redemptor tuus,] ab omni seruitute miseriæ. Hæc duo erunt in futuro.

e Fortis Iacob,] i. dans fortitudinem luctantibus in hac peregrinatione. Vel saluans peruenientes, redimens incipientes, roborans proficientes & luctantes, sicut Iacob dedit fortitudinem luctandi cum Angelo. *Genesis 32. f.*

EXPOSITIO CAP. L.

HÆc dicit Dominus: quis hic liber, &c.] Istud capitulum, secundùm quosdam, exponunt Hebræi fabulosè. Et diuiditur in quinque partes. Primò increpat Iudæos de eorum incredulitate, & ingratitudine: diffidebant enim de Dei potentia, licet eis multa beneficia priùs præstitisset.

Secundò describit potentiam Dei ad liberandum eos per anteriora facta, *ibi.* Ecce in increpatione mea, &c. Tertiò, vt melius sibi credatur, ostendit se à Domino eruditum, & ad patientiam se esse paratum, *ibi*: Dominus dedit mihi linguam eruditam. Quartò hortatur bonos, vt credant verbis suis: *ibi.* Quis ex vobis timens Deum. Quintò prædicit pœnam malis & incredulis, *ibi.* Ecce omnes, &c. Dicit ergo.

f Hæc dicit Dominus,] quasi dicat, quia prædixi vos esse liberandos, & adhuc de liberatione diffiditis: ideò hæc dicit Dominus.

g Quis est hic liber repudij matris vestræ, quod dimisi eam?] quasi dicat, Nullus. Non enim vos repudiaui; sed vos me abiecistis. De hoc libro habetur. *Deut.* 24. Sed quia poterant dicere: Dominus non repudiauit nos ex odio, sed ex penuria vendidit nos: vel quia serui inutiles eramus, ideò expediuit se de nobis. Ideò subdit.

i Aut quis est creditor meus, cui vendidi vos?] Tanquam non habens quid aliud reddam, sicut aliquando pater præ inopia vendit filios. Vel:

k Cui vendidi vos,] sicut facit, qui habet malos seruos, agit, vt expediat se de eis: hoc ego non feci vobis, nec repudiaui vos, tanquam Sponsam adulteram: nec vendidi sicut seruos nequam; sed priùs vosipsi vendidistis vos. Vndè subdit:

l Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis,] id est, pro iniquitatibus vestris traditi estis seruituti Chaldæorum. vel Romanorum, quasi dicat, ego non vendidi vos; sed vosipsi, qui hoc meruistis.

m Et in scceleribus vestris dimisi matrem vestram,] non ipsam repudiando, sed voluntatem permutando. Mater dicitur tota congregatio; filius & filia, quilibet de congregatione.

Δ Quia veni, & non

Mysticè. Mysticè. f Hæc dicit Dominus, &c.] Istud caput, secundum mysterium diuiditur in quinque partes. Primò Iudæorum incredulitas ostenditur, qua filium Dei repulerunt. Secundò aduentus Domini, & destructio idololatriæ, & aliorum peccatorum per eius aduentum: & pœnitentia conuersorum ad fidem ostenditur, *ibi.* Quia veni, & non erat vir, & cætera. Tertiò prædicatio Christi & passio dilucidè aperitur, *ibi*: Dominus dedit mihi linguam. Quartò boni ad spem inuitantur, *ibi.* Quis ex vobis timens Deum, & cætera. Quintò pœna malorum incredulorum, & ingratorum demonstratur, *ibi.* Ecce omnes vos, &c. Dicit ergo.

f Hæc dicit Dominus.] Hucusque Dominus multa bona fidelibus suis promisit; nunc autem infideles Iudæos inchoat alloqui dicens.

g Quis est hic liber repudij matris vestræ,] id est, Synagogæ.

h Quo dimisi eam?] quasi dicat, Synagoga me repulit, non ego eam. Et continuatur huic hoc, quod dictum est, *suprà* proximò. Et dixit. Sion Dereliquit me Dominus hic respondet, quòd non repudiauit eam, nec ei libellus repudij gratus est, nec notus, sicut habetur. *Matth.* 19. Sed contra. *Ier.* 3. c. Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo, quòd mœchata est auersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa. *Suprà 49. a.*

matris vestræ, h quo dimisi eam? i Aut quis est creditor meus, k cui vendidi vos? l Ecce enim in iniquitatibus: vestris venditi estis, m & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.

Solutio. Anima non repudiatur à Deo, sed repudiat Deum, & Dominus repulsus recedit vltimus. Vndè *Dionys.* Benignissimus Iesus primus est in accessu, & vltimus in recessu: Repulsus enim Dominus quotidie adulteram ad pœnitentiam reuocat. Vndè *Ierem.* 3. a. Vulgò dicitur: Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo duxerit virum alterum: numquid reuertetur ad eum vltra? numquid non contaminata, & polluta est mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; tamen reuertere ad me: & ego suscipiam te, dicit Dominus. *34. q. 1. §. hac itaque.*

i Aut qui est creditor meus, cui vendidi vos: *Septuaginta.* Aut cui creditoris meo vendidi vos? quasi dicat, Christus, censum alienum nequaquam mutuauit, id est, peccatum non commisi; vt necessitate compulsus auaro creditori, id est, diabolo vos redderem. Christus enim ab hoc creditore nihil accepit. Vndè *Ioannis decimo quarto* d. Venit Princeps mundi huius: & in me non habet quicquam. 1. *Petr.* 2. d. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et *inf.* 53. c. Idem. Homo ergo vendidit se diabolo, non Deus eum vendit, sed ipse se vendit, recipiens ab eo monetam suam, adulterium, furtum, homicidium, falsum testimonium rapacitatem, violentiam: inuidiam, superbiam, &c. quæ sunt in thesauro iræ recondita.

Sed homo decipitur, quia ista moneta falsa est, & non currit diu, sed citò deficiet sicut mercatores decipiuntur, quando moneta eorum deficitur; sic homines quando post mortem veniunt in alienam patriam, vbi moneta diaboli deiecta est & repudiata: tunc erunt confusi, quia ex ea non poterunt aliquas merces emere. Vndè *Ecclesiastic. nono* b. Mortui nihil nouerunt ampliùs, nec habent vltrà mercedem, quia obliuioni tradita est memoria eorum. Amor quoque & odium & inuidiæ simul perierunt: nec habent partem in hoc sæculo, & in opere, quod sub Sole geritur, quasi dicat, moneta sua non curret ibi, nec poterunt reuerti ad terram istam, in qua currebat: & ideò omnino decepti sunt, *suprà quadragesimo secundo* c. Quis cæcus, nisi qui venundatus est? Valdè cæcus est, qui non videt, quomodo decipitur à diabolo, cui vendit animam suam pro tali moneta, *infrà* 52. a. Gratis venundati estis, id est, pro nihilo vos dedistis. *Prouerbiorum decimo* c. Cor impiorum pro nihilo, *tertio Regum vigesimo primo* g. Venundatus es, vt faceres malum in conspectu Domini. *Eccl.* 10. b. Nihil est iniquius, quam amare pecuniam: hic enim, & animam suam venalem habet; quoniam in vita sua proiecit intima sua. Et hoc est, quod subditur.

l Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis,] id est, per peccatum vos diabolo subiecistis. *Rom.* 7. c. Ego autem carnalis homo venundatus sub peccato. *Ioan.* 8. d Qui facit peccatum, seruus est peccati. *Thren.* 1. d. Omnis populus gemens dederunt pretiosa pro cibo ad refocillandam animam suam. Pretiosa, scilicet, gratiæ, gloriæ, naturæ.

Prima duo tollit peccatum, tertium autem lædit. & deinde malum est tale pactum. *Prou.* 20. c. Malum est, malum est, dicit omnis emptor. Et hic potest dicere. Malum est, malum est, dicit omnis venditor. Malus etiam Prælatus vendit subditos: diabolus enim concedit ei, & procurat quantum potest, quòd ipse habeat pecunias: & Prælatus concedit ei, id est, diabolo, quòd ipse habeat animas. *Gen.* 14. d. Da mihi animas, cætera tolle tibi. 2. *Petr.* 2. a. In auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur, Sequitur.

m Et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram,] i. Synagogam. Mater enim, id est, tota congregatio Iudæorum consensit filiis suis, qui Christum occidi fecerunt.

⊖ Quia

Δ a Quia veni; & non erat vir: vocaui, & non erat, qui audiret.] Veni, scilicet, per Prophetas: vel veni, dicit more nostro, sicut dicit, vidi, id est, consideraui. Simile *Gen.* 18. c. Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.

a Quia veni; & non b erat vir: c vocaui; & d non erat, qui audiret. e Nunquid abbreuiata, & f paruula facta est manus mea, vt non g possim redimere? h aut non est in me virtus ad † liberandum? i Ecce in increpatione mea k desertum faciam mare, l ponam flumina in siccum:

Al. † *saluandum.*

b Et non erat vir,] i. aliquis Sacerdos, vel Prælatus viriliter agens. *Infrà* 59. *a.*

c Vocaui] ad obedientiá præceptorum, & ad pœnitentiam transgressionum.

d Et non erat, qui audiret,] id est, aliquis subditus, qui obediens esset, quasi dicat, nec inueni virtutẽ in Prælatis, nec obedientiam in subditis. Et licet sic sitis venditi a nobisipsis; tamen de mea potentia diffidere non debetis. Quia.

e Nunquid abbreuiata,] id est, contracta.

f Et facta paruula est manus mea,] id est, potentia mea.

g Vt non possim redimere?] quasi dicat, Non. Potentia mea infinita est: & ideò possum vos redimere à seruitute Babylonis: sicut olim vos liberaui de seruitute Ægypti.

h Aut non est in me virtus ad liberandum?] quasi dicat, imò potens sum ad liberandum vos, sicut olim. Vndè subdit.

i Ecce in increpatione mea,] id est, iussione mea.

Secunda pars. k Desertum faciam mare,] id est, exsiccabo mare, si voluero: sicut olim exsiccaui mare rubrum. *Psalm.* 105. Increpauit mare rubrum, & exsiccatum est. De hoc dicitur *Exod.* 14. e.

l Ponam flumina in siccum,] i. siccabo flumina, quando voluero: sicut olim siccaui Arnon, & Iordanem. *Num.* 21. d. Et *Iosue* 3. d. Vel mare vocat Babylonem, sicut *sup.* 21. a. Onus deserti maris: Dicit ergo.

q Ecce in increpatione mea desertum faciam mare,] id est, Babylonem meo iussu, & imperio in desertum redigam, & vastitatem.

l Ponam flumina] Babylonis, scilicet, Euphraten, & Chobar. m In siccum.] Ad litteram. Dicitur, quod Cyrus & Darius in alueos diuiserunt Euphraten, vt sic ciuitatem possent intrare, aquis diminutis.

Δ a Computrescent pisces

Mysticè. ⊕ a Quia veni] in carnem.

b Et non erat vir] in eis, scilicet, aliquis viriliter agens, vel homo: quia omnes bestiæ, & bestiales erant, & serpentini, qui crudeliores bestiis in patrem suum desæuierunt.

c Vocaui] ad gratiam & pœnitentiam. *Matth.* 11. d. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis: & ego reficiam vos, dicit Dominus, *infrà* 65. a. Tota die expandi manus meas ad populum incredulum.

Moraliter. d Et non erat, qui audiret] vocantem. Similiter hodie potest dici hoc de Ecclesia, vel de anima. Non enim est vir, vel homo in Ecclesia Dei, id est, aliquis Prælatus virtuosus, & discretus. Omnes enim ex quo sunt in prælationibus, immutantur, & fiunt bestiæ. *Psalm.* 48. Homo cùm in honore esset, non intellexit, &c. De his iumentis dictum est *suprà* 30. b. Onus iumentorum Austri, &c. Alia littera est. Visio quadrupedum in deserto. Vulpes sunt Prælati, per dolositatem & malitiam. *Luc.* 13. d. Dicite vulpi illi: ecce Dæmonia eiicio, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consumor. *Ezech* 13. a. Quasi vulpes in deserto Prophetæ tui Israel erant. Item viperæ sunt per violentam promotionem, quia vi pariuntur. *Luc* 3. b. Genimina viperarum quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Item equi sunt per luxuriæ vehementiam *Ier.* 5. c Equi insanientes in fœminas, & emissarij facti sunt. Item canes sunt per impudentiam, *infrà* 56. d. Canes impudentissimi nescierunt saturitatem. *Matth.* 7. a. Nolite sanctum dare canibus. Item porci sunt per voluptuositatem, & voracitatem. *Matth.* 7. a. Nolite mittere margaritas ante porcos. Item lupi per rapinam. *Act* 20. f. Scio, quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Item vrsi per sæuitiam, & leones per superbiam. Vndè *Prou.* 28. c. Leo rugiens, & vrsus esuriens, Princeps impius super populum pauperem. Dicit ergo.

a Veni,] id est, diligenter consideraui.

b Et non erat vir,] vel homo, id est, virtuosus Prælatus in Ecclesia, vel virtuositas in anima. *Ier.* 4. f. Intuitus sum: & non erat homo *inf.* 59. d. Et vidit, quia non est vir: & aporiatus est; quia non est, qui occurrat.

c Vocaui] ad pœnitentiam.

d Et non erat, qui audiret,] i. qui obediret, quia nec Prælatos inueni benè viuentes, nec subditos obedientes. Sequitur enim grex pastorem malè viuendo. *Greg.* Cùm pastor per abrupta graditur, necesse est, vt grex ad præcipitium sequatur. *Eccl.* 10. a. Secundùm iudicẽ populi, sic & ministri eius. Multis autem modis vocat Dominus, sicut habetur in *Gloss. super Psalm.* 102. Benedic, anima mea, Domino. Et *Prou.* 1. c. Vocaui: & renuistis, &c. Et *Iob* 14. d. Vocabis me: & ego respondebo tibi, &c.

e Nunquid abbreuiata, &c.] Sic continua secundum mysterium. *Suprà* dictum est Iudæos venditos propter incredulitatem eorum: nunc ostendit Dominus, quòd potens est liberare eos à diabolo, & à seruitute eius, si credere vellent. Vndè dicit iam: Nunquid abbreuiata est, & paruula facta est manus mea,] id est, potentia. *Mysticè.*

g Vt non possim redimere, à diabolo, cui vendidistis vos, sicut liberaui ab Ægypto? *Mich.* 2. c. Nunquid abbreuiatus est spiritus Domini, *infrà* 59. a. Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat. Et nota, quòd Dominus habet duas manus, latitudinem & fortitudinem. Vndè *Bern.* Latitudo vna manus Dñi, altera fortitudo dicatur, quòd & tribuat affluenter, & defendat potenter, quod dederit. Vtramque profectò osculabitur, qui ingratus non fuerit, Deum vtique bonorum omnium, sicut largitorem, ita & conseruatorem recognoscens.

Prima manus multùm extenta est, quia omnibus dat affluenter, & non improperat. *Psalm.* 144. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. *Cant.* 5. d. Manus eius tornatiles plenæ hiacynthis. Tornatiles dicit, quia dat de facili, & in promptu habet dare. *Iacob.* 1. *a.*

Secunda autem manu tenet omnia, & conseruat, quæ dederit, & ista manus est valde fortis. Vndè *Num.* 11. e. Nunquid manus Domini inualida est? Manus ergo Domini non est contracta ad largiendum, nec ad protegendum; sed ad percutiendum. Fuit ante incarnationem abbreuiata, *suprà* 28. f. Consummationem & abbreuiationem audiui à Domino. Item *suprà* 10. f. Consummatio abbreuiata circumdabit iustitiam. Sequitur

h Aut non est in me virtus ad saluandum?] quasi dicat, imò virtuosus sum ad saluandum. Quod subsequenter ostendit.

i Ecce in increpatione mea desertum faciam mare,] i. mundanorum malitiã, & tribularam idololatriam desiccabo per increpatoriam prædicationem meam, & meorum. Vel mare est cor peccatoris, quod tumet superbia, liuet inuidia, spumat luxuria, *infrà* 57. d. Impij quasi mare feruens, quod quiescere non valet. Istud desiccat Dominus, & desertum facit per increpationem suam, id est, correctionem verborum suorum. *Nahum.* 1. a. Increpans mare, & exsiccans illud. *Suprà* 44. Qui dico profundo: desolare: & omnia flumina tua arefaciam, id est, omnes voluptates tuas conuertam in desertum pœnitentiæ, vel gehennæ. Item *suprà* 19. a. Arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur, atque desiccabitur. Diues enim auarus est profundus per cupiditatem, sicut aliquis magnus vsurarius. Vel desiccabitur ab aquis diuitiarum, & voluptatum in præsenti per pœnitentiam voluntariam, aut in morte per violentiam. Dominus enim aliquando increpat in præsenti per aliquam pœnam temporalem, sed nolentes conuerti tandem desiccat per pœnam gehennalem. Vndè subdit.

l Ponam flumina in siccum,] i. diuitias in paupertatem, delicias in asperitatem, honores in vilitatem conuertam. *Ier.* 50. f. Siccitas super aquas eius erit, & arescent. Item *Eccl.* 39. c. Quomodo conuertit aquas in siccitatem, & siccata est terra: & viæ illius viis illorum directæ sunt, sic peccatoribus offensiones in ira eius.

⊕ a Computrescent pisces,]

Vel aliter ab illo loco.

i Ecce in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum.] Per mare lachrymas compunctionis, per flumina lachrymas deuotionis intellige. De his aquis dicitur *Gen.* 7. c. Multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Dominus ergo aliquando de duro corde & sicco educit istas aquas, quando sibi placet. Vndè *suprà* 48. d. Cùm educeret eos, aquam de petra produxit eis. Hanc enim aquæ abundantiam facit Dominus, maximè nouitiis de nouo eductis de Ægypto peccati, sed postea Dominus, quando placet sibi, iterum subtrahit lachrymas, ne homo eas credat ex se habere. *Aliter.*

Aliquando etiam omninò aufert peccatum. Vndè subdit.

* a Computrescent pisces,]

Δ a Computrescent pisces sine aqua,] quia aquis desiccatis moriuntur pisces. Sic ergo patet potentia mea, quia sicut olim in Ægypto, quando aquæ conuersæ sunt in sanguinem, pisces computruerunt, sic & modò possum facere in Babylone, vt aquis desiccatis pisces pereant. Vnde subdit.

c Morientur in siti,] i. pro defectu aquæ: nec solùm potens sum in mari: sed etiam in superioribus elementis. Vndè subdit.

a Computrescent pisces b sine aqua, c & morientur in siti. d Induam cœlos tenebris: & saccum ponam operimentum corũ.

d Induam cœlos] aëreos, tenebris: & saccum ponam operimentum eorum,] i. obscurabo aerem, quando voluero: sicut factum est, quando tribus diebus fuerunt tenebræ palpabiles in vniuersa terra Ægypti. *Exod.* 10. f. Vt sic cœlum opertum sacco videretur. *Gloss.* Aiunt Philosophi, non ampliùs decem stadijs à terra nubes in sublime eleuari, & Solis splendorem abscondi: sic excluso lumine, aer inferior obscuratur.

Δ Dominus dedit mihi.

Mysticè. * a Computrescent pisces,] i. curiosi computrescent vetustate culpæ, & fœtore malæ famæ. *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo. Vel, Computrescent, in inferno in fœtore pœnæ.

b Sine aqua] gratiæ in præsenti, vel consolationis mundanæ in futuro.

c Et morientur in siti] hic, scilicet, morte culpæ per defectum gratiæ, & doctrinæ; in futuro morte pœnæ pro defectu omnis quietis, & lætitiæ. *Suprà* 5. d. Multitudo eius siti exaruit. *Ier.* 2. e. Prohibe pedem tuum a nuditate, & guttur tuum à siti. *Infrà* 45. d. Serui mei comedent: & vos esurietis: serui mei bibent, & vos sitietis. Vel aliter.

a Computrescent pisces sine aqua, &c] Dominus enim aliquando hominem increpando desiccat eum ab abundantia temporalium, & tamen homo per tribulationem non corrigitur, sed peior efficitur: & si non ei aqua deficit; tamen sitis cupiditatis non decrescit: & ita moritur in siti. Hoc est, quod legitur. *Exod.* 5. b. Quòd paleæ subtractæ sunt Hebræis, i. temporalia; & tamen idem numerus laterum exigebatur ab eis: quia tales licet eis sint temporalia subtracta; non tamen minus mali sunt, quam priùs. *Exod* 5. d. Ite, & operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum.

Aliter. * a Computrescent pisces,] id est, homines.

b Sine aqua] gratiæ, vel misericordiæ. Sicut enim pisces ad litteram nutriuntur in aquis: sic homines iusti, maximè Religiosi debent nutriri in aquis gratiarum, vel tribulationum. *Abac.* 1. a. Facies hominis, sicut pisces maris.

c Et morientur in siti,] id est, pro defectu gratiæ. Pisces enim viuunt aqua, & crescunt; sic Sancti gratia, vel tribulatione viuont, & proficiunt. *Iob* 7. a. Tentatio est vita hominis super terram. *Ezech.* 47. b. Erunt pisces multi satis: postquam venerint aquæ istæ, sanabuntur, & viuent. *Gen.* 1. c. Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris. Similis benedictio datur homini ad designandum, quòd homo debet esse, sicut piscis. Piscis enim squamas habet, sic vir sanctus habitum pœnitentiæ, maximè illi, qui sont in Religione.

Proprietates piscis conuenientes homini iusto.

Item piscis latet in aqua; sic vir sanctus occultatur, quando tribulatur in hoc mari, id est, in amaritudinibus mundi. 1. *Ioan.* 3. a. Charissimi, nunc filij Dei sumus; sed nondum apparuit, quid erimus: Scimus enim, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus. Item piscis præda viuit; & iustus prædator est æternæ gloriæ, cuius etiam spe, & pignore viuit in præsenti. *Matth.* 11. b. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti diripiunt illud.

Item piscis habet quandam imaginem nauis: Habet enim pennulas pro remis, & caudam pro gubernaculo: sic Iustus habet nauis similitudinem. Vndè *Iob* 9. d. Dies mei transierunt, quasi naues poma portantes, sicut Aquila volans ad escam. *Prou. vlt.* b. Facta est quasi nauis institoris. Remi nauis, siue pennulæ piscis sunt bonæ operationes, quibus nitimur ad portum quietis æternæ. *Prou.* 30. d. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regum. Cauda piscis est memoria mortis, quæ dirigit hominem, sicut cauda piscem, & gubernaculum nauem. Qui enim considerat, qualis erit in extremo suo, quàm pauper, quàm vilis: non multùm curat esse gibbosus, in medio: & ita dirigitur, & rectus efficitur per paupertatem. 1. *Timoth.* 6. b. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Memoria ergo mortis caudæ comparatur: quia rectificat, & dirigit piscem natantem, sicut gubernaculum nauem. *Prouerbiorum primo* a. Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Item cauda verberat leonem: sic memoria mortis domat, & amaricat superbum diuitem. *Ecclesiastic. quadragesimo* a. O mors, quam amara est memoria tua homini iniusto, & pacem habenti in substantiis suis.

Item cauda abiicit muscas, & operit pudenda animalium, sic memoria mortis noxias cogitationes amouet, & turpia opera vitare facit. Vndè *Ecclesiastic. septimo* d. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quia ergo vtilis est hæc cauda, id est, mortis memoria. Ideò diabolus eam abscidit, quando potest ab homine. Vndè *Deut.* 25. Memento Amalech, quomodo excidit tuam caudam.

Item piscis, id est, Iustus non habet vocem iactantiæ, nec supercilia, id est, signa superbiæ. *Psalm. trigesimo octauo.* Obmutui, & humiliatus sum, &c.

Item *alibi*: Domine, non est exaltatum cor meum, &c.

Item piscis, id est, Iustus non habet pedes curiositatis siue instabilitatis, vel discursionis. *Thren. primo* c. Peccatum peccauit Ierusalem: propterea instabilis facta est. *Ierem. decimo quarto* b. Populus hic dilexit mouere pedes suos & non quieuit, & Dño non placuit.

Item piscis spirat, & trahit aquas spirando; & Iustus suspirat pro irriguo superiori, & inferiori, sicut Axa. *Iosue* 15. d. & *Iudic.* 1. c.

d Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum.] Cœli dicunt sancti viri, & Religiosi, quia cœlati sunt, id est, sculpti per passionis Christi memoriam, & imitationem. *Gal. vlt.* d. Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Vel cœlati sunt, id est, occulti per humilitatem: vnde dicuntur cœli, quia sunt casa Elios, id est, Solis. *Malac. vlt.* a. Vobis timentibus Deum orietur Sol iustitiæ. Isti cœli, id est, Sancti quandiu sunt in hac peregrinatione, inuolnti sunt tenebris ignorantiæ & sacco mortalitatis, & miseriæ sunt circundati, sed in morte soluetur saccus, & dabitur stola gloriæ *Psalm. vigesimo nono.* Concidisti saccum meum, & cætera *suprà vigesimo* a. Solue saccum de lumbis tuis. *Baruc. quinto* a. Exue te, Ierusalem, stola luctus, & vexationis tuæ; & indue te decore, & honore, quæ à Deo tibi est in gloria sempiterna. Hoc dicitur in morte cuilibet Iusto. Vel aliter per hæc verba: Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum; intelligitur habitus pœnitentis, quem portant cœli, id est, cœlestes viri. In sacco enim notatur materiæ vilitas in tenebris coloris obscuritas, quibus debent indui cœli. Sed multi lucidis, & pretiosis induuntur, sicut diues, de quo dicitur *Luc. decimo sexto* e Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & bysso. In purpura notatur coloris claritas, in bysso materiæ pretiositas, & subtilitas. *Soph. primò*, b. secundum *LXX.* Visitabo super omnes, qui sunt in vestibus. Sed multi sunt, qui colorem mutare non possunt, sicut Religiosi; sed materiam pretiosam pro posse suo quærunt. Tales non sunt cœli: quia cœli operti sunt sacco. *Apocal. sexto.* Sol factus est niger, quasi saccus cilicinus, i. Christus, in passione, vel Monachus in religione. In hoc, quod dicit, niger: notatur coloris obscuritas, in sacco materiæ vilitas, in cilicio eiusdem vestis asperitas. *Bar. quarto*, d. Exui me stola pacis: indui me sacco obsecrationis: & clamabo ad Altissimum. Ita debet dicere diues, qui ingreditur claustrum, & assumit arma pœnitentiæ ad pugnandum contra Diabolum *Ioël.* 1. b. Plange, quasi virgo accincta sacco. *Apoc. secundo.* a. Prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis. Talium enim planctus exauditur apud Deum, & eorum prædicatio auditur libenter à populo. *Ezech. trigesimo secundo*, b. Operiam, cum extinctus fueris, cœlos: & nigrescere faciam stellas eius. *Iob. decimo quinto*, c. Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Ibi dicit *Gregor.* Quid in sacco, & cinere, nisi pœnitentia? Quid in cute, & carne, nisi peccatum carnis debet intelligi?

Dum ergo quidam post lapsum carnis ad pœnitentiam redeunt, quasi saccus super cutem consuitur. Et caro cinere operitur: quia culpa per pœnitentiam tegitur, ne in districti Iudicis examine ad vltionem videatur. *Esth. quarto*, a. Non erat licitum indutum sacco aulam Regis intrare: quia qui mollibus induuntur, in domibus Regum sunt. *Matt. vndecimo*, a. Monachi ergo, qui saccis induti sunt, longè debent esse à palatijs Regum. Sed modò magis frequentant curiam, quam alij: ideò timendum est eis, ne longè fiant à palatio regni cœlestis, Petrus in curia negauit Christum. *Matt.* 26 g. Sequitur.

a Dominus b dedit mihi linguam eruditam, vt c sciam sustentare eum, d qui † lapsus est e verbo. Erigit f mane, mane erigit mihi aurem, vt g audiam quasi Magistrum. Dominus h Deus aperuit mihi aurem, i ego autem non contradico: k retrorsum non abijt. l Corpus meum dedi percutientibus m & genas meas vellentibus. n Faciam meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Dn̄s o Deus p auxiliator meus: q & ideò non sum confusus: r Ideo f posui faciē meam, vt s petram durissimam:

a Dominus dedit mihi &c.] *Glos. Hai.* Quamuis possent hæc ad Isaiam referri, propriè tamen referuntur ad Christum. *Tertia pars.* Primò ergo exponatur, secundum quod Hebræi exponunt de Isaia, qui dicit: [Dominus dedit mihi linguam eruditam,] id est, dedit mihi eruditionem, [siue discretionem loquendi, vt sciam, quando & quid, quomodo & cui loquendum sit. Vnde subdit: c Vt sciam sustentare,] i. erigere. d Eum, qui lapsus est,] in peccatum. e Verbo] instructionis, sicut aliquis erigit alium, quando cecidit in lutum. Vel. c Vt sciam &c.] i. vt pauperem sciam defendere in causa sua contra aduersarium, & pro eo fortiter allegare. Vel, [Vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo,] id est, vt sciam fatigatos verbo consolationis subleuare. f Erigit mane, manè, erigit mihi aurem,] id est, singulis diebus excitat me ad audiendum & ad discendum, infundendo gratiam & intelligentiam. Vel ad literam, summo diluculo. Et loquitur ad modum paruuli, quem Magister accipit per aurem, & trahit, vt attentiùs audiat. Vnde subdit: g Vt audiam, quasi Magistrum,] sicut puer tunc audit Magistrum, quando excutit ei aurem, & trahit eum aure. Vnde *suprà* 28.e. Tantummodo vexatio dabit intellectum auditui. h Dominus Deus aperuit mihi aurem,] i. mihi reuelauit voluntatem suam & docuit.

d. † *lapsus.* C *Matth.* 18.*g.*

i Ego autem non contradico,] voluntati eius per inobedientiam.

k Retrorsum non abijt,] id est, ab eo non recessi: vel non subterfugi, quin intrepidus verba eius proferrem, & Manassem Regem impium arguerem. l Corpus meum dedi percutientibus &c.] Tria notantur hic in Isaia, quæ decentia sunt, & necessaria in quolibet Prædicatore: Scientia & eloquentia simul, *ibi*, [Dominus dedit mihi linguam eruditam.] Obedientia, *ibi*, [Ego autem non contradico.] Et patientia, vt *hic*. [Corpus meum &c. Doctrina enim viri per patientiam agnoscitur. *Pro* 19.b. exponunt autem hoc Iudæi de his, quæ passus est Isaias sub Manasse, à quo etiam occisus est. Sed quia hæc non constant de Isaia, veriùs exponentur postea de Christo, Dicitur ergo, [Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus,] id est, patienter sustinui ista. n Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me.] Hoc est planum. Sed quia in aduersis homo non debet confidere in sua fortitudine; sed in Dei adiutorio, ne in aduersis frangatur. Ideò subdit, o Dominus Deus auxiliator meus:] quasi dicat, quòd hoc potui sustinere, non à me est, sed à Deo. q Et ideò non sum confusus,] quia confido in bono auxiliatore, in quo qui confidit, non frustratur auxilio,

r Ideò,] quia quidem Dominus auxiliator meus est. f Posui faciem meam,] id est, firmaui & stabiliui. Vel, [Posui,] i. exposui omnibus ad percutiendum. s Vt petram durissimam] quæ ictus non timet. *Ezech.* 3.b. Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam.

Mysticè. ✠ a Dominus dedit mihi linguam eruditam.] Hic est aptissimum mysterium Prædicationis & passionis Christi. Dicit ergo filius Dei secundum formam serui. a Dn̄s,] Pater. b Dedit mihi linguam eruditam,] à falsitate, vanitate, loquacitate, scurrilitate, i. scientiam, siue sapientiam in loquendo, *Septuaginta*. Linguam disciplinæ. *Ioan.* 7.g. Nunquam sic locutus est homo, sicut homo hic loquitur.

c Vt sciam sustentare eum,] i. genus humanum. d Qui lapsus est,] in peccatum, e Verbo] prædicationis. Vel ad literam, quia imperio suo sanabat infirmos & debiles roborabat. *Matth.* 9 a. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam: & surrexit, & abijt in domum suam. Item *Matt.* 7.d. Erat docens eos sicut potestatem habens. Vel lapsos sustentabat verbo, quia peccatoribus veniam dabat. *Matth.* 9 a. Confide, fili, remittuntur tibi peccata tua. *Supr.* 42.a. Calamum quassatum non conteret & linum, fumigans non extinguet. *Septuaginta*. Vt sciam, quando oporteat me loqui verbum. *Eccl.* 20.c. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit eam in tempore suo.

f Erigit mane &c.] Magister trahit puerum per aurem, vt attendat; sic pater filium flagellauit, & traxit, vt disceret compati per experientiam doloris. *Hebr.* 5.c. Et quidem cùm esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est obedientiam. Sed à quo Magistro? A flagello, quia ex his, quæ passus est. Iste magister durus est & tamen Christo præfectus est, sic & Sanctis præfectus est idē Magister, Vnde *Exod.* 1. b. Præposuit eis Magistros operum, vt affligerent eos oneribus. Magistri operum sunt tribulationes, quæ compellunt non ad sciendum, sed ad operandum. *Ier.* 6.b. Per omnem dolorem, erudieris, Ierusalem. Bonum est audire à tali Magistro, quia non docet nisi sapientiam. *Eccl.* 3.d. Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Et nota, quòd dicit *B. Bern.* Pati voluit Christus, vt compati sciret. misereri voluit Christus, vt misereri disceret. Et postea subdit. Sed & hoc ad corpus eius refertur, quod est Ecclesia: vt sit sensus, Didicit ex his, quæ passus est, hoc est, obedientiam didicit in corpore ex his, quæ passus est in capite. f Erigit mane: erigit mihi aurem,] id est, ad initio conceptionis omnium scientiam mihi dedit, g Vt audiam quasi Magistrum, quia quæcunque sciuit, à Patre sciuit. *Ioan.* 14 b. Ego à meipso non loquor. Vel, [Vt audiam,] id est, vt obediam, sicut Discipulus Magistro. h Dominus Deus aperuit mihi aurem,] id est, dedit mihi intelligentiam suæ voluntatis. i Ego autem non contradico,] voluntati eius. *Matth.* 26.d. Veruntamen non sicut ego volo sed sicut tu.

k Retrorsum non abijt,] id est, ab eo non recessi. *Ioan.* 14. b. Pater in me manens ipse facit opera. Vel, [Retrorsum non abij,] id est, præ timore non dimisi prædicationem, nec alia, quæ pertinebant ad salutem hominum. Similiter dicit Apostolus de se *Act.* 20.f. Mundus sum à sanguine omnium: non enim subterfugi, quo minus annunciarem vobis omne consilium Dei. Econtra de malis dicitur *Ier.* 7.e. Facti sunt retrorsum & non in ante [Moraliter.] Notantur hic plura, quæ debent esse in bono Prædicatore & Doctore. Primum est discretio in docendo, *ibi*. [Dominus, dedit mihi linguam eruditam.] Vnde *B. Andreas* dixit: Si vis noscere, assume tibi formam Discipuli *infrà* 54.d. Vniuersos filios tuos doctos à Deo. Talis, scilicet, qui doctus est a Deo, potest dicere *Prou.* 20.b. Oculum videntem & aurem audientem Dominus fecit vtrunque, id est, Magistrum & Discipulum Secundum est diligentia in audiendo, vt priùs fuerit discipulus, quàm magister, *ibi*.] Erigit mane &c.] In iuuentute enim debent pueri addiscere. *Thren.* 3.d. Bonum est viro, cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Vel mane dicit propter Scholares dormientes vsque ad primam. Tertium est obedientia in operando *ibi*. [Ego autem non contradico &c.] Quartum est patientia in tolerando, *ibi*. [Corpus meum dedi percutientibus,] Quam patientiam Christus habuit, de quo & Propheta apertè loquitur hic in persona eius, percutientibus Iudæis, vel militibus Romanis. *Moraliter.* *Misticè.*

m Et genas meas vellentibus,] id est, illis qui dabant mihi alapas. Vnde *Septuaginta*. Dorsum meum posui ad flagella, & genas meas ad alapas. Potest etiam esse, quòd ei vellebant pilos genarum, licet non legatur. Genæ autem sunt, sicut *Haimo*, loca illa, in quibus primò apparet barba. Fecit ergo Dominus, quod docuit, dans genas suas ad alapas, sicut dicit *Matth* 5.f. Qui percusserit te in vnam maxillam, præbe ei & alteram *Threnor.* 3.d. Dabit percutienti se maxillam saturabitur opprobrijs. *Michea* 5.a. In virga percutiens maxillam Iudicis Israel. *Iob.* 16.b. Exprobrantes percusserunt maxillam meam. *Prouerbiorum* 17.d. Non est bonum damnum inferre Iusto, nec percutere Principem, qui recta loquitur.

n Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me.] Verbis eum increpabant, & sputis maculabant *Septuaginta*. Faciem non auerti à confusione Sputorum. *Iob* 10.b. Faciem meam conspuere non verentur.

o Dominus Deus,] Pater. p Auxiliator meus,] in passione.

q Et ideò non sum confusus,] spe resurrectionis.

r Ideò posui faciem meam vt petram durissimam,] id est, irridentibus & percutientibus eam exposui, vel firmaui. *Luc.* 9.f. Ipse firmauit faciem suam, vt iret Ierusalem *Ezech.* 3.b. Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam. Adamas pretiosus est, & durus & attrahit ferrum; sic mansuetudo pretiosa est & dura: quia omnia sustinet, & ferrea corda trahit ad se. Frangitur tamen sanguine hirci: similiter mansuetudo frangi debet ad peccata. Non n. mansuetudo debet esse ad tolerandū & fouēdū peccantes in peccato suo; sed increpandi & arguendi sunt.

b vt silicem dedi faciem tuam. *a* Et scio, quoniam non confundar. Et quare? Quia, *b* Iuxta est, qui iustificat me,] id est, proximus est mihi, & paratus auxiliari in tribulatione. Et signanter dicit, [qui iustificat me,] id est, probat me, sicut aurum in fornace per tribulationes, in quibus etiam est mecum. *Psal.* 23. Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde. Item. *Psal* 90. Cum ipso sum in tribulatione. Quòd autem tribulatio, vocetur iustificatio, habetur in *Psal.* 118. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar. Cùm ergo Dominus sit mecum. *d* Quis contradicet mihi,] impugnando me verbis? *e* Stemus simul,] id est, veniat, & dicat, quicquid voluerit. *f* Quis est aduersarius meus,] impugnans me verberibus & plagis, accedat ad me] quasi dicat, paratus sum audire verba contumeliosa & falsa, & respondere vera & dulcia: & iterum paratus sum sustinere verbera & plagas & per patientiam vincere. *h* Ecce Deus auxiliator meus: & quis est, qui condemnet me?] quasi dicat, nullus est, qui posset condemnare me cùm Deum habeam adiutorem, Corpus possunt lædere, sed animam non possunt condemnare Vel [qui condemnet me,] iniquitatis & iniustitiæ, quasi dicat, nullus. Deinde subdit sententiam de aduersarijs suis. *k* Ecce omnes, quasi vestimentum, contererentur, id est, causa suæ destructionis ex ipsis veniet, sicut tinea de veste nascitur, qua ipsa vestis consumitur. Vnde subdit *m* Et tinea comedet eos,] quia propter peccata Manasses sunt in captiuitatem ducti. Vel secundùm quod exponitur de Christo, prædicitur hic pœna Iudæorum incredulorum, qui post quadragintaduos annos à passione Domini, destructi sunt à Romanis.

Al. † contradicit.

al. † Domini.

D

al. † Domini.

al. † sui.

a & scio, quoniam non confundar. *b* Iuxta est, *c* qui iustificat me: *d* Quis † contradicet mihi? *e* Stemus simul. *f* Quis est aduersarius meus? *g* accedat ad me. *h* Ecce † Deus auxiliator meus, *i* quis est, qui condemnet me? *k* Ecce omnes quasi *l* vestimentum contererentur, & *m* tinea comedet eos. *n* Quis ex vobis timens † Deum *o* audiens *p* vocem serui † eius. *q* Quis ambulauit in tenebris, *r* & non est lumen ei? *s* Speret in nomine Domini

Quarta pars. *n* Quis ex vobis, &c.] Quarta pars, in qua prædicta pœna malorum hortatur bonos, vt audiant verbum Dei. Dicit ergo, [Quis ex vobis timens Deum.] Illud quis, nota est raritatis. *o* Audiens vocem serui sui,] id est, Prophetæ sui, mei, scilicet, qui ex nomine eius loquor. Sed possent quærere, quare debemus audire. Ecce, *q* Qui ambulauit in tenebris,] id est, in tenebrositate carceris, vel in aduersitate captiuitatis. *r* Et non est lumen ei?] Lumen, s. prosperitatis. Talis si sit timens Deum, & audiens vocem serui eius: Speret in nomine Domini

Mysticè. ⊕ *a* Et scio, quoniam non confundar,] in resurrectione, licet confusionem passus sim in passione. *Ierem.* 17. e. Confundantur, qui me persequuntur: & non confundar ego, Quia *b* Iuxta est,] id est, prope ad auxiliandum, qui me misit. *Ioan.* 8. d. Qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia quæ placita sunt ei, facio semper. *c* Qui iustificat,] id est, iustum, [me] esse ostendit, & dicit *Matt.* 3. d. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. *d* Quis contradicet mihi? stemus simul,] in iudicio, quasi dicat, si quis mihi contradicit dicens me iniustum, stemus simul ante faciem Pilati, vt accuset me. *f* Quis est aduersarius meus,] id est, si quis est aduersarius meus, qui dicat me meritò esse crucifigendum. *g* Accedat ad me,] id est, me coram Iudice Pilato accuset, vt sic iudicatus falso iudicio pro salute omnium moriar. Et notandum est in his verbis, quantum Saluator pro nobis pati optauerit. *h* Ecce Deus auxiliator meus, quis est, qui condemnet me,] id est, qui audeat me condemnare? Hoc ausi sunt Principes Sacerdotum, qui Dominum postquam dixerat, Videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli: dixerunt. Reus est mortis. Vel aliter.

Mat. 16. *f.*

Aliter. *d* Quis contradicet mihi, &c.] Postquam præmisit de passione, loquitur contra ingratos & contradictores, sicut *suprà* 45. b. postquam præmiserat de passione subiunxit, Væ qui contradicit factori suo, testa de samijs terræ. Sunt autem duo genera contradicendi Christo. Verbo & facto, de quibus dicit. [Quis contradicit mihi,] id est, doctrinæ meæ, scilicet, peruersa docendo?

e Stemus simul,] in iudicio discussionis, vel extremi examinis. *sup.* 43. d. Reduc me in memoriam, & iudicemur simul. Item *suprà* 3. c. Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandos populos. *Osea.* 4. Iudicium Domino cum habitatoribus terræ *Mich.* 6. a. Iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel dijudicabitur. *f* Quis est aduersarius meus,] mihi in vita & moribus aduersandos, & si verbis non contradicat? *Titum.* 1. d. Confitentur se nosse Deum; factis autem negant.

g Accedat ad me,] id est, veniat ad lumen, & consideret se errare. *Psal.* 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Vel, [Accedat ad me,] vt iudicemur simul, vtrum ego de minori beneficio arguendus sim, aut ipse de ingratitudine culpandus *suprà* 5. b. Quid vltrà debui facere vineæ meæ, & non feci? *Iob.* 31. b. Si contempsi subire iudicium cum seruo meo?

h Ecce Deus auxiliator meus,] in opere redemptionis humanæ peragendo. *i* Quis est, qui condemnet me,] de insufficienti labore, quasi dicat, nullus potest me arguere de imperfectione operis & laboris pro salute hominum: me enim totum in vsum eorum dedi & expandi. *Ier.* 12. b. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Deinde dat sententiam contra aduersarios & contradictores suos dicens: *k* Ecce omnes,] aduersarij generaliter omnes.

l Quasi vestimentum contererentur,] in inferno, vel in morte, vel specialiter Iudæi à Romanis. In inferno enim caro malorum, quæ vestimentum animæ est, tormentis æternis cruciabitur exteriùs. *m* Ex tinea comedet eos,] id est, vermis conscientiæ interiùs. *infrà* 51. e. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. *Iob.* 4. d. Qui habitant domos luteas, qui terrenum habet fundamentum, consumentur velut à tinea. *Iob* 13. d. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum, quod comeditur à tinea. *n* Quis ex vobis, &c.] Posita pœna malorum in parte, inuitat bonos ad sperandum, & loquitur generaliter ad timentes Deum: vel specaliter ad Iudæos, de quorum errore prædixerat, reuocat à tenebris ignorantiæ & infidelitatis, vt credant & sperent in Christum. Et dicit: [Quis ex vobis timens Deum audiens vocem serui eius?] quasi dicat vos me flagellastis & conspuistis: ego tamen ad pœnitentiam voco. Nolo enim mortem peccatoris. *Ezech.* 18. g. *p* Vocem serui eius,] id est, mei, qui sum seruus eius, dicit Christus secundùm quòd homo. Specialiter illa vox Christi audienda est à nobis, qua dicit *Luc.* 23. e. Pater ignosce illis: non. n. sciunt, quid faciunt. Hæc vox omnes peccatores reuocat ad spem indulgentiæ. In hac voce metera debemus spem & gratiam & veniam. *Osea.* 10. d. Metite in ora misericordiæ. Vel,

o Audiens vocem serui eius,] id est, obediens præceptis eius. Et est bona iunctura timoris & obedientiæ: quia sicut dicit *Eccles.* 2. d. Qui timent Deum, custodiunt mandata illius. Timor custodit, quia ianitor fidelis est animæ, comminans mortem æternam latronibus intrare volentibus, latrans contra eos. Et etiam adeò sollicitus, quòd etiam amicis oblatrat. Vnde *Iob.* 9. d. Verebar omnia opera mea, sciens, quòd non parceres delinquenti. Vnde *Gregor.* Sæpe enim sordet in conspectu æterni Iudicis, quod in intentione fulget operantis. Ideò dicit *Eccles.* 18. d. Homo sapiens in omnibus metuit. Et *Prouerbiorum* 28. b. Beatus vir, qui omnia metuit: Vel secundum nostram literam, Qui semper est pauidus. *Eccles.* 25. b. Beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei. Et *in eodem.* Timor Domini superat omnia: Vel secundum nostram literam, Super omnia se superposuit.

q Quis ambulauit in tenebris,] id est, quis vixit in tenebris peccati & ignorantiæ.

r Et non est lumen ei,] id est, sine lumine veritatis extitit? Si quis talis est: dum idem conuertatur ad timendum Deum, & audiendum vocem serui eius, sicut prædictum est.

s Speret in nomine Domini,] id est, in misericordia Domini, per quam ipse nominabilis. Et est congruus ordo, vt timentes Deum sperent in eum, vt sic homo inter duas molas incedat: de quibus *Deut.* 24. b. Hoc est, quod dicit *Eccl.* 2. b. Qui timetis Deum, sperate in eum, & in oblectationem veniet vobis misericordia. Vel aliter.

q Quis ambulauit in tenebris,] id est, quis conuersatus est humiliter & latenter, & se tenebrosum & ignorantem reputauit, sicut Dauid, qui dicit. Neque ambulaui in magnis &c. Sancti enim tenebrosi sunt. Vnde *suprà eodem.* b. Induam cœlos tenebris. *Exod.* 2. d. Vir Ægyptius liberauit nos de manu Pastorum, insuper & hausit aquam nobiscum potúmque dedit ouibus. Vir Ægyptius est Prælatus tenebrosus, qui magis latere appetit, quàm fulgere. Talis liberat oues & adaquat. *Aliter.*

r Et non est lumen ei,] i. fulgor prosperitatis mūdanæ. *Iob.* 31. f. Si vidi Solem, cùm fulgeret, & lunā incedentē clare?

a Speret in nomine Domini] non in idolis: sed in misericordia Domini, qua ipse est dominabilis. b Et innitatur super Deum suum] quasi dicat, si hoc fecerit, illuminabitur.

c Ecce omnes vos accendentes ignem, &c.] Vltima pars, in qua plenius di-

Quinta pars. cu de pœna malorum, & de qua supra in parte tetigerat. Hæc autem pœna est cõbustio, quam passi sunt a Chaldæis

ret a in nomine Domini, b & innitatur super Deum suum. c Ecce omnes vos d accendentes ignem e accincti flammis. f Ambulate in lumine ignis vestri, g & in flammis, quas succendistis † vobis. h De manu mea i factum est hoc vobis. In k doloribus l dormietis.

primò, postea a Romanis, tertiò in inferno damnati. De triplici enim igne exponitur. Dicit ergo [Ecce omnes vos] tam maiores, quam minores: quia nullus est timens Deum.

d Accendentes ignem,] quasi dicat. O Iudæi ciuitates vestræ succendentur à Chaldæis, vel à Romanis, & vos accenditis ignem per peccata vestra: vel ignem gehennæ, de quo supra 30. g Præparata est ab heri Tophet, à Rege præparata est, & dilatata, nutrimenta eius ignis, & ligna multa, flatus Domini, sicut torrens sulphuris succendens eam. Materia huius ignis sunt, sicut dicit Glos. lignum, fœnum, stipula. 1. Corinthior. 3. c. spinæ, & tribuli. Vnde in Prouerb. In multis lignis viget ignis: In nostra litera habetur sic: Prouerbiorum 29. c. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescunt. Ecclesiast. 38. b. Secundum ligna siluæ sic ignis exardescit.

e Accincti flammis,] id est, circundati ad litteram: quia multi in ipsis ciuitatibus combusti sunt à Chaldæis, & Romanis. Vnde subdit.

f Ambulate in lumine ignis vestri,] id est, ambulabitis, siue transietis de loco ad locum per ciuitatem ardentem, vt sic euadere possitis.

g Et in flammis, quas, succendistis vobis.] Ieronymus non habet [vobis] nec vera exemplaria. [Vobis,] id est, quæ merito peccatorum vestrorum succensæ sunt. Vel.

f Ambulate,] id est, ambulabitis. Hoc dicit, quia cùm captiui ducti sunt in Babylonem, poterant ambulantes videre lumen ciuitatum suarum, quæ comburebantur. Exponitur autem ironicè de igne inferni sic.

f Ambulate in lumine ignis, &c.] quasi dicat, ignis ille non erit luminosus, sed tenebrosus: Ardet enim ignis ille, & non lucet, vt dicit Gregorius super Iob. Nec ambulabitis, sed permanebitis in eo. Et vt meliùs credant, quod dicit Propheta, subditur in persona Domini.

h De manu mea nec factum est hoc vobis,] i. fiet vobis qui hoc meruistis. Et dicit [De manu mea,] id est, de potentia mea. Vel loquitur more nostro, & exprimitur per hoc magna ira eius. Multùm enim iratus est Rex, quando vult aliquem propria manu suspendere. Et iterum ne credant se euasuros citò pœnam, & captiuitatem, subdit.

k In doloribus,] vastationis, vel captiuitatis, vel inferni.

l Dormietis,] id est, permanebitis, ibi semper iacentes in pœna, qui semper dormiuistis hic in malitia.

Mystice. ⊕ a Speret in nomine Domini] 1. Machab. 2. g. Omnes, qui sperant in eum, non infirmantur.

b Et innitatur super Deum suum.] Quidam innituntur diuitijs, & corruunt. Prouerbior. 11. d. Qui confidunt in diuitijs suis, corruent, id est, simul cum diuitiis ruent. Gregorius Stare vllo modo nequeunt, quia ipsa quoque fugiunt quibus innituntur. Inniti ergo diuitiis est inniti vmbræ, & vento. Iob. 31. c. Si putaui aurum robur meum, & obrizo dixi: fiducia mea. Si lætatus sum super diuitiis meis multis. Alij autem confidunt in amicis, & familiaribus suis. Ierem. 17. a. Maledictus vir, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. supra 36. Ecce confidit super baculum arundineum confractum istum super Ægyptum: cui si innisus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam. Illi enim, de quibus homines magis confidunt, illi perforant manus eorum sub specie sustentationis, quia videntur amici, & non amant, nisi vt aliquid accipiant à manu perforata. Sen. Mel muscæ, lupi cadauera: prædam sequitur turba ista, non hominum. Item alij confidunt, & innituntur viribus corporis. De quibus dicitur Amos 5. f. Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus, & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. Item alij confidunt, & innituntur prudentiæ suæ. Prouerbior. 3. a. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. Primi ergo confidunt & innituntur vmbræ: secundi arundini contractæ, tertij parieti inclinato, & maceriæ depulsæ quarti vento, id est, ventosæ scientiæ, quia scientia inflat, sicut ventus vesicam. Corinth. 8. a. Super talia ergo non est innitendum, sed super Deum suum. 1. Petr. vlt. b. Omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. Psalm. 54. Iacta super Dominum curam tuam; & ipse te enutriet. Cant. 8. b. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitiis affluens, innixa super Dilectum suum, vel meum? Ecclesiast. 2. b. Respicite, filij nationes hominum, & scitote: quia nullus sperauit in Domino, & confusus est: & permansit in mandatis eius, & derelictus est. Sequitur pœna malorum secundum vnam expositionem.

Al. † non habet vobis.

c Ecce omnes vos accendentes ignem] Loquitur de igne gehennæ generaliter, quantum ad omnes incredulos, & specialiter de combustione facta à Romanis, quantum ad Iudæos. Sed de hoc expositum est in prima lectura: Ideò modò aliter exponendum est, secundum quod loquitur Christus persecutoribus suis ostendens eis culpam suam, & inuitans eos ad pœnitentiam dicens.

e Ecce omnes vos accendentes ignem accincti flammis.] Ignem passionis accendunt ei, & flammis accincti sunt, id est, furore persecutionis armati in eum; sed de hoc igne lumen refulsit, quia ex passione, & resurrectione Saluatoris totus mundus illuminatus est. Ad quam lucem etiam persecutores suos misericorditer inuitans, subdit.

f Ambulate in lumine ignis vestri,] id est, ponite gressum actionis vestræ in luce fidei, quæ de passione mea, cuius auctores fuistis, per gloriam resurrectionis vbique resplendet.

g Et in flammis, quas succendistis] ambulate, id est, ardores tribulationum, quos mihi excitastis inimici, tunc pro nomine meo tolerate libenter amici: Sicut Saulus mala, quæ Sanctis intulerat, postmodum ipse pertulit, sicut ipse dicit 1. Corinth. 15. b. Non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Et postea subdit: Plus omnibus laboraui.

h De manu mea,] id est, non ex merito vestro, sed ex dono meo.

i Factum est hoc vobis,] scilicet pati pro me, quod est magnum donum. Vnde Phil. 1. d. Vobis donatum est pro Christo non solùm, vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini.

k In doloribus dormietis, id est, in passionibus pro nomine meo delectabimini, & requiem eas æstimabitis. Deuteron. trigesimo tertio, c. Populos vocabunt ad montem, ibi immolabunt victimas iustitiæ, scilicet, in monte positi, id est, in eminentia vitæ. Secundò per mortificationem carnis Deo victimabunt, vel exponentes se pro eo ad martyrium: & hoc faciunt libenter, & lætanter. Vnde subditur ibi: Inundationes maris quasi lac sugent, id est, tribulationes delectabunt eos. Sancti enim sub amaro cortice inueniunt dulcedinem nuclei, & in mari piscium refectionem sumunt, & in arenis thesaurum quærunt. Vnde subditur. Et thesauros arenarum absconditos. Non solùm enim delectabile est pati pro Christo; sed expediens, quia lucrum est. Tribulatio enim est locus, in quo inuenitur thesaurus: Beati enim, qui persecutionem patiuntur própter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum, Matthæi quinto, a. De isto thesauro dicitur Iob. trigesimo octauo, c. Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? Per niuem, quæ candida est, intelligitur innocentia, vel iustitia: per grandinem tribulatio Sanctorum, & angustia. Quæ simul coniunguntur in Sanctis: quia patiuntur innocentes propter iustitiam, non propter culpam. 1. Petr. quarto, d. Nemo vestrum patiatur, vt homicida, aut fur. Item 1. Petri tertio, c. Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati eritis. Cantic. quinto, c. Dilectus meus candidus, ecce iustitia, vel innocentia, quæ significatur per niuem: & rubicundus, ecce grando. In hac niue, & grandine magnus est thesaurus, scilicet, fructus vitæ æternus. Dicit ergo [In doloribus dormietis,] id est, requiem inuenietis. Vel [dormietis,] id est, moriemini, sicut Martyres. Apocalip. 14. a. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Et Beatus Bernard. addit. Multò magis qui pro Domino occiduntur.

EXPOSITIO CAP. LI.

AVdite me, qoi sequimini,&c.]Hoc capitulum diuiditur in sex partes. In prima parte consolatur Iudæos, & ostendit se posse liberare eos per exemplum Abrahæ, & Saræ, quos multiplicauit, cùm soli essent. In secunda ostendit se destructurum Chaldæos per Cyrum:& ideò monet non esse timendum, cùm in proximo sint destruendi hostes eorum: & ipsi Iudæi in statum fœlicitatis pristinæ restituendi *ibi*.[Prope est Iustus meus.]In tertia parte hoc idem, quod promittit Dominus,petit Propheta,*ibi*.[Consurge,consurge]Io quarta parte hoc idem futurum, quod petierat, Propheta prædicit, *ibi*. [Et nunc qui redempti sunt.] In quinta hoc idem se facturum Dominus confirmat,*ibi*. [Ecce ego ipse consolabor vos.] In sexta parte monet Dominus ipsum Prophetam,vt ad spem populum excitet, ostendens eis eorum miseriam & Dei liberationem proximam,*ibi*. [Posui verba mea in ore tuo.] Dicit ergo,*a* Audite, &c.] *Haimo*, Superiùs Iudæos incredulos, & malos allocutus est ; nunc verò bonos alloquitur dicens.[Audite me,qui sequimini, quod iustum est,] vel iudicium, alia littera, qui iustè viuitis , quantum ad proximos.

CAP. LI.

A *a* AVdite me, qui sequimini, quod iustum est, *b* & quæritis Dominum. *c* Attendite ad petram, vnde excisi estis: & *d* ad cauernam laci, de qua præcisi estis. *e* Attendite ad Abraham patrem vestrum: *f* & ad Saram, *g* quæ peperit vos. *h* Quia vnum *i* vocaui eum, *k* & benedixi ei, *l* & multiplicaui eum. *m* Consolabitur ergo Dominus Sion, *n* & consolabitur omnes ruinas eius. Et *o* ponet desertum eius, quasi delicias:

Δ Et solitudinem eius

laci, de qua præcisi estis.]*Septuaginta*. Attendite in robustam petram, quam excidistis: & in foueam laci, quam fodistis. Vtraque littera conuenit Christo passo, qui dicitur petra.

b Et quæriris Dominum,] id est, cultum Domini, quasi dicat, tantùm ad vos bonos loquor.

c Attendite,] non solùm audite, sed [attendite ad petram,vnde excisi estis,]id est,ad Abraham,qui fuit firmus in cultu meo,à quo nati estis,quasi dicat,attendite, quomodo liberaui Abraham miraculosè de Hur Chaldæorum, & eum in terram alienam adduxi, & multiplicaui,ita & vos liberabo & multiplicabo. Qui enim potui vos multiplicare vno homine,cùm nondum eratis,multò magis potero vos liberare, qui estis.

d Et ad cauernam laci,de qua præcisi estis,] id est, attendite ad Saram,de qua estis excisi, id est,nati : quia generatio fit per decisionem,quasi dicat,ex quo dedi Saræ sterili & vetulæ potentiam generandi vos, qui non eratis:potero liberare vos, qui estis. Et nota, quòd secundum Hebræos cauerna laci dicitur mulier, quia recipit semen.

e Attendite ad Abraham patrem vestrum,] expositio est præcedentis. *f* Et ad Saram,quæ peperit vos,] attendite, scilicet. Et quid est attendendum in eis, subdit :

h Quia vnum vocaui eum,] id est, dum vnus erat, id est, solus.

i Vocaui eum,]dicens *Gen*.12.a.Egredere de terra tua & de cognatione tua,&c.

k Et benedixi ei.]*Glos*.in suis operibus,id est,in laboribus suis, scilicet, in fructu operum & laborum. Et hoc est, quod subdit.

l Et multiplicaui eum, [in substantia & filiis.*Genes*.15.a. & 22.c. Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, &c. Hoc ergo dicit eis Dominus , vt & ipsi sperent se multiplicandos & liberandos , si pœnituerint. Vnde concludit.

m Consolabitur ergo Dominus Sion, &c.] Et nota,quòd promittit eis tria. Liberationem ipsorum, reædificationem ciuitatum,abundantiam omnium temporalium. Vnde dicit.[Consolabitur ergo Dominus Sion ,] filios suos ad eam reducendo.

n Et consolabitur omnes ruinas eius,] id est, restaurabit omnia ruinosa ciuitatum,quæ pertinent ad Sion,quæ metropolis erat omnium. Et ista restauratio dicitur consolatio,sicut in gallico consolatio dicitur confortatio.

o Et ponet desertum eius,]id est, Ierusalem, siue Sion. Et vocat desertum Ierusalem , omnem terram promissionis, cuius Sion erat Metropolis,hæc terra redacta erat in solitudinem tempore captiuitatis:sed modò dicit; quòd [ponet desertum eius,quasi delicias,] quantum ad abundantiam terræ nascentiũ,vt sunt prata, gramina,& huiusmodi

Mysticè. Mysticè] *a* Audite me, qui sequimini,quod iustum est, & quæritis Dominum, &c.] Loquitur ad Apostolos ,& Apostolicos viros. Et dicit duo , sequi , scilicet , & quærere. Sequi enim debemus Deum pedibus affectionum,& quærere manibus operationum. Vel audire debemus per obedientiam mandatorum. *Ecclesiastic*.24.c.Qui audit me, non confundetur. Sequi debemus per impletionem consiliorum.*Ioan*.8.b Qui sequitur, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Quærere debemus per intelligentiam sacrorum eloquiorum. *Matt*.7.a. Qui quærit,inuenit.

c Attendite ad petram,vnde excisi estis : & ad cauernam laci, de qua præcisi estis.]*Septuaginta*. Attendite in robustam petram, quam excidistis: & in foueam laci, quam fodistis. Vtraque littera conuenit Christo passo, qui dicitur petra. 1. *Corinth*. 10. a. Hanc petram excidimus, quia merito peccatorum nostrorum abscisus est de terra viuentium. *inf*.53.c.*Bern*. Væ tibi ô amaritudo peccatorum meorum, pro qua tollenda tantam te oportuit , ô bone Iesu, pati amaritudinem. Ab hac petra etiam excisi sumus : quia per eum in ipso sumus regenerati. Fouea,siue cauerna laci est vulnus lateris Christi. Specialiter ab hoc lacu exierunt duo flumina,vnde & sanguis in ablutionem peccatoris & menstruatæ , sicut dicitur *Zach*. 13. a. In die illa erit fons patens domui Dauid , & habitantibus Ierusalem in ablutionem,&c.*Cantic*.2.d. Veni, columba mea,in foraminibus petræ , in cauerna maceriæ. Has fossas fodimus , sicut ipse dicit per *Psal*. 21. Foderunt manus meas & pedes meos,&c. Et *Zachar*.13.c. His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me, id est, diligere debebant. *Ioan*.19. g.Videbunt, in quem transfixerunt. Dicit ergo.[Attendite ad petram,&c]id est,ad Christum passum, confossum,attendite, scilicet, ad imitandum. Nobilis enim homo dum attendit progenitores strenuos , vitat ignauiam. Item attendite ad compatiendum *Threnor*.1.d.O vos omnes, qui transitis per viam,attendite,&c. Sed quid dicit *Amos* 6. b. Bibentes vinum in phialis , & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Item adinuicem rependendum. *Prouerbiorum* 23.a. Cùm sederis, vt cum Principe comedas, diligenter attende , quæ posita sunt ante faciem tuam:& memento te similia præparare. Secundum aliam litteram. Item attendite ad hanc petram , tanquam ad refugium. *Psalm*. 103. Petra refugium herinaciis , *suprà secundo* c. Ingredere in petram , & absondere in fossa humo à facie timoris Domini , & a gloria Maiestatis eius. Vel aliter. Dicit Dominus. *Thema de passione Domini.*

c Attendite ad petram,] id est, considerate duritiam cordis infidelium , vnde ferro prædicationis meæ estis excisi per gratiam meam,vt viui lapides in ædificationem Ecclesiæ poneremini. *Aliter.*

d Et ad cauernam laci, de qua præcisi estis,]id est, fauces baratri , de quibus estis misericorditer liberati cogitate. Vel cauerna laci est Ecclesia , de qua excidimur per lauacrum Baptismi. Item potest esse thema de Beato Benedicto,qui dicitur petra,quia fortis,durus & quietus. Cauerna laci dicitur propter doctrinam: ex ipso enim exiuit regula,quæ alios instruit. Sequitur. *Thema de beato Benedicto.*

e Attendite ad Abraham patrem vestrum ,] expositio est præcedentis , id est , ad Christum , cuius filij estis per fidem.

f Et ad Saram,]id est,Ecclesiam.

g Quæ peperit vos *infrà* 54. a. Multi filij desertæ magis, quam eius,quæ habet virum.

h Quia vnum ,] id est , dum vnus , idest , solus erat.

i Vocaui eum]in passione,quando venit hora,vt transiret de hoc mundo ad Patrem. *Psalm*. 140. Singulariter sum ego,donec transeam *infrà* 63.a. Torcular calcaui solus.Vel vnus dicitur, id est,excellens omnes. *Cant*. 5. c. Electus ex millibus. *Ioh*.13.*a*.

k Et benedixi ei,]id est,Christo maximè corporis glorificatione.

l Et multiplicaui ,] eum in fidelium vocatione.

m Consolabitur ergo Dominus Sion.] Positis verbis Patris de filio suo incarnando & passuro,concludit Propheta,[Consolabitur ergo Dominus Sion ,] id est,Ecclesiam, dans ei pacem post afflictionem,post tristitiam gaudium, post sterilitatem fœcunditatem *infrà* 61.a. Vt consolarer omnes lugentes Sion, vt ponerem consolationem lugentibus Sion,&c.

n Et consolabitur omnes ruinas eius ,] id est , supplebit omnes ruinas Iudæorum multitudine Gentium.

o Et ponet desertum eius , quasi delicias , & solitudinem eius , quasi hortum Domini ,] quia Ecclesia

quæ priùs deserta

A a Et solitudinem eius] ponet. [quasi hortum Domini.] quantum ad fructificationem arborum, & dicit. b Quasi hortum Domini.] i. Paradisum. Hortus n. Domini dicitur antonomasticè Paradisus. Vnde alia litera habet. Quasi Paradisum Domini: & est sensus, quòd in terra illa erit omnis abundantia, & omnis speciositas.

a & solitudinem eius, b quasi hortum Domini. c Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, d gratiarum actio, e & vox laudis. f Attendite g ad me, h populus meus, i & Tribus mea, me audite: k Quia lex à me l exiet, & m iudicium meum n requiescet in o lucem populorum. p Prope est Iustus meus, q egressus est r Saluator meus, f & brachia mea s populos iu-

B c Gaudium, & lætitia inuenietur in ea] tribus primis respondent hęc tria, quæ sequuntur. [Gaudium] pro sua liberatione. d Gratiarum actio] pro ruinarum restauratione. e Et vox laudis] pro omnium bonorum multiplicatione. Et illud gaudium fuit maximè tempore Nehemiæ, & Machabæorum.

f Attendite ergo diligenter. g Ad me] qui tanta promitto, & debetis, quia estis. h Populus meus, & Tribus mea, me audite: populum suum decem Tribus appellat, & Tribum suam populum Iuda, qui, s. Deum colebat, quando Israel seruiebat idolis: vnde *Septuaginta*, populus meus, & Reges, &c. i. Tribus regia, k Quia lex à me &c.] i. destruetur per Chaldæos, & comburetur cum templo, sed reparabitur per Esdram: & hoc erit à me. A se n. non habuit Esdras, quòd Bibliam reparauit; sed à Spiritu sancto: vel lex, i. decretum Cyri, quo decreuit Iudæos licentiare, de reditu, & libertates multas eis donauit, vt habetur. 1. *Esd.* 1. m Et iudicium meum] iustum, quo, i. vindicabo vos de hostibus vestris. n Requiescet,] i. permanebit fixum, & quietum: & hoc. o In lucem populorum,] i. in cognitionem omnium, vt omnibus sit manifestum me iustè iudicasse hostes vestros: vel. m Iudicium meum,] i. poena, quam ex iudicio recto inferam hostibus vestris. n Requiescet] super hostes vestros, tanquam in loco proprio: & hoc. o In lucem populorum,] i. manifestè: vel. m Iudicium meum] quo puniui vos. n Requiescet,] i. cessabit a vobis: & hoc. o In lucem populorum,] i. manifestè liberabo vos. Sic sumitur requiescere. *Gen.* 2. a. requieuit Deus ab omni opere suo, i. cessauit. p Prope est Iustus meus,] i. Cyrus citò

Secunda pars. consurget in regnum, qui puniet Chaldæos, quod iustum est, scilicet, eos punire. q Egressus est,] id est, citò egredietur, id est, nascetur, vel egredietur de terra sua ad destruendos Chaldæos. r Saluator meus quia meos saluabit, & à captiuitate liberabit. f Et brachia mea,] id est, Cyrus, & Darius, per quos operabor.

s Populus iudicabunt,] id est, punient, maximè Chaldæos.

A Me

Mysticè. a quæ priùs deserta erat à Deo, ipso inhabitante erit deliciosa, & initij afferens flores, & perfectionis poma. Et nota, quòd hic tria dicuntur in serie textus. Ruinarum restauratio, quantum ad poenitentes: quia poenitentia omnia ablata restituit. Deliciarum abundantia, quantum ad proficientes. Gratiarum actio, & vox laudis, quantum ad peruenientes. Et nota, quòd multiplex est desertum, siue solitudo:

Multiplex desertum. est enim desertum mundi, eremi, claustri, animi, paradisi mundus enim dicitur desertum à bonis siue anima peccatoris: quia desertus est à cultura fidei, & timoris Domini, spinis peccatorum coopertus, non habens foecunditatem, nec imbrem spiritualis doctrinæ, vel gratiæ. Ibi sunt monstra ferarum, & animalium. Leo superbiæ, vrsus luxuriæ, pardus versutiæ, lupus rapinæ. Vertitur, vt Magdalena, de qua est hic bonum thema. Item desertum eremi, *Marc.* 1. a. Erat Ioannes in deserto, &c. item desertum claustri, quod significatur per illud desertum De quo *Mat.* 4. a. Ductus est Iesus in desertum. Item est desertum animi. De quo *Os.* 2. c. Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius. *Bern.* Solus es, in quantacunque hominum conuersens multitudine, si alienæ conuersationis non sis curiosus explorator, aut temerarius Iudex. Item est desertum paradisi. De quo *Luc.* 15. a. Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto: & vadit ad illam,

Multiplices delitiæ. quæ perierat, donec inueniat illam? Eodem modo sunt multiplices deliciæ mundi, claustri, animi, paradisi Mundi, vnde *Prou.* 19 b. non decent stultum deliciæ. Claustri, Vnde *Cant.* 8 b. Quæ est ista, quæ ascendit de deserto delicijs affluens. Deliciæ istæ sunt paupertas & asperitas, & vilitas, & cætera in quibus boni claustrales delectantur; & bene dicuntur istæ deliciæ, quia vt vinum, quod pungitiuum est in se, transfusum per saccum plenum speciebus fit pigmentum. sic amaritudines, quæ per saccum humanitatis Christi, quia Christus fuit plenus speciebus virtutum, imo etiam ipse fuit species aromatica. Tales, inquam, amaritudines sic colatæ, & transfusæ per eum, nobis esse debent pigmentum. Similiter cibus grossus à matre sumptus conuertitur in lac paruulorum. *Heb.* 5 b Mater nostra Christus est, qui nos in Cruce cum clamore valido parturiuit, *Isa.* 45. c. Semper silui, patiens fui, vt parturiens loquar. Huius matris nostræ fuerunt cibus, paupertas, asperitas, opprobrium, vt dicitur *Thr.* 3. d. Saturabitur opprobriis. Conuerti ergo debent ista in lac nobis paruulis. *Deut.* 33. c. Inundationes maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum. Item deliciæ animi solitarij sunt conscientia bona *Prou.* 15. b. Secura mens, quasi iuge conuiuium secura, i. seorsum a cura. 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc, testimonium conscientiæ nostræ. Istæ deliciæ sunt, ex secunda Dei præsentia. *Prou.* 8. d. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Vel ex consideratione supernorum, ex nitore conscientiæ, ex gustu iucunditatis, ex certitudine possessionis. De his dicitur *Can.* 7. c. Quàm pulchra es, & decora, charissima mea, in delicijs. Delicijs paradisi dicitur. *Ezec.* 28. c Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, & perfectus decore in delicijs paradisi Dei fuisti. Sequitur.

a Et solitudinem eius, quasi hortum Domini.] Ecclesia dicitur modò esse hortus, in qua sunt cantus auium, id est, sonus prædicantium, multitudo arborum fructiferarum: quia quot sunt, & fuerunt bene operantes, tot fuerunt fructiferæ arbores. Item sunt in ea fontes gratiæ, & Scripturæ. Anima etiam solitaria dicitur hortus Domini, vel paradisus, secundum aliam literam. *Ier.* 31. b. Erit anima eorum, quasi hortus irriguus. *Cantic.* 4 c. Hortus conclusus, &c. Nota ea, quæ sunt in horto per duos versus.

Herba, latex, arbor, flos, delectatio, fructus.

Vmbra, fimus, volucres, reptile, claustra, labor.

deliciosus scilicet. Posito horto, sequitur cantus auium. Vnde dicit.

c Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.] In Sion enim, quæ comparatur paradiso Dei, tantùm debet esse gaudium, & confessio, & lætitia, & vox laudis, vt quod in coelo facturi sunt cum Angelis, in terra iugiter meditentur. f Attendite ad me.] Hic loquitur Christus. h Populus meus] conuersi de Gentibus.

i Et tribus mea,] id est, conuersi de Iudæis [me audite.]

k Quia lex] Euangelij, vel præceptum æternitatis.

l A me exiet.] *Mat.* 5. a. Aperiens os suum dixit Beati pauperes, &c. *Prouerb.* 3. secundum aliam literam. Ab ore eius proficiscitur iustitia; legem autem, & misericordiam, in lingua portat. Item *Prouerb.* 13. c. Lex sapientis fons vitæ, vt declinet a ruina mortis. m Et iudicium meum,] id est, decretum, quo decreui, vt Iudæis credere nolentibus, Gentes, ad fidem vocentur. n Requiescet in lucem populorum, id est, illuminatione Gentium *Ioan.* 9. g. In iudicium veni in mundum. vt qui non vident, cæci fiant. *sup.* 49. b. Dedi te in lucem Gentium. Vel.

k Lex à me exiet,] id est, legalia à me recedent, & à meis, *Mich.* 7. c. In die illa longè fiet lex. Sequitur.

p Prope est Iustus meus.] *Gloss.* Supradicta filius: hæc autem, quæ sequuntur Pater dicit de filio.] Prope est Iustus meus,] id est, citò veniet filius meus, qui dicitur iustus in se, quia peccatum non fecit, & iustificans alios, & pro meritis iustè remunerans. Vel prope est, quia inter vos conuersatur, & nescitis. *Ioan.* 1. d. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. *Baruch.* 3. d. In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vel [Prope est,] id est, propinquus noster est, quia frater noster est. *Luca.* 10. f. Appropinquabit Samaritanus vulnerato. Vel prope est,] id est, paratus ad iuuandum. *Philippen.* 4. a. Dominus prope est: nihil solliciti sitis. Vel [Prope est Iustus meus,] id est, paratus ad introeundum tecum, & iustificandum te, *sup.* 50. c. Iuxta est, qui iustificat me. *Apocal.* 3. d. Ego sto ad ostium, & pulso.

q Egressus est Saluator meus.] *Michea* 5. a. Egressus est ab initio à diebus æternitatis. *Ioan.* 16. f. A Patre exiui, & veni in mondum. Vel [Egressus est ab vtero virginali, sicut Sponsus de thalamo suo. f Et brachia mea populos iudicabunt] id est, Apostoli iudicantes duodecim Tribus Israel, vt dicitur.

a *Matt.* 19. d. *Aliter.*

Vel aliter secundum *Haymonem* exponitur de secundo aduentu.

p Prope est Iustus meus,] id est, Christus iustè puniturus malos.

r Saluator] quantum ad bonos.

f Et brachia,] id est, Apostoli, vt priùs: [Populos iudicabunt.]

a Me insulæ expectabunt,] i. Iudæi dispersi per insulas expectabunt liberationem promissam. c Et brachium meum] i. potentiam meam, qua liberem eos. d Sustinebunt,] i. patienter expectabunt. Vel, [brachium meum,] id est, dominum Cyr. e Leuate &c.] Cælum vocat Chaldæorũ regnũ, in quo erat Rex, sicut Sol, & Regina, sicut Luna: & Principes sicut stellæ: sicut *sup.* 13. b. Obscurabitur Sol in ortu suo, & Luna non splendebit &c. Ibi dicit *Glos.* Sol, Rex, Luna Regina. Cœlum potest ergo dici regnum, quantum ad digniora loca; terra autem vocatur idem regnum quantum ad inferiores partes regni. Vel cœlum dicitur propter altitudinem; terra propter soliditatem. Dicit ergo: [Leuate in cœlum ocul. &c.] i. videre, & considerate regni Chaldæorum magnitudinem.

al. † blasphemias.

dicabunt. a Me insulæ b expectabunt c & brachium meum d sustinebunt. e Leuate in cœlum oculos vestros, f & videte sub g terra deorsum: h quia cœli, sicut fumus, liquescent: i & terra, sicut vestimentum, atteretur: k & habitatores eius, l sicut hæc interibunt. m Salus autem mea: n in sempiternum erit, o & iustitia mea non deficiet. p Audite me, q qui scitis iustum, r populus meus, lex mea in corde eorum. s Nolite timere opprobium hominum, & t † blasphemiam eorum u ne metuatis. Sicut x enim vestimentum, sic y comedet eos vermis: & z sicut lanam, sic deuorabit eos tinea. a Salus autẽ mea in sempiternũ erit, b & iustitia mea in c generationes d generationũ.

f Et videte sub terra deorsum,] id est, ipsum regnum vndique attendatis, etiam quantum ad inferiora loca ipsius. Et quare attendendum sit, subdit.

h Quia cœli, sicut fumus, liquescent,] id est, regna Chaldæorum defluent, & annihilabuntur, & decident à suo nobili statu. i Et terra, &c.] q.d. non solùm maiora loca regnorum decident; sed etiam minora.

k Et habitatores eius,] i. terræ. l Sicut hæc interibunt,] quia non solùm potestas regnorum deiecta est, quantum ad Reges Chaldæorum, sed etiam quantum ad ipsos populos: quia ad literam multi interfecti sunt à Medis & Persis. Vel melius potest legi. e Leuate in cœlum &c. q.d. Dominus Iudæis, ne diffidatis, quin possim vos liberare, & hostes opprimere: quia ego tam potens sum, quod etiam cœlos liquefaciam, & terram atteram, & hoc ad literam erit in fine mundi. Dicit ergo. [Leuate in cœlum, &c.] vt intelligatis me super omnia cuncta regentem. f Et videte,] i. considerate. g Sub terra deorsum] vt intelligatis me infra omnia cuncta sustinentem. h Quia cœli sicut &c. q.d. ideò considerate in creaturis meam potentiam, quia ex se habent defectum. Vnde subdit, Quia cœli] aerei, [sicut fumus, liquescent,] id est, transibunt secundum figuram. tantum, non secundùm essentiam. Præterit enim figura huius mundi. 1. *Cor.* 7. e. Et nota, quòd dicit, [sicut fumus] vnde satis apparet, qualis sit natura cœlorum, videlicet, similis naturæ nubium, leuis, non solida, aut dura. Vnde *sup.* 40. c. Qui extendit velut nihili cœlos, i. subtilissimos & tenuissimos, velut fumum. i Et terra &c.] quia sicut dicit Dominus *Matt.* 24. c. Cœlum & terra transibunt, secundum figuram s. Vnde *Ps.* 101. Ipsi peribunt: tu autem permanes &c. *sup.* 24. d. Confractione confringetur terra &c. 2. *Pet.* 3. c. Cœli magno impetu transient, elemẽta verò nimio calore soluentur. *Apoc.* 20. c. A cuius conceptu fugit terra, & cœlum, & locus non est inuentus ab eis. *Aggæi.* 2. b. Ego mouebo cœlum & terram, mare & aridam *Iob.* 14. c. Homo cùm dormierit, non resurget, donec atteratur cœlum &c. *Ioel.* 3. habetur de hac materia. k Et habitatores eius, i. terræ, qui s. viui inuenientur. l Sicut hæc interibunt,] i. sicut cœlum & terra, i. interibunt secundum figuram & vetustatem. Et ex hoc habemus, vt dicit *Iero.* quòd cætera non in nihilum redigentur, sed in melius commutabuntur. Et hoc est, quod dicit, [Sicut hæc interibunt, i. sicut cœlum & terra atterentur, vt in melius commutentur, sic & homines interibunt, non in perditionem sui, sed in abolitionem vetustatis, & in nouitatem futuræ gloriæ, quando fulgebunt Iusti sicut Sol. Secundum hoc exponi-

Matth. 13. f.

tur tantùm de bonis. Salus autem mea] quantum ad Iudæorum liberationem. n In sempiternum erit] nisi per eos impediatur. o Et iustitia mea non deficiet] quantum ad Chaldæorum destructionem, q.d. Dominus sicut cœlũ & terram potero in extremis temporibus atterere & renouare, ita vos attritos possum liberare. Vel aliter: Sicut possum cœlum & terram atterere; ita hostes vestros. Non timeatis ergo eos: Vnde subdit. p Audite me,] id est, attendite, quod promitto: scilicet vestram liberationem, & hostium deiectionem. q Qui scitis iustum] neutraliter, id est, qui cognoscitis legem meam, quæ iuste puniet malefactores. r Populus meus, lex mea in corde eorum.] Expositio est eius, quod dicit, [Qui scitis iustum] Et præponitur hæc dictio, populus, vt locum habeat sequens relatio: Sicut in *Ps.* 10. Dominus, in cœlos sedes eius. s Nolite timere] vos, scilicet, qui scitis legem, quasi scientibus legem loquor, & amantibus, qui habent eam in corde per amorem Talibus dicitur,] Nolite timere opprobrium hominum] Chaldæorum, scilicet, qui insultant vobis super captiuitate & vastitate vestra. t Et blasphemiam eorum] quia improperant vobis Deum vestrum, & dicunt, quòd non potest liberare vos. u Ne metuatis,] quia citò transibunt talia. Vnde subdit. x Sicut enim vestimentum] comedit tinea. y Sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic comedet eos tinea.] Sensus est, id est, in se habent causam corruptionis suæ velocis, sicut vestimentum & lana. a Salus autem mea in sempiternum erit,] id est, saluabo vos semper, nisi per vos impediatur. b Et iustitia mea,] id est, vindicta.

c In generationes] sequaces. d Generationum] quantum ad hostes ve-

Mystice.

† ⊕ *Mat.* 19. d. a Me insulæ expectabunt,] id est, filium meum, quem insulis missurus sum. *Gen.* 49. b. Ipse erit expectatio Gentium. Sed quare dicit, (me?) Responsio. Quia Pater venit in filio. Deus enim erat in Christo mundum reconcilians sibi, vt dicitur 2. *Cor.* 5. d. *sup.* 42. a. Legem eius insulæ expectabunt. Et dicuntur insulæ Gentes, vel Ecclesiæ, vel animæ sanctæ. c Et brachium meum,] id est, verbum meum, per quod omnia feci. d Sustinebunt,] id est, patienter expectabunt. Nota, quòd verbum Dei Patris dicitur brachium eius, quia verbo operatur, *Psalm.* 148. Dixit enim, & facta sunt. Similiter si tanta potestate præualeret homo, vt sine vllo motu corporis fieret, quod diceret, brachium eius verbum eius esset.

Aliter.

Δ dicabunt.] a Me insulæ,] id est Sancti, qui firmi stant inter fluctus maris. b Expectabunt] vt remunerentur. Et brachium meum iusti,] id est, filium meum, per quem puniam malos, cum quodam pondere timoris expectabunt. *Ps.* 88. In brachio virtutis suæ dispersisti inimicos tuos. *inf.* 52. c. Parauit Dominus brachium suum in conspectu omnium Gentium. Huic autem sententiæ magis conuenit, quod sequitur, Leuate in cœlum ocu. ve. &c.] Et exponitur hoc ad literam à Sanctis de die iudicij, sicut suprà expositum est.

Moraliter.

Moraliter. e Leuate in cœlum oculos vestros, &c.] per contemplationem diuinorum. f Et videte sub terra deorsum] per considerationem vestrorum defectuum. Hæc duo generant in vobis amorem & timorem, *Ezec.* 1. d. Animalia ibant & reuertebantur. Vel aliter. e Leuate &c.] id est, considerate vitam Clericorum, qui dicuntur cæli & vitam laicorum, qui dicuntur terra. Et videbitis. h Quia cœli, sicut fumus, liquescent: & terra, sicut vestimentum, atteretur: & habitatores eius, sicut hæc interibunt.] Cœli, id est, Prælati, Religiosi, & Clerici generaliter resoluuntur deliciis, defluunt in terrenis: vbi etiam effundunt intima sua, sicut dicitur de auaro. *Eccl.* 10. b. & exinaniunt in superbia, sicut fumus. Sed cœlis liquescentibus, terra atteritur: quia vbi non est gubernator, populus corruit. *Prou.* 11. b. Et vbi non est pastor, lupus rapit, & dispergit oues. *Ioan.* 10. c. m Salus autem mea in sempit. &c.] quoad saluatos in cœlo. o Et iustitia mea non deficiet] in inferno, quoad damnatos, q.d. Dominus: omnia transibunt mundana sed opera tantùm, id est, stipendia operum sequuntur eos, & cum eis permanebunt. p Audite me &c. Noli-

Mystice.

te] Ostensa rerum omnium mutabilitate, quia omnia deficient: & malorum, & Iustorum iusta retributione, monet Dominus suos non timere minas & blasphemias peccatorum. Et ideò dicit.

s Nolite timere] quasi dicat, cùm omnia deficiant, & citò euanescant: Nolite timere eos, qui occidunt corpus. *Mat.* 10. c.

t Et blasphemias eorum ne metuatis.] *Septuaginta*. Contemptu eorum ne vincamini. 1. *Machab.* 2. g. A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius stercus & vermis est.

x Sicut enim &c.] Ideò non metuatis, quia citò transibunt [Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis,] conscientiæ, qui non morietur, vt dicitur. *inf. vlt.* g. *sup.* 50. d. Quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos. Vnde subdit.

z Et sicut lanam, sic comedet eos tinea,] id est, culpa, quæ mentem coinquinat & corrumpit, vt tinea. *Iean.* 27. c. Ædificauit, sicut tinea, domum suam. a Salus autem &c.]

⊕ vt *sup.* Bis

a ad hostes vestros. a Consurge, consurge &c.] *Isidorus*. Hic *Tertia pars.* orat Propheta, vt virtus, & potentia Domini in aduersarios consurgat, & induat fortitudinem, vt loricam, & fortiter agat, vt olim in Ægypto. a Consurge] ad liberandum nos, qui quasi iacens videris nos neglexisse: Item. *Isa.53.a.* b Consurge] ad puniendum hostes. c Induere &c. id est, ô Domine, fortiter operare contra hostes: per brachium enim Domini intelligitur operatio Dei, quę induitur fortitudine, cum Dominus fortiter agit contra fortes. Vel. d Brachium Domini,] id est, ô Rex Medorum Cyre, per quem Dominus

a consurge b consurge : c induere fortitudinem d brachium Domini. e Consurge, f sicut in diebus antiquis, g in generationibus sæculorum. Nunquid non h tu percussisti superbum, i vulnerasti draconem? k Nunquid non tu siccasti mare, l aquam abyssi vehementis? m Qui posuisti profundum maris viam, vt n transirent o liberati. Et p nunc, qui q redempti sunt à Domino, r reuertentur, & f venient in Sion s laudantes,

operabitur. c Induere fortitudinem:] id est, collige tuum exercitum fortem circa te, sicut vestem, vt venias contra Babylonios. e Consurge.] ô Domine. f Sicut in diebus antiquis;] fecisti ab Ægyptijs, eos liberando. Et vt. g In generationes patrum nostrorum, qui successiuè fuerunt in sæculis, id est, in temporibus transactis iniusti, sub Iosue, sub Gedeone, sub Dauid, i. e. & nos iuues. h Nunquid non tu percussisti superbum,] id est, Pharaonem in Ægypto plagis attriuisti? Et hoc est, quod subdit. i Vulnerasti draconē] Pharao vocatur draco: quia vt draco in aquis habitat; ita Pharao in Ægypto, quæ abundat aquis. *Ezech.* 29.a. ecce ego ad te, Pharao Rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, &c. k Nunquid non tu siccasti mare] rubrum *Exo.* 14.c. & siccasti. l Aquam abyssi vehementis,] maris rubri, vel Iordanis, quasi dicat, imò tu siccasti. m Qui posuisti profundum maris viam] ad literam fundum maris siccasti, vt esset filiis Israel via. *Abac.* 3. *Quarta pars.* d. viam fecisti in mari equis tuis, &c. n Vt transirent] filij Israel. o Liberati,] ab Ægyptiis. p Et nunc qui, &c.] q. d. qui prædicta fecisti; hæc quoque, quæ sequuntur facturus es (& tunc qui redempti, &c.) id est, quos Dominus redemit à captiuitate Babylonica. r Reuertentur] à captiuitate. f Et venient in Sion laudantes] Dominum de beneficiis.

△ Et lætitia

Mysticè. ⊖ vt *suprà*. Bis ponitur hæc clausula, quia Dominus salutem sempiternam bis dat Electis. In primo aduentu per promissionem, in secundo per solutionem. Similiter malis damnationem bis dat. In primo aduentu per comminationem, in secundo per ostensionem, & ita commendatur vterque aduentus: sequitur. a Consurge, consurge:] petit Propheta filij incarnationem. Dicit a Consurge] de solio gloriæ paternæ in incarnatione. b Consurge] de sepulchro in resurrectione. c Induere fortitudinem brachium Dñi,] i. ô fili Dei, induere ærumnas: quia quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, vt dicitur 1. *Cor.* 1. d. e Consurge] genus humanum redimendo. f Vt in diebus antiquis] præfiguratum est scilicet, in Moyse, Iosue, & aliis.

Moraliter. Moraliter. d Brachium Domini] debet esse Prælatus per bonam operationem, non tantùm os per prædicationem. Vnde *Can.* 8.b. pone me, vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum; sed ne sit brachium stupidum, ideò hortatur Propheta, & dicit. a Consurge, id est, ventre, & pectore. Contra quod dicitur serpenti *Gen.* 3.c. pectore, & ventre repes, & dicit iterum. b Consurge] propter maiorem excitationem vel prædicator debet surgere ad opera contemplatiuæ. vel dicit bis [consurge] quia homo cecidit per peccatum originale, & actuale. c Induere fortitudinem,] id est, inseparabiliter, & apparenter tibi eam coniunge, non enim sufficit habere fortitudinem intùs, sed oportet extrà videri, vt indumentum, & omnia membra fortitudine muniri, verbi gratia, vt fortitudo sit in manibus ad operandum, in humeris ad sustinendum, in renibus, id est, in affectionibus, ne subintroeat affectio alieni & ita in aliis membris: sed quidam induunt linguam tantum, & caudam, qui scilicet fortia agenda prædicant aliis, & in extremitate vitæ se fortiter acturos promittunt. Cauda, enim est extremitas vitæ. *Apoc.* 9. d. potestas equorum in ore, & in caudis eorum: sed de muliere forti dicitur *Prou. vlt.* d. fortitudo, & decor indumentum eius, Fortitudo exteriùs in opere, decor intùs in mente.

e Consurge, sicut in diebus antiquis] Consurrexerunt brachia Domini, scilicet Apostoli, quasi dicat, imitare Apostolos, qui es Apostolicus vir *Iob* 28. a. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta dies pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris, sicut fuit in diebus adolescentiæ meæ. Vel e Consurge [per poenitentiam, vt sis.

f Sicut in diebus antiquis à generationibus sæculorum] quando fuisti in innocentia. Sequitur. h Nunquid non tu percussisti superbum, [id est, Diabolum, qui superbiæ dominatum appetiit? *sup.* 14. d: Ascendam in cœlum, &c. Et qui superbiam homini suasit. *Ge.* 3. e. Eritis sicut Dij. *Iob.* 26. *Mysticè.* d. Prudentia eius percussit superbum. i Vulnerasti draco- *Sup.* 35. *d.* nem,] id est, Diabolum, qui in aquis, id est, luxuriosis cubat, & quiescit. *Iob.* 40. c. Sub vmbra dormit in secreto calami in locis humentibus. *Ezech.* 20. a. draco magne: qui cubas in medio fluminum. Draco iste vulneratus est, non extinctus omnino in passione. *Psal.* 103. Tu humiliasti, sicut vulneratum superbum. Ibi *Gloss. Aug.* Vulneratur Diabolus, vulnerato Christo: vulneratur autem, non penetrata carne, quam non habebat; sed percusso corde, vbi superbiebat. k Nunquid non tu siccasti mare,] id est, vicisti persecutiones Tyrannorum in Martyribus: *Matt.* 14. c. Quarta vigilia noctis venit ad eos Iesus ambulans supra mare. l Aquam abyssi vehementis, id est, delectationes carnis in Confessoribus. *Iob.* 28. b. Abyssus dicit, non est in me; mare loquitur, non est mecum. Vel mare est potestas sæculi, aqua abyssi profunditas sapientiæ mundi. Christus autem hanc, & illam destruxit, & confudit: quia stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientes; & infirma mundi elegit, vt confundat fortia, vt dicitur 1. *Cor.* 1. d. m Qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati.] *Actor.* 14. d. per multas tribulationes, &c. Multi transeunt mare huius sæculi sicco pede, vt innocentes; sed hoc est miraculosum, sicut de filiis Israel. *Abacuch.* 3. d. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum, id est, super lutum. Hi sunt, qui siccis pedibus affectionum comprimunt lutum terrenarum diuitiarum. Alij transeunt in naui, vt poenitentes, Claustrales, *Matth.* 9. a. Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit, & venit, &c. *Sap.* 14. a. Exiguo ligno *Nauis ducitur quadruplici adminiculo.* credunt homines animas suas & transeuntes mare per ratem liberati sunt. Sed nota, quòd nauicula ducitur in aqua quadruplici adminiculo: Vento, remigio, cursu aquæ, & tractoribus ipsius nauiculæ. Ventus est gratia Spiritus sancti. Vnde *Psalm.* 142. Spiritus tuus bonus, &c. Remigium est cooperatio liberi arbitrij, vt homo in poenitentia positus, manibus propriis, id est, operationibus ad patriam te impellat. *Prouer.* 30. d. Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus Regum. Cursus aquæ est labilitas mundi, qui dum labitur, suo lapsu monet, vt fugiatur. Qui enim labenti innititur, cum labente labatur, necesse est, vt dicitur *Iob.* 24. d. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent: & humiliabuntur, sicut omnia, & auferentur. Ibi, *Gregor.* Stare enim vllo modo nequeunt: quia ipsa quoque fugiunt, quibus innituntur. Quartum est tractio nauis, Tractores autem Sancti præcedentes, qui nos exemplis trahunt, orationibus iuuant, & admonitionibus inuitant. *Iacob. vlt.* b. Exemplum accipite, fratres, exitus mali, & longanimitatis, laboris & patientiæ: Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini. Funiculi, quibus trahitur nauis, sunt beneficia Christi, & miseriæ mundi. *Osea* 11. b. In funiculis Adam, &c. Vel Qui posuisti profundum maris viam.] Mare sæculum, profundum maris claustrum inferni nihil prohibet intelligi, quod profundum Dominus posuit viam: quia illuc veniens, Electos suos à claustris inferni ad cœlestia regna transire concessit. Vnde & rectè dicitur, [vt transirent liberati.] De quibus etiam subditur.

p Et nunc, qui redempti sunt à Domino] sanguine agni.

r Reuertentur] ad patriam, à qua fuerunt exules per Adam.

f Et venient in Sion,] id est, Ecclesiam triumphantem.

s Laudentes.] Hæc est vita illorum, sc. laudare *Psalm.* 83.

⊖ Beati, qui *Aliter.*

Vel potest legi de præsenti etiam secundum Gl. ab illo loco.

m Qui posuisti profundum maris viam,] id est, in mundo poenitentiam. n Vt transirent liberati, id est, immunes à culpa, & à seruitute Diaboli. p Et nunc,] id est, in tempore gratiæ. q Qui redempti sunt à Domino,] id est, effectum redemptionis assecuti. r Reuertentur] per poenitentiam, qui auersi sunt per culpam; vt sic per aliam viam redeant in regionem suam: *Mat.* 1. b. f. Et venient in Sion,] i. Ecclesiam militantem, vt sint in ea numero, & merito: nomine, & numine: specie, & virtute. s Laudantes etiam

a & lætitia sempiterna super capita eorum. b Gaudium & lætitiam c tenebunt : d fugiet dolor, & e gemitus. f Ego ego ipse g consolabor h vos. i Quis tu, vt k timeas ab homine mortali, l & à filio hominis, qui quasi fœnum, m ita arescit, n & oblitus es Domini † Creatoris tui? o Qui tetendit cœlos, p & fundauit terram : q & formidasti r iugiter s tota die t à facie u furoris eius, qui x te tribulabat, & y parauerat z ad perdendum. Vbi est a nunc b furor tribulantis? c Citò veniet d gradiens ad ape- Δ vt ibi ape-

Δ a Et lætitia sempit. &c.] per hoc notatur abundantia gaudij. b Gaudium &c.] non tantùm habebunt, sed diu tenebunt. Idem habetur, & eisdem ferè verbis. *sup.* 35. d. d Fugiet dolor & gemitus] Dolebant enim priùs de oppressione hostium, quia crudeles erant eis. Item gemebant pro exilio suæ patriæ. f Ego ego ipse, &c.] Hæc est quinta pars, in qua respondet Dominus orationi Prophetæ, qui etiam liberationem Iudæorum futuram asseuerat : & confirmat hoc idem Dominus. Dicit ergo. [Ego ego ipse] quia alius non potest. g Consolabor] liberando. h Vos] de captiuitate. Cùm ergo ego sim consolator tuus & protector. i Quis tu,] i. quantus es tu. k Vt timeas &c.] q.d. nullo modo debes timere hominem citò moriturum. Et in hoc tangit Balthasar qui quasi subitò mortuus est in illa nocte, qua vidit manum in pariete *Dan* 5. f. Vnde subdit. l Et a filio hominis, &c.] id est, citò & ex improuiso. n Et oblitus, &c.] i. timoris Domini, q.d. hominem timens, me non timuisti, cùm tamen sim Creator tuus, *Ier.* 2. g. Populus meus, oblitus es mei diebus innumeris. o Qui tetendit cœlos,] id est, incredibili virtute suspendit. p Et fundauit terram,] i. stabili mole firmauit. Et per hæc intellige omnia, quæ in eis sunt. *Zac.* 12. a. Extendens cœlum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo, i. in ipso homine. q Et] tamen cùm tantus sit Creator tuus, [formidasti] non ad horam, quod veniale est, sed r iugiter tota die] quod grauius est. *Iero.* Non ad breue, quod poterat ibi aliqua ex parte concedi, sed iugiter, & tota die formidasti. t A facie, &c.] i. ab instantia furoris eius, Nabuchodonosor s. & aliorum. x Qui te tribulabat] inferens multas molestias vastando terram tuam & ciuitates obsidendo. y Et] sic, [parauerat ad perdendum] quosdam gladio, alios peste, alios fame. Et loquitur de futuro, tanquam præterierit prophetica certitudine. a Vbi est, &c.] quasi dicit, citò transiit : & ideò non fuit tibi timendum. Et dicit [nunc,] i. post liberationem tuam, quasi dicat, quia iam occisus est, qui te territribulabat, Balthasar, scilicet, & eius Principes. c Citò veniet] Cyrus. d Gradiens ad aperiendum,] id est, quem Deus ad hoc mittet

Quinta pars.

al. † factoris.

Mysticè. ⊕ Beati, qui habitant in domo tua, &c. *Soph. vlt.* c. Lauda, filia Sion iubila, Israel, lætare, & exulta in omni corde, filia Ierusalem. Item *eod.* d. Ponam eos in laudem & in nomen in omni terra confusionis eorum a Et lætitia sempiterna, &c.] id est, mentes. Et notatur abundantia gaudij per hoc, quod dicit, [super,] sicut *Mat.* 25. b. Super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui. Vel suprà, quia desuper veniet eis. *Iacob.* 1. c. Omne datum optimum, omne donum perfectum desursum est, &c. Vel super, quia supra condignum remunerabuntur. *Roman. octauo.* d. Non sunt condignæ, &c. Vel super, quia suprà, quàm sperauerant : Non enim in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se, &c. *inf.* 64. b. & 1. *Cor.* 2. c. *inf.* 61. c. Lætitia sempiterna erit eis. *sup.* 35. d. Venient in Sion cum laude & lætitia sempiterna: semper capita eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt. Hoc idem dicitur hic. b Gaudium & lætitiam] de omnis boni adeptione intrinseca & extrinseca. c Tenebunt] non tantùm habebunt. *Cant.* 3. b. Tenui eum, nec dimittam. d Fugiet dolor] omnis mali intrinseci. e Et gemitus] mali extrinseci. Modò enim nobis sunt quædam passiones ignotæ, quædam inflictæ. f Ego ego ipse, &c.] Ideò fugiet dolor & & gemitus, quia consolator est Deus. 2. *Cor.* 1. a. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, i. perfectæ consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Modò consolatur in omni tribulatione, sed in futuro ab omni tribulatione consolabitur. Et dicit, [Ego ego ipse,] i. ego Deus, ego homo. Hæc erit duplex consolatio videre Deum, videre Christum hominem *Ioan.* 17. a. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. *Bern.* Plenum prorsus omni suauitatis Dulcedine, videre hominem hominis Conditorem. *Eccl.* 11. e. Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem. *Inf.* 66. d. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos. Mater filio lachrymanti dat vbera, & lachrymas abstergit: ita facit Dominus. Beati ergo, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. *Matth.* 5. a *inf* 66. d. Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. Et parum antè dicitur : Vt sugatis, & repleamini ab vberibus consolationis eius: vt mulgeatis & deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius. Item *Apocal.* 21. a. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & *sup.* 25. c Auferet Deus omnem lachrymam ab omni facie. *Bern* Fælices lachrymæ, quæ pia manu Conditoris merentur abstergi.

Aliter. Δ in præsenti, iam incipientes agere in terra, quod acturi sunt in cœlo. *inf.* 62 c. Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat, donec ponat Ierusalem laudem in terra. a Et lætitia sempiterna] in futuro &c. sicut *sup* Sequitur. i Quis tu, vt timeas.] Suprà dixit viam esse ad patriam per mare, id est, per tribulationes: quia per multas tribulationes opportuit intrare Martyres & alios Sanctos in regnum cœlorum, vt dicitur *Act.* 14. d. Et subiunxit de consolatione diuina, quam promittit Deus : Hic ergo hortatur eos, vt non timeant persecutores, & increpat timentes multis rationibus. Primò fragilitate ipsorum persecutorum, vbi dicit, [Quis tu, vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis,] id est, à Tyranno, qui homo est, id est, fragilis in se, & filius hominis, id est, fragilis ad originem. Vnde etiam subdit. m Qui, quasi fœnum, ita arescet] quia omnia caro, fœnum. *sup.* 40. b. Non est ergo timendus homo. *Prou.* 29. d. Qui timet hominem, citò corruet: qui sperat in Domino, subleuabitur. Secundò increpat eos ab obliuione diuinæ potentiæ, cùm dicit. n Et oblitus es Domini Creatoris tui, qui tetendit cœlos & fundauit terram] quia solus timendus sum : Et qui me timet, alia non timet *Eccl.* 34. c. Qui timet Deum, nihil trepidabit, & non pauebit : quoniam ipse est spes eius. *Prou.* 28. a. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. *Ezech.* 2. c. Subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas: verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides. *Ier.* 1. d Ne formides à facie eorum, neque enim timere te faciam vultum eorum. Et contra, sicut dicit *Greg.* Qui Deum non timet, omnia timet. *Prou.* 10. d. Pauor his, qui operantur malum. *Iob.* 15. e. Sonitus terroris, semper in auribus eius. *Leu.* 26. f. Terrebit eos sonitus folij volantis. Tertio increpat eos à diuturnitate timoris & continuatione, cùm dicit. q Et formidasti iugiter,] id est, diu. s Tota die,] id est, continuè, vel in vita præsenti. t A facie,] id est, à præsentia. u Furoris eius,] id est, Tyranni. x Qui te tribulabat] tormentis in corpore. y Et parauerat] suasionibus & blanditiis. z Ad perdendum] in anima, si faceres, quod ille suadebat. Quartò increpandi argumentum sumit à veloci liberatione tentationis, cùm dicit. a Vbi est nunc fu.tri.] Et loquitur tentato, quasi iam liberato, vt velocitatem exprimat liberationis, Vnde dicit, [Nunc] q.d. subitò liberaberis : & ideò non est timendum, quod tam citò transit. *Ps.* 36 Vidi impium superexaltatum & eleuatum, & transiui : & ecce non erat. *Septuaginta.* Et nunc vbi est furor tribulantis te, cùm enim salus facta fuerit, non stabit. Similiter quærit Apostolus 1. *Cor.* 15. g. Vbi est mors victoria tua, &c. Citò ve.] tibi Deus, id est, Dei auxilium per gratiam.

Mysticè.

d Gradiens ad ape.] ostium carceris, quo inclusus teneris, quasi dicat, & conclusus es & obsessus vndique tentationibus. *Iob.* 16. c. Conclusit me Deus apud iniquum. *Thr.* 3. b. Conclusit vias meas lapidibus quadris. Sed Dominus in aduentu suo hanc carcerem aperuit, cùm eum ab ipsa tentatione, vel timore eripit. Vel [Ad aperiendum] fructum tribulationis. Quintò sumit argumentum increpandi eos ab vtilitate tribulationis.

⊕ Et non in- *Aliter.*

Δ Vel exponitur de aduentu Christi in carnem. a Vbi est nunc,] id est, in tempore gratiæ.
b Furor tribulantis,] q.d. antiqui Patres potuerunt aliquo modo de tribulationibus conqueri, qui secum non habuerunt exemplum patiendi, Christum scilicet, sed nunc cessat tribulatio : quia magis est solatium esse in tribulatione cum Christo, quàm cum mundo in delectatione. De cuius aduentu subdit. Citò ve] filius secundum humanitatem. d Gradiens ad ape.] Christus in aduentu suo per carnem aperuit sinum patris in sua incarnatione, & charitatem Patris nobis manifestauit : qui pro seruo filium mittere voluit. Item aperuit cor humanum in prædicatione ad credendum. Item obscuritatem Scripturarum in passione. Tunc enim velum templi scissum est, vt dicitur *Mat.* 27. f. Item infernum in resurrectione. Vnde *Symmachus* hoc transtulit. Citò infernus aperietur, & non morietur in

Δ corruptionem

a vt tibi aperiat carcerem, in quo inclusus teneris, & det licentiam redeundi. a Et non interficiet] ille, scilicet, qui te parauerat ad perdendum. b Vsque ad interniccionem,] id est, omnino. c Nec deficiet,] id est, populi tui. Et mutatur persona, quasi dicat, populus non omnino delebitur a Chaldæis, nec deficiet ei panis consolationis, vel de Cyro legitur. a Non interficiet] Cyrus Chaldæos. b Vsque ad interneccionem] quia quosdam captiuauit, quosdam occidit. c Nec deficiet, &c.] i. Cyri, id est, necessaria exercitui eius nõ deficient: & hoc poterò facere, quia ego Dominus. Vnde subdit.

tiendum, a & non interficiet vsque b ad interneccionem; c nec deficiet panis eius. d Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo e mare, f & intumescunt fluctus eius: Dominus g exercituum nomen meum h Posui verba mea in ore tuo, i & in vmbra manus meæ k protexi te, vt l plantes cœlos, & m fundes terram, n & dicas ad Sion: populus o meus es tu. p Eleuare, eleuare, q consurge, r Ierusalem, quæ bibisti de f manu Domini

d Ego autem sum,] id est, possum conturbare, quando voluero, ad literam, a nimietate ventorum. f Et] hic (intumescunt fluctus eius] planum est, vel. e Mare,] i. Babylonem, quæ conturbata est in aduentu Medorum. f Et intumescunt fluctus eius,] i. populi Babylonis: quia venientibus Medis, & Persis, & obsidentibus ciuitatem, Babylonij parauerunt se ad resistendum, & etiam semel ipsos Medos fugauerunt. g Dñs exercituum nomen meum] cœlestium,

Sexta pars. s. & terrestrium h Posui verba mea, &c.] Sexta pars, in qua Dñs ad Prophetam se conuertens eum monet confortare populum: quia propter hoc dicit se ei dedisse linguam eruditam, vt sustentet lapsos per desperationem. Dicit ergo ad Prophetam (posui verba mea, &c.] i. dedi tibi scientiam loquendi verba mea. i Et in vmbra manus meæ protexi te,] i. dedi tibi audaciam loquendi. Vmbra. n. manus Dei est protectio potestatis eius, siue Diuinitatis. Et loqui-

Al. † ictum. tur more nostro, cùm dicit. (In vmbra manus, &c.] vt aliquis opponit manũ suam contra † lumen, sic Dñs faciebat Prophetę vmbram contra omnem ardorem persecutionis. l Vt plantes cœlos,] i. in spe consolides maiores de Iudæis. m Et fundes terram,] i. minores. Vel. l Vt plantes, &c.] i. vt maiores, & minores de Iudæis iterum plantandos, & confirmãdos in terra sua Prophetes. *Andreas* (vt plantes, &c.) i. vt nouos cœlos plantandos, & nouam terram fundandam dicas. n Et dicas ad Sion] consolando eam ex parte mea. o Populus meus es tu] quem liberabo, & saluabo. p Eleuare, &c.] Monitus Propheta à Domino, facit, quòd ei dictum est. Et conuertit sermonem ad Ierusalẽ consolans eã, & monẽs. Vnde dicit (Eleuare, eleuare] i. eleuaberis. Vel: (eleuare) i. talia opera fac, vt eleuari de captiuitate merearis. Et dicit bis (Eleuare) vt verbi geminatio sit spei incitatio: vel bis dicit (eleuare) scilicet, de afflictione corporis (eleuare) de angustia cordis, *suprà* 40. a. Suscepit de manu Domini duplicia, *inf. eod.* Duo sunt, quæ occurrerunt tibi. q Consurge,] i. tota, & simul in spem erigere. O. r Ierusalẽ,] i. plebs Ierosolimitana captiuata: vel aliter. p Eleuare, eleuare, consurge, &c.] Nota, quòd priùs fuit deserta Ierusalem in prima transmigratione: secundò fuit dissipata in captiuitate plenaria, quando etiam Sedechias captus est, & occisus: tertiò quando fugerunt omnes in Ægyptum, & Sedechias cum eis, & ibi fuerunt omnino à Nabuchodonosor destructi; propter hæc tria incommoda, dicuntur hæc tria (Eleuare, eleuare, consurge) O (Ierusalem) f Quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius] calicem iræ Domini vocat afflictionem à Chaldæis, vel vastationem per Romanos, secundum *Glos.* quam Dominus iratus

A peccatis

Mysticè. ⊕ a Et non interficiet vsque ad interneccionẽ] ille, s. qui te tribulat: vel Dñs, qui te verberat, q. d. ad interitum non est tibi tribulatio; sed ad probationem 1. *Reg.* 2. a. Dñs mortificat, & viuificat, i. mortificando viuificat *Iob.* 5. c. ipse vulnerat, & medetur, i. vulnus eius medela est: percutit, & manus eius sanabit. c Nec deficiet] tibi. (panis eius, i. consolatio Dei in tribulatione, quia ipsa tribulatio est panis, & vita animæ *sup.* 30. e. dabit tibi Dominus panem arctum, & aquã breuem. q. d. infirmus es tu, debes seruare dietam, *su.* 33. c. panis ei datus est: aquæ eius fideles sunt *Iob.* 7. a. Tentatio est vita hominis super terram, secundum aliam literã.

Aliter. A corruptionem, subaudi Christus. Item cœlum in ascensione. *Mich* 2. d. Ascendet iter pandens ante eos, *sup.* 22. f. Aperiet: & non erit, qui claudat. Item *sup.* 42. b. dedi te in lucem Gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum. Item in aduentu per gratiam aperit Deus homini cælum per spem *Osea* 2. c. dabo vallem Achor ad aperiendam spem. Item infernum per timorem. Item cor proprium per sui considerationem. Item peccatum ipsius hominis aperit, i. facit hominem aperire illud per confessionem, vt aperto apostemate, erumpat sanies, & sanetur. Sequitur. a Et non interficiet] Christus. b Vsq; ad interneccionem] sed ad salutem vocabit peccatores. *Ezech.* 18. g. nolo mortem peccatoris, &c. c Nec deficiet panis eius,] i. corpus, & sanguis eius *Ioa* 6. c. ego sum panis viuus, &c. d Ego autem sum Dñs Deus tuus.] Secundum istam expositionem vltimam loquitur hic Pater ad filium, vt volunt *Glos.* sed secundum primam adhuc loquitur Deus ad tribulatum pusillanimem, vbi increpat eum sumens argumentum increpandi ab ipsius tentationis moderamine, cùm dicit: (Ego sum Dñs Deus tuus, qui conturbo] i. permitto turbari e Mare,] i. mundum contra te. f Et intumescunt fluctus eius,] i. persecutiones, q. d. Dominus, non deberes timere, cùm ego, qui sum Dñs Deus tuus, metiar fluctus tribulationum. *Iob.* 38. a. Quis cõclusit ostiis mare? Et postea subdit: Circundedi illud terminis meis posuique vectes, & ostia: & dixit hucusque venies, & non procedes ampliùs: & hic confringes tumentes fluctus tuos. 1. *Cor.* 10. c. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis; sed faciet cum tentatione etiam prouentum, vt possitis sustinere. h Posui verba mea in ore tuo] dicit Pater ad filium. *Glos.* Quicquid loquitur filius verba Patris sunt. *Ioan.* 14. c. Sermonem quem audistis, non est meus, sed eius, qui misit me, Patris. i Et in vmbra manus meæ protexi te] hominem, i. sub protectione, vel potentia Diuinitatis, quam habes à me: quia filius quicquid habet, habet à Patre. k Protexi te] à peccato, vel ab aduersariis, vt nunquam eum tangere possent, nisi quando voluit. l Vt plantes cælos] nouos, Apostolos, s. & alios Sanctos. m Et fundes terram,] i. firmes Ecclesiam. n Et dicas ad Sion,] i. Hebræos, fideles. o Populus meus es tu] Non repulit enim Dominus plebem suam, quam præsciuit, vt dicitur *Rom.* 11. a. Vel. n Ad Sion,] i. ad conuersos ex Gentibus. o Populus meus es tu] *Osea* 2. d. Dicam non populo meo: populus meus es tu, & ipse dicit, Deus meus es tu.

Moraliter. Loquitur Dominus Prædicatori, cui suprà multis rationibus ostendit non esse timendum. Hic ergo eum confortatum mittit dicens. h Posui verba mea in ore tuo.] Sed verba sine vita, sunt literæ sine sigillo: imò nihil fit pro litteris Dei, quas non portamus, quia sigillo caremus. Quia ergo non sufficit verba ponere tantum: imò subdit. *Moraliter.*

i Et in vmbra manus meæ protexi te.] Vmbra imitatur corpus: vmbra ergo manus Dei est imitatio operum Christi: quæ qui imitatur, hic à culpa, & in futuro a pœna protegetur. l Vt plantes cælos,] i. cœlestia desideria plantes in cordibus hominum, tanquam in pingui terra, vt sursum feratur fructus eorum. Sed nota, quod in alba terra fructus pereunt, sic in hypocritis. m Et fundes terram] i. fundum, & terminum ponas terrenis desideriis, ne in abyssum erant per infinitatem n Et dicas, &c.] i. ad animas circunspectas ex parte mea,] populus meus es tu.) Vel Prælatus debet plantare cælos, i. viros, quorum conuersatio sit in cœlis & debet statuere in Ecclesia sua & sic debet fundare terram, i. Ecclesiam suam. n Et ad Sion,] i. ad populum sibi commissum debet se habere, tanquam ad suum populum per amorem, & compassionem. Sequitur. *Mysticè.* p Eleuare, eleuare, &c.] *Suprà* secundum mysterium egit de Christi prædicatione; sed quia non omnes obediunt Euangelio: imò hic, secundum quod dicunt Sancti, hortatur propheta Ierusalem, i. plebem Iudaicam incredulam, *Rom. 10. c.* quòd post tot, & tantas tribulationes passas à Romanis pro peccato incredulitatis, & crucifixionis Christi eis inflictas, saltem serò per pœnitentiam resurgat. Vnde dicit: (Eleuare, eleuare, &c.) de statu infidelitatis, de somno peccati. r Ierusalem, quæ bibisti, &c.] expone de captiuitate *Moraliter.* per Romanos, secundum quod exponit *Ieron.* sicut *suprà* expositum est. Moraliter dicitur Ierusalem, id est, animæ, vt consurgat, maximè post potionem sumptam à Medico, id est, a Deo. Datur enim potio à Deo ad purgationem humorum malorum, i. malorum morum. *Ber.* Annon mali humores mali mores? Potio est tribulatio, vel passio aliqua, sicut dicitur *Matth.* 20. c. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicit ergo.

p Eleuare, eleuare, consurge,] i. à peccato cogitationis, locutionis, operis recede. f Quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius] quasi dicat, aliter non operabitur

Aliter. Vel potest exponi de Ecclesia p Eleuare, &c.] ad desiderãda superna. Et excitat ter, vt sit peremptoria citatio. f Quæ bibisti, &c.] q. d. quæ tata sustines in mũdo, solatiũ quæras in

A cœlo

C calicem iræ eius. Vsque *a* ad fundum calicis soporis bibisti, *b* & potasti vsque ad fæces. *c* Non est, qui sustineret eam ex omnibus filiis, quos genuit: *d* & non est, qui apprehendat manum eius *e* ex omnibus filiis, quos enutriuit. *f* Duo sunt, quæ occurrerunt tibi: *g* Quis contristabitur *h* super te? *i* Vastitas & contritio, & fames & gladius, *k* Quis consolabitur te? Filij *l* tui proiecti sunt, *m* dormierunt in *n* capite omnium viarum,

▲ peccatis Iudæorum eis propinauit. Et est simile. *Ier.* 25. d. Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis Gentibus: ad quas ego mittam te, & bibent, & turbabunt, & insanient à facie gladij. Item *Ezech.* 23. e. Calicem sororis tuæ bibes profundum & latum: & eris in derisum & sublannationem, quæ es capacissima ebrietate, & dolore repleberis, calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ, & bibes illum & epotabis vsque ad fæces & fragmenta eius deuorabis. Et hoc est quod dicitur hic. *a* vsque ad fundum calicis soporis bibisti & potasti, &c.] Modus loquendi est, q.d. omnimodam tribulationem patieris, non solum partem calicis, i. partem tribulationis sumes; sed vsque ad fundum, & vsque ad fæces bibisti, i. vsque ad extremam miseriam peruenies. Et dicitur afflictio ipsius Ierusalem calix soporis, i. mortis, vt dicit *Glos.* quia in illa afflictione multi mortui sunt, & obdormierunt somno mortis. Vel secundum quod exponitur de captiuitate Romanorum, fundus calicis est profunditas afflictionis, quæ surgit ex ipsa diuturnitate passionum & desperatione liberationis. Est ergo sensus. *a* Vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti, &c.] i. hanc captiuitatem sustinebis vsq; ad finem sæculi. Vel alio modo. Calix soporis est nimietas afflictionis, quæ mentem ab interna sui custodia obdormire facit, dum in consideratione malorum, quæ foris patitur, plusquam necesse est, vigilat. Fundus calicis est vltima profunditas passionis malorum. Fæx calicis est peccatum quod ex profunditate afflictionum sumit, qui multis tribulationibus pressus non emendatur; sed peior efficitur. Ierusalem ergo vsque ad fundum calicis soporis bibit, dum tantis afficeretur malis, vt ebriata & soporata, mentem suam obliuisceretur, & cœlestium bonorum non recordaretur; sed semper de malis exterioribus, quæ patiebatur, cogitaret: & potauit vsque ad fæces: quia in vltimam perueniens miseriam, non est per tribulationem à peccatis intrinsecùs mundata; sed multò ampliùs repleta sordibus. Vnde *Ier.* 2. f. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. *c* Non est, qui sustentet eam ex omnibus, &c.] Hoc verum est de captiuitate Babylonica, quòd non potuit sustentari, nec orationibus Prophetarum, nec ad litteram multitudine filiorum potuit resistere, quando caderet in manus hostium pondere peccatorum pressa. Dicit ergo: (Non est, qui sustentet eam) ne in captiuitatem cadat. *d* Et non est, qui apprehendat, &c.] ad eam reducendam de captiuitate. *e* Ex omnibus filiis, &c. Maximè autem de captiuitate Romana verum est, quòd non est, qui sustentet eam, sicut antiquitùs Moyses & Daniel, & alij Prophetæ, qui sæpe Iudæos sustentauerunt, modò autem nec Prophetam, nec Sacerdotem, nec consolatorem habent, vt dicitur *Osea* 3. b. Et nota, quòd loquitur hic de Ierusalem, tanquam de vetula matre, quæ solet sustentari à filiis, & duci per manum, quãdo lassa est, & deficiens, & per se stare non potest. Dicit ergo. *d* Et non est, qui apprehendat, &c.] tanquam Dux & Doctor bene operandi. Ad litteram. n. modò Iudæa non habet Doctores. *e* Ex omnibus filiis, &c.] Nam & Apostoli transierunt ad Gentes, qui fuerunt secundum carnem ex Iudæis. *f* Duo sunt, qui occurrerunt tibi] quasi tibi aduersantia & contraria. Vnde *Sep.* habent: Duo hæc contraria. *g* Quis contristabitur] ex omnibus amatoribus tuis, in quibus confidebas. *h* Super te,] i. de te oppressa & afflicta? q.d. Nullus *Ier.* 30. c. Omnes amatores tui obliti sunt te, téque non quærent. Et subdit, quæ sint illa duo, quæ occurrerunt ei. *i* Vastitas & contritio, &c.] Nota, duo dixit occurrenda, & duo bis coniungit, velut si quæreremus, quæ essent illa duo? & ille responderet nobis: Vastitas & contritio. Iterúmque eadem interpretans, diceret: quia fames & gladius sunt illa duo. Sic. n. sæpe loquitur, s. verba sua quadam vrbanitate, sicut vir eloquens geminando. Ferè eodem modo exponit hoc *Haymo.* Duo dicit & quatuor commemorat: quæ quatuor iterum in duo rediguntur: quia ex vastitate fames, ex gladio contritio sequitur. Sic ergo coniunge: Vtilitas & fames, i. vastitas, quam sequitur fames. Gladius & contritio, i. gladius, quem sequitur contritio. Vel aliter. (Vastitas, &c.] *Glos.* Duobus quatuor reddit: sed vastitatem sequitur contritio, famem gladius. Et exponitur gladius, i. mors, sicut solet vulgariter dici, quòd qui fame moritur, gladio moritur. *k* Quis consolabitur te] ó Ierusalem in tantis malis? q.d. Nullus, aut rarus. *l* Filij tui proiecti sunt] à terra sua, sicut à sinu matris. *m* Dormierunt] mortui insepulti *n* In capite omnium viarum.] Ad litteram in compitis proijciebantur mortui ab hostibus, vt pœna responderet peccato, quia, s. in locis publicis & compitis peccauerunt, sicut dicitur *Ezech.* 16. c. Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ. Ideò etiam dicitur.

▲ *Thren.* 2. g.

Moraliter * bitur in te potio, nisi consurgas quia nihil valet pœnitentia, vel passio pro peccato, nisi à peccato abstineas. *Eccl* 34. d. Qui baptizat à mortuo, & iterum tangit mortuũ, quid prodest illi? Ille calix dicitur calix iræ, sed ista ira paterna est, non tyrannica: Et dicit de manu Domini, quia maximum donum Dei est pati pro Christo. *a* Vsque ad fundum calicis, &c.] Illi vsque ad fundum bibunt, qui, s. nullum genus tribulationis pati pro Christo refugiunt. Et iste calix dicitur soporis: quia parit obliuionem terrenorum: quia dum nihil est in mundo, quod trepidant pati; nihil est, quod delectet adipisci. *b* Et potasti, &c.] Multi multum de calice bibunt: quia multos labores sustinent; sed tamen vsque ad fæces nolunt: quia probra & conuitia patienter non ferunt: fæces quidem refugiunt, quia nolunt peccatores videri. Sed contra dicit *Bern.* Verus humilis non vult humilis prædicari; sed vilis reputari. *c* Non est, qui sustineret eam, &c.] *Suprà* monuit Ierusalem, vt surgeret, & staret, quæ priùs iacebat; sed vt tota spes in Deo ponatur, dicit, quòd nec stare, nec surgere est hominis, sed Dei miserentis. Vnde dicit: (Non est, qui susten. &c.) i. non habet anima ex operibus suis, quòd stet in bono, nisi Dei subleuetur adiutorio. *d* Et non est, &c.] ad eleuandum. *e* Ex omnibus filiis, &c.] i. ex operibus suis non habet, quòd surgat à peccato meritoriè sine gratia.

Aliter. A cœlo. *Greg.* Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum ire cõpellunt. Et subdit, quare non surgit Ecclesia, nec stet sursum, quia. *c* Non est, qui sustentet eã: nec qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis,] quia non sunt ei filij, sed adulteri, vt dicitur *Hebr.* 12. c. Non sunt viri, sed abortiui & in vtero extincti. *Ioan.* 16. g. In me pacem, in mundo pressuram habebitis. Vndè clamat per *Ierem.* 4. e. Ventrẽ meum doleo, &c. *infr.* 37. a. Venerunt filij vsque ad partũ: & non est virtus pariendi. Et ideò. *c* Non est, &c.] in bono. *d* Et non est, &c.] ad eleuandum de peccato. Vel sustentet, quantum ad tolerantiam mali, nec est, qui apprehendat manum eius, quantum ad actionem boni. *Thren.* 1. a. Non est, qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Sed tamen Deus est Doctor & sustentator Ecclesiæ suæ. Vndè *suprà* 42. b. Apprehendi manum tuam, & seruaui te.

f Duo sunt, &c.] i. contra te. *sup.* 40. a. Suscepit de manu Domini duplicia. Ista duo, quæ patitur Ecclesia, sunt defectus doctrinæ, & peruersitas vitæ. Vnde ea exponendo subdit. *i* Vastitas, &c.] Et exponitur sic, i. vastitas famis, & contritio gladij. Vastitas famis est defectus verbi Dei. *Amos* 8. d. Mittam in vobis famem: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. *Thre.* 4. a. Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frãgeret eis paruulis nõ valet panis integer datus sed fractus: quia cũ datur integer, non est esibilis; sic verbum Dei paruulis non valet, nisi manu operationis aperiatur. Sed tunc capitur sermo ab auditore, cùm tenetur in operatione apertus. Contritio gladij est pernicies mali exempli: quia sicut gladius in manu; sic perniciosum exemplum in operatione. Ista duo dicuntur *Ier.* 11. d. Iuuenes morientur in gladio, filij eorũ & filiæ eorum morientur in fame. Vel sic: Duo sunt combinata, s. vastitas & contritio, fames & gladius: & notantur hic quatuor peccata, quæ etiam dicuntur *Eccl.* 39. d. Ignis & grando, fames & mors omnia hæc ad vindictam creata sunt. Ignis, siue vastitas est luxuria, quæ est ignis vastans, vsque ad consumptioné deuorans, & omnia eradicans genimina. *Iob.* 31. b. Grando, siue contritio, i. grando conterens, superbia est, quæ omnia vult conterere & subiicere. Vel dicitur contritio, quia cito conteritur, & ruit de alio, sicut grando. *Prou.* 16. c. Contritionem præcedit superbia: & ante ruinam exaltabitur spiritus. Fames est cupiditas auari, quæ non potest repleri. *Eccl* 5. b. Auarus non implebitur pecunia. Gladius est malitia linguæ, quæ prædictis tribus communiter deseruit. *Ps.* 58. Gladius in labiis eorum. Cùm ergo tot sint mala, dicit Propheta.

g Quis contristabitur, &c.] Hoc est extremum malum, non habere solatium in aduersis *Eccl.* 4. a. Vidi calumnias, quæ sub Sole geruntur, & lachrymas innocentũ: & neminé consolatoré. Sequitur, *l* Filij tui, &c.] in terrã per auaritiã *Eccl.* 10. b. Nihil est iniquius, quam amare pecuniã: hic enim, & animã sua venalé habet: quoniã in vita sua proiecit intima sua. *m* Dormierunt in capite omnium, &c.] i. diu

quieuerunt in

al. † bestia illaqueata.

sicut † a oryx illaqueatur b pleni indignatiooe Domini increpatione Dei tui. c Idcirco d audi hæc paupercula, e & ebria non f à vino: Hæc dicit g Dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnauit pro h populo suo. i Ecce tuli de k manu tua calicem soporis, l fundum calicis indignationis meæ. Non † m adijciam, vt bibas illum vltrà. Et n ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt, o & dixerunt p animæ tuæ: q incuruare, vt r transeam: & s posuisti, vt terram, corpus tuum, t & quasi viam, transeuntibus.

al. † adijcias

CAP. LII.

A

Suprà 51.c.

u Consurge, x consurge, y induere fortitudine tua, Sion: z Induere vesti-

a Thren. 2. g. Leua ad eum manus tuas pro animabus paruulorum tuorum, qui fame pereunt in capite omnium compitorum. a Vt oryx illaqueatus] proijcitur, s. mortuus enim, & captus laqueis proijcitur ad campos, est. n. animal immundum, nec sacrificio aptum, vt dicit Gl. & dicitur, quòd est mus aquaticus, qui solet capi in molendinis, & postea in vijs, proijci. Hebræi sic exponunt [filij tui proiecti sũt &c.] hostes enim substernebant Iudæos in luto loco lapidum, vt transirent sicco pede, & maximè in compitis, vbi magis solet lutum confluere, vnde dicit [in capite, &c.] vel sic [filij tui, &c.] quia captiui, quãdo ligati ducuntur, & Ductores volunt repausare, ipsi proijciuntur iuxta viam & dormiunt lassi, ligati vinculis [vt oryx] Septuaginta, vt beta semicocta. Iero. in originali dicit, & eum interpretes orygem captum, & illaqueatum transtulerunt, qui Hebraicè appellatur Tho, quod genus bestiæ nascentis in Eremo inter munda animalia in Leuitico, & Deuteronom, ponitur, pro quo Septuagin. lingua Syra opinati sunt Thoreth, quæ dicitur Beta. Nota, quòd Deut. 14. a. habetur de hoc. Hoc est animal, quod comedere debetis, ouem, & bouem, & capram, & post sub lit, orygem. Est autem illud animal, quod dicitur oryx simile capræ, vel hirco, cuius vili asperi, & reflexi crescunt versus caput contra naturam aliorum animalium. Est ergo sensus [vt oryx] quasi dicat, filij tui proiecti sunt à sinu tuo, & exules à te dormierunt in diuersis vijs astricti vinculis inimicorum, vt hoc genus animalis ligatur, & captum ducitur. b Pleni indignatione,] id est, repleti afflictione, quæ eis prouenit ex ira Dei, per quam Dñs illos increpauit. Dominus enim flagellis suis increpat malos, vt corrigantur, ideò ipsa poena dicitur increpatio, vt dicitur Iob. 5. c. Increpationem Domini ne reprobes, &c. Hæc autem, & his similia Ierusalem pertulit sub Nabuchodonosor, & sub Antiocho, & diu sub Cyro. c Idcirco] quia sic proiecta, & desolata non habes consolatorem d Audi hæc paupercula] diuitijs ad literam. e Et ebria:] doloribus. Vnde subdit. f Et non à vino] ad literam, vel [non à vino] delectationis, sed compunctionis, & doloris. Simile sup. 29.c. Inebriamini, & non à vino. Thr. 3. b. inebriauit me Absynthio, i. dolore. g Hæc dicit Dominator, &c.] olim contra Ægyptios, & alios multos. h Pro populo suo] scil. pro Iudæis. i Ecce tuli] prædixit captiuitatem futuram: nunc hortatur ad poenitentiam, vt euadant: & in hoc excitat eis spem, cùm de tanta tribulatione possint per poenitentiam de facili eripi Dicit ergo [ecce tuli,] i. tollam, si poenitueris. k De manu tua calicem soporis,] i. captiuitatem, quæ dicitur calix soporis, i. mortis: quia in illa captiuitate multi mortui sunt. l Fundum calicis, &c.] tuli, s. Fundus calicis est vltima profunditas afflictionis. m Non adijciam, &c.] si poenitentiam egeris. Ierom. Non adijcies, &c. n Et ponam illum in manu eorum, &c.] vt s. bibant, & inebrientur afflictione. Gl. Secundum litteram humiliauerunt eos Chaldæi, & ipsi humiliati sunt à Medis, & Persis: & humiliauerunt eos Romani: & ipsi similiter in multis humiliati sunt. o Et dixerunt [hostes s. tui volentes tibi dominari. p Animæ tuæ,] i. Regibus tuis, & Principibus tuis, qui sunt quasi anima, & vita plebis q Incuruare,] i. subijcere nobis. r Vt transeamus] super te, i. conculcemus te. s & posuisti, &c.] i. populum, qui dicitur corpus, vt Principes caput. Isti omnino oppressi sunt, s. populares homines, & conculcati à Dñis alienis. t Et quasi viam transeuntibus.] exposuisti te, s. hostibus ita indifferenter, vt via, quæ omnibus patet, exponitur communiter transeuntibus: Vel ab illo loco [& dixerunt animæ tuæ, &c.] potest legi de Ierusalem sub metaphora meretricis, quæ exponit se omnibus, & huic expositioni concordat litera Sept., quæ est, Posuisti æqualia terræ media tua, id est, renes à foris transeuntibus.

Aliter.

A quieuerunt in superbia, quæ est caput omnium malarum actionum. Eccl. 10. b Initium omnis peccati superbia. a Vt oryx] per luxuriam. Prou. 7. d. Statim sequitur eam, quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans, quòd ad vincula stultus trahatur. Eccl. 7. d. Laqueus venatorum est mulier, sagena cor eius, vincula sunt manus illius. Naum. 3. c. paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super omnes inclytos eius miserunt sortem: & omnes optimates eius confixi sunt compedibus. Sequitur. i Ecce tuli de manu tua, &c.] Hæc est consolatio, quæ promittitur tribulatis pro Christo (Tuli, i.] abstuli. k Calicem soporis,] i. mortis. Int. Quia & miseriam mundi, & mortis auferet ab Electis, sup. 25. c. Præcipitabit mortem in sempiternum. l Fundum calicis indignationis meæ,] i. omnino, & omnem poenam, qua verberaui te, quasi iratus auferam. m Non adijciam, vt bibas illum vltrà,] quia mors vltrà non erit, neque luctus neque clamor, neq; dolor erit vltrà, quæ prima abierunt, vt dicitur Apoc. 21. a. n Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt,] i. Dæmones, & persecutores puniam, qui te grauauerunt: sic transibit virga à filijs, sup. 28. d. Flagellum inundans cùm transierit à bonis, s. eritis ei, s. mali in conculcationem. Item su. 30 g. Et erit transitus virgæ fundatus, quem requiescere faciet Dominus super eum, id est, virga, quæ transibit à bonis, fundabitur in malis: quia ibi poena requiescet. Item supr 49. g. Eos, qui te iudicauerunt, ego iudicabo. Ier. 30. c. Qui te vastant, vastabuntur, cunctósque Prædatores tuos dabo in prædam. o Et dixerunt] Dæmones, s. suggerendo. p Animæ tuæ, incuruare] à naturali dignitate ad ima appetenda inclinare. r Vt transeamus.] Num. 20. c. Obsecramus, vt nobis liceat transire per terram tuam. Ierom. Non vim fecerunt, vt priùs erecta declinaretur in terram; sed proprio arbitrio dereliquerunt. Bernard. Non credas dicentibus, vt transeamus: habitare. n. volunt, non transire. s Et posuisti vt terram, corpus tuum,] id est, eis te subiecisti, quasi scortatrix Dæmonum, & meretrix eorum & quasi via transeuntibus. Iob. 19 b. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me. Eccl 9. b. Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via, ab omni prætereunte conculcabitur.

EXPOSITIO CAP. LII.

Consurge, consurge, &c.] Hoc capitulum diuiditur in quatuor partes. Primò liberatio populi per rationem ostenditur, & ibidem causa captiuitatis secundum vnam expositionem ponitur. Secundò nuncij liberationis in Iudæam mitti dicuntur, ibi. [Quam pulchri, &c.] Tertiò populum exhortatur, vt gaudeat, & laudet Dominum, etiam si se ad recedendum de Babylone præparet, ibi, [Vox speculatorum tuorum, &c.] Quartò ministri huius liberationis determinantur, s. Cyrus secundum vnam expositionem: vel secundum alios loquitur ibi de Iosaphat, vel de Iosia secundum alios de morte Isaiæ, ibi, [Ecce intelliget, &c.] Dicit ergo. u Consurge, &c.] In fine præcedentis capituli promisit Dominus per Prophetam conuertendam captiuitatem Iudæorum in ipsos hostes eorum, & eos destruendos, s. Chaldæos, vel Romanos, secundum Ierom. Hic Propheta diffusiùs agit de liberatione Iudæorum in prima parte capituli. Dicit ergo: [Consurge,] id est, consurges, & loquitur ad Ierusalem, quasi iam sint destructi Iudæi. Consurge, bis dicit, quasi dicat, dupliciter cecidisti, casu populorum; & casu munitionum. Vel. u Consurge] quæ cecidisti in captiuitate. x Consurge] quæ cecidisti in Ægypti dispersione. y Induere fortitudine tua,] i. quam solebas habere, ô Sion. z Induere vestimentis gloriæ tuæ [ô] Ierusalem ciuitas Sancti.] Et loquitur de Ierusalem quasi de muliere, qui quamdiu vir eius est in captiuitate, in- Mysticè.

A duitur

u Consurge, consurge, &c.] Ecclesiam, vel animam inuitat ad surgendum, quam in fine præcedentis capituli incuruatam, & substratam Dæmonibus dixit. Dicit ergo.

u Consurge] de luto diuitiarum.

x Consurge] de luto carnalium voluptatum. De primo luto dicitur Abac. 2. b. Væ ei, qui multiplicat non sua: vsquequo aggrauat contra se densum lutum? De secundo 2. Pet. 2. d. Sus lota in volutabro luti. Et quia Dæmones te impugnare aggredientur, ex quo eis subiacere nolueris.

y Induere fortitudine tua, Sion,] i. anima, vel Ecclesia ad resistendum tentationibus. Multi enim surgunt, sed statim recidunt Vel. u Consurge] abijciendo inferiora. x Consurge] appetendo coelestia.

y Induere fortitudine tua] multiplicando bona opera. Et dicit [tua] non aliena, sicut asinus, id est, hypocrita, qui induitur pelle leonis. z Induere vestimentis gloriæ tuæ,] id est, honesta conuersatione, Prouerbiorum vltim. d. Fortitudo, & decor indumentum eius. Fortitudo in

strenuitate

mentis gloriæ tuæ *a* Ierusalem *b* ciuitas Sancti: † quia non *c* adijciet vltra, vt *d* pertranseat per te *e* incircuncisus & immundus. *f* Excutere de puluere, *g* consurge: *h* sede, Ierusalem. *i* Solue *k* vincula colli tui, *l* captiua filia Sion: *m* quia hæc dicit Dñs: *n* Grátis venundati estis, *o* & sine argento *p* redimemini. *q* Quia hęc dicit Dñs Deus: In *r* Ægyptum *s* descendit populus meus in *t* principio, vt *u* colonus esset ibi, *x* Assur *y* absq; vlla causa *z* calumniatus est eum.

al. † sancta.

a duitur lugubribus vestimentis, & in reditu eius ornatur. Fortitudinem Ierusalé vocat muros, turres, & fossata: gloriam autem eius dicit templum, & ea, quæ ad cultũ templi pertinent. Vel vestimenta gloriæ vocat munitiones & oppida circumadiacétia. Et est idem Sion & Ierusalé, sed Sion dicitur superior pars ciuitatis proprié Ierusalé dicitur inferior. *b* Ciuitas Sãcti,]i. Dei Vel sãctuarij, alia litera, i. templi, i. in qua est templũ: & sic aperta est *interl.* quæ dicit Sancti, vel templi. *Ieron.* Ciuitas sancta, alia litera: quia sola in orbe terrarum acceperat legem, sicut etiã dicitur *Matt.* 27. f. Exeuntes de monumentis venerunt in sanctã ciuitaté. *c* Quia non adij. &c.] q. d. bene dico induere, i. indueris fortitudine: quia eris ita fortis, quòd non adijciet vltrà. *d* Vt pertranseat per te] conculcando te & subijciendo *e* Incircuncisus, &c.] i. Nabuchodonosor Rex Babyloniæ & semen eius. Et iunge sic literam. Non adijciet vltrà incircuncisus & immundus, vt pertranseat per te. Et dicitur immundus, quia incircuncisus. Et nota, quòd hoc promittunt sibi Iudæi in nouissimis diebus ad literam. *f* Excutere, &c.] Loquitur sub tropo, quando aliqui laborant sedentes in terra. quando surgunt ab opere excutiunt vestes suas, & ita ei dicit, [Excutere de pul. &c.] i. labore & vilitate captiuitatis. *g* Cõsurge.] i. cõsurges & pristinum statum resumes. *h* Sede Ierus.] i. sedebis quieté & securé. Per sessioné n. significatur quies & firmitas *i* Solue,] i. soluẽs. *k* Vincula colli tui,] i. iugũ seruitutis. *l* Captiua filia Sió, i. Ierus. Sion dicitur superior pars, Ierus. inferior pars ciuitatis, Filia aute Sion dicitur ipsa plebs. *m* Quia hæc dicit Dñs] q. d. verum est, quòd liberaberis, ó Sió á captiuitate, quia hæc dicit Dñs, qui non mentitur. *n* Gratis venundati estis hostibus, s. in seruitutem,] i. sine labore magno & sumptu possident vos hostes. Ad litteram n. Iudæi capti ab hostibus dabantur venales pro modico pretio, sicut dicit *Ps.* 43. Vendidisti populum tuum sine pretio. Quia ergo habuerunt eos sine pretio, reddent eos sine pretio. Et hoc est, quod dicit. *o* Et sine argento redimemini, i. gratis, & sine pretio liberabimini per Cyrũ. Vnde *sup.* 45. c. Captiuitaté meam dimittet non in pretio, neq; in muneribus. Vel. *n* Gratis venundati estis,] i. sine causa, quantum ad Babylonios captiuantes, seu quoad, ipsos, qui propter peccata sua captiuati sunt. *q* Quia hæc dicit Dominus Deus.] Dixit, quod eos liberaret, hic ponit rationem ad hoc, vt citiùs credant. *r* In Ægyptum descendit populus meus in prin. *Gen.* 46. a. *u* Vt colonus esset ibi] in terra Gessem, & ibi Pharao calumniatus est eum, sed non omnino sine causa. *Gl.* Videbantur n. Ægypti aliquid rationis subijciẽdo eum habere quia subuenerunt ei in famis necessitate; & tamen ego liberaui eum. *x* Et Asser,] i. Rex Assyriorum Nabuchodonosor, s. qui fuit Monarcha, & populus eius. *y* Absque vlla causa calum.] Ergo multò magis liberabo populum meũ ab ipso Assur, qui sine causa est in propria terra oppressit. Et sumitur hic largè calumnia pro iniuria qualibet.

Δ Et nunc

Mysticè. ⊖ strenuitate operis decor, siue gloria in honestate cõuersationis. *Ruth.* 3. a. Lauare, s. per pœnitentiam, & vngere, s. per misericordiã & cirkoribus induere vestimentis, s. per conuersationé honestã, & abscondere in arca, s. per humilitaté. *Iob.* 40. a. Circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus. O, *a* Ierus. ciuitas Sancti.] Anima dicitur Sion per circũspectioné insidiarũ inimici dicitur Ierus. per contéplationé æternæ pacis. Similiter Ecclesia dicitur Sió, quantũ ad Prælatos, quibus incumbit specula & custodia subditorum: sed sicut dicitur. *inf.* 56. d. Speculatores eius cæci omnes. Dicitur autẽ Ierus. quantũ ad minores, in quib9 maximè videtur & inuenitur pax & cõcordia, sicut dicitur in *Ps.* 106. Effusa est cõtentio super Principes. Sequitur. *c* Quia non adijciet vltrà.] si prædicta feceris. *d* Vt pertrãseat per te incircũcisus, &c.] i. Diabolus, qui dicitur incircuncisus, quia superfluitaté temporalium semper suggerit. Dicitur immundus, quia luxuriæ immunditiã diligit. Transit auté per animã, cùm anima consentit in delectationé: pertrãsit, cùm anima consentit in opus. *sup.* 35. c. Non transibit per eã pollutus, i. malus motus, etsi surgat, *Ro.* 6. b. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Vel potest legi de statu triumphantis Ecclesiæ. *Naum.* 1. d. Non adijciet vltrà, vt pertranseat in te Bel al. *Ioel.* 3. d. Alieni non transibunt per eã ampliùs Modò in Ecclesia militante aliter est. Non sunt foris canes, vel venefici, imò plena est Ecclesia superfluitate diuitiarum, & immũditia peccatorũ, maximè in Clericis. *Ezec.* 44. b. Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel, eo quod inducitis filios alienos incircũcisos corde, q. d. quia ambitiosi sunt: & incircũcisos carne, quia luxuriosi sunt, vt sint in sanctuario meo & polluat domũ meã, hoc est contra illos, qui indignos promouent. *f* Excutere de pul] i. declina à malo *g* Consurge] fac bonum. *h* Sede,] i. perseuera in bono. Et dicit notabiliter excutere, q. d. totus es in puluere peccati inuolutus, & ideò totus excutere. Apostolis autem dictũ est *Matt.* 10. b. Excutite pulueré pedũ vestrorũ, quasi parũ de puluere habentibus. *Ps.* 43. Humiliata est in puluere anima nostra. *Iob.* 11. b. Absconde eos in puluere similiter. Vel puluis sunt bona téporalia: Hunc Sancti excusśũt; sed mali lingunt. *Mich.* 7. d. Lingent puluerẽ, sicut serpẽtes. Et *inf.* 65. d. Serpenti puluis panis eius. Dicit ergo. *f* Excutere de pul.] i. de amore terrenorũ. *g* Consurge,] i. totus surge in amore cælestium. Sed post erectioné ad superna. *h* Sede,] i. redi ad te, & reside in te per cõsiderationé tuorũ defectuũ. Surge. n. est exaltari, sessio humiliatio. Hoc est, quod dicitur *Eccl.* 3. c. Quãtò magnus es, humilia te in omnibus. Sed quia homo non habet libertatem surgendi, vel sedendi, qui ligatus est, ideò subdit. *i* Solue] priùs, s. *k* Vincula colli tui captiua fi. &c.] Iudas habet vinculum in collo, ita quod non vult confiteri præ verecundia. *Osea.* 5. d. Vidit Ephraim languoré suum & Iudas vinculũ *Thren.* 1. c. Conuolutæ sunt iniquitates meæ. & impositæ collo meo, ne, s. confitear eas. *inf.* 58. b. Dissolue colligationes impietatis, &c. Vel in hoc, quod dicit, [vincula colli tui] innuit, quòd peccator sit bos, vel iumentum, talia. n. ligantur per collũ, homo autem in pede, vel manu Dicit ergo. *i* Solue vincula,] i. remoue peccata quibus factus es pecus, quibus pressus statuisti oculos tuos declinare in terram, & incuruatus es multo vinculo ferri, vt dicitur 2. *Paral. vlt. Leuit.* 26. b. Confregi catenas ceruicum vestrarũ, vt incederetis erecti. Ité prædicator qui peccat, vinculum habet, quia nó potest liberè in alijs reprehendere, quod facit ipse *Ro.* 15. d. Nihil audem9 loqui eorũ, quę per nos nõ efficit Christus *Prou.* 6. a. Illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus: quia debet facere Prædicator, quod dicit. *m* Quia hæc dicit Dñs: Gratis venundati, &c.] q. d. bene dixi Solue vincula seruitutis Diaboli, cui venditus es, quia [gratis venundati estis,] i. Diabolo dediti. Et loquitur modò in plurali, ad innuendum, quod mali vnum sunt in malo, licet plures in numero. Et dicit [gratis,] i. spõte vestra, s. pro iniquitatib. quas voluntariè egistis. *sup.* 50. a. Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis. Vel, [Gratis,] quia nec commodum inde habuistis, nec incómodũ effugistis. *Ro.* 6. d. Quẽ fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis; *Ps.* 43. Vendidisti populum tuum sine pretio. *Pro.* 10. c. Cor impiorum pro nihilo. *o* Et sine argento.] *Glo.* i. nullo merito vestro, sed gratuito Dei beneficio. *p* Redimemini.] *Gl.* sanguine filij 1. *Pet.* 1. d Non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis de vestra vana conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. Sed contra. *Dan.* 4. e. Peccata tua eleemosynis redime. Et *Pro.* 13. b. Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ. Sol. Qui vẽditus est Diabolo per peccatum, per hæc redimi non potest, sed habilitari ad consequendum effectum dñicæ redemptionis. *q* Quia hæc dicit Dñs.] Bene dico, quod redimemini ab Ægypto & Diabolo, cui subditi fuistis, quia. *s* Descendit populus meus.] *Gl.* genus humanum. *t* In principio,] i. in primo parente Adã, i. *r* In Ægyptũ,] i. in mundũ, in quo est mœror & tenebræ. Sed ad quid? Vt colonus esset ibi,] i. vt in mundo esset tanquam in exilio. Vel, [colonus esset] ibi colendo terram & laborando *Iob.* 5. b. Homo nascitur ad laborem. Sed fatuus est, qui colit agros steriles, quorum fructus vrticæ & absynthiũ, sed ager proprij cordis colendus est. *Pro.* 24. d. Per agrũ hominis pigri trãsiui, & per vineam viri stulti. & ecce totum impleuerant vrticæ, &c. Et nota, quòd *Ier.* 14. b. fit quæstio quædam. Quare colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendũ? Et hic est responsio, quia in Ægyptũ descendit, &c. Ideò & Dñs ascendit nubé leué, & ingressus est Ægyptum, vt dicitur *sup.* 19. a. Eadem n. via venit Samaritanus, qua descenderat sauciatus. *Luc.* 10. e. Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericó. *x* Et Assur,] id est, Diabolus. *y* Absque vlla causa,] id est, non de iure, sed inuidia mouente, vt dicitur *Sapien.* 2. d. Inuidia Diaboli, &c. *z* Calumniatus est eum; Adam, scil. ad peccatum trahendo. Vel, [Eum,] i. genus humanum. etiam Sanctos in limbo detinendo, cùm tamen nihil

⊖ iuris haberet

A a Et nunc quid mihi est hic] id est, in terra Iudæorum deserta. c Dicit Dominus, quoniam ablatus, &c.] q. d. Dominus, nihil habeo boni, propter quod in hac regione permaneam, de qua populus meus ablatus est gratis. Dominus enim, quasi nihil reputat se habere, cùm auferuntur ei homines, propter quos fecit omnia. Vel.

Et a nũquid mihi est b hîc, c dicit Dñs: quoniã d ablatus est populus meus e gratis? f Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dñs. Et g iugiter h tota die i nomen meum blasphematur. k Propter hoc l sciet populus m meus nomen n meum in o die illa; quia p ego ipse qui loquebar, q ecce adsum. Quàm r pulchri f super montes t pedes annunciantis, & prædicantis pacẽ, u annũciantis x bonum y prædicantis z salutem, a dicentis: b Siõ regnabit c Deus tuus. d Vox speculatorũ tuorum e leuauerunt vocem, f simul g laudabunt: quia h oculo ad oculum i videbunt, cùm k converterit Dominus Siõ,

d Ablatus est] à terra sua. e Gratis] sine labore hostium: vel etiã pro peccatis Principum, non suis principaliter. Vndè subdit causam captiuitatis.
Rom. 2. d. f Dominatores eius] Reges, Principes & Sacerdotes eorũ iniquè agunt, dicit Dñs. g Et iugiter] non ad horam, sed diu. h Tota die] continuè. i Nomen meum blasphematur] à populo, exemplo maiorũ, vel ab aliis nationibus, qui videntes peccata Iudæorum, Deũ Israel blasphemabat & maledicebant. Vel aliter
Nahum. 1. d. secundùm *Andream*.
Rom. 10. c. a Et nunc quid mihi est hic, &c. q. d. cùm populus meus de terra sua sine causa ablatus sit, quid ego in coelo morer, & non potiùs descendo liberare meos, quos iniquè Dominatores eorum Chaldæi opprimunt? k Propter hoc] quis iniustè ablatus est, & afflictus. l Sciet.] id est experietur. m Populus meus nomen meum] i. potentiam, & virtutẽ meã, qua nominabilis apparebo. o In die illa] notabili, in qua liberabo eos. p Quia ego ipse, &c.] per Prophetas eis liberationem promittendo. q Ecce adsum] i. præsens adero perficiendo
Secunda pars. promissa. r Quàm pulchri, &c.] Hic determinat, qualiter officij liberationis in Iudæam mittentur, & congaudens aduentui eorũ dicit Propheta: Quàm pulchri super montes] i. super terrã Iudææ, quæ est montuosa. t Pedes annunciantis, &c. i. quàm speciosus est aduentus nunciorũ nunciantium in Iudæa pacem, & reditũ captiuorũ. u Annunciantis,] i. annunciantiũ. x Prædicantis,] i. prædicantiũ. z Salutem] i. liberationem à captiuitate. a Dicentis] i. dicentium. O b Sion regnabit] i. regnare apparebit in te. c Deus tuus] quia te eripiet tanquam, Rex fortis. Vel regnabit in Cyro, cui regnum dabit ad te liberandum. d Vox speculatorum, &c.] audita est, scil. Esdræ, & aliorum, qui erant, quasi custodes populi. e Leuauerũt vocẽ] i. leuabunt populũ ad reditũ exhortando. Vel. d Speculatorum] i. eorum, qui in Iudæa erant, qui reuertentes de Babylonia in specula respiciebant. e Leuauerunt vocem] congaudendo redeuntibus. f Simul laudabunt] Deum liberatorem suum. h Quis oculo ad oculũm] id est, apertissimè, & præsentialiter. i Videbunt] liberationem suam. k Cùm converterit Dominus Sion] id est, illos, qui fuerunt in Sion conuerterit, scil. ad se.

△ Gaudete, &c.

Mysticè. O iuris haberet in eo diabolus. Et quòd Diabolus sit calumniator, habetur *Apoc.* 12. b. Proiectus est accusator fratrum nostrorum. Ab his duobus prædictis redemit Dominus, scilicet, ab Ægypti miseria, per gloriam: & à seruitute Diaboli per gratiam. a Et nunc quid mihi est, &c.] Ex quo genus humanum exultat in mundo, & premitur à Diabolo, quid mihi est hic, id est, in coelo? quasi dicat, non reputo me aliquid habere in coelo, habendo, scilicet, angelicos Spiritus, qui sunt quasi nonaginta nouem oues in deserto, nisi etiam habeam ouem errabundam in exilio. Vndè *Psalm.* 72. quid mihi est in coelo: & à te quid volui super terram? Vel a Quid mihi est] id est, quæ pars est mihi. b Hic] id est, in hominibus, quasi dicat. Nulla sed in eis sum præscriptus, tam in clero, quàm in populo *Galat.* 3. a. Ante quorum oculos Christus Iesus proscriptus est, & in vobis crucifixus. Item non est mihi pars in vobis dicit Dominus. d Quoniam ablatus est populus meus gratis] ablatus, scilicet, à me malè viuendo, vel à conspectu misericordiæ meæ. 4. *Reg.* 17. c. Iratus Dominus Israeli abstulit eos à conspectu suo. Et ideò populus tollitur, quia. f Dominatores eius, &c.] *Ierem.* 50. a. Grex perditus factus est populus meus: pastores eius seduxerunt eum, *Malach.* 2. b. Vos recessistis de via, & scandalizastis in lege plurimos. Et hoc est, quod sequitur. g Et iugiter nomen meum tota die, &c.] à subditis propter peccata Prælatorum. *Septuaginta.* Per vos semper nomen meum blasphematur in Gentibus, *Rom.* 2. d. Dicitur idem. Mysterium hic planum est secundum, *Gloss.*

a Quid mihi inter Iudæos, scilicet. c Dicit Dominus,] quasi dicat transibo ad Gentes, quia populus Iudaicus, qui prius fuit meus per specialem cultum, ablatus est à me, & exemplo Prælatorum suorum factus est blasphemus. k Propter hoc] ergo, quia blasphemor à Iudæis. l Sciet populus meus] id est, Gentilis Christianus factus. n Nomen meum] id est, rem huius nominis Emanuel. Vel. Nomen meum, quia à Christo dicetur Christianus. o In die illa] notabili, id est, in die gratiæ. p Quia ego ipse, qui loquebar] *Gloss.* olim per Prophetas. q Ecce adsum] per meipsum præsens in carne. *Bar.* 3. d. In terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Moraliter. Moral.
o Propter hoc sciet, &c. quia ego ipse, qui loquebar] per os Prædicatoris. q Ecce adsum] in manu eius per executionem operis: & tunc potest scire populus nomen Domini. Vel vt sint verba Prædicatoris. q Quis ego ipse, qui loquebar 93. dist. c.
ecce adsum] talis in opere, qualis fui in Prædicatione. Diaconi.
r Quam pulchri, &c.] Suprà locutus est filius de se ipso; hic Mysticè.
autem loquitur Propheta de ipso filio commendans pedes eius, & dicit. Quam pulchri, id est, admirabiliter pulchri. f Super montes] id est, super sanctos Prophetas, & Apostolos virtutibus eminentes. t Pedes annunciantis, & prædicantis pacem] id est, gressus actionum Christi, qui veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuistis: & pacem his, qui propè, *Ephes.* 2. d. & *infr.* 57. d. De his pedibus *Deuter.* 33. a. Qui appropinquant pedibus eius, i. qui imitantur gressus operũ eius, accipient de doctrina illius. Vidè *Psal.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum. *Nahum*, 1. d. Ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. Super montes enim dicitur transire dupliciter: quia, scilicet, cunctos Sanctos transcendit: & quia in eis vestigia sua imprimit. In Abraham impressit vestigium obedientiæ, in Dauid mansuetudinis. In Abel innocentiæ, & ita in aliis. Vndè *Cant.* 2. b. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Vel pedes Christi sunt Apostoli semper montes, i. in eminentia vitæ constituti, qui fuerunt pulchri & mundi à puluere peccati, quorum etiam pedes, i. affectiones Dñs lauit *Ioan.* 13. a. *Rom.* 10. c. Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. *Apoc.* 1. d. Pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti. Dicit ergo. r Quàm pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis, pacem] veniæ de præteritis peccatis. u Annunciantis bonum] gratiæ in præsenti in bonis agendis. y Prædicantis salutem] gloriæ in futuro. *Aug.* [illegible]lus à malo liberat, bonum ordinat, pax reformat. a Dicentis] ô Sion regnabit Deus tuus io hominus, per poenitentiam, destructo regno peccati. *Rom.* 6. b. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Et Dñs dixit *Matt.* 4. c. Poenitentiam agite, appropinquabit, &c. *Matt.* 6. b. Adueniat regnum tuum. Dicebat ergo Christus, Regnabit Deus tuus, ô Sion. Quotiens fidelibus loquebatur de regno Dei, totiens regnũ diaboli reuertendũ annunciauit, & regnũ Dei venturũ. Conuertit sermonẽ ad filium, cùm subdit. d Vox spec. &c.] *Glos.* audietur, supple, in toto orbe terrarũ. Speculatores sũt Apostoli, & similiter Prædicatores & Prælati. Nota, quòd speculator debet ascendere sursũ, *sup.* 40. b. Supra montẽ excelsum, &c. i. eminentiam vitæ. e Leuauerunt.] Nisi speculatores vocem. *Sept.* Vox custodientium te exaltata est. Dupliciter leuauerunt vocem Apostoli apertè, & publicè prædicando. Vndè *Matth. decimo.* c. Quod in aure auditis, prædicate supra tecta. Item quia de coelestibus & pro coelestibus prædicabant, non de terrenis, nec pro terrenis. Non sicut multi, de quibus *suprà vigesimo-nono.* a. Et erit, quasi Pythonis vox tua de terra, & de humo mussitabit eloq. *Ioan. tertio.* d. Qui de terra est, de terra loquitur. Dicit ergo. Leuauerunt vocem, populos ad alta inuitantes. f Simul.] id est, concorditer in vanitate. g Laudabunt] Dominum. *Act. quarto.* f. Multitudinis credentium erat cor, &c. Vel simul laudant, quorum cor, &, os: vel quorum vox, & vita: intellectus & affectus concordant 1. *Corinth.* 13. c. Psallam spiritu, psallam & mente. *Leu. primo.* d. Os turturis iubetur retorqueri ad ascellam. h Quis oculo ad oculum,] id est, apertè oculo etiam corporali. i. Videbunt] Redemptorem, & eius exempla, & beneficia. k Cùm converterit, &c. id est, quando tempus venerit conuersionis, Gentium, & fecerit ex eis Sion, id est, Ecclesiam *Luca decimo.* d. Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, dico enim vobis, quòd multi Reges, & Prophetæ voluerunt videre, quæ vos videtis; & non viderunt. Vel plenè laudabunt, quando oculo ad oculum, facie ad faciem videbunt vtramque naturam in Christo, quòd est vita æterna. *Ioan. decimo-septimo.* a. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, &c. 1. *Cor.* 13. d. videmus nunc per speculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem. *Iob.* 19. d. Quem visurus sum ego ipse, &c. *Apocal.* 1. b. Et videbit eum omnis oculus. *Bern.* Plenum prorsus omni suauitatis dulcedine, videre hominem hominis Conditorem. Et hoc. Cùm conuerterit Dñs Sion, i. omninò ad se verterit liberans eam à culpa & à miseria, *Ps.* 125. In conuertendo Dñs captiuitatem Sion, facti su-

a Gaudete,&c.] Vox eſt ſpeculatorũ,vel ipſius Prophetę Iſaię, inuitantis alios ad gaudiũ & laudẽ. Gaudete in vobis. b Et laudate] Deum. c Simul.] Id eſt,concorditer & viriliter. O d deſerta Ieruſalem : i. populus Ieroſolymitanus priùs deſertus à Deo, vel terra deſerta priùs, quæ tunc quaſi lugebat pro defectu habitatorum, ſicut dicitur *Thren.* 1. b. Viæ Sion lugent, &c. Benedico, gaudete.

e Quia cõſolatus,&c.] de captiuitate liberando. f Redemit Ieruſalem de ſeruitute.

Suprà 49. b

h Parauit Dñs, &c.] i. potentiam ſuam, q. d. Potẽtia Dñi parata eſt, & præſtò ad liberandum vos.Vel,Brachiũ, i.Cyrum, per quem operabitur vobis bonum. i In oculis omnium Gentium, &c.] i. terra vſque ad fines ſuos. l Salutare Dei noſtri.] i. Saluationem,

a Gaudete, & b laudate c ſimul d deſerta Ieruſalem : quia e conſolatus eſt Dñs populum ſuum, f redemit g Ieruſalem. h Parauit Dñs brachium ſanctum ſuum in i oculis omnium Gentium : k & videbunt omnes fines terræ l ſalutare Dei noſtri, m Recedite, n recedite, o exite inde, p pollutum nolite tangere. q Exite de medio eius, r mondamini, qui ſ fertis t vaſa Domini;

quam facturus eſt. m Rec. &c.] Hæc eſt vox adhuc ſpeculatorum inuitantium populum ad reditum:vel eſt vox ipſius Iſaiæ: Recedite, recedite, exite inde *Ierom.* i. de Babylone. p Pollutum nolite tangere. *Ierom.* id eſt, idola eorum polluta derelinquite. q Exite de medio eius.] Ideò toties idem geminat quia in Babylonia tenebantur amore poſſeſſionũ : & notitia populi, & timore itineris,præterea timore paupertatis,cùm venirent in Iudæam deſertam. r Mundamini] quaſi dicat, non ſufficit exire, ſed mundare debetis vos. ſ Qui fertis] i. delaturi eſtis. t Vaſa Dñi] *Ierom.* quæ Nabuchodonoſ. tranſtulit de templo.

Myſticè.

a Et benè poſ- mus ſicut conſolati,i verè conſolati.Dñs habet Sion in manu ſua, id eſt, Eccleſiam,vel animam, & ideò poteſt eam vertere in quamcunque partem voluerit.*Sap.*3.a.Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt,&c. *Deut.* 33. a. Omnes Sancti in manu illius ſunt. *Ier.*18 a.Sicut lutũ in manu figuli ; ſic vos in manu mea domus Iſrael.*Prou.*21.a.Sicut diuiſiones aquarum ; ita cor Regis in manu Dei, quocunque voluerit inclinabit illud. Surſum ad gaudia Paradiſi, deorſum ad ſupplicia inferni, ante ad mortem, quæ imminet, retrò, ad peccata vitæ præteritæ, dextrorſum ad proſperitates mundi, quàm fallaces, ſiniſtrorſum ad aduerſitates, quàm vtiles, intùs ad defectus proprios, extrà ad pericula viuendi. a Gaudete, &c.] quia plenitudine Gentium intrante Iſrael excæcatus eſt. Conſolatur primitiuam Eccleſiã Iudæorũ, vt gaudeat,quia plures habeat filios de Gentibus,quã crediderunt de Iudæis Vndè dicit,Gaudete intùs in corde.b Et laudate] ore. c Simul] id eſt, concorditer. d Deſerta Ieruſalem] i. ô vos reliquiæ Iudæorũ, Apoſtoli & alij. e Quia conſolatus eſt Dñs,&c.]fidelẽ, Quia ruinas Iudæorum reſtaurauit multitudine Gentiũ,*Inf.*54.a.Lætare ſterilis,quę non paris,&c. multi filij deſertæ magis,quã eius,quæ habet virũ. f Redemit] quia Dñs ſanguine filij ſui. g Ieruſalem] i. generalem Eccleſiã, *Sup.*49.d.Laudate cœli,& exulta terra,iubilate montes laudem: quia conſolatus eſt Dñs populũ ſuũ,& pauperũ ſuorũ miſerebitur. Per quẽ autem redemerit Sion, ſubditur. h Parauit Dñs brachiũ,&c.] *Sept.*Reuelauit,i.incarnari fecit filium ſuum, per quem omnia operatur. Parauit,dicit, i. paratum & præſtò fecit ad liberandum genus humanum. *Matt.* 26. d. Veruntamen non ſicut ego volo,ſed ſicut tu i In oculis omniũ Gentiũ] quia omnes in eum credent.*Pſ.*97.Ante conſpectum Gentium, &c. k Et videbunt omnes fines, &c.] i. omnes vſque ad fines terræ.

l Salutare Dei noſtri. i. filium,qui operatus eſt ſalutem in medio terræ, vt omnes videant. *Sup.* 40. b. Et videbit omnis caro, &c. Et in *Pſal* 97. Idem dicitur. m Recedite, &c. Hoc exponitur myſt. de fidelibus, qui antequã Romani venirent ad vaſtandam Iudæam, admoniti à Spiritu ſancto in regnum Agryppæ tranſierunt, Iudæam relinquentes,vel de Apoſtolis, qui trãſierunt ad Gentes. *Act.* 13. Dicit ergo:Recedite, recedite, exite inde à Ieruſalem, ſcilicet & à Iudæis, & conuertimini ad Gentes. p Pollutum nolite tangere,] i. Iudæis pollutis ſanguine Chriſti nolite aſſociari. q Exite de medio eius] Ieruſalem.

r Mundam.] ô Apoſtoli ſcilicet. Qui fer. vaſ. Dñi.] *Gl.* 1. Vos ipſos,in quibus eſt Dñs. 1. *Cor.*3.d. & 6. d. Templum Dñi ſanctum eſt, quod eſtis vos : vel vaſa Dñi ſunt arma iuſtitiæ, de quibus 2. *Cor.* 6. b. Et illa ſunt lorica iuſtitiæ,clypeus fidei, galea ſalutis, & gladius Spiritus, quod eſt verbũ Dei, vt dicitur *Epheſ.*6.c. Et benè moneo vos ad exeundum. a Quon. non in tum.] i. coacti. b Exibitis] à Iudæis, ſed voluntate & ratione ducti. c Nec in fuga] timoris properabitis ad Gentes. *Ioan.*10. b. Mercenarius videt lupum venientem & fugit. Vel non in tumultu,nec in fuga,quia non ex impetu, nec ſubitò ; ſed cum deliberatione & poſt multum tempus à paſſione Chriſti vene-

Vide textum huius myſterij in folio ſequenti.

runt ad Gentes. d Prec. enim]euntes vos ad Gentes Dominus, Dux & Moderator. e Et congreg. vos Deus Iſr.] Iudæos, & Gentes in vnum ouile. *Ioan.* 10. c. *Mich.* 2. d. Aſcendet pandens iter ante eos,&c.Moraliter. a Gaudete, & laudate ſimul deſerta Ieruſalem] id eſt, ô vos Clauſtrales deſerti à mundo, & conſolationibus mundi.Vel loquitur ad animam tentationibus agitatam, quæ videtur eſſe deſerta à Deo.Sed gaudete, dicit. *Iacob.* 1. a. Omne gaudium exiſtimate, &c. e Quia conſolatus eſt Dominus, &c.] Conſolatur Dñs per præſentiam ſuam deſertos à mundo, non alios. *Bern.* Delicata eſt conſolatio diuina, quæ non datur admiſcentibus alienam. *Pſ.*90. Cum ipſo ſum in tribulatione. *Zach.*2. c. Lauda & lætare,filia Sion, quia ecce venio,& habitabo in medio tui.Multi parui pendunt hanc conſolationem. *Hebr.* 12. b. Obliti eſtis conſolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur dicens: Fili, noli negligere diſciplinam Domini 2. *Mach.* 4. c. Et patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrantur.Vndè *Gal.* 6.d.Mihi abſit gloriari,niſi in Cruce Dñi,&c. f Red.Ieruſ.] ipſis tribulationibus, & tentationibus redimitur: quia redemptio animę viri diuitiæ ſuæ.*Prou.*13.b.Et *Nahum.*3.b.Dicitur Alexandriæ. Diuitiæ, mare: aquæ muri eius, id eſt, tribulationes, & amaritudines.Sed quia homo tribulatus,vel in Clauſtro poſitus timere debet, & ſperare, vt ſit ſecurus. Ideò ſubdit. h Parauit Dñs brachium ſanctum ſuum in oculis, &c.] i. potentiam ſuam ad faciendam vindictam in nationibus. Time ergo illud brachium quo percutit reprobos : & leue erit tibi ferre digitum, quo percutit hic iuſtos *Iob.*6. c. Qui timet pruinam,&c. 1.*Pet.*4.b.Reddent rationem ei, qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos. k Et videb, omn. fin,&c.] i. boni, in quibus finita eſt terrenitas. l Salutare Dei noſtri,] Primum moueat ad timorem, ſecundum ad ſpem. Iſtæ ſunt duæ molæ, *Deut.* 24. b. Vel. h Parauit,&c.] q. d. ideò, ô vos deſerti à mundo, & tentationibus expoſiti, gaudete, quia, Parauit Dñs brachium, i. paratus eſt vobis ad auxilium, qui etiam potens eſt auxiliari. *Heb.* 2. d. In quo enim paſſus eſt ipſe,& tentatus, potens eſt & eis,qui tentantur auxiliari. Et quia mala,qui nos hic premunt, ad Deum ire compellunt, vt dicit. *Greg.* Ideò ſubdit. m Recedite] voluntate. n Recedite] opere. o Exite,] indè quantum ad circunſtantias peccati, ſicut qui retinent colloquia mulierum, & familiaritates,cùm tamen dicat *Eccl* 21. a. Quaſi à facie colubri fuge peccatum. Nullus ſecurè dormit iuxta colubrum,ſic nec iuxta peccatũ.Iuxta peccatum dormit, qui mulierem non fugit : quia colloquium eius, quaſi ignis exardeſcit. *Eccleſ.* 9. b. Caro autem hominis eſt quaſi ſtipula, *ſup.* 40. b. Omnis caro fœnum. *Nau.* i. Conuiuium eorum pariter potantium conſumetur, quaſi ſtipula ariditate plena. p Pollutum nolite tangere,] i. nolite redire ad vomitum per iterationem peccati. *Prou.*26.b. Et *Pet.* 2. d. Canis reuerſus ad vomitum, &c. *Eccl.* 34. d. Qui baptizatur à mortuo, & qui iterùm tangit mortuum, quid prodeſt illi lauatio eius ? Vel pollutum tangere eſt alienis peccatis conſentire. *Eccleſiaſtic. decimotertio.* a. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.

Moral.
Pſalm.97.
2. Cor. 6. d.
45. diſt. cap. recedite
234.b. c.accu & e.recedite
1. q. 1. cap. neceſſe. Prouerb. 3. b.

q Exite de medio eius.] Exire de medio eius, eſt facere quod pertinet ad correptionem malorum, quantum pro vniuſcuiuſque gradu atque perſona, ſalua pace, fieri poteſt, vt ait quidam. Quod autem ſequitur.

r Mundamini, qui fertis vaſa Domini] ſic exponit. *Gregorius* : Rectores Domini vaſa ferunt, qui proximorum animas ad æterna ſacraria perducendas in ſuæ conuerſationis fide ſuſcipiunt. Apud ergo ſemetipſos, quantum debeant mundari, conſpiciant, qui ad æternitatis templum vaſa viuentia in ſinu propriæ actionis portant. Item *Gregorius*, Neceſſe eſt, vt eſſe munda ſtudeat manus, quæ diluere ſordes aliorum curat : ne tacta quæque deteriùs inquinet, ſi ſordida lutum tenet. Sic exponitur de Prælatis. Vel aliter ſicut dictum eſt.

p Pollutum nolite tangere,] id eſt, actum peccati iterando.

q Exite de medio eius] quantum ad animum reuertendi, ſic plenè exitur de Babylone peccati. *Ieremia quinquageſimo.* b. Recedite de medio Babylonis, *ſuprà quadrageſimooctauo.* d. Egredimini à Babylone, fugite à Chaldæis ; ſed quia non ſufficit exire, ſubdit.

r Mondamini per nouitatem vitæ *ſupra primo.* c. Lauamini, mundi eſtote. Sed multi mundant ſe exteriùs tantùm, vt hypocritæ. *Luca vndecimo.* e. Vel Phariſæi, quod foris eſt, mundatis, calicis, & catini. Sed intùs debetis mundari.

ſ Qui] Intra vos fertis vaſa Domini, id eſt, animas, quas inhabitat Dominus. *ſecundo Corinth. ſexto.* d. Vos eſtis Templum Dei viui, ſicut dicit Dominus : quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, &c. Vel. Vaſa Domini, id eſt, quæ Dominus emit pretio ſui ſanguinis *primo Corinth. ſexto.* d. Empti enim eſtis, &c. *ſuprà trigeſimoſecundo.* b. Fraudulenti vaſa peſſima ſunt.

* Et contra de

a Et bene poteritis vos mundare ante exitum. a Quoniam non in tumultu exibitis] i. subitò, & cum impetu, sed cum magna deliberatione: parauerunt enim se per tres annos. Vel aliter secundùm *Ieron.* Continuatur. Recedite dixi, & benè. Quoniam non in tumultu, &c.] id est, non sicut priùs de Ægypto cum tumultu, & cum timore fugistis, ita egrediemini de Babylone: sed cum voluntate, & pace Regis Persarū atque Medorum: in quo volūtas Domini apparuit qui protexit, & congregauit vos. *Andr.* Tumultus est aliud bellum, in quo est timor multus.

D

a l te.

a Quoniam non in tumultu b exibitis, c nec in fuga properabitis. d Præcedet enim vos Dn̄s, & e congregabit vos Deus Israël. f Ecce intelligit seruus meus, & g exaltabitur h & eleuabitur, i & sublimis erit valdè. k Sicut obstupuerunt super † eum multi: sic l inglorius m erit inter viros aspectus eius, n & forma eius inter o filios hominum,

c. Nec in fuga properabitis,] id est, non sicut fugitiui recedetis, sed in pace, Deo ducente. d Præcedet enim vos Dominus] præparando viam vobis, & voluntatem nationibus dando vt transire vos permittant. e Et] sic congregabit vos in terram vestram Deus Israël. f Ecce intelliget, &c. Hæc est vltima pars cap. quam aliqui Iudæi exponunt de Isaia, aliqui de Iosaphat, alij de Iosia, alij de Cyro. Nos autem illam literalem intelligentiam non aliam credimus, quam de Christo. Tamen fabula eorum talis est de Iosia. Ecce intelliget, &c. Hoc dicit, quia tempore Iosiæ inuentus est Deuteronomius: & ipso lecto intellexit comminationem Dei, & scidit vestimenta sua, vt dicitur 4. *Reg.* 22. c. Vel Cyrus intellexit voluntatem Dei de liberando populo; & in hoc, quòd populum Dei liberauit, & Chaldæos destruxit, seruus fuit Dei. g Et exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valdè] Iosias, scilicet, quia in regno fuit magnus: vel Cyrus, qui paruulus deiectus fuit in nemus abiectus, postea exaltatus est etiam super Reges Chaldæorum, & super Darium auonculum suum, & Monarcha fuit Orientis. k Sicut obstupuerūt super eum multi] id est, de magnitudine gloriæ, quæ fuit super eum, Iosiam vel Cyrum. l Sic inglorius erit inter viros aspectus eius] postea quia, & Iosias post gloriam tantam, viliter occisus est a Pharaone Nechao. 4. *Reg.* 23. f. Vel etiam Cyrus ignominiosè à muliere interfectus est, à Regina, scilicet, Tharami Massagetarum, quæ caput eius abscisū in vtrē plenū sanguine humano posuit, & insultādo ei dixit: Satia te sāguine, quē sitisti. n Et forma eius,] i. gloria, & potestas. o Inter filios hominū] erit, scilicet, vilis, & ingloria: tamen antè multum timebitur. Vndè subdit.

Quarta pars.

a Iste asperget

Moraliter. * E contra de bonis dicitur 1. *Reg.* 21. b. Sunt vasa puerorum sancta. 1. *Thessal.* 4. a. Sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione, & honore: specialiter autem Diaconis, & Subdiaconis loquitur, quorum est ferre vasa Domini, qui mundi debent esse, ne percutiantur, sicut O. a. 2. *Reg.* 6. b Quia, si stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, quantò magis homo sputredo, & filius hominis vermis, *Iob.* 25. b. Sequitur. a Quoniam non in tumultu exibitis, &c.] Suprà monuit ad exeundum de Babylone, id est, de confusione peccati, vel de amore mundi: hic remouet duo ab exeuntibus, quæ solent impedire exitum, tumultum clamoris, & fugam timoris. Homo enim cum silentio, & spe debet exire, *sup.* 30. d. In silentio, & spe erit fortitudo vestra. Dicit ergo. Non in tumultu exibitis; sed in silentio, & latenter recedetis à Laban, sicut Iacob, *Gen.* 31. c. Multi enim cùm volunt exire de mundo, ita clamant, & propalant propositum suum, & tot quærunt consilia, quòd ad vltimum nihil agunt. Vndè *sup.* 33. b. Concipietis ardorem, & parietis stipulam, scilicet, bonum, & ardens habetis propositum; sed nihil facietis. Alij ita pusillanimes sunt, & timent vel austeritatem ordinis, vel subitam mutationem & veteris consuetudinis infectionem, vel hostis infestationem, & ideò non aggrediuntur bonum, quia timent pati recidiuum. Contra quos dicit. c Nec in fuga properabitis] i. recedendo non timebitis, sicut fugitiui timent, sed securi estote. d Præcedet enim vos Dominus] In via dans exemplum. e Et congregabit vos Deus Israel. In patria conferens præmiū. Christus enim est exemplum, & præmium, forma nostra, & corona, vt dicit *Bern.* *Psal.* 37. Deduces me, & enutries me. Deduces me in via mundi, & enutries in pascuis cœli. Ad literam, Dux mihi eris *Iob.* 23 c. Vestigia eius secutus est pes meus. *Ps.* 85. Deduc me, Dn̄e, in via tua, hoc est primū. Et ingrediar in veritate tua, hoc est secundum, quod erat in patria, quando intellectus in ipsam veritatem ingredietur, vt sic notetur plena cognitio veritatis: & hoc quando dispersiones Israel congregabit in vnum ouile: *Ioan.* 10. c. *Soph.* 3. d. Eam, quæ abiecta fuerat congregabo, & ponam eos in laudem, &c. *Mich.* 4. b. Congregabo claudicantem: & eam, quam eieceram, colligam: & quam afflixeram, consolabor. Vel secundum *Ier.* congregabit vt vitia inter se repugnantia atque contraria deserentes, vnam apprehendant, solámque virtutem: neque enim vitia & perturbationes, inuicem se sequuntur, quod de virtutibus dicitur: Et postea dicit *idem Ieron.* In vitiis vniuersa contraria sunt, vt pauor audaciæ, impietati superstitio, luxuria parcitati. Vel aliter exponitur illud.

Aliter. a Non in tumultu exibitis nec in fug. &c.] de Prælatis, qui non debent fugere tempore tumultus, & belli. *Ioan.* 1. c. Mercenarius videt lupum venientem, & fugit. Vel sic. Non in tumultu exibitis, &c. à peccato per confessionem, quia confusa non debet esse confessio peccati, sed aperta, & distincta. c Nec in fuga properabitis] sicut illi, qui ita citò volunt confiteri, quasi si fugarentur, *sup.* 38. c. Recogitabo tibi omnes annos meos, &c. Vel sic.

a Non in tumultu,] id est, cum murmure. b Exibitis,] a mala consuetudine, sicut illi, qui murmurant, cum rescinduntur malæ consuetudines eorum. *Eccl.* 33. a. Præcordia fatui, quasi rota carri, id est, sine murmure non mouetur, *sup.* 3. a. Tumultuabitur puer contra senem, id est, lasciuus contra Prælatum corripientem, & ignobilis contra nobilem. c Nec in fuga properabitis] id est, non quasi fugati, sed voluntarij: non coacti, sed spontanei curretis viam mandatorum Dei. *Psal.* 53. Voluntariè sacrificabo tibi, &c. Vel sic.

a Non in tumultu, &c. id est, non ex proprio impetu, Sed consilio Spiritus Sancti. b Exibitis] ad arctiorem vitam *Eccl.* 32. d. fili, sine consilio nihil facias: & post factum non pœnitebis. *Prou.* 13. b Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. Item *Prouerb.* 11. & 24. a. Salus, vbi multa consilia. Sed cauendum est à consiliario malo. Vndè *Eccles.* 37. b. A consiliario malo serua animam tuam. Si vis ieiunare, non consulas ventrem tuum: si vis vigilare, non consulas puluinar tuum, sed consule magni consilij Angelum, *sup.* 9. q. secundum aliam literam.

c Nec in fuga properabitis,] id est, indiscretè, & inordinatè non procedatis, sed sicut dicit Apostolus 1. *Cor.* 9. d. Sic currite, vt comprehendatis. Est fuga velocitatis, quæ est bona: & est fuga inordinationis, quæ est mala. *Prouerb.* 19. a. Qui festinus est pedibus, offendet.

d Præcedit enim vos, &c.] Hoc non mutatur. Sequitur f Ecce intelliget, &c.]

Mysticè. Mysterium apertum est de Christo, qui dicitur seruus, secundum quòd assumpsit formam serui. *Phil.* 2. a. Dicit ergo: Ecce intelliget seruus meus, id est, filius Dei formam serui assumet: & erit seruus intelligens voluntatem Patris, & faciens. *Prouerb.* 14. d. Acceptus est Regi minister intelligens. *Luc.* 12. e. Quis, putas, est fidelis seruus, vel dispensator, & prudens, quem constituit Dominus, &c. Vel intelligens, id est, omnia sciens ab initio incarnationis. 1. *Reg.* 2. a. Deus scientiarum Dominus, &c. Et nota hic quatuor.

f Intelliget seruus meus] in natiuitate.

g Et exaltabitur] in Cruce.

h Et eleuabitur.] In resurrectione.

i Et sublimis erit valde.] In ascensione, vel in Spiritus Sancti missione, quando sublimitas eius maximè prædicata est; & ostensa. Simile *suprà quarto.* a. Erit germen Domini in magnificentia, in natiuitate & gloria, in resurrectione, & fructus terræ sublimis, in ascensione: & exultatio his, qui saluati fuerint de Israel, in Spiritus Sancti missione.

k Sicut obstupuerunt super eum multi] *Gloss.* admirantes miracula ante passionem, *Matthæi octauo.* d. Homines mirati sunt dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? Vel, sicut obstupuerunt in doctrina eius. *Ioh. septimo.* b. Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit? *Matthæi septimo.* d. Admirabantur turbæ super doctrina eius: erat enim docens sicut potestatem habens.

l Sic inglorius] id est, sine gloria.

m Erit inter viros aspectus eius] quia consputus & in facie cæsus, *suprà quinquagesimo.* c. secundum *Septuaginta*: Dorsum meum posui ad flagella, & genas meas ad alapas, faciem meam non auerti à confusione sputorum. n Et forma eius,] id est, species eius fuit sine honore. o Inter filios hominum] non coram Deo: sic est etiam de Sanctis, qui contemptibiles sunt apud homines, *Iob.* 3. a. Deridetur Iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum

Δ *a* Iste *b* asperget Gentes multas,] timore & admiratione. Vel, asperget sanguine: quia multos occidet. *c* Super ipsum continebunt Reges, &c.] i. præ timore non audebūt loqui. *d* Quia quibus non est narratum de eo, &c.] id est, plusquàm audierunt, videbunt: quia facta eius nunciant famam. *f* Et quæ non audierūt, cōtemplati sunt,] i. magis quā audierunt, viderunt. Vel his verbis insinuat, quòd trāsibit vsque ad eos subiiciendos, qui nec famam eius audierant.

al. † *viderunt.*

a Iste *b* asperget Gentes multas, *c* super ipsum continebunt Reges os suum. *d* Quia quibus non est narratum de eo, † *e* videbunt: *f* & quæ non audierunt, *g* contemplati sunt.

Rom. 15. e.

⊖ parata ad tempus statum. *Septuaginta* hic habent hanc literā.

CAP. LIII.

Quis *h* credidit auditui nostro, *i* & brachium Dñi, *k* cui reuelatum est? Et *l* ascendet *m* sicut virgultum *n* coram eo.

Mysticè.

Sicut stupebant super te multi; sic in gloria erit ab hominibus species tua, & gloria tua à filiis hominum. Hic est ordo, post gloriam sequitur confusio: Vndè & Christus

A

veniens ad Passionem, priùs voluit à populo glorificari, vt innueret, quòd extrema gaudii luctus occupat. *Prou.* 14. b. Et ante ruinam exaltabitur spiritus. *Prou.* 16. c *a* Ille.] non alius. *b* Asperget gentes multas] aqua Baptismi in ablutionem, vel proprio sanguine in redemptionem. Vndè de latere eius exiuit sanguis & aqua. *Io.* 19. f. Lancea autē fuit aspersorium *Hebr.* 12 f. Accessistis ad sanguinis aspersionem meliùs loquentem, quam Abel, *Heb.* 9. f Ipsum librum, & omnem populum aspersit dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus: & tabernaculum & omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit: & omnia pene in sanguine secundùm legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. De hoc habetur *Exod.* 24. b. 1. *Cor.* 5. b. Vt sitis noua conspersio sicut estis azymi. Aut asperget aquis gratiarum *Ezech.* 36. e. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini, &c. *c* Super ipsum continebunt Reges, &c.] Ad literam Reges Christo sunt subditi, *Iob.* 29. b. Principes cessabant loqui & digitum superponebant ori suo. *d* Quia quibus non est narratum de eo] per Prophetas. *e* Videbunt.] per fidem Gentiles, scilicet, de quibus dicitur in *Ps.* 17. Populus, quem non cognoui, &c *Rom* 15 e. Quibus non est annunciatum de eo, videbunt. *Infrà* 65 a. Dixi: ecce ego ad Gentes, quæ nesciebant me. *f* Et quæ non audierunt] de me. *g* Contemplati sunt.] Idem est, quod *supr. Ioan.* 20 g. Beati, qui non viderunt, &c.

EXPOSITIO CAP. LIII.

Quis credidit auditui nostro, &c. *Andreas* ad literam exponit hoc capitulum secundùm Iudæos de populo captiuato, quorū fabulam ponemus improbando magis, quam approbando. Ab illo enim loco: Ecce intelliget seruus meus, &c. suprà proximo, exponunt Iudæi de illo populo dicentes, quòd tempore Prophetarum fuit intelligens in lege, & exaltatus in Regni, & Sacerdotii dignitate; sed postea inglorius fuit aspectus eius in captiuitate; tandem de captiuitate rediens, Gentes multas deuicit, & occidit, & Reges superauit, sicut in tempore Iudæ Machabæi factum est & tunc fama Iudæorum facta est per totum mundum: & sic qui antè non audierant de eis, tunc cognouerunt, Vndè 1. *Machab.* 3. c. De præliis Iudæ narrabant omnes Gentes. Sic ergo prophetauerat Isaias captiuitatem eorum, & liberationem. Sed quia neutrum credebant, conquerendo dicit: *h* Quis credidit auditui nostro] quasi dicat, pauci credunt his, quæ audiuimus à te Domine, vel quæ audierunt à nobis *i* Et brachium Domini.] id est, potentia, qua percutiet Iudæos, & postea sanabit.

Supr. 52. b.

k Cui reuelatum est] quasi dicat, paucis, quia credere nolunt, quòd Deus velit, vel possit eos captiuare, & postea liberare. De qua tamen liberatione subdit. *l* Et ascendet, &c.] Et nota, quòd secundùm Iudæos primò in hoc capitulo duritiam incredulorum increpauit, sine improperauit, sicut dictum est. Secundò, liberationem eorum insinuat, vt *hic*, Et ascendet. Tertiò, eorum captiuitatem diffusiùs prosequitur, *ibi*: Non est ei species, &c. Quartò, iterum eorum liberationem, & prosperitatem, & Chaldæorum destructionem ostendit. *ibi*: De angustia, & Iudicio, &c. Dicit ergo. *l* Et ascendet] populus captiuus. *m* Sicut virgultum] in flore prosperitatis. *n* Coram eo,] id est, Domino, vel brachio Domini, id est, Deo præsente & eos ad custodiam subsequente: In vltimis enim ponitur melior custodia.

Secunda pars.

Δ Et sicut

h Quis credidit auditui, &c.] Hoc capitulum diuiditur in quatuor partes. Primò duritiam Iudæorum insinuat. Secundò Natiuitatem Christi denunciat. *ibi*: Et ascendet, &c. Tertiò diffusiùs Passionem Christi, non tam prophetat, quam euangelizat. *ibi*: Non est species ei: Quartò fructum Passionis declarat, scilicet, conuersionem Gentium. *ibi*: Si posuerit animam suam pro peccato, &c. Dicit ergo: *h* Quis credidit auditui nostro, id est, his quæ audiuimus à te, vel quæ audiunt à nobis, id est, quis credet de Iudæis? quasi dicat, Pauci. Et quæ sunt illa? Ea, scilicet, quæ prædixi de Incarnatione Christi, & Passione, & de quibus sul dit.

Mysticè.

Ioan. 8. f.

Rom. 10. c.

i Et brachium Domini] id est, Filius Dei, per quem Pater omnia fecit.

Supr. 52. d.

k Cui reuelatum est] Iudæorum, scilicet. Et nota, quòd supra Propheta dixerat: Iste asperget Gentes multas, &c. Quia quibus non est narratum de eo, videbunt, &c. per hoc insinuans Gentes multas verbo Dei credituras. Hic dicit. Quis credidit, &c. per hoc ostendens Iudæos, qui ipsum Christum viderunt, & opera eius, non credituros. *Rom* 10. c. Isaias dicit, Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, &c. Item *Ioan* 12. f. Cùm tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Isaiæ impleretur, quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Dicitur autem Christus brachium Patris, quia operatur per eum, amplexatur per Filium nos, qui sumus similiter filii eius per gratiam, & deducit, sicut oues. Vndè *supr.* 40. c. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, &c. In hoc brachio iunxit Deus, vt totum corpus suum, quòd est Ecclesia sanitatem reciperet. Et dicit.

k Cui reuelatum est,] quasi dicat, tectum est hoc brachium carne assumpta, & ideò opus est, vt reueletur. Vel secundùm hoc nunciat fidem ex reuelatione esse, non ex acquisitione. *Ecclesi.* 1. a. Radix Sapientiæ, cui reuelata est? Vel. *i* Brachium Domini,] id est, opus Incarnationis.

k Cui reuelatum est,] quasi dicat, paucis est comprehensibile: quia inæstimabile est, quòd Deus fieret homo. Vndè *Beatus Bernard.* ponit tres mirabiles coniunctiones: Deus homo, mater virgo, cor hominum fidele. Propter hoc dicitur. *Abac.* 1. b. Opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cùm audierit.

l Et ascendet] brachium Domini.

m Sicut virgultum coram eo] Hic significatur locus conceptionis, & modus. Locus, cùm dicitur: sicut virgultum, quia Dominus conceptus fuit in Nazareth, quod interpretatur virgultum. Vel, sicut virgultum, quia natus est Dominus sine opere humano de Beata Virg. *Genes.* 2. a. Fecit Dominus omne virgultum agri, antequam orietur in terra. Ecce modus. Item placet virgultum in vere, sed in hyeme contemptibile est: sic Christus in Resurrectione fuit floridus: sed in Passione contemptus, cæsus, & consputus. Sed oportet; vt qui vult Christum habere floridum, quòd priùs habeat eum Crucifixum. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. *Roman.* 6. a. *Marc.* 16. b. Iesum quæritis Nazarenum Crucifixum, quasi dicat, si quæritis Nazarenum, quærite Crucifixum. Item virgultum viret. *Luc.* 23. e. Si in viridi hæc faciunt, &c. Item facit vmbram. *Cantic. secundo* a. Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi *Psalm.* 90. Scapulis suis obumbrabit tibi, *Ecclesiastic.* 34. c. Tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani. Item sectum reuiuiscit, *Iob. decimo-quarto*, b. Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum virescit. ita Christus mortuus citò resurrexit. Item flagelli materia est, *Psalmo quadragesimo-quinto* Virga æquitatis, virga regni tui. Et *Hebr.* 1. c. Idem. Vndè versus.

Vere placet, estum nescit, viret, & facit vmbram.
Nascitur excisum virgultum, dátque flagellum.

Dicit ergo.

l Et ascendet, sicut virgultum, coram eo] Deo Patre: quia ad voluntatem Patris implendam natus est Christus de virgine, *Roman. primo.* a Qui factus est ei ex semine Dauid secundùm carnem. Vel coram eo ascendet: quia dignum fuit, vt amico vultu Dominus Pater super eum libens semper aspiceret: ac per ætatum momenta, & crementa sicut verus homo profecit. *Luc. secundo* g. Iesus proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deum, & homines. *Matth. tertio.* d. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

A a Et sicut radix] ascendet, scilicet. b De terra sitienti] i. de Babylone, quæ sterilis erat tunc, & destructa a Medis, vndè Hebræus habet hic, vt dicit *Andreas*, de terra inhabitabili. Et nota, quod radix & virgultum in hyeme latent, & vilia sunt, sed in vere statim recuperant decorem: sic Iudæi in hyeme captiuitatis viles, floruerunt in vere prosperitatis. Sequitur.

> a & sicut radix b de terra sitienti. Non est c species ei, neque decor: Et d vidimus eum, e & non erat aspectus, f & desiderauimus g eum despectum, h & nouissimum virorum, virum i dolorum k & scientê infirmitatem. Et quasi l absconditus vultus eius, & despectus: m vndè n nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse o tulit,

c Non est species ei, neque decor] Tertia pars. *Andreas* Quando populus grauiter in Babylone captiuitate premebatur, reuera nullus erat ei decor, vel species. d Et vidimus eum] id est, præcognouimus eum esse captiuandum: & loquitur in persona B Iudæorum, qui erant tempore suo: quibus Dominus ostendebat per Prophetas captiuitatem populi. e Et non erat aspectus actiuè ad Deum, vt eos liberaret, vel passiuè; id est non respiciebantur ad misericordiam a Chaldæis. f Et desiderauimus eum] id est, populum, quòd rediret, scilicet. Vel secundum *Andream*. Desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, i. suspirauimus, & doluimus eum esse abiectissimum hominum. Desiderium enim suspiria elicit. Vel. Desiderauimus eum, &c. i. per peccata nostra per quæ ipsi incitati sunt, captiuitatem eorum procurauimus, ac si eam desiderassemus. Vel loquitur in persona aliquorum, qui remanserant in Iudæa tempore, quo transmigrati sunt aliqui ad vaticinium Ieremiæ, quibus placuit eorum transmigratio, quia terram eorum habuerunt. Vndè *Ezech.* 11. c. Fratres tui, viri, propinqui tui, & omnis domus Israel, vniuersi quibus dixerint habitatores Ierusalem longè recedite à Domino, nobis data est terra in possessionem. i Virum dolorum] *Andreas*. Loquitur de populo tanquam de vno homine, & notatur abundantia doloris. k Et scientem] id est, expertum infirmitatem. l Et quasi absconditus vultus eius, & despectus] id est, gloria, & dignitas illius populi.

m Vndè nec reputauimus eum] vt caueremus captiuitatem eorum. Et loquitur Isaias pro Iudæis, qui erant tempore illo, quorum filij captiuati sunt peccatis parentum, quæ imitati sunt. Vel secundo modo. Non reputauimus, id est, non curauimus de transmigratione eorum, quia terram eorum possidemus. n Verè languores nostros ipse tulit] *Andreas*. In hoc innuitur, quod populus in Babylonica captiuitate affligendus, non solùm sua, sed totius populi luiturus erat peccata.

Mysticè. A a Et dolores

O a Et sicut radix] quæ quidem latet in aspectu, sed virtutem ostendit in effectu; sic Christus latuit in carne, *supr.* 45. c. Verè tu es Deus absconditus. Sed ramis, id est, membris suis ministrat humorem gratiæ, & fructum gloriæ. *Psal* 83. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. *Io.* 1. b. Et gratiam pro gratia. Item radix despectior pars est in arbore; tamen arborem sustentat: sic Christus dicitur nouissimus virorum; & tamen in ipso fundatur Ecclesia. *Rom.* 11. c. Non tu radicem portas, sed radix te. Item quantò profundiùs figitur, tantò arbor solidiùs firmatur; sic est etiam de fundamento. His rationibus comparatur Christus radici. *Apoc. vlt.* d. Ego sum radix, & genus Dauid. Et *sup.* 11. c. Radix Iesse, &c. Hæc radix ascendit nascendo. b De terra sitienti] id est, de Beata Virg. *Haym.* Virginem debemus intelligere, cuius vterus non fuit humano, & virili semine humefactus. *Psal.* 62. In terra deserta, & inuia, & inaquosa, &c. Vel, sitienti, id est, sicca à fomite peccati. *Osea* 13. d. Adducet Dominus ventum vrentem de deserto ascendentem, id est, gratiam de ipso Christo, à quo in B. Virg. matrem eius diffusa est: & siccabit venas eius, id est, peccati, quia fomitem in ea extinxit. Vel sitienti iustitiam. *Matth.* 5. a. Etiam secundū quod dicit *Bern.* cùm ad eam venit Angelus, ipsa orabat salutem humani generis, quam sitiebat. Sed quia nihil nasci profuit, nisi redimi profuisset, inde subditur de morte eius. c Non est species ei, neque decor.] Contra. Suprà comparatur virgulto propter speciem. Solut. Christo patienti non erat species, neque decor Diuinitatis secundùm opinionem Iudæorum; sed coram Deo Patre fuit delectabile virgultum. Vel ad literam dicit hoc, quia cæsus alapis, illitus sputis. d. Et vidimus eum] nos Prophetæ oculis cordis. e Et non erat aspectus] compassionis ad eum, *Ier.* 12. b. Facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in silua, dedit contra me vocem. *Psal.* 141. Considerabam ad dexteram, &c. f Et desiderauimus, nos prophetæ multo ante videre eum oculis carnis. *Luc.* 10. d. Multi Reges & Prophetæ voluerunt videre, &c. g Eum, dico, despectum, pro nobis & maledictum, *Gal.* 3. b. Et talem desiderauimus: quia eius passio nostra fuit curatio. *Prou.* 13. b. Lignum vitæ, id est, Crux vel Christus, desiderium veniens *Eccl.* 24. c. Qui edunt me, &c. *Prou.* 10. d. Desiderium suum iustis dabitur, & 11. e. Desiderium iustorū omne bonum, id est, Christus, qui dicitur desiderium collium æternorum. *Gen.* 49. d. Vel. f Desiderauimus eum despectum.] Id est, talis erat nobis necessarius, sicut terra dicitur sitire, & desiderare imbrem, quando arida est: quia tunc esset ei imber necessarius: eo modo dicitur hic, quia opus erat nobis, quòd Christus pateretur: & fluerent nobis ab eo fluuij ablutionis & redemptionis, scilicet, aqua, & sanguis, & etiam omnis copia gratiarum, & scientia Scripturarum. Tunc enim cataractæ cœli apertæ sunt, vt dicitur *Gen.* 7. b. Tunc saccus excisus, vt effunderetur thesaurus pretij nostri. De quo dicitur *Prouerb* 7. c. Non est vir in domo sua: abijt via longissima: sacculum pecuniæ secum tulit. Tunc fons signatus disruptus est, vt omnes biberent. Et vt omnes copiam ex eo sumerent: puteus, qui altus est, id est, profundus erat, nec habebamus, in quo hauriremus, sursum ascendit, vt ad omnes diffusiùs flueret: quia aqua tantò ad plures fluit, quantò ab altiori descendit. Ideò dicitur *Num.* 21. d. Ascendat puteus, quem foderunt Principes, & parauerunt Duces multitudinis in datore legis & in baculis suis. Matth. 8. b. 1. Pet. 2. b. De cel. miss. ex matthæ.

h Et nouissimum virorum.] Id est, humillimum, & vilissimum, Iudæorum opinione, vel etiam Crucis vilitate.

i Virum dolorum] Hic est constructio in demonstratione essentiæ, quæ solet fieri in designatione laudis, vel vituperij. Et talis constructio notat abundantiam rei genitiui esse in re nominatiui, vt in *Psalm.* 40. Homo pacis meæ, &c. *sup.* 4. a. In die illa apprehendent septem mulieres virum vnum, id est, necessitatum vniuersitas. *Thren.* 1. d. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, &c. k Et scientem] experientia infirmitatem. Vndè *Hebr.* 5. c. Cùm esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam: & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis. l Et quasi absconditus vultus eius, & despectus] i. Diuinitas latuit in carne. Hoc est, quod dicit Dominus Eliæ, id est, Pater filio, 3. *Reg.* 17. a. Recede hinc, & vade contra orientem; & abscondere in torrente Caryth, qui est contra Iordanē: & ibi de torrente bibes coruisque præcepi, vt pascant te ibi. Et est bonum thema in passione. Caryth enim diuisio interpretatur, vel concisio. Torrens igitur Caryth est vehementia passionis Christi. In qua diuisus à Patre videbatur. Vel sicut ipse dicit *in Psal.* 21. Deus, Deus meus, respice in me, &c. Vel propter diuisionem animæ à corpore. In hoc ergo latuit, sicut dicitur *Abac.* 3. a. Ibi abscōdita est fortitudo eius. Hoc iterum significatum est. 1. *Reg.* 21. d. Vbi dicitur. Immutauit os suum Dauid coram Achis, id est, Christus coram Pilato: quia quasi homo ei locutus est, cùm esset etiam Deus; nec tamen se Deum ostendit. Et collabebatur inter manus eorum: quia inter eos, qui eum flagellabant, suam infirmitatem ostendit. Et impingebat in ostia portæ: quia talia tolerando impingit, & pulsat ad ostium cordis nostri, vt aperiamus ei. *Apoc.* 3. d. Ecce ego sto ad ostium, & pulso, &c. *Bern.* Hoc est, quod plus me mouet, plus vrget, plus accendit, bone Iesu, calix, quem bibisti, opus nostræ redemptionis. Et defluxerunt saliuæ eius in barbam. Saliuæ, id est, verba infirmitatis nostræ, quæ protulit, scilicet, Deus meus, vt quid me dereliquisti, quæ barbam, id est, virilitatem, & fortitudinem Diuinitatis contexerunt. Sic ergo Christus latuit. Vndè *Abacuc. tertio.* a. Cornua in manibus eius: Ibi abscondita est fortitudo eius. Et hoc est, quod dicit.

m Vndè nec reputauimus eum] esse Deum, nec Dei filium, sed proprijs peccatis damnatum: Ita ait Propheta in persona Iudæorum. Sed.

n Verè languores nostros ipse, &c.] Id est, omnes defectus nostros verè, sicut verus homo, voluntatè assumpsit, præter peccatum, & ignorantiam. Vel. Languores nostros] id est, peccata nostra, in quibus ab Adam inueterati eramus.

o Ipse tulit] id est, abstulit. Languor, enim moribus inueteratus est. Vndè dicitur languor, quasi longus angor. Vndè per languores intellige specialiter originalia peccata, per dolores actualia. *Eccl.* 10. b. Languor prolixior grauat Medicum, id est, Christum, qui mortuus est pro peccatis nostris.

Δ *a* Et dolores nostros. *b* Ipse portauit] vt priùs. *c* Et nos putauimus eum, quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum] i. nos putauimus, quòd Deus eum humiliasset & percussisset, & quasi leprosum à propria terra abiecisset propter peccata propria tantum, sicut leprosus propter propriã infirmitatẽ expellitur. *f* Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras quas imitati sũt. *h* Attritus est] ab hostibus propter scelera nostra. *k* Disciplina.] recompensatoria. *l* Pacis nostræ super eum] q. d. nos habuimus pacẽ, & ipsi disciplinati sunt pro nobis, & puniti. Vel. *k* Disciplina, &c.] Connumerat se Propheta à captiuitate rediturus, & templum reædificaturis, & pacẽ post persecutionem recuperaturis. *m* Et liuore eius sanati sumus.] Hoc dicit, quantum ad posteros illorum: qui videntes, quia plaga percussi sunt, cauerunt sibi à simili culpa. In omnibus his patet fabula Iudæorum, quia istæ expositiones magis dicendæ sunt extorsiones, quam expositiones, sicut patet omni audienti. *o* Omnes nos] patres illius populi captiuati. *p* Quasi oues] sine Duce errauimus. *q* Vnusquisque in viam suam, &c.] id est. quæ ei placuit, iuit, id est, quilibet fecit, quod voluit, sicut dicitur *Iud.* 17. c. In diebus illis non erat Rex in Israël, sed vnusquisque, quod sibi rectũ videbatur, hoc faciebat. *t* Et Dominus posuit in eo iniquitatem omnium, &c.] i. pœnã pro iniquitatibus nostris. *y* Oblatus est] populus. *z* Quia ipse Dominus voluit. Vel quia voluit populus se offerre Chaldæis ad vaticinium Ieremiæ, vt dicitur *Ier.* 26. Vel, Quia voluit, i. voluntariè peccando hoc meruit. *a* Et non aperuit os suum] ad contradicendum hostibus: nec enim mutire audebant. *b* Sicut ouis,] sine contradictione. *c* Ad occisionem ducetur,] quia quidam occisi sunt. *d* Et quasi agnus coram tondente, &c.] Quia quidam spoliati sunt, & non occisi. *e* Et non aperiet os suum] vt *sup.*

C

a & dolores nostros *b* ipse portauit. Et *c* nos putauimus eum, quasi leprosum, & *d* percussum à Deo, & *e* humiliatum. Ipse *f* autem vulneratus est *g* propter iniquitates nostras, *h* attritus est *i* propter scelera nostra. *k* Disciplina *l* pacis nostræ super eum: & *m* liuore eius *n* sanati sumus. Omnes *o* nos, quasi *p* oues, errauimus, *q* vnusquisque in viam suam *s* declinauit: *t* & Dominus *u* posuit in eo *x* iniquitatem omnium nostrum. *y* Oblatus est, quia *z* ipse voluit, & non *a* aperuit os suum. Sicut *b* ouis *c* ad occisionem ducetur, *d* & quasi agnus corã † tondente se obmutescet, & non *e* aperiet os suum,

al. † tundente.

Δ De angustia

⊖ *a* Et dolores nostros] id est, peccata. *b* Ipse portauit.] id est, asportauit, vel pœnam pro peccatis nostris sustinuit, & tulit in corpore suo super lignum, vt dicitur 2. *Petr.* 2. d. *Iob.* 16. b. Si locutus fuero, non quiescet dolor meus; & si tacuero, non recedet. *c* Et nos putauimus eum, quasi leprosum] id est, tanquam leprosum eum extra ciuitatem eiecimus, vt crucifigeretur. *Num.* 5. a. Præcipe filiis Israel, vt eiciant omnem leprosum extra castra. *Heb.* 13. c. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Et nota, quòd Isaias connumerat se illis Iudæis malis, qui Christum contempserunt ex compassione, vel propter peccatum suum confitetur ipsum esse passum. *d* Et percussum a Deo] propter peccata propria. *e* Et humiliatum.] i. vilificatum, quia cum latronibus crucifixus. *Io.* 19. d. *Ps.* 49. Existimasti inique, quòd ero tui similis, &c. *f* Ipse autem, &c. quasi dicat, sic putauimus: sed ipse vulneratus est lancea & clauis. *g* Propter iniquitates nostras] delendas. *h* Attritus est] flagellis. *i* Propter scelera nostra] purganda. Et loquitur modò in persona cognoscentium, & dicit iniquitates minora peccata, scelera maiora. Sequitur. *k* Disciplina operatiua. *l* Pacis nostræ super eum,] *Gillebertus.* Ille disciplinatus, vel punitus, tu repropitiatus. Pater enim tenuit filio suo capitulum in Cruce, & disciplinauit eum propter peccata nostra. Miro itaque modo catulo peccante, leo disciplinatur, cùm èconuerso fieri soleat, *m* Et liuore eius] virgarum, sc. & verberum. *n* Sanati sumus,] Insano enim membro cõpetit facere cauterium, vt membra tota infirma sanentur. 1. *Pet.* 2. d. Cuius liuore sanati estis. *Prouerb. vigesimo.* Liuor vulneris absterget mala & plagæ in secretioribus ventris, id est, interior dolor compassionis, quia Christus non solùm exteriùs liuores & vulnera, sed intùs dolore compassionis siti nostræ salutis vrebatur: Vndè dixit: sitio. *Io.* 19. f. Et *B. Bern.* dicit, quòd in passione fleuit: quia mors eius sufficiens omnibus, paucorũ salutis erat efficiẽs. *Iere.* Dolet caput, & in brachio fit coctura: dolent renes, & fit in tybia ita pro totius corporis putredine cauterium infixum est in nostro capite. Et nunquid indigebamus? Vtique quia. *o* Omnes nos quasi oues errauimus] sine Duce *Ps.* 118. Erraui sicut ouis, quæ periit, quæ humeris piis Pastoris est reportata. *Luc.* 15. a. 1. *Petr.* 2. d. Eratis sicut oues errantes, sed conuersi estis ad pastorem, & Episcopum animarum vestrarum. Et dicit omnes, quia omnes peccauerunt & egent gloria Dei. *Rom.* 3. d. *q* Vnusquisque, &c.] id est, sibi commodum temporaliter. *s* Declinauit] a Deo recedens, quasi dicat, & omnes & singuli peccauimus, omnes in Adam, singuli per peccata addita, *Inf.* 56. d. Omnes in viam suam declinauerunt: quis omnes quærunt, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. *Ier.* 6. c. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. Item *Ier.* 16. c. Vnusquisque ambulat post prauitatem cordis sui. *t* Et Dominus] Pater. *u* Posuit in eo,] Christo. *x* Iniquitatem omnium nostrum,] sc. poenam pro omnibus iniquitatibus nostris: imò multò maiorem. *Iob.* 6. a. Vtinam appenderentur peccata, quibus iram merui & calamitas, quam patior, in statera, &c. Ipse enim significatur per hircum, qui ferebat in lege iniquitates omnis populi *Leu.* 16. e. *y* Oblatus est, quia ipse voluit] id est, voluntariè fecit se hostiam pro peccatis nostris. *Ps.* 53. Voluntariè sacrificabo tibi. *Io.* 10. d. Potestatem habeo ponendi animã meam, &c. 2. *Cor* 5. d. Eum, qui non nouerat peccatum pro nobis fecit Deus Pater peccatum, i. hostiam pro peccatis, vt efficeremur iustitia Dei in illo. *a* Et non aperuit os suum] murmurando, vel contradicendo: vt eius mansuetudo probaretur, & nostra informaretur. 1. *Pet.* 2. d. Cũ malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur. Vel. Non aperuit os suum coram Pilato, vel Herode: Pauca enim respondit, ne differretur salus humani generis *b* Sicut ouis] Innocens, mansuetus. *c* Ad occisionẽ ducetur] *Sup.* Ad victimã ductus est. *d* Et quasi agnus coram tondente se obmutescet] Tondente, i. cædente, sc. flagellis, quia cum cæderetur á militibus, obmutuit, *Io.* 19. a. vel. Tondente, i. spoliante, quia spoliatus est & vestibus & amicis. *e* Et non aperiet os suum] *sup.* 42. a. Non audietur vox eius foris. *Thren.* 3. e. Ex ore Altissimi non egredietur nec bona, nec mala. *Io.* 19. b. Mihi non loqueris. Christus dicitur agnus, vel ouis: quia innocens, 1. *Pe.* 2. d. Qui peccatum non fecit, &c. Item propter balatum pium, quẽ emittit in Cruce, cùm ait *Luc.* 23. e. Pater ignosce eis, quia nesciunt, &c. Hæc est enim proprietas agni, quòd balatum emit et lachrymabilem. Item agnus simplex est, & mansuetus, nec lædit alios agnos *Ier.* 11. d. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, *sup.* 42. s. Calamum quassatum non conteret. Item agnus dat se totum in vsus humanos, sic Christus dedit carnem suam in cibũ: lanam, i. conuersationem in vestimentum: pellem, i. Scripturam suam in documentum: fimum, i. temporalia in nutrimentum. Item agnus agnoscit matrem, & tunc balatum emittit: sic Christus in Cruce matrem agnoscens pium balatum emisit, dicens: *Ioan.* 19. e. Mulier, ecce filius tuus. deinde dixit discipulo, ecce mater tua. Item patrem agnoscens ait. Pater: In manus tuas commendo spiritum meum. *Luc.* 23. f. Item de agno fiebat iugis hostia. *Num.* 18. sic Christus iugis hostia est in cœlo semper orans pro nobis. *Hebr.* 7. d. Sẽper viuens ad interpellandum pro nobis. Itẽ de agno fiebat Pascha vetus. *Exod.* 12. Et Apostolus dicit. 1. *Cor.* 5. b. Pascha nostrum immolatus est Christus. Item agnus habet forte caput 1. *Cor.* 11. a. Caput Christi Deus, *sup.* 16. a. Emitte agnum Dñe, dominatorem terræ de petra deserti. Item agnus cornua habet parua; sic Christus in mansuetudine potestatem suam ostendit, cùm fecit flagellum de funiculis. *Ioan.* 2. c. & *Matth.* 21. b. Item agnus tener est, & de facili læditur; sic Christus per peccatum de facili offenditur, nisi diligenter caueatur. Vel tener est per lenitatem. 2. *Reg.* 23. a. Ipse est, quasi tenerrimus ligni vermiculus. Item agnus vescitur herbis; & Christus delectatur in nouitiis. Vel herbæ sunt opera misericordiæ. *Prou.* 8. d. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Item agnus sursum salit; & Christus omnes Sanctos transcẽdit. *Cant.* 2. b. Ecce iste venit saliens in montibus, & transiliens colles. Vel saluit sursum in ascensione, *Ps.* 18. A sũmo cœlo, &c. Item agnus castus est, non petulans, 1. *Pet.* 1. d. Redempti estis pretioso sanguine agni immaculati, & incontaminati Iesu Christi. Item agnus cum grege incedit, non singulariter; sic Christus licet Pastor esset, se tamen quasi agnum inter Discipulos exhibuit, *Ecclesiastici* 32. a. Rectorem te posuerunt? esto in illis quasi vnus ex illis. *Apocal. decimo-quarto.* a. Vidi, & ecce agnus stabat super montem Sion, & cum eo centum, 44 millia. Item agnus non habet dentes caninos, sed maxillares; sic Christus ver-

Mysticè.

Phil. 2. a.

Act. 8. f.

De pæn. dist. 1. c. si enim.

Christus dicitur agnus propter multas causas.

⊖ ba detractio-

Δ a De angustia,] captiuitatis. Et est quarta pars. b Et de Iudicio] iniusto, quo iudicati sunt c Sublatus est,] id est, euasit: quia de captiuitate liberabitur & multiplicabitur. Vnde subdit. d Generationem eius] id est, prolem eius. e Quis enarrabit] quasi dicat tot habebūt filios, quod quasi innumerabiles erunt. f Qui] vel, quis abscisus est, id est, vi adductus.

Quarta pars.

Al. ¶ i.e. non videatur.

a De angustia b & de iudicio c sublatus est. d Generationē eius quis e enarrabit? f Qui abscisus est g de terra viuentium, h propter scelus populi mei †i percussi eum. Et k dabit l impios pro m sepultura n & † diuites pro o morte sua, p eo quòd iniquitatē non fecerit, q neque dolus † fuerit in ore eius: r & Dominus voluit cōterere eū in s infirmitate: t Si posuerit u animā suam x pro peccato, y videbit semē longæuū z & voluntas † Domini in manu eius a dirigetur. b Pro eo quòd laborauit anima eius

g De terra viuentium,] i. de terra promissionis, in qua viuebant per Dei legem. h Propter scelus populi mei percussi eum] vt *sup.* k Et dabit impios,] id est, Chaldæos in mortem. m Pro sepultura & diuites] dabit. o Pro morte sua,] id est, Chaldæi destruemur propter hoc, quia occiderunt, & expellerunt Iudæos. Vel secūdùm *Andream*, hoc est dicere, populo Iudæo parcetur, & illi, scilicet, Babylonij, quasi loco eorum interficientur. p Eo quod iniquitatem non fecerit) *Andreas*. Loquitur pro parte bonorum in populo: qui non tantum peccauerunt, quantum illi fæuierunt. *Sup.* 52. b. Assur absque vlla causa calumniatus est eum, q Neque dolus fuerit in ore eius,] id est, plebis, sed in ore Principis, sc. Sedechiæ, qui diruprit fœdus, quod fecerat cum Nabuchodonosor 4. *Reg.* 24. d. Quare ergo punitus est? Respondet. r Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate] Contritus fuit ab hostibus in infirmitate, quia infirmus fuit ad resistendum. Hæc, & impropria & falsa sunt. quia propter peccata nimia, quæ faciebant, puniti sunt. Nec commendatur in hoc capitulo secundum veritatem innocentia illius populi, sed Iesu Christi. t Si posuerit animam suam pro peccato,] i. si vel patienter sustinuerit se pro peccatis affligi. Vel, si posuerit, i. si exposuerit. u Animā suam] i. vitā. x Pro peccato] Idololatriæ vitando, sicut tres pueri. *Dan.* 3 y Videbit semen longæuū] id est, diu viuens. Sed quia non valet habere filios nisi sint boni, subdit. z Et voluntas Domini in manu eius] populi, & seminis eius dirigetur, quasi dicat, boni erunt, & voluntatem Dei facient. c Pro eo, quod laborauit anima eius] in captiuitate

Al. † Quia. De pers. disp. 32. salu. al. † percussiones.

al. † diuitem. al. † Dei.

Δ Videbit, scilicet,

Mysticè. ● ba detractionis non habuit, sed correctionis. Ista omnia notantur per hos versus.

Innocens, balans, simplex, se donat in vsum.
Forte caput cornu paruum, tener, vtitur herbis.
Subsilit, est castus, in grege dentis inops.

Sequitur. a De angustia) passionis, b Et de iudicio] iniusto. quo iudicatus est à Pilato. c Sublatus est] i. liberatus in resurrectione. *Sept.* In humilitate iudicium eius sublatum est. Sequitur: d Generationem eius quis enarrabit consuetudo est, vt post mortem alicuius epitaphium inscribatur. Quia ergo locut[us] est de morte excusat se de epitaphio quasi dicat, ego ad hoc insufficiens sum: quia generationem eius diuinam, vel humanam de Virgine, quis enarrabit, id est, perfectè extrà narrabit. *Gloss.* dicit. Rarus aut nullus. *Eccl.* 43. d. Quis vidit eum, & enarrabit, & quis magnificauit eum, sicut est, ab initio? Vel: Generationem eius, id est, multiplicationem fidelium, quos in Cruce parturiuit. *Inf.* 66. c. Si ego, qui generationem cunctis tribuo sterilis ero, ait Dominus Deus. f Qui abscisus est] per mortem. g De terra viuentium] id est, de conuersatione huiusmodi, inter quos vixit simile *Ier.* 11. d. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. Vel Christus est abscisus, id est, natus de Beata Virg. quæ est terra fructum vitæ dans omnibus viuentibus, *Dan.* 2. e. Lapis excisus de monte sine manibus. h Propter scelus populi mei) delendum, sc. i Percussi eū] permissiuè. *Thren.* 4. d. Spiritus oris nostri Christus Dñs captus est pro peccatis nostris. Vt sequitur de pœna Iudæorū pro illo peccato k Et dabit Deus Romanis l Impios Iudæos sub Tito, & Vespasiano. m Pro sepultura] i. propter hoc, quod muniebant sepulchrum Dñi figentes lapidem cum custodibus. *Matt.* 27. g. *Thren.* 3. f. Lapsa est in lacum vita mea, quando anima Christi descendit in lymbum, posuerunt lapidem super me supra corpus, scilicet.

n Et diuites] dabit morti, scilicet, Scribas, & Pharisæos de diuitiis legis gloriantes o Pro morte sua] id est, quia Christum morti tradiderunt *Prou.* 21. c. Pro iusto datur impius & pro recto iniquus. *Prou.* 11. b. Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo. Vel. k Dabit] Deo Patri. l Impios] sc. Gentiles priùs infideles Patri restituet merito mortis, & sepulturæ suæ. n Et] eos diuites virtutum diuitiis faciet. p Eo quod iniquitatem non fecerit, *Hay.* quia facto iustus fuit. q Neque dolus fuerit in ore eius] quia verbo vero fuit. r Et licet esset sine culpa, Dominus tamen voluit eum conterere, i. contriui. quia actio displicuit, sed passio placuit. Vel, conterere permissiuè. s In infirmitate] Id est, secundùm humanam naturam 2. *Cor.* 13. a. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate; sed viuit ex virtute Dei, *sup.* 10. g. Ecce Dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore. Sequitur de fructu passionis quantum ad conuersionem Gentium. t Si posuerit Christus] id est, voluntariè deposuerit. *1. Petr. 2. D*
u Animam suam] id est, vitam. x Pro peccato] generis humani delendo. *Io.* 10. d. Ego pono animam meam, & iterum sumam eam. *Io.* 15 b. Maiorem hac dilectionē, &c. y Videbit semen longæuum] quia gaudebit semen suum, doctrinam suam vsque in finem mundi permanere. *Ecc.* 30. d. Exultatio viri longæuitas. Vel mortem Christi sequitur semen longæuum, i. conuersio Gentilium permanentium in fide. z Et voluntas Domini,] qui vult omnes homines saluos fieri, 1. *Tim.* 2 b. *Io.* 7. d. Hæc est voluntas Patris mei, qui misit me, vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo. a In manu eius] id est, in operatione eius. b Dirigetur] *Gl.* id est, implebitur: quia ex operatione Christi secuta est redemptio, sanctificatio, & salus nostra *Psalm* 73. Operatus est salutem in medio terræ. Sic ergo grano frumenti mortuo, multa Pullulat seges *Io.* 12. d. Nisi granum, &c. *Io.* 12. e. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum *Psalm.* 109. De torrente in via bibet, &c. c Pro eo quòd lab. an. eius,] id est, ipse ex animo diligenti laborauit ad salutem nostram *supr.* 43. d. Seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. *Bern.* Quid dicebat homo creatus & ingratus: gratis quidem conditus sum, sed sine vllo Creatoris grauamine: siquidem dixit, & factus sum, quemadmodum vniuersa. At modo certe obstructum est os loquentium iniqua. In opere enim nostræ redemptionis multa dixit, mira fecit, dira sustinuit. In dictis quidem contradictores habuit, in factis exprobratores, & in morte crucifixores: Ecce labor. Sequitur fructus.

● Videbit idem

Moraliter. Ab illo loco. t Si posuerit animam suam, &c.] in hac serie notantur quatuor, quæ debent esse in Prælatis. Primum est zelus animarum, *hic*, si posuerit, &c. Secundum labor bonorum operum, *ibi*: Pro eo, quòd laborauit, &c. Tertium est scientia in docendo, *ibi*: In scientia sua, &c. Quartum est compassio in supportando, *Ibi*. Et iniquitates eorum ipse &c. Dicit ergo. t Si posuerit,] id est, ex zelo charitatis exposuerit Prælatus, vel exponere paratus sit. u Animam suam] i. vitam temporalem. x Pro peccato [tollendo, non multiplicando. Item non pro pecunia, sicut auarus. *Eccl.* 10. b. Hic animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. y. Videbit semen longæuum, id est, plebem in bono perseuerantem. Vel. t Si posuerit, &c.] Id est, si opposuerit se Deo per orationem. x Peccato] per detestationem, & ipsis peccantibus per comminationem. *Ezech.* 13. a. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis vos murum pro domo Israel, *Infr.* 64. c. Non est, qui inuocet nomen tuum, qui consurgat, & teneat te. Item *infr.* 59. d. Apportatus est: quia non est, qui occurrat. Ideò semen Chanaan, & non Iuda multiplicabitur hodie in Ecclesia Dei: quia non est, qui resistat Prælatis, qui ponunt in Ecclesia semen non longæuum, sed puerile. Vnde *Iob.* 21. a. Sublimati sunt confortatique diuitiis: semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotū in conspectu eorum. z Et voluntas Domini] Non cupiditas propria, non dolositas; sed Dei voluntas, scilicet, præceptum Dei, & salus proximi. a In manu eius,] nō in lingua tantum. b Dirigetur] i. implebitur, vel prosperabitur faciendo, quod dicit: Econtra dicitur *Dan.* 8. g. Dolus in manu eius dirigetur. Vel. z Voluntas Dei in manu] i. per bonum exemplum Prædicatoris. b Dirigetur] ad cor audientis, & prosperabitur. Talis Prædicator potest dicere illud, *infr.* 55. b. Verbū, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuū; sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud. Talis enim non tam lingua loquitur, quàm manu. Huius autem sequitur merces, cū subditur. c Pro eo quod laborauit anima eius,] quia anima eius laborauit in multiplicādis bonis operib[us].

Moraliter.

 ● Videbit &

A a Videbit,] scil. quod desiderat videre, sc. reditum suum. b Et satur abitur] omnibus bonis. c In scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos] quia multi sapientes de illo populo alios instruxerunt, & multos proselytos fecerunt. f Et iniquitates eorum ipse portabit] Id est, asportabit per circumcisionem, & sacrificia purgabit: h Ideò] quia boni erunt.
i Dispertiam ei plurimos.] Id est, illius ditioni subiiciam, & quasi in donatum distribuam. k Et fortiũ hostium. l Diuidet spolia.] Id est, inter se diuident spolia hostium, quæ ceperunt. m pro eo, quod
A tradidit in mortem animam suam.] Id est, imò prædicta euenient, quia tradidit, &c. *Andreas*. Hoc dicitur de illis, qui voluntarium subierunt transmigrationem, vt Iechonias, & alij, qui pœna sceleratorum in carceribus ductis operum laboribus damnati sunt. Et hoc est, quod dicit. o Et cum sceleratis p Reputatus est] alij occisi, alij incarcerati. q Et ipse peccatum multorum.] Id est, pœnam pro peccatis. r Tulit quantum ad bonos, qui pro peccato aliorum puniti sunt.
s Et pro transgressoribus rogauit] sicut Daniel Ezechiel, Esdras, Neemias, & alij boni. Hæc est fabula Iudæorum.

a videbit, b & saturabitur. In c scientia sua d iustificabit ipse iustus seruus meus e multos f & iniquitates eorum g ipse portabit h Ideò i dispertiam ei plurimos, k & fortium l diuidet spolia, pro m eo, quòd tradidit in n mortem animam suam, o & cum sceleratis p reputatus est. Et q ipse peccatũ multorum r tulit, & s pro transgressoribus rogauit.

CAP. LIV.

a LAuda ste-

Mysticè. a Videbit. Idem pro quo laborauit. b Et saturabitur] eo, id est, in conuersione bonorum, quoniam esuriuit & sitiuit sedens super puteum. *Ioan.* 4. a. Et *in eod.* dicitur, Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. *Eccl.* 5. d. Visum est mihi bonum, vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo, quo laborauit ipse sub Sole.
c In scientia sua.] Id est, quæ est de se, vel quam ipse docet. d Iustificabit ipse iustus seruus meus] secundum formam serui. e Multos,] non omnes: quia pauci electi. *Mat.* 20 b. Sed pauci hodie in scientia Christi, i. in Theologia iustificantur: quia addiscunt eam, non ad iustificationem, sed ad præbendationem, vel episcopationem. Tamen *Isaias.* dicit: Iustificauit non præbendabit, vel episcopabit.
f Et iniquitates eorum.] Id est, pœnam.
g Ipse portabit] vt *suprà*.
Moraliter. a Videbit, & saturabitur.] Id est remunerabitur in intellectu, & affectu. *Sap.* 3. d. Bonorum laborum gloriosus est fructus. *Ps.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, &c. c In scientia sua, &c.] Id est, in doctrina sapienter pro loco, & tempore, & auditorum qualitate dispensata. f Et iniquitates eorum ipse portabit.] Id est, supportabit per compassionem. Ecce quartum. *Galat.* 6. a. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c. *Sept.* habent plenius quantum ad Prælatos. Si dederitis pro peccato animam vestram, videbitis semen longæui temporis: & Dominus vult de dolore auferre animam eius ostendere ei lucem & formare intelligentiam, iustificare iustum bene seruientem multis, & peccata eorum
Mist. Phil. 2. ipse portabit. Sequitur mysterium. h Ideò] quia factus est obediens vsque ad mortem. i Dispertiam ei plurimos.] Id est, recompensabo ruinam Iudæorum multitudine Gentium. k Et fortium.] Id est, Dæmonum. l Diuidet spolia] i. genus humanum à Diabolo ereptum, diuidet Apostolis regendum, vt alius Iudæis præsit, alius Gentibus. *Osea* 13. d. Ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. *Marc.* 3. d. Nemo potest vasa fortis ingressus domũ diripere, nisi priùs fortem alliget: & tunc domum eius diripiet. *sup.* 33. d. Tunc diuidentur spolia prædarum multarum. Et hoc fiet. m Pro eo, quòd tradidit] sponte. n In mortem animã suam.] Id est, vitam. o Et cum sceleratis, latronibus. p Reputatus est] *Ps.* 78. Reputatus sum cum descendentibus in lacum. q Et ipse peccatum multorum] non omnium.
r Tulit] id est, abstulit, vel pœnam pro peccatis sustinuit.
s Et pro transgressoribus rogauit. *Luc.* 24. e. Pater ignosce illis, quia, &c. Ad hanc vocem secundum Euangelium Nazaræorum multa millia Iudæorum astantium circa Crucẽ crediderunt. Nota, quod ista, quæ Propheta diffusiùs de passione Christi narrauit: Sybilla Erythræa breuiter dicit: In manus iniquas infidelium postea veniet, & dabunt Deo alapas manibus incestis, & impurato ore expuent venenatos sputos. Dabit verò ad verbera simpliciter sanctum dorsum, & colaphos accipiens tacebit: ne quis agnoscat, quod verbum sit Dei, vel vnde venit, vt inferis loquatur, & corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel, & ad sitim acetum dederunt: in hospitalitate hanc monstrabunt mensam. Ipsa enim insipiens Gens, Deum tuum non intellexisti, ludentem mortalium mentibus, sed spinis coronasti, horrendum fel miscuisti. Templi verò velum scindetur, & medio die nox erit tenebrosa nimis in tribus horis, & morte morietur tribus diebus, somno suscepto. Et tunc ab inferis regressus ad lucem lætam veniet primus resurrectionis principio renouatus ostento.

EXPOSITIO CAP. LIV.

LAuda sterilis, &c. Secundum Iudæos in præcedenti capitulo dictum est, quod Iudæi captiuarentur, & postea liberarentur. In hoc capitulo diffusiùs agitur de multiplici eorum prosperitate quæ in sex colligitur. Primò enim promittitur eis suæ Gentis multiplicatio. Secundò, (Marc. 15. c.) amplæ possessionis acquisitio. *Ibi*: Dilata locum tentorij. (Luc. 22.) Tertiò in terra sua læta, & secura cohabitatio & omnis confusionis obliuio. *Ibi*: Noli timere. Quartò suarum ciuitatum reædificatio. *Ibi*: Ecce ego sternam. Quintò proselytorum conuersio. *Ibi*, Ecce accola. Sexto destructor eorum destruendus prædicitur: *Ibi*. Ecce ego creaui fabrum sufflantem, &c. Dicit ergo a Lauda sterilis, &c.] *Andreas*. Populum suum ad laudandum Dominum Propheta inuitat, laudandi causam subiungens: quia plures futuri sunt filij eius, qui modò dum in captiuitate tenentur, quasi derelicti, & deserti à Deo videntur, quàm fuerint, cùm in pace in terra sua sederent. Quasi enim sterilis, & non pariens mulier populus ille fuit, quando ab hostibus vastatus, afflictus, & in magna parte gladio voratus multiplicari non potuit: virum habens fuerat, quando in finibus terræ iucunda pace perfruens propagationi sobolis vacabat. Dicit ergo: Lauda, id est, laudabis, vel admonendo dicit: Lauda, ò sterilis.

a dum es in

Mysticè. a Lauda sterilis, &c.] Post passionem Christi agit de vocatione Ecclesiæ de Gentibus quæ ex grano frumenti proiecti in terram pullulauit. *Io.* 12. d. Nisi granum frumenti, &c. Hoc est, quod in reuersione filij prodigi occiditur vitulus saginatus, i. Christus. *Luc.* 15. e. Cuius passionis effectum consequitur Ecclesia de Gentibus, quæ ad ipsum per fidem conuertitur. *Gen.* 49. b. Ipse erit expectatio Gentium. Dicit ergo: Lauda sterilis, id est, ò Ecclesia, quæ sterilis fuisti à bonis operibus, lauda Deum, qui te fœcundauit, *sup.* 44. d. Laudate cæli quoniam misericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ. Ecclesia autem, siue anima dicitur sterilis tripliciter. In veritate, quantum ad statum culpæ. Item sua reputatione, quantum ad statum gratiæ: quis etsi multa bona opera habeat, vel multos populos conuerso: tamen pauci ei videntur. Vnde conqueritur, *sup.* 37. a. Venerunt filij vsque ad partum: & virtus non est pariendi. Item Ecclesia, siue anima in præsenti vita sterilis est à fructu vanitatis: quia expectat fructum æternitatis in futuro; & ideò comparatur palmæ, quæ vsque ad centenarium annum sterilis est, & postea fructificat. Hoc est, quod Abraham centenario natus est filius Isaac, id est, gaudium fœlicitatis æternæ. *Genes.* 17. c. Putasne centenario nascetur filius? Hoc dicit Abraham sperãdo, & cõgaudẽdo. Sed multi dicunt hoc diffidẽdo, sed nullus diffidit, si considerat se esse palmã. *Eccl.* 24 b. Quasi palma exaltata sum in cades, quasi dicat, fructum ante annum centenarium non quæro, sterilis in præsenti esse volo: quia fœlix sterilis, & incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto habebit fructum in respectione animarum sanctarum *Sapient.* 3. c. Et nota, quod tria dicuntur hic. Lauda decanta laudem, & hinni. Lauda, Deum in vita tua. *Psalm.* 133. Non mortui laudabunt te Domine. *Psalm.* 145. Laudabo Dominum in vita mea, non tantum, in lingua. Item decanta laudem in lingua, ipsum prædicando, & beneficia eius extollendo. *Psalm.* 33. Semper laus eius in ore meo. Item hinni in corde iubilando. Et signanter dicit, decanta laudem, contra cantilenas turpitudinis, & vanitatis. *Psalm.* 118. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, &c. Item *Psalm.* 80. Psalterium iucundum cum cythara, id est, laus est iucunda cum bona vita. Non enim est speciosa laus in ore peccatoris. *Eccles.* 15. c. E contra dicitur in *Psalm* 101. Et qui me laudabant, aduersum me iurabant: quia in vita discordabant: & ita quasi coniurati contra me videntur. Vel ad literam contra Clericos iuratores. Vel hinni ad modum equi. Vnde Ecclesia comparatur equo albo. *Apoc.* 6. a. Ecce equus albus: & qui sedebat super eum, habebat

a. cum, &

Mysticè.

a dum es in captiuitate. a Quæ non paris] quia afflicta non vocas operi carnali. b Decanta laudem, vt omnes audiant. c Et hinni] ad modum equi. Et in hoc notatur abundantia gaudij. d Quæ non pariebas.] In captiuitate. Et subdit causam laudis. e Quoniam multi filij] erunt tui.

rilis a quæ non paris, b decanta laudem, c & hinni: d quæ non pariebas: e quoniam multi filij f desertæ g magis, quàm eius, quæ † habebat virum, dicit h Dominus. i Dilata locum tentorij tui: k & pelles tabernaculorum tuorum l extende. m Ne parcas. n Longos fac funiculos tuos, o & clauos tuos consolida.

Sup.4.c. Luc. 23.c. Gal.4.d. *al.* † habent.

f Desertæ magis, quam eius, quæ habebat virum, id est, visum viri, id est, plura habebis filios post liberationem a captiuitate, quam haberes ante captiuitatem, cùm Deo eras iuncta. Vel virum vocat Regem, vel ad literam visum viri. h Dicit Dominus, [qui non mētitur. *Symmachus.* Plures enim filij dissipatæ magis, quam eius quæ erat sub viro. i Dilata locum tentorij tui] id est, loca ampliabis ad faciendas mansiones & tentoria. In multitudine enim populi oportet habere amplitudinem loci, sicut dicitur *Iosua* 17. d. Populus multus es: ascende in siluam, & incide tibi spatia in terra Pherezei & Raphaim, quia angusta est tibi possessio montis Ephraim. Vel, Dilata locum tentorij tui, i. fac ampla tentoria. k Et pelles tabernaculorum tuorum extende, quia pellibus extensis cinguntur tentoria. m Ne parcas] extendere. n Longos fac funiculos tuos] quibus pelles tenduntur. o Et clauos tuos consolida

Secunda pars.

Mystice. Multiplex hinnitus.

⊖ ai cum, & data est ei corona: & exiuit vincens, vt vinceret. Et *Zach.* 10. b. Et posuit eos, quasi equum gloriæ suæ in bello. Est autem hinnitus adulationis. Vnde *Eccl.* 33. a. Equus emissarius, sic & amicus subsannator, sub omni supra sedente hinnit. Item est hinnitus luxuriæ. *Ier.* 5. c. Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Item hinnitus prædicationis, *Iob.* 39. c. Nunquid præbebis equo fortitudinem: aut circumdabis collo eius hinnitum? Quod circumdatur collo, ornat collum, & stringit. sic prædicatio debet esse ad ornatum Prædicatoris; & stringere collum eius, ne turpia, vel inania loquatur. Item est hinnitus doloris, *sup.* 10. g. Hinni voce tua, filia Gallim. Item est hinnitus gaudij, & iubilationis, vt hic. *Ier.* 31. a. Exultate in lætitia, Iacob & hinnite contra caput Gentium. Et *sup.* 24. c. Cùm glorificatus fuerit Dñs, hinnient de mari, liberati, scilicet, amaritudinibus mundi; vel de mari, id est, existentes in mari, De mari enim hinniebat Apostolus, qui dicebat: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, 2. *Cor.* 12. b. *Iob* 35. c. Qui dedit carmina in nocte. *Iac.* 1. a. Omne gaudium existimate, fratres, cùm in tentationes varias incideritis. Dicit ergo: Lauda in vita. b Decanta laudem.] In lingua. c Et hinni.] id est, iubila in corde.

d Quæ non pariebas] id est, sterilis eras, vt priùs dictum est. *Septuag.* habent: Lætare sterilis, quæ non paris: erũpe & clama, quæ nō parturis, &c. *Gal* 4. d. Et dicit: Lætare in corde, erũpe in opere, & clama in voce. e Quoniā multi filij f Desertæ,] id est, Ecclesiæ quondam desertæ. g Magis quàm eius, quæ habebat virum] id est, Synagogæ, quæ erat viro coniuncta, id est, legi, quæ dicitur vir eius, *Rom.* 7. a. Lex in homine dominatur, quanto tempore viuit: nam quæ sub viro est mulier viuente viro, alligata est legi, &c. Vel habebat virum, id est, Deum, Synagoga enim fuit Deo aliquando coniuncta, sed per adulteria sua repudiata. Ecclesia ergo de gentibus plures Deo genuit, quam Synagoga, vel quàm primitiua Ecclesia Iudæorum: quia pauci cōuersi sũt de Iudæis. *Symmachus.* Plures filij dissipatæ magis, quam eius, quæ erat sub viro 1. *Reg.* 2. a. Donec sterilis peperit plurimos, &c. *Ps.* 112. Qui habitare facit sterilem in domo. h Dicit Dominus] *Interl.* Cuius dicere facere est.

i Dilata locum tentorij tui] Hoc dicitur Ecclesiæ de Gentibus quæ comparatur tabernaculo Moysi, de quo *Exod.* 26. Quæ dilatauit locum tentorij sui, id est, totum mundum sibi subiecit, & in eo tentorium suum, id est, se quæ est tentorium: vel fidem suam stabiliuit. De qua latitudine *Iob* 38. b. Nũquid considerasti latitudinem terræ, i. Ecclesiæ? Ibi dicit. *Greg.* dum Christus angustias mortis pertulit, fidem suam in Gentibus dilatauit, *sup.* 49. e. Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ: Angustus est mihi locus: fac spatium mihi, vt habitem. Et dices in corde tuo: Ego sterilis & non pariēs, transmigrata & captiua: & istos quis enutriuit? k Et pelles tabernaculorum,] sicut dictũ est: Tentorium est Ecclesia, quæ militat super terram, tabernacula autem sunt plures Ecclesiæ: pelles tabernaculorum sunt. Prædicatores & alij sancti, qui se in Ecclesijs mortificant vitiis: & Ecclesia defendũt a pluuia, turbine & grandine *Cant.* 1. b. Nigra sũ sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Et nota, quòd in tabernaculo Moysi fuerunt pelles rubricatæ, *Exo.* 26. quæ significant Martyres: & hiacynthinæ, quæ significant Confessores: & cortinæ, quæ significant Virgines, & saga, quæ significant alios pœnitentes in Ecclesia bene operantes. Pelles ergo extenduntur, cùm vel Martyres, vel Cōfessores, aut Virgines, vel alij bene operantes multiplicantur. Vel pelles extenduntur, cum exempla Martyrum rubricata eorum sanguine, & similiter exempla Confessorũ ostenduntur ad imitandum. *Ps.* 103. Extendens cœlum, i. exēpla cœlestia virorum, siue cœlestem eorum conuersationem, sicut pellem. Vel pelles extenduntur, quando prædicatores ad colligendam Ecclesiæ messem mittuntur. Dicit ergo: Pelles tabernaculorum tuorũ, i. Prædicatores Ecclesiam prædicatione protegentes. l Extende;] id est, in totam mundi latitudinem diffunde. m Ne parcas] extendere timore, scilicet, quasi dicat: nolite timere eos, qui corpus occidunt: *Matth.* 10. c. n Longos fac funiculos tuos] id est, præcepta Euangelica fac prædicari in longinquas, & barbaras nationes. o Et clauos tuos consolida] id est, verba prædicationis confirma in auditoribus, *Eccl. vlt.* d. Verba sapientis, quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi, per signa sequentia. *Marc. vlt.* d. At illi profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, &c. Hodie tabernaculum Dauid, id est, Christi deiectum est, *Ier.* 10. d. Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt, filij mei exierunt à me, & non subsistunt: non est qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas: quia stultè egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. i Dilata locum tentorij tui] legitur. *Num.* 9. c. In loco, vbi stetisset nubes, ibi castra metabantur filij Israel. Nubes est caro Christi, vt dicitur *sup.* 19. a. Ascendet Dñs super nubem leuem, &c. Locus huius nubis fuit amaritudo passionis. Locus ergo tentorij tui debet esse amaritudo Passionis. In quo loco fixus erat Apostolus, qui dicebat 1. *Thess.* 3. a. Ipsi enim scitis, quòd in hoc positi sumus, id est, in tribulatione tanquam in loco proprio firmiter stabiliti. In hoc loco debes extendere tabernaculum tuum per macerationem carnis. Item nubes est B. Virgo, quæ obscura est Ægyptus, id est, perfidis Iudæis: & illuminat Hebræos, id est, veros Christianos. Huius nubis locus fuit humilitas. Vnde ipsa ait: Respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ. Dilatare ergo tentorium suum in hoc loco est dilatare humilitatem. Iuxta illud *Eccl* 3. c. Quantò maior es, humilia te in omnibus. k Et pelles tabernaculorum tuorum extende] Quilibet pellem tabernaculi sui debet extendere. Pellem enim extendere est carnem affligere. Caro enim est sicut pellicium, quòd quando lauatur, tunc contrahitur, & destruitur omnino: sic & caro quantò plus ornatur, & nutritur, tantò magis contrahitur per pigritiam, & ad omne bonum inepta redditur. Est etiam sicut later qui quando lauatur, vel in deliciarum aqua ponitur, dissoluitur & inquinatur; cùm ponitur in igne tribulationis solidatur. *Nahum.* 3. c. Intra in lutum & calca, subigens tene laterem. Eodem modo dicit hic. l Extende] carnem, scilicet, sicut pellem, de qua fit tympanum 2. *Cor.* 4. c. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.

Aliter.

Luc. 1. *b.*

m Ne parcas,] pelli tuæ quin extendas eam macerando, dummodò sit rationabile obsequium vestrum, *Rom.* 12. a. *Gal.* 5. d. Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. n Longos fac funiculos tuos.] Per funes intelliguntur præcepta, quæ ligant hominem, & etiam Diabolum extrahunt de homine. Vnde *Iob* 40. d. An extrahere poteris Leuiathan hamo, &c. Lingua Diaboli, quæ sibilat, & infundit venenum, est eius suggestio, quæ reprimitur meditatione diuinorum mandatorum. Præcepta ergo Domini, siue mandata Sacerdotis, vel Prælati nostri longa facere debemus: vt si iniungat ieiunium vnius diei, ieiunemus duos, vel tres. Vnde *sup* 2. a. Docebit nos vias suas, id est, præcepta: & ambulabimus in semitis eius, i. in consilijs, quasi dicat, plus faciemus. *Luc.* 10. f. Quodcumque supererogaueris, ego cùm rediero, reddam tibi. Vel per funiculum prædicatio intelligitur. Vnde *Eccl.* 4. c. Funiculus triplex difficilè rumpitur. Prædicatio enim debet esse triplex. Debet prouocare amorem, incutere timorem, & inferre pudorem. Hæc est via trium dierum, scilicet, amor Dei, timor supplicij, pudor peccati. Hos funiculos prædicationis debemus extendere, vel longos facere, id est, in alios, in quantum possumus, propagare. o Et clauos tuos consolida,] id est,

Exod. 3. *f.*

⊖ verba nostra debent

A uos tuos cōsolida] ad quos funes alligantur. Nota, quòd loquitur ad modum Palæstinorum, qui habitant in tabernaculis: maximè autem Iudæi in reditu de captiuitate non potuerunt ita citò facere ciuitates, & domos: sed multi in tabernaculis habitauerunt. Loquitur etiam de eis ad modum militantium, qui quando sunt in expeditionibus, habitant in tentoriis. Vult ergo dicere, quòd per bella multa sibi terrarum spatia subiugabunt.

Ad *a* dexteram enim, & læuam penetrabis, *b* & semen tuū *c* Gētes hæreditabit, *d* & ciuitates desertas *e* inhabitabit. *f* Noli timere, quia *g* non confunderis, *h* neque erubesces. Nō *i* enim te pudebit, quia *k* confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, *l* & opprobrij viduitatis tuæ non *m* recordaberis ampliꝰ. *n* Quia dominabitur tui, *o* qui fecit te, Dominus *p* exercituū *q* nomen eius, *r* & Redemptor tuus Sanctus Israel, *f* Deus omnis terrę vocabitur.

a Ad dexteram enim] Id est, circum adiacentium terras occupabis. *b* Et semen tuum] Id est, terras Gentium, quæ in circuitu eius sunt, sibi in hæreditatē conuertet. Hoc factum est tempore Machabæorum, qui non tantùm terram suā, quam gentes possidebant, recuperauerunt: sed Iopen, & alias ciuitates, quas nunquam retinuerant patres eorum, habuerunt. *d* Et ciuitates suas,] desertas prius præ paucitate populi: vel desertas, dum fuerunt in captiuitate.

Tertia pars.

e Inhabitabit,] quia multus erit populus. *f* Noli timere] à futuris malis. *g* Quia non confunderis] sicut ante confusa es in captiuitate. *h* Neque erubesces,] vt vidua. Loquitur enim de populo, quasi de vna muliere. *i* Non enim.] Id est, nihil ubi eueniet, vnde confundaris: quia abundantia prosperitatis faciet etiam obliuionem præteritæ calamitatis. Vnde subdit. *k* Quia confusionis] Id est, subiectionis, & oppressionis Ægypticæ. *Ezech.* 16. c. Non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda, & confusione plena. Vel confusionis, i. confusionis factæ in ædificatione turris Babel, in qua ædificatione quidam parentum Iudæorum interfuerunt. *l* Et opprobrij] Id est, non vlteriùs eris vidua à Deo, vel a Principibus derelicta. Vel non eris infœcunda, sicut fuisti in captiuitate, sed multos habebis filios. Et bene dico, quod non eris vidua.
n Quia dominabitur] custodiendo, prouidendo, defendendo, sicut vir vxori.
o Qui fecit te,] Id est, Dominus Angelorum.
r Et redemptor tuus Sanctus Israel.] Id est, sanctificans eū, à culpa, & redimens a seruitute, & miseria. *f* Deus omnis terræ vocabitur,] quia in te ostendet potentiam suam coram omnibus.

Mysticè.

A verba nostra debent esse claui, quæ ita debent esse acuta, & motiua, vt in cordibus auditorum consolidentur, & memoriter ab eis retineantur. Tunc enim consolidantur, cùm memoriæ tenaci infiguntur, non lubricæ. *Eccl. vlt.* d. verba Sapientum, quasi stimuli, & quasi claui in altum defixi. *Exod.* 38. Paxillos tabernaculi, & atrij fecit æneos: quia verba Prædicatoris debent esse ærea, id est, solida & inflexibilia. Sequitur. *a* Ad dexteram] ad omnia loca mundi, vel nec elata eris in prosperis, nec fracta in aduersis. *Phil.* 4. c. Scio & humiliari, scio & abundare, vbique, & in omnibus institutus sum, secundum etiam, quod alibi dicitur. 2. *Cor.* 6. b. Per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, vt, scilicet, & in aduersis, & in prosperis proficiamus, *sup.* 30. c. Hæc est via: ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Ad dexteram declinat, qui eleuatur in prosperis: ad sinistram, qui frangitur in aduersis. *b* Et semen Dei. Vel Semen, id est, Apostoli, & eorum sequaces. De quo semine *suprà* 1. c. Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus.
c Gentes hæreditabit] Id est, Gentiles conuersos immobiliter subiiciet iugo Euangelij; & conuertet in hæreditatem Christi. *Psal.* 2. Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. *d* Et ciuitates] id est, Ecclesias. *Act.* 3. f. Multitudinis credentium, &c. Vel animas priùs desertas à Deo. *e* Inhabitabit] Id est, habitabiles faciet, vt Deus eas inhabitet, vel. *d* Ciuitates desertas] Id est, peccatores à fructu bonorum operum vacuos.
e Inhabitabit] Id est, in proprio habitaculo. Ipsi enim verbū Dei receperunt, & in corde suo collocauerunt *Inf.* 58. c. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum extendere, & loqui quod non prodest cùm effuderis esurienti animam tuam, ædificabuntur in te deserta sæculorum, id est, in tua vita, non tantum in lingua. Sed hodie desertæ, sunt ciuitates Ecclesiæ, quia Prælati non sunt ædificatores sed destructores, *sup.* 49. c. Venerunt structores tui destruentes te. Non sunt semen apostolicum, sed semen Chanaan, & non Iuda, vt *Dan.* 13. f. & 1. *Mach.* 5. g. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, per quos salus facta est in Israel: quia Prælati non sunt imitatores Apostolorum sed Tyrannorum. Vel aliter. *d* Ciuitates inhabitat] qui peccatores in morte à Deo derelictos considerat, vt ex hoc cautior fiat. *Prou.* 21. b. Mulctato pestilente, sapientior erit paruulus. Hoc est, quod dicitur: *suprà* 17. a. Derelictæ ciuitates Aroër, gregibus erunt. Aroër interpretatur Myrica: Myrica autem est homo, qui in diuitiis, vel in aliis temporalibus confidit. Vnde *Ier.* 17. a. Maledictus vir, qui confidit in homine, erit enim quasi Myrica in deserto. Ciuitas ergo Aroër derelicta est vsurarius mortuus in peccato suo: quæ nunc est gregibus in vsum, & pastum, quando alij sumunt inde exemplum. Sequitur. *f* Noli timere,] quia Ecclesia per orbem diffusa, diuersas persecutiones passura erat: ideò confortat eam Propheta dicens: Noli timere de Dei auxilio diffidendo, Ecclesia de Gentibus, licet aliquando Deum offenderis, cùm idola colebas. *g* Quia non confunderis,] scilicet, sterilis à bonis operibus, sicut priùs. *Mysticè.*
h Neque erubesces,] vt vidua, & à Deo vero Sponso derelicta. *i* Non enim] vitæ præteritæ. *k* Quia confusionis] Gentilitas adolescentula fuit, in Noe, & filijs eius: & tunc fuit à Deo desponsata quia tunc non coluit idola; sed postea idolis seruiens a Deo repudiatā est, & vidua facta, & à Deo deserta, etiam cùm turrim Babel contra Deum construere volebat. *Gen.* 11. a. Deum contempsit, & Diabolo adultero adhæsit, & ita à vero Sponso viduata remansit. Et hoc est, quod dicit. *l* Et opprobrij,] tanquam Sponsus. *o* Qui fecit te] id est, illi soli seruies, non idolis. *p* Dominus exercituum] Hoc planum est *r* Et redemptor tuus id est, ille, qui sanctificabat Israel Iudæos, quando tantum notus erat in Iudæa, Deus, redimet te sanguine suo. Et non tantum sanctus Israel, sed. *Psalm.*
f Deus omnis terræ] non Iudææ tantùm.
Quia vt mulierem

Moraliter.

Moraliter loquitur ad animam pœnitentem, & consolatur eam Dominus dicens: *f* Noli timere] ô anima contrita, id est, non diffidas de venia, de victoria, de gloria.
g Quia non confunderis.] In futuro, si hic confusa fueris per pœnitentiam. *Iere.* 20. c. Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. *Ioel.* 2. f. Non confundetur populus meus in sempiternum.
h Neque erubesces] Confusio est interiùs, erubescentia exteriùs panditur *supr.* 45. c. Non confundemini, neque erubescetis vsque in sæculum.
i Non enim.] Id est, peccatorum, quæ in adolescentia fecisti. *inf* 65. c. Non erunt in memoria priora ad confusionem, scilicet, vel ad pœnam. *Soph.* 3. c. In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis, &c.
l Et opprobrij] quando Deum peccando dereliquisti.
m Non recordaberis,] ad pœnam, quia charitas operit multitudinem peccatorum. 1 *Petr* 4. b. Ne videat Deus ad puniendum, nec tu etiam videas ad erubescendum in futuro. *Prou.* 10. h. Vniuersa delicta operit charitas.
n Quia dominabitur tui] non multi Dominatores, sed vnus solus dominatur.
o Qui te fecit] & ideò complacebit sibi in te, tanquam in opere suo quasi dicat charam te habebit quia qui facit opera chariora habet ea, quam alia. *Sap* 11. d. Nihil odisti eorum, quæ fecisti: non enim odiens aliquid fecisti, aut constituisti. Et post subdit. Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt, Domine qui amas animas.
p Dominus exercituum.] id est, omnium, quæ sunt in coelo.
q Nomen eius] quasi dicat, magnus est.
r Et Redemptor tuus,] id est, omnium quæ sunt in terra vocabitur. Tunc enim apparebunt, scilicet, in futuro omnia ei esse subiecta: sicut dicitur 1. *Cor.* 15 d. Cum subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse filius subiectus erit illi, qui subiecit ei omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Et nota, quod in his verbis exprimitur Dei dignitas, quia dicitur Dominus exercituum, id est, Angelorum & Deus omnis terræ, id est, omnium creaturarum inferiorum. Item eius dignatio ostenditur: quia cùm tantus sit, nobis tamen benefacere non desistit. Et notatur quadruplex eius beneficium. Beneficium creationis. *Ibi* Qui fecit te Recreationis. *Ibi*. Redemptor tuus. Iustificationis. *Ibi*: Sanctus Israel. Glorificationis. *Ibi*: Deus omnis terræ vocabitur. Tunc enim

⊕ suam coram omnibus. *a* Quia vt mulierem] à viro, quia fuisti vidua & à filiis quia fuit sterilis. *b* Et mœrentē, &c.] In captiuitate. Vocauit te, Dominus]id est, vocari te fecit, quasi dicat, famosa fuit captiuitas tua. Vel aliter vocauit, i. reuocauit. *d* Et vxorem]i. a tempore quo in deserto vitulū adorasti, *Exod.* 32. b. Vel expone, sicut prius. *e* Dixit Deus tuus] qui nō mentitur. *f* Ad punctum] id est, per paruū tēpus, s. per septuaginta annos, quod paruū fuit respectu eius, quod meruerant. *g* In modico flagello, vel tormēto. *h* Dereliqui] id est, exposui hostibus, quasi dicat modicum fuit, quod sustinuisti, & modico tempore. *i* Et in miserat.] quia maior erit miseratio reducentis te, quàm punitio abiicientis. *k* In momento indignationis,]meæ, i. in momētanea indignatione mea. *l* Abscondi fac. me.]i. propitiationē meam, & benignitatem, quæ omnibus apparuit in facie. *m* Et in misericordia] id est, ab æterno proposui misereri tui. Vel sempiterna, id est, diu permanebit tibi misericordia, quam tibi impendam, & supplendum est, semper si non peccaueris. *n* Dixit Redemptor tuus, &c] & ideò certa sis de hoc. *o* Sicut in diebus,] exemplo Noë confirmat eos, & certificat de prædictis promissionibus dicens. Sicut in diebus, quando malos exterminauit: & paucos, qui remanserunt, multiplicauit, & diluuium de cætero non venturum iurauit. *p* Istud mihi est] scilicet, illa promissio, quam facio vobis, est mihi hoc modo fixa & à me proposita, quòd remotis malis, à vobis, bonos multiplicabo, & immobiliter pactum tenebo, quòd nequaquam vltrà vos delebo nisi in vobis steterit. *q* Cui iuraui.] i. immobiliter statui, & non sum transgressus. *r* Ne inducerem, &c.] *Gen.* 8. d. & 9. b.

a Quia, vt mulierem derelictam, & *b* mœrentem spiritu *c* vocauit te Dominus, *d* & vxorem ab adolescentia abiectam, dixit *e* Deus tuus. Ad *f* punctum in *g* modico *h* dereliqui te, & in *i* miserationibus magnis congregabo te. In *k* momento indignationis *l* abscondi faciem meam parumper à te, & in *m* misericordia sempiterna miseratus sum tui. Dixit *n* Redemptor tuus Dominus. Sicut in *o* diebus Noë *p* istud mihi est, *q* cui iuraui, ne *r* inducerem aquas diluuij vltrà super terram: sic *s* iuraui, vt *t* non irascar tibi, *u* & non increpē te

C

s Sic iuraui, &c. statui. *t* Vt Vt non] de cætero. *u* Et non Increpem te] id est, puniam

Mystic. ⊕ *a* Quia vt mulierem derelictam,] à Deo, quando idola colebas. *b* Et mœrentem quando per pœnitentiam ad Deum conuersa es. Vel. Mœrentem, id est, tempore, quo colebas idola, id est, causas mœroris habentem. *c* Vocauit te Dominus] id est, ad se conuertit te auersam. *d* Et vxorem. ab adolescentia abiectam] id est, ab ædificatione turris, quando adhuc nouella & iuuencula erat Gentilitas.

Moraliter. ⊕ cabitur.] Tunc enim vocabitur Deus noster, & nos filij Dei viuentis appellabimur, vt dicitur *Osea.* 1. d. *a* Quia vt mulierem] quasi dicat. Ideo in futuro non confunderis, quia modò sustines confusionem pœnitentiæ, sicut mulier derelicta pro adulterio à viro suo, quando vir reuocat eam, & reconciliatur ei: tunc ipsa confunditur, & luget. Et hoc est, quod dicit. Quia vt mulierem] id est, reuocauit te ad se per confusionem, & mœrorem pœnitentiæ, sicut confunditur mulier adultera, & à viro derelicta, quando ab eo reuocatur, & libentius reuocatur, quando mœret, & confunditur de eo, quòd errauit. *Ier.* 31. b. Cœtus magnus reuertentium huc, in fletu venient, & in misericordia reducam eos. Quod autem Dominus velit nos reuocare, dicitur *Ier.* 3. a. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis; tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Et nota, quod dicit, *b* Et merentem] id est, ex intimo corde. Hoc est, irriguum inferius, scilicet, contritio cordis: irriguum autē superius est lachryma oculi. *Iosue* 15. d. & *Iud.* 1. c. *Prou.* 12. d. Mœror in corde viri humiliabit eum. *Et* 15. b. In mœrore animi deiicietur spiritus, id est, inflatio, siue superbia. *d* Et vxorem] quia ab adolescentia nostra proiicimus Deum, ideò & ipse abiicit nos. *Eccl.* 11. d. Lætare, iuuenis, in adolescentia tua: & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ: & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum: & scito, quod pro omnibus his adducet te Deus in Iudicium. *Ps.* 24. Delicta iuuentutis meæ, &c. Nota, quòd multi homines adolescentiam dant luxuriæ, progressum ætatis dāt superbiæ, vltimum autem ætatis, i. senectutē dāt auaritiæ: tunc enim maximè inhiant temporalibus acquirendis, & domibus ædificandis, & postea moriuntur. Vnde communiter dicitur, quòd homo senex, quando domos ædificat, quòd statim postea fit mortuus: sicut diues, de quo dicitur *Luc.* 12. c. Qui horrea ampliauerat, & fructus congregauerat, audiuit: Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te, quæ autem parasti, cuius erunt? E contra dicitur *Thren.* 3. d. Bonum est viro, cùm portauerit iugum Domini ab adolescentia sua. Sequitur.

Mysticè. Mysticè, *f* Ad punctum.] Hoc patet de Ecclesia gentium quæ tempore idololatriæ derelicta fuit à Deo. Moraliter etiam anima pro peccatis exponitur tribulationibus, flagellis, & tentationibus, & videtur derelicta. Vnde clamat: Deus, Deus meus, vt quid me dereliquisti? Similiter aliquādo Ecclesia tentationibus agitatur pro peccatis nostris *sup.* 50. a. In sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Sed iucunda est consolatio diuina, quæ statim tribulatos consolatur. Vnde *Iob* 11. d. Cùm te consumptum putaueris, orieris, vt lucifer. Vnde *B. Antonio* conquerenti, quare in certamine Diaboli non visitasset eum Dominus, & dicenti: Domine, vbi eras: respondit Dominus. Præsens eram, & volebam videre certamen tuum. Ecce consolatio post tentationem. *Iob.* 3. d. Non delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis. Et nota, quòd dicit, ad punctum: in quo notatur breuitas temporis, quo patimur pro Christo. Vita enim præsens non est, nisi punctum. Vnde. *Iob.* 20. a. Gaudium hypocritæ, ad instar puncti. Et *in eod.* 21. b. In punctu ad inferna descendunt *sup.* 26. d. Abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio mea. *g* In modico.] In hoc notatur modicitas ipsius tribulationis. *Sap.* 3. a. In paucis vexati, in multis bene disponentur. Hæc duo, s. breuitas temporis & modicitas tribulationis notantur 1. *Petr.* 1. b. Modicum nunc oportet cōtristari in variis tentationibus, vt probatio fidei vestræ pretiosior sit auro, quod per ignem probatur inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, & reuelationem Iesu Christi. Modicum autem dicitur, quicquid patimur, in consideratione præmij. *Rom.* 8. d. Non sunt enim condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. 2. *Cor.* 4. d. Id, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis. *Greg.* Minus tētat probatio, quam remuneratio consolatur: & retributionis merito, pondus percussionis leuatur. Vnde subdit. Psalm. 21. Matth. 27. f. Gen. 9. b.

i Et in miserationibus] i. adunabo te mihi, & eris mecum in gloria: qui vbi ego sum, illic & minister meus erit. *Ioan.* 12. d. Item *Ioan.* 10. c. Tunc erit vnum ouile, & vnus pastor. Vel. Congregabo coniungendo corpus, & animam in resurrectione: & tunc fugit, & dolor, & gemitus. *Apoc.* 21. a. Vnde *Nahum.* 1. d. Afflixi te, & non affligam vltrà, *Osea* 2. d. Sponsabo te mihi in iustitia, & Iudicio, & in misericordia, & miserationibus. Duo sunt ex parte hominis in præsenti, s. iustitia, & iudicium; quia homo debet, se diiudicare in confessione, & iustificare in satisfactione, & punitione delicti. Duo autem alia sunt ex parte Dei in futuro, sc. misericordia, & miserationes. Misericordia, quia animam liberabit ab omni passibilitate interiori: & miseratio, quia corpus solidabit liberans illud ab omni corruptione exteriori. Vel misericordia liberando à culpa, miseratio liberando à miseria. *k* In momento indignationis] meæ, abscondi faciē, i. cognitionem meā, quia in exilio positi videmus per speculum in ænigmate non perfectè, vt 1. *Cor.* 13. d. Vel. Faciem meam, i. propitiationem meam abscondi, exponendo te flagellis. Homo enim in tentatione positus non credit Deum sibi esse propitium sed iratū, & fallitur in mentis propagatione: vnde *Iob* 36. d. In manibus abscondit lucem, i. inter manus suas, i. inter flagella. Pater enim manu percutit filiū, sed post tenebras illuminat. Vnde sequitur *ibi.* Et præcipit ei, vt rursum adueniat. Et hoc est, quod dicitur. *m* Et in misericordia] te æternaliter saluando. Dixit Redemptor] qui te redimet, pro te temporaliter moriendo. Misericordia autē Domini, qua miseretur malorum, non dicitur sempiterna; sed temporalis, quia temporalia tanquam dat eis, mobilia, sc. non stabilem hæreditatem. Vnde *Osea.* 6. b. Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda misericordia vestra, id est, vobis impensa, quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertrāsiens. *o* Sicut in diebus,] i. ita firmum erit, quod promitto Ecclesiæ, sicut illud, quod promisi Noe, cui iuraui, ne inducerem aquas diluuij.] *s* Sic iuraui] i. immobiliter statui.

t Vt non irascar tibi] Ecclesia de Gentibus *u* Et nō increpem te] sicut olim, quando colebas idola. Expone cōiunctim. Vt non irascar, & non increpem te, i. ex ira non increpabo, id est, flagellabo te, sicut priùs, sed ex amore: nec

⊕ ad subuersionem

a Increpem te] id est, puniam, si mihi seruietis semper. a Montes enim] id est, faciliùs mouebuntur montes, & colles, quam mea sententia commutetur. c Et fœdus pacis meæ] id est, fœdus, quo reconciliatus sum tibi, & tu mihi. d Non mouebit.] i. semper stabit, nisi peccaueris, sicut pactum, quod pepigi cum Noe.

a Montes enim commouebuntur, & colles contremiscēt; b misericordia autē mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non d mouebitur dixit e miserator tuus Dominus. f Paupercula, g tempestate h conuulsa, i absque vlla consolatione. k Ecce sternam per l ordinem lapides tuos, & m fundabo te in saphiris, & n ponam iaspidē o propugnacula tua,

e Dixit miserator tuus Dominus: quasi ex mea miseratione erit hoc, nō ex tuo merito. f Paupercula] rebus. g Tēpestate] captiuitatis. h Cōuulsa] à terra propria eiecta. i Absque vlla] redeundi, quia in captiuitate positi desperabant de liberatione.

Quarta pars. k Ecce ego sternam] id est, sternj faciam. l Per ordinē.) In muris, & portis tuis, sicut patet in Esdra, & Neemia. Hic dicit *Ieron.* quòd Iudæi hoc exponunt de terrena Ierusalem, & deridet eos. Tamen eorum fabulam prosequemur reprobando magis, quam approbando.

m Et fundabo te) Modus loquendi est, quasi dicat, fundabo te egregie, & pretiosè.

n Et ponam iaspidem propugnacula tua.] Non quòd ad literam fuerint in propugnaculis iaspides a positi sed in hoc exponitur.

Aliter. Alij autem aliter exponunt hic. k Ecce ego] i. populos tuos habitare faciam ordinatè, quemlibet in Tribu, & sorte sua.

m Et fundabo te] i. in viris religiosis, & bonæ vitæ, qui fuerunt fortitudo populi. n Et ponam iaspidem, i. viros potentes, & nobiles. o Propugnacula tua] id est, defen- A sionem tuam. Et portas

Mysticè. ⊕ ad subuersionem immitam aquas tribulationum, sicut iurauit Noe, quòd aquas non immitterē ad subuertendam terram. Vel sicut post diluuium iurauit Dominus Noe non se iam inducturum aquas diluuij super terram; sic post vitæ huius afflictiones iurat Ecclesiæ, vel quilibet iusto, quia non iam ei sit irasciturus, vel eum increpaturus. Modò enim irascitur, & increpat. *Apoc.* 3. d. Ego quos amo, arguo, & castigo. Item mali in diluuio perierunt; boni saluati sunt, qui fuerunt in arca. Similiter in Iudicio mali perdentur; boni, qui fuerant in fide Ecclesiæ stabiles, saluabuntur. *Matth.* 24. c. Sicut autem in diebus Noe; Ita erit aduentus filii hominis. Item nota, quod malis pereuntibus, boni fœderati sunt per arcum. Arcus est Sacra Scriptura. Hæc ponitur in nubibus, id est, Sanctis, vt sit fœdus inter Deum: & hominem, & ideò chara debet haberi. Hoc significatur per puteum iuramenti. *Gen.* 21. d. quia potantes ex ea debent ei adhærere, quasi iurati, vt possint dicere. Iuraui, & statui custodire Iudicia iustitiæ tuæ. *Psalm.* 118. a Montes enim] ante secundùm aduentum. b Misericordia autem mea] quasi dicat, faciliùs, erit montes & colles moueri, quam meam sapientiam commutari: & ad literam verum erit, quòd montes & colles contremiscent, i. mouebuntur ad potentiam Dei ostendendam; sed misericordia Dei ab Electis non recedet. Vnde *Matt.* 24. c. Cœlum & terra transibunt; verba autem mea non transibunt. Et *in eod.* 5. b. Erunt terræ motus magni per loca, *Luc.* 21. c. *Aggai* 2. b. Adhuc semel ego mouebo cœlum, & terram. Vel per montes, & colles intelliguntur superbi, maiores, vel minores, qui in iudicio commouebuntur, & trement à facie Domini. *Nahum.* 1. b. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt, & tremuit terra à facie eius, *sup.* 30. f. Dies Domini, super omnem montem excelsū, & super omnem collem eleuatum. b Misericordia autem] quam ego meis impendo. c Non recedet] quia in æternum miserabor eorū. c Et fœdus] i. fœdus quo pacificatus sum cum Ecclesia. vel qualibet anima.

d Non mouebitur] id est, fixum & stabile erit. Vnde *Sept.* Nec testamentum pacis meæ auferetur ab eo: quia pax, quam Deus dat in tempore, permanet in æternum. *Inf.* 55. a Feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Et signanter dicit pacis meæ, non mundanæ, *Ioan.* 14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meām do vobis, non quomodo mundus dat, ego do vobis. e Dixit miserator] qui non mentitur. f Paupercula tempestate.] Adhuc consolatur Ecclesiam de Gentibus, & dicit O Ecclesia paupercula secundùm statum præteritum, cui deerat omne bonum tempestate conuulsa, cui aderat omne malum, & quæ credebas omni diabolicæ tentationi, & ita conuulsa eras, id est, à Deo separata. i Absque vlla] quia nullum expectabas suffragium, nec quærebas. Vel loquitur ad Ecclesiam primitiuam secundum statum fidei.

f Paupercula] tui reparatione, id est, humilis. g Tempestate) persecutionum. h Conuulsa] i. ab amore terrenorum separata, sicut arbor cùm euellitur, à terra separatur. Hoc est, quod dicit *Greg.* Mala, quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Sicut paruulus ablactatur, cum aliquid amarum mammillæ apponitur: & tunc currit ad panem solidum. Et nota, quòd est tempestas tentationis. *Psalm.* 80. Exaudiuit me in abscondito tempestatis, id est, in occulta tentatione Diaboli. Item *Iob.* 36. b. Morietur in tempestate anima eorum, quantum ad consentientes tentationi. Item est tempestas persecutionis. De qua *supr.* 32. a. Et erit vt, sicut qui absconditur à vento, & celat se a tempestate. Item *Prou.* 10. d. Quasi tempestas transiens non erit impius; Iustus autem, quasi fundamentum sempiternum. Item est tempestas Iudicij. *Psalm.* 49. In circuitu eius tempestas valida. *Nahum.* 1. a. Dominus in tempestate, & turbine viæ eius. Sequitur. *Multiplex tempestas. Psal.* 80.

i Absque, &c.] mundana, scilicet, non diuina, *Luc.* 6. g. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Hanc non habe Sancti. *Bern.* Delicata est consolatio diuina, quæ non datur habentibus alienam, *Eccl.* 4. a. Vidi lachrymas innocentium, & neminem consolatorem, sed Deum, supple.

k Ecce ego.] Nota, quòd vsque ad finem capituli per ordinem ostendit, quæ bona habitura erat Ecclesia, scilicet, munitiones, diuitias, artificia, sapientiam, pacem, iustitiam, mansuetudinem, multitudinem conuersorum ad fidem, destructionem hostium eius. Dicit ergo. Sternam, id est, in te ô Ecclesia sanctas animas pro meritorum diuersitate ordinabo, alios Prophetas, alios Apostolos, alios Doctores, sicut dicitur. 1. *Cor.* 12. d. Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde Virtutes, &c. Et nota, quòd Sancti dicuntur lapides propter constantiam, & stabilitatem, strati per humilitatem, ordinati per charitatem pondus enim animæ est amor, qui eam in suo loco ordinat. Vel ordinati per meritorum diuersitatem, vel officiorum in Ecclesia. De his lapidibus dicitur *Iob.* 24. a. Quos imbres, id est, doctrina maiorum montium rigant, non habentes velamen malitiæ, amplexantur lapides, id est, Sanctos imitantur, 1. *Petr.* 2. a. Et ipsi tanquam lapides viui super ædificamini in domos spirituales. Item *Iob* 5. d. Cum lapidibus regionum erit pactum tuum, Et nota, quòd de fundatione, & ædificatione Ecclesiæ habetur ampla materia *Zach.* 1. d. Reuertatur ad Ierusalem in misericordiis, & reædificabitur domus mea, & *Tob.* 13. & *Apoc.* 21. vbi ponuntur duodecim lapides pretiosi, & *Ezech.* 28.

m Et fundabo te.] Saphirus est aërei coloris, stellam habet, inflationem sedat. Saphiri fuerunt fundamenta Ecclesiæ, id est, Apostoli, qui fuerunt aerei, id est, cœlestia desiderantes, contra auaros Prælatos. Stellam habent, id est, Christum, qui dicitur stella. *Apoc.* 2. g. Qui vicerit, dabo ei stellam matutinam. Hanc stellam habebat Paulus, qui dicebat, 2. *Cor.* 13. a. An experimentum eius quæritis; qui in me loquitur Christus? Item stella significat gratiam Spiritus sancti. Vnde *Ioan. Apoc.* 1. d. Vidit filium hominis habentem septem stellas, id est, septem dona Spiritus sancti. Stellam ergo, id est, gratiam Spiritus sancti habuerunt Apostoli, quibus dictum est. *Matth.* 10. c. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus, &c. Item Apostoli antracem, id est, inflationem in corde suo, & aliorum verbo suo, & exemplo necauerunt. Vnde 2. *Thessal.* 2. b. Facti sumus paruuli in medio vestrum, tanquam si, &c. 1. *Pet.* 5. a. Non dominantes in clero; sed forma facti gregis ex animo. Et *in eod.* b. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in die visitationis. Isti ergo Saphiri fuerunt fundamenta Ecclesiæ. *Ephes.* 2. d. Superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. De quo lapide dicitur *supra* 28. d. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem probatum, pretiosum, in fundamento fundatum. De istis Saphiris dicitur *Exod.* 24. c. Viderunt Dominum Deum Israel: & sub pedibus eius, quasi opus lapidis, &c.

o Et ponam &c.] id est, Martyres, quia Martyres, qui post Apostolos fuerunt defensores Ecclesiæ, iaspides fuerunt.

Iaspis enim viridis est, & habet locum in argento, & contra phantasmata valet. Similiter ipsi Martyres locū in argento habuerunt: quia in prædicatione præstiterunt. & in Sacræ Scripturæ expositiones virides fuerunt, ⊕ per conuersationem

a positi, sed in hoc exprimitur pulchritudo, & fortitudo ædificij. a Et portas tuas] ponam in lapides. Conuenie, hic, i. lapides sculptos ponam in portis tuis. b Et omnes terminos,] i. lapides desiderabiles ponam in omnibus terminis tuis. Nota, quod Iudæi hæc sibi promittunt futura, ad literam, quando veniet aurea Ierusalem, vt dicit *Ier.* Vnde cùm Iudæo hoc nondum factũ dicat, videtur nostri magis Iudaizare, quàm ipsi Iudæi, qui hoc iam factum asserunt incongruè, & ineptè, & impropriè, vt patet in expositione præcedenti.

D

Aliter. A sionem tuam. a Et portas tuas, i. Iudices tui, qui faciunt iudicia in portis, erunt lapides, i. firmi, & inflexibiles, & sculpti, i. discreti,

a & portas tuas in lapides sculptos, b & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. c Vniuersos filios tuos d doctos à domino, e & multitudinem pacis filijs tuis, f & in iustitia fundaberis. g Recede procul à h calumnia: quia nõ i timebis, k & à pauore, quia non l appropinquabit tibi. m Ecce accola n veniet, qui non o erat mecum, p aduena quondam tuus q aditingetur tibi. r Ecce ego creaui fa-

q. d. tu habebis viros religiosos, & sanctos colentes Deũ, fortes ad resistendum hostibus, & discretos ad iudicandũ populum tempore pacis. b Et omnes terminos tuos, q. d. etiam subditi tui boni erunt. Vel, Omnes terminos, q. d. non solùm in Ierusalem erant tales viri, quales prædixi; sed etiam per totam Iudæam Sed hæc expositio, sicut prima incongrua & falsa est: quia nunquam fuit ita per totam Iudæam. Sequitur c Vniuersos filios,] ponam, vel faciam. d Doctos a Domino,] q. d. omnes cognoscent legem e Et multitudinem,] i. concordes erunt inter se. f Et in iustitia] i. Principes, & Iudices, qui sunt fundamẽta populi, erũt iusti, iustè iudicantes subditos. Vel, in iustitia, i. faciendo iustitiã de inimicis, quia iaciendo fundamẽta ciuitatis Ierusalẽ, pugnabant vna manu contra hostes, & alia ædificabant, vt dicitur *Neem.* 3. e. g Recede procul,] i. recedes. h A calumnia,] i. a calumniatoribus, sc. à Babylonijs, quia tunc secure poteris exire. i Quia non timebis] i. non habebis causa timoris, destructo hoste tuo, s. Rege Babylonico. k Et a pauore] recedes, i. ab illis quos pauebas antè. l Quia, &c. hostis, quem timebas. Et cum exieris non eris solus. Vnde subdit. m Ecce accola. Et est quinta pars, in qua post ædificationem, & fundationem & securitatem populi, agit de ampliatione, & multitudine eiusdẽ. *Zach.* 2. c. Lauda sterilis, & lætare, filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo

Quinta pars. in medio tui, ait Dominus, & applicabuntur Gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum. Vnde dicit: Ecce accola: ad cultum meum.

o Qui non erat,] sed contra me, i. Gentilis, qui me non colebat, sed idola. p Aduena,] i. alienus à fide tua. q Adiungetur,] id est, fiet proselytus ad literam. Multi tales fuerunt, qui videntes prosperitatem Iudæorum, & liberationem de captiuitate, adiuncti sunt eis, & venerunt de Babylone in Iudæam, quasi collecta de regione abiecta. *Zach.* 8. d. In die illa apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes, ibimus vobiscum, quoniam vobiscum Deus.

Sexta pars. r Ecce ego.] Hic minister captiuitatis illorum Nabuchodonosor prædicitur destruendus per Cyrum, qui fuit minister liberationis eorum. Dicit ergo. Ecce ego, id est, A Nabucho-

Mystice. Θ per conuersationis honestatem. Viridis enim color pascit oculos, & nihil ita delectat intuentes, sicut exempla Martyrum, vt B. Laurentij tolerantia, B. Nicolai mansuetudo, humilitas Pauli, & aliorum similiter quorum etiam intuitus valet contra phantasmata, id est, gloriam mundi, quæ in veritate phantasma est: quia deficit, cum videtur teneri. Vnde *Act.* 25. f. dicitur, quod Agrippa & Beronice venerunt cum magna ambitione, & græca litera habet cum phantasia. Dicit ergo Ponam iaspidem, id est, defensores tuos faciam, vt iaspidem. Hodie defensores Ecclesiæ non sunt iaspides, sed aspides: non fugant phantasmata, sed multiplicant, id est, temporalia & honores. *Cant.* 8. Si murus est, quantum ad beatam vitam, ædificemus super eum propugnacula argentea, quantum ad ædificantem doctrinam. Talis enim debet esse Prædicator murus in vita, & efficax in doctrina. *Cant.* 4. b. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis. Collum Ecclesiæ est prædicator, qui debet esse turris in vita, & propugnaculum in doctrina.

a Et portas tuas, &c.] portæ sunt Prædicatores & Prælati quorum officium est alios intromittere, qui debent esse lapides per constantiam, sculpti per bonam vitam: & opere exprimant, quod ore prædicant. *Zach.* 3. d. Ecce ego cælabo sculpturam eius. *Gregor.* Qui magnis operibus pollent: & id quod loquentes asserunt, viuendo ostẽdunt, sculpti lapides esse commemorantur. In quorum enim vita recta operatio cernitur, quasi in eisdem ipsis exprimitur, quod egerunt 3. *Reg.* 6. d. Sculpsit in eis picturã Cherubim, & palmarum species, & Anaglypha. Per hæc designantur tria, quibus pollere Doctores, & Prædicatores, Prælati Ecclesiæ, & ministratores, scientia, vita, & fama. *Ezech.* 41. d. Cælata erat in ipsis ostijs Cherubin. b Et omnes terminos tuos,] quantum ad alios, qui sunt in Ecclesia, quia quicunque sunt in Ecclesia, per meritum vitæ, lapides sunt desiderabiles, & pretiosi. Quos autem sub metaphora lapidum dixerat, aperte declarat, cum subdit.

c Vniuersos filios tuos,] faciam, scilicet. Iuxta illud *Ioan.* 6. e. Erunt omnes docibiles Dei. *Ierem.* 31. f. Non docebit vltrà vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens. Cognosce Dominum. omnes enim cognoscent me a minimo vsque ad maximum. *Osea* 5. a. Ego eruditor omnium eorum, *suprà* 50. b. Audiam, quasi magistrum *Matth.* 23. a. Vnus est enim magister vester, qui in cælis est.

e Et multitudinem,] dabo, scilicet, *Septuaginta.* Ponam omnes filios tuos discipulos Dei, & multa pax erit filijs tuis. *infrà vltim.* d. Declinabo super eam quasi flumen pacis.

f Et in iustitia,] id est, omni virtute stabilieris.

g Recede procul.] *Ieronymus* Consolatus est Ecclesiam de Gentibus promittens ei spirituales gratias: nunc docet quid agat, ne aduersarios timeat. Hoc, scilicet, Recede procul, vt nemini calumniam inferas, nec fraudem, siue iniuriam, nec aliena rapias. Procul dicit, vt nec maiora, nec minora rapias. Contra quosdam, qui benè rapiunt minima, 1. *Thessal.* 4. b. Ne quis supergrediatur, aut circumueniat in negotio fratrem suum. *Prouerb.* 11. d. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. *Abacuch.* 2 b. Væ qui multiplicat non sua, *suprà* 33. a. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis. *Et in eodem,* c. Qui proijcit auaritiam ex calumnia. *Iob.* 20. & 23. habes de diuersis modis rapinæ. *Eccl.* 4. a. Vidi calumnias, quæ sub cælo geruntur. Vel Recede, id est, fuge calumniam Diaboli, siue fraudulentiam, qui dicitur calumniator. *Psalm.* 71. Et humiliabit calumniatorem, *suprà* 52. b. Assur absque vlla causa calumniatus est eum. *Apocal.* 12. e. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos ante conspectum Dei nostri, die ac nocte, id est, accusabiles pro posse suo faciebat, consentientes enim tantùm decipit. *Osea.* 5. c. Calumniã patiens est Ephraim, quoniam cœpit abire post sordes. Et dicit, cœpit, quia priùs consentit homo, quam Diabolus ei dominetur, *suprà* 30. c. Sperastis in calumniam, & tumultum, & innixi estis super eo. A calumnia autem Diaboli recedit, qui eius suggestioni non consentit: & dicit, procul: quia omnes suggestiones eius, & occasiones, & circumstantiæ vitiorum, quæ Diabolus suggerit, vitandæ sunt.

i Quia,] si prædicta feceris non timebis, quasi dicat, vis non timere potestatem? benè fac, vt dicitur *Romanor.* 13. b. & *Prou.* 10. d. Pauor his, qui operantur malum. *Prou. vlt.* c. Non timebit domui suæ à frigoribus. k Et à pauore,] recede, scilicet, id est, subditos tibi oppressionibus non terreas. l Quia] si hoc feceris non appropinquabitur tibi, pauor, scilicet, hostium. Litera planior est, secundum *Septuaginta.* Recede ab iniquitate, & non timebis, & tremor non appropinquabit tibi. m Ecce,] id est, Gentilis. n Veniet] ad fidem. Et promittitur hic multitudo conuersorum ad fidem. o Qui non erat,] sed contra me, vel longè, à me. *Matth.* 12. c. Qui non est mecum, contra me est. *Ephes.* 2. c. Qui longe fuistis, facti estis propè. p Aduena,] ò Ecclesia; id est, qui solebat esse alienus à fide tua. q Adiungetur,] in vnitate fidei, spei & charitatis.

r Ecce ego,] præmissa fundatione Ecclesiæ, statim subiungit de Diabolo: quia statim, quando homo incipit fundari in bono, tunc surgit tentatio. *Eccles.* 2. a. Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore & præpara ad tentationem animam tuam. Similiter *Exodi* 12. f. legitur, quòd post egressum de Ægypto prima mansio fuit in Ramasse, quod interpretatur commotio tineæ. Per tineam intelligitur Diabolus, qui paulatim vestes nostras, id est, bona opera nostra depascit, & consumit, quantum potest. Ex quo ergo proponis exire de Ægypto, id est, de peccato, statim commouet te tinea, id est, Diabolus tentat te. Vnde *Gloss. super Exodum*: Pharao contemptus surgit in scandala. Et *Gregorius*: Illos tentare negligit, quos quieto iure se possidere sentit. Dicit ergo: Ecce ego creaui fabrum, id tentatorem Diabolum, quasi dicat, ne timeas eum, quia Θ in pote-

a Nabuchodonosor, qui vos captiuabit. Loquitur etiam de futuro, tanquam sit præteritum, quasi dicat, potestate hoc fecit Nabuchodonosor non sua: & ideò cum voluero potero vos liberare ab eo, a Sufflantem,] i. instigantem, & exhortantem populos suos comburendum vos, & destruendum.

brum a sufflantem in igne prunas b & proferentem c vas in d opus suum, e & ego creaui interfectorem f ad disperdendum. g Omne vas, h quod fictum est, i contra te non k dirigetur: l & omnem linguam m resistentem tibi, in n iudicio † o iudicabis. p Hæc est hæreditas q seruorum Domini, r & iustitia eorum f apud me, t dicit Dominus.

al. † condēnabis.

b Et proferenté,] id est, vos ipsos. d In opus suum,] ad seruiendum sibi in terra sua. Vel vasa templi ad literam transtulit in opus suum. e Et ego creaui] i. Cyrum & Darium. f Ad disperdendum,] ipsum A Nabuchodonosor & suos, & ita liberaberis g Omne vas,] i. omnis poena, vel vindicta, vel astutia,

CAP. LV.

Omnes u sitiētes x venite ad

siue machinamentum. h Quod fictum est] i. cogitatum est. Contra te,] i. non explebitur. Et omnem linguam.] quia multi dicebant, quòd Deus non debebat eos liberare. Vel quia quando ædificabant templum & ciuitatem, multi per verba & literas voluerunt impedire reædificationem ciuitatis & templi, sed non potuerunt omnino. Et hoc est, quod dicit. n In iudicio,] i. condemnabis: quia inuentum est in annalibus Regum, quòd Cyrus licentiam dederat de hoc; & ita iudicatum est, quòd ædificarent Iudæi. p Hæc est hereditas,] i. talis sicut prædixi secura, & quieta, & abundans. q Seruorum Domini.] quasi dicat aliter non habebunt eam, nisi seruierint Domino. r Et iustitia eorum,] i. iusta retributio eis facta.

Psalm.31.

f Apud me,] id est, dispensatione mea. t Dicit Dominus] qui dixit, & facta sunt.

Mysticè.

e In potestate mea est Creaui, secundum substantiam, non secundum eius malitiam. Nota, quòd Deus dicitur faber. Ps.73. Tu fabricatus es Auroram & Solem. Item Diabolus & membra eius dicuntur fabricatores. Ps. 128. Supra dorsum meū fabricauerunt peccatores. Iob 13. a. Disputare cum Deo cupio, priùs vos ostendens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum. a Sufflantem] i. igneas prunas, i. tentantem mētes iā à propria concupiscentia ignitas. Diabolus etiā quemlibet tentat de illo vitio, ad quod scit hominem magis pronum Iob. 41. b. Halitus eius prunas ardere, facit, i. suggestione sua mentes carnaliū magis ac magis accendit igne peccati. Vnde Ps.57. Supercedit ignis, & non viderunt Solē. Huius fabri folles sūt omnes adulatores, detractores, lenones, & vetulæ mediatrices. b Et proferētē de officina malæ volūtatis. c Vas.] id est, quemlibet sibi consentientem d In opus suum,] i. in ipsam perpetrationem iniquitatis. De istu vasis dicitur Ro.9. e. Sustinuit in multa panētia vasa iræ apta in interitū. Et 2.Tim.2.c. In magna domo non solùm sunt vasa aurea, & argentea; sed & lignea, & fictilia, &c. Diabolus ergo lebetes fabricat, i. nigros peccatores: sed Dominus aliquando per suam gratiam hos lebetes conuertit in phialas, iuxta illud Zach. vlt. d. Et erunt lebetes, quasi phialæ in domo Domini. Hinc sumptum est, quod dicitur in Hymno Mariæ magdalenæ.

Post fluxa vitæ scandala,
Fit de lebete Phiala,
In vas translata gloria,
De vase contumelia.

e Et ego creaui,] id est, Diabolum creaui secundùm substantiam, qui ex malitia sua interficit, & disperdit eos, qui sibi consentiunt. Et nota, quod Diabolus hoc modo procedit. Primò sufflat interius tentando, postea profert in opus prauum exteriùs, tandem disperdit, & interficit in inferno. Ps.7. Et in eo parauit vasa mortis. Vel, meliùs: Et ego creaui, i. Christum secundum hominem. f Ad disperdendū fabrū peruersum, & vasa eius. Iob. 26. Prudētia eius percussit superbū. g Omne vas,] ô Ecclesia, i. omnes persecutores. & Tyranni. h Non dirigetur,] i. nō præualebit cōtra te: quia Ecclesia omnem potentiā & iram Tyrannorū, qui propriè sunt vasa iræ, per Patientiā superauit in Martyribus. De quibus vasis sup. 32. h. Fraudulenti vasa pessima sunt. Et Ps.4. Tanquam vas figuli confringes eos Prou. 12. a. Non roborabitur homo ex impietate, & radix iustorū nō commouebitur. Eccl. 11. b. Datio Dei permanet Iustis. Ideò semper præualent Sancti, quia gratia eis non deficit. l Et omnem linguā; hæreticorū, & philosophorum eloquentiam. Ps.72. Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiā. Item: Qui loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia, & in abusione. m Resistentem tibi in iudicio,] i. in disputatione. o Iudicabis,] per sapientiam Doctorum Ecclesia enim Tyrannos superauit per patientiam Martyrū, hæreticos conuincit per sapientiam Doctorum. Hodie paucos habet similes Martyribus; sed multos habet, qui linguis sciunt optimè pugnare, non manibus. Vel vas Diaboli est eius tentatio. Vel vasa Diaboli sunt Prælati bursarij, profundi inferiùs ad capiendum, sed stricti inferiùs ad largiendum. Lingua autem Diaboli sunt Aduocati. Dicit ergo. g Omne vas, quod fictum,] id est, omnis Prælatus fictitius, nō verè Prælatus, sed positione non re, sed similitudine. Zachar. 11. d. O pastor, & idolum. Talis Prælatus h Non dirigetur,] i. non prosperabit Prou. 12. d. Non inueniet fraudulentus lucrum. Sapien. 1. b. Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum. l Et omnem linguam,] id est, omnem Aduocatum linguosum qui totus lingua est. De qua lingua Iob. 40. d. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?

m Resistentem tibi,] ô Ecclesia, quia tales contra Ecclesiā sunt, licèt videātur esse de Ecclesia. n In iudicio iudicabis.] Hoc non fit, modo non condemnantur, sed approbantur, sed in iudicio veri Iudicis ibi iudicabuntur ab illis, quibus dictum est Math. 19. d. Sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Sapien. 5. a. Stabunt Iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. p Hæc est hæreditas,] scilicet, vita æterna. Et nota, quòd secundùm Gl. & secundùm Ier. hoc refertur ad præcedens: secundùm autem vsum Ecclesiæ respicit sequentia. Vnde dicit. Hæc est hæreditas, quòd sc. Iusti sint Iudices malorum.

r Et iustitia,] id est, iusta remuneratio.

f Apud me] reposita, sicut dicit Apostolus 2. Timoth. vlt. b. Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dñs in illa die iustus Iudex. Vel de præsenti legitur. p Hæc est hæreditas,] id est, talis est Ecclesia sic fundata, sicut dictum est, & ædificata, instructa, pacificata, ex omnibus Gentibus congregata, & multiplicata, ab hæreticis & Tyrannis impugnata, & tamen victoriam consecuta.

EXPOSITIO CAP. LV.

Omnes sitientes venite.] In præcedenti capitulo Iudæis reuertentibus de captiuitate Babylonica prospera promisit secundùm fabulam Iudæorum. In hoc capitulo inuitat eos ad hoc, vt libenter reuertantur. Et diuiditur hoc capitulum in quinque partes. In prima parte inuitantur ad reuertendum in terram irriguam, & fertilem, quæ eis promittitur. In secunda promittit eis Doctorem, & Ductorem, ibi: Ecce testem. In tertia proselytorum multitudinem, ibi: Ecce Gentes. In quarta, ne propter peccata sua hæc amittant, admonentur ad pœnitentiam de præteritis malis, ibi Quærite Dominum. In quinta, si pœniteant, promittit eis multa bona, ponens exemplum de imbre, & niue ad confirmationem promissorum, ibi: Et quomodo descendit, & cætera. Dicit ergo:

u Omnes sitientes, &c.] id est, ô vos Iudæi aridi ab omni bono in terra captiuitatis vestræ, & defectum omnis refrigerij habentes.

x Venite ad aquas,] refrigerij, Vel, ad aquas, id est, ad terram irriguam, & fertilem.

a Et qui non

Mysticè. u Omnes sitientes. Istud capitulum non exponitur ad literam de illo populo ab Ieronymo, nec ab Haymone, nec ab alijs sanctis, sed Mysticè. Et diuiditur in tres partes. In prima parte monet Propheta tam Iudæos, quàm Gentiles ad spiritualem Euangelij intelligentiam, & ad fidei gratiam. In secunda monet eos ad bonam vitam, ibi: Quærite Dominum. In tertia, si hoc facere velint, affirmat, quod verbum fidei adducet eos ad vitam æternam, ibi: Et quomodo. In præcedenti capitulo multa bona promiserat, de quibus in fine dixerat: Hæc est hæreditas seruorum Dei. Ne ergo hæreditatem illam amittamus, docet nos in hoc capitulo, quomodo eam consequi possimus. Inuitat ergo nos ad ea, ex quibus est salus, scilicet, ad spiritualem intelligentiam, & fidei gratiam, & ad bonam vitam. Vnde dicit: — Mysticè.

u Omnes sitiētes,] Iudæi, s. & Gentes prædictā hæreditatē desiderantes. Vel, Sitientes, i. defectū omnis gratiæ, & doctrinæ patientes, sicut dicitur terra sitire, quando arida est. De qua siti dicitur Amos 8. d. Mittam famem, &c. x Venite ad aquas, Baptismi, siue ad spiritualē intelligentiā Euangelij. De qua

Vel sic y Omnes sitiētes] i. iustitiā desiderātes. Mat. 5. a. Beati qui esuriūt, & sitiūt iustitiā x Venite ad,] spirituales, s. ad — Aliter.

aquas con

aquas, a & qui non habetis argentum, b properate, c emite & d comedite. e Venite, f emite g absque argento, & absque vlla commutatione h vinum, i & lac. k Quare appenditis argentum l non in panibus, m & laborem vestrum non in n saturitate.

a Et qui non habetis, argentum] ad literam, id est, qui pauperes estis. b Properate, ad terram vestram, c Emite. & comedite. id est, ac si emisseritis, comedite. e Venite, emite.] id est, veniendo emite, quasi dicat, aliter non oportebit vos emere, nisi per laborem viæ, Et hoc est, quod dicit. g Absque argento, & absque vlla commutatione,] quasi dicat, quod dico, emite non intelligatis de commutatione, in qua appenditur argentum, sed pro labore itineris tantum, h Vinum & lac] per hæc omnis terræ abundantia intelligitur. k Quare appenditis argentum] vestrum. l Non in panibus,] quasi dicat, quicquid habetis, & quicquid lucrari potestis in terra captiuitatis vestræ, expenditis: & tamen non habetis satis panem m Et laborem vestrum] appenditis, sed. n Non in saturitate,] id est, multum laboratis seruiendo Chaldæis; & & tamen victum sufficienter non habetis, & ideò fatui estis, qui ibi moramini.

A Audite

Mystice. ● quia: De qua Eccl. 15. a. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Est aqua Baptismi Ioan 3. a. Nisi quis renatus fuerit, & cæt, Aqua doctrinæ, Ecclesi. 15. a. Aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Aqua gratiæ. Ioan. 4. b. Qui biberit, &c.

a Et qui non habetis argentum,] diuini eloquii, Psal. 11. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, &c. Vel argentum eloquentiæ venustæ. Tales non prohibentur ab aquis, imò tales inuitantur, & tales hauriunt de aquis sacræ Scripturæ spiritualem intelligentiam, qui eloquentiæ nitorem deuitant. Moyses non habuit argentum, cùm dixit Exod. 4. c. Obsecro, Domine, non sum eloquens ab heri & nudiustertius: & ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ factus sum Supr. 13. d. Ecce ego suscitabo super vos Medos, id est, Prædicatores mensuratos in vita, qui argentum non quærunt, id est, eloquentiæ venustatem: nec aurum velint, id est, humanæ sapientiæ grauitatem. Sancti enim laborant ad sermonis facilitatem, vt intelligant homines & iumenta. Prou. 10. c. Argentum electum lingua iusti. Ergo argentum reprobum lingua iniusti Philosophi & Theologi mali.

b Properate) ad aquas doctrinæ credendo; quia nisi credideritis, non intelligetis, sup. 7. b. Ad aquas Baptismi pœnitendo. Act. 2. f. Pœnitentiam agite: & baptizetur vnusquisque vestrum. Ad aquas gratiæ, peccata dimittendo, infra eodem b. Derelinquat impius viam suam.

c Emite] bene viuendo. Psalm. 118. a. mandatis tuis intellexi.

d Et comedite spiritualē dilectionē sumendo in ipsa Scriptura quæ dicitur potus, vbi facilis est: & cibus vbi difficilis est Psalm. 18. In custodiendis illis retributio multa, i. delectatio magna. Etiam in præsenti. Cant. 5. a. Comedite amici, & bibite, & inebriamini, charissimi. Item 7. c. Guttur tuum, sicut vinum optimum dignum Dilecto meo ad potandum labiis, & dentibus eius ad ruminandum. Quod potatur, potus est: quod ruminatur cibus est. Scriptura ergo dicitur cibus, quia & exponendo frangitur, & mandendo, siue ruminando diligenter, id est, repetendo glutitur, & sic traiicitur intrà ad nutriendum, non sicut granum ponitur in horreum totum integrum ad effundendum, cor enim debet esse stomachus Scripturæ, non cista, siue horreum. Et nota, quod dicit, properate: quidam enim tardè veniunt ad aquas sacræ Scripturæ, cùm iam delirant præ senectute: sed manna in mane iuuentutis debet colligi: non enim inueniebatur, nisi mane: Exod. 16. c. Vide Eccl. 5 b. Non tardes conuerti ad Dominum. Heb. 4. c. Festinemus ingredi in illam requiem. Loquitur autem tribus generibus hominum. b Properate] incipientes. c Emite] proficientes. d Et comedite] perfecti. Idem notatur Matth. 13. f. Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, quoad incipientes & præ gaudio illius vadit, quoad proficientes, & vendit omnia, quæ habet, & emit

Aliter. agrum illum, quoad perfectos.

● aqua contritionis, compassionis, deuotionis. Primæ sunt aquæ Marath, Exod. 15. d. Secundæ aquæ Iericho. 4. Reg. 2. d. Tertiæ aquæ Bethleem, 2. Regum 23. c. Ioan 7. f. Si quis sitit, veniat & bibat. Apocal. vlt. d. Qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. Nota, quòd iumentum ducitur ad aquam, postquam comederit. Cibus est bona operatio. Ioan. 4. c. Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei. Aqua est deuotio, quæ datur merito bonæ operationis. Ideò dicit Psalm. 72. Vt iumentum factus sum apud te, sup. 12. h. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, id est, gratias de vulneribus Christi.

a Et qui non habetis argentum,] id est, terrenas diuitias.

b Properate.] Talis enim potest properare, quia non est oneratus. Matth. 19. d. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Et beatus Bern. dicit super hoc: Bene, Petre, & non ad insipientiam tibi omnia reliquisti: neque enim sequi poteras oneratus, Act. 3. a Argentum & aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do. Matth. 10. d. Nolite possidere aurum Amos 6. a. Væ vobis, qui opulenti estis in Sion, i. opibus lenti, opes enim impediunt cursum, Gen. 13. a. alia litera: Abraham erat grauis vehementer in possessione auri & argenti. c Emite & comedite.] Refectio deuotionis, siue contemplationis emitur multis suspiriis piis & orationibus. Vnde Iob. 3. d. Antequam comedam, suspiro: & tanquam inundantes aquæ, sic rugitus meus. Sequitur, secundum primam expositionem.

e Venite, emite, &c.] id est, veniendo passibus boni operis emite. Non enim pretio argenti emitur, vel industria humani ingenij, vel argento ornati eloquij docetur; sed sicut dicit Ecclesi. 1. d. Fili, concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit tibi illam. Vel, e Venite,] benè viuendo, vt dictum est. f Emite] studendo. De his duobus in Psalm. 118. Beati immaculati in via. Deinde: Beati, qui scrutantur testimonia eius. g Absque argento, & absque vlla commutatione,] id est, sine commutatione sæcularis scientiæ. Qui enim putant sine ea sibi non sufficere Theologiam, putat Solem non sufficere sine candelis, quæ sub Sole tenebrantur, & citiùs consumuntur. Prou. 23. c. Veritatem eme, oratione, studio & bona vita: & noli vendere humano fauore, vel commodo temporali sapientiam tuam Eccl. vlt. d. Comparate vobis sine argento sapientiam, & collum vestrum subiicite iugo eius, Prou. 17. c. Quid prodest habere diuitias stulto? cum sapientiam emere non possit. h Vinum, id est, intelligentiam de Deitate. i Et lac] de humanitate. Vel h Vinum] consiliorum. i Et lac] præceptorum. Vel, vinum, est sacra Scriptura, quoad maiores: lac. quoad minores. Cant. 4. c. Mel & lac sub lingua tua. Item Cant. 5. a. Bibi vinum meum cum lacte meo.

k Quare appenditis,] Increpat literales Iudæos, & philosophos, & hæreticos, qui nitorem eloquij sui, & laborē studij sui in superficie literæ, & vanitate scientiæ humanæ expendunt, in quibus non reperitur spiritualis intelligentia, de qua saturetur anima. Dicit ergo, ô Iudæi, ô Hæretici, ô Philosophi, ô Clerici curiosi. Quare appenditis argentum, i. nitorem eloquētiæ vestræ. l Non in panibus,] id est, ad lucra vana, ad laudes hominum, vel ad scientias inanes conuertitis, & non ad illos panes de quibus Luc. 11. a. Amice, accommoda mihi tres, id est, fidem, spem, & charitatem, Vel, k Quare appenditis argentum, non in panibus,] id est, pensatis sacra eloquia. sed ibi refectionem non quæritis Sicut illi, qui tantùm sunt canales sacræ Scripturæ, & nunquam ex ea potantur, sed effundunt aliis. Vel sicut Iudæi, qui literæ superficiem pensant, non interiorem intelligentiæ medullam. Vel pensatis argentum vt campsores. Magistri enim & prædicatores multi sunt, quasi nummularij Dñi, qui dant pecuniam Domini sui ad vsuram, Appensores sunt pecuniæ eius, sed quidam malè eam appendunt, quia minoris ponderis eam faciunt. qui auctoritates terribiles sacræ Scripturæ enervant, Alij nimij ponderis eam faciunt, quia nimis strictè iudicant. Sed miseri sunt, qui Scripturam tractant, & tamen non in panibus: quia enim non reficiuntur, nisi fortè vento inanis gloriæ. Osea 12. a. Ephraim pascit ventum Prou. 10. a. Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos. Item Ier. 22. f. Omnes pastores tuos pascit ventus. m Et laborem vestrum,] id est, pretium laboris vestri, non in saturitate? Labor enim pro temporalibus non satiat, imò magis irritat. Vnde Luc. 15. c. de filio prodigo dicitur; Facta est fames valida in regione illa, id est, in regione peccati: Osea 4. b. Comedent & non saturabuntur. Prou. 13. d. Venter impiorum insaturabilis. Eccl. 5. b. Auarus non implebitur pecuniis. Est ergo sensus. Et laborem vestrum non in saturitate; id est, quare inutiliter labores vestros consumitis? Threnor. 1. d. Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam, non dicit ad saturandam. Item Threnor. 2. d. Matribus suis, dixerunt,

a Audite] cordè. b Audientes me] aure, id est, facite, quod vobis dico, quod, scilicet, reuelaui. c Et comedite bonum,] id est, bona Iudææ comedetis. d Et delectabitur in crassitudine, id est, in copia omnium bonorum.
e Anima vestra,] id est, animalitas vestra. f Inclinate aurem vestram] vt credatis mihi in his quæ promitto vobis, & faciatis, quæ suadeo. g Et venite ad me,] id est, ad cultū meū in Iudæa. h Audite, & viuet anima vestra.] Idem est, quòd prædixit; sed repetit, vt eis persuadeat reditum. k Et feriam vobiscum, &c.] id est, faciam vobiscum fœdus firmum & in sempiternum stabile nisi per peccata vestra illud rumpatis. Et nota, quòd pactum dicitur feriri quia ad literam feriendo manum ad manum dantur dexteræ pacti, siue fœderis.

a Audite b audientes me, c & comedite bonum, d & delectabitur in crassitudine e anima vestra f Inclinate aurem vestram, g & venite ad me: h audite, & i viuet anima vestra, k & feriam vobiscum pactum sempiternum, l misericordias Dauid † m fideles n Ecce, testem populis dedi eum, o Ducem, ac Præceptorem Gentibus. p Ecce † Gentes, quas nesciebas, q vocabis; r & Gentes, quæ te non cognouerunt, s ad te currēt,

al. † fidelis.

Al. † Gentē, quam.

l Misericordias Dauid fideles,] faciam, scilicet, vobis quasi dicat, sicut cum Dauid pœnitente feci misericordiam, sic vobis pœnitentibus. Vel sicut feci pactum cum Dauid stabile; sic & pactum meum erit vobiscum fidele, id est, verum stabile. Vel sicut misericorditer dedi vobis Regem bonum Dauid, scilicet, & ipsi Dauid promisi de semine eius Reges futuros in Ierusalem ita complebo. Et hoc est, quod dicit: Misericordias Dauid promissas faciam.
m Fideles,] id est, veras quia dabo de semine eius lucernam in Israel, qui regat populum, scilicet, Zorobabel, de quo subdit. n Ecce testem populis dedi eum,] scilicet, Zorobabel, qui testificatus est legem meam, & docuit eam. Iudæos. Vel. Iesum summum Sacerdotem, vel Esdram, & Neemiam. o Ducem ac præceptorem Gentibus,] id est, Proselytis, quia multi de Gentibus cum eis redierunt in Iudæam. de quibus & subditur: p Ecce Gentes, quas nesciebas,] id est, Gentes alienas.

Secūda pars.

Tertia pars.

q Vocabis,] ad cultum vnius Dei. r Et Gentes, quæ te non cognouerunt,] priùs. s Ad te current,] id est, cultum vnius Dei, quem tu colis auidè suscipient, & ad terram tuam venient, quasi dicat, multos habebis proselytos.

Mysticè.

◉ vbi est triticum & vinum, cùm deficerent, quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. *Thre.vlt.* b. Ægypto dedimus manum, & Assyrus, vt saturemini pane. a Audite,] auribus cordis. *Ezech.* 3. g Qui audit audiat: & qui quiescit, quiescat. *Apoc.* 3. d. Qui habet aures audiendi, audiat. *Eccl.* 35 a. Salutare sacrificium est attendere mandatis. c Et comedite bonum] Euangelij verbum, vel verbum Eucharistiæ. *Eccl.* 9. b. Vade ergo, & in lætitia comede panem tuum Vel, comedite bonum, id est, quicquid in alio bonum videtis, vobis incorporate, & vestrum facite per congratulationem. Sed quidam sunt, sicut scabrones, qui semper stercoribus insident, id est, peccatis aliorum, & deserunt pinguedinem gratiæ. d Et delectabitur in crassitudite.] charitatis & aliarum virtutum. e Anima vestra,] etiamsi caro vestra exteriùs affligatur. 2. *Cor.* 4. d. Et si is, qui deforis est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intùs est, renouatur de die in diem. Et nota, quòd est pinguedo gratiæ, scilicet, deuotio. De qua *Psal.* 64. Pinguescent speciosa deserti. *Gen.* 27. d. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam. Item est pinguedo Scripturæ, scilicet, spiritualis intelligentia *Iere.* 31. c. Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine, & populus meus adimplebitur bonis. *Prouerb.* 11. d Anima, quæ benedicit, impinguabitur. Sed hodie potest dici illud *Num.* 11. b. Anima nostra arida est, nihil respiciunt oculi nostri, nisi man, id est, quæstiones, scilicet, quid est hoc. Item est pinguedo superfluitatis. *Psal.* 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. f Inclinate aurem vestram.] In hoc notatur sedulitas, & humilitas. Sedulè enim & humiliter audiendum est verbum Dei. *Psal.* 44. Audi filia & vide, & inclina aurem tuam. Item. *Psal* 64 Valles abundabunt frumento, i. humiles. Item. *Psal.* 103. Qui emittis fontes in conuallibus.
g Et venite ad me, audite,] i. venite prope per fidem & operationem, vt sic quasi de propinquo audiatis. *Eccl.* 4. d. Custodi pedem tuum ingrediens domum Domini: & propinqua, vt audias. i Et viuet anima vestra,] quia verbum Domini est cibus, *Matth.* 4. a. Non in solo pane viuit homo; sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. k Et feriam vobiscum, &c.] id est, constituam inter me, & vos testamentum nouum, quod erit æternum. Et quod est illud testamentum? l Misericordias Dauid fideles,] i. quæ Dauid misericorditer promisi ipsa vobis certissimè, quasi fidelis sponsor, implebo, Christum, scilicet, de eius stirpe nasciturum. *Psal.* 88. Misericordias Domini in æternum cantabo. Et subdit, quas misericordias, cùm dicit: Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit, &c. *Iere.* 33. d. Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo, & pactum meum poterit esse irritum cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius, qui regnet in throno eius, & Leuitæ, & Sacerdotes ministri mei. Et est hæc auctoritas contra Iudæos valdè: quia cùm non inueniatur semen Dauid, restat, quod illud intelligēdum sit de Christo. Et nota, quod pactū illud, nouum, sc. testamentum, quod est de aduentu Christi, dicitur sempiternum: quia non succedet alia lex Euangelio. Item signanter dicit: Feriam vobiscum pactum sempiternū. Pactum enim dicitur feriri, quia feriatur hostia: & Christus hoc testamentum confirmauit in hostia proprij corporis, *Heb.* 9. e. Testamentum in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit, qui testatus est. Sed nota, quòd testamentum pacis non est confirmatum, quantum est in te, nisi tu etiam ferias, te hostiam Deo immolando. *Rom.* 12. a. Obsecro vos per Dei misericordiam, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentē. *Septuag.* habent sic: Constituam vobiscum testamentum æternū, sancta Dauid fidelia. Quod *B. Paul.* exponit de Christi resurrectione. *Act.* 13. e. Quod autem resuscitauit eum à mortuis, amplius iam non reuersurum in corruptionem, ita dixit: quia dabo vobis sancta Dauid fidelia. Sequitur *Gl. ss.* similiter. Prouocauit Dominus Iudæos ad credendum, sed quia illis non credentibus sciebat Gentes credituras, dicit Pater se filium misisse, quâ præcepta ipsius populis nunciaret, n Ecce testem populis dedi eum,] dicit Pater, i. filium misi in carnem in testimonium eorum, quæ promisi: vel eorum, quæ præcepi, & quæ prohibui. Vnde *Ioan.* 18. g. In hoc natus sum, vt testimonium perhibeam veritati. *Ier.* 29. f. Ego sum Iudex & testis, dicit Dñs populis, i. Iudæis. Sed quia Iudæi non crediderunt ei, nisi pauci, ideò subdit. o Ducem, ac Præceptorem Gentibus,] non solùm Iudæis. Vel, n Testem populis dedi eum,] id est, in causa populorum dedi eum testem contra Diabolum. Filius enim fuit Aduocatus noster & testis contra Diabolum, & testimonium perhibuit quod per suggestionem & seductionem, & surreptionem homo se ei subiecerat: & ideò in nobis dominium amittere debebat: quia non hominis creator, sed seductor erat, & Domini sui possessionis seditiosus inuasor. Sed quia omnis causa duobus, vel tribus testibus confirmatur, ideò non fuit solus. Vnde 1. *Io.* 5. b. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo. Pater, verbum, & Spiritus sanctus. Et in hac causa fuit idem testis, & Iudex. Item efficax fuit allegatio Christi: quia probauit se hominem condidisse, & eius possessionem esse debere per tres testes. De quibus 1. *Ioan.* 5. b. Tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, & sanguis. Spiritus, id est, anima, quam moriens pro nobis Patri obtulit. Aqua, quam fluendo pro nobis emisit. Sanguis pretiosus, quem in nostri pretium effudit. Per hæc tria probauit amorem suum ad nos, & in hoc probauit se Conditorem esse, quia aliter non intantùm amasset. *Sap.* 11. d. Nihil odisti eorum, quæ fecisti. Sic ergo testis fuit in nostra causa, quæ erat de morte, vel vita nostra: & causam obtinens reddidit nobis vitam. Dux fuit in via per exemplum. *Ierem.* 3. b. Dux virginitatis meæ tu es. *Psal.* 79. Qui deducis, velut ouem, Ioseph. Præceptor in doctrina per veritatis documentum. Tria ergo dicit: Testem, Ducem, Præceptorē, quæ & alibi dicuntur *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas, & vita, Via ad Ducem, veritas ad testem, vita ad Præceptorem. Sequitur. p Ecce Gentes, quas nesciebas, per approbationem & familiaritatem, quia idololatræ erant
q Vocabis.] ad fidem per Apostolorum prædicationem.
r Et Gentes, quæ te non cognouerunt,] per fidem.
s Ad te current,] fide & opere, quasi fontem vitæ sitientes, vel sicut ad brauium pugnantes. Hoc est, quod dicitur *infrà* 65. a. Quæsierunt me, quia ante non interrogabant. Et similiter verum est modò: quia laici & mulieres currunt ad pœnitentiam, & præueniunt magnos Clericos in regnum Dei. Et vtinam illi sequerentur, sicut dicitur *Matth.* 21. e. Dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.

Triplex pinguedo.

◉ a Propter

a Propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israel, qui glorificauit te,] q. d. ideò ad te properabunt multi, quia videbunt gloriam, qua te glorificabo, qui sum Deus tuus per creationem & cultus specialitatem, & qui sum sanctus Israel, i. qui sanctificaui Israel, i. Iacob patrem tuum.

Quarta pars.

a propter Dominum Deum tuũ b & sanctum Israel † c quia glorificauit te. d Quærite Dominum dum e inueniri potest, f inuocate eum g dum prope est. h Derelinquat impius viá suá. i Et vir iniquus cogitationes suas, k & reuert. l ad Dñm m & miserebitur eius, n & ad Deũ nostrũ quoniá o multus est ad ignoscendum. p Non enim cogitat. meæ cogitat. vestræ, q neq; viæ meæ r viæ vestræ, dicit Dñs: s quia sicut exaltãtur cœli à terra, t sic exaltatæ sunt viæ meæ u à viis vestris, x & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. y Et quomodo descendit imber & nix de z cælo

† Qui.

d Quærite Dnm] Hæc est quarta pars; in qua monet eos ad pœnitentiam, ne promissa bona amittãt maximè cũ paratus sit misereri, si voluerint. Dicit ergo. d Quærite Dñm] i. legẽ Domini, & mandata eius.

e Dũm inueniri potest] quia Prophetas habetis, & Doctores, qui docebunt vos si vultis, de facili. f Inuocate eum] in auxilium vestrum. g Dum prope est, paratus misereri. Sed quia Deus peccatores non exaudit, *Ioan.* 9. f. Et *sup.* 1. d. Cùm extenderitis manus vestras auertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt, ideo vt efficax sit oratio, subdit. h Derelinquat impius viam, i. mala opera quæ, ducunt ad Infernum. i Et vir iniquus cogitationes suas,] quæ sunt sicut semitæ malæ, sicut opera sunt viæ. k Et reuertatur] per pœnitentiam. l Ad Dominum] eum timendo. m Et miserebitur eius] peccatum dimittendo. n Et ad Deum nostrum, &c.] Multus, quia peccata multa dimittit, & magna. o Et multotiens. Vel multus, quia multum de facili ignoscit. p Non enim cogitationes meæ] sunt sicut cogitationes vestræ. Homo enim cogitat de vindicta; Deus autem semper cogitat de venia. q Neque viæ meæ] i. operationes meæ, sunt sicut. r Viæ vestræ, dicit Dominus] quia homo statim punit; Deus autem differt & parcit. *Sap.* 11. d. Parcis autem omnibus, quia tua sunt, Domine, qui amas animas. Et hoc ostendit per quandam proportionem. s Quia sicut exaltantur, &c.] q. d. viæ vestræ in terra sunt, siue terrenæ; viæ autem meæ sunt cœlestes. x Et cogitationes meæ à cogitationibus vestris.] Hoc est planum. Vel sic ab illo loco. o Multus ad ignoscendum] i. ad parcendum vobis & ad reducẽdũ vos. p Nõ enim cogitationes meæ, &c.] q. d. ego volo vobis retribuere, secundùm quod meruistis. s Quia sicut exaltantur, &c.] q. d. Promissa, quæ ego facio vobis, erunt immobilia, quantum est in me, sicut cœlestia sunt immobilia & stabilia, promissa autem hominis sunt caduca & vana, sicut terrena. y Et quomodo descendit imber, &c.] Sensus talis est in summa. Sicut istud, quod ego dico, est immutabile, vt postquam pluuia super terram descenderit, non reuertitur sursum, sed inebriat terram suo rore, vt proferre valeat fructus varios, sic quod dixi de salute populi Iudaici, immobile erit, & stabile. Et hoc est, quod dicit hic: Quomodo descendit imber in æstate. & autumno. & vere. z Et nix in hyeme.

De pæn. dist. 1. §. *his auctoritatis.*

Quinta pars.

a De cœlo aereo, id est, de nubibus in aere eleuatis.

a Et illuc

Mysticè. ⊖ a Propter Dominum Deum tuum.] sc. Patrem, qui dicitur Pater gloriæ, i. filij gloriosi secundũ Deitatẽ, secundum verò humanitatem dicitur Pater Dñi nostri Iesu Christi, 2. *Cor.* 1. 2. b Et sanctum Israel,] i. iustificantẽ Christianos. c Quia glorificauit te] in Transfiguratione. *Matth.* 17. a. Et in resurrectione secundũ humanitatẽ, *Phil.* 2. b. Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, &c. Glorificauit te, secundum Deitatẽ, manifestando te esse vnigenitum eius eiusdem substãtiæ. *Ioan.* 17. a. Pater clarifica me claritate, quam habui apud te, priùs quam mũdus fieret. d Quærite Dominum.] Hic loquitur Propheta ad Iudæos, q. d. Gentes suscipiunt misericordias Dauid, & vos dedignamini, sed agite pœnitentiam & quærite Dominũ. e Dum inueniri potest,] i. dũ pœnitentiæ locus est, i. dum viuitis. *Iob.* 24. b. Dedit ei locum pœnitentiæ & ille abutitur eo in superbiam. *Eccl.* 7. b. In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. *Item.* 9. c. Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia erunt apud Inferos, quò tu properas. *Ioan.* 12. e. Ambulate, dum lucẽ habetis, ne tenebræ vos comprehendant, tenebræ, sc. mortis *Gal.* 6. c. Dum tempus habemus, operemur bonum ad omne, tempus, i. vitæ & gratiæ, 2. *Cor.* 6. a Ecce nunc tempus acceptabile. Et nota, quod Dñs inueniri potest modò per lucem gratiæ, quæ præsto est, & per vestigia suorum operũ, sicut fera inuenitur per vestigium. *Iob.* 23. c. Vestigia eius secutus est pes meus. Item per clamorem canum, i. Doctorum, qui clamando docent vbi sit præda nostra. Sic igitur inueniri potest per lucem gratiæ, per opera iustitiæ, per verba doctrinæ. Dicitur ergo: d Quærite Dominum dum inueniri potest.] *Galfridus*: Quærite Dominum corde per contritionem delictorum, per contẽptũ inferiorum, per desiderium æternorum: quærite, opere misericordiam exhibendo indigenti, humilem obedientiá Præsidenti, firmam spem promittenti: quærite sermone per confessionem peccati, & laudem Dei, & ædificationem proximi. f Inuocate eum] orationibus, g Dum prope est.

Prope est Dominus.
- Ad suscipiendum pœnitentes. *Phil.* 4. a. Dominus prope est: nihil solliciti sitis. Ibi habetur satis de hoc. Itẽ *Ier.* 23. secũdùm aliam literam. Ego Dominus appropinquans eis, qui appropinquant mihi; & recedens ab eis, qui procul recedunt a me. *Iacob.* 4. b. Appropinquate Deo, per pœnitentiam; & appropinquabit vobis, per veniam.
- Ad exaudiendum humiles. *Psal.* 144. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, &c.
- Ad erudiendum ignorantes. *Deut.* 30. c. Prope est verbũ, siue iuxta est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illum. Dominus enim paratus est erudire cor ad intelligendum, & os ad loquendum, & manum dirigere ad agendum: & ideo tria dicuntur in prædicta auctoritate.
- Ad consolandum & custodiendum patientes. *Psalm.* 33. Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde. Item *Psal.* 90. Cum ipso sum in tribulatione.

Modus autem quærendi Dominum subditur. h Derelinquat impius viam suam,] i. mala opera. i Et vir iniquus cogitationes suas,] pessimas, s. de quibus *Mat.* 9. a. Et quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et hæc est prima pars iustitiæ, declinare à malo duplici, s. cogitationis & operis. De quibus etiam dicitur *Osea* 2. a. Auferat fornicationes suas à facie sua, i. peccatum operis & adulteria sua de medio vberum suorũ, i. de corde. Mysticè autem impius dicitur Gentilis, qui cultum Dei violabat. Iniquus autem dicitur Iudæus, qui legem opere non tenebat. k Et reuertatur ad Dominum.] Hæc est secunda pars iustitiæ, scilicet facere bonum. C

m Et miserebitur eius,] quoniam non vult mortem peccatoris; sed magis vt conuertatur, & viuat. *Ezech.* 18. g. Et ad Deum nostrum, &c. *Septuag.* Quoniam multum dimittet peccata vestra. *Ioel.* 2. c. Benignus & misericors est, & præstabilis super malitia. p Nõ. n. cogitationes meæ, &c. Sic continua Dominus pronus est ad condonandum, homo autem ad vindicandum. Et hoc est. Non enim cogitationes meæ sunt sicut cogitationes vestræ, quæ sunt de vindicta, meæ autẽ de venia. *Ier.* 29. c. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. *Iere* 4. d. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ, id est, venenosæ per iram, & rancorem. *Mich.* 2. a. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Vel sic secundum *Ieronym.* Quod promitto vobis firmum erit, & stabile. Non enim cogitationes meæ sũt vanæ, siue instabiles, siue multæ, sicut cogitationes vestræ sũt multæ, & vanæ, siue instabiles. *Ps.* 93. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Item alia litera: Multæ cogitationes in corde viri; consilium autem Domini in sempiternum manet.

q Neque viæ meæ,] id est, operationes meæ sunt sicut.

r Viæ vestræ, dicit Dominus.] *Prou.* 3. c. Viæ eius viæ pulchræ, & semitæ eius pacificæ. *Psal.* 34. Viæ illorum tenebræ & lubricum. &c. s Quia sicut exaltantur cœli à terra,] id est, sicut distant cœlestia & terrena, mobilia & immobilia, corporalia & spiritualia, humana & angelica natura.

t Sic,] imò multo plus exaltatæ sunt viæ meæ,] id est distant.

u A viis vestris, &c.] *Ieronymus in originali.* Perspicua interpretatione non indigent, ideò stringuntur potius, quam differuntur. y Et quomodo descendit imber & nix de cælo, &c.] id est, sicut imber, & nix infallibiliter faciunt id, ad quod mittuntur; ita verbum meum. Et nota, quòd Filius, qui dicitur Verbum Patris, vt *Ioan.* 1. dicitur imber, quia lauat à peccatis: nix, quia albat virtutibus & decorat. Dicit ergo: Quomodo descendit imber, & nix de cœlo: quia non humana operatione, sed diuina bonitate Christus missus est in vterum Virginis. *Zachar.* 10. a. Petite pluuiam à Domino, &c.

a & illuc vltrà non reuertitur, b sed inebriat terram, c & infundit eã, d & germinare eam facit, e & dat semen f serenti, g & panem h comedenti; i sic erit verbum meum, k quod egredietur de l ore meo. m Nõ reuertetur ad me vacuũ; n sed faciet, quæcunque volui; o & prosperabitur in his, ad quæ misi illud: p Quia in lætitia egrediemini, q & in pace r deducemini. f Montes t & colles u cantabunt coram vobis laudem, x & omnia

a Et illuc vltrà non reuertitur,] sed in incrementum seminis conuertitur. Vnde dicit: b Sed inebriat terram & infundit eam ; id est, abundanter ei humorem ministrat. d Et germinare eam facit. Ad literam ex humore & calore omnia procreans. e Et dat semen serenti,] i. multiplicatum reddit: quia beneficio aquæ semẽ multiplicatur. g Et panem comedenti] quia de semine fit panis postea. i Sic erit verbum meum] i. promissio mea, qua promitto salutem Israel.
D
k Quod egredietur de ore meo] id est, de Propheta meo. Vel anthropopathos est. i Sic erit,] id est, ita stabile erit hoc, quod promitto, quasi dicat: Sicut leges naturæ sunt stabiles, vt patet in imbre, sic erunt meæ promissiones immobiles. Deinde adaptat planiùs similitudinem, cum subdit. m Non reuertetur ad me vacuum, id est, sine effectu, siue otiosum. Et dicit: Non reuertetur ad me, ad similitudinem arcus dolosi, à quo proiecta sagitta inefficax est, & in aciem non reuertitur. n Sed faciet quæcunque volui,] id est, eos ad redeundum excitabit promissio mea. o Et prosperabitur, &c.] id est, ipsi redibunt de captiuitate, sicut eis promitto. Et hoc est, quod sequitur. p Quia in lætitia egrediemini] de Chaldæa. q Et in pace deducemini] in via ab Esdra, & ab aliis ductoribus illius populi ad terram vestram, & in reditu vestro erit hoc, quod sequitur. f Montes] maiores. t Et colles,] minores scil. montes. u Cantabunt coram vobis laudem,] id est, tota terra Iudææ quæ montuosa est, lætabitur in aduentu vestro. Et est hyperbole. Sicut enim terra dicitur lugere propter miseriam, vel defectum inhabitantium. Vnde *Thren.* 1.b. Viæ Sion lugent, &c. Item *sup.* 33.b. Luxit & elanguit terra, confusus est Libanus & obsorduit. Ita è conuerso dicitur lætari propter multitudinem & prosperitatem incolarum, Simile, *Num.* 21. d. secundùm aliam literam. Scopuli torrentium gestierunt vt requiescerent in Arnon. Et *Ps.* 113. Montes exultauerunt, vt arietes & colles, sicut agni ouiũ. Et est, hyperbole. Sicut etiam *Gen.* 49 d. Donec veniret, desiderium collium æternorum. Vel per montes & colles Duces & principes eorum intelliguntur. Vel,
f Montes & colles, &c] i. materiam vobis laudandi Deum ministrabũt, in hoc, quod in aduẽtu vestro terra, quæ priùs erat deserta, & sterilis, modò fœcundabitur & fertilis erit. Simile *Dan.* 3.e. Benedicite omnia opera Domini Dño, &c.

Mysticè. a Et omnia ✠ *Psal.* 67. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ *Osea vlt.* c. Ero, quasi ros & Israel germinabit quasi lilium. Item imber & nix descendunt in grossitie; sed ascendunt per subtiliationem: Similiter Christus venit in mundum in grossitie, quia Verbum caro factum est; sed in subtilitate ascendit, quia glorificatus est in Resurrectione, & subtiliatus. Similiter Iusti descendunt in grossitie per considerationem suorum defectuum, vel per compassionem alienarum infirmitatum; & ascendunt in subtilitate per contemplationem supercœlestium. Vnde *Mich.* 5. c. Erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, sicut ros à Domino, & quasi stillæ super herbam, quæ non expectat virum. Vel Sancti descendunt per prædicationem, sed priùs debent ascendere per contemplationem *Amos.* 9. b. Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ. a Et illuc vltrà non reuertitur. Sic sine fructu non est reuersus Christus ad Patrem.
b Sed inebriat terram,] id est, Ecclesiam, vel quamlibet animam. Vel dicit, inebriat per gratiam, vt temporalium obliuiscatur, sicut ebrius. *Iere.* 31. e Inebriabo animam lassam. c Et infundit eam scientia. *Iere.* 31. b. Et erit anima eorum, quasi hortus irriguus, d Et germinare eam facit] i. initium bonorum operum proferre. e Et dat semen] prædicationis. f Serenti,] id est, prædicanti. g Et panem] i. opus bonum, quo pascatur. h Comedenti,] id est, facienti, vt semen transeat in cibum, id est, verbum in opus. Vnde 2. *Cor* 9. c. Qui administrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit. Prædicator autem dicitur seminator diuersorum seminum, quia aliis prædicat grossa, aliis subtilia. Vnde *Ier.* 31. e. Seminabo domum Israel, & domum Iuda semine hominis & semine iumentorum. Semen hominis sunt spiritualia & subtilia semen iumentorum sunt grossiora, Sic ergo serere est prædicare, & comedere agere. Vnde *Iob* 31. a. Si secutus est oculus meus cor meum, & in manibus meis adhæsit macula, seram & alius comedat, id est, dicam bonum, & alius illud faciat. Vel sic: *Aliter.* b Inebriat terram, cordis nostri vino compunctionis. c Et infundit eam] dulcedine consolationis. Semper enim sequitur amaritudinem consolatio diuina. Vnde *Iob* 13. d. Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, id est, hominum in triplici statu das illa, scilicet, tribulationem & consolationem in conuersione, probatione, & in morte. In statu enim conuersionis primò est amaritudo de culpa perpetrata, deinde consolatio de venia. Item in secundo statu redit amaritudo tentationis, postea apponitur dulcedo diuinæ visitationis. Item in tertio statu venit amaritudo mortis, & sequitur dulcedo æternæ quietis. d Et germinare eam facit,] in bona voluntate. e Et dat semen serenti] in operis executione. g Et panem comedenti] in operis discretione, vel diffusione. Sicut enim comedens panem, eum in frusta concidit & commolit, sic discretus homo qui vult nutriri ex bono opere suo, & in melius semper proficere, debet illud denti discussionis commolere & scindere & aperire, vt nec modica vanitas immixta sit. Vnde legitur *Leuit* 1. b. quòd pellis detrahebatur hostiæ, & hostia diuidebatur in frusta. Hostia est bonum opus, pellis est exterior apparentia, quæ detrahenda est, ne bonum opus fiat pro vana gloria, & hostia debet secari per discussionem. *Cant.* 3.c. Quæ est ista quæ ascendit sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarii? Myrrha enim debet esse in pœnitentia, thus in deuotione, deinde puluis in operum discussione. Benè ergo dicitur. i Sic erit verbum meum] id est, Filius. k Quod egredietur, id est, in carnem veniet l Ex ore meo,] id est, ex iussu meo siue præcepto. Vel hoc dicit, quia à Prophetis, qui sunt os Domini, egressus eius in mundum annunciatus est. Vel, De ore meo, id est, de mea substantia. *Eccl.* 24. a. Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam.
m Non reuertetur ad me vacuum,] id est, sine fructu, sed cum multo lucro. *Genes.* 32.c. In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior. n Sed faciet quæcunque volui. *Ioan.* 8. d. Quæ placita sunt ei, facio semper. o Et prosperabitur in his ad quæ misi illud.] *Psalm.* 1. Quæcunque faciet prosperabuntur. *Septuaginta* Non reuertetur, donec compleat, quod volui, & prosperas faciam vias eius & præcepta mea, *sup.* 45.d. Egredietur de ore meo verbum iustitiæ, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu. Quæ sint autem illa, quæ Pater voluit, & ad quæ misit Filium, ipse subdendo declarat, p Quia in lætitia egrediemini.] Gentes ab idololatria, Iudæi à legis vinculis *Ierem* 50 b. De terra Chaldæorum egredimini, & estote quasi hœdi ante gregem, id est, læti. Hœdus enim lasciuus est. Et hoc est, quod dicit: In lætitia. Pœnitenti non solùm flendum est de culpa, sed lætandum de venia. *Esdra* 3. d. Nec poterat quisquam agnoscere vocem lætantium, & vocem fletus populi. Hoc dicitur in fundatione Templi. Similiter est in fundatione templi spiritualis, cuius fundamentum est pœnitentia, vt dicitur *Heb.* 6. a. Non rursum iacientes fundamenta pœnitentiæ ab operibus mortuis. q Et in pace] id est, cordis tranquillitate. r Deducemini.] de virtute in virtutem. *Sap.* 10. b. Iustum deduxit Dominus per vias rectas. *Apocalip.* 1. b. Gratia vobis & pax. Gratia in egressu vitiorum, pax in profectu virtutum. Vel, Deducemini, per ignem & aquam. q In pace] id est, cum patientia sustinentes, & bono animo *Ps.* 65. Transiuimus per ignem & aquam *Sap.* 10. d. Deduxit eos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei & in luce stellarum nocte. Sed quia de conuersione malorum gaudent Sancti, ideò subdit.
f Montes & colles] id est, Angeli maiores & minores.
u Cantabunt coram vobis laudem] i. Deum laudabunt ipsi Angeli, qui sunt coram vobis, tanquam Ductores vestri.
x Et omnia ligna regionis.] id est, omnes Iusti. Angeli enim & Iusti gaudent de conuersione Ecclesiæ Gentium, & cuiuslibet animæ. *Luca* 15. b. Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quam perdideram. Et *in eodem*: Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Vnde *Glossa* dicit *super Lucam*: Angeli gaudent de reconciliatione hominum, quod accendit nos ad probitatem, vt agamus quod illis gratum sit, quorum patrocinium debemus affectare, & offensam timere. Vel, f Montes] Prophetæ: Patriarchæ & Apostoli. t Et colles,] id est, cæteri Docto-

✠ res. alii

A a Et omnia ligna regionis [vel] siluarum. b plaudent manu] Hyperbole similiter est. Vel, id est germinando & fructificando erunt materia, quare Deo debeant plaudere manibus, scilicet, benè operando. c Pro saliuncula] i. loco saliuncæ, quæ aculeis & punctionibus plena est. d Ascendet] i. crescet. e Abies] in terra vestra, quæ est arbor alta, & procera, & fabricandis domib⁹ apta pice fœcunda, quasi dicat, terra vestra omnibus bonis, & etiam arboribus optimis replebitur. f Et pro vrtica quę igneæ est naturæ. g Crescet myrtus] quæ temperatiuæ est virtutis, quasi dicat, bonæ arbores erunt in terra vestra: & aliæ, quæ solent crescere in desertis locis, remouebuntur, sicut vrtica, lappa, & saliunca. & myrica. Vndè *Osee* 9. b. Postquam captiuitas eorum prædicitur, subditur Desiderabile argentum eorum vrtica hæreditabit, & lappa in tabernaculis eorum. Item *sup.* 34. c. Orientur in domibus eius spinæ & vrticæ, & paliurus in munitionibus eorum. Econtra dicit hoc: Pro saliunca ascendet abies, &c. Simile *sup.* 41. c. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ, ponam in desertum abietem. vlmum & buxum simul, vt videant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Dñi fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud. Item *infr.* 60. c. Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & pinus. h Et erit Dominus nominatus. &c.] id est, tali nomine nominabitur Dominus, quod erit æternum huius liberationis signum.

al. † siluarũ.

A

a ligna regionis † b plaudent manu. c Pro saliuncula d ascendet e abies, f & pro vrtica g crescet myrtus. h Et erit Dominus nominatus in signum æternum, i quod non auferetur.

CAP. LVI.

k HÆc dicit Dñs: l Custodite iudiciũ, m & facite iustitiã

Mystic. ⊕ res. a Et omnia ligna regionis] id est, alij fideles primitiuæ Ecclesiæ. b Plaudent manu] benè operando. *Psalm.* 95. Tunc exultabunt omnia ligna syluarum, &c. Et hoc est contra Iudæos literales. Ligna enim manus non habent. Sequitur. c Pro saliunca] id est, loco malorum. d Ascẽdet abies] id est, crescent & multiplicabuntur boni in Ecclesia. Mali comparantur saliuncæ, quæ herba humilis est, aculeis & punctionibus plena, sic mali, paruuli sunt & asperi. *Iob.* 5. a. Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Per abietem intelliguntur boni. Abies enim est arbor procera, pice fœcunda, leuis, odorifera, mali materia. Similiter Sancti sunt alti per conuersationem cœlestem, pice fœcundi per charitatem, leues per paupertatem, odoriferi per bonam famam. Item malus fit ex eis cùm a bonis exemplum sumimus, vt transeamus mare huius mundi. f Et pro vrtica] quæ significat malos vrentes, inflatos, aculeatos. g Crescet myrtus] quæ significat mites & benignos, qui alios consolentur. Myrtus enim temperatiuæ naturæ est, & consolidat Hæc est mutatio dexteræ Excelsi, *Zach.* 1. b. Vir ascendens super equũ rufum stabat inter myrteta: quia Christus inter quietos & temperatos quiescit. De hac mutatione dicitur *Iob.* 28. b. a. Ferrum de terra tollitur, id est, fortis de peccatoribus, & lapis calore solutus in æs vertitur, id est, durus & obstinatus peccator, fit sonorus Prædicator, *infr.* 60. c. Pro ære afferam aurum, & pro ferro argentum, & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum. Econtra modò fit in Ecclesia, quòd boni fiunt mali. *Mich.* 7. a. Qui optimus est in eis, quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe, *sup.* 34 c. Orietur spinæ in domibus eius, i. in religionibus; & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius. *Greg. sup. Iob.* 27. lib. 18. *ibi*: Tollet eum ventus, dicit: Pro saliunca ascendet abies in Ecclesia, dum in corde Sanctorum pro abiectione terrenæ cogitationis altitudo exoritur supernæ contemplationis. Vel per saliuncam intelligitur hypocrisis, siue ignauia, quæ parum audet; facit tamen malum, vbi potest. Et nota proprietates eius per versus:

Flore rubens, spinis horrens, humilis, capitosa,
Arteticis grata, calces lædit saliunca.

Et pro vrtica libidinis myrtus temperantiæ & macerationis carnis. Et nota sex proprietates vrticæ, quæ competunt libidini per hos versus:

Vrticam gignit, non saltus, sed fimus, vltrò
Crescit, pruritum generat, dentata, per ignem
Vt perit, est lotura cinis, notat ista libido.

Libidinem nutrit non saltus paupertatis, sed fimus vbertatis. Vndè *Ezech.* 16. f. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia aquæ, & otium. Item vltrò crescit, quia etiam nobis inuitis insurgunt motus libidinis Vndè diabolici homines sunt, qui excitant se ad libidinem, sicut multi peccatores. Item pruritum generat, i. ardorem. Item dentata est, i. gulosa: libido enim bene vult pasci, & benè nutriri. Item vis vrticæ, siue virtus perit per ignem, similiter luxuria perit per tribulationem. *Eccl.* 11. d. Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ. Item de cinere vrticæ fit lotura, i. lixiuia, quia peccatum luxurię conuersum in cinerem pœnitentiæ, materia est magnæ humilitatis, & compunctionis. Vel aliter. Per saliuncam notatur ira cordis; per vrticam rebellio carnis. *Ecc.* 11. a. Aufer iram à corde tuo, ecce saliunca. & amoue malitiam a carne tua, ecce vrtica. h Et erit Dñs, &c.] Dñs nominatur in suis, qui a Christo dicũtur Christiani. Et est eis Dñs in signum æternũ; quia crucis eius cauterio muniuntur, & insigniti sunt eius signo. *Psal.* 85. Fac mecum, Dominè, signum in bonum *Ezech.* 9. b. Signa Tau super frontes virorum gementium & dolentium: quod nomen, vel signum non auferetur à fidelibus. Vel sic. h. Et erit Dominus] positus in signum æternum, id est, erectus in Cruce, sicut serpens in palo. *Num.* 21. erit, dico nominatus, ab ipso signo, quia à Cruce dicitur Crucifixus. Vel, nominatus, quia super caput eius positus est titulus. Iesus Nazarenus Rex Iudæorum. i Quod non auferetur] scilicet, nomen, quia dixit Pilatus, *Io.* 19. c. Quod scripsi, scripsi. Vel, Quod signum non auferetur, quia adhuc Dominus retinet sibi cicatrices vulnerum: vel quia in cordibus fidelium deuotè imprimitur memoria Passionis eius. Item *sup.* 11. c. dicitur de hoc signo. Radix Iesse, qui stat in signum populorum, *Luc.* 2. e. Positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur.

EXPOSITIO CAP. LVI.

HÆc dicit Dñs. Custodite, &c.] secundum fabulam Iudæorum in præcedenti capitulo egit de liberatione Iudæorum de captiuitate Babylonica. Vt ergo quod promissum est, peccatis eorum non impediatur, inuitat eos Propheta in prima parte capituli ad legis custodiam, scilicet, ad iudicium, & iustitiam, & custodiam Sabbathi. Sed quidam erant aliundè desolati, quam ex captiuitate; ideò in secunda parte consolatur eos, scilicet, steriles & proselytos, *ibi*: Et non dicat, &c. In tertia inuehitur contra Iudæos, *ibi*: Omnes bestiæ, &c. Dicit ergo. k Hæc dicit Dominus] id est, præcipit. l Custodite iudicium,] in discernendo quid faciendum, quid non. m Et facite iustitiam,] exequendo, quod A iudicastis

Mysticè. k Hæc dicit Dominus. Custodite, &c.] *Suprà* in præcedenti capitulo multa bona promisit. Hic in prima parte huius capituli ostendit, per quem fiant illa bona, scilicet, per Christum, & quibus, scilicet, custodientibus iudicium, & iustitiam, & sabbatizantibus. In secunda parte desolatos Gentiles consolatur, *ibi*: Et non dicat filius aduenæ, &c. In tertia parte contra malos Prælatos Ecclesiæ inuehitur, *ibi*: Omnes bestiæ agri, &c. Dicit ergo: Si vultis habere, quæ promisi: vel si vultis dignè occurrere vestro Saluatori, quem venturum vobis prædixi. l Custodite iudicium] in discernendo quid faciendũ, quid non *Mich.* 6. c. Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum, & quid requirat Deus à te. Vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. Primum quoad se, 1. *Cor.* 11. g. Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Secundum quoad proximum. *Prou.* 22. b. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. Tertium quoad Deum, *Gen.* 6. b. Noe vir iustus atque perfectus cum Deo ambulauit m Et facite iustitiam] perficiendo, quod iudicastis. *Sap.* 1. a. Diligite iustitiam, &c. Vel, iudicium, vt homo iudicet se in Confessione, & subiiciat se iudicio Confessoris. Et iustitiam, vt puniat se in satisfactione. Vel sic l Custodite iudicium] id est, non accipiatis personam in iudicio. *Deut.* 1. c. Non accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est, 2. *Paral.* 19. b. Constituit Iosaphat Iudices in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per singula loca, & præcipiens Iudicibus, Videte, ait, quid faciatis; non enim hominis exercetis iudicium, sed Dei & quodcunque iudicaueritis, in vos redondabit Si timor Dñi vobiscũ, & cum diligentia cuncta faciatis: non enim est apud Dñm Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerũ. *Zach.* 8. c. Veritatem & iudicium pacis iudicate. Contra eos, qui cùm † sciant veritatem, & non habeant sufficientia testimonia, faciunt fieri computationem pacis: & faciunt, quòd qui debuit habere centum, non habeat nisi decem. Ideò cum iudicio pacis addit veritatem. m Et facite iustitiam] id est, post rectum iudicium exequimini

Mystic.

al. † nesciant.

a iudicaſtis. de hac iuſtitia habetur. *Exod.* 21. 22. & 23.
a Quia] ſi hoc feceritis. *b* Iuxta eſt ſalus] id eſt, citò ſaluabo vos, & liberabo de perditione captiuitatis. et hoc eſt quod dicit. *c.* Vt veniat] vobis, ſcilicet, ſalus. *d* Et iuſtitia mea] id eſt, iuſta punitio in hoſtes, ſupple, iuxta eſt.

a quia *b* iuxta eſt ſalus mea *c* vt veniat, *d* & iuſtitia mea *e* vt reueletur. *f* Beatus vir *g* qui facit hoc, *h* & filius hominis qui apprehendet *i* iſtud. *k* Cuſtodiẽs Sabbatũ *l* ne polluat illud, *m* cuſtodiens manus ſuas, *n* ne faciat omne malũ. *o* Et non dicat filius aduenæ qui *p* adhæret Domino, *q* dicens: *r* Separatione diuidet me Dominus à populo ſuo.

e Vt reueletur] id eſt, citò apparebit omnibus, quomodo deſtruam hoſtẽs veſtros.
f Beatus vir] id eſt, benè auctus, quaſi dicat, multum proſperabitur. *g* Qui facit hoc] i. iudicium. *h* Et filius hominis qui apprehẽdet] firmiter & ſtrenuè. *i* Illud] id eſt, iuſtitiam. Ipſe dico. *k* Cuſtodiens Sabbatum ne polluat illud.] In hoc fortè magis peccabant in captiuitate, ſcilicet, in violatione Sabbati, & ſimiliter quando redierant in terram ſuam, malè cuſtodiebant Sabbatum, ſicut legitur.
m Cuſtodiens manus ſuas] hoc dicit, quia lex cohibebat manum, maximè. *n* Ne faciat omne malum, id eſt, graue & perfectum malum, vel aliquod de omni, vel quodlibet peccatum. *o* Et non dicat,
Secunda pars. &c.] Secunda pars, in qua conſolatur quoſdam deſolatos. Cùm enim promitteretur generalis proſperitas Iudæorum, erant quidam qui dicebant, ſcilicet Proſelyti: Quid nobis valet hoc, quòd Iudæi erunt in proſperitate? expellent nos tanquam alienigenas. Steriles autem dicebant, quòd parum valebat eis proſperitas, quia erant opprobrio, & contemptui, & quia non haberent ſucceſſores. Tales ergo conſolatur Dominus, & dicit: Et non dicat filius aduenæ, i. filius alicuius Proſelyti. *p* Qui adhæret Domino] per culpam, & legis obſeruantiam.
q Dicens] hoc, ſcilicet, ſeparatione, &c. Nota, quòd dicitur hic, non dicat corde, ſcilicet, dicens ore. Vel per hæc duo notatur, quòd multum de hoc loquebantur Proſelyti. Separatione diuidet me Dominus à populo ſuo, quaſi dicat, non numerabor in populo Dei, nec habebo partem in hæreditate terræ, etſi eius cultum ſuſcepero.

Δ Et non

Myſticè. Θ & teneri faciatis quod iudicaſtis, *Deut.* 16. d. Iuſtè quod iuſtum eſt exequeris. Et nota, quòd hæc duo frequẽ-
Pſalm. 88. ter coniungit Scriptura. *Pſalm.* 118. Feci iudicium & iuſtitiam, non tradas me calumniantibus me. Item iudicium & iuſtitia præparatio ſedis tuæ: quia multi iudicant ſe, ſed pauci faciunt iuſtitiam, *ſuprà* 26. d. Domine iuſtitiam non fecimus in terra.
a Quia iuxta eſt ſalus mea] i. filius ſaluans mundum.
c Vt veniat] id eſt. viſibilis mundo appareat. *d* Et iuſtitia mea] id eſt, filios iuſtorum remunerator in patria.
e Vt reueletur] i. innoteſcat per carnem aſſumptam. Vel: *b* Iuxta eſt ſalus mea, vt veniat] id eſt, Filius in ſecundo aduentu ad ſaluandum bonos. *d* Et iuſtitia mea vt reueletur.] i. filius iuſtus ad puniendum malos, quaſi dicat, ideo iudicetis iuſtè & vos & alios, & iuſti, quia citò veniet iuſtus iudex. *Sap.* 6. b. Qui cuſtodierint iudicium, iuſtè iudicabuntur in futuro iudicio. Item *Eccl.* 18. c. Ante iudicium Dei, ſcilicet, para tibi iuſtitiam, non ſolùm alij, ſed tibi. Sicut Prædicator malus qui vult alios iudicare, & iuſtitiare, & non ſe, *ſup.* 46. d. idem quod hic, ſed alio ordine. Propè feci iuſtitiam meam, & non elongabitur, & ſalus mea non morabitur. *f* Beatus vir] in patria.
g Qui facit hoc,] id eſt, iudicium in via. *Ioan.* 13. b. Si hæc ſcitis, Beati eritis ſi feceritis ea. *Prou.* 8. d. Beati qui cuſtodiunt vias meas. *Pſalm.* 105. Beati qui cuſtodiunt iudiciũ & faciunt iuſtitiam in omni tempore. *h* Et filius hominis qui apprehendet iſtud] ſcilicet, iuſtitiam, vel vtrumque, vt hoc & illud referatur ſimul ad iudicium, & iuſtitiam. Et nota quòd dicit: Apprehendet, vt non ſolùm faciat, ſed ſtricta & firma manu teneat. Per hoc enim verbum, apprehendet, notantur tria, citò capere, & audè, & firmiter tenere, contra illos qui nimis deliberant ad bonum faciendum, tepidi & remiſſi ad incipiendum, vt firmiter teneant ſe in bono propoſito, vel incœpto, cùm tamen omnes ſine conſilio ad lucra temporalia vel etiam ad peccata, & illa firmiter teneant, citò currant, & audè. *Ieremiæ octauo.* b. Apprehenderunt mendacium & noluerunt reuerti. *Eccleſiaſtic. trigeſimo-quarto.* a Quaſi qui apprehendit vmbram & ſequitur ventum, ſic qui attendit ad viſa mendacia. E contra *Pſalmo ſecundo.* dicit: Apprehendite diſciplinam, non prætendam. Specificat quis eſt iſte beatus.
k Cuſtodiens Sabbatum ne polluat illud.] Ad literam, feſta cuſtodienda ſunt à nugis, epulis, & laboreis, *infrà quinquageſimo octauo.* d. Si auerteris a Sabbatho pedem tuum, ne ſcilicet vadas ad choreas & ad mala loca, facere voluntatem tuam in die ſancto meo, & vocaberis Sabbatum delicatum, & ſanctum Domini glorioſum. Vel, Cuſtodiens Sabbatum, id eſt, quietem cordis.
l Ne polluat illud,] per admonitionem curæ temporalis, vel concupiſcentiæ carnalis, quæ coinquinant eos, & turbant mentis Sabbatum. Hoc autem mandatum ſæpè inculcatur in Scriptura, quia ſemper ſabbatizandum eſt à vitiis. *Ieremiæ decimo-ſeptimo.* e. Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera, id eſt, peccata peccatis cumulare in die Sabbati, id eſt cùm vacare debetis quieti contemplationis: nec inferatis per portas Ieruſalem, id eſt, ſuper quinque ſenſus, & nolite eicere onera de domibus veſtris, id eſt, prauam voluntatem vt prodeat in opus.
m Cuſtodiens manus ſuas, ne faciat omne malum. Expoſitio eſt præcedentis. Et dicit: Omne malum, id eſt, aliquod, & ita quodammodò omne, quia qui in vno offendit, omnium eſt reus, *Iacob. ſecundo.* b. Hoc eſt cuſtodire Sabbatum, ceſſare ab omni malo. *Ezech* 20. b. Dedi eis præcepta mea & iudicia, inſuper & Sabbata mea dedi eis, vt ſit ſignum inter me & eos.
o Et non dicat, &c.] Secunda pars vbi conſolatur po- Secunda pars.
pulum gentilem, aduenam prius à Deo & Eunuchum, id eſt, ſterilem: ne deſperet ſe poſſe æquari populo Dei in prædictis promiſſionibus. Dicit ergo: Et non dicat filius aduenæ, id eſt, Gentilis à Gentibus genitus.
p Qui adhæret Domino] per fidem.
q Dicens] ex deſperatione. *r* Separatione diuidet me Dñs à populo ſuo] id eſt, à promiſſionibus populi ſui Iudæi. Hoc non dicat, quia non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci. Vndè *ſuprà* 54. d. Ecce accola veniet, qui non erat mecum, aduena quondam tuus adiungetur tibi. *Rom. ſecundo.* d. Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, nonne præputium illius in circumciſionem reputabitur?

Θ Et non

Vel aliter. *o* Et non dicat filius aduenæ, &c.] id eſt, Aliter.
peccator qui eſt aduena, & filius aduenæ, id eſt, imitator aduenæ, id eſt, diaboli, qui per ſuperbiam alienauit ſe à Deo, & cecidit de cœlo. *Prouerb. quinto.* b. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena. Item peccator eſt Eunuchus. Diabolus enim præcidit nobiles pueros ne generent Dei ſeruitio prolem. Aufert eis teſticulos, id eſt, bonam vitam, & ſanam doctrinam, & timorem, & amorem. *Daniel.* 1. a. Ait Rex Aſſenez, vel Arphazai præpoſito Eunuchorum, vt introduceret de filiis Iſrael, & de ſemine Regio & tyrannorum pueros decoros forma, & eruditos omni ſapientia, & cautos ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palatio Regis, vt doceret eos literas, & linguam Chaldæorum, i. leges & decreta, *ſuprà* 39. d. De filiis tuis tollent, & erunt Eunuchi in Palatio Regis Babylonis. Tales benè corrumpunt Eccleſiam, ſed non generant, ſicut patet, quòd hodie omnis corruptio eſt in Eccleſia. ex eo quod ſtatim ex quo aliquis nobilis ſcit linguam Chaldæorum, id eſt, modicas cauillationes Decretalium, ſtatim vocatur in curtis Epiſcoporum, & poſt fit Prælatus, ſicut & Nabuchodonoſor ſtatuit illos ſuper Prouinciam Babylonis. *Eccleſiaſtic. vigeſimo.* a Concupiſcentia ſpadonis deuirginauit iuuenculam. *Eccleſiaſtic. trigeſimo.* c. Portans mercedes iniquitatis, videns oculis & ingemiſcens, ſicut ſpado complectens virginem, & ſuſpirans, *ſuprà vigeſimo-ſecundo.* e. Comparantur tales gallo gallinaceo. Talium enim, quando pœnitent, miſeretur Dominus. Vndè dicit: Et non dicat filius aduenæ, id eſt, peccator recognoſcens ſe à Deo alienatum fuiſſe, & pœnitens. Et hoc eſt.
p Qui adhæret Domino, dicens] quaſi ex deſperatione. *r* Separatione diuidet me Dominus à populo ſuo,] id eſt, à præmio quod daturus eſt ſuis. Hoc non debet dicere, quia pœnitentes æquantur innocentibus. *Ezechiel decimo-octauo.* f. Quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor amplius. *Deuteronom. decimo.* d. Dominus amat peregrinum, & dat ei victum atque veſtitum, & vos ergo amate peregrinos, quia & ipſi

Λ aduenæ

A a Et non dicat Eunuchus, &c.] i. sine fructu, & sine spe fruct⁹. Hoc dicebat quilibet sterilis: quid prodest mihi promissio hæc? ego ero opprobrio omnibus, & subiacebo maledictioni inter populum Dei, nec habebo partem inter eos. Hoc dicebant Eunuchi, quia scriptum est, *Deuter.* 7. c. secundùm aliam

B literà. Maledicta sterilis, quæ non facit semen in Israel.

d † Qui. c Quia hæc dicit Dominus, &c.] Modò consolatur eos, & dicit, quòd licèt steriles sint in prole;

C erunt tamen abundátes in possessione & honore, si boni fuerint.

d † filiis. Et hoc est, quod dicit: Hoc dicit

a † diligant. Dominus Eunuchis, hæc, scilicet, quæ sequuntur. d Si custodierint, &c.] Vel sicut

a Et non dicat Eunuchus, b ecce ego lignum aridum. c Quia hæc dicit Dominus Eunuchis. † d Si custodierint Sabbata mea: e & elegerint, quæ ego volui: f & tenuerint g fœdus meum; h dabo eis in i domo mea k & in muris meis l locũ & m nomen n melius à filiis, & filiabus. o Nomen sempiternum dabo eis, p quod non peribit. q Et † filios aduenæ, qui r adhærent Domino, s ut colant eum, t & † diligant nomen eius, u ut sint ei in seruos: x omnem custodientem sabbatum

Sept. habent, & litera communior est apud nos: Qui custodierint Sabbata mea, statuta in lege, i. omnia festa. e Et elegerint, quæ ego volui] i. præcepta mea. f Et tenuerint] i. opere executi fuerint. g Fœdus meum] i. legem meam, per quam eis fœderatus sum. h Dabo eis] i. talibus Eunuchis. i In domo mea] i. in familia mea. k Et in muris meis] i. in ciuitatibus munitis. l Locum & nomen] i. hæreditatem & honorem. Nomen, dico. n Melius à filiis & filiabus] i. magis honorabiles erunt & magis nominati, quàm si haberent multos filios & filias. Vel. m Nomen melius à filiis & filiabus] i. meliùs, quàm si patres vocarentur: quia vocabuntur serui & filij Dei viuentis. o Nomẽ sempiternum dabo eis, quod non peribit] i. fama bonitatis eorum diu etiam post mortem eorum permanebit. Vel, Nomen sempiternum, quia vocabuntur Iudæi, & filij Dei: quod nomen permanebit cum eis, quamdiu vixerint: quia nullo modo separabuntur à fœlicitate populi. q Et filios aduenæ.] Suprà consolatus est Eunuchos, hic consolatur Proselytos. Priùs autem consolatur Eunuchos, quàm Proselytos: quia maius opprobrium erat secundùm legem esse sterilem, quàm Proselytum. Dicit ergò: Et filios aduenæ, &c. Litera suspensiua est vsque ad illum locum: Adducam eos in montem sanctum meum. Eos, more Hebræo. Alij habent: Et filiis aduenæ. *Ieron.* habet: Et filios. *Septuag.* Et alienigenas. Tamen potest legi sic. q Et filiis aduenæ] supple, hæc dicit Dominus, quæ sequuntur. Vel sic, Et filiis aduenæ dabo, supple, ea, quæ sequuntur. r Qui adhærent Domino] i. qui sunt adiuncti populo eius per circumcisionem, ita, s Vt colant eum] tanquam Deũ verum, q. d. non tantùm circumcisi sint, sed cultum Dei obseruent in omnibus. t Et diligant] vel diligunt nomẽ eius, i. placet eis, quòd vocentur Iudæi, & dicantur de populo Dei. u Vt sint ei in seruos] & non tantùm habeant nomẽ, sed rem. x Omnem custodientem Sabbathum meum,] a tam Eu-

Mystice. a Et non dicat Eunuchus] i. Gentilis sterilis à bono. b Ecce ego lignum, &c.] i. non desperet de misericordia, quia fuit, sicut arbor arida. Vel secundùm *Ieronym.* a Non dicat Eunuchus] id est, Virgo, quæ se castrauit propter regnum cœlorum, *Matth.* 19. b. Ecce ego lignũ, &c.] Et non reputet se infructuosum. Item 1. *Cor.* 7. e. De Virginibus autem præceptum Dñi non habeo, consiliũ autem do. Eunuchus autem idem est, quòd benè vincens, luxuriam scilicet. Malè autem vincit luxuriam auarus, qui ideò non luxuriatur, ne euacuet bursam. Item hypocrita, ne videatur esse malus. Sed de bono Eunucho dicitur *Sap.* 3. c secundùm aliam literam. Beata sterilis immaculata, quæ non cognouit thorum in delicto; habebit fructum in visitatione animarum. Et Eunuchus, qui non est operatus manu iniquitatem, neque cogitauit contra Deũ mala: dabitur enim eius fidei electa gratia, & pars in tẽplo Dñi delectabilis. Talis non dicat hoc, scilicet: Ecce ego lignũ aridum, i. non putet se subiacere maledicto legis, vel nõ curet de tali maledicto, quo dictum est: Maledicta sterilis, quæ non fecit semen in Israël. Et sumitur hoc de *Exod.* 23. d. Non erit infœcunda, nec sterilis terra tua. Et *Deuteron.* 7. c. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus.

Aliter. A Aduenæ fuistis in terra Ægypti. a Et non dicat Eunuchus] id est, sterilis à bono opere, si pœniteat, non desperet dicet hoc, quod sequitur ex diffidentia.

b Ecce ego lignum aridum] sed ex humilitate debet quilibet dicere. Vnde *Luc.* 17. c. Cùm omnia bona feceritis, dicite: serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. c Quia hæc dicit Dominus Eunuchis,] i. Virginibus, & castè viuentibus, vel priùs sterilibus; sed modo pœnitentibus. d Si custodierint Sabbata mea] declinando à malo. e Elegerint, &c.] faciendo bonum. *Sept.* volo. Et tenuerint, &c.] perseuerando in bono. Vel aliter. d Si custodierint, &c.] vt nunquam faciant opera nuptiarum. e Et elegerint, &c.] vt plus offerant, quam præceptum sit: vt non indulgentiam Apostoli; sed voluntatem considerent Domini sui. f Et tenuerint, &c.] id est, pactum baptismale seruauerint. h Dabo eis in domo mea, &c.] i. in Ecclesia præsenti, & in numero Prædicatorum. l Locum] honoris, vt scilicet, sint Prædicatores, & Sacerdotio fungantur mihi in domo mea in sempiternum, & subditos muniant & moneant verbo & exemplo. Et prophetatur hic castitas obseruanda à ministris Ecclesiæ, quæ non obseruabatur in lege. m Et nomen melius à filiis & filiabus] quia melius est nomen continentis, quàm coniugati: Virginis, quàm patris, vel matris, *Eccl.* 51. c Omnis ponderatio non est digna continentis animæ. Vel. h Dabo eis in domo mea] id est, in aula cœlesti. k Et in muris meis] in ciuitate mea munita, i. Ecclesia militante, cuius muri sunt ipse Christus. *suprà* 26. a. Saluator, ponetur in ea murus & antemurale. l Locum] id est, mansionem: quia in domo Patris mei mansiones multæ sunt. *Ioan.* 14. a. m Et nomen] id est, laudem & honorem. n Melius à filiis & filiabus] quia maiorem gloriam habebunt, quàm alij Sancti. Vel. m Nomen melius à filiis & filiabus] quia supra merita operum honorabit Deus suos. Vel melius, quàm sint fructus temporalium diuitiarum. De hoc nomine dicitur *Eccl.* 7. a. Melius est nomen bonum, quàm vnguenta pretiosa, i. quàm copia temporalis suauitatis. *Prou.* 22. a. Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. *Eccl.* 41. c. Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri magni, & copiosi, 2. *Reg.* 8 d. Fecit sibi nomen Dauid, cùm reuerteretur capta Syria, id est, superbia sub pede posita. *Soph. vlt.* d. Ponam eos in laudem & in omni terra confusionis eorum. Et pòst subdit: Dabo vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cùm conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus.

o Nomen sempiternum dabo eis] scilicet, nomen Christianum, quod non deficiet. Hoc nomen impositum fuit à Christo Antiochiæ primò, *Act.* 11. Vel. Nomen sempiternum] vt vocentur filij Dei, & Sacerdotes eius, *infrà sexagesimo-primo.* b. Vos autem Sacerdotes Dei vocabimini, ministri Dei nostri, dicetur vobis. 1. *Ioan.* 3. a. Videte, qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & simus, *infrà sexagesimo quinto.* c. Vocauit Deus seruos suos nomine alio. Vel, Nomen, id est, rem nominabilem & laudabilem. *Apocal. secundo.* c. Dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. *Baruch quinto.* b. Vocabitur tibi à Deo nomen tuum in sempiternum pax iustitiæ. Vel Nomen, id est, gloriam, & honorem, & laudem, quando dicetur bonis: Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. Et postea: Venite benedicti Patris mei, &c. *Matth.* 25. c. Tunc enim erit laus laus vnicuique à Deo 1. *Cor.* 4. l Quod non peribit] obliuione. E contrà de malis. *Sap.* 2. a. Nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus. Item *Prou.* 10. b. Memoria Iusti cum laudibus, nomen autem impiorum putrescet. q Et filios aduenæ] id est, Gentiles secundùm mysterium, vel quoslibet peccatores.

r Qui adhærent Domino.] Hoc dicit, quia peccatores, quando conuertuntur, sunt feruentiores frequenter, quàm alij: quia vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, *Rom.* 5. d. Adhærent, dico.

s Vt colant eum] fide. Et notantur hic quinque per ordinem Fides, vt hic.

t Et diligant nomen eius] id est, filium, qui est nomen Patris: ecce Charitas. De quo nomine *Cant. primo.* a. Oleum effusum nomen tuum. Item nota, quòd Paulus dilexit nomen Christi: ideò totiens nominat illud. Aliqui sunt, qui nomen Diaboli semper habent in ore: Vndè videtur, quod diligant illud quamvis non colant. Item aliqui sunt, qui diligunt nominari diabolici, qui lætantur, cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis: *Prouerbior. secundo.* c. De quibus *Gregor.* Nihil adeo displicet Deo, sicut ceruix elata post peccatum. u Vt sint ei in seruos] ecce obedientia in executione operis. Et sic per ordinem, ponuntur hæc tria: quia fides operatur per dilectionem, *Galat.* 5. d. x Omnem custodientem Sabbatum meum

Hoc polluat

a tam Eunuchum, quam aduenam, quicunque sit. Custodientem, dico. a Ne polluat illud] id est, ne polluta opera faciat in illo. Vel, Ne polluat illud,] id est, quasi pollutum diem, & non sanctum contemnat, & violet. b Et tenentem foedus meum] i. legem, per quam fœderatus sum filiis Israel. c Adducam eos,] id est, omnes tales aduenas. d In montem sanctum meum,] id est, in Ierusalem, vel in templum, vbi intrare poterit ad adorandum, sicut Iudæi. e Et lætificabo eos in domo, &c.] id est, in Ierusalem, quæ est locus, quem elegi ad adorandum, dabo eis multa prospera. Vel, lætificabo eos in domo orationis meæ, i. in templo exaudiam eos in his, pro quibus rogabunt me. Et ideò exaudiam eos, quia digne offerent mihi. Et hoc est. f Holocausta eorum] quæ tota Deo incenduntur. g Et victimæ] id est, alia sacrificia. h Eorum] Eunuchorum & proselytorum. Specialiter tamen loquitur de proselytis. i Placebunt mihi, &c.] quia manus eorum non sunt plenæ sanguine. Vel, i Placebunt, &c. scilicet, mihi placebit, quòd habeant auctoritatem offerendi oblationes suas in templo, sicut alij Iudæi. Quòd hoc sit factum, non legitur. l Quia domus mea, &c.] non tantùm Iudæis, sed Proselytis de omni populo. o Ait Dominus Deus,] id est, hoc promittit Dominus. p Qui congregat] id est, solet congregare. q Dispersos Israel] de quacunque † captiuitate. r Adhuc congregabo ad eum] id est, ad Israël, id est, ad populum Israel. s Omnes congregatos eius] id est, omnes Proselytos, & omnes, qui concordes sunt ei, & quasi congregati per fidem vnius Dei. Vel, Congregabo in te, omnes congregatos, in mea cognitione. *Sept.* habent plenius: Congregabo ad eum congregationem. u Omnes bestiæ agri.] Hic inuitat Medos ad destruendum Chaldæos, secundum vnam expositionem. Vel, secundum *Ieron.* prædicit captiuitatem Iudæorum per Titum & Vespasianum, & eorum subditos. Dicit ergo: Omnes bestiæ agri, id est, ô vos Medi & Persæ, & Cyrus, & Darius, x Venite ad deuorandum, Chaldæos. Vel. u Bestiæ agri] id est, Titus & Vespasianus, & alij Romani, qui dicuntur bestiæ agri præ crudelitate: quia bestiæ agri crudeliores sunt, quam domesticæ. x Venite ad deuorandum,] Iudæos incredulos. Vel. u Bestiæ agri] id est, Dæmones, Principes huius mundi. y Vniuersæ bestiæ saltus] i. Medi & Persæ, siue Romani, qui adorabant idola facta de saltu. Vel præ crudelitate dicuntur bestiæ saltus. Vndè *Psalm.* 79. Exterminauit eam aper de silua, id est, Vespasianus: & singularis, id est, Titus superbus depastus est eam. z Speculatores eius] id est, Babylonici populi, qui custodiebant ciuitatem munitam. a Cæci omnes] quia non viderunt, quomodo hostes flumen

A intrauerunt

a ne polluat illud, b & tenentem fœdus meum, c adducam eos in d montem sanctum meum, e & lætificabo eos in domo orationis meæ. f Holocausta eorum. g & victimæ h eorum i placebunt mihi super k altare meum: quia l domus mea m domus orationis vocabitur n cunctis populis, ait o Dñs Deus, qui p congregat dispersos q Israël. r Adhuc s congregabo ad eum † omnes † congregatos t eius. u Omnes bestiæ agri, x venite ad deuorandum, y vniuersæ bestiæ saltus. z Speculatores eius cæci a omnes,

al. Non habet † omnes.

al. † congregationes.

Ierem. 7. b. *Matth.* 21. b. *Marc.* 11. c. *Luc.* 19. g. 88. *dist.* c. 2. 1. q. 3. c. *Saluator.* 16. q. 7. c. & *hoc diximus.*

al. † ciuitate.

Tertia pars.

Aliter secundum Ieron. Vel aliter secundum *Ieron.* legitur de populo Iudæorum, sicut dictum est. z Speculatores eius] id est, Iudaici populi, scilicet, Scribæ & Pharisæi.

a Cæci omnes]& Duces cæcorum, sicut dicitur *Matt.* 15. b.

A Nescierunt

Mysticè. a Ne polluat illud:] Ecce quies mentis, siue otium contemplationis. b Et tenentem fœdus meum:] Ecce perseuerantia incepti operis. c Adducam eos] id est, tales. d In montem sanctum meum] Gentiles, scil. prædicto modo conuersos, faciam de Ecclesia mea sancta, quæ dicitur mons propter vitæ eminentiam, sanctus per constantiam triumphantem. *Psalm.* 23. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? innocens, &c.

Dominus habet quadruplicem domum. e Et lætificabo eos, &c.] contra acidiosos, qui tristantur in longa Missa, vel longo sermone, *Ecclesi.* 8. a. Ne festines recedere à facie eius. Nota, quòd Dominus habet domum superiorem, id est, Ecclesiam triumphantem: de qua *Baruc.* 3. c. O Israel, quàm magna est domus Domini & ingens locus possessionis eius. Item habet domum inferiorem, scilicet, Ecclesiam militantem, de qua *Luc.* 15. d. Quanti mercenarij, &c. Item habet domum interiorem, scil. animam iusti, 1. *Cor.* 3 d. Templum Dei sanctum est, quod estis vos, *Sap* 8. c. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. Item exteriorem, scil. Ecclesiã materialem, *Psalm.* 92. Domum tuam, Dñe, decet sanctitudo in longitudine dierum. In prima domo est homo per desiderium & spem. In secunda per meritum vitæ, & Sacramentorum receptionem. In tertia per conscientiæ discussionem. In quarta per corporalem cohabitationem. f Holocausta eorum] id est, Martyrum, qui se Deo totos incendunt. g Et victimæ eorum] id est, Confessorum, qui quotidie per partes se Deo mortificant, *Psalm.* 43. Quoniam propter te mortificamur tota die. Vel. f Holocausta eorum] id est, Eunuchorum, qui se totos consecrant Deo, vt semper vacent orationi. g Et victimæ eorum, i. aduenarum, id est, eleemosynæ, & cætera bona coniugatorũ, qui ad tempus vacant orationi, vt dicitur 1. *Cor.* 7. a. Vel holocausta sunt contemplatiui: victimæ, actiui. Vel holocaustum, est cor totum incensum igne charitatis, sicut scriptum est: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & tota virtute tua. *Matt.* 22. d. Et *Deut.* 6. a. Victima autem est caro per macerationem attenuata, in qua pars comburitur, pars reseruatur: quia vitia extinguenda sunt, & natura reseruanda. Victima autem dicitur à vinciendo: caro enim vinculis disciplinæ cohibenda est, *Col.* 3. a. Mortificate membra vestra, quæ sũt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, & concupiscentiam malam. *Rom.* 12. a. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam Deo, *Gal.* 5. d. Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. i. Placebunt mihi] si offerantur supple. k Super altare meũ] i. fidẽ, super quam omnia offeruntur: quia sine fide impossibile est placere Deo, *Hebr.* 11. a. Vel, Super altare meũ, i. Christũ, super quem debemus omnia sacrificia nostra facere, *Ps.* 136. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram, i. qui offert animales motus super hoc altare, *Hebr vlt.* b. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt, *Exod.* 20. d. Altare de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta & pacifica vestra *Glos.* i. credetis filium Dei incarnatum: Terra enim est corpus humanum. Hoc est altare Thymiamatis, in quo offeruntur thuia orationum, *Exod.* 30. Vndè & orationes finiuntur per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. l Quia domus mea] i. Ecclesia. m Domus orationis vocabitur extra quã nec veri sacrificij, nec orationis locus est. n Cunctis populis.] *Sept.* Gentibus, non tantùm Iudæis. Vel. m Domus] ad literam, materialis Ecclesia, est locus orationis, non nugacitatis, *Matt.* 21. b dicitur hoc idem. Et additur: Vos, autẽ fecistis illam speluncam latronum Et sumitur de *Ierem.* 7. b. o Ait Dñs Deus] i. hoc promittit per me. Vel per Salomonem hoc dicit 3. *Reg.* 8. c. Audi hymnum & orationem, quam orat seruus tuus coram te hodie: vt sint oculi tui aperti super domum istam die, ac nocte, super domum de qua dixisti, erit nomen meum ibi. Sed vbi hoc dixit? Dicendũ, quòd in *Deut.* 12. a. Ad locũ, quẽ elegerit Dñs Deus vester de cunctis Tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi, & habitet in eo: venietis, & offeretis in illo loco holocausta & victimas vestras, &c. p Qui congregat] ad vnitatem fidei in vnum ouile, *Ioan.* 11. c. q Dispersos Israel] i. prædestinatos ad videndum Deũ, dispersos per mundum, *sup.* 11. c. Leuabit Dñs signum in nationes procul, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget a quatuor plagis terræ. r Adhuc congregabo] in Ecclesia triũphante, ego Pater. s Ad eum] i. Christum, vel fidelẽ populum. t Omnes congregatos eius, per fidem in Ecclesia militante. Vel. r Congregabo] in futuro in re. t Congregatos] spe, vel præcognitione mea, vel in Ecclesia militante. Vel. r Congregabo] mentibus. t Congregatos] corporibus, contra Religiosos, qui discordes sunt in Religione. u Omnes bestiæ agri, &c.] Hoc exponunt *Ierom.* & alij Sancti de captiuitate Iudæorũ per Romanos, quos vocat ad deuorationẽ Iudæorũ, pro eo quòd congregatis ad fidem Gentibus ipsi credere noluerunt. Hanc expositionem require suprà. Moraliter. Loquitur contra Prælatos Ecclesiæ, & dicit u Omnes bestiæ agri] id est Dæmones, vel vitia. De quibus dicit *Psalmo septuagesimo tertio.* Ne tradas bestiis animas confitentes tibi, *Iob. quinto.* d. Bestias terræ non formidabis. x Venite ad deuorandum] eos, qui sunt in agro, id est, in mundo.

Moraliter.

y Vniuersæ bestiæ saltus] Dæmones, vel vitia, venite, supple, ad deuorandum eos, qui sunt in saltu, id est, in Religione, quasi dicat, omnes deuorate, & laicos & Religiosos liberè. Quia z Speculatores eius] id est, Prælati, omnes cæci. Vel. Dæmones dicuntur bestiæ agri: quia suggerunt lucrum: quia ager colitur propter lucrum, *Prou. vigesimo tertio.* a. Noli laborare, vt diteris. *Iob* 24. a. Agrum

intrauerunt in ciuitatem. *a* Nescierunt vniuersi.] id est, nemo eorum percepit, quando, vel quomodo intrauerunt hostes.

b Canes muti.] Canes dicuntur speculatores ipsi, & custodes ciuitatis, quorum officium est annunciare populo aduentū hostiū; sed muti dicūtur, quia non annunciauerunt. *c* Non valētes] præ somno & ebrietate. *d* Latrare,] id est,

a nescierunt vniuersi, *b* canes muti *c* non valentes *d* latrare, *e* videntes vana, *f* dormientes, *g* & amantes somnia, *h* & canes

q. dist. c. 1. populum ciuitatis excitare. *e* Videntes vana,] id est, somniantes in lecto, non in specula attendentes. Vndè subdit: Dormientes, &c. Sed quia somnus sequitur ex ebrietate, subdit.

h Et canes,] sed supe fluè comederunt, & sine moderamine, sicut canes. Et in hoc innuitur, quomodo capta fuit Babylon. Balthasār enim fecerat conuiuium maximū, in quo tantū comederūt, & biberunt, quòd præ ebrietate, & somno non cognouerunt aduentū hostiū. *k* Ipsi Pastores.] Hic enumerat peccata Regū, & Principum, pro quibus capta est ciuitas, dicens: Ipsi pastores, Reges Babylonis, & Principes, siue Iudices. *l* Ignorauerunt,] in iudicus, & causis populi. *m* Omnes,] id est, omnes agunt, Δ quod sibi

Aliter. Vel aliter Balthasar, & optimates, quos vocauerat ad conuiuiū suū, vt dicitur *Dan. 5.* *l* Ignorauerūt intelligentiam,] id est, scire contempserunt, quod eis exposuit Daniel, & quasi non curauerunt, quia securi esse videbātur. *m* Omnes in viam suam,] i. quod cœperāt, perfecērunt, scilicet, ⊖ comedere, &

Aliter. secundum liter. A *a* Nescierunt,] tempus visitationis suæ, *Ierem. 8. c.* Vel, nescierunt, spiritualiter legis intelligentiam.

b Canes muti,] id est, populum non docentes, *c* Non valentes latrare,] id est, arguere peccantes. *e.* Videntes vana,] quia à Dæmonibus illusi sunt. Vel, vana i. auguria. *f* Dormientes, &c.] id est, pigri, & dediti delicijs.

h Et canes impudentissimi,] quia comedunt tantùm, & non custodiunt. Canis enim impudens est, qui comedit multa, & de nullo seruit. *i* Nescierunt saturitatem.] Ad literam, gulosi fuerunt Doctores Iudæorum, Scribæ, & Pharisæi, *Matth. 23. b.* Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum oratione longa orantes. Vel secundùm *Gloss.* Canes impudentissimi, quia sicut canes, sine discretione etiam sæpè bonos persequuntur; sic & Iudæi impudenter clamauerunt: Crucifige, crucifige, *Ioan. 19. a.* & nec Domini saturati sunt opprobrijs. *k* Ipsi pastores,] prædicti canes.

l Ignorauerunt intelligentiam,] legis, & Prophetarum. *m* Omnes in viam suam declinauerunt,] id est, Λ quærunt

Moraliter. ⁿ 24. *a* Agrum non suum demetunt. Item dicuntur bestiæ saltus, quia suggerunt delectationes, & amœnitates mundanas, 2. *Regum. 18 b.* Plures erant, quos saltus consumpserunt, quàm quos vorauerat gladius, id est, plures occidit prosperitas, quàm persecutio. De his bestiis dicitur *Ierem. 12. c.* Congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum: pastores multi demoliti sunt vineam meam. *Ezech. 39. d.* Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestiis agri, conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam. *Osea 33. c.* Bestia agri scindet eos. *Apocalyps. 13. a.* Admirata est vniuersa terra post bestiam. Speculatores eius, i. populi subditi. Cæci omnes, quasi dicat, ideò liberè potestis venire, quia cæcos habent custodes. Simile *sup. 52. b.* Ablatus est populus meus gratis, Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dñs *Ierem. 50. e.* Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos. *Prouerb. 11. b.* Vbi non est gubernator, corruet populus. *Prouerb. 29. c.* Cùm Propheta defecerit, dissipabitur populus. Dicit ergo: Cæci omnes, quomodo ergo sunt speculatores, quomodo prædicent mala imminentia ad præcauendum, si cæci sunt, ad quod tamen tenentur, sicut dicit *Ezech. 3. c.* Audies de ore meo verbum, & annunciabis eis. Cæci autem sunt, quia desunt eis ea, quæ Petrus enumerat *secund. Canonic. 1. b.* Ministrate in fide virtutem, in virtute scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem. Et post subdit: Cui hæc præsto non sunt, cæcus est, & manu tentans. Et nota, quòd hic describens malos Prælatos remouet ab eis octo bona, scilicet, Scientiam, cùm dicit: Nescierunt vniuersi. Doctrinam, cùm dicit: Canes muti. Vitam, cùm dicit: Videntes vana. Diligentiam, cùm dicit: Dormientes. Iudicium verum, cùm dicit, Amantes somnia. Munditiam, cùm dicit: Canes. Verecundiam, cùm dicit: Impudentissimi. Sobrietatem, cùm dicit: Nescierunt saturitatem. Quæ omnia essent necessaria Prælato. Dicit ergo: Speculatores tui, quia eos excæcauit puluis auaritiæ, tumor superbiæ, humor luxuriæ, *supr. 42. e.* Quis cæcus, nisi seruus meus?

impudentissimi *i* nescierunt saturitatem. *k* Ipsi pastores *l* ignorauerunt intelligentiam. *m* Omnes in viam suam declinauerunt,

a Nescierūt vniuersi, *sup. 28. b.* Sacerdos, & Propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, *Michea 3. a.* Nunquid non vestrûm est scire iudicium? *Eccl. 32. b.* Io multis esto, quasi nesciuis: non dicit in omnibus, sed in multis, scilicet, io nociuis scientijs.

b Canes muti non valentes latrare,] propter inscitiam, negligentiam, timorem, & quæstum. *Iudith. 11. c.* Non latrabit, vel vnus canis contra te *Ecclesiastic. 20. d.* Exenia, & dona excæcant oculos, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.

Nota tamen, quòd ad malum loquendum sunt loquaces. Vndè *Apocalyps. decimo-sexto. c.* Vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exire tres spiritus immundos in modū ranarum. Prælatus malus est Draco per luxuriam, & ideò ab ore eius, cum loquitur, exit spiritus, id est, verbum luxuriæ. Item bestia est per auaritiam, & ideò ab eo loquente exit spiritus, id est, verbum auaritiæ. Pseudopropheta, id est, Propheta Baal, quod interpretatur superior per superbiam, & ideò ab ore eius exeunt verba superbiæ, & iactantiæ.

e Videntes vana.] Sed quomodo vident, cùm sint cæci? Responsio. Sinistro oculo vident, quia prouidi sunt in temporalibus, sed non vident oculo dextro, quia non curant de damnis spiritualibus: Percusserunt enim fœdus cum Diabolo, vt erueret eis oculos dextros, sicut voluit facere Naas cum viris Iabes Galaad 1. *Reg. vndecimo. a.* Vndè *suprà vigesimo-octauo. d.* Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. *Zachar. vndecimo. d.* Brachium eius ariditate siccabitur, & oculus eius dexter obtenebrabitur. Non dicit sinister, quia sinistro vident acutè vana, id est, temporalia lucra. *Ezechiel. decimo-tertio. b.* Erit manus mea super Prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacia.

f Dormientes,] cùm tamen vigilare deberent super gregem suum in eadem regione, in qua natus est Dominus. Dominus autem natus est in regione miseriæ. *Luc. secundo. b.* Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. *Marc. decimo-tertio. d.* Et ianitori præcepit vt vigilaret. *Prou. 20. b.* Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat.

g Et amantes somnia,] id est, temporalia, de quibus *Ecclesiastic. quinto. b.* Vbi multa sunt somnia, plurimæ vanitates, & sermones innumeri. *Leuit. decimo-nono. f.* Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. *Ecclesiastic. trigesimo-quarto. a.* Somnia extollunt imprudentes.

h Et canes impudentissimi,] quia reuertuntur ad vomitum 2. *Pet. secundo. d.* *Prouerb. vigesimo-sexto. b.* Vel impudentissimi ad turpia lucra. Vndè *Ezechiel. decimo-tertio. d.* Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, & cætera. Quæ est maior impudentia, quàm ista? Item *Michea tertio. b.* Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium, id est, excommunicant. *i* Nescierunt saturitatem,] veram, sicut dicitur rustico: Tu nescis, quid est bonus cibus. Opprobrium enim Domini, & afflictio, & miseria, quam sustinuit, vel quam sustinemus pro ipso, est electissimus cibus, per quem omnes virtutes animæ pinguescunt. *Iob. 16. b.* Saturati sunt pœnis meis. *Thren. tertio. d.* Saturabitur opprobrijs.

k Ipsi Pastores,] qui & canes, vt sit vis in hoc pronomine, ipsi, scilicet, de quibus non videretur.

l Ignorauerunt intelligentiam,] id est, scire contempserunt, vel neglexerunt. *Osea quarto. b.* quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi. Signanter dicit mihi, pro modernis Prælatis, qui Deo non funguntur Sacerdotio, sed causis, & litibus. *Osea quarto, d.* Populus non intelligens, vapulabit. Sed si populus vapulat, quid faciet Sacerdos? *m* Omnes in viam suam declinauerunt,] Cùm dicit, declinauerunt, notatur auersio ab incommutabili * bono. Cùm

quod sibi commodius videtur. *a* Vnusquisque ad auaritiam suam a summo vsque ad nouissimum,] quia maiores sunt raptores, minores, siue plebei homines sunt fures. *c* Venite, sumamus vinum.] Hoc dicant ipsi Pastores: quia omnes gulæ, & ebrietati dediti sunt.

Aliter. Comedere & bibere. Et hoc est. *a* Vnusquisque ad auaritiam suam,] i. ad insatiabilitatem gulæ suæ. *b* A summo vsque ad nouissimum,] i. maiores & minores, dicentes vnus alteri hoc: *c* Venite, sumamus vinum,] id est, bibamus. *d* Et impleamur ebrietate, id est, vino, quod est causa ebrietatis. *e* Et erit sicut hodie, sic & cras. & multò amplius,] erit scilicet, cras quàm hodie, quasi dicat, Daniel prædicit nobis, quòd in hac nocte moriemur, sed non erit ita, imò viuemus in maiori copia deliciarum, quàm etiam modò.

Ierem. 6. c.
Sap. 2. b.

a vnusquisque ad auaritiam suam, *b* a summo vsque ad nouissimum. *c* Venite, sumamus vinum, *d* & impleamur ebrietate: *e* & erit sicut hodie, sic & cras, & multò amplius.

CAP. LVII.

A

IVstus *f* perit, *g* & nó *h* est, qui recogitet in corde suo: *i* & viri misericordiæ colligũtur: *k* quia non est, qui intelligat:

Aliter. secundùm Ierem. A quærunt commoda sua. Vndè subdit. *a* Vnusquisque ad auaritiam suam, a summo vsque ad nouissimum.] quasi dicat, omnes sunt auari, & maximè maiores. *Luc.* 16. d. Audiebant hæc omnia Pharisæi, qui erant auari, & deridebant eum. *c* Venite, &c.] Non tantùm auari erant, sed & gulosi. Vnde ad confusionem eorum ponit verba ipsorum, quæ dicebant. Venite, sumamus, &c sicut priùs.

Moraliter. bono. Cùm dicit in viam suam, & postea, ad auaritiam suam, notatur conuersio ad creaturas. *Osea* 4. b. Sicut vacca lasciuiens declinauit ad Israel, *sup* 53. b. Vnusquisque in viam suam declinauit. *Ierem.* 16. c. Vnusquisque ambulat. Post prauitatem cordis sui. E contra dicitur de bonis *Prou.* 15. c. Semita vitæ super eruditum, vt inclinet de inferno nouissimo. *a* Vnusquisque ad auaritiam a summo ad nouissimum. *Phil.* 2. c. Omnes, quæ sua sunt, quærunt. *Ierem.* 6. c. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student: & a Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. Item *Ierem.* 8. d. A minimo vsque ad maximum omnes auaritiam sequuntur *Amos* 9. a. Auaritia in capite omnium. *Eccl.* 10. d. Pecuniæ obediunt omnia.

c Venite, sumamus, &c.] Hoc patet magis videnti, quàm audienti. Omnes enim videmus Clericos & Sacerdotes inebriari & deliciari, qui facto dicunt, & aliquando verbo vnus alteri: venite, sumamus vinum. *Sap.* 2. b Vino pretioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. *Prou.* 21. c. Qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur. *d* Et impleamur ebrietate.] i. his quæ inebriát, vel sicera. In Hebræo enim est sicera, i. quicquid inebriare potest. *e* Et erit sicut hodie, sic & cras, & multò. ampliùs.] *Sepe.* Inebriemur, & si talis dies crastina magna ampliùs nimis 1. *Cor.* 15. d. Comedamus, & bibamus; cras enim moriemur. *sup.* 22. d. Vocauit Dñs ad fletum, & ad planctum, & caluitium & cingulum sacci: & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes & bibere vinum: comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Et nota, quòd Sacerdotibus veteris legis prohibitum est vinum tempore, quo offerre debent Domino. *Ambr.* Nihil est, quod minus conueniat arguenti, quàm inebriari vino. Ideò dicit Apostolus *Ephes.* 5. d. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.

EXPOSITIO CAP. LVII.

IVstus perit, &c.] Istud capitulum diuiditur in octo partes. In prima parte, secundùm quod exponunt Iudæi, arguitur ipsorum Iudæorum duritia, quia Prophetis occisis ab impiis Regibus non compatiebantur. Secundò reprehendit eos Propheta de bonorum irrisione, *ibi* Vos autem accedite, &c. Tertiò de idololatria, quam faciebant in locis amœnis, amœnitate nemorum & torrentium, *ibi*: Nunquid non vos filij scelesti, &c. Quartò de executione idololatriæ, quia idola apud alias nationes mandabát, *ibi*: Misisti legatos. Quintò de insolentia & lasciuia, *ibi*: Viam manus tuæ inuenisti, &c. Sextò promittit eis reditum à captiuitate, si pœnituerint, & in Deo spem posuerint, *ibi*: Qui autem habet fiduciam, &c. Septimò ostendit eis, quare eiecerit eos à terra, *ibi*: Propter iniquitatem, &c. Octauò ostendit, quòd ex gratia, non ex meritis liberabuntur, *ibi*: Vias eius vidi, &c. Dicit ergo, Iustus perit, &c. *Ierem. in origin. Iudæi*, hæc & cætera, quæ sequuntur, vel generaliter de omnibus Iustis arbitratur intelligi, quorum Manasses fudit sanguinẽ, & impleuit Ierusalem à porta vsque ad portam 4. *Reg.* 21. c. Vel certè Isaiam de sua prophetare morte, quòd serrandus sit a Manasse serra lignea, quæ apud nos certissima traditio est. Vndè & nostrorum plurimi illud, quod de passione Sanctorum in Epistola ad *Hebr.* 11. g. legitur: Serrati sunt, ad Isaiæ referunt passioné. Sed, sicut dicit *Hay. in Gl.* verius hoc de illo dicitur, qui est sũmè Iustus, vt postea in mysterio dicetur. Primò ergo secundũ Iudæos exponitur. *f* Iustus perit] i. moritur, & occiditur quilibet bonus, vel specialiter Isaias. *g* Et non est, qui recogitet in corde suo,] id est, non est, qui compatiatur Iusto morienti. *i* Et viri misericordiæ colliguntur] id est, viri misericordes a Deo de mundo subtrahuntur, sicut Prophetæ, & boni multi occisi à Manasse 4. *Reg.* 21. c. Vel, *i* Viri misericordiæ] id est, misericordia digni. *k* Quia non est, qui intelligat. Ideò

Mysticè. Mysticè. *f* Iustus perit, &c.] Istud propriè exponitur de illo, qui summè iustus est, de quo *Matt.* 27. Nihil tibi, & iusto illi Et *sup.* 1. g. Tunc vocaberis ciuitas Iusti. Et *Ier.* 33. b. & 33. c. Hoc est nomen, quòd vocabunt eum Dominus iustus noster. Dicit ergo Iustus perit, i. Christus pro homine moritur. Et dicitur perire quia cùm mors eius sufficiat omnibus: paucis tamen est efficiens causa salutis. *Thren.* 3. c. Periit finis meus, & spes mea à Domino. *g* Et non est, qui recogitet in corde suo] q. d. Christus mortuus est pro homine, & nemo est, qui mortem eius recolat in corde suo, i. in intimo cordis veraciter. *Eccl.* 9. d. Perfecta est obsidio, inuentúsque in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. Vndè *supr.* 49. a. conqueritur Dñs: Dixi, in vacuum laboraui, sine causa & vanè fortitudinem meam consumpsi. Multi autem sunt, qui passionem Dñi in ore reuoluunt; sed in corde veraciter vulnera eius non sentiunt, de quibus dicit *Ps.* 77. Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. *sup.* 48. a. Dñi Dei Israel recordamini, non in veritate, neque in iustitia. *Ier.* 12 c. Desolata est omnis terra, quia nullus est, qui recogitet in corde. *Amos.* 6. b. Bibentes in phialis vinum, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. E contra Apostolus monet nos ad memoriam passionis Christi dicens *Hebr.* 12. a. Recogitate eum, qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradictionem. Item *f* Iustus perit,] i. in periculo est, quamdiu viuit. *g* Et tamen non est, qui recogitet in corde suo, in quanto sit ipse periculo: quia si Iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? 1. *Pet.* 4. f. Iustus perit] i. à iustitia cadit in peccatum pro defectu regiminis. *g* Et non est, qui recogitet in corde suo,] i. nullus Prælatus est, qui doleat de animarum damno. Pastor enim non curat de oue. Et in hoc arguitur duritia cordium nostrorum de immisericordia. Multi enim pereunt per mundum, & nemo compatitur. Pauperes etiam corporaliter pereunt: nec est, qui pascat. Sed dices, non sunt iusti, quia non vidi iustum derelictum, &c. Responsio. Sunt homines, sunt Christiani, sunt opus Dei, sunt empti sanguine Christi, sunt forte prædestinati. *Eccl.* 3. d. Cor durum malè habebit in nouissimo. Et *in ord.* Cor nequam grauabitur in doloribus. *Iob.* 30. d. Flebam quondam super eo, qui afflictus erat. Vel, *f* Iustus perit,] i. bonus Prælatus de mundo subtrahitur. *g* Et] i. quia. *h* Non est, qui recogitet in corde suo,] i. verba eius & exempla retineat ad faciendum. *Greg. in pastorali*: Malitia remanentium in mundo meretur, vt hi, qui prodesse poterant, festinè subtrahantur. *f* Iustus perit,] id est, moritur, sicut peccator, & tribulatur in hoc mundo. *Eccl.* 2. c. Moritur doctus pariter & indoctus, idcirco tæduit me vitæ meæ. Item *Eccl.* 7. c. Iustus perit in iustitia sua, & impius viuit multo tempore. *g* Et non est, qui recogitet in corde suo,] quare impius prosperet, & iustus affligatur. Non enim attenditur, quia aurum in igne purgatur, & lapis ad ædificium poliatur tunsionibus, & granum ad ponendum in horreum flagellis præparetur, & quòd ferrum lima clarificetur, & quòd ferro calido & candenti mallei adhibentur. Et ideò, non est, qui recogitet in corde suo, quare Iusti in præsenti affligantur, vel quare subitò de medio subtrahantur; cùm tamen mirum non sit, si triticum maturum colligatur in horreo, si vas fabricatum reponatur in thesauro, si miles emeritus subtrahatur de bello. Sequitur.

Aliter.

Psal. 56.

i Et viri misericordiæ colliguntur,] id est, Apostoli & alij Sancti post iustum Christum pro ipso moriuntur, & ab ipso colliguntur, sicut viui lapides ad ædificium cœleste: vt dicit *Greg.* quatenus Ierusalem mater nostra mensura suæ constructionis excrescat.

k Quia non est, qui intelligat.] Vbi enim nemo est, qui Sanctos

a ligat.] Ideò enim subtrahit Dominus bonos Prophetas quia malus erat populus. *Ieron.*& *Sep.* habent. Et non est qui intelligat quare, scilicet, Dominus bonos subtrahit, sc. propter peccata eorum subtrahebat eis. Vnde subdit.

a A facie enim malitiæ collectus est Iustus] id est, propter malitiam eorum apertam. Vel, A facie malitiæ, id est, ne malitia, quam videt, mutet eum de bono in malum. *Sap.* 4. c. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius.

Al. Veniet. *Al. adulteræ.*

A a facie enim malitiæ collectus est Iustus. † b Veniat c pax: d requiescat in cubili suo, qui e ambulauit in f directione sua. g Vos autem h accedite huc filij i auguratricis, k semen † l adulteræ, & fornicariæ.

b Veniat pax] quasi dicat Propheta: Sic Iusti occiduntur, & quamdiu viuunt premuntur; sed veniet pax eis in morte, id est, quies ab huiusmodi tribulationibus. d Requiescat in cubili suo,] i. in loco quietis. e Qui ambulauit in directione sua, id est, qui cursum huius vitæ recto tramite peregit. Et dicit, sua, id est, sibi vtili. g Vos autem, &c.] Quasi dicat, Sancti moriuntur, & vos non compatimini: imò potiùs eorum irrisores estis. Sed illi, scilicet, boni sunt in quiete: Vos, autem, ò mali. *Secunda pars.*

h Accedite huc] id est, auscultate verba mea.

i Filij auguratricis, id est,] genere & imitatione auguratricis, id est, Iudaicæ Gentis, quæ & idola coluit, ad literam, & auguria seruauit, *suprà* 2. b. Augures habuerunt, vt Philistijm. k Semen adulteræ & fornicariæ. Gens illa dicitur adultera

A o qui Sanctos imitetur, ibi subtracti de medio malorum non immeritò creduntur. *Eccl.* 3. a. Tempus spargendi lapides, id est, mittendi Sanctos per mundum ad prædicandum quando, scilicet, proficiunt: & tempus colligendi ad remunerandum, quando iam non est, qui intelligat admonitiones eorum. Quando enim nullus est, qui operatur ad lumen: tunc extinguitur lumen, quia de nihilo seruit lucerna, quæ ardet, si nullus est, qui ad eam operetur: Similiter Dominus extinguit Sanctos, id est, de medio subtrahit per mortem, quando nullus eos imitatur. 1. *Reg.* 3. a. Eli non poterat videre lucernam Domini, antequam extingueretur: Ita vitam Sanctorum non consideramus, nisi post mortem, sed magis eorum doctrinæ, & vitæ inuidemus. Dicuntur autem viri misericordiæ, id est, digni misericordia, vel pleni misericordia, & gratia à Deo sibi collata, vel aliis ab eis impensa. *Eccl.* 44. b. Illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt. *Zach.* 4. d. Isti sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt Dominatori vniuersæ terræ. Colliguntur sicut lapis politus ad ædificium, vt dictum est. Item sicut messis matura ad horreum Sed hoc non intelligunt, nec attendunt, qui semper sunt immaturi. *Sap.* 3. b. Fructus eorum inutiles, & acerbi ad manducandum. Quare? Quia non sunt expositi Soli iustitiæ, qui oritur rectis corde. Hoc inquam tales non attendunt: Vnde subdit. Quia non est, qui intelligat. *Ier.* & *Sep.* habent. Et non est, qui intelligat, &c. Sed *Greg.* vt dictum est, ponit: Quia nó est, &c Non est, inquit, qui intelligat, quam pretiosa est mors Sanctorũ, quá fructuosa est collectio eorum: Sunt enim sicut messis matura, & ideo non est mirum, si eos paterfamilias colligit in horreũ suũ. Colliguntur autem in morte falce martyrij, vel alterius generis morte. *Cant.* 5. a. Messui myrrham meam cum aromatibus meis. Myrrham dicit propter Martyres, qui transeunt per amaritudinem martyrij. Aromata autem dicit propter Cõfessores. 4. *Reg.* 22. d. Colligam te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum. Mali etiam colliguntur, vel metuntur in malo, sicut stipula ad ignem. *Apoc.* 14. d. Mitte falcem tuam, & mete: quia venit hora, vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Messis malorum arescit: sed messis bonorum albescit. Vnde. *Ioh.* 4. e. Leuate oculos vestros, & videte regiones, quoniam albæ sunt iam ad messem. Colliguntur ergo boni in horreum; sed mali metuntur ad incendium: Et tamen non est, qui intelligat hoc: gloriam, scilicet, bonorum, & pœnam malorum. *Sap.* 5. a. Nos insensati vitam eorum æstimabamus insaniã, & finem illorum sine honore. Et *in eod.* 3. a. Æstimata est afflictio exitus eorum: & quod à nobis est iter exterminij, illi autem sunt in pace. Item. *Sap.* 4. c. Populi autem videntes, & non intelligentes nec ponẽtes in præcordiis talia. Deinde subdit Propheta causam, quare Iusti colliguntur. a A facie enim malitiæ collectus est Iustus.] Secundum *Ieron.* de Christo exponitur, id est, propter malitiam hominum, quorum ipse peccata portabat, mortuus est Christus, 1. *Petr.* 2. d. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati sumus à veteri cri- *Mysticè.*

mine, quod factum est per peccatum Adami, Vel, A facie malitiæ,] id est, vt mala sæculi iam ampliùs non videret.

b Veniat pax. Propheta precatur aduentum Christi considerans redemptionem humani generis, dicens: Veniat pax, id est, Christus; qui nos reconciliet Patri in sua Passione. *sup.* 53. b. Disciplina pacis nostræ super eum. d Et requiescat in cubili suo] id est, in gloria Patris in Resurrectione, vel Ascensione. e Qui ambulauit in directione sua] id est, rectitudinem omnimodam tenuit in mundana conuersatione. 1. *Petr.* 2. d. Qui peccatum non fecit, &c. Vel de quolibet iusto exponitur secundum *Greg.* a A facie enim malitiæ collectus est Iustus] id est, ne facies, id est, pœnitentia, vel instantia, vel intutius malitiæ mutaret eum. *Sap.* 4. a Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius, aut fictio deciperet animam eius, aperta, scilicet, malitia, vel fictio, id est, malitia sub specie pietatis palliata. Et est satis notabile verbum, quod dicit. A facie malitiæ collectus est Iustus: Sicut paterfamilias, qui habet fructus in loco hostili, & immunito, vbi sunt fures, tempestiuè eos colligit, ne rapiantur: ita Dñs suos citò de medio assumit, ne à Dæmonib. subuertãtur. *Mat.* 24. b. Nisi abbreuiati essẽt dies nõ fieret salua omnis caro. b Veniet] itaque ipsi iusto properãter de medio iniquitatum educto. c Pax] scil. æternitatis, qui hic tenuit pacẽ cõcordiæ, & charitatis. d Et requiescat in cubili suo] i. in mãsione æternę glorię, qui hic quieuit in cubili consciẽtiæ. e Qui ambulauit in directione sua] i. qui tortitudinẽ humanæ prauitatis non est secutus; sed ambulauit, i. permansit, siue perseuerauit. f In directione sua, i. quã incepit. Iuxta illud *sup.* 53. d. Voluntas Dñi in manu eius dirigetur. Sed multi ambulãt in tortitudine sua vana. Vndè *infr.* 59. b. Semitæ eorũ incuruatæ sunt eis. Quod est, quando homo bonũ incipit, & in principio intendit; & postmodũ ad aliud deflectit. Quod nõ faciebat *Iob.* qui dicebat 27. a. Iustificationẽ meã, quã cœpi tenere, non deserã: neque etiã reprehendit me cor meum in omni vita mea. Vel. e Qui ambulauit in directione sua] i. qui in vita tenuit, & in operatione rectitudinẽ suã, i. quã in mẽte tenẽdã proposuit. Fœlix est ille, qui sic viuit, qualiter viuẽdũ discernit, qui nec in iudicio boni fallitur, nec in exequendo, quod decreuerat, pigritatur. Et nota quod multiplex est cubile, in quo Iustus quiescit, nõ tamẽ in omnibus. *Aliter.*

Est enim cubile,
- Bonum
  - Gratię. De quo *Cãt.* 3. b. Tenui eũ, nec dimittã donec introducã eũ in domũ matris meę, & in cubiculũ genitricis meę.
  - Glorię. *Ps.* 49. Lętabũtur in cubilib' suis.
  - Ecclesiæ. *Luc.* 11. b. Pueri mei mecum sunt in cubili.
  - Conscientiæ. *Matt.* 6. a. Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum. *Sap.* 8. c. Intrans in domum meam conquiescam cum illa.
  - Terrę scil. sepulchrum. De quo *sup.* 26. d. Vade, popul' meus, intra cubicula tua.
- Malum scilicet culpæ.
  - Superbiæ, siue elationis. De quo *inf. eod.* b. Super montem excelsum, & sublimem posuisti cubile tuum.
  - Prosperitatis, vel abundantię terrenę: in quo quiescebat ille diues, de quo *Luc.* 12. c.
  - Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos, &c. *sup.* 35. c. In cubilibus, in quibus habitabant dracones, viror calami & iunci orietur, id est, in possessionibus diuitum fient claustra & religiones.
  - Carnis, vel carnalis concupiscentiæ. *Ps.* 131. Si ascendero in lectum strati mei. *Prou.* 7. c. Aspersi cubile meum myrrha & aloe & cinamomo.
  - Pœnę ęternę. De quo *Apoc.* 2. f Ecce ego

mittã eã in lectũ, & qui mœchantur cũ ea, in tribulatione magna erit. Hunc lectum descripsit *Isa. sup.* 14. c. Subter te sternetur tinea, & operimentũ tuũ erũt vermes. Sequitur. g Vos autẽ, &c.] Secundũ mysterium, posita collectione, & quiete Iusti, & Christi, & Discipulorũ eius, reuertitur Propheta ad obiurgationẽ Iudæorũ, qui Christo, & suis Martyribus irriserunt. Dicit ergo, Vos autem accedite huc, ad audiendum. i Filij, &c.] i. Synagogæ, quæ auguria seruauit. k Semen] genere & imitatione. l Adulteræ, &c.] i. à Deo recedentis, & diuersa idola colentis, sicut expositum est *sup. in prima lectura.* *Ezech.* 16. a. Radix tua & generatio tua de terra Chanaan Nota autem, quod anima auguratur, & adulteratur, & fornicatur sæpe recedens à Deo. Primò auguratur longam vitam, fortunam prosperam, fælicitatem continuam sibi promittendo, sicut diues Euangelicus, qui dicebat. *Luc.* 12. c. Destruam horrea mea, & *Anima sæpè auguratur, adulteratur, & fornicatur.*

maiora faciam, & illuc

a dicitur adultera post legem, quia tunc habuit Deum virum; fornicaria autẽ ante legem. *Ier.* 3.c. Mœchata es cum ligno & lapide. a Super quem lusistis] nisi, scilicet, super bonos? quasi dicat, inferiores estis & semper lusistis bonorum, & etiam Prophetarum. Vndè *Ier.* 20. b. Factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me.

b Super quem dilatastis os] multas irrisiones dicendo, vel ridendo de eis. Vel ad literam, quidã modus deridendi est. c Et eiecistis linguã.] Similiter est modus derisionis.

B

a Super quem lusistis? b super quem dilatastis os, c & eiecistis linguam? d Nunquid non vos filij e scelesti: f semen mendax? g Qui consolamini in Diis, h subter omne lignũ i frondosum, k immolantes paruulos in torrentib' l subter † imminentes petras, in m partib' torrẽtis pars tua;

Al. † eminentes.

d Nunquid non vos] estis, filij scelesti? quasi dicat, vos deridetis alios, sed vos digni estis irrisione.

f Semen mendax, quasi dicat, scelesti estis contra Deum peruersi, & mendaces vnusquisque ad proximum suum. Item scelesti in vita, mendaces in lingua. *Ier.* 8. c. Verè mendacium operatus est stylus mendax Scribarum. Et dicuntur semen mendax, quia degenerauerunt a bonis patribus. De quibus *Ier.* 2. d. Ego plantaui te vineam electam, omne semen verum.

g Qui consolamini in Diis alienis, i. habetis pro consolatione Deos alienos colere. Dicit ergo. Consolamini, i. delectamini. Et sicut dicit *Ierom. in originali*, hæc ad literam ad tempora Isaiæ referuntur.

i Subter omne lignum frondosum] consolamini, scilicet, i. delectamini: quia bona est vmbra ligni frondosi. *Ier.* 3. b. Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. *Ezech.* 20.e. Viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi victimas suas.

k Immolantes paruulos in torrentibus,] i. in locis amœnis, non tantum amœnitate nemorum, sed etiam fluuiorum. *Psalm.* 105. Immolauerunt filios suos, & filias suas Dæmoniis. Vndè *Osea* 13.a. Secundum aliam literam, immolate homines: vituli enim defecerunt, vbi nostra litera habet. His ipsi dicunt, immolate homines vitulos adorantes. l Subter imminentes vehementes petras, propter vmbram habendam.

m In partibus torrentis pars tua.] *Andreas.* Quasi sic A in diuersis locis

Mysticè. ciam, & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea: & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona reposita in annos plurimos, &c. Iste deceptus est in augurio suo. *Eccl.* 34. a. Auguria, mendacia & somnia malefacientium vanitas est: *sup.* 48.d. Stent, & saluent te augures cœli. *Io.* 2. d. Qui custodiunt vanitate, frustra misericordiam suam derelinquunt. Auguratur ergo anima sibi, vitam longam, & prosperam promittendo. Hoc est primũ. Secundo, sub tali vana fiducia adulteratur a vero sponso recedendo, & fornicatur cũ extraneis se ad creaturas conuertendo, vel adulteratur cum diabolo, & fornicatur cum diuersis vitiis. Item auguratrix, & adultera, & fornicaria est Ecclesia: quantum ad membra quædam. Auguratrix est in pseudo-Prophetis, id est, in malis Doctoribus, & Prælatis. Adultera est in malis Religiosis: quia illi specialiter Deo desponsati sunt in introitu Religionis, fornicaria est in sæcularibus malis. a Super quem lusistis] conspuendo faciem, barbam vellendo sicut dicitur, *sup.* 5.c. b Super quem

Ioan. 10.a. dilatastis os] clamantes: Crucifige, crucifige. *Psalm.* 72. Posuerunt in cœlum os suum. Item. Aperuerunt super me os suum, &c. c Et eiecistis linguam] dicentes: Samaritanus es tu, & Dæmonium habes. *Ioan.* 9. f. *Ier.* 9.a. Omnes adulteri sunt, & cœtus præuaricatorum, & extenderunt linguam suam, quasi arcum mendacij. Ad hanc quæstionem additur responsio, *sup.* 37.d. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem tuam, & leuasti altitudinem oculorum tuorum? ad Sanctum Israel. Nota tamen, quod hoc quærit, super quem? nec tamen determinat, quis sit ille, vt intelligatur, quod illi illuserunt, qui est omnia in omnibus; & ideò vno nomine determinari non potest. d Nunquid non vos] fecistis prædicta, qui estis. e Filij scelesti,] i. malitiosi filij diaboli *Ioan.* 8.f. Vos ex patre diabolo estis. f Semen mendax, quia filij diaboli, qui est Pater mendacij. *Ioan.* 8.f. Ipse mendax est, & pater eius. *sup.* 30. b. Populus ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces. Filij scelesti, in vita *sup.* 1.a. Semini nequam, filijs sceleratis. Semen mendax, in lingua, vel doctrina. Scelesti, in operatione: semen mendax, in locutione. Tales multi sunt, qui illudunt Christo: non enim tantùm Iudæi illuserunt, vel crucifixerunt, sed etiam Christiani. Vndè, *Hebr.* 6.a. Rursum crucifigentes filium Dei in

semetipsis, & ostentui habentes. g Qui, &c.] i. delectamini. h In diis,] i. in peccatis, & diuitiis. Quia sicut dicit *Aug.* quòd quisque suprà Deum diligit, hoc sibi Deum constituit. *Luc.* 6.d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram, in futuro autem damnationem. In quo habent diuites consolationem? In diis suis, & diuitiis. Sunt autem plures dij hominum. De quibus dicitur 3. *Reg.* 11. a. Colebat Salomon Astarthem Deum Sydoniorum, & Chamos Deum Moabitarum, & Moloch idolum Ammonitarum. Per Astarthen, quæ interpretatur plasmationis superfluitas, significatur concupiscentia carnis, quæ semper quærit superflua. Ista est Dea Sydoniorum, i. venatorum, i. luxuriosorum, qui semper venantur in omnibus rebus suas delectationes, dicentes illud *Sap.* 2. b. Vbique relinquamus signa lætitiæ: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Per Chamos, qui interpretatur congregans, significatur auaritia, quæ omnia vult congregare. Ille est Deus Moabitarum. Moab interpretatur ex patre, & maximè illud peccatum trahitur à parentibus. Si enim pater alicuius fuerit fornicator, vel superbus: sæpe contingit, quòd filius est castus & humilis: sed si fuerit auarus, raptor, vsurarius: sicut succedit ei filius in hæreditate, ita & in iniquitate. Vsurarius enim est, sicut pater ei', si tenet hæreditatem, quam pater ex vsuris acquisiuit. *Prou.* 16 b. Domus, & diuitiæ dantur à parentibus. Et sicut hæreditas, ita & iniquitas à filiis frequenter possidetur. Per Moloch, qui interpretatur Rex, significatur superbia, qua homo vult regnare, & dominari aliis. Iste est Deus Ammonitarum. Ammonitæ enim interpretantur comprimentes. Inter superbos enim semper est compressio: quia semper quærunt locum sublimiorem, qui vnus est; & tamen multi ambientes: & ideò in vno loco sedere non possunt, nisi compressi. De istis tribus sequitur Subter omne lignum frondosum] quantũ ad auaros. k Immolantes paruulos in torrentibus] quantum ad luxuriosos. l Subter imminentes petras,] i. dignitates, quantum ad superbos. Notandum enim, quòd dicit lignum frondosum. Lignum fructuosum est Christus. Est enim lignum vitæ, per singulos menses afferens fructus suos, vt dicitur *Ezech.* 47. Et *Apoc. vlt.* a. Sed lignum frondosum est mundus. Habet enim mundus folia, i. verborum blandimenta, sed non fructus, i. charitatis opera. Frondes autem promittunt fructũ tricesimum, & centesimũ; sed nõ sunt fructus: sic mundus promittit copiam, & abundantiã in se, cùm tamẽ omnino sit ab omni copia alienus. Sub vmbra istius ligni decepti auari requiescunt, i. sub fiducia mundi. *Ier.* 3.b. Sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. Frondoso dicitur, nõ fructuoso, & ideò obnoxiũ est maledicto. *Matth.* 21.b. Manè autem reuertẽs in ciuitatẽ esuriit: & videns fici arborẽ secus viã, venit ad eã, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te nascatur fructus in sempiternum. k Immolantes, &c.] i. in voluptatibus carnis submersi subditos suos, vel alios suo exẽplo malo corrũpunt ad idẽ eos trahẽtes, & in ipsis fluminibus voluptatũ submergẽtes, vel ipsos scandalizãtes. Et dicit, paruulos. Paruuli etiã scandalizãtur, vt *Mat.* 18.a Nã dicit Apost. 1 *Cor.* 14.d. Nolite pueri effici sẽsibus, sed malitia paruuli estote. Vel paruulos, i. opera bona & proposita, quæ extinguuntur in voluptate carnis. Ignis etiã est vsq; ad consumptionem deuorãs, & omnia eradicãs genimina, vt dicitur, *Iob* 31.b. Voluptas dicitur ignis: quia omnia corrumpit, & vertit in suã naturã. Dicitur torrens, quia citò trãsit, *Iob* 6 c. Fratres mei præterierũt me, quasi torrẽs raptim pertransiens. Hoc dicit, quia sic transit amicitia sæcularis, sicut torrens, i. sicut voluptas carnis, vel prosperitas mundialis: quia quandiu est homo deliciis & diuitiis deditus, tandiu habet fratres. Mel enim muscæ, lupi cadauera sequuntur: & prædicta similiter sequitur turba nõ hominẽ, vt dicit, *Sen.* Est autem quidã bonus torrens, qui nõ siccatur, sc. voluptas, nõ carnalis, sed spiritualis. De quo, *Ps.* 35. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. *Ezec.* 47.b. Omnia, ad quæ venerit torrens, viuent. l Subter, &c.] Hoc est tertiũ, quod spectat ad superbos. Imminẽtes. n. petræ sunt dignitatũ eminentiæ. Subter ergo imminẽtes petras paruulos immolãt, qui in culmine dignitatũ cõstituti, eos qui subter sunt, i. subditos suos suo prauo exẽplo, nõ Deo, sed diabolo, nõ cõsecrantsed prophanant: cũ potiùs deberẽt eos Deo cõsecrare, quã Dæmonibus prophanare, velut Petro dictũ est. *Act.* 10 b. Macta, & manduca. m In partibus, &c.] Torrens, i. mundana prosperitas, quæ transit sicut torrens, vt dicitur. 1. *Ioan.* 2.c. Transit mundus, & concupiscentia eius, habet tres partes; cupiditatem, voluptatem, & vanitatem quidquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, &c. In his tribus partibus est pars malorum: quia nõ reputant alium esse Paradisum, quàm mundanũ. Sed ista pars citò eis surripietur, quia & ipsi, & partes eorũ subitò peribunt. Vndè *Osea* 5 b Nunc, i. citò, vel subitò, deuorauit eos mensis cum partibus suis

o id est, ipsi, & partes eorum

hæc est *a* sors tua. Et *b* ipsis *c* effudisti libamen, *d* obtulisti sacrificium. *e* Nunquid super hic non *f* indignabor? *g* Super montem excelsum, & sublimem *h* posuisti cubile tuum, & *i* illuc ascendisti, vt *k* immolares hostias: Et post *l* ostium, & retro postem *m* posuisti memoriale tuum. Quia *n* iuxta me *o* discooperuisti te, & *p* suscepisti adulterum. *q* Dilatasti cubile tuum & *r* pepigisti cum eis † fœdus. *s* Dilexisti stratum eorum *t* manu

¶. non habet † fœdus.

in diuersis locis, & partibus torrentium conuersaris ac si ibi esset portio tua, & hæreditas tua. *a* Hæc est sors tua,] scilicet, commorari in torrentium partibus: vel idolorum cultus quæ colis in talibus locis. Vel. In partibus, &c. q. d. tu modò eligis torrentes ad peccandum, sed ego dabo tibi in captiuitate locum torrentium in Babylone, scilicet, vbi est copia fluminũ, q. d. in torrentibus peccasti, & in torrentibus manens punieris. *Sap.* 11. c. Per quæ peccat homo, per hæc & torquetur. *b* Et ipsis] diis, scilicet, de quibus *sup.* dixit: Qui consolamini in Diis. *c* Effudisti libamen] vinum, & oleum, & huiusmodi liquamina. De quibus *Num.* 15. d. Obtulisti sacrificium] *Gloss.* panis victima, & huiusmodi: Ita dicit *Gloss.* tamen oblatio propriè dicitur panum: & victima animalium dicitur sacrificium. Cùm ergo feceris talia. *e* Nunquid super his peccatis tuis. *f* Non indignabor,] i. iudicabo? q. d. Imò *Ierem.* 5. c. & 9. c. Nunquid super his non visitabo, dicit Dñs, & in gente huiusmodi non vlciscetur anima mea? quasi dicat. Imò meritò indignabor. Quia. *g* Super montem, &c.] i. ibi luxuriam tuam explesti tam spiritualem quam corporalem. Ad litteram enim ita erat, quòd idololatra in eis nutriebat luxuriam suam, per opportunitatem locorum, in quibus colebant idola sua: & ideò loquitur eis ad modum meretricis. *Sap.* 14. b. Initium fornicationis est exquisitio idolorum. *i* Et illuc, &c.] scilicet, ad montes. *k* Vt immolares hostias] idolis. Et non solùm in montibus adorasti idola, sed. *l* Et post ostium, &c.] vt scilicet, ingrediens, & egrediens videres idolum tuum, & adorares. Vel sicut dicit *Ieron.* habebant quoddam idolum, sicut & Romani habebant tempore Ieron. vt ipse dicit, quod dicebatur simulacrum tutelæ, quod ponebatur post ostium in tuitione domorum.

m Posuisti, &c.] i. idolum tuum in memoria habendum in generationem sempiternam. Vel etiam per hoc notatur, quòd post ostium templi in ipso templo posuerunt idola, sicut dicitur *Ierem.* 7. g. Posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt pollueren eam. Et in *Ezech.* 8. Habetur satis de hoc. *n* Quia iuxta me, &c.] Loquitur per Metaphoram adulteræ. Et nota, quòd supra arguit plebem illam, quasi meretricem in campis, & nemoribus & torrentibus peccantem: hic autem, quasi adulteram, non iam in campis; sed in thalamo, & thoro mariti adulterum recipientem. Vndè sicut dicit *Ieron.* per hoc innuit quòd etiam in templo, quod erat, quasi thalamus Dei, idolum Baal posuerunt. Continuatur autem sic ad præcedens. Dixerat: Nunquid non indignabor? Et respondet, imò quia iuxta me, &c. Vel sic continua. Sic peccasti, vt dictum est quasi meretrix, & etiam plùs. Quia iuxta me, i. dum iuxta me esses, vel videbaris esse per specialem cultum. *o* Discooperuisti te] adultero. *p* Et suscepisti, &c. diabolum, vel idola cultum. Et non solùm discooperuisti; sed etiam. *q* Dilatasti, &c.] vt susciperes adulterum in eo. Et in hoc seruat Metaphorã meretricis, quæ stratum dilatat. Et dicit: Dilatasti, quia diuersa idola colebant, & multa. *r* Et pepigisti, &c. *Ier.* 1. fecisti pactum quasi dotis instrumentum conficiens cum adulteris.

s Dilexisti stratum eorum,] i. multum placuit tibi cubile adulterorum, i. cultus idolorum. Et hoc etiam. *t* Manu aperta,] i. opere euidenti, & manifesto, quasi manifestè idola coluisti, & tota libertate peccasti. Vel etiam secundum *Ieron.* Manu aperta, ad accipiendum, vel potiùs ad dandum; cum tamen aliis meretricibus dentur mercedes. *Ezech.* 15. d. Omnibus meretricibus dantur mercedes; tu autem dedisti mercedem cunctis amatoribus tuis: factumque est in te contra consuetudinẽ mulierem in fornicationibus tuis. Et

Mysticè. ⊕ i. ipsi & partes eorum perdentur, & deuorabuntur in vno mense, i. in morte quæ dicitur mensis, i. defectus. Vel mensis est defectus, & egestas Inferni: quæ tanta est, vt nec guttam aquæ habere possit, i. modicum, & tenuissimum momentum solatij, vt dicitur *Luc.* 16. f. Ibi contereur cum delinquente delictum, i. peccator cum sua voluptate, vel parte: vel pars cum suo possessore, vt dicitur *Eccl.* 27. a. *a* Hæc est, &c.] Idem dicitur *Ier.* 13. d. Hæc est sors tua, parsq; mensuræ tuæ. *Sap.* 2. b. Vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc pars nostra, & hæc est sors nostra. Mali quicquid habent, quocunq; modo habeant, vocant sortem: quia totum reputant, quasi inuentum, dummodo habeant. Sed sine dubio dura ratio exigetur ab eis de omnibus bonis sibi à Deo collatis tam temporalibus, quã spiritualib⁹, quam etiã naturalibus. *Luc.* 16. a. Redde rationẽ villicationis tuæ. *b* Et ipsis,] sc. Diis prædictis. *c* Effudisti libamen] mentis, sc. amorem. Per amorẽ. n. loquitur cor idolo, i. ei amatæ. *d* Obtulisti sacrificium,] i. corporis ministerium, & operationem, sicut diabolus, vel peccatum habet totum cor. sc. & corpus, i. affectionẽ, & operationem: quæ omnia homo expendit in peccato, totum subtrahens vero Dño, scil. Deo vno & viuo; cum tamen scriptum sit *Deut* 6. a. Diliges Dñm Deum tuum ex toto corde tuo, &c. quod est primum mandatum, & maximum: *Matth.* 22. Cùm ergo, quod debitum est Deo, ei subtrahatur, bene consequenter adiungitur. *e* Nunquid soper his, &c. q. d. imò indignabor, quia hoc vestra malitia exigit. *sup.* 27. a. Indignatio non est mihi, *Gl. ibi*, quasi toties irritatus non indignabor? *Ier.* 5. c. & 9. c. Nunquid super his nõ visitabo, dicit Dñs, aut in gẽte huiusmodi non vlciscetur anima mea? Et meritò indignabor. Quia *g* Super montẽ, &c.] i. in eminentia dignitatum. *h* Posuisti, &c.] i. delectationes tuas in dignitatibus statuisti, & in honoribus similis diabolo, qui dicit *sup.* 14. d. Ascendam, in cœlum, super sidera cœli exaltabo solium meum. Vel per montẽ superbia, siue altitudo intelligitur potestatis. Per cubile autẽ intelligitur lasciuia carnis. Super montem ergo excelsum cubile ponit, qui concupiscentias carnales exercet positus in dignitate. Ad hoc. n. desiderant Episcopatos, & honores, vt otientur, & delectẽtur; cũ tamen dicat Apostolus. 1. *Tim.* 3. a. Qui Episcopatũ desiderat, bonũ opus desiderat. Opus dicit non otiũ: laborẽ, non quietẽ: angustiã, nõ lasciuiã. *i* Et illuc ascẽdisti,] i. in montẽ prælationis scandendo per gradus, siue scalã consanguinitatis; cum tamẽ scriptum sit: Non ascendes per gradus ad altare meũ: Vel rependo manibus obsequiorũ, & pedibus ad literã: quia vadunt Romã, vt habeant præbenda, & beneficia, & prælationes. *Bern.* Sequuntur, obsequuntur, repunt manibus, & pedibus, si quomodo tandẽ se intrudere valeant in patrimoniũ Crucifixi. *k* Vt immolares hostias,] i. animas subditorum diabolo victimares. Has victimas non solùm non in cœlum eleuant; sed in infernum deprimunt. Vndè *Osea* 5. a. Audite hęc Sacerdotes: & attendite, domus Israel: & domus Regis, auscultate: quia vobis, &c. & sicut rete expansum super Thabor, &c. Thabor ibi interpretatur lumen veniens: & significat dignitatem, vnde deberet lumen vitæ bonæ, & doctrinæ venire: ibi extenduntur retia cupiditatis, vt animæ capiantur, & in profundum Inferni, vel peccati demergantur. *l* Et post ostium, & retro posuisti memoriale tuum,] i. peccatum, quod habebas in memoria in angulo cordis tui posuisti, vt scil. lateret post ostium cordis, & retro postem, i. in angulo, siue in occulto cordis tenuisti peccatum, vt non per ostium exeat, i. per confessionẽ. *n* Qoia iuxta. &c.] Hic notantur sex, quæ notantur per quadrum lapidem, *Thr.* 3. b. Vbi dicitur: Conclusit vias meas lapidibus quadris, &c. i. peccatis consummatis. Lapis enim quadratus habet sex latera, & in sex consistit consummatio peccati, quæ sunt consensus malus, opus, consuetudo peccati, publicatio peccati, gloria de peccato, adinuentio in peccatis. Ista sex notantur hic. Primũ cum dicitur: Iuxta me discooperuisti te,] i. te denudasti ab indumẽto gratiæ per consensum peccati: De quo indumento dicitur *Apoc.* 16. c. Beatus, qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. *p* Et suscepisti, &c.] Sic enim suscipitur diabolus, cùm Deus excluditur per consensum peccati contrã quod dicit Apost. *Eph.* 4. f. Nolite locum dare diabolo. Secundum notatur, *ibi.* *q* Dilatasti cubile tuum,] i. mentis conceptionem, & consensum in operationem extendisti; & sic diabolo cubile quietis amplíasti. Vel aliter. Cubile cordis sui dilatat anima quæ Christum simul; & diabolum vult in mentem suam recipere. Sed nullatenus fieri potest: Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat, *sup.* 28. e. Tertium est consuetudo peccati, de qua subditur. *r* Et pepigisti cum eis fœdus,] in consuetudine, scil. Tunc. n. conformatur pactum peccati inter hominem, & diabolum *sup.* 28. d. Pepigimus fœdus cum morte, & cum Inferno fecimus pactum. Quartum notatur, *ibi.* *s* Dilexisti stratum eorum manu aperta. Ecce publica operatio peccati. Stratum. n. diaboli diligit anima manu aperta, quando cũ eo mœchari desiderans factionẽ suã illi pandit, non expectans, vt ei mala ille priùs suggerat; sed omnẽ suggestionẽ eius præueniẽs malis actibus: & sic suggestiones ei⁹ parata suscipere,

a vribus tuis. a Et ornasti te,&c.] i. varia ornamenta quæsisti, non solùm colore splendentia, sed vnguentorum,& pigmentorum diuersitate redolentia, vt non solùm visu; sed & odore adulteros prouocares. *Ier. in originali*, dicit sic. Quod dicitur, ornasti te regio vnguento, dupliciter intelligatur; aut Regi Deo, dum his ornaris, quæ ille dederat, & idolis prostitueras, aut certè Regi idolo Ammonitarum, qui appellatur Moloch & in nostra lingua Regem sonat. Quem iuxta *Septuaginta*, in

Al. † *Regi.*

aperta, a & ornasti † regio b vnguento, c & multiplicasti pigmenta tua. Misisti d legatos tuos procul, & e humiliata es vsque f ad inferos: In g multitudine viæ tuæ h laborasti; non i dixisti quiescam. k Viá manus tuæ inuenisti, l propterea non rogasti.

Quarta pars. alijs locis Melchom legimus. b Vnguento] vt niteres visu. c Et multiplicasti pigmenta tua; vt odore attraheres, non solùm visu. d Misisti Legatos,&c.] in Ægyptum, scilicet, & Babylonem, vt non solùm in vicinarum Gentium idolis; sed etiam in longè positarum haberes studium fornicandi. Dicit ergo: Misisti Legatos tuos, id est, nuncios velociter currentes, vt tibi afferrent Deos de longinquis nationibus procul. *Ieron.* Deos Babylonios, & & Ægyptios significat.

2. Reg. 13. c. e Et humiliata es,] id est, prostituta, & vilificata, sicut dicitur, quod Amnon humiliauit Thamar. f Vsque ad inferos] *Ieron.* de culmine castitatis, in baratrum libidinis.

g In multitudine viæ tuæ,] id est, actiones tuæ.

h Laborasti] sine fructu, quasi dicat, multum laborem habuisti in seruiendo idolis diuersis. Vel ad litteram, multum laborasti, multiplicando vias per Legatos tuos, quos misisti, vt idola tibi afferrent aliarum nationum. Et licet magnus tibi esset labor; tamen. i Non dixisti,&c.] id est,

Quinta pars. cessabo a vitiis meis pessimis. Et tandem. k Viam manus tuæ. &c. id est, omnia venerunt tibi ad manum, sicut voluisti & omnibus abundasti, quæ optasti. l Propterea,&c.] me, quia scil. omnia succedebant tibi ab votum: & ideò

A me neglexisti. Pro quo

Mysticè. ⊖ parata suscipere, non iam in peccato suo erubescens, nec fornicationis suæ turpitudinem abscondens, sed tota libertate peccaos. Sequitur de quinto, sc. de gloria peccati.

a Et ornasti te, &c.] i. ad placandum diabolo te ornasti, & vnxisti vnguento superbiæ, quod est, quando quis gloriatur de peccato suo, & de superbia inanis gloriæ vt inde niteat. *Prou.* 2. c. Qui lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Et nota quòd multi vncti sunt Christi. De quibus. *Psalm.* 104. Nolite tangere Christos meos, *Esther.* 2. b. Sex mensibus vngebantur oleo myrtino, & alijs sex quibusdam pigmentis. Sunt etiam vncti diaboli, Sacerdotes, scilicet, eius,& pugiles,& Reges, qui ab eo regnant, & vxores eius tot enim genera hominum solent vngi. Sacerdotes diaboli sunt auari, qui vnguntur in manibus, sicut Sacerdotes vnguento quodam, vnò potiùs glutino auaritiæ. Quòd autē sit auaritia glutinum, siue viscus, dicit *B. Aug.* Amor temporalium viscus est spiritualium pennarum. Pugiles diaboli sunt, qui pro diabolo pugnant, defensores, scilicet, sui, vel alieni peccati, & impugnatores boni tam in se, quam in alijs, cùm tamen dicatur. *Prou.* 3. d. Noli prohibere benefacere eum, qui potest: si vales & ipse benefac. Isti similiter vncti sunt, vt promptiores sint in bello vnguento inanis gloriæ, & laudis humanæ, quia sicut dicit. *Psalm.* 9. Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Hoc est oleum Ægypti, de quo dicit Propheta. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Reges autem diaboli sunt superbi, qui vnguento excellentiæ, & superbiæ vncti sunt, de quo loquitur hic. Ornasti te regio vnguento, i. diabolico, quod est superbia. Vxores diaboli sunt molles,& effœminati, luxurijs,& delicijs dediti, vncti vnguentis concupiscentiæ carnalis. Vnde *Sap.* 2. b. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus.

c Et multiplicasti, &c.] Ecce sextum, scilicet adinuentio peccatorum. Multiplicare enim pigmenta, est adinuenire peccata,& delicta noua; & hoc est maximum peccatum, quia non sufficit homini ire communi via in Infernum, sed adinuenit sibi semitam, vt breuiùs, & rectiùs vadat in Infernum. *Psalm.* 27. Da illis secundùm opera eorum,& secundùm nequitiam adinuentionum ipsorum, i. damna eos pro merito communium peccatorum, & singularium. Ista ergo pigmenta sunt venenata,& sunt pigmenta damnationis. Sed pigmenta suauitatis spiritualis, sunt adinuentiones bonorum spiritualium,& studia delectationum cœlestium. De quibus *Eccl.* 38. a. Vnguentarius conficiet pigmenta suauitatis. Et *sup.* 3. b. Dicite iusto: quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Sequitur. d Misisti Legatos tuos procul. Legatos procul mittit ad amatores suos anima, dum suæ prauitatis famam longè porrigens, malignos Spiritus ad se inuitat. Vel Legatos, i. cogitationes, & affectiones mittimus procul a nobis, vel à Deo dum Deum, qui non longe est ab vnoquoque nostrum, deserimus,& extra nosmetipsos per exteriora euagamur. *Psalm.* 93. Dñs scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt, i. vanitatem sequentes. Illud etiam verbum posset dici de Ecclesia, quæ mittit Legatos suos ad remotas partes propter idola, i. propter pecuniarum lucra. Nam auaritia idololatria est: ergo lucrum est idolum. *B. Bern.* Tunc redeunt, lætantur quid autem boni fecerint, nihil audiuimus: forsitan audiuissemus, nisi præ auro Hispaniæ salus populi valuisset. *sup.* 18. a. Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumen Æthiopiæ, quę mittit in mari Legatos suos, & in vasis papyreis super aquas. De bono Legato. *Prou.* 13. c. Legatus fidelis sanitas. Item *Prou.* 25. b. Sicut frigus niuis in die messis, ita Legatus fidelis, qui a refrigerat. Constat ergo cùm legatus non sanat, vel refrigerat, non est fidelis: quia quærit quæ sua sunt, non quæ Domini sui, i. Christi. *Phil.* 2 c. Omnes, quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi, Subditur autem de duplici fine peccati. e Et humiliata es,] i. vilificata per culpam adulterij. f Vsque ad Inferos,] i. vsque ad interitum pœnæ æternæ. Ecce finis peccati post vitam *Rom.* 6. d. Stipendia peccati mors. Sed quia peccatum,& in præsenti inducit angustiam. Subditur. g In multitudine, &c.] Ecce finis in hac vita, sc. labor corporis,& angustia cordis Dicit ergo. e Humiliata es,&c.] i. vsque ad finem vitæ perseuerasti in malo. Vnde *Iob* 24. c. Ad nimium calorem transibit ab aquis niuium, i. de vno peccato trahetur ad alterum. Et vsque ad Inferos peccatum illius, quia peccare non desistit, donec ad Infernum descendat, i. vitam hanc pessime finiat. Vel, Vsque ad Inferos mens humiliatur, dum peccato vsque adeò inclinatur, vt in mala voluntate par sit Dæmonibus *Ezech.* 16. f. Pene sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis. g In multitudine viæ tuæ, i. in multitudine, & varietate operationis tuæ. h Laborasti,] quia non illum, qui est plana, & vna via tenuisti, qui dicit *Ioan.* 14. a. Ego sum via, &c. Sed diuersas, & duras vias ambulasti, ideò laborasti. Vndè *Sap.* 5. b. Lassati sumus in via iniquitatis,& perditionis. *Ierem.* 1. b. Vt inique agerent laborauerunt *Eccl.* 10. c. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in vrbem pergere *Eccl.* 21. b. Via peccantiū complantata lapidibus,& in fine illorum inferi, & tenebræ,& pœnæ. Ecce quod in peccato est afflictio in præsenti,& in futuro æterna dānatio. Et dicit in multitudine, non in vnitate. In multitudine enim est distractio, ideò dicitur. *Eccl.* 11. b. Fili, ne in multis sint actus tui. *Ec.* 29. e. Qui conatur multa agere, incidet in iudicium In vnitate autem est pax & iocunditas. Propter hoc dicit *Psalm.* 24. Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. *Gl.* ideò non per multa distractus. i Non dixisti, &c.] q. d. in illis laboribus potes frangi, vt à mūdanis actionibus quiescas, & à prauis operationib⁹. *Eccl.* 21. a. Fili, peccasti, ne adijcias iterum. *sup.* 30. b. Clamaui super hoc, superbia tantum est, quiesce. *Gen.* 4 a. Secundum aliam literam dicitur ad Cain. Nonne si rectè offerans, rectè autem non diuidas, peccasti? quiesce ad te conuersio eius. *Amb.* 4. e. Ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras, & non reduistis ad me, dicit Dñs (q. d. mirum est, quòd peccatum tam fœtidum est & tamen non vultis illud deserere. k Viam manus,&c.] i. viam operationis tuæ & exitum, i. quæ voluisti agere, potuisti. Vel, i. omnia venerunt tibi prospera, omnis scilicet abundantia,& prosperitas. Et est modus loquendi, sicut cùm dicitur, omnia veniunt mihi ad manum. Aliqui habent. Vitam manus tuæ inuenisti, licet *Ierom.* & alij Expositores non habeant huiusmodi literam, tamen secundum hoc est sensus, i. ex operibus tuis vitam te inuenisse reputasti, i. abundantiam. Sed ista vita non est vita, sed mors. Vndè *Luc.* 12. b. Non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his, quæ possidet. l Propterea, quia tibi prospera venerunt. m Non rogasti] me. Anima. n. intenta terrenæ multiplicationi, non potest esse intenta orationi. Propterea dicit Salomon. *Prou.* 30. b. Mendicitatē, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo,&c. Sed Dñs rogandus est in prosperitate etiam magis, quā in aduersitate, quia cū omnis fortuna timēda sit, magis timēda est prospera, quā aduersa. *sup.* 21. d. Venit mane,& nox: si quæritis, quærite, conuertimini, & venite. Si quæritis in nocte aduersitatis, quærite in die prosperitatis. Alioquin enim in extrema aduersitate, sc. in die iudicij non exaudientur, qui in prosperitate huius sæculi Deum contempserunt,& eum ad iracundiam nituntur prouocare. Vndè *Ierem.* 2. f.

⊖ Verterunt ad me

a me neglexisti. a Pro quo,] i. ideò, quia in diuitiis confidens me rogare noluisti.
b Sollicita timuisti,] q. d. quia non rogasti me ex corde, etsi fortè ex ore; sed idola in quibus confidebas: ideò dedi te in timorem hostium, & Deorum tuorum, & etiam dabo, quod iustum est.

a Pro quo b sollicita timuisti, quia c mentita es, & d mei non es recordata, e neque cogitasti in corde tuo: quia f ego tacens, g & quasi non videns, h & mei oblita es i Ego k annunciabo l iustitiam tuam, m & opera tua n non proderunt tibi. Cùm o clamaueris, p liberent te q congregati tui. Et r omnes eos f auferet ventus, t tollet aura. u Qui autem habet fiduciam mei, x hæreditabit terram;

c Quia mentita es.] Gloss. Hai. dicens: Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus. Exod. 19. b. Vel, C Mentita es. Ieron. quia si rogasti me aliquando ore; non tamen corde. d Et mei non es recordata,] qui multa bona tibi contuli, & etiam promisi dicens. Honora Dominum, & confortaberis, & absque eo nullum metuas. e Neque cogitasti in corde tuo] beneficium expectantis te, patientis.
f Quia ego tacens, &c.] q. d. ego tacui peccata tua, & quasi non videns dissimulatione neglexi; vt si non timore mei, saltem patientia mea redires; & tamen tu è contrà mei oblita es. i Ego] autem, qui diu tacui, tandem.
k Annunciabo,] i. omnibus publicabo. l Iustitiam tuam,] i. iniustitiam tuam. Simile Iob 2. c. Benedic Deo, & morere, i. maledic, ironicè, i. malitiam tuam apertè puniam. Ieron. Ironicè loquitur, velut sicut in scelestibus deprehenso dicatur. Vidè opera tua bona. Sic loquitur Iudex latroni. m Et opera,] i. idola, in quibus laborasti.
n Non proderunt tibi,] tempore captiuitatis. Ier. 2. Dij eorum non proderunt eis.
o Cùm clamaueris] oppressa, & obsessa ab hostibus.
p Liberent te] à periculo etiam malo.
q Congregati tui,] i. Dij ex diuersis, sc. Gentibus exquisiti. Deut. 32. c. Surgant, & opitulentur vobis, &c.
r Et omnes eos,] sc. Deos, & cultores eorum.
f Auferet ventus,] i. hostium impetus de terra sua.
t Tollet aura] idem est; sed repetitio firmitatis indicium est. Aliter tamen exponunt hoc Iudæi, vt dicit Ieron. de Chaldæis, sc. hostibus eorum. Incipit ibi de prosperitate Iudæorum, cùm dicit. r Et omnes eos,] i. hostes vestros, scilicet, Chaldæos. f Auferet ventus,] i. Medorum & Persarum exercitus subitò, & impetuosè eis superueniens. t Tollet aura] idem est. u Qui autem, &c.] i.
Sexta pars. in me. x Hæreditabit terram,] quasi dicat, Chaldæis destructis virtute Dei, populus meus redibit in Iudæam, & hæreditabit vrbem Ierusalem, & immobiliter tenebit eã,

Δ Et possidebit montem

Mysticè. Θ Verterunt ad me tergum, & non faciem: & in tempore afflictionis suæ dicent: surge, & libera nos.
a Pro,] i. tunc inuocabunt me, & non exaudiam, Pro quo, i. ideò, quia non rogasti. b Sollicita timuisti,] quasi dicat, quia in prosperitate me non rogasti confisa in diuitiis tuis, induxi te in solitudinem timoris. Cùm enim venerit calamitas, timebis sollicita pro diuitiis custodien-
Psalm. 117. dis. Non enim poteris dicere: Dominus mihi adiutor & ego despiciam inimicos meos. Vel sic lege. Non rogasti me de eo. a Pro quo sollicita timuisti,] i. de diuitiis tuis conseruandis, quas timuisti perdere, non rogasti me. Et benè dicit sollicita. Diuitiæ enim sollicitudinem, & timorem incutiunt. Vndè Iob 15. c. Sonitus terroris semper in auribus eius: & cùm pax sit, ipse insidias suspicatur. Item Prou. 28. a. Fugit impius nemine persequente, i. semper est pauidus. Nam sicut dicit August. qui timet Deum, omnia timent eum; qui verò Deum non timet, omnia timet Vel de eo non rogat, pro quo sollicita metuit: quia licet æternæ pœnæ supplicium formidet, non tamen ex corde precatur, vt euadat illud, dum à prauitatibus suis conuerti recusat. Sequitur.
c Quia mentita es,] q. d. meritò inducam te in statum timoris: quia mentita es mihi in votis tuis, & promissis.
d Et mei non, &c.] in beneficiis tibi à me collatis.
e Neque cogitasti, &c.] de comminationibus meis, & suppliciis futuris. Et hoc. f Quia ego tacens, &c.] q. d. ideò non cogitasti de pœna peccati, quia patiens, & dissimulans tacui, & indulsi tibi: & ita abusa es patientia mea, sup. 26. c. Indulsisti, Dñe Genti, indulsisti Genti, nunquid glorificatus es? q. d. non. Ier. 3. Pro verbis pœnitentiæ, verbis superbiæ blasphemasti. Et nota triplex vinculum, quod hic Dñs improperat nobis rupisse. Votum, sc. promissum, cùm dicit: Mentita es. Beneficium collatum, quod deberet nos ligare per amorem, cùm dicit: Et mei nõ es recordata. Item supplicium paratum, quod deberet ligare nos, imò etiam configere carnes nostras per timorem, cùm dicit: Neque cogitasti, &c. meam, scil. seueritatem. Quare non cogitasti? Quia, scil. Ego tacens, i. parcens. Punitio enim est diuina locutio quodammodo.
g Et quasi non videns,] i. quia arbitraris me non videre culpam, ideò non times incurrere pœnã. Vndè subdit.
h Et mei oblita es,] mei, sc. cui te deuouisti, cuius beneficia recepisti, cuius postmodum experieris supplicia, quæ diuitias bonitatis meæ & longanimitatis & patientiæ contempsisti. Rom. 2. An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit, i. adducere cupit? Sap. 11. b. Dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Sed tu ingrata mei oblita es. Ier. 13. d. Mei oblita es confisa in mendacio. Sed. i Ego annunciabo iustitiam tuam.] Ironicè loquitur, i. iniustitiam tuam manifestabo in iudicio, quando dicam. Esuriui, & non dedisti mihi manducare. Matth. 25. d. Vel, Iustitiam tuam, quantum ad opinionem tuam. Psalm. 74. Cùm accepero tempus ego iustitias iudicabo, iustitias, scilicet, opinatas, vel etiam iusta opera discutientur, i. in iustis operibus intentio discutietur.
m Et opera tua] mala. n Non proderunt tibi] Litote est, i. nocebunt tibi te accusantia. Sap. 4. b. Ex iniquis omnes filij, qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua, i. in iudicio, quando Dominus etiam interrogabit cogitationes hominum, sicut dicitur Sap. 1. c. In cogitationes impij interrogatio erit. Tunc filij iniquorum, i. affectiones & opera malorum, testes erunt contra parentes, i. contra suos actores. Ier. 7. b. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ambulare post Deos alienos, quos ignoratis. Vel.
m Opera tua,] i. diuitiæ quas congregasti, & ædificia, quæ exaltasti. n Non proderunt tibi,] i. in necessitate extrema. Prou. 11. a. Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. Soph. 1. d. Argentum eorum & aurum eorum non poterit eos liberare in die iræ Domini. Ieron. Reges ibi nudo latere palpitabunt: ibi non proderunt Aristoteli argutiæ suæ: ibi stultus Plato cum discipulis suis.
o Cùm clamaueris,] i. nummi tui, quos congregasti, & fecisti tibi Deos. Ier. 2. f. Vbi sunt Dij tui, quos fecisti tibi? Surgant, & liberent te. Deut. 32. c. Surgant, & opitulentur vobis, &c. Ezech. 8. g. Cùm clamauerint ad me magna voce, non exaudiam.
r Et omnes eos] Deos tuos, &c. quasi dicat, non liberabunt te Dij tui, in quibus habebas fiduciam, imò etiam omnes eos Deos tuos, i. nummos, vel quicquid plus Deo amasti. f Auferet ventus, &c.] i. aduersitas, quæ significatur per ventum, & auram: vel mors, vel diuina sententia tibi auferet omnem prosperitatem. Osea 13. d. Adducet Dominus ventum vrentem de deserto ascendentem, scil. febrem acutam, & siccabit venas eius, &c. u Qui autem, &c.] Postquam finem malorum prædixit, qui confidunt in diuitiis suis, subdit de bonis dicens: Qui autem habet fiduciam mei, i. in me, non se, vel in alia creatura. 2. Cor. 1. b. In nobisipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos. Heb. 2. c. Ego ero fidens in eum. Suprà 26. a. Sperastis in Domino in sæculis æternis. Iob 13. c. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Vel. Qui habet fiduciam mei] non meorum, i. qui meipsum sperat se habiturum in mercedem, non ista temporalia. Gen. 15. a. Ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Ier. 17. b. Benedictus vir, qui confidit in Domino: & erit Dominus fiducia eius. Signanter dicit: Erit Dominus fiducia eius, quod est, quando homo non sperat, nec quærit aliquid, nisi ipsum Dominum. Et ista spes non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Rom. 5. a. Sap. 3. a. Spes illorum immortalitate plena est. E contra spes malorum confundit, quia vacua est, vt dicitur Sap. 3. c. Vacua est spes illorum, & labores sine fructu. Vndè sup. 32. c. Conturbemini confidentes. x Hæreditabit terram,] viuentium, i. immobiliter, & immutabiliter possidebit æternam hæreditatem, siue beatitudinẽ, vt dicitur Iosue 1. a. Omnem locum, quem calcauerit pes vester, vester erit. Pes, i. spes. Rom. 8. e. Spe salui facti sumus. Et nota, quòd est multiplex hæreditas. Est enim hæreditas Christi. Heb. 1. b. Differentius præ illis nomen hæreditauit. Multiplex hæreditas.
Itẽ est hæreditas cuiuslibet Clerici. Ps. 17. Dñs pars hæreditatis meæ, &c. Itẽ est hæreditas Iusti Ps. 36. Iusti hæreditabunt terram, & inhabitabunt in sæculum sæculi super eã. Itẽ Pr. 2. d. Qui recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. Itẽ est hæreditas peccatoris. Ecc. 10. b.

Θ Homo cùm mortuus

A a Et possidebit montem, &c.] id est, Sion, in quo est templum. b Et dicam.] Gloss. Cyro, & Principibus eius. c Viam facite, &c.] Gloss. i. populo meo licentiam repatriandi date. e Declinate de semita,] i. non impediatis semitam eorum. g Auferte offendicula, &c.] vt liberè possint redire in terram suam. Hæc plana sunt, & ideò trāscurrēda sunt potiùs, quàm explananda. h Quia hæc dicit,] quasi dicat, Propheta, prædicta dixi, nō ex me, nec ex mea auctoritate; sed ex parte Domini, & in persona eius. Et hoc est. Quia hæc dicit Dñs, vt non dubitetis de hoc, hæc sc. prædicta, & sequentia. Et vt meliùs credatur, ostendit potentiæ eius magnitudinem, & misericordiæ benignitatem dicens de Domino: i Excelsus] super omnes Gentes in mundo. k Et sublimis] super omnes spirituales creaturas in cœlo. l Habitans æternitatem,] vel secundum Ieron. Habitator æternitatis, quod idem est, id est, sine fine existens, & sine principio. Apocal. 1. b. m Et sanctum nomen, &c.] i. firmum est nomen eius in cœlo, vel in cœlestibus: quia ibi nominatur, & laudatur stabiliter, & immobiliter. o Et in sancto habitans,] i. in populo Iudaico, quem sibi specialiter dedicauit, & sanctificauit. p Et cum contrito, &c.] quia etsi peccauerit populus suus Israel; tamen si pœnituerit, & cor contritum ei obtulerit, & humilem spiritum, Dominus eum non deseret. Habitans, dico, cum contrito humili spiritu, ad hoc.

Al. non habet † Dominus.

D

& a possidebit montem sanctum meum. Et b dicam: Viam c facite, d præbete iter, e declinate f de semita, g auferte offendicula de via populi mei. h Quia hæc dicit † Dominus i excelsus, & k sublimis l habitans æternitatem: m & sanctum nomen eius in n excelso, & in sancto o habitans, & cum p contrito, & humili spiritu; q vt viuificet spiritum humilium & r viuificet cor contritorum. s Non enim in sempiternum litigabo, t neq; vsq;

q Vt viuificet, &c.] Hoc intelligunt Iudæi non de vita gratiæ, sed de vita prosperitatis terræ. s Non enim, &c.] Ieron. non habet enim, sed sic continuat. Dixerat supr. Hæc dicit Dominus, &c. modò ponit illa, quæ dicit Dominus, hæc scilicet. Non in sempiternum litigabo,] i. non diu vos obiurgabo, sed citò vobis pacificus ero t Neque vsque ad, &c.] i. vsq; ad omnimodam consumptioné

A vestram, quasi dicat, citò iram

Mysticè.

⊕ Homo cùm mortuus fuerit, hæreditabit bestias, serpentes, & vermes. Dicit ergo: Hæreditabit terram, etiam in præsenti per spem. a Et possidebit, &c.] In futuro, non spe, sed re. Dicitur autem æterna vita, mons, & terra. Terra enim dicitur pro stabilitate, & fertilitate, mons autem pro eminentia, & celsitudine. Vel sacra Scriptura secundum Ieron. dicitur terra, & mons, quam Dominus dicit auferendam a malis, & dandam promittit idoneis. Matth. 21. d. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur Genti facienti fructus eius. b Et dicam] ego Christus Apostolis, scil. & Doctoribus. c Viam facite] populo, bene prædicando. d Præbete iter] boni exempli bene operando. e Declinate de semita,] i. de arctitudine, & rigore disciplinæ, remittite. Vel de semita consiliorum impedimenta remouete, & descendite, i. condescendite infirmis compatiendo. g Auferte offendicula, &c.] eis aditum regni cœlestis orationibus vestris aperiendo, & omne impedimentum tollendo, infr. 62. d. Transite per portas, præparate viam populo, Ier. 50. d. Tollite de medio lapides. Vel, e Declinate,] i. auferte quantum potestis omnia offendicula peccati. f De semita,] i. de statu Religiosorum. g Auferte offendicula, &c.] i. occasiones peccati de via laicorum, vt fiat, quod scriptum est. Via iustorum absque offendiculo. Prou. 15. c. h Quia hæc dicit, &c.] Vt Dominus credatur sic populum honoraturus, vt dictum est, ideò addit, Quia hæc dicit, &c. Et protenditur suspensio litteræ vsque, ibi. Non enim in, &c. Magnitudinem autem promittentis Dei quodammodo exprimit, vt gratior sit consolatio ipsius promissa exhibentis. Vndè dicit: Hæc dicit Dominus, &c. Excelsus, quia excedit omnem sensum. Et sublimis, quia excedit omnem intellectum. Phil. 4. b. Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras. l Habitans æternitatem,] & ita omne tempus supergreditur, & antecedit. Definitur autem æternitas sic Æternitas est interminabilis vitæ tota simul, & perfecta possessio. Deus ergo æternitaté inhabitat, i. æternus est: quia eius esse totū est, & semper, nescit immutabilitatem. quia neque cœpit vnquam, nec aliquando cessabit. 1. Tim. 6. c. Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. m Et sanctū, &c.] i. firmum & stabile est nomen eius in Ecclesia triumphanti, quod mobile est in Ecclesia, vel in anima exulanti: firmū est in cœlis, quod fluctuat in terris. Vnde & petimus in oratione Dominica. Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, i. firmetur in nobis res tui nominis, sc. misericordia tua, & pietas, qua tu es nominabilis, & laudabilis in omni populo. Vel Sanctum nomē eius, &c. i. stabiliter, & perenniter inuocatur, & laudatur in cœlo ab Angelis dicentibus Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus Sabaoth, &c. Is. 6. b. Hoc enim est nomen eius, sc. Sanctus, siue agios. Luc. 1. e. Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctū nomē eius. Vel aliter distinguitur littera secundū quosdā expositores, sic. m Et sanctū nomen eius hic est punctus, i. sanctitas eius, siue sanctitudo, est nominabilitas eius. per hoc. n. quòd sanctificat peccatoré, reddit se nominabilé, & laudabilé. Vel Sanctū nomé eius, i. ipse est sanctus, i. firmus siue firmitas & stabilitas. Et est mod° loquédi. Sicut. n. dicitur, quòd habitat æternitatem, i. ipse est æternus, vel potiùs æternitas, ita dicitur nomé sanctū eius, i. ipse est sanct°, vel sanctitas. Vndè nota quòd hic dicit tria de Deo. Incomprehensibilē eius celsitudinē, cum dicit, Excelsus & sublimis. Æternitatem eius, cum dicit: habitans æternitaté. Stabilitatem, & immutabilitatem, cùm dicit: & sanctum nomen eius. Sequitur. n In excelso, &c.] Deus dicitur habitare in excelso, & in sancto: quia ipse sibi est excelsum, & sanctum habitaculum, sicut, & ipse est æternitas, quam inhabitat. Vel in excelso, i. in Angelis dicitur habitare: & in Sancto, i. in Sanctis: quia in vtrisque plenè quiescit modò. Psalm. 21. Tu autem in Sancto habitas laus Israel.

Matth. 6. b

Aliter.

p Et cum contrito, &c.] i. in pœnitente per gratiæ infusionem. Ps. 50. Cor contritum, & humiliatū, Deus, non despicies. Contritum de offensa Dei, humiliatum de turpitudine & vilitate congesta peccati. Hæc duo notantur, cùm dicit. Cum contrito, &c. Dolor. n. & pudor debent esse in pœnitente, inf. vlt. a Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Hic additur tertium. Timor, sc. qui dat esse in pœnitente, cum pudore & dolore. Pudor notatur, cùm dicit pauperculum: quia vilitas peccati conuersa in pudorem, hominem humiliat & facit pauperem spiritu. Dolor, cùm dicit: & contritum spiritu. Timor, cùm dicit: & trementem sermones meos. Hæc est via trium dierum, per quam itur in solitudine præsentis vitæ. Exod. 5. a. Hoc est triduum, quo sustinet turbas Dominus. Matt. 5. d. & Mar. 8. a. Pudor, sc. de turpitudine & vilitate peccati, dolor de offensa Dei, timor recidiuandi Eccl. 34. c. Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? oculi Domini super timentes eum. Vel aliter potest hic notari triplex status pœnitentium, siue incipientium, proficientium, peruenientium, siue perfectorum. Vnde dicit. In excelso habitans, quantum ad perfectos, siue peruenientes. Et in Sancto, quantum ad proficientes. Et cum contrito, &c. quantum ad incipientes, siue pœnitentes. Psal. 33. Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit. Vnde subdit. q Vt viuificet, &c.] quasi dicat, ad hoc inhabitat in omnibus, vt vitam gratiæ in eis ampliet, & conseruet, & tandem in vitam gloriæ eos collocet. Gratiam enim primò, & pòst gloriam dabit Dominus. 1. Reg. 2. a. Dominus mortificat, & viuificat. Mortificat superbos, viuificat humiles. Vnde Iaco. 4. b. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. r Et viuificet, &c. consolando in spe de indulgentia peccatorum. de restauratione perditorum, de recuperatione fidelium Dan. 3. d. In animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in holocausto arietum & taurorum, & in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum, &c. s Non in sempiternum litigabo.] Hoc continuatur secundum Ieron. ad præcedens. Hæc dicit Dominus, scilicet, quæ hic sequuntur. Non in sempiternum litigabo, id est, non puniam in futuro: quia ad hoc percutio in præsenti meos filios, vt sanem in futuro. Apocal. 3. d. Ego quos amo, arguo verbis, & castigo flagellis: quia Dominus in præsenti illos filios verberat, quibus hæreditatem æternam reseruat. Ierem. 3. d. Sanctus ego sum: & non irascar in perpetuum, dicit Dominus; tamen scito iniquitatem tuam. Et nota, quòd homo litigat cum Dño per blasphemiam, vel per apertam malitiam. Euidentia enim facinoris, obtinet vim clamoris, sicut dicit Gregorius super illud Genes. 4. b. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Eccles. 28. b. Homo iracundus incendit lites, id est, litigat cum Deo per euidens peccatum & prouocat Deum ad litigandum secum per manifestum supplicium. Tunc enim litigat Dominus cum peccatore, cùm ipsum punit apertè, vel hic ad pœnitentiam, vel in futuro ad vindictam. t Neque vsque ad finem irascar,] i. vsque ad consummationem non puniam, sed vsque ad correptionem.

⊕ Psalm. 102. Non in perpetuum

A vestram, q.d. citò iram terminabo. *n* Quia spiritus,] i. indignatio, quæ dicitur spiritus, sc. velox: quia iram. sufflat, & habent nimis de spiritu. *b* A facie, &c.] i. indignatio recedet a me. *Gen.* 6. a. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. *c* Et flatu, &c.] i. prosperitatis auram eis tribuam.

Vel, flatos ego faciam, i. multiplicabo eos. Flatus, enim Dei est anima, quam creat *supr.* 42. a. Dans flatum populo, qui super terram est, & spiritum calcantibus eam. Vel *n* Spiritus à facie, &c.] q.d. ego faciam eos citò, & prosperè redire in terram

De pœn. dist. 3. Talis.

Al. † non habet à te faciem meam.

ad finem irascar: *a* quia spiritus à *b* facie mea egredietur, & *c* flatus ego faciam. *d* Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, *e* percussi eum. *f* Abscondi † à te faciem meam, & *g* indignatus sum. Et *h* abiit vagus in *i* via cordis sui. *k* Vias eius *l* vidi, *m* & sanaui eum, *n* & reduxi eum, & *o* reddidi consolationes *p* ipsi, & *q* lugentibus eius. *r* creaui fructum labiorum pacem:

suam, sicut communiter dicitur de aliquo, qui prosperè, & citò aliquid peregit, vel iter aliquod in breui cōsummauit: Tu habuisti bonum véntum. Deinde subdit causam captiuitatis eorum dicens. *d* Propter iniquitatem, &c.] i. irascar eum captiuando Ad literam n. multū fuerunt auari Iudæi, & per auaritiam negauerunt tributa Nabuchodonosor Regi. *e* Et percussi eum,] i. populū Iudaicum propter auaritiam sc. suā. *Ezec.* 22. c. Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam, quam fecisti. *f* Abscondi a te, &c. Mutat personam, i. propitiationem meam, & benignitatem tibi non exhibui. *g* Et indignatus sum] tibi prosperitatem in terra tua auferendo. *h* Et abiit, &c. i. permisi eum facere in opere nequiter, & peruersè, secundum quod excogitauit in corde. Vel, abiit vagus in via cordis sui, i. pro via cordis sui, quia malè ierat, & voluntariè ad Chaldæos propter Deos eorum, imò ibunt multi ad eos, & ibi captiuabuntur vagi, & profugi sicut Cain. *Gen.* 4. b. Tamen vera litera secundum *Ieron.* est. Et ambulauit mœrens in via cordis sui. Cui conuenit litera *Sept.* Et ambulauit tristis in viis suis, id est, pœnituit intra se de peccatis suis, Vndè sequitur diuina consolatio. *k* Vias eius vidi,] oculo misericordiæ meæ, i. vias eius asperas mitigaui. *m* Et sanaui eum] in captiuitate eius dolorem mitigando. *n* Et reduxi eum] à captiuitate ad patriam reducendo. *o* Et reddidi, &c.] i. hæreditatem propriam. *p* Ipsi] populo.

Septima pars.

Octaua pars.

q Et lugentibus eius,] id est, proselytis eius, qui se ei adiunxerant. Vel *p* Ipsi] quantum ad Principes, & maiores. *q* Et lugentibus eius] quantum ad subditos, & minores. *r* Creaui fructum, &c.] i. reconciliationem, quam eis promiseram per Prophetas, si pœniterent, eis reddidi. Vel pacem vocat fructum labiorum, quia per orationes Prophetarum ad Deum, & comminationes ipsorum ad populum, reconciliatus fuit eis Deus.

A Pacem dicit ei, qui

Mysticè.

Ⓐ *Psal.* 102. Non in perpetuum irascetur, neque in æternū comminabitur *infr.* 64. d. Ne irascaris, Domine, satis, & ne vltrà memineris iniquitatis nostræ. *a* Quia spiritus, &c.] quasi dicat, idcirco parco homini, quia creatura mea est. Spiritus enim à Deo egreditur, quia ipse animas creat, quæ sunt spiritus. *c* Et flatus, &c.] Idem est flatus, & spiritus. Et est sensus. Animas creabo *sup.* 42. a. Dans flatum populo, qui super terram est, & spiritum conculcantibus eam. *Gen.* 2. b. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Vel sic. *a* Spiritus à facie, &c.] i. recedet à me, i. iram, & vltionem cessabo effundere. *Gen.* 6. a. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. *c* Et flatus, &c.] i. aurā mearum consolationum dabo, & multiplicabo. Vel loquitur de Spiritu sancto, qui à facie Dei, i. à filio egressus est, i. missus est in Apostolos. Et flatus, i. diuersa dona gratiarum. Sequitur. *d* Propter iniquitatem, &c.] Præposita consolatione, quòd non in perpetuum irascatur Dominus populo suo, subdit, quare ad tempus iratus sit, dicens: Propter iniquitatem auaritiæ iratus sum.] Hoc autem exponitur de peccato Adæ, quod dicitur iniquitas auaritiæ: quia Diuinitatem sibi inconcessam ambiuit, dicente serpente: Eritis sicut Dij. *Gen.* 3. a. Vel auaritia dicitur insatiabilitas, quæ est in peccante, qui non cessat peccare. Vndè *Os.* 4. b. Fornicati sunt, & non cessauerunt. Vel auaritia dicitur cupiditas, qua homo conuertit se ad creaturam, quæ est radix omnium malorum, vt 1. *Tim.* 6. b. Vel specialiter auaritia dicitur auri auiditas, siue amor pecuniæ. Vndè dicit *Hai. in Gloss.* Auarúsque auri auidus. Sed contra hoc peccatum irascitur Dominus. Nec est mirum, quia aufert ei cultum suum. Auaritia n. est idolorum seruitus. *Eph.* 5. b. *Eccl.* 22. c. Ecce complosi manus meas super auaritiam tuam, quam fecisti *Luc.* 12. b. Videte, & cauete ab omni auaritia *sup.* 56. d. Vnusquisque declinauerunt ad auaritiam suam à summo vsque ad nouissimum. Ibi quære. *e* Et percussi eum.] Hoc est expositio eius, quod dixit: Iratus sum. Ita enim Dei est eius punitio, vel pœna iniecta. *f* Abscondi à te, &c.] i propitiationem meam, vel cognitionem. *Ieron.* tamen sic habet *in originali*: Abscondi, subauditur, faciem meam, vt magis desiderares, & diceres. Ostende faciem tuam & salui erimus. In fine salus nobis inest. Nos autem in nostra litera habemus pro textu, sic etiam. *Sept.* habent illud, quod subintelligitur secundum. *Ieron.* Nec habetur *in Hebr.* sed *Sept.* habent. *g* Et indignatus sum,] ad tempus *sup.* 54. b. In momento indignationis meæ abscondi faciem meam parumper à te. *h* Et abiit, &c.] i. permissus est sequi concupiscentias suas. Et benè dicit, abiit vagus: Instabilitas. n. sequitur peccatum. *Thr.* 1. c. Peccatum peccauit Ierusalem: propterea instabilis facta est. Recedit. n. anima per peccatum ab illo, qui solus est stabilis, & locus proprius ipsius, & adhæret mutabilibus. Et quia ad Deum solum appetendum factus est spiritus; omne autem, quod infrà appetit, minus est Deo, iure ei non sufficit, quicquid Deus non est. Abiit, ergo, vagus in via cordis sui, quia leui mobilitate cogitationum, & affectionum ducitur: & dum inaniter cogitata appetit, & repetit cogitata, fastidit, donec, quod habendo pendet, in quolibet positus non requiescit. *Ieron.* tamen & *Septuag.* habent aliam literam, & exponitur in bono secundum *Ieron.* Et abiit, & ambulauit mœrens in via cordis sui, quod est, quando anima videns Deum iratum, & sentiens eius flagella, & gratiam faciei suæ sibi per peccatum subtractam intelligens, redit ad se, sicut filius prodigus. *Luc.* 15. d. *sup.* 46. c. Redite præuaricatores ad cor. Dicit ergo. *h* Abiit] mœrens, vel conuersus. *i* In via cordis sui] vt non ad faciem hominum; sed in corde ageret pœnitentiā, sicut Propheta, qui dicebat. Tota die contristatus ingrediebar. Propterea, quia sic pœnitens incessit. *k* Vias eius, scilicet, vias suæ conuersionis. *l* Vidi,] i. approbaui, & respectu misericordiæ meæ confirmaui. *m* Et sanaui eum] & vulnera eius per me, qui sum medicina. *n* Et reduxi eum,] ad me, qui sum via. Vel. *m* Sanaui eum] à corruptione culpæ quantum ad affectum. *n* Et reduxi eum,] ab errore, quantum ad intellectum. *o* Et reddidi, &c.] i. delectationes spirituales. *Sept.* Et dedi eis consolationem. Est etiam, & falsa consolatio, de qua *Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. *q* Et lugentibus eius,] id est, animæ, id est, omnibus viribus, & sensibus animæ, & virtutibus, quæ sunt lugent exilium, & peccatum, secundum illud *Rom* 8. d. Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc.

Mysticè autem toti generi humano lugenti facta sunt hæc & exhibita per Christum, qui vidit nos oculo pietatis, & misericordiæ, quando nos visitauit oriens ex alto incarnatione. Vndè subdit. *k* Vias eius vidi,] i. hominem mea præsentia visitaui. *m* Et sanaui eum] à culpa corrumpente. *n* Et reduxi eum] ab ignorantia errante. *o* Et reddidi, &c.] i. toti generi humano. Et dicit consolationes à miseria, sc. premente *q* Et lugentibus eius.] Maximè enim illi consolationem receperunt per Christum, qui genus humanum plorabant perditum, *inf.* 61. a. Vt cōsolarer omnes lugentes, & ponerem consolationem lugentibus Sion. *Matth.* 5. a. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, *r* Creaui fructum labiorum, &c.] Christus creauit fructum labiorum pacem, i. constituit, vt ore fieret confessio ad salutem. *Rom.* 10. b. Fructus quippe labiorum est fructuosa confessio oris, quasi scilicet, fructus est pax: quia dum confitemur peccata nostra, vel Christum coram hominibus, & Deo gratias agimus, pacem cum Deo assequimur. *Osee vlt.* b Reddemus vitulos labiorum nostrorum. In fine offeramus hostiam laudis semper Deo fructum labiorum confitentium nomini eius.

Mysticè.

Ⓐ Et hæc pax creata est

Vel aliter exponitur secundum *Ieron.* *r* Creaui fructum labiorum pacem,] id est, impleui, quod pollicitus eram dicens: Viuo, ego, dicit Dominus, malo pœnitentiam peccatoris, quam mortem. *Ezech.* 18. g. Vel, id est, omnia, quæ per Prophetas promiseram impleui. Promiserat autem pacem per Prophetam. Pax multa diligentibus legem tuam. Et illam exhibuit dicens: Pacem meam do vobis. *Ioan.* 14. d. Vel fructus labiorum est pax, id est, Christus est finis legis, & fructus ad iustitiam omni credenti, vt dicitur *Roman.* 10. a Labia enim sunt duo testamenta. Christus autem est fructus istorum labiorum: quia ipse est verbum, & duo testamenta sunt labia; & ita est fructus labiorum, & etiam pax, vt dicitur *Ephes.* 1. c. Ipse est pax nostra. Vel fructus labiorum est pax, id est, Christus, qui venit in mundum nos Deo reconciliare. Et hoc ad labia, id est, ad petitiones sanctorum Patrum.

Aliter. Secundum Ieron.

A *a* Pacem] dico. *b* Ei, qui longè est] à terra sua,i.valdè remotus. *c* Et] et similiter,qui propè,est, id est,ei,qui non est in remotas Gentes est captiuatus, sicut illi,qui fuerunt captiuati in Moab,& Ammon,& in circumiacentibus nationibus. *d* Dicit Dominus,& sanaui eum] Suprà similiter dixit hoc. Vndè per hoc notatur duplex sanitas, interior & exterior: sicut & bis dicit pacem,vt significetur pax interior, & exterior. *f* Impij autem,] quasi dicat, qui pœnituerunt in captiuitate, liberati sunt.Impij autem,sunt, quasi mare feruens, id est,tumultuosi,& rebelles,& indomabiles.

a pacem ei, qui *b* longè est, *c* & qui propè, dixit Dominus: *d* & sanaui eum.Impij *f* autem, quasi *g* mare feruens, quod *h* quiescere non potest, & *i* redundant fluctus eius in *k* conculcationem,& *l* lutum.Non *m* est pax † impijs, dicit Dominus Deus.

Al. † dicit Deus meus impijs.

A

CAP. LVIII.

n Clama,ne *o* cesses, *p* quasi tuba, exalta vocem tuam.

h Quod quiescere,&c.] i. pacem habere.*i* Et redundant, &c.] i. rebelliones malorum,& persecutiones redundant. *k* In conculcationem, &c.] quia eorum inquietudo operatur in eis conculcationem,& lutum,id est, vilificationem. Sicut enim mare emittit,vel generat ex se fluctus,vnde reuerberatur: ita mali mala faciunt, vnde postmodum puniuntur, & vilificantur,sicut lutum. Quod factum est in illis,qui a Chaldæis in captiuitate oppressi sunt, & sicut lutum conculcati. Sequitur. *m* Non est pax impijs, &c.] i. non habebunt prosperitatem, quam promitto bonis, & pœnitentibus. De qua dictum est *supr.* Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè est, & qui propè, dicit Dominus.

Mysticè. ● Et hæc pax creata est. *b* Ei qui longè, &c.] i. Iudaico populo,& Gentili,vel peccatori,vel iusto, *supr.*33.b. Audite, qui longè estis,quæ fecerim: & cognoscite vicini fortitudinem meam.Item. *supr.*26.a. Vetus error abijt,seruabis pacem, pacem quia in te sperauimus.

Aliter. Secundum Ieron. A Vel fructus labiorum est pax,id est,fructus prædicationum,& lectionum debet esse reconciliatio auditorum, vt sc.pœniteant,& sic Deo reconcilientur, *sup.*27.c.Iste omnis fructus,vt auferatur peccatum eius. *Iac.*3. d. Fructus Iustitiæ,&c. *a* Pacem ei,qui,&c.] i. Gentili,& Iudæo,vel peccatori,& iusto. *Eph.*2. d. Veniens euangelizauit pacem his,qui longè:& pacem his, qui prope erant. *e* Et sanaui eum.] Hic est etiam fructus labiorum,sc.sanitas.Confessio enim peccatorum cum Deo hominem reconciliat, & à vulnere peccati sanat:quia per cōfessionem eijcimus peccati languorem interiorem. *f* Impij autem, &c.] quasi dicat,boni,& pœnitentes reconciliabuntur, & sanabuntur. Sed è contra impij,specialiter Iudæi Christo increduli fluctuabunt.*g* Quasi mare, &c.] quia contra Christum Iudæi irati,& ferueutes vnanimiter,& instanter clamauerūt: Crucifige, crucifige. Sed suis fluctibus sunt conculcati, id est,suis iniquitatibus,& machinationibus à Romanis sunt oppressi. Vndè subdit. *i* Et redundant, &c.] quia merito peccatorum suorum, quia,scil.Christum,& suos Apostolos persecuti sunt,ipsi à Romanis conculcati, & vilificati, vt lutum. Vel. *f* Impij quicunque, quasi mare feruens, Impij enim sunt furore,& rabie crudelitatis feruidi, rixis amari,sicut mare salsum est,superbia tumidi,inuidia liuidi, luxuria spumidi,fraude malitiæ obscuri, per inconstantiā fluidi,per incrementa Lunæ,& decrementa crescentes, & decrescētes:quia stultus,vt Luna mutatur. *Eccl.*27.b.Item pisces,& aues generat mare: quia motus auaritiæ, & superbiæ parit.Item cadauera proijcit: quia quod infirmum est,inutile inuenitur, & ita proijcitur, vt dicitur *Sap.*5. c. Item naues vehit,id est,curiositates recipit. Item nauseam prouocat: quia abominatio Domini omnis illusor: *Prou.*3. d.Item in mari duplex est tentatio. Vna ex se, qua fluit, & refluit naturaliter; alia, qua à vento agitatur. Similiter in homine duplex est tentatio: Vna ex se, quia vnusquisque tentatus à concupiscentia sua abstractus,& illectus *Iac.*1. b.Alia ex vento,id est,ex suggestione Dæmonum.*h* Quod quiescere,&c.] sed sēper feruet.*Iob.*41 d.Feruescere faciet, quasi ollam, profundum maris, id est, mentem hominis. *i* Et redundat, &c.] operationes, & persecutiones malorum redundant. *k* In conculcationem] propriam. *l* Et lutum] efficiuntur.Sicut enim fluctus maris percutiunt stabilitatem littoris,& in se reflectuntur: sic persecutio malorum percutit Sāctos,qui sunt quasi in tuto litore, sed non læduntur, & in seipsum mare reflectunt, & lutum trahunt.Mali enim ex suis persecutionibus immundantur,sed Iusti abluuntur,sicut litus. Vndè sequitur.*m* Non est, &c.] Impijs, quia secum etiam rixantur, *suprà* 48. d. Idem. Pax

Ioan.19.a.

Christus,pax conscientiæ,siue pectoris, & pax æternitatis non est impijs; sed pax mundanæ prosperitatis est eis quandoque. *Iob.*21. b. Non est virga Dei super illos. Sed ista pax non est pax,sed guerra. *Ier.*22.c.Non est pax vniuersæ carni.

EXPOSITIO CAP. LVIII.

Clama,ne cesses.] Istud capitulum totum morale est, & secundum nos, & secundum Iudæos;ideò vna expositione contenti erimus.Diuiditur autē in quinque partes. Primò frequentia clamoris, & exaltatio vocis Prophetæ indicitur. Secundò, quòd clamandum sit, et aperitur,vt sc.de simulata pœnitentia hypocritæ arguantur, *ibi.* Me etenim de die in diem quærunt. Tertiò de infructuoso ieiunio, *ibi.* Quare ieiunauimus, &c. Quartò, quod sit verum,& acceptum ieiunium, *ibi.* Nonne hoc magis ieiunium,quod elegi. Quintò fructus veræ pœnitētiæ,& veri ieiunij,tam in præsenti quàm in futuro ostenditur, *ibi.* Tūc erumpet, quasi mane lumen tuum. Dicit ergo. *n* Clama.] Hoc dicit Dominus Prophetis, & Apostolis, & cuilibet Prædicatori,& Prælato. Clama,quasi dicat, licet impij ferueant contra te,sicut mare;tamen, clama, i. apertè prædica,& altè,& affectuosè. Non enim debet abscondi lucerna sub modio timoris.Vndè *Ioan.*18.d.Ego semper palam locutus sum mundo. *Ier.*4.b.Canite tuba in terra, & clamate fortiter, & dicite:Congregamini,& ingrediamur ciuitates munitas.Hoc est officium Sacerdotum,scilicet,clamare.Vndè *Greg.* Præconis officium suscipit, quisquis ad Sacerdotium accedit, vt aduentum Iudicis,qui terribiliter sequitur,ipse clamando gradiatur.Sacerdos ergo si prædicationis est nescius, quā vocem clamoris daturus est præco mutus? *o* Ne cesses] clamare, quasi dicat,clama continuè.2.*Tim.*4. a. Prædica verbum, insta importunè,opportunè. *Act.* 20.f.Non cessaui per trienniū die, ac nocte cum lachrymis monēs vnumquemque vestrum. *Nehem.*8 a.Legit in eo à mane vsque ad mediam diem in cōspectu virorum,ac mulierum,& Sapientum.Modò sapientes non audirent tam longum sermonem: quia nec etiam breuem. *infr.*62.b.Tota die,& tota nocte non tacebunt laudare nomen Domini. Sed contra. *Eccl.* 3. b. Tempus tacendi,& tempus loquendi. *Luc.*12.e.Vt det illis in tempore tritici mensuram.Sol.1.*Thess.vlt.*c.Sine intermissione orate,i. horis,& temporibus constitutis. Similiter est de prædicatione.*Apoc.*4.c.Animalia requiem non habebāt die, ac nocte dicentia.Sanctus,Sanctus,Sanctus. *p* Quasi tuba,&c.] Nota,quòd prædicatio debet esse affectuosa, contra indeuotos,vnde dicit: Clama.Et continua,contra pigros, vnde dicit: Ne cesses.Et comminatoria,contra timidos, qui non audent vitia arguere, vnde dicit Quasi tuba. Item debet esse alta,s. de arduis,& supernis,& vt alta vita leuet ipsam vocem,& exaltet,vnde subdit:Exalta vocem tuam. *sup.*40. b. Super montem excelsum ascende tu, qui Euangelizas Sion, vt scil. eminentia vitæ eleuet vocem. Vndè Esdras, qui interpretatur,adiutor,stetit super gradum ligneum. Et postea dicitur. Super vniuersum populum eminebat. Tubam autem vocat prædicationem. Vndè *Os.*5.e. Clangite buccinā in Gabaa,quoad minores: tubā in Rama, quoad maiores. Item *Osea* 8. a In gutture tuo sit tuba.Rectè autem nomine tubæ accipitur prædicatio: quia tuba manus applicatur ori: & sic spiritu oris impleta sonum emittit, aliter non: sic prædicatio, nisi opere adiuuetur,inanis est, & inutilis. Et notandum, quòd multiplex fuit vsus tubæ. In festis, in bellis, in epulis, in castris mouendis, vt dicitur *Num.*10.a.Sed quia epulæ pertinent ad festa, & motio castrorum ad bella, ideò potest sub duobus membris comprehendi vsus tubæ spiritualis.Prædicatio enim inuitat ad bellum in præsenti,& ad festum in futuro Docet.n.resistentiam contra vitia: & inuitat ad promissa præmia. Item festum spectat ad gaudium animi, bellum ad laborem corporis: & ad ista duo inuitat prædicatio, vt laboremus in corpore, & gaudeamus in mente. Vndè. *Matth.*6. c Tu autem cum ieiunas, ecce labor corporis: vnge caput tuum oleo, ecce hilaritas mentis. Vndè in capite ieiunij dicitur in oratione: Præsta, quæsumus fidelibus tuis,vt ieiuniorum veneranda solēnitas,&c. Ecce vocat ieiunia solēnia propter hilaritatem *Num* 29.a. Dies ista erit vobis sancta, & venerabilis & affligetis animas.Item ad vocem tubæ fiet generalis resurrectio, vt dicitur 1. *Thess.*4.d.Similiter ad tubam prædicationis resurgūt mortui spiritualiter. *Ioan.*5. e. Qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei: & qui audierint viuent. Multorum vox non auditur, quia non sunt filij Dei: & ideò mortui non resurgent. Item ideò dicitur prædicatio esse tuba,vt simus memores illius temporis,quando ad vocem tubæ resurgent mortui ad iudicium venientes.Item vox tubæ strenuos incitat,timidos autē terret, & trepidare facit: ita prædicatio. Vndè *Am.*3.b.Si clanget tuba in ciuitate,&

Sup.48.d. 43 dist.c.1. Nehem.8.a.

A populus non expauescet?

a populus non expauescet? Sequitur. a Et annuncia, &c.] Supra dixit modum prædicandi; hic dicit, quid prædicandum sit, & quibus. Annuncia populo meo scelera eorum, vt eos moueas ad luctum de peccatis. *Bern.* Illa mihi prædicatio placet, quæ luctum magis excitat, quam risum; *Eccl.* 22. a. Musica in luctu importuna narratio. b Et domui Iacob peccata eorum.] Scelera sunt maiora, & execrabiliora, vt dicit *Glo.* peccata autē minora. Populus autem Domini sunt Clerici; domus

& a annuncia populo meo scelera eorum, & b domui Iacob peccata eorū. c Me etenim de die in diem d quærūt, e & scire vias meas volunt, quasi f Gens, quæ iustitiam fecerit, g & quæ iudiciū Dei sui non dereliquerit. h Rogāt me iudicia iustitiæ, & i appropinquare

autem Iacob sunt laici, qui viuunt in labore, & lucta. Clerici ergo faciunt scelera, laici verò peccata: quia plus peccant, & grauiora, & sceleratiora committunt. Vndè *Ier.* 11. c. Quid est, quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa? *Ezec.* 22. a. Ostende ei abominationes suas. c Me etenim, &c.] i. quotidie. d Quærunt,] i. quærere se simulant. Vel c De die, &c.] i. de luce in lucem, i. de intelligentia in intelligentiam quærunt me. Hoc tamen Iudæis magis conuenit, quàm nostris hypocritis, Iudæi enim ore, & non corde Deum quærere videbantur, ad Templum, & ad Synagogam conueniendo, & legem Dei audiendo. Similiter hypocritæ ad Ecclesiā vadunt, & Sacræ Scripturæ intendunt. Vndè subdit. e Et scire, &c.] i. actiones, & voluntates meas, vel Scripturas meas, & præcepta. Et dicit, scire, non facere. *Iero. in orig.* Frustra legis iactant scientiam; cùm sanctus Dauid non in notitia Scripturarū, sed in operibus glorietur, dicens: Viam mandatorum tuorum cucurri cùm dilatasti cor meum. Cucurri, dixit, non sciui. f Quasi Gens, &c.] q.d. scire vias meas volunt, non ad veritatem, sed ad iustitiæ simulationem, s. quasi Gens, quæ iustitiam fecerit. Quia sicut boni priùs faciūt iustitiam, vt plenius viam Domini cognoscant postea: quia vt dicit *Psal.* 110. Intellectus bonus omnibus facientibus eum: ita hypocritæ studiosi sunt in Scriptura, vt simulēt se esse iustos in vita. *Ezech.* 33. g. Veniunt ad te, quasi si ingrediatur populus meus, vt audiant sermones meos: & non faciūt eos. *Eccl.* 1. d. Fili, concupiscens Sapientiam, serua iustitiam. g Et] quasi Gens, quæ iudicium Dei sui non dereliquerit. Iudicium autem in discussione sui; iustitia verò in executione iudicij, siue in punitione delicti. Vtrumque autem necesse est habere *Ps.* 118. Feci iudicium, & iustitiam. h Rogant me, &c.] i. petunt, quòd ego eos iustè iudicem, quasi ipsi sint iusti. Sicut Propheta. Iudica me, Domine: quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. i Et appropinquare, &c.] i. accedere volunt cum Deo in iudicium, suam innocentiam allegantes, & opera sua, dicentes. k Quare ieiunauimus, & non aspexisti?] & ita iniustitiæ arguunt Dominum, quasi bona opera non aspiciat, Deus autem non aspicere dicit, quando non acceptat. Est autem multiplex.

Iudicium Dei.
- Auctoritatis *sup.* 3. c. Stat ad iudicandum Dominus, id est, stat ad iudicandum populos.
- Examinationis. *Dan.* 7. c. Iudicium sedit, & libri aperti sunt.
- Vindicationis. *Psal.* 6. Quoniam fecisti iudicium meum, &c.
- Officij, siue executionis. *Ioan.* 5. d. Pater non iudicat quemquam.
- Damnationis. *Ioan.* 3. c. Qui non credit, iā iudicatus est.
- Probationis. 1 *Pet.* 4. d. Tēpus est, vt incipiat iudiciū, &c.
- Discretionis. *Psal.* 42. Iudica me, Deus, & discerne causam, &c.
- Disceptationis. *Ioēl* 3. a. Congregabo omnes Gentes, & deducam eas in val. Iosap. i. iudicij: & ibi disceptabo cum eis.
- Retributionis. *Ioan.* 9. g. Ego in iudicium veni in mundum, &c.

Iudicium hominis.
- Discretionis, 1. *Cor.* 11. g. Si nosmetipsos iudicaremus, non Confessionis. Feci iudicium, & iustitiam, (*Ps.* 118.) vtique iudicaremur.
- Comparationis. *Matth.* 12. d. Regina Austri surget in iudicium &c.
- Approbationis. *Psal.* 57. Iustè iudicate, filij hominum.
- Assensionis. *Matt.* 19. d. Sedebitis, & vos, &c.
- Diffinitionis. *Sap.* 1. a. Diligite iustitiā, qui iudicatis terrā.
- Suspicionis. *Rom.* 14. a. Tu quis es, qui iudicas, &c.
- Temeritatis. 1. *Cor.* 4. a. Nolite ante tempus iudicare.
- Condemnationis. *Matth.* 7. a. Nolite iudicare, & non iudicabimini.

Vel aliter. h Rogant me iudicia iustitiæ,] i. petunt me, vt fiant Iudices iusti. Sic enim specie iustitiæ palliatur ambitio dignitatum. Hoc est contra illos hypocritas, qui sanctitatem simulant, vt habeant loca iudicialia, scil. prælationes. i Et appropinquare Deo volunt] vt fiant Sacerdotes, & Pontifices, dicentes. k Quare ieiunauimus, &c. Hoc dicit hypocrita, quando non potest alſ. qui, quod sequebatur. Quare ieiunauimus, & non aspexisti, i. non remunerasti. Hoc dicunt murmurātes hypocritæ. *Mala.* 3. d. Vanus est, qui seruit Deo: &

Deo volūt. k Quare ieiunauimus, & non aspexisti: l humiliauimus animas nostras, & m nescisti? Ecce in n die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & o omnes debitores vestros repetitis. p Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, q & percutitis pugno impiè.

B

quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius, & ambulauimus tristes? Dupliciter autem se seruire Deo iactant; in parcitate victus, cùm dicunt, ieiunauimus; in asperitate vestitus, cùm dicunt. l Humiliauimus animas nostras,] i. nos in cinere, & cilicio, scilicet. Vel, animas nostras, i. vitam animalem, carnem affligendo. m Et nescisti.] Hoc verum dicunt, quia nescit, quia non approbat, i. non placuit. Subditur autem responsio Domini, quare nesciat ieiunium eorum. n Ecce in die ieiunij, &c.] quasi dicat. Ideò non exaudio vos, nec approbo ieiunia vestra, quia ieiunatis, non mihi; sed luxuriæ, & auaritiæ, & superbiæ. *Ier.* 14. b. Cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorum. Item *Zach.* 7. b. Cùm ieiunareris in quinto, & septimo per hos septuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunasti mihi? quasi dicat, Non: Imò vestræ luxuriæ, & auaritiæ, & superbiæ. Ieiunium luxuriæ notatur, *ibi*. Voluntas vestra. Ieiunium auaritiæ, *ibi*. Et omnes debitores, &c. Ieiunium superbiæ. *ibi* Lites, & contentiones. Dicit ergo. n In die ieiunij, &c.] carnalis scilicet, quia cibaria deliciosa quæritis. *Ephes.* 2. a. Aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationum. Lauticia autem ciborum est species gulæ. Sunt enim quinque species gulæ, quæ notantur hoc versu.

Præproperè, lautè, nimis, ardenter, studiosè. Versus.

Qui ergo non abstinet ab omni specie gulæ, non benè ieiunat: sicut non abstinet ab omni specie luxuriæ, qui non abstinet ab omni illicito coitu. De hoc dicitur *Os.* 9. c. Ipsi sicut Adam transgressi sunt pactum meū Adam enim peccauit per comestionem pomi. Item legitur 1. *Reg.* 14. d. quòd Saul indixerat ieiunium, & Ionathas ignorans gustauit modicum mellis cum summitate virgæ & tamen propter illud modicum Deus siluit, & noluit dare responsum. Mel autem delectationem cibi significat, virga discretionem. Illi ergo sunt similes Ionathæ, qui quærunt delectationes ciborū, & hoc ex quadam discretione, vt scil. sint fortiores, & ita culpa inchoata à ratione. o Et omnes, &c.] cum lite. *Gl.* Imò enim fortè sæpè ieiunabant, vt repetendis debitis vacarent, & ieiunabant non Deo, sed auaritiæ. *Gl.* dicit hic. Qui repetit non habentem, Deo facit violentiam. Cui concordat illud *Exod.* 22. d. Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante Solis occasum reddes ei: ipsum enim solum est operimētum carnis suæ. *Nehem.* 5. b. Æs alienum concedamus, quod debetur nobis. p Ecce ad, &c.] Sæpè ad literam propter lites ieiunant vltrà nonam; si propter Missam ieiunarent vsque ad sextam, maledicerent Sacristis, & Sacerdotibus. *Ier.* 23. b. Cursus eorum malus, & fortitudo dissimilis. *Iac.* 3. d. Quòd si zelum amarum habetis, & contētiones sint in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem. Non est enim ista sapientia desursum descendens; sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus, & contentio: ibi inconstantia, & omne opus prauum. q Et percutitis, &c.] quod peius est, quam contendere verbis. Tales sunt Achabitæ qui prædicant ieiunium, vt interficiatur Naboth. 3. *Reg* 21. d. 1. *Tim.* 3. a. Non percussiorem, quasi dicat, nec pugno, nec scandalo debet quisquam percutere. Vndè 1. *Cor.* 8. d. Percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quatuor sunt peccata, quorum clamor ascendit ad Deum. Oppressio pauperum. *Eccl* 35. c. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum. Item Sodomorum *Gen.* 18. c. Clamor Sodomorum venit ad me. Item homicidium. *Gen.* 4. b. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Item detentio mercedis. *Iacob.* 5. a. Ecce merces operariorum vestrorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor in aures Domini Sabaoth introiuit.

Quatuor peccata, quorum clamor ascendit ad Deū.

a Nolite ergo, ieiunare, sicut ieiunastis, vsque ad hanc diem,] id est, inutiliter, vel ad vanam gloriam.

Secunda pars.

A b Vt

Δ b Vt audiatur in excelso clamor vester,] i. vt nomen vestrum, & fama vestra prædicetur, i. nolite ieiunare ad vanam gloriam. Vnde *Matt.6.a.* Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito. Et postea dicit *in eod.* b. Cùm autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, &c. Dicitur autẽ hic clamor, vel oratio clamosa, vel ieiunium in euidenti factum ad ostentationem, quod

a Nolite ieiunare, sicut vsque ad hanc diem, vt *b* audiatur in excelso clamor vester. *c* Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem *d* affligere hominem animam suam? *e* Nunquid contorquere, quasi circulum, caput

non audietur à Deo. *Amos.9.g.* Aufer à me tumultum carminum tuorum *Ezech.26.c.* Quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum. *Psal.31.* Tacui, dum clamarem tota die, *Ezech.24.* d. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facias. Vel aliter. In excelso clamor auditur, quando apud Deum nos accusat peruersitas actionum nostrarum. Vnde *Gen.18.c.* Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis; descendam, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint. Vel, auditur in excelso clamor vester, quando clamorem de vobis Angeli deferunt. *Eccl.10.* Aues cœli portabunt iniquitatem tuam. Dicit ergo. *a* Nolite ieiunare, &c.] Ita sc. vt audiatur, &c. quia frustrà ieiuniis atterimur, quamdiu de nobis clamor auditur. Vel ad literam secundum *Gloss. quandam Interl.* *a* Nolite ieiunare, sicut vsque ad hanc diem] ieiunastis, sed ieiunate ita.

b Audiatur, &c.] q.d. si vultis, vt exaudiam vos, ieiunate aliter, quàm hucusque ieiunastis: & sic audietur clamor cordis vestri potiùs, quàm oris. *Eccl. 35. c.* Non despiciet preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? Sequitur.

c Nunquid tale est ieiunium, &c.] quale, sc. agitis? Et subdit quale. *d* Affligere hominem, &c.] q.d. Non proderit ei se affligere abstinendo, sc. à cibis, non ab illicitis.

e Nunquid contorquere quasi circulum, &c.] est supple, ieiunium, quod elegi? quasi dicat, Non, Deus enim non quærit afflictionem solam, nec inclinationem capitis in modum circuli, nec vtilitatem cilicij, & cineris, vt instar circuli torqueat quis corpus, & collo submittat, nec vt sacco quis vestiatur, & in cinere dormiat. Contorquere enim quasi circulum caput, dicit nimium inclinare vsque ad pedes, vel in circuitu, sicut Monachi, qui faciunt antè, & retrò inclinationem. *3. Reg. 18.* Ascendit Elias in montem Carmeli, & pronus in terra posuit faciem suam inter genua sua, id est, caput ad modum circuli torsit. Istud autem commendabile est cum interiori animi pietate. Serpens enim se torquet in circulum pro capite seruando; sic etiam exteriores obseruantiæ, & inclinationes obseruandæ sunt pro Christo, sed cum pietate animi. Sequitur,

f Nunquid istud vocaui, &c.] scilicet & diem, quo celebratur tale ieiunium, nunquid vocaui talem diem acceptabilem Domino? quasi dicat. Non. Sed illa dies acceptabilis est Domino, in qua agitatur vera pœnitentia cordis, & obsequuntur cum maceratione carnis opera pietatis, *2. Corint.6.a* Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: quia pœnitentia vera acceptabilis est, quantum ad Deum, saluans ipsum acceptorem suum. Postquam autem Dominus ieiunium arguit, quod ipse non approbabat, ostendit, quod ieiunium acceptum sibi sit dicens.

Quarta pars. Multa bona facit ieiunium. Ieiunat.

g Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi] Versus.

Abstiaet ager. egens, cupidus, gula simia, iustus.

Ægrotus, vt valeat. Mendicus, vt egeat. Auarus, vt parcat. Fastidiosus, vt appetat. Hypocrita, vt appareat. Iustus, vt proficiat.	Multa bona facit ieiunium. Primò pauperes reficit. Tunc enim bonum, & rectum est ieiunium, quando quod ventri subtrahitur, pauperi tribuitur. Vndè *Isaias* post exhortationem ieiunij subdit: Frange esurienti panem tuum.

Secundò intellectum subtiliat. Vndè Daniel, & socij eius, quia ieiunauerunt dotati sunt a Domino super omnes omni sapientia, & intelligentia visionum, vt legitur *Dan.* 1.d. Tertiò gratiam docendi incitat. Vndè *Exod.34.* d. legitur, quod Moyses post ieiunium quadraginta dierum legem suscepit, vt doceret populum. Quartò ad visionem Dei perducit. Vndè *3. Reg.19.* b. legitur, quòd Elias post ieiunium quadraginta dierum venit ad montem Dei Oreb, vbi Dominum vidit. Quintò reuelationes secretorum meretur. Vndè Daniel post ieiunium diurnum audiuit Ab Angelo. Animaduerte visionem sermonis, & intellige. Sextò Angelorum ministerium promeretur. *Matth.1.d.* Erat Iesus in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur à Sathana, eratque cum bestiis, & Angeli ministrabant ei. Septimò gratiam & auctoritatẽ apud

suum, & saccum, & cinerem sternere? *f* Nunquid istud † vocaui ieiunium, & diem acceptabilem Domino? *g* Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi? *h* Dissolue colligationes impietatis: *i* solue fasciculos deprimentes

Al. † *vocabis.*

Dan. 9. 15. 9.6.c. auctoritatem.

homines confert. Vndè *Matth.3.* b. legitur, quòd omnes exibant ad Ioannem propter ieiunia & afflictiones suas. Octauo pœnam vitat. Vndè *Ion.3.* d. facto ieiunio, misertus est Dominus Niniuitis. Nono, carnis lasciuiam domat. Vndè *Marc.9.* d. legitur. Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio. Vndè *Ieron.* In oratione sanantur pestes mentis; ieiunio pestes corporis. Decimo, præsentiam Dei conseruat. *sup.30.* c. Dabit tibi Dominus panem arctum, & aquam breuem, & non faciet auolare vltrà à te Doctorem tuum. Vndecimò sanitatem etiam corporalem conseruat *Ecclesi.31.* c. Vigilia & cholera, & tortura viro infrunito: somnus sanitatis in homine parco. Duodecimò, tentationes Dæmonum eliminat. Vndè *Iudit.13.* d. Post ieiunium amputauit caput Holofernis, id est, suggestiones Dæmonum euacuauit. Tertiodecimò augmentum gratiæ impetrat. Vndè *act.aum.2.* a. Post ieiunium quinquaginta dierum datus est Spiritus sanctus Apostolis. Quarto decimò, exemplo informat alios. *Matth. 4.* a. Post Baptismum ieiunauit Dominus.

h Dissolue colligationes impietatis,] Nota, quòd ieiunio debet homo cessare à malo. Vndè dicit, Dissolue colligationes impietatis. Et similiter debet facere bonum. Vndè postea subdit: Frange esurienti panem tuum, &c. Dicit ergo.

h Dissolue colligationes impietatis,] id est, impietatem colligatam, id est, collo ligatam per consuetudinem malè loquendi, quia auferunt vocem laudandi Deum *supr.52.* a. Solue vincula colli tui. Hæc duo signantur *Thren.1.* e. Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius, conuolutæ sunt, & impositæ collo meo.

f Solue fasciculos deprimentes] per consuetudinem malè operandi. Vel possunt notari hic tria. Consuetudo peccati, cùm dicit: Colligationes, i. simul ligationes per consuetudinem peccandi. Vndè *Os.13.* c. Colligata est iniquitas Ephraim. Item notatur multitudo peccatorum, per hoc, quod dicit, Fasciculos. Fasciculus fit ex multis. Item notatur magnitudo ipsius peccati, per hoc quod dicit. [Deprimentes.] *Psalm.37.* Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Sic ergo notantur tria. Consuetudo, multitudo, & magnitudo, siue pondus peccatorum. Et nota, quod dicit, fasciculos deprimentes; quia est fasciculus, qui non deprimit, sed eleuat. *Cant.1.d.* Fasciculus myrrhæ Dilectus meus mihi, id est, Christi passiones. *Amos.9.d.* Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit. Vel per colligationes impietatis significantur conspirationes, quæ fiunt contra maiores suos à minoribus. Vndè *Ezech.22.* f. Coniuratio Prophetarum in medio eius *supr.8.c.* Omnia, quæ loquitur populus iste, coniuratio est. *Ierem.11.* b. Inuenta est coniuratio in viris Iuda. *Zach.5.* c. Ipsi adiurauerunt in malum. Per fasciculos etiam deprimentes intelliguntur angariæ & oppressiones, quibus opprimuntur minores à maioribus. Vel aliter.

h Dissolue colligationes, &c.] id est, si quos in carcerem captiuos iniustè ligasti, dissolue eos: quia istæ sunt colligationes impietatis.

i Solue fasciculos deprimentes] illis scilicet, qui in captiuitate tua deprimuntur. Solent enim Tyranni captiuos suos quibusdam onerare ponderibus. Vel aliter secundùm *Ieron.* Colligationes istæ, & fasciculi sunt chartarum fasciculi, & cautionum, siue Chyrographorum falsorum, in quibus fœneratorum calumniæ continẽtur, & opprimuntur pauperes ære alieno. Vndè *Septuaginta* manifestiùs transtulerunt hic. Solue omnem colligaturam iniquitatis, dissolue obligationes violentarum cautionum. Et loquitur Propheta de iniustis cautionibus, & charitatis, siue chyrographis, vel magis, vt dicit *Ieronymus* etiam de illis, qui etsi vera debita exigunt: tamen immisericorditer, cùm pauperes sint, nec habeant, vnde restituant. Vel col-

Δ ligatio impietatis est,

a ligatio impietatis est, si Sacerdos iniustè aliquem excommunicauerit: vel si cui importabile immoderatæ pœnitentiæ onus imposuerit. Omnes ergo huiusmodi colligationes, fasciculos oportet solui, vt ieiunium fiat acceptabile Domino. Sequitur.

a Dimitte eos, &c.] Confractos scilicet, fenso, vel confracti pauper. tate, & fame, pro qua se vendiderunt, quod sæpè faciebant: vnde de talibus habetur *Nehemia* 5.

a Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos: b & omne onus dirumpe. c Frange d esurienti e panem f tuum: g & egenos vagósque b induc in i domum tuā. k Cùm videris nudū, operi eum:

Vel confracti longa seruitute. Aliquando enim vltra terminum detinebant.

b Et omne onus dirumpe,] i. ab oppressione, & seruitute eos absolue: & relaxa eis misericorditer debita, si vis a Domino tua debita dimitti. *Ieron.* Sed poterat fieri, vt aliquis diceret, non habeo debitores: quid facere debeo, vt suscipiatur ieiunium meum? Ideò sequitur.

c Frange, &c. Prius dixit: Dimitte; hic autem præcipit dari pauperibus. Primum meretur indulgentiam peccati, secundum largitionem beneficij. Vndè *Luc.6.* f. Dimittite & dimittemini: date, & dabitur vobis. *Beda.* Dare, & dimittere sunt duæ alæ, quibus oratio volat in cœlum. Et nota, quòd ieiunium sine eleemosyna, est quasi lampas sine oleo, quæ clara est exteriùs, sed non illuminatur, nec ardorem habet: ita ieiunium tale pulchrum est in superficie; sed non est valdè meritorium, nec fructuosum in mente. Ideò vt commendabile sit ieiunium, & vtile, agit de nperibus misericordiæ, quæ sunt in dimittendo & dando. Notantur autem in hac serie sex opera misericordiæ ad proximum, sed præmisit vnum, quantum ad seipsum, scilicet, peccato abrenunciare, cum dixit: Dissolue colligationes, &c. id est, peccata tua depone. Hoc est primum opus misericordiæ ad se, secundum illud *Eccles.30.* d. Miserere animæ tuæ, placens Deo. Deinde subdit sex opera misericordiæ ad proximum, quæ notantur hoc versu.

Vestio, poto, cibo, tectum do, visito, soluo.

Primò dicit. Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, &c quantùm ad solutionem incarceratorum. Secundò dicit. Frange esurienti panem tuum: Io hoc notantur duo, scilicet, cibare, & potare esurientem. Tertiò. Et egenos, vagósque induc in domum tuam: Ecce tectum dare pauperibus. Quartò. Cùm videris nudum, operi eum: Ecce vestire nudos. Quintò. Et carnem tuam ne despexeris: Ecce visitare infirmos. Talia opera debent sequi ieiunium. Vndè *Ioël.1.* c. Sanctificate ieiunium, id est, sanctum, & acceptum Deo facite. Et quomodo, subdit: Vocate cœtum bonorum operum, scilicet, quasi dicat, bonis operibus ornate eum. Vndè *Cant* 4. d. Myrrha & aloë cum vniuersis primis vnguentis. Myrrha est maceratio carnis exterior; Aloë est amaritudo mentis interior. Prima vnguenta sunt opera pietatis annexa, quibus vnguentis reficitur anima. Et nota singula verba.

c Frange] hoc dicit, ne causeris non habere te panem integrum excusando te. Simile, *Matth.10.* d. Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine Discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Aquæ frigidæ dixit, ne quis se excusans diceret se non habere, vnde calefaceret aquam, si calidam dixisset. Vel, Frange, dixit, vt pluribus det. Iuxta illud, *Psal.111.* Dispersit dedit pauperibus. Cùm ergo dicit: frange, docet cautelam, & discretionem in dando, & tollit excusationem indigentiæ. Vndè *Tob.4.* b. Quomodo poteris, ita esto misericors: si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si autem exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. *Eccl.14.* b. Secundum vires tuas exporrigens da pauperi.

d Esurienti] non diuiti, non histrioni. Vasa enim vacua replet Elisæus, *Luc.14.* c. Cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos; & beatus eris: quia non habent vnde retribuere tibi. *Eccles.4.* a. Fili, eleemosynam pauperis ne defraudes & oculos tuos ne transuertas a paupere. *Eccl.7.* d. Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur, propitiatio & benedictio tua. Sed ne putes de decimis, quæ debentur Sacerdoti, hoc facere licere, præmisit: Sacrificium sanctificationis offeres Domino & initia Sanctorum.

e Panem.] *Ieronym.* Non dicit panes; sed panem vnum, ne de paupertate causeris. Item panem dicitnon lapidem: panem refectionis, non lapidem obiurgationis. Contra illos, qui exasperant pauperes verbis. *Eccl.4.* a. Animam esurientem ne despexeris: & non exasperes pauperem in inopia sua: cor inopis ne afflixeris, & ne protrahas datum angustiati. Et posteà dicitur. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam. & redde debitum tuum, & responde illi pacificè. Item dicit panem, non obolum, sed refectionem: quando enim dantur eis denarij, malè frequenter expendunt in taberna. *Prouerb.* 22. b. Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperibus: non dicit de pitantiis, vel obolis.

f Tuum.] *Ieronym.* Non alienum, ne de rapina facias eleemosynam. *Prouerb.3.* b. Honora Dominum de tua substantia: & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. Item. *Prouerb.13.* b. Redemptio animæ viri diuitiæ propriæ. *Eccl.34.* d. Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi, qui victimat filium in conspectu Patris.

g Et egenos, vagósque induc in domum tuam, vel si propriam domum non habes, induc in hospitiolum, quod vel mercede conductum, vel beneficio possides. Et dicit: Egenos, vagósque, id est, non solùm notos; sed & peregrinos, à quibus non expectas præmium. *Eccl.11.* a. Mitte panem tuum super transeuntes aquas.

b Induc] quasi dicat, non solùm suscipe hospites; sed compelle rogando. Vndè de Discipulis euntibus in Emaus, dicitur *Luc. vlt.* d. Et coëgerunt eum. Item *Gen.* 18. a. Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum; sed afferam pauxillum aquæ: & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore: ponamque buccellam panis, & confortetur cor vestrum: & posteà transibitis. Item, *Gen.19.*a. Obsecro, Domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi. Et posteà dicitur: Compulit illos oppidò, id est, valdè, vt diuerterent ad eum.

i In domum] conductam, si non habes tuam, *1.Petr.4.* b. Hospitales inuicem sine murmuratione, *Roman.12.* c. Hospitalitatem sectantes, &c. frequentantium est. *Hebr.* 13. a. Hospitalitatem nolite obliuisci: per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio receptis.

k Cùm videris nudum, operi eum] ad literam. Vndè *Iob.31.* b. Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est? *Luc.3.* b. Qui habet duas tunicas, det vnam non habenti.

Et carnem tuam ne

Vel aliter. c Frange esurienti, &c.] *Gloss. Hai.* Panem esurienti frangimus, cum Christi fidem, qui panis viuus est: & Scripturam sacram, quæ nobis spiritualis est victus, aliis manifestamus. Dicit ergo: Frange, i. discretè expone aliis pro ipsorum capacitate. Et notatur per hoc, quod dicit, frange, tam discretio, quàm bona operatio. Manu enim bonæ operationis frangitur panis diuini sermonis: & sic esibilis est auditoribus. *Thren.4.* a. Paruuli petierunt panem; & non erat, qui frangeret eis. d Esurienti] non fastidienti, vel blasphemanti. *Eccl.32.* a. Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Aliter.

e Panem tuum] quasi dicat, primò fit tuus per meditationem, & masticationem, & in membra transformationem, id est, in operationem: postea frange aliis per prædicationem.

g Et egenos, vagósque induc in domum tuam,] id est, discordes in fraternam pacem, & charitatis, vnitatem reuoca, vt dicit *Gloss.* Vel, Egenos, vagósque induc in domum tuam, id est, peccatores deficientes, & depauperatos à gratia, & vagos per diuersa peccata. Duo enim ista facit peccatum; depauperat animam à gratia & virtutibus, & fluidam & instabilem facit, vt semper labatur ad peiora. *Threnor.1.* c. Peccatum peccauit Ierusalem: propterea instabilis facta est. *Ierem.31.* d. Vsquequo deliciis dissolueris, filia vaga? *Prou.7.* b. Garrula, & vaga, quietis impatiens. *Ierem.50.* a. Pastores eorum seduxerunt eos: feceruntque vagari in montibus, id est, in dignitatibus. Tales egeni, & vagi debent induci in domum superiorem, & inferiorem: exteriorem, & interiorem. Superior domus est triumphantium; inferior militantium: exterior domus est creatura Dei; interior propria conscientia. In primam domum inus per desiderium, & cœlestem conuersationem: in secundam per fidei vnitatem, & Sacramentorum receptionem: in tertiam per considerationem Creatoris in creatura: in quartam per inquisitionem, & discussionem peccatorum suorum in conscientia. k Cùm videris nudum, operi eum,] id est, orationibus, & meritis tuis obtine peccatori indumenta virtutum. *Iob.24.*b. Non habentes velamen virtutum, & bonorum operum, amplexantur lapides, scilicet, Sanctos petentes eorum suffragia. Sed multi verbo suo, & exemplo auferunt potiùs vestimenta, quàm conferant. Vndè *Iob.* 24. b. Nudos dimittunt homines indumenta tollentes.

Et carnem

a Et carnem tuam ne despexeris,]id est,carnem egentis proximi, quæ tua est. Carnem ergo tuam ne despexeris,] id est,proximum in necessitate qualibet positum, & in infirmitate recognosce similem tibi, considerans te mortalem Vnde *Iob.* 5. d. Visitans speciem tuam non peccabis.

23.q.2.c.non æstimemus.

Eccl. 7. d. Non te pigeat visitare infirmum *Iob.* 31. b. Si despexi prætereuntem, eo quod non haberet indumentum, & absque operimento pauperem? *Chrys.* Cùm videris inopem, & dixeris: Iuuenis est, & sanus, nihil agens vult cibari: hæc dicas ad temetipsum:

Al. † me.

Al. non habet † quia misericors sum Dominus Deus tuus.

& a carnem tuam b ne despexeris. c Tunc d erumpet, quasi manè, e lumen tuum: & f sanitas tua citiùs orietur. Et g anteibit faciem tuam iustitia tua: & h gloria Domini i colliget te. Tunc k inuocabis; † l & Dominus exaudiet te: m clamabis; & n dicet: o ecce adsum: † quia p misericors sum Dominus Deus tuus. Si q abstuleris r de medio tui catenam,

quoniam sanus existens pigritaris, & nihil agis eorum, quæ iniunxit Deus; sed tamen nunquam dixit tibi: quia pigritaris,non accédam tibi Solem:quia nihil facis, extinguam tibi Lunam:constringam ventrem terræ, prohibendo flumina. Qui non vult,inquit Apostolus, operari, non manducet.2.*Thess* 3.e. non dicit: nihil detur ei, Sed dicit: Dedi semel & bis. Quid igitur? Non indiget rursus cibari, qui semel cibatus est?Pone ventri tuo has leges. Et infrà. Bonum,inquit, Apostolus, facientes non deficiamus. *Gal.* 6 c.

Aliter.

a Et carnem suam,]id est, carnalem peccatorem similem tibi,vel cui similis aliquando fuisti. b Ne despexeris.] *Gal.* 6. Considerans teipsum, ne & tu tenteris. *Prou.* 14. c. Qui despicit proximum suum, peccat. c Tunc erumpet quasi mane,&c.]Hic ponit quinque vtilitates ieiunij facti cum eleemosyna,& operibus pietatis.Est autem vna vtilitas,siue effectus: quia illuminat intellectum, quod notatur *ibi.* Tunc erumpet,&c.Item quòd sanat affectum,quod notatur, *ibi.* Et sanitas tua. Item quòd viam præparat ad iudicium diuinum, *ibi.* Et anteibit, &c. Item quia meretur colligi in morte in cœleste horreum, *ibi.* Et gratia Domini colliget te. Item quòd meretur exauditionem orationum, *ibi.* Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet te. Dicit ergo.

Quinta pars

c Tunc]si ista prædicta feceris. d Erumpet quasi manè,] id est,subitò,& quasi ex impetu. Nescit enim tarda rerum molimina Spiritus Sancti gratia. *Glos. super Act.* 2.

e Lumen tuum,]id est,lumen veritatis te illuminans, vt soluit tenebras errorum intellectus, sicut mane soluit tenebras noctis. *Psal.* 36. Educet, quasi mane iustitiam tuam; & iudicium tuum,tanquam meridiem. Et dicit.Quasi mane. Mane enim est Principium diei. Lumen ergo quasi mane erumpet, quando homo se esse in principio credit, secundum illud *Eccl.* 18. a. Cùm consummauerit homo, tunc incipit. *Psal.* 37. Tota die contristatus ingrediebar, id est,semper eram in egressu secundum meam reputationem. Hoc est,quod dicitur. *Iudic.* 5. d. Qui diligunt te, sicut Sol in ortu suo splendet, ita rutilant. *Prou.* 4. c. Iustorum semita,quasi lux splendens,procedit,& crescit vsque ad perfectam diem.

f Et sanitas tua citiùs orietur. Lumen est cognitio veritatis, quæ illuminat intellectũ,sanitas autem est amor boni, qui sanat affectum. *Prou.* 3. b. Time Deum,& recede à malo: sanitas quippe in vmbilico tuo erit,& irrigatio ossium tuorum.

g Et anteibit faciem tuam iustitia tua,] i. eleemosynæ tuæ & opera tua bona. Eleemosyna enim est,quasi præcursor hominis in curiam æterni Regis, vt præparet locum facienti. Vide *Prou* 18. c. Donum hominis dilatat viam eius,& ante Principes spatium ei facit. *Psal.* 84 Iustitia ante eum ambulabit. *Eccl.* 29. e. Eleemosyna viri, sicut sacculus cum ipso: & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit. h Et gloria Domini colliget te,] id est, gloriosè colligeris ad patres tuos, & eris in collegio Sanctorum merito eleemosynæ, quasi dicat, non solùm iustitia tua ante te ibit, sicut nuncius ad placandum Dominum, sed etiam iustitia tua sequetur te, vt merito bonorum operum fructum consequaris æternum,secundum illud *Apoc.* 14. c. Opera illorum sequuntur illos. Vel de Christo exponitur ab illo loco. c Tunc erumpet, quasi manè,lumen tuum & sanitas tua citiùs orietur,]i. Christus, qui est verum lumen,& verum manè,te illuminabit & sanabit,cùm prædicta feceris. *Mal* 4. a. Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iustitiæ,& sanitas in pennis eius.Pennæ Christi fuerunt sapientia eius & patientia,quibus volauit per mundum, quamdiu in eo fuit, & Ecclesiæ suæ. *Apocal* 12. d. Datæ sunt mulieri, id est, Ecclesiæ alæ duæ, Aquilæ magnæ, i. Christi, vt volaret in desertum in locum suum sine doctrina eius, & vita. Vel pennæ eius fuerunt Discipuli, qui ei adhæserunt, per quos sanatus est mundus. *Prouerb.* 12. e. Lingua sapientum sanitas est. Item *Sapient.* 6. d. Multitudo sapientum sanitas est orbis terrarum.

Aliter de Christo.

g Et anteibit faciem suam iustitia sua,] id est, Christus, qui omnes iustificat, anteibit ad gloriam. Vndè *Ioh.* 14. a. Vado parare vobis locum. Ac deinde. h Gloria Domini,] id est, gloriosus Dominus, vel Filius, qui est gloria Patris. Vndè. *Psal.* 56. Exurge gloria mea, &c. Et *Prou.* 10 a. Gloria Patris Filius sapiens.

i Colliget te,] id est, suscipiet ad se, in morte, vel in extrema Iustorum remuneratione, secundum quod ipse promisit. *Ioan.* 12. d. Vbi ego sum illuc & minister meus erit. Colliget autem te cum dicet tibi: Intra in gaudium Domini tui, *Matth.* 25. b. Et illud similiter: Venite, benedicti Patris mei, percipite Regnum. Mors autem Sanctorum dicitur collectio: quia sicut fructus maturi colliguntur; sic Sancti in morte, & reponuntur in horreo Domini. Vndè *supr* 57. a. Viri misericordiæ colliguntur. Nota ordinem verborum. Lumen erupit in mundum,sicut manè, in Christi Natiuitate: sanitas autem orta est in eius prædicatione, & conuersatione, sed consummata est in eius Passione: anteiuit autem iustitia in sua Ascensione; colliget autem suos in extrema Sanctorum remuneratione. *Psal.* 146. Dispersiones Israel congregabit. Sequitur.

Ibidem e.

k Tunc inuocabis] me, si prædicta opera pietatis feceris, tunc inuocare me poteris, & non antè: quia peccatores non exaudiuit Deus, *Ioan.* 9. f. Nota, quòd priùs egit de ieiunio, quod comitari debent opera pietatis, & eleemosynæ: hic subiungit de oratione: quia illa oratio cœlum penetrat, quæ alata est ieiunio, & eleemosyna. Vndè *Tob.* 12. b. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere. Dicit ergo: Tunc inuocabis, me, i. intùs vocabis attentè orando.

l Et Dominus audiet] gratiam benè operandi, & perseuerandi conferendo.

m Clamabis] non voce tantùm, sed desiderij intentione.

n Et dicet Dominus, scilicet. o Ecce adsum.] *Gloss Hai.* ad remunerandum, qui adsui in bonis operibus auxilium. *August.* Præuenit, vt velimus: subsequitur, ne frustrà velimus, *infr.* 65. d. Eritque antequam clament, ego exaudiam. Item *supr.* 30. e. Ad vocem clamoris tui, statim vt audierit, respondebit tibi. *Psalm.* 33. Oculi Domini super Iustos, &c.

p Quia misericors sum Dominus Deus tuus, quasi dicat; quia misericors sum, libenter exaudio misericordes; quia vt dicit *Ecclesiast.* 27. b. Volatilia ad sibi similia congregantur. Item *Ecclesiast.* 13. e. Omne animal diligit simile sibi. *Chrysostom.* Nihil nos ita similes Deo facit, sicut benè facere, id est, beneficos esse. *Luc.* 6. Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors, est. Item *Eccles.* 4. b. In iudicando esto pupillis misericors, vt pater, & pro viro matri illorum: & eris tu, velut Filius Altissimi. E contra Dominus immisericordes, & crudeles non exaudit. Vndè *Prouerb.* 21. b. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit ipse; & non exaudietur. Sequitur.

q Si abstuleris, &c.] Sicut suprà acturus de fructu eleemosynæ præmisit de peccati dimissione, vt scilicet, homo relinqueret peccatum, *ibi.* Dissolue, &c. Ita *hic*, eodem modo procedit: & ea, quæ dicta sunt, quodammodo repetit, vt addat. Locuturus enim de fructu eleemosynæ ad proximum, præmittit de munditia cordis, vt remoueatur à se omne peccatum. Simile *suprà* 1. g. Lauamini, mundi estote, &c. Ecce munditia cordis. Et postea subiungit: Subuenite oppresso, defendite viduam, &c. Ecce opus pietatis. Dicit ergo: Si abstuleris de medio tui catenam, id est, consuetudinem peccati, siue colligationem peccatorum, qua Diabolus trahit te ad Infernum. Vndè 4. *Regum. vltimo.* b. Nabuchodonosor occidit filios Sedechiæ, id est, opera bona mortificauit: & oculos eius, id est, intellectum, & affectum, effodit: vinxitque eum catenis, id est, consuetudine, & perplexitate peccati, & adduxit in Babylonem, id est, in æternam gehennæ confessionem. Hanc catenam fabricat ille faber, de quo *supr* 54. d. Ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas. *Psalm.* 128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, &c. Ecce catena. *Ps* 15. Funes peccatorum, &c. *Prouerbiorum* 5. d. Funibus peccatorum suorum quisque constringitur. Et dicit. r De medio tui,] id est, de corde. *Genes.* 35. a. Auferte Deos alienos, qui

sunt in medio

a sunt in medio vestri, id est, in corde. *Ierem.7.g* Posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatum est Nomen meum, vt polluerent eam, id est, in corde tuo, quod est domus mea. Item *Ierem.4.a.* Si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoueberis, id est, a corde tuo in quo ego video, quia Deus intuetur cor eorum. *1.Reg.16.b.* *Osea 2.a.* Auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum, quasi dicat, peccatum & à facie debet auferri, & a corde. In facie enim est peccatum quando aliis apparet. Vndè subdit, vt peccatum amoueatur à digito operationis, & à lingua. Et hoc est. a Et desideris, &c.] id est, malum opus prolongare. Hic peccatum operis tangitur.

& a desideriis digitum extendere, & b loqui quod non prodest. Cum c effuderis esurienti animã tuam, d & animam afflictam repleueris: e orietur in tenebris lux tua, f & tenebræ tuæ erunt, g sicut meridies. Et h requiem i dabit tibi Dñs Deus tuus semper, k & implebit splendoribus l animã tuã, m & ossa tua n liberabit.

b Et loqui quod non prodest,] id est, inutilia, & otiosa. Hic tangitur peccatum locutionis. Vel secundùm *Greg.* Soluto conscientiæ vinculo, desine iam digitum extendere, vt indisciplinatos motus, & inutilia verba dimittas. In extensione enim digiti, & locutione quæ non prodest, vaga. & indisciplinata manus, & linguæ notatur dissolutio, Exterior enim motus indicat, quòd nulla internùs boni consilij radice subsistat. *Ecclesi.19.* d. Ex visu cognoscitur vir, &c. Vel digitus est discretio. Digitum ergo extendit, & loquitur quod non prodest, qui se de scientia extollit, & ipsam præsumptionem cordis vsque ad iactantiam extendit locutionis. Item digito loquuntur, ad literam, disputatores, & Monachi signatores, & derisores, siue detractores, qui alios non solùm digito ostendunt, & notant, sed & linguâ eis detrahunt. Et hoc est digitum extendere, & loqui quod non prodest animæ suæ, sed obest. *Prou.6.b.* Homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, id est, obloquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. Contra tales detractores dicitur *Rom. 1.d.* Detractores Deo odibiles. *Prou.24.a.* Abominatio hominum detractor. Vel digitum extendere est meliori detrahere, vel meliorem arguendo tangere. Contra illud. *Exod.22.* d. Diis non detrahes. Vel digitum extendit, qui absenti detrahit. *Leuit.19.* c. Non pones, &c. Vel digitum extendit non manum, qui parum, & insufficienter dat pauperi, quod tamen negauit diues Lazaro indigenti, cupiens saturari de micis, qui cadebant de mensa eius, & ideò nec minimum beneficium meruit recipere quando petiit. *Luc.16.f.* Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Loquitur autem pauperi quod non prodest ei, qui blandè ei loquitur, & tamen non dat. Folia habent, & non fructus. *Iacob 2.c.* Si frater, aut soror nudi sunt, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis, illis, ite in pace, calefacimini, & saturamini, non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit vobis? *Luc.6.c.* Omni petenti te tribue, non dicit, loquere. *1. Ioan.3.* d. Filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.

c Cum effuderis esurienti animam tuam.) Ablata cordis catena, & compositis exterioribus membrorum motibus, debes iam inseruire virtutibus, & pietatis operibus. Vndè dicit: [Cùm effuderis esurienti animam tuam,] id est, compatientem voluntatem. Ecce affectus cordis.

d Et animam afflictam repleueris.] Ecce exterior exhibitio operis. Primum in affectu, secundum in effectu. Eleemosyna enim sine compassione est, sicut cibus sine sapore. Vndè *Ierom.* super *Matth.* De amaritudine radicis surgit oleum in pabulum luminis, &c. Et de amaritudine compassionis surgit oleum, id est, suauitas eleemosynæ in pabulum pauperis. Item *Prouerb.21.* a. Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini. Diuisiones aquarum descendunt ad conuallem, sic animus potentis debet condescendere pauperibus. *Ecclesi.30.b.* Super omnem vocem turbabuntur viscera eius. *Ecclesi.4.* Per totum capitulum loquitur de eleemosyna. Benè autem post affectum subdit de effectu, vt nec affectus sit sine operis exhibitione, quia insufficiens est talis affectus, vt dicitur *Iacob.2.e.* Si non dederitis eis, quæ necessaria sunt corporis, quid proderit vobis? *1. Ioan.3.* c. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli non diligamus verbo, &c. Item nec operis exhibitio valet sine cordis compassione, quia aliter non est voluntaria eleemosyna. *Luc.6.e.* Omni petenti, te tribue. Primò te per compassionis affectum, postea tua tribue per effectum. *Iob.30.d.* Compatiebatur anima mea pauperi. *2.Cor.9.b.* Præparent repromissam benedictionem, non quasi auaritiam. Et si prædicta feceris.

e Orietur in tenebris lux tua,] i. Christus tuas ignorantiæ tenebras illuminabit, quantùm ad intellectum.

f Et tenebræ tuæ,] id est, peccata tua. g Erunt sicut meridies,] id est, tu qui in tenebris eras peccatorum, eris luminosus lumine gratiarum. *Ephes.5.b.* Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Vel ipsæ tenebræ erunt sicut meridies, id est, conuertentur tibi peccata per occasionem, in maiorem feruorem, secundùm illud *Roman.5.d.* Vbi abundauit delictum; superabundauit & gratia. Vel sic.

e Orietur in tenebris lux tua,] id est, in nocte huius sæculi, in medio huius nationis prauæ, & peruersæ lucebis in vita, & doctrina, sicut luminare in mundo: *Phil.2.b.f.* Et tenebræ tuæ,] id est, peccata tua.

g Erunt sicut meridies] quia quantò magis peccator, tantò magis cautior, & discretior. Hoc est verum in verè pœnitentibus. E conuerso autem est in malis, quòd meridies est eis, sicut tenebræ; quia quantò sapientiores sunt, & discretiores in Scriptura, tantò obscuriores in vita. *Amos 8.c.* Occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. *Mich.3.c.* Occumbet Sol super Prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. Vel, tenebræ sunt iustis sicut meridies; quia tribulationes eos illuminant, secundum illud *Psal.138.* Et nox illuminatio mea in deliciis meis. Hæc quæ dicta sunt faciet tibi Dominus in præsenti: Et quod sequitur dabit in futuro. Vndè dicit.

h Et requiem] æternam, scilicet. i Dabit tibi Dominus Deus tuus semper,] id est, in æternitate.

k Et implebit splendoribus animam tuam,] id est, virtutibus, vel dotibus animæ.

m Et ossa tua liberabit] à corruptione, & ab æterno igne, id est, & resuscitabit, & glorificabit corpus tuum, & consolidabit: Et hoc spectat ad glorificationem corporis. Sed quid interim per diuinam gratiam assequaris, subditur: [Et eris quasi hortus irriguus.] Vel potest totum legi de præsenti ab illo loco. *Aliter.*

h Et requiem dabit tibi Dominus Deus tuus semper] in prosperitate, scilicet, & aduersitate, sicut Laurentio tribuit requiem super craticulam. Vndè 2. *Machab 6.g.* Domine qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis, quia cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores; secundùm animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.

k Et implebit splendoribus,] id est, virtutibus, vel diuinis consolationibus.

l Animam tuam] etsi corpus sit plenum squalloribus. Corpus enim atteritur, sed anima illuminatur, & consolatur. *Psal.15.* Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. 1. *Petr.3.c.* Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu.

m Et ossa tua,] id est, virtutes quæ sunt robur mentis, vel vires naturales, vel virile propositum.

n Liberabit] ab ariditate acediæ, & tristitia, *infrà vlt.* d. Ossa vestra quasi herba germinabunt. *Prou.17.* d. Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exsiccat ossa, id est, virtutes venientes à pinguedine charitatis, & deuotionis. Item liberabit à putredine inuidiæ. *Prou.14.d.* Putredo ossium inuidia; quia putrescunt, & bona, & fortia opera si fuerint inuidia maculata. Inuidia enim totum interiorem hominem putrescere, & tabescere facit, sicut febris hectica. Vndè *Gregorius* de inuido dicit. In corde rabies, in vultu macies, in ore stridor dentium, ibi serpens antiquus omnia sua concutit. Item liberabit ab omnis peccati ægritudine per medicamentum gratiæ. Vndè *Prouerb.16.d.* Dulcedo animæ sanitas ossium. Dulcedo animæ, id est, cordis munditia, operis innocentia, oris modestia est sanitas ossium, id est, virium naturalium. Ossa autem dicuntur non solùm vires naturales, sed & virtutes, & virile propositum, & opus bonum. Item ossa Ecclesiæ dicuntur Sacerdotes, Clerici, & Religiosi, qui debent esse sicci castitate, concaui humilitate, medullati charitate, fortes patientia, albi sanctimonia, ma-

Δ cria abstinentia. Liberantur autem ossa tam Ecclesiæ, quam cuiuslibet animæ quando pinguescunt. Vnde *Septuaginta* habent hic literam talem: Et ossa tua pinguescent. Pinguedo autem ista fit per diuini verbi auditum. Vnde *Ezech.* 37. a. Ossa arida audite verbum Domini. Item per humilitatem.

D

& timorem, quia humilibus datur gratia, & ita humectantur ossa. Vnde *Prou.* 3. a. Ne sis sapiens apud temetipsum, time Deum & recede à malo. Sanitas quippe in vmbilico tuo erit,

Et *a* erit quasi *b* hortus irriguus, & *c* sicut fons aquarum *d* cuius non deficient aquæ. Et *e* ædificabuntur in te *f* deserta sæculorum, *g* fundamenta generationis & generationis *h* suscitabis. Et *i* vocaberis ædificator sepium. *k* Auertens semitas iniquitatum.

& irrigatio ossium tuorum. Item per bonam famam impinguantur virtutes. Vnde *Prou.* 15. d. Fama bona impinguat ossa, quia virtus laudata crescit.

a Et erit quasi, hortus irriguus.] Hortus, scilicet, folijs verborum bonorum vernans, virtutum redolens floribus, operum fructibus reficiens. *Cant.* 5. a. Veniat dilectus, irriguus copiositate donorum, & gratiarum, lachrymarum, & doctrinarum, habens irriguum inferius pro peccatis, & irriguum superius pro cœlestibus præmijs. *Ierem.* 31. b. Et erit anima eorum, quasi hortus irriguus.

c Et sicut fons aquarum cuius non deficient aquæ.] Anima iusti dicitur hortus irriguus, quia recipit gratiam in se ad fructificandum per bonam vitam. Dicitur etiam fons, quia recipit aquam gratiæ perennem ad erogandum & deriuandum alijs per bonam doctrinam. Vel hortus ministrat cibum, fons potum. Sic iustus reficit alios fructu boni exempli, & potat eos poculo verbi diuini. *sup.* 33. c. Panis ei datus est, hoc est primum: Aquæ eius fideles, id est, perennes, hoc est secundum. Et hoc est quod dicitur.

d Cuius non deficiens aquæ.] Aquæ torrentis, id est, doctrinæ sæculares deficiunt, vel concupiscentiæ carnales, vel diuitiæ temporales, sed aquæ iusti non deficiunt, fideles enim sunt, id est, perennes & vitales. *Prou.* 10. b. Vena vitæ os iusti, quia per iustos fluunt ad alios verba vitalia. *Prou.* 5. c. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide, habeto eas solus, ne sint alieni participes tui, &c. Fortè ab isto loco Isaiæ sumpsit Dominus illud. *Ioan.* 7. f. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Specialiter autem & principaliter Christus dicitur fons vitæ & gratiæ. *Psalm* 35. Apud te est fons vitæ. Similiter est fons scientiæ. Vnde subditur: Et in lumine tuo videbimus lumen. Cuius fontis non deficiunt aquæ gratiarum & doctrinarum. *Matt.* 24. c. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transient. Iste fons irrigat hortum, id est, Ecclesiam, vel animam, & sic fit hortus irriguus a fonte. Vnde *Genes.* 2. Fons egrediebatur, & irrigabat vniuersam faciem Paradisi. Pro quo in Hebraico habetur, hortus. Dicit ergo.

a Et eris] ô tu anima, vel generaliter ô Ecclesia.

b Quasi hortus irriguus, id est, à Christo vero fonte gratijs & doctrinis fœcundata.

c Et sicut fons aquarum,] id est, assimilaberis Christo capiti tuo qui est fons aquarum. *Bernar.* Origo fontium, & fluminum mare; scientiarum, & virtutum Dominus.

d Cuius non deficient aquæ,] quia sicut dicitur *Ioan.* 4. b. Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum; sed aqua quam ego dabo ei, fiet, in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

e Et edificabuntur, &c.] *Ieron.* in originali. Hæc Iudæi & amici tantùm occidentis literæ ad instaurationem referunt vrbium Palæstinæ, & vel facta sub Zorobabel & Esdra & Nehemia, vel in vltimo tempore futura cōtendunt, & ad instaurationem Ierusalem, & in circuitum ciuitatum altissima fundamenta iacienda, & tam excelsos muros ædificandos, vt nullus hostium possit intrare, & omnium in eas inimicorum prohibeatur ingressus. *Glos.* Meliùs autem ad Ecclesiam referuntur. Dicit ergo.

e Et ædificabuntur in te] ô Ecclesia.

f Deserta sæculorum,] id est, ruinæ & deserta quæ fuerunt in Iudæis infidelibus à sæculo, restaurabuntur in vocatione Gentium credentium in Christo.

g Fundamenta generationis & generationis,] id est, Apostolos & Prophetas qui fuerunt fundamenta vtriusque populi, scilicet, Iudæorum & Gentium *sup* 54. c. Fundabo te in Sapphiris. *Ephes.* 2. d. Super ædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum. Fundamentum singulari numero dicitur Christus. 1. *Cor.* 3. c. Fundamentum aliud nemo ponere potest, &c.

h Suscitabis.] Fundamenta autem Apostolorum & Prophetarum quodammodò iacent in infimis apud eos qui ea negligunt, & præcepta moresque eorum in suis operibus non extollunt, sed Ecclesia Fundamenta ista in seipsa suscitat, dum multos super fidem Apostolorum in fide & moribus construit & ædificat. De quibus dicitur *Ephes.* 2. d. Iam non estis hospites & aduenæ, &c. superædificati super fundamentum Apostolorum, &c. Similiter ea suscitas in teipso, quando in fabrica vitæ tuæ erigis.

i Et vocaberis ædificator sepium.] Vel sicut in Hebræo habetur: [Et vocabitur in te] ô tu Ecclesia ædificator sepium,] id est, doctrinarum quibus munitur Ecclesia. Vel sepem ædificat, qui se opponit scutum pro Domo Dei; qui iræ Dei pro populo se opponit, sicut Moyses, & Aaron, & Samuel.

k Auertens semitas iniquitatum.] Ecclesia enim non tantùm ædificat sepes, id est, non tantùm custodit virtutes, sed auertit semitas iniquitatum, id est, studiosas & subtiles iniquitates & exquisitas, quibus rectiori via & breuiori itur ad Infernum. *Ieron* ponit hic aliam literam, cui conueniunt alij Translatores, hanc s. [Conuertens semitas in quietem] semitas, scilicet, errorum vbi non est quies neque pax, conuertens in doctrinam Christi qui est vera pax. Vel secundùm *Ieronym.* semitas diuinæ indignationis con-

Δ uertens in

⊖ Vel aliter ab illo loco.

Aliter.

e Et ædificabuntur in te] Non dicit in tuis, contra illos qui multa dant ad ædificationem Religionum & claustrorum, sed seipsos dederunt diabolo ad ædificandum vrbes Ægypti, quæ sunt tres, Phiton, scilicet, & Ramasses. *Exod. primo*, b. & tertiam ciuitatem addunt ibidem *Septuaginta* Interpretes, scilicet, Ong, scilicet, ciuitatem Solis, siue Heliopoleos, per quas tres ciuitates significantur concupiscentia carnis, auaritia, & superbia. Sed dicit, [In te] id est, in tua vita & doctrina.

f Deserta sæculorum,] id est, peccatores qui diu fuerunt deserti a Deo per multa sæcula, id est, per multa tempora & annos. Hoc potest dici de B. Augustino, & Benedicto, qui Religiones antiquas fundauerunt, & omnibus similiter conuenit qui peccatores à via mala conuertunt.

g Fundamenta generationis & generationis suscitabis,] id est, iustos tam in Religione quam in sæculari conuersatione existentes, in bonum ædificabis. Hæc est enim duplex generatio. Vna in mundo, altera in claustro. Et dicit,] suscitabis,] id est, in altum eleuabis, & ad meliora proueches tua oratione & exhortatione. Quia autem iusti sunt fundamentum, dicitur *Prouerb. decimo*, d. Iustus quasi fundamentum sempiternum.

i Et vocaberis ædificator sepium.] Nota quòd sepes dicitur regularis institutio, siue præcepta regulariter viuendi. Vnde *Ecclesiasticus trigesimo sexto*, d. Vbi non est sepes, diripietur possessio. Item 1. *Paralip. quarto*, d. Hi sunt figuli habitantes in plantationibus & in sepibus apud Regem in operibus eius. Sepes custodit plantationem, sic Religionis obseruantiæ custodiunt plantatos in ipsa Religione. Fit autem ista sepes ex multis spinis: Ariditate, scilicet, victualium, & austeritate vestium, ieiunijs, & vigilijs, & cæteris afflictionibus claustralium. Et ista optimè custodiunt, si bene custodiantur, aliter non; sicut nec vestis custodit à frigore nisi & ipsa custodiatur à putredine. Item sepes custodia Angelorum & Prælatorum. Vnde *suprà quinto*, a. Vinea facta est dilecto meo in cornu filij olei, & sepiuit eam. *Gloss.* custodia Angelorum. Item sepes est flagellum Domini, & disciplina quam Dominus adhibet vineæ suæ, id est, animæ cuiuslibet, vt intercludat ei aditum ad peccatum. *Osee* 2. b. Sepiam viam tuam spinis. *Ecclesiastic. vigesimo primo*. b. Via peccantium complanata lapidibus. Item sepes est arcta custodia suorum sensuum. *Eccles. decimo*, b. Qui dissipat sepem mordebit eum Coluber. Ista sepes valde vtilis est & valde efficax, si ex bonis spinis connectatur, ex memoria, scilicet, peccatorum præteritorum, & consideratione Christi passionum *Eccles. vigesimo octauo*, d. Sepi aures tuas spinis, ad literam, illis spinis quibus coronatus est Dominus. Item sepes est interpositio orationum & meritorum inter iram Dei & peccata populi. *Ezech.* 22. g. Quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam, & non inueni. De omnibus his sepibus dicit hic, [Vocaberis ædificator sepium. Specialiter autem beatus Benedictus, & beatus Augustinus ædificauerunt sepes, id est, regulares institutiones.

k Auertens, &c.] quia omnibus iniquitatibus adhibuerunt remedia.

⊖ Si auerteris

uertés in quietem placationis. *a* Si auerteris à sabbato, &c.] Supra egit de ieiunio, & eleemosyna cum aliis operibus pietatis, & de oratione, & de præmio similiter quod illis promittitur, hic agit de custodia sabbati spiritualis, cuius obseruatio regium habet præmium, vnde dicit [Si auerteris a sabbato,] id est, a violatione sabbati. *b* Pedem tuum,] i. affectum tuum, ne, scilicet, Sabbatū cordis violes, vel,] pedem tuum,] id est, uer tuum, ne vagus sis per illicita desideria, *suprà* 56. a. Custodiés sabbatum ne polluas illud. Nota, quod in sabbato non licebat ignem accendere. *Exod.* 35.

Si *a* auerteris à sabbato *b* pedem tuum *c* facere voluntatem tuam in die sancto meo, & *d* vocaberis sabbatum delicatum, & *e* sanctum Domini *f* gloriosum, & *g* glorificaueris eum dum non *h* facis vias tuas, & non *i* inuenitur volūtas tua, vt loquaris sermonē, *k* tūc *l* delectaberis super Domino, & *m* sustollam te super † altitudinem terræ, & *n* cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Os enim Domini locutum est.

g. † altitudines.

a. quod tamen facit luxuriosus, & litigiosus, & instigator malus, qui est sufflatorium diaboli, quando alios incitas ad malum. Item non licebat onera portare. *Ier.* 17. c. quod tamen facit qui ad malum agendum est studiosus, & laboriosus. Vnde *Ier.* 9. b. vt inique agerent laborauerunt. *Ps.* 37. Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, &c. Item non licebat iter agere longum, nec discurrere. *Act.* 1. a. quod tamen facit curiosus, & vagus. *Prou.* 7. b. Garrula, & vaga, quietis impatiens. Item non licebat ligna colligere. *Num.* 15. d. quod tamen facit cupidus, & auarus, qui semper ligna colligit, i. temporalia congregat, vt ignem cupiditatis plus, & plus accendat. Vnde *Eccl.* 18. b. Secundùm ligna siluæ, sic ignis exardescet. *Prou.* 26. c. Cùm defecerint ligna, extinguetur ignis. Item non licebat vexare seruos, & iumenta. *Deut.* 5. b. quod tamen facit superbus, & tyrannus. *Ier.* 6. c. Seruietis Diis alienis, qui non dabunt vobis requiem. Item opus seruile non licebat facere. *Exod.* 20. b. quod tamen facit, qui premitur iugo consuetudinis peccati, *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Tripliciter autem custodiendum est sabbatum, in corde, & ore, & locutione. Vndè dicit. *a* Si auerteris à sabbato,] id est, à violatione sabbati. *b* Pedem tuum,] id est, affectum; quod exponens subdit. *c* Facere] scilicet, [voluntatem tuam in die sancto meo,] id est, ne mala velis facere in die sabbati. Et hoc pertinet ad custodiam cordis. *d* Et vocaberis sabbatum delicatum, &c.] id est, si sic egeris in sabbato, vt ex operibus tuis possit vocari sabbatum tuum, i. otium delicatum, & sanctum Domini, & gloriosum, id est, sine amaritudine auaritiæ, quia auari sunt amari pauperibus, & immisericordes, secundùm illud *Osee* 12. d. Pronunciauit me Ephraim in amaritudinibus suis. Delicatum autem sabbatum non est quod recipit talem amaritudinem. Item sabbatum Domini debet esse sanctum, id est, purum debet esse otium, sine fæce carnalis concupiscentiæ, id est, sanctum Domini, id est, purum puritate data a Domino. Item gloriosum debet esse, vt in omnibus quæratur gloria Dei, non propria. Et hoc est contra superbiam vitæ. *Psal.* 18. Cœli enarrant gloriam Dei, *Iosue* 7. c. Fili da gloriam Deo. Sic ergo sabbatum Domini delicatum sanctum, & gloriosum vocat, qui opera auaritiæ, immunditiæ, & superbiæ vitat. Vndè exponendo subdit. *g* Et glorificaueris eum: scilicet, Dominum, vel diem sabbati. *h* dum non facis vias tuas,] id est, dum non sequeris vias tuas, concupiscentias, scilicet, carnalium voluptatum, diuitiarum, honorum, secundum quod dicitur *Eccl.* 19. d. Fili post concupiscentias tuas non eas. Sic ergo custoditur sabbatum in opere. Sequitur autem de custodia oris.

i Et non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem,] id est, vt non ad arbitrium voluntatis loquaris, sed frange voluntatem tuam, & restringe vanam locutionem, & iniquam.

k Tunc] si prædicta feceris. *l* Delectaberis super Domino,] i. de Domino, & in Domino, non in mundanis, & hoc in præsenti per gratiam. Vndè *Psalm.* 36. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis. Et in futuro promittit tibi Deus quod sequitur. *m* Sustollam te super altitudinem terræ,] i. in terra viuentium in cœlo Empyreo, quod est altum, & loco, & dignitate; & dicitur terra pro soliditate, & fertilitate. *n* Et cibabo te hæreditate Iacob patris tui,] id est, hæreditate cœlesti, quam dedi Iacob, cuius filius es per fidem, & operationem, vitia supplantando. Et vt certum sit quod promisit subdit. *o* Os enim Domini locutum est,] id est, Deus per Prophetam.

a Si auerteris à sabbato, &c.] Nota in claustro. Primum est ædificare sepem regulæ. Secundum auertere semitas iniquitatū, & discursus, & vagationes monachorū, vt Religiosi non sint vagi. Vndè si tamen ad aliquod negotium exeant, sit iter eorum iter sabbati, i. non exeant nisi quantùm se extendit obedientia. Tertium est sabbatizare pectore, quod non faciunt illi qui vagi sunt corpore & curiosi mente. Contra quod dicit. [Si auerteris a sabbato pedem tuum,] i. a violatione sabbati, i. quietis spiritualis obseruatoris tam motum cordis quam corporis. Quartū est abnegare se omnino nec curam sui agere. Vnde sequitur. *c* Facere voluntatē tuā in die sancto meo.] Dies sanctus Domini est tempus pœnitentiæ, & religionis, quod nobis Deus concessit ad purgationē nostrorū peccatorū. In tēpore isto debemus sic viuere in progressu, sicut promisimus in ingressu. In ingressu autem abnegamus nos, & nostra, & nostros, & nostrā propriam voluntatem, & Prælato nostro totum committimus. Hic est quadrangulus, de quo *Ezech.* 41. d. dicitur, quod limē Templi erat quadrangulum. Ingressus Religionis notatur per limen, in quo notatur hæc quatuor, sc. vt homo abneget semetipsum, i. cotam carnis suæ. *Matt.* 16. d Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Item vt abneget sua. *Luc.* 14. g. Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Itē vt abneget suos. *Deut.* 33. a. Qui dixerit patri, & matri, nescio vos, & fratribus, ignoro illos, hi custodierunt eloquium tuum. Itē Dominus pendens in Cruce pro Matre flente non descendit, sed Ioanni eam commendauit: Et nos similiter in Cruce claustri existētes commendemus parentes nostros gratiæ Dei. Item vt homo abneget voluntatē propriam, & dicat cū Iesu: Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui misit me. *Ioan.* 6. d. Et hoc est quod dicitur: [Si auerteris, &c.] Sequitur. *d* Et vocaberis sabbatū delicatū,] vt dedigneris tractare opera seruilia, & immunda, sicut virgo delicata dedignatur tāgere cineres, & immunditias domus. Vel sabbatū delicatum est, i. deliciis dedicatum, quando homo claustralis sabbatum quietis interioris ornat meditationibus sanctis, & desideriis, & spiritualibus deliciis. In claustro enim inueniuntur spirituales deliciæ ab his qui sunt in sabbato, i. in quiete. *Prou.* 3. c. Quiesces, ecce sabbatū cordis: & suauis erit somnus tuus, ecce deliciæ contemplationis, *sup.* 51. a. Ponet desertū eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Ibi require de deliciis: *Cant.* 8. b. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, deliciis affluens? E contra vagi, & inquieti, perdunt istas delicias. Vndè *Mich.* 2. c. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum, i. de claustro. *d* Et vocaberis sabbatum delicatū,] intendendo spirituali delectationi. *e* Et sanctū Domini] vocaberis, scilicet, intēdendo mūditiæ, & puritati. Et vocaberis similiter sabbatū. *f* Gloriosum,] intendens diuinæ gloriæ, & honori. *g* Et glorificaueris eum dum non facis vias tuas,] i. dum non exples concupiscentias tuas. *i* Et non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem] odiosum, vel otiosum, i. ex deliberata voluntate otiosa, vel noxia non loqueris. Et hoc etiam pertinet ad claustrales, quorum est seruare silētium, & non loqui pro voluntate, *sup.* 32. d. Cultus iustitiæ silentium. Vndè *Thren.* 3. d. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuabit se supra se. *k* Tunc] si prædicta feceris [delectaberis super Domino.] Tria ponit per ordinem hic, delectationem, exaltationem, & hæreditatem. Delectationem cum dicit: [Delectaberis, &c.] Exaltationem, ibi, [Sustollam te, &c.] Hæreditatem, ibi,] Et cibabo te hæreditatē, &c.] Delectationem meretur, qui carnem suam macerauit, & afflixit. Exaltationem meretur qui spiritum humiliauit. Hæreditatem meretur qui sua in operibus pietatis pauperibus distribuit. Hæc sunt tria de quibus actum est, de ieiunio, & eleemosyna, & sabbati custodia. Per ieiunium n. carnē macerat homo, per eleemosynam suā donat, per otium sabbati ad habilitandum se vacat. Meritò ergo tali, tale præmium assignat Propheta, dicens: [Tunc delectaberis super Domino] in futuro perfectē. *m* Sustollam te super altitudinem terræ,] i. de terrenis pressuris in cælis collocabo merito humilitatis, & propriæ voluntatis abnegationis. Aliter enim, nisi voluntatem tuam abneges, non ascendes in cælum. Vndè Filius Dei descendit vt Patris faceret voluntatem. *Ioan.* 6. d. Descendi de cælo, non vt facerem voluntatem meam, &c. Sic igitur qui ascendere intendit de terra in cælum, & vult facere volūtatem suam, nequaquam perueniet illuc. Et benè dicit [sustollam.] Nemo. n. ascendit sursum, nisi tractus. *Ioan.* 12. e. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Sol. n. iustitiæ attrahit aquas maris, i. Sanctos de amaritudinibus mundi. *n* Et cibabo te hæreditate Iacob patris tui,] id est, hæreditatem dabo tibi quā Iacob pater tuus, i. Christus luctādo in Cruce pro te acquisiuit. *o* Os. n. Domini locutū est,] & ita cer-

Aliter.

tum est quod dixi *suprà* 40. b. Videbit omnis caro quòd os, &c.

EXPOSITIO CAP. LIX.

Ecce non est abbreuiata, &c.] In præcedenti capitulo arguit Iudæos de ficta pœnitentia, & quòd ieiunia corũ non erant meritoria, & docuit quomodo de extero essent agenda, id est, cum operibus pietatis, & cum obseruantia legis, maximè tamen cum obseruantia sabbati, & multa

A
Sup. 50. a.
Num. 11. c.

CAP. LIX.

Ecce non *a* est abbreuiata manus Domini vt *b* saluare nequeat, neque *c* aggrauata est auris eius, vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ *d* diuiserunt inter vos & Deũ vestrũ.

bona eis promisit si sic facerent: Lumen, scilicet, prosperitatis, & liberationem a tenebris captiuitatis, hortos, irriguos, & fontes copiosos, quod pertinet ad terræ fertilitatem; deserta reædificanda; fundamenta ciuitatum suscitanda, delectari in Domino, id est, in cultu Domini; extolli in altitudinem terræ, id est, in Iudæa quæ alta est & situ, & dignitate, & hæreditate possidere terram, quæ Iacob & semini eius promissa fuit. Hæc sic Iudæi intelligunt, vt vel iam sibi hæc completa in reditu de captiuitate Babylonica contendant, vel sibi etiam adhuc in suo Messia ventura esse promittant: Sed hæc omnia in figura contingebant illis, propter nos autem dicta sunt, *1. Cor. 10. c.* quibus bona cœlestia promittuntur, si ieiuniis, & eleemosynis, & orationibus, & sabbatorum custodiæ spirituali intenti simus: In hoc autem capitulo sequenti, secundùm literam, arguit Iudæos de diffidentia auxilij diuini promissi: Pœnam enim suæ captiuitatis impotentiæ Dei & immisericordiæ imputabant, non suis peccatis, quasi Deus non posset eos liberare, vel ita impius esset quòd non vellet. Et diuiditur hoc capitulum in octo partes. In prima parte dicit Dominus se esse potentem, sicut olim ad liberandum, & benignum ad exaudiendum, sed peccata sua hoc prohibent ab eis. Secundò autem, peccata eorum enumerat. Et Primò, peccatum idololatriæ, Secundò crudelitatis, ibi: [Manus. n. vestræ pollutæ, &c.] Tertiò, peccatum consuetudinis mentiendi, ibi: [Labia vestra locuta sunt mendacium.] Quartò, confidentiam in nihilo, scilicet, in idolo, vel in Ægypto, vel in Messia suo venturo, & non in Deo, ibi: [Non est qui inuocet, &c.] Quintò, excogitationes in studio peccandi, ibi: [Conceperunt laborem, &c.] Sextò homicidium, ibi: [Et opus iniquitatis in manibus eorum.] Septimò, postquam ostendit eis Propheta scelera eorum, respondet in persona populi pœnitentis, quòd iusto iudicio attriti sunt, & ideo peccata sua populus pœnitens recognoscit, ibi [Propter hoc elongatum est iudicium.] Octauò, iam de misericordia Dei confidens liberationem & prosperitatem repromittit, ibi: [Et saluauit sibi brachium suum, &c.] Dicit ergo.

Sup. 58. a. *a* Ecce non est abbreuiata.] Respondet ei quod dixerant murmurantes in præcedenti capitulo. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? &c. quasi dicat Dominus, Dico vobis quare hoc est, quia peccata vestra præualent ieiuniis vestris, non quia ego non sim ita potens & benignus sicut olim. Et hoc est quod dicit, Ecce non est abbreuiata manus Domini,] id est, minorata potentia eius ex quo liberauit vos de Ægypto.

b Vt saluare nequeat,] vos de captiuitate Babylonica, sicut olim de Ægyptiaca liberauit.

c Neque aggrauata est auris eius,] id est, Deus non est factus surdus. Auris enim depressa & aggrauata non potest bene audire, sicut patet in asino qui habet aures dependentes. Et talem modum loquendi seruat hic, cum dicit, [Neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat,] quasi dicat, nec impotens est ad saluandum vos, si credideritis; nec immisericors est ad exaudiendum, si purè inuocaueritis, sicut Moysen & alios olim exaudiuit.

d Sed iniquitates vestræ] cultus idolorum, & alia peccata quæ enumerabit postea. *e* Diuiserunt inter vos & Deum vestrum,] id est, Deum discordem vobis fecerunt, ita vt non saluaret, sed potiùs vos à se & à terra sua elongaret in captiuitatem Babyloniorum, vel Romanorũ tradendo. Et pec-

Mysticè. *a* Ecce non est abbreuiata, &c.] Istud capitulum exponit beatus Hieronymus litteraliter de ipsis Iudæis qui crucifixerunt Dominum, & sanctos occiderunt. Vndè eis pœnam comminatur Propheta, & pœnitentibus promittit misericordiam. Vndè credimus hic veram litteram esse ipsum mysterium de Christo; vel potius non mysterium, sed exemplum, quia planè refertur ad tempora Christi, licèt Iudæi, vt suprà dictum est, retorqueant ad alia tempora. Dicit ergo Propheta ad Iudæos.

a Ecce non est abbreuiata manus Domini.] Loquitur ad Iudæos pro morte Christi captiuatos a Romanis, qui Deum impotentem & immisericordem æstimabant. Quibus respondet Propheta, quòd, [non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat,] vos si credideritis ei. Et respondet ad hoc quod *suprà* 50. a. quæritur, Nunquid abbreuiata, & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum?

c Neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat] vos si purè inuocaueritis eum; quasi dicat, Ita misericors est ad exaudiendum sicut solebat. Et respondet ad hoc quod dictum est *suprà* 58. a. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? &c. Et nota quòd manus Domini longa est, vt vbique attingat fortiter, malos puniendo, & suauiter, bonos remunerando. *Sapient.* 8. a. Attingit à fine vsque ad finem fortiter, &c. Item larga & ampla est, quia omnibus se & sua exhibet. Vnde *Psal.* 144. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Item plena est, quia omnia sua virtute continet. *Psalm.* 94. In manu tua Domine omnes fines terræ. Item *supr.* 40. c. Quis mensus est pugillo aquas? &c. Et postea: Quis appendit tribus digitis molem terræ? Item prompta est. Vndè *Cant.* 5. d. Manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hiacynthis. *Gloss.* Tornatiles, quia in promptu habet facere quod vult, sicut tornatura cæteris promptior est artibus. Aureæ autem dicuntur, quia dat pretiosa dona. Plenæ, quia multa dat. Benè ergo dicit, quòd, [non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat.] *Mich.* 2. b. Nunquid abbreuiatus est spiritus Domini? *Num.* 11. c. Nunquid inualida est manus Domini? Non est abbreuiata ad saluandum. Abbreuiata tamen fuit dextera eius, sed hoc fuit etiam ad saluandum, quando Verbum caro factum est, & in vtero Virginis angustum. Vnde *suprà* 10. f. Consummationem & abbreuiationem faciet Dominus Deus exercituum in medio omnis terræ. *Ioan. 1. b.*

c Neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat.] Illis Dominus manum abbreuiat in suis necessitatibus, qui manum suam contrahunt pauperibus. *Ecclesiast* 4. d. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta, id est, non credas quòd Deus debeat tibi bona sua dare, si manum subtraxeris a paupere. Similiter Dominus aggrauat aures suas ad preces eorum, qui aures suas obturant ad clamorem pauperum, vel ad obedientiam præceptorum. *Prou.* 21. b. Qui obturat aurem suam ne audiat clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur. *Zach.* 7. c. Aures suas aggrauauerunt, ne audirent. Sequitur.

d Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum,] id est, subtraxerunt vobis eius auxilium. Planum est de Iudæis, ostendit enim quare non sunt exauditi, sed in captiuitatem ducti a Romanis. Nota quòd peccata omnia reducuntur ad tria. Concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, & superbiam. Vndè dicitur 1. *Ioan.* 2. c. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & superbia vitæ, &c. Et ideò per tria in Scriptura significantur, quæ diuidunt inter hominem & Deum, per sartaginem, scilicet, & nubem, & murum. De sartagine, *Ezech.* 4. a. Sume tibi sartaginem ferream, & pone inter te & ciuitatem. In sartagine coquuntur carnes, & significat auaritiam, per quam consumuntur & coquuntur pauperes. Vel auaritia decoquit carnalem mentem, & est mater curarum. De nube, *Thren.* 3. e. Opposuisti nubem ne transeat oratio. Hæc est superbia. Sicut enim nubes rore & aquis concrescunt, ita superbia crescit ex diuitiis. Vndè *suprà* 7. a. Requieuit Syria super Ephraim, quia superbia fulcitur diuitiis. Syria enim interpretatur sublimis, & est superbia quæ ratione est cœlestis. Ephraim significat diuitiarum fertilitatem. *Prouerb.* 25. b. Nubes, & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus & promissa non complens. Item de muro qui significat carnalia desideria, dicitur *suprà decimo sexto*, c. Venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. Item in *Psalm.* 17. Et in Deo meo transgrediar murum; id est, obstacula carnalium desideriorum, vel congeriem peccatorum. Sed nota quòd aliter diuidit caro à Deo, aliter carnale desiderium. Caro enim est sicut paries qui obumbrat nos, vt non videamus Deum facie ad faciem, dum sumus in hoc corpore. Carnalia autem desideria sunt sicut murus, quæ se omnino Deo

oppounnt non

Δ dendo. *a* Et peccata vestra :] Iniquitates dicit scelera maiora, peccata verò minora. *b* Absconderunt faciem eius à vobis, id est, cognitionem eius, vel auxilium, siue propitiationem. *c* Ne exaudiret] vos, in tempore tribulationis clamantes. Deinde iniquitates eorum per partes
Secunda pars. exponit, dicens.

& *a* peccata vestra *b* absconderunt faciem eius à vobis ne *c* exaudiret. Manus enim *d* vestræ pollutæ sunt sanguine, *e* & digiti vestri iniquitate. *f* Labia vestra locuta sunt *g* mendacium, & *h* lingua vestra iniquitatem fatur. Non *i* est qui inuocet *k* iustitiam, *l* neque est qui iudicet verè, sed *m* confidunt in nihilo, & *n* loquuntur vanitates. *o* Conceperunt † laborem, & *p* pepererunt iniquitatem, *q* Oua Aspidum ruperunt,

d Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine,] quia idolis sacrificabant.

e Et digiti vestri, &c. *suprà* 1. d. per digitos significat subtilitates, & excogitationes quas inueniebant ad hoc, vt accusare possent innocentes, & damnare ad mortem. *Ioh.15.d.* *Al. † dolorem.*

Tertia pars. *f* Labia vestra locuta sunt mendacium,] Mendaces erant, ad litteram, & fallaces, & deceptores in lingua, vel: [Mendacium] quia dixerunt, Omnia quæcunque dixerit nobis Dominus faciemus, *Exod.*24. a. Et nota, quod enumerat peccata eorum hic quæ faciebant per omnia membra, per manus, per linguam, per cordis excogitationem, per pedes. Sequitur.

h Et lingua vestra iniquitatem fatur,] quasi dicat, non solùm dicitis mendacia in proximum, sed etiam iniquitates, id est, blasphemias in Deum ; vel iunge simul, mendacium, & iniquitatem, id est, mendacium iniquum, siue ex iniquitate dictum. *i* Non est qui inuocet iustitiam,] id est, qui sit aduocatus pro iustitia, vel non est, qui iustè
Quarta pars. velit iudicari.

l Neque est qui iudicet verè :] quasi dicat, nec populus vult iustè iudicari, nec Prælati volunt iustè, & verè iudicare, vel.

i Non est qui inuocet iustitiam,] id est, qui Deum iustum inuocet, sed inuocant idolum.

l Neque est qui iudicet verè,] quòd ego sim Deus. *m* Sed confidunt in nihilo,] id est, in idolo, idolum enim nihil est, vt 1. *Cor.*8. a. *n* Et loquuntur vanitates] idolo attribuentes bona quæ Deus eis contulit, Vt illi qui dixerunt *Exod.* 32. b. Hi sunt Dij tui Israël, qui eduxerunt te de ter-
Quinta pars. ra Ægypti. *o* Conceperunt laborem,] id est, cogitauerunt, & exquisierunt, vt facerent mala, quæ sunt causa laboris. Vel. [Conceperunt laborem,] id est, in studio peccandi laborem habuerunt. *p* Et pepererunt iniquitatem,] id est, conceptam malitiam in fœtum mali operis produxerunt. Et hoc cum magno labore, & dolore, vt partus sine dolore non est. *Ier.* 9. Vt iniquè agerent laborauerunt. *q* Oua Aspidum ruperunt?] *Andr.* Ouum diu fotum Δ vsque

⊖ opponunt non facilè vincuntur, vnde & muris di-
Mysticè. cuntur, quia vix tolli possunt. *a* Et peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis.] *Gloss.* præsentiam, auxilium, gratiam. *c* Ne exaudiret.] Dominus enim cum exaudit dicitur faciem ostendere. Vndè *Psal.*79. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Item *Psal.*24. Respice in me, & miserere mei. Dicitur autem faciem auertere, vel abscondere, quando non exaudit. Sicut homines faciunt quando nolunt exaudire aliquas preces, auertunt faciem, *Iob.*13. d. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum ? *Psalm.*43. Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ; Item
Facies Domini dicitur multipliciter. *Psal.*103. Auertente autem te faciem tuam turbabuntur. Facies autem Domini dicitur multipliciter. Præsentia eius, & gratia, & auxilium eius, siue cognitio eius, & propitiatio. Et nota quòd dicit quòd peccata diuidunt à Deo, & abscondunt faciem eius. Peccatum enim gladius est, ideò diuidit, & separat animam a vita. Item nubes est, ideò obscurat intellectum à veritatis notitia. *d* Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine.] Hic per partes exponit iniquitates Iudæorum. Et dicit Ieronymus, quòd eis non obicit hic idololatriam, qua Isaiæ temporibus tenebantur, sed effusionem sanguinis, de qua etiam, *supr.*57. a. dicit Iustus perit & non est qui recogitet in corde suo. Dicit ergo [Manus vestræ pollutæ sunt sanguine Prophetarum, & ipsius Christi. Ieremiam enim lapidauerunt, Isaiam secuerunt, Ezechielem in Babylone occiderunt, & tandem in Filium Dei inclamantes dixerunt : Sanguis eius super nos, & super filios nostros. *Matth.*27. c. *sup.*1. d. Cum extenderitis manus vestras, non exaudiam ; manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Hoc etiam dicitur non solùm homicidis, sed raptoribus, qui pauperum sudorem, & sanguinem auferunt, & omnibus etiam apertè peccantibus. *Ierem.*2. g. In alis tuis inuentus est sanguis pauperum.

e Et digiti vestri iniquitate, quia studiosi estis, & subtiles ad faciendum malum. Hic enim significantur duo genera peccatorum. Sunt enim quædam peccata aperta, & communia, & assueta, quæ notantur per hoc quod dicit : [Manus vestræ pollutæ sunt sanguine.] Et sunt quædam noua, & adinuenta, & subtilia peccata, de quibus dicit : [Et digiti vestri iniquitate.] De his duobus in simul dicit *Psal.*27. Da illis secundùm opera illorum, & secundùm nequitiam adinuentionum ipsorum.

f Labia vestra locuta sunt] non solùm sermonem otiosum, sed *g* Mendacium] quod peius est, quia os qui mentitur, occidit animam. *Sap.*1. c. Mentiti sunt autem Iudæi dicentes. *Ioan* 8. f. Dæmonium habes, & huiusmodi. Et quia adhuc pro Christo Antichristum sibi promittunt, & non quodcunque mendacium, sed iniquum locuti sunt, subdit.

h Et lingua vestra iniquitatem fatur,] id est, blasphemiam. Quomodo igitur exaudiri poterit deprecatio oris quod talia loqui consueuit, nisi priùs pœnituerit? Adhuc autem de ipsis Iudæis subditur.

i Non est qui inuocet iustitiam,] i. qui credat in Christum, qui est iustitia mera, sed suam iustitiam volentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti : *Rom.*10. a. 1. *Cor.*1. d. Factus est nobis sapientia a Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Sapientia in prædicatione, iustitia in peccatorum remissione, sanctificatio in conuersatione, redemptio in morte, & passione.

l Neque est qui iudicet verè,] quia elegerunt Barrabam, & crucifixerunt Iesum, *Matth.*27. c. *Ierem.*5. a. Quærite in plateis Ierusalem, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentem fidem, & propitius ero eis. Vel.

i Non est qui inuocet,] id est, intus vocet. *k* [Iustitiam,] id est, qui in corde suo iustificari precetur, qui cor suum iustitiæ habitaculum paret, & Iustitiam à Deo postulet. *Ecclesi.*15. a. Qui timet Deum faciet bona, & qui continens est iustitiæ apprehendet eam. *l* Neque est qui iudicet verè,] quia falso mentis iudicio æternitatis temporalia præponunt.

m Sed confidunt in nihilo, id est, in præsenti vita, in viribus suis, in equis, in armis, in diuitiis. *Ier.*4. f. Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihilum. *Amos* 6. d. Qui lætamini in nihilo, qui dicitis, Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua ? Vanam autem confidentiam cordis sequitur vanitas locutionis. Vndè subdit

n Et loquuntur vanitates,] quia qui de terra est, de terra loquitur, *Ioan.*3. d. *Psal.*11. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. De Iudæis autem exponitur quòd confidentes in sua iustitia loquuntur vanitates, fabulis, & genealogiis intendentes, vel Christum quotidie in synagogis blasphemantes, Messiam adhuc expectando. ad *Titum* 1. d. Sani sint in fide, non attendentes Iudaicis fabulis. *o* Conceperunt laborem] multo labore mortem Christi machinantes.

p Et pepererunt iniquitatem] cogitatum in actum perducentes. *q* Oua Aspidum ruperunt,] i. venenosa consilia sua ⊖ manifestauerunt.

Moraliter, ab illo loco. *o* Conceperunt laborem,] id est, peccatum quod est causa laboris, tamen delectabiliter concipitur.

p Et pepererunt iniquitatem.] Conceptio fit in corde, partus in operis perpetratione, & ibi labor, *Ier.*9. b. Vt iniquè agerent laborauerunt. *Psal.*7. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Item laborem concipit, qui proponit currere Romam pro litteris, & parit frequenter iniquitatem, dum postea per litteras Papæ iniustè vexat innocentem, Item multi concipiunt laborem, id est, proponunt pœnitentiam agere, & intrare Religionem, sed tandem faciunt abortiuum, & pariunt iniquitatem, quia aliquando post illud propositum magis effrænes sunt quam ante, *suprà* 33 b. Concipietis ardorem, id est, feruorem intrandi Religionem, & parietis stipulam.

q Oua Aspidum ruperunt) vel [sciderunt.] Aspides sunt Dæmones, vel mali homines, qui obturant Deo aures suas, sicut dicitur *Zach.* cap. 7. c. Aggrauauerunt aures suas ne audirent. *Psal* 57. Furor illis secundùm similitudinem serpentis, & sicut Aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Aspis vnam aurem allidit terræ, & aliam caudâ obturat ne audiat incantatorem, sic & malos vnam aurem claudit amore terrenorum, aliam oppilat caudâ, id est, spe & promissione bonis finis, cum tamen *Ecclesiasticus* dicat 29. c. Repromissio nequissima multos perdidit.

A vsque ad productionem fœtus tandem rumpitur, sic Iudæi in corde suo diu cogitationes venenatas fouerunt, & in opus tandem produxerunt. a Et telas araneæ texuerunt,] id est, inutiliter se euiscerauerunt & laborauerunt in operibus suis, maximè in seruiendo idolis. Vndè *Osea* 8. b. In aranearum telis erit vitulus Samariæ, quia ventum seminabunt & turbinem metent. Vel, telas araneæ

& a telas araneæ texuerunt. Qui b comederit de ouis eorum c morietur, & d quod confotum est e erumpet in Regulú. f Telæ corú

texebant, qui in faciendis proselytis se euiscerabant, id est, muscas capientes & culices. b Qui comederit de ouis eorum morietur,] id est, qui consenserint sceleratis consiliis eorum, peccabũt. d Et quod confotum est erumpet in Regulum,] id est, quod nequiter proponunt in mente, perniciosius producunt in opus, vt alios corrumpant. f Telæ eorum non erunt in vestimentum, id est, astutiæ eorum eis non proderunt, nec a frigore captiuitatis eos liberabunt. h Neque operientur operibus suis,] id est, meritis operum suorum non defendentur ab hostibus: Quia. i Opera eorum opera inutilia.] Lipeote est, i. nociua. l Et, id est, quia. m Opus iniquitatis in manibus, &c.] Planum est ad litteram, ideò transeundum est. Et non solum peccant manibus, sed & aliis membris: Vndè A dicit. Pedes

Sexta pars.

Mystieè. *Ioan.* 11. *f.*

⊕ manifestauerunt. a Et telas araneæ texuerunt,] id est, inutiliter se euiscerauerunt, quia ne amitterent locum & gentem, eum perdiderunt, & ideò & locum & gentem amiserunt.

b Qui comederit de ouis eorum,] id est, qui consenserit consiliis Iudæorum. c Morietur] morte æterna. d Et quod confotum est erumpet in Regulum.] Regulus serpens est Rex serpentum, & significat Antichristum, Regem omnium malorum. [Quod] ergo, [confotum est erumpet in Regulum,] quia propter malitiam eorum quamdiu fouendo tenuerunt, mittet eos operatorem errorum Antichristum. Vel, [quod confotum est erumpet in Regulum] quia corda iniqua, & venenosa consilia

Matth. 16. *g.* verbis ostenderunt, dicentes: Reus est mortis. Et *Ieron.* Quia supra dixerat: Telas araneæ texuerunt, exponit quomodo telarum istarum textura proficiat dicens. f Telæ eorum,] id est, doctrina & consilia, & opera eorum. g Non erunt in vestimentum,] id est, non munient eos, nec fouebunt. Et ideò: vt sciamus per telas opera demonstrari, subdit.

h Neque operientur operibus suis] contra frigus captiuitatis, vel æternæ damnationis: Quia.

i Opera eorum opera inutilia,] & ideò telis aranearum comparantur.

m Et opus iniquitatis,] id est, mors Christi quæ dicitur opus iniquitatis antonomasticè. n In manibus eorum,] quia Christum hora tertia crucifixerunt quamuis dicerẽt: ⊕ Nobis non licet

Moral.

° Ouum autem rumpitur & producit pullum, id est, opus prauum, quando malignorum Spirituum, vel malignorum suggestorum consilia quæ in cordibus prauorum latent, prauis operibus aperiuntur.

Homo malus comparatur aranea.

a Et telas araneæ texuerunt.] Homo malus comparatur araneæ, cuius tela multiplex est. Vita, scilicet, quam ducit, vel opera quæ facit, vel temporalia quæ sibi colligit, vel doctrina quam aliis ministrat & impertitur. Aranea enim cum labore texit, quia se euiscerat texendo; ita mali in operibus suis & in temporalibus congregandis. *Eccl.* 10. b Auaro nihil est scelestius, hic enim & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua. Item post laborem non capit nisi muscam Aranea: sic post magnum studium non capit Theologus nisi vnam præbendam. Item Aranea non in plano texit, sed in angulis domorum, sic & mali in duplicitate cordis operantur & fraudes aliis machinantur, *Sophon.* 3. a. Disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli earum; id est, angustiæ & fraudes earum. Item aranea texit maximè horis vespertinis: sic & mali, quia qui malè agit odit lucem. *Ioan.* 3. c. Item Aranea quæ texit in vespere est auarus, qui sollicitatur de diuitiis congregandis in senectute. Item facilè à vento dissipatur quicquid ab Aranea cum labore texitur. *Iob.* 8. c. Non placebit vecordia sua, & sicut tela Aranearum fiducia eius. Ibi *Gloss.* Tela Aranearum studiosè texitur, sed flatu venti dissipatur: sic quicquid hypocrita exudat, aura fauoris exufflat. *Gregorius.* Hypocrita dum laudatur dissipatur. Item domus desertæ abundant telis Aranearum, sic homines deserti à gratia, maximè abundant temporalibus, quia vt dicitur *Iob.* 12. b. Abundant tabernacula prædonum. Item *Ierem.* 12. c. Quare via impiorum prosperatur, benè est omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt? Item licet domus sit plena his telis, tamen vacua est: Sic est etiam de malis, quoniam vacua est spes impiorum; spes autem iustorum immortalitate plena est, vt dicitur *Sapien.* 3. a. Dicit ergo.

non g erunt in vestimentú, neque h operiẽtur operib⁹ suis. i Opera corú k opera inutilia: l Et m opus iniquitatis in n manibus eorum.

a Telas Araneæ texuerunt,] id est, peccatores vitam infructuosam duxerunt, vel opera inutilia fecerunt, vel temporalia cum labore inaniter collegerunt vel doctrinam, & si subtilem, tamen inutilem aliis ministrauerunt. B

b Qui comederit de ouis eorum morietur,] quia oua eorum oua Aspidum sunt, id est, qui malignorum Spirituum suggestionibus, vel prauorum hominum persuasionibus acquieuerit, vitam in se animæ occidit. *Rom.* 1. d. Digni sunt morte non solùm qui ea faciunt, sed qui consentiunt facientibus. *Eccles.* 19. a. Qui se iungit fornicariis nequam erit. *Psal.* 124. Declinantes autem in obligationes adducet Dominus, &c.

d Et quod confotum est] ouum, scilicet fotum in mente.

e Erumpet in Regulum,] id est, in opus prauum. Ex tali ouo talis pullus, ex prauo consilio, vel proposito exit prauum opus, *suprà* 14. g. De radice Colubri egredietur Regulus, id est, prauum exemplum, siue prauum opus: Flatu enim suo omnem virorem circa se extinguit. Et nota quòd multi putant se fouere pullos Columbinos, id est, simplices, sed fouent Regulos, flatu vrentes totam viciniam sermone, vel dignitatum aspiratione: Sicut Abimelech; de quo dicitur *Iudic.* 9. f. Præsidium succenderunt & fumo mille homines necati sunt. Fumus est signum ignis, & significat opus aliquod vel sermonem, quæ sunt signa interioris cupiditatis & ambitionis. Et iste fumus corrumpit multos & obfuscat. *Apoc.* 9. a. Aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol, & aer de fumo putei. Puteus clausus est peccator occultus, qui celat peccatum suum. Puteus apertus est peccator apertus, qui nec Deum timet, nec homines reueretur. Ex fumo huius putei, id est, ex prauo exemplo & colloquio huius peccatoris obscuratur etiam Sol, id est, iustus Prælatus, & aer, id est, purus subditus. Vel.

d Quod confotum est,] id est, nutritum ex ouis prædictis, id est, qui comederit de ouis prædictis.

e Erumpet in Regulum,] quia qui in se nutrienda Aspidum, id est, Dæmonum consilia recipit, membrum iniqui capitis factus, in corpus Antichristi vel diaboli accrescit. Regulus namque serpentium Rex dicitur; similiter reproborum caput Antichristus, vel diabolus. *Iob.* 41. d. Ipse est Rex super omnes filios superbiæ.

f Telæ eorum,] id est, doctrinæ vel operationes, vel diuitiæ.

g Non erunt in vestimentum] contra frigus Inferni. Sola enim bona opera induunt suos factores. *Apocal.* 16, c. Beatus qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. *Ecclesiast.* 9. b. Omni tempore sint vestimenta tua candida.

h Neque operientur operibus suis] contra confusionem quæ erit in Iudicio, quando omnia peccata manifestabuntur. *Iob.* 26. b. Nudus est Infernus coram eo, & nullum est operimentum perditioni. Econtra boni vestiti erunt ad honorem & ad munimen. *Prouerb.* 31. c. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus, 2. *Cor.* 5. a. Si tamen vestiti, non nudi inueniamur.

i Opera eorum,] quæ fecerunt; vel temporalia quæ congregauerunt.

k Opera inutilia.] *Prouerbior.* 11. a Non proderunt diuitiæ in die vltionis, iustitia autem liberabit à morte. *Ezech.* 7. e. Argentum eorum & aurum eorum non poterit eos liberare.

l Et opus iniquitatis in manibus eorum] quod non solùm inutiliter quantùm ad se, sed iniquè & nequiter operatur quantùm ad alios. Et nota quòd dicit, [in manibus eorum,] quasi dicat, præsto sunt ad malum, siue præsto est eis malum, sicut quod habetur in manu præsto est. Vel in futuro deficient in Iudicio opus iniquitatis habentes in manibus suis, id est, in euidenti erunt opera eorum ad puniendum, quia pro operibus suis punientur. Sicut enim dicitur de bonis: Opera illorum sequuntur illos. *Apoc.* 14. c. sic de malis verum est, quod opera illorum

persequentur

a dicit. a Pedes eorum ad malum] videndum, & agendum [currunt.] Psalm. 49. Si videbas furem currebas cum eo. d Et festinant, vt effundant sanguinem innocentem] abundanter, & viliter quasi aquam. Quod notatur per hoc quod dicit [effundant] quod factum est tempore Manasse maximè.

a Pedes eorum ad b malum c currunt, & d festinant vt e effundant sanguinem innocentem. f Cogitationes eorum cogitationes inutiles. g Vastitas & h contritio in viis i eorum. Viam k pacis nascierunt

f Cogitationes eorum cogitationes inutiles.] Planum est.
g Vastitas, & h Cõtritio in viis i Eorũ,] i. in operibus eorum, quia bona pauperum vastabãt, & diripiebant, & comedebant, & ipsos affligebant.

Prou. 1. b.

k Viam pacis nescierunt,] i. viuere inter se pacificè non approbauerunt.
l Et non est iudicium,] i. discretio boni, & mali, vel rectitudo veri iudicij.
m In gressibus eorum,] i. in operibus eorum.
n Semitæ eorum,] i. actiones.
o Incuruatæ sunt eis,] i. omnes quærunt sua commoda & lucra, & ita reflectunt ad se sua opera. Vel.
n Semitæ eorum incuruatæ sunt,] i. actiones à recto in prauum distortæ. p Eis,] i. contra eos.
q Omnis qui r calcat in eis,] i. qui eos in talibus imitatur.
f Ignorat pacem,] i. non approbat, vel non est expertus quam bonum, sit pax, & quies à peccato.

Septima pars. t Propter hoc, &c.] Hic loquitur Propheta in persona pœnitentium, qui dicunt. [Propter hoc,] quia talia opera fecimus.
u Elongatum est iudicium à nobis,] i. propter hoc distulit Dominus non iudicare hostes nostros, & nõ punire.
x Et non apprehendet nos iustitia,] id est, punitio

Δ hostium no-

Mysticè. ⊙ bonis non licet interficere quemquam. Ioan. 18. f. a. Pedes eorum ad malum currunt] cum laternis & facibus ad comprehendendum Christum.
d Et festinant] seriosè, vel studiosè Pilatum rogando.
e Vt effundant sanguinem innocentem] Christi, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, suprà 53. c. Et notatur per nomen effusionis abundantia, & vi-

1. Petr. 2. ad. litas. Abundanter enim effusus est sanguis Agni, & tamen non reputatur beneficium tantæ dignitatis. Vndè conqueritur Dominus, dicens per Psalm. 21. Sicut aqua effusus sum, i. abundanter, & viliter.
f Cogitationes eorum cogitationes inutiles] qui cogitabant auferre memoriam Christi, dicentes: Eradamus eum de terra viuentium. Ierem. 11. d. Et ideo.
g Vastitas] illata ab hostibus. h Et contritio] à Dæmonibus. i In viis eorum,] i. pro viis eorum, i. actionibus. Vel. g Vastitas] suarum rerum.
h Et contritio] suorum corporum. Et hoc iustum est, quia. k Viam pacis nescierunt,] i. Christum qui est vera pax, & via, & veram pacem scire contempserunt, & credere ei noluerunt.
l Et non est iudicium,] i. discretio vel rectitudo. m In gressibus eorum,] i. in operibus eorum. n Semitæ eorum,] id est, actiones eorum. o Incuruatæ sunt,] i. de bono in malum distortæ.
p Eis,] i. ad detrimentum eorum, vel contra eos. Sept. Semitæ eorum peruersæ. Ieron. non natura, scilicet, sed voluntate propria, quicquid enim peruertitur atque curuatur, de recto torquetur in prauum.
q Omnis, doctrina Pharisæorum subuersio veritatis est. vndè subdit. r Qui calcat in eis] sequitur, i. qui sequitur actiones eorum, vel qui recipit doctrinas eorum.

Moral. f Ignorat pacem, i. Christum. Ier. Qui non solùm non inuenit pacem, sed nec quidem cognoscit eam. Quid est, eam vt sciat quid quærere debeat Iob 28. a. Semitam ignorauit auis, nec intuitus est oculus vulturis. * persequentur eos. a Pedes eorum] ad litteram, vel [pedes,] id est, affectus. b Ad malum] pœnæ. & culpæ. c Currunt] non solùm vadunt Vel currunt] operando. Psalm. 13. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Item Psalm. 49. Si videbas furem, currebas cum eo.
d Et festinant vt effundant sanguinem innocentem] ad litteram, homicidia perpetrando, vel bona pauperum rapiendo. Prou. 1. b. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Hoc dictum est de raptoribus & homicidis quorum pedes ad malum currunt, & sanguinem innocentem effundunt, quia illos iniustè perimunt, quorum substantias rapiunt. f Cogitationes eorum cogitationes inutiles,] quia non solùm sunt peccatores, sed peccatorum inuentores. Studiosi enim sunt ad peccata inuenienda. Mich. 1. a. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Et ideo. g Vastitas & contritio in viis eorum,] id est, pro viis, i. operibus vastabuntur & conterentur, vel aliter vastant alios & conterunt, Psalm. 13. Contritio, & infelicitas in viis eorum. Gloss. tenent, & tenentur. Prou 1. b. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum, ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas: sic semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt.

& non l est iudicium in m gressibus eorum. Semitæ n eorum o incuruatæ sunt p eis, q omnis qui r calcat in eis f ignorat pacem. t Propter hoc u elongatum est iudicium à nobis, & non x apprehendet nos iustitia.

k Viam pacis nescierunt,] quia Deo concordare in actionibus non nouerunt, i. reprobauerunt, suprà 57. d. Non est pax impiis, dicit Dominus. *Triplex iudicium necessarium est in operibus.*
l Et non est iudicium in gressibus eorum,] i. discretio in operibus, vel rectitudo intentionis, vel examinatio. Triplex enim iudicium necessarium est in operibus. Rectitudo, scilicet, intentionis in operibus agendis. Discretio in agendo. Examinatio ante, & post actum: Ex omni enim parte veniunt hostes. Et ideo dicit Iob 9. d. Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti. Ideo discretio, & intentionis rectitudo, & examinatio sunt necessaria in operibus, vt perfecta sint opera nostra, & gressus nostri. Psalm. 16. Perfice gressus meos in semitis tuis, &c. Multi incipiunt gressus, sed perficere paucorum est. Sed non est iudicium in gressibus malorum, quoniam operationes suas examinare negligunt, dum suæ voluntatis libitum sequentes, quæ sibi placent faciunt siue bonum, siue malum.
n Semitæ eorum incuruatæ sunt eis,] i. contra eos, id est, actiones suas à Deo distorquent per prauam intentionem, & ad se opera sua retorquent, vel sibi bona sua attribuendo quæ faciunt, vel quærendo proprium commodum. Phil. 3. c. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. suprà 51. g. Incuruare vt transeamus.
q Omnis qui calcat in eis,] i. qui tales imitatur, conformans se huic sæculo, i. hominibus sæcularia amantibus.
f Ignorat pacem,] quia in talibus non est pax. Inducunt enim inimicitias contra Deum, quia qui voluerit esse amicus huius sæculi, inimicus Dei constituetur. Iacob 4. a. Omnes tamen volunt se conformare huic sæculo. Ita enim dicunt. Oportet ita facere propter sæculum, cùm tamen dicat. Apost. Rom. 12. a. Nolite conformari huic sæculo. Iob 22. c. Nunquid semitam sæculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui qui sublati sunt ante tẽpus suum? t Propter hoc elongatum est iudicium.] Nunc redeamus ad expositionem B. Ieron. de populo Iudaico. Post accusationem enim Iudæorum ex persona eorũ Propheta, respondet dicens quid loqui debeant pœnitentes, si tamen velint post vulnera recipere sanitatem. Dicit ergo in persona pœnitentium [Propter hoc,] scilicet, quia ignorauimus pacem, & scire contempsimus Christum. u Elongatũ est iudicium à nobis,] i. prædicatio Christi, vel sacra Scriptura transiit ad Gentes, vel fides Christi, siue Christus cui omne iudiciũ dedit Pater Io. 5. d. Matt. 21. d. Auferetur à vobis Regnum, &c. x Et non apprehendet nos iustitia,] i. Christus, vel fides eius non iustificabit nos, sed Gentes. *Mysticè.*

⊙ Expectauimus

Moraliter. Moraliter ab illo loco. t Propter hoc elongatum est iudicium à nobis, & non apprehendet nos iustitia] Iudicium est in deliberatione, & discretione, iustitia in executione. Item iudicium est in discretione operandi, iustitia est in strenuitate operis. Sed mali neutrum quærunt. Vndè in persona eorum dicitur hic [Propter hoc, &c.] Vel elongatur iudicium, & iustitia à malis, quia non cogitant quam districtè Deus eos examinabit, & quàm iuste eos puniet sup. 2. c. Stat ad iudicandum Dominus, &c. Vel iudicium est hominis veteris in confessione, ibi enim iudicatur, Iustitia autem fit de eo in satisfactione. Dan. 13. Reuertimini ad iudicium filij Israel, ad iudicium, scilicet confessionis: in hoc iudicio expellitur violentus ab hæreditate Dei. Vndè Ioan. 12. e. Nunc iudiciũ est mundi, nunc Princeps mũdi eiicietur foras. Ab hoc iudicio longè sunt mali, quia non separant se à peccatis per confessionem. Vel iudicium fit ab homine in præsenti, in futuro autem fiet iustitia à Deo. Dicit ergo. u Elongatum est iudicium à nobis] discussionis, i. non diiudicauimus nos in præsenti. x Et] ideo [ideo [non apprehendet nos iustitia] Dei remunerantis in futuro. 1. Cor. 11. g. Si nosmetipsos diiudicaremus, &c.

▲ hostium nostrorum non fiet temporibus nostris.
● Expectauimus lucem,] i. nobis promisimus longam prosperitatem in terra. Vel, [Expectauimus lucem,] i. cum Chaldæi venirent super nos, tentauimus si ab Ægyptiis, vel aliis haberemus auxilium.

a Expectauimus lucem, & b ecce tenebræ. c splendorem, & in d tenebris e ambulauimus f Palpauimus sicut cæci parietem, & g quasi absque oculis h attrectauimus. i Impegimus meridie quasi in tenebris, in k caliginosis l quasi mortui. m Rugiemus quasi Vrsi omnes, & quasi n Columbæ meditantes gememus.

b Et ecce tenebræ] captiuitatis.
c Splendorem] expectauimus, i. prosperitatis Solem.
d Et in tenebris ambulauimus, i. in angustiis vitam duximus. Vel, [ambulauimus,] i. semper profecimus in peius, quanto magis ab homine auxilium sperauimus. Vel. [In tenebris ambulauimus,] i. oculis velatis, sicut latro ducitur, ducti sumus in captiuitatem.
f Palpauimus sicut cæci parietem, & g Quasi absque oculis, i. sicut cæci.
h Attrectauimus] repositi, scilicet, in tenebrosis carceribus & obscuris, & quodammodo palpabilibus. Vel.
f Palpauimus, &c.] i. tentauimus si nos sustineret & iuuaret populus Ægypti, qui luteus erat & fragilis, & ideo paries dicitur. h Attrectauimus,] i. eos ad amorem nostrum per munera traximus. Et dicit. [Sicut cæci & quasi absque oculis] quod idem est, i. sine discretione & regimine & consilio existentes. i Impegimus meridie quasi in tenebris,] i. cum essemus in plena prosperitate, subitò venerunt super nos Chaldæi.
k In caliginosis] sumus, vel impegimus, scilicet, in tribulationibus, vel carceribus. l Quasi mortui,] i. viles, & despecti: Vel ad litteram, in tenebris tribulationum, vel carcerum moriebantur. Istam pœnam comminatur eis Dominus per Moysen, *Deut.* 28. c. Palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas.
m Rugiemus quasi Vrsi omnes.] Bene dicit, [rugiemus.] quia futurum erat tempore Prophetæ. Et nota quòd Vrsi rugiunt, vel potiùs gruniunt quando mel in fissura quercus capere credentes, per os stringuntur: Sic Iudæi dum in terra sua quasi securi erant, ex insperato capti sunt à Chaldæis. n Et quasi Columbæ meditantes gememus.] Columba gemitum habet pro cantu; sic Iudæi loco cantici habuerunt gemitum exilij. Vndè dicit:] Gememus] positi in exilio & miseria,

ⓞ meditantes de

Moraliter. ⓞ a Expectauimus lucem;] Christum in lege promissum,
Psalm. 42. dicentes: *Psalm.* 42. Emitte lucem tuam & veritatem tuam. b Et ecce tenebræ] erroris & infidelitatis. c Splendorem,] expectauimus, scilicet, i. illum de quo dicitur: Egredietur vt splendor Iustus eius, *infr.* 62. a. Et *Hebr.* 1. a. Qui cum sit splendor, & figura substantiæ eius, &c.
d Et in tenebris] ignorantiæ & peccati. e Ambulauimus,] i. vitam duximus, vel in peius profecimus.
f Palpauimus sicut cæci parietem,] i. innixi sumus super Scripturarum superficiem sicut cæci, Christum, scilicet, in Scripturis non videntes, sed verba tantùm & folia earum, non sensum fructúmque quærentes qui tenetur in litteris, *Cant.* 2. b. En ipse stat post parietem, i. post, siue intra Scripturæ superficiem.
g Et quasi absque oculis attrectauimus] parietem, i. sicut cæci Scripturam exposuimus. i Impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis, &c.] In toto enim Orbe Sole iustitiæ rutilante & Christo miracula faciente, Iudæi morantur in tenebris ignorantiæ, quantùm ad intellectum, & in peccato sunt mortui, quantùm ad effectum. Sed pro his malè gestis subiungitur de luctu pœnitentiæ suæ.
m Rugiemus quasi Vrsi omnes, & quasi Colum. medit. geme.] Vrsus enim vehementissimè rugit quando plangit, Columba vero pro cantu gemere consueuit. Sic & isti ad prædicationem Eliæ facient. Qui & de cassa expectatione sui Messiæ consequenter addunt,] Expectauimus iudicium, & non est, &c.] Vel aliter secundùm Ier. m Rugiemus quasi Vrsi omnes, & quasi Colombæ medit. geme. ; Vrsus ex crudelitate rugit, Columba autem gemit ad Accipitrē; sic Iudæi simul crudeles sunt & miseri. Feri & immanes

⊖ ad subditos

Moral. ⊛ a Expectauimus lucèm] prosperitatis.
b Et ecce tenebræ] tribulationis.
c Splendorem] honoris.
d Et in tenebris] confusionis, [ambulauimus.] Plerumque enim praui homines dum per illicitas actiones quærunt assequi splendorem prosperitatis & honoris, inueniunt magis tenebras tribulationis & confusionis. Vndè *Ierem.* 8. f. Peccauimus Domino, expectauimus pacem, & non erat bonum, tempus medelæ, & ecce formido. Vel. [Expectauimus lucem, & ecce tenebræ,] i. credidimus lucem esse in prosperitatibus, & diuitiis, & non sunt in eis nisi tenebræ. Lux quidem sunt malorum opinione, sed tenebræ sunt in veritate. Vndè malos excæcat prosperitas eorum, bonos autem illuminat aduersitas. Vndè è contrario est in bonis, & in malis. Lux enim malorum conuertitur eis in tenebras: ideo dicit *Iob* 3. d. Quare misero data est lux? Tenebræ autem bonorum conuertuntur eis in lucem, quia vexatio eos erudit, & dat intellectum auditui eorum. Vndè *sup.* 42. c. Ponam tenebras eorum eis in lucem. *Psalm* 138. Nox illuminatio mea in deliciis meis, quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.
d Et in tenebris ambulauimus,] i. in temporalibus profecimus, & multiplicati sumus & ita offendimus, quia qui ambulat in tenebris, offendit *Ioan.* 11. b.
f Palpauimus sicut cæci parietem & quasi absque oculis attrectauimus. [Paries luteus est caro nostra, vel carnalis homo. Sicut enim paries ad aquam resoluitur, & ad ignem, vel Solem induratur, sic caro in deliciis resoluitur, in afflictione magis consolidatur. Item quantò plus lauatur, tantò plus sordidatur; sic est de carne, quæ in aqua dissoluitur in lutum vitiorum, in igne solidatur. Vnde comparatur lateri. *Ezech* 4. a. Istum parietem multi palpant & attrectant, qui scilicet, carnem suauiter, & leniter tractant in cibis, in vestibus, & in aliis. [Sed] cæci sunt, & sine oculis, quia non intelligunt quòd nutriendo sic carnem, nutriunt hostem. Item cæcus nunc huc, nunc illuc ponit manum suam, sic & nos modò appetimus hoc, modò illud. 2. *Pet.* 1. b. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est, & manu tentans. Vel palpatores parietis sunt adulatores carnalium hominum, de quibus *Ezech.* 13. b. Dic ad eos qui liniunt absque temperatura, quòd casurus sit paries. Erit enim imber inundans, & dabo lapides pergrandes, & desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem. Vel de talibus palpatoribus, scilicet, de nutrientibus carnem, vel de adulatoribus dicitur, *sup.* 32. c. Tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas, *Iob* 12. d. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios. Vel aliter.
f Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus,] id est, curiosè explorati sumus sanctorum hominum infirmitatem ad detrahendum eis. Vndè *Gregor.* Palpant peruersi parietem vt cæci, quia sæpe in proximis dum bona aperta considerant, si qua mala lateant, inuestigant, & sollicitis inquisitionibus laborant, si quid fortè quod accusare possint, inueniant; sana quippe membra conspiciunt, sed clausis cordis oculis vulnera palpantes quærunt.
i Impegimus meridie quasi in tenebris,] id est, in luce boni operis offendimus per inuidiam, & detractionem. Nota ordinem detrahentium. Primò palpant parietem, i. primò attentant si quid in sanctis viris infirmitatis videant quod accusant. Sed quando in eis malum non vident, in meridie boni operis per inuidiam offendunt, & bona quæ vident quantùm possunt denigrant. *Deut.* 48. c. Palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. *Iob* 5. c. Per diem incurrent tenebras & quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Ibi *Greg.* Per diem incurrunt tenebras, quia mens eorum dum in bono alieno affligitur, quasi lucis radio obscuratur. *Amos* 8. c. Occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. *Seneca.* Vellem inuidos in vniuersis ciuitatibus oculos habere, vt singulorum profectibus torquerentur.
k In caliginosis quasi mortui.] *Greg.* In caliginosis quasi mortui oberrant, qui tenebris suis circumdati, quò se resgressus vertere debeant, nesciant, quoniam dilectionis vitam perdiderunt. Nam qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quoniam tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Sed quia nunnunquam istos diuina pietas respicit, vt mala sua defleant, rectè subiungit.
m Rugiemus quasi Vrsi omnes,] i. vehementer. *Psalm.* 37. Rugiebam à gemitu cordis mei.
n Et quasi Columbæ meditantes gememus.] Columba habet gemitum pro cantu, sicut & Turtur, in quo ad- *1. Ioan. 2. b.*
monemur ad luctum peccatorum & præsentis miseriæ, & ad luctum pro dilatione patriæ. Sic ergo ordina litteram [Meditantes] de veteri vita, de præsenti miseria, de cælesti & futura gloria [Gememus quasi Columbæ *supr* 38. c.

⊛ Sicut pul

a meditabor.] de nostra patria. Vndè *Psalm.* 136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, &c. Et nos ibi in captiuitate positi.

a Expectauimus iudicium,] i. vindictam de hostibus.

b Et non est, i. differt.

c Salutem,] i. liberationem de captiuitate.

a Expectauimus iudicium, & *b* non est, *c* salutem, & *d* elongata est à nobis. *e* Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ *f* coram te, & *g* peccata nostra responderunt nobis. Quia *h* scelera nostra nobiscum, & *i* iniquitates nostras cognouimus, *k* peccare & *l* mentiri contra Dominum, & auersi *m* sumus ne iremus post tergum Dei nostri, vt *n* loqueremur calumniam, & transgressionem. *o* Concepimus & *p* locuti sumus de corde *q* verba mēdacij.

d Et elongata est à nobis] salus liberationis, quia prolongata est captiuitas nostra, siue tempus quo sumus in captiuitate. Et hoc iustum est.

e Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te,] i. te vidente, cui nihil est opertum.

C *g* Et peccata nostra responderunt nobis,] i. secundùm iniquitates nostras recepimus, vt pœna responderet & culpæ. Quod autem hoc sit verum, patet.

h Quia scelera nostra nobiscum] sunt, i. pœna pro sceleribus nobis adhæret.

i Et] ideo, quia sic sumus flagellati [iniquitates nostras cognouimus,] quia vexatio dat intellectum auditui. *sup.* 28. c. Subdit autem quas iniquitates se egisse cognoscunt, scilicet.

k Peccare] in corde.

l Et mentiri contra Dominum] in ore blasphemando.

m Et auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri] à viis mandatorum eius recedendo, & contraria opera faciendo.

n Vt loqueremur calumniam, & transgressionem,] quasi dicat: Non solùm mentiti sumus contra Dominum loquentes blasphemiam, sed & in proximum loquentes calumniam, & in nosipsos loquentes transgressionem legis. Vel. Vt loqueremur calumniam, & transgressionem,] i. vt pauperibus imponeremus calumniosè culpam transgressionis, vt sic eos punire possemus. Sicut etiam hodie faciunt milites, & balliui contra pauperes. Et hoc fecimus non ex leuitate, & ex surreptione, sed ex industria, & ex malitia, & deliberatione. Vndè sequitur. *o* Concepimus] malitiam, id est, studiosè cogitauimus. *p* Et locuti sumus de corde,] i. scienter, & libenter. *q* Verba mendacij,] vel

a blasphemias

Mysticè. ad subditos sicut Vrsi, pauidi, & trepidantes ad eos qui fortiores sunt, quos quasi Accipitres perhorrescunt.

a Expectauimus iudicium,] i. Christum, qui nos iudicaret rectè secundùm legem. Expectauimus iudicium, de quo *Psalm.* 71. Deus iudicium tuum Regi da.

b Et non est,] sed transiit ad Gentes.

c Salutem] expectauimus, i. Christum qui nos saluaret.

d Et elongata est à nobis,] quia longè migrauit ad Gentes. Et hoc iustè.

e Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ] ita vt essent.

f Coram te,] i. vt videres eas ad puniendum, à quibus multo tempore auerteras faciem tuam, ne eas cerneres ad feriendum.

g Et peccata nostra responderunt nobis] vt reciperemus quod meruimus. *Septuaginta.* Peccata nostra restiterunt nobis, quod idem est.

h Quia scelera nostra nobiscum] sunt, Christum enim qui suo sanguine peccata solus lauit, amisimus, & ita adhuc in sceleribus remanemus. Vel [scelera,] i. pœna pro sceleribus.

i Et iniquitates nostras cognouimus] quas multo tempore perpetrantes, putabamus esse iustitiam. Hoc impletum est, quando pœnitentes dixerunt. *Act.* 2. f. Quid faciemus viri fratres? &c. Quæ sint autem iniquitates, subdit.

k Peccare] tradentes Christum Pilato.

l Et mentiri contra Dominum] dicendo, Reus est mortis, siue vt iuxta Hebraicum. *Aquila* transtulit. Negare Deum.

m Et auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri] imitantes eius vitam, vel facientes eius doctrinam, cum tamen dicat Propheta, *Mich.* 7. c. Post Dominum Deum tuum ambulabis. Et *Ioan.* 12. d. Si quis mihi ministrat, me sequatur.

n Vt loqueremur calumniam, & transgressionem,] i. vt Christo imponeremus calumniosè, & falsò transgressionem legis, dicentes. Hic homo non est à Deo qui sabbatum non custodit. *Ioan.* 9. c. *o* Concepimus, & locuti sumus de corde verba mendacij,] id est, fictiones, & traditiones nostras quas cogitaueramus in corde, docuimus, contemnentes legem Dei, vt dicitur *Matth.* 15. a. Vel [Concepimus, &c.] Quasi ex deliberatione, & proposito cordis falsò accusauimus eum, dicentes. Inuenimus eum

o subuertentem

Moral. Sicut pullus Hirundinis sic clamabo, meditabor vt Columba. *Nahum.* 2. b. Ancillæ eius minabantur gementes vt Columbæ. *Ierem.* 48. d. Estote quasi Columba nidificans in summo ore foraminis. Hæc Columba gemens in mundo, exauditur in cœlo. Vndè. *Cant.* 2. c. Vox Turturis audita est in terra nostra. *Bern.* Vox Turturis gementi similior quàm canenti, nostræ peregrinationis nos admonet. Sed quia pœnitentes se accusare debent, & iustè se puniendos confiteri, ideo in persona eorum subditur.

a Expectauimus iudicium,] i. promisimus nos sæpè subire iudicium pœnitentiæ & confessionis.

b Et non est,] id est, non diiudicauimus nos sicut oportuisset.

c Salutem] expectauimus, i. prosperitatem, vel peccatorum remissionem.

d Et elongata est à nobis. [Quia enim iudicium non fecimus in nobis, ideo nec Deus operatus est salutem à vitiis vel tormentis. *sup.* 26. d. Iustitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores orbis.

e Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te] cui nihil est occultum *Hebr.* 4. d. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Taliter debet loqui pœnitens coram Deo. Vndè 1. *Par.* in fine. Peccaui super numerum arenæ maris, multiplicatæ sunt iniquitates meæ.

g Et peccata nostra responderunt nobis.] Peccata respondere est secundùm merita eorum puniri, vel hic in pœnitentia, vel in futuro in gehenna. *Iob* 20. c. Iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit. *sup.* 3. b. Agnitio vultus eorum respondebit eis. *Ier.* 2. d. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpauit te. *Osee* 5. b. Respondebit arrogantia Israel in faciem eius. Hoc bonum homini, quādo peccatū sic respondet in faciem eius, vt per pœnam cognoscat culpam, & sic mereatur veniam. Vndè *Ierem.* 13. a. Si iniquitates nostræ responderunt nobis, Domine fac propter Nomen tuum, id est, miserere.

h Quia scelera nostra nobiscum, quia peccata debent esse cum homine iugiter per amaritudinem memoriæ, non per placentiam concupiscentiæ, vt scilicet, doleat de eis, non gaudeat in ipsis. *August.* Semper de peccato doleas, & te non semper doluisse doleas. Vel pœnitentes deberent dicere hoc [Scelera nostra nobiscum,] quasi dicant, nondum desiuimus peccare, sed continuè, & assiduè peccamus.

i Et iniquitates nostras cognouimus.] *Psalm.* 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Sunt autem illæ iniquitates pœnitentis enumeratæ, sic.

k Peccare] opere.

l Et mentiri contra Dominum] ore.

m Et auersi sumus ne iremus post tergum Dei nostri] desistendo, scilicet, à bono opere, & non perseuerando in suorum præceptorum via, & suorum exemplorum imitatione, cùm tamen dicatur. *Mich.* 6. c. Post Dominum Deum tuum ambulabis. Sed contrarium faciunt. Vndè *Zachar. capitulo septimo* c. Auerterunt scapulam recedentes. *tertio Regum capitulo decimo quarto* b. Me autem proiecisti post tergum tuum. 2. *Paral. cap.* 29. b. Auerterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum.

n Vt loqueremur, &c.] Continua sic. [Auersi sumus] intentum [vt loqueremur calumniam, & transgressionem,] id est, calumniosam transgressionem. Sicut faciunt mercatores, qui in negotiis suis supergrediuntur alios semper, cum tamen dicat. *Apostolus prim. Thessal. quarto* b. Ne quis supergrediatur, ecce transgressio, & circumueniat in negotio fratrem suum, ecce calumnia. *Suprà quinquagesimo quarto* d. Recede procul à calumnia. Aliter expositum est *sup.* in prima lectura, & illa expositio moralis est.

o Concepimus] malitiam.

p Et locuti sumus de corde] quasi attenti, & præmeditati, non ex surreptione, vel leuitate. *Matth.* 15. b. De corde enim exeunt cogitationes malæ, &c. *q* Verba mendacij,] i. verba de terrenis quæ sunt mendacium. *Eccl.* 34. a Quasi qui apprehendit vmbrā, & persequitur ventū, sic & qui attendit ad visa mendacia. Qui ista † mēdacia diligit libēter loquitur de eis. *Io.* 3. d. Qui de terra est, de terra lo- *Al.* † mundana.

quitur

a blasphemias in Deum, vel calumnias in proximum.
a Et conuersum est retrorsum iudicium,] i. veritatem & discussionem veri iudicij proiecimus quasi post tergum, vt nec cogitaremus de hoc. Vnde *Septuaginta* exponunt hoc, qui habent. Recessimus à iudicio.

Et *a* conuersum est retrorsum iudicium, & *b* iustitia longè stetit. Quia *c* corruit in † platea *d* veritas, & *e* æquitas non potuit ingredi. Et *f* facta est *g* veritas in *h* obliuione, & *i* qui recessit à malo, *k* prædæ patuit. Et vidit *l* Dominus, & *m* malum apparuit in oculis eius, quia *n* non est iudicium. Et *o* vidit. † quia non est vir, & *p* aporiatus est, quia *q* non est qui occurrat

Al. † plateis.

Al. † Deus.

b Et iustitia longè stetit à nobis. Vndè *suprà* 1. f. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Quòd autem iudicium, & iustitia elongata sint, ostendit subdens.
c Quia corruit in platea] vbi iudices sedebant qui iudicabant populum.
d Veritas] in iudicio sine discussione causæ, & deliberatione sententiæ dandæ.
e Et æquitas non potuit ingredi,] i. non potuit locum habere in eis æquitas, vbi totum occupauerat iniquitas. Æquitas autem dicitur hic iustitia in executione eius quod iudicatum est.
f Et facta est veritas] tàm testium quàm iudicum.
h In obliuione] & ita perit iudicium.
i Et qui recessit à malo,] i. innocens qui non peccauit.
k Prædæ patuit,] i. deprædationi est expositus. Et ita patet quòd perit iustitia, vbi innocens diripitur sine causa. *l* Et vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium] Dominus dicitur videre peccata, quando ea punit. *o* Et vidit quia non est vir,] i. aliquis virtuosus, & iustus qui faciat iustitiam, sicut Moyses, & Dauid, & alij.
p Et aporiatus est,] i. contristatus est, vel laborauit, siue damna pertulit. *q* Quia non est qui occurrat] populo peccanti; impediens vias eius ad peccatum per prædicationem, & exhortationem. Vel [qui occurrat] Deo ferire volenti, retinens iram eius per orationem. *Infr.* 64. c. Non est qui consurgat & teneat te. Et sic aporiatus est Dominus, i. depauperatus, & denudatus a populo suo. Sed quia cùm iratus fuerit misericordiæ recordabitur Deus, ideò post

a iram misere-

Mystice.

o subuertentem gentem, &c. *Luc.* 23. c.
a Et conuersum est retrorsum iudicium,] quia sacerdotes quorum erat iustè iudicare, sine iudicio condemnauerunt Christum esse reum mortis.
b Et iustitia] tunc [longè stetit] ab eis, quia non per iustitiam, sed per inuidiam eum tradiderunt.
c Quia corruit in platea veritas.] In platea, scilicèt, summi Pontificis, vel in platea quæ erat ante Prætorium Pilati. Ibi quippe corruit veritas, vbi regnauit Iudæorum sola peruersitas.
e Et æquitas non potuit ingredi,] Licèt persuaderet multùm Pilatus Christum non crucifigi, tamen in corda eorum non potuit ingredi veritas siue æquitas, vt Christum, non Barrabam, peterent dimitti.
f Et] exinde [facta est] Iudæis. *g* Veritas in obliuione,] i. ipse Christus, quia vsque hodie est velamen super faciem eorum. 2. *Cor.* 4. d.
i Et qui recessit a malo] perfidiæ.
k Prædæ patuit,] quia populus credentium qui ex Iudæis verè conuersi sunt, quando recessit à malo infidelitatis, & perfidiæ, patuit prædæ violentorum. Vndè *Hebr.* 10. g. Rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam. *l* Et vidit Dominus.] Supra Propheta loquens in persona pœnitentium, ostendit eis quomodo pœnitere deberent, & veniam postulare. Sed quia pauci verè pœnituerunt Iudæorum, in captiuitate positi Romanorum, ideo hic ostendit Propheta, quòd non placet Deo pœnitentia eorum. Vndè dicit.
l Et vidit Dominus] pœnitentiam eorum infructuosam.
m Et malum apparuit in oculis eius.] Malum cordis Iudæorum Domino notum fuit, quia Deus intuetur cor. 1 *Reg.* 16. b.
n Quia non est iudicium,] quasi dicat, Dominus vidit quod ex corde nullus pœnitebat, nec se diiudicabat, vnde displicuit ei, & malum apparuit in conspectu eius, quòd in eorum pœnitentia non erat iudicium rectitudinis.
o Et vidit quia non est vir] in Iudæis, i. virtuosè agens pœnitentiam, sed simulatoriè. *Psalm.* 13. & 52. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, &c.
p Et aporiatus est,] i. contristatus de infidelitate eorum & obstinatione.
q Quia non est qui occurrat] Deo, i. qui se offerat veraciter ad emendam pœnitentiæ faciendam. Vel [aporiatus est, quia non est qui occurrat.] Quasi enim labor, & afflictio grandis est Deo, quando nullus orando animaduersioni eius obuiat. Aporiari enim laborare est, vel angustiari siue affligi, quia poros vocamus foramina cutis per quos sudor egreditur. Sudare autem solent laborantes. Vel aporia est contemptus siue priuatio bonorum, i. depauperatio. Vndè *Apoc.* 2. *Cor* 4. c. Aporiamur, sed non destituimur, i. contemnimur & tanquam lucris proprijs priuamur. Porion enim Græcè lucrum dicitur, hinc aporiari dicimus contemni, & proprijs lucris priuari: Deus ergo aporiatus est, id est, contemnitur a Iudæis cum damna animarum in ipsis patitur. *q* Quia non est, & cætera] iræ eius interueniens pro eis sicut olim fe-

o cit Moyses

Moral.

o quitur. *a* Et conuersum est retrorsum iudicium,] i. recessit veritas iudicij a nostra mente, quia potiora iudicauimus esse temporalia, quam æterna; terrena, quàm spiritualia.
b Et iustitia longè stetit,] quia eam à nostris operibus procul amouimus. Vel, conuertitur retrorsum iudicium, quando ad lucra temporalia conuertitur, vel potiùs peruertitur. *sup.* 1. f. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones; ecce quòd iudicium retrorsum conuertitur. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. *Ierem.* 5. g. Iudicium pauperum non iudicauerunt.
b Et iustitia longè stetit] quando impetratis literis reuocatorijs iusta sententia retractatur, & iudicium rectum in oppositum peruertitur, tunc iustitia longè stat à Iudicibus, quia ibi iniustitia dominatur. Sed è contra dicitur. 2. *Reg.* 1. d. Sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis.
c Quia corruit in platea veritas.] Platea est latitudo viæ secularis. Platos enim Græcè, latitudo dicitur. Ibi corruit veritas in his qui incedunt per latam viã mortis. *Matt.* 7. b.
e Et æquitas non potuit ingredi] in corda talium, quia totum locum occupat iniquitas. *Osee* 4. a. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Veritas autem spectat ad fidem, æquitas ad operationem, vel ad morum honestatem. Vel veritas iudicij & æquitas, i. iustitia in executione iudicij. Vel veritas & æquitas est ipse Christus, qui est veritas illuminans intellectum, & est æquitas siue æqua & directa via dirigens affectum, & operationis bonæ motum. Sed maximè corruit hodie veritas in platea, i. in Curia, siue pluraliter in Curijs Prælatorum & Principum, ne videatur tangi singulariter Curia. In loco enim iudicij, i. in platea tractatur de morte veritatis. Vndè *Eccl.* 3. c. Vidi sub Sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.
f Et facta est veritas in obliuione] in platea, i. in his qui sequuntur latitudinem & voluptatem mundi; vel in Curijs diuitum, i. potentum traditur veritas obliuioni. Manasses enim & Ephraim fratres sunt, i. obliuio veritatis, & abundantia temporalis, sibi cohærent.
i Et qui recessit à malo] culpæ, i. innocentes. *k* Prædæ patuit;] i. expositos est deprædationi, quia hodie non innocentes, sed familiares proteguntur a Prælatis. *Prou.* 29. b. Viri sanguinum oderunt simplicem; iusti autem quærunt animam eius. *Abac.* 1. b. Facies homines sicut pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem.
l Et vidit Dominus] non per approbationem, sed per cognitioné. *Abac.* 1. c. Mundi sunt oculi tui ne videas malum, & respicere ad iniquitatem nó poteris, approbando.
m Et malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium,] quasi displicuit ei hoc quòd nullus se diiudicat, vel quòd nullus est Prælatus qui iustè iudicet.
o Et vidit quia non est vir,] i. qui virtuosè & potenter faciat iustitiam. *sup.* 50. a. Et non erat vir, vocaui, & non erat qui audiret. Omnes sunt effœminati. Vndè *sup.* 3. a. Effœminati dominabuntur eis.
p Et aporiatus est,] i. laborauit siue damna pertulit.
q Quia non est qui occurrat] populo esurienti. *sup.* 21. d. Qui habitatis terram Austri cum panibus occurrite fugienti. Vel, [qui occurrat,] Domino ferire volenti. *Inf.* 64. c. Non est qui consurgat & teneat te. *Ezech.* 22. g. Quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra. *Ps.* 105. Et dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset in conspectu eius, vt auerteret iram eius, &c. Vel, [qui occurrat] lupo, id est, diabolo, vel tyranno deuorare cupienti & dissipare. *Ezech.* 13. a. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis

o murum pro

a iram miserel itus. Vndè subdit. a Et saluabit sibi brachium suum,] i. potentia sua saluabit populum suum, non propter merita eius. Et hoc est quod dicit [sibi,] i. ad honorem suum. Et potest esse hoc quod dicitur, brachium, nominatiui casus, & sic planum est. Vel accusatiui & sic subintelligitur, per, vt sit sensus. [Et saluabit sibi brachium suum,] i. per brachium suum. Vndè *Sept.* habet. Brachio suo. Et *Ieron.* similiter exponit. — *Quarta pars.*

D

Al. † saluauit. *Al.* † confirmabit. *Ephes. cap.* 6. 1. *Thess.* 5. b.

Et † a saluabit sibi brachium suum, & b iustitia eius ipsa † c confirmauit eum. Indutus d est iustitia vt loricâ, & e galea salutis in capite eius. Indutus f est vestimentis vltionis, & g opertus est quasi pallio zeli. Sicut h ad vindictam quasi ad i retributionem indignationis hostibus suis, & k vicissitudinem inimicis l suis, m Insulis vicem n reddet. Et o timebunt qui ab p Occidente q Nomen Domini.

b Et iustitia eius ipsa confirmauit eum, i. populum suum, quasi dicat, per iustitiam suâ per quam puniet Chaldæos confirmabit suos.

d Indutus est iustitia vt loricâ, & galea salutis in capite eius. Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli,] i. zelo quasi pallio. *Andreas.* Hic inducit Propheta Dominum tanquam iam armatum, & se de inimicis vindicaturum. Et nota quòd homo armatus quibusdam armis se protegit, & aliis hostes impetit. Sub hoc tropo loquitur hic de Deo, quòd.

d Indutus est iustitia vt loricâ] ad defendendum suos.

e Et galea salutis in capite eius,] i. salute sua saluabit, & proteget suos. Lorica corpus custodit, galea caput. Sensus ergo est, quòd Deus, minores qui sunt quasi corpus, & maiores qui sunt sicut caput muniet, & defendet.

f Indutus est vestimentis vltionis & opertus est quasi pallio zeli,] i. sua vltione, & suo zelo, i. vehementi furore puniet hostes suos. Vel vestimenta vltionis sunt Reges Medie, & Persidis, qui vastauerunt Chaldæos.

h Sicut ad vindictam de hostibus paratus faciendam.

i Quasi ad retributionem indignationis hostibus suis,] i. vt retribuat Chaldæis in pœnam quod fecerunt populo suo.

k Et vicissitudinem inimicis suis] reddendam, vt sicut Iudæos oppresserunt, ita & ipsi opprimantur a Medis, & Persis.

m Insulis vicem reddet,] i. pœnam retribuet habitatoribus Insularum qui afflixerunt Iudæos. Vel Insulas vocat ciuitates, & vicos Babyloniæ prouinciæ, quas vastauerunt Medi, & Persæ.

o Et timebunt qui ab Occidente nomen Domini.]

Mysticè. ⊙ cit Moyses in deserto. *Exod.* 32.c.

a Et saluauit sibi brachium suum,] i. resuscitauit sibi Filium suum, quasi dicat, licèt Iudæi eum omnino perdere voluerint, tamen non potuerunt.

b Et iustitia eius,] i. Filius eius per quem omnis iustitia est.

c Confirmauit eum,] i. Patrem prædicauit, & ostendit, & in cordibus hominum notitiam eius firmauit. Vel, [Iustitia eius ipsa confirmauit eum,] i. iustitia Christi ad robur resurrectionis, & victoriam hostium adduxit eum, vel [confirmauit] in Regno cœlesti. Vndè ipse dicit. Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me in conspectu tuo in æternum. *Ieron.* tamen aliter exponit, quòd per brachium suum saluabit sibi populum pœnitentem de Iudæis; & per potentiam, vel munificentiam, non per eorum meritum, & per iustitiam fidei confirmatus eum in tribulationibus, & conseruauit. — *Psalm.* 40.

d Indutus est iustitia vt loricâ, & galea salutis in capite eius.] Loquitur de Deo ad modum militis armati, quasi dicat, Dominus veniet loricatus, & galeatus. Et dicit iustitiam esse loricam, quia per iustitiam suam puniunt Iudæos incredulos. Et salus sua dicitur galea, quia sua salute protexit fideles, & electos suos.

f Indutus est vestimentis vltionis,] id est, militibus Romanis.

g Et opertus est quasi pallio zeli,] i. exercitu Romano ad effundendum vltionem suam, & zelum indignationis contra inimicos suos. Vndè subdit.

h Sicut ad vindictam] paratus, scilicet, & armis indutus ad faciendam vindictam.

i Quasi ad retributionem indignationis hostibus suis] vt, scilicet, secundùm opera sua recipiant hostes sui, id est, Iudæi.

k Et vicissitudinem] retribuendam.

l Inimicis suis] vt sicut Prophetas, & ipsum Christum occiderunt, ita à Romanis occidantur.

m Insulis,] i. ciuitatibus, & vicis Iudæorum.

n Vicem reddet,] i. mercedem iniquitatis, quia delebit eas.

o Et timebunt] Præmonstrata vindicta Dei in Iudæos, describit fidem Gentium de quatuor partibus mundi venientium, audita prædicatione Apostolorum. Dicit ergo. [Et timebunt [sanctè, castè, fideliter.

p Qui ab Occidente] ad litteram, nationes Occidentales.

q Numen Domini,] i. Filium Dei Patris.

⊙ Et qui ab

* murum pro domo Israël. a Et saluauit sibi brachium suum,] quasi dicat, licèt nullus esset qui occurreret ad salutem populi, tamen virtus sua, i. Filius Dei in primo aduentu saluauit quos voluit. — *Moral.*

b Et iustitia eius ipsa confirmabit eum in secundo aduentu contra malos, & nulla pietate flectetur ad parcendum, sed vltionem de eis recipiet iustam, quia zelus, & furor viri non parcet in die iræ, &c. *Prou.* 6. d. Vndè subdit.

d Indutus est iustitia vt loricâ.] Hic describitur Christus ad iudicium veniens contra malos ad modum militis armati. Simile. *Sapient.* 5. d. Induet pro thorace iustitiam, & pro galea iudicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem, acuet autem diram iram in lanceam. *Iob* 29. c. Iustitia indutus sum. *Ephes. cap.* 6. c. State succincti lumbos vestros in veritate, induti loricam iustitiæ. Hoc sumit Apostolus ab isto loco Isaiæ, vt dicit *Ieron.* Item 1. *Thess.* 5. b. Induit loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis, &c. *Infrà cap.* 61. d. Induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circundedit me. Dicit ergo. [Indutus est iustitia vt loricâ, & galea salutis in capite eius.] Hæc sunt arma ad muniendum, Christus autem munitus est secundùm vtramque naturam. Iustitia muniuit corpus,] i. ipsum secundum hominem † salus sua muniuit caput eius, i. Diuinitatem, quia caput Christi Deus, 1. *Cor.* 11. a. Et Diuinitas seipsa salua est, & protecta, Christus ergo ad iudicium veniens, indutus est iustitia vt lorica, vt suos expugnet aduersarios, quia vndique circundatus atque munitus apparet. sua iustitia, cùm à nulla parte possit iniustus ostendi, vt cuiusquam valeat querelis feriri. Pateret autem ictibus querelarum eorum qui pereunt, si ipse in aliqua parte videretur iniustus, & peccatores ob iniustitiam damnaret. Sed vndique iustus apparet, cum dicit. Quid est quod vltrà debui facere vineæ meæ, & non feci? *Suprà* 5. b. Iustitia ergo indutus est, quia omne quod debuit fecit, & peccatum non fecit. *Suprà* 53. b. Et hac iustitia indutus est vt lorica, quia ita defendit eum propria iustitia vt pugnatorem lorica. Nam & ideirco eum nullus lædere potest, quia nullus eum valet in aliquo iniustum demonstrare.

e Et galea salutis in capite eius,] quia desuper à Deo protegitur.

f Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli] Christus in eodem vestimento carnis assumptæ apparebit in Iudicio in quo passus est vulnera, & tormenta in mundo. Sed hoc erit iustis in auxilium, & solatium, iniustis autem in damnationis argumentum. De quibus dicitur *Apocal.* 1. b. Videbunt in quem pupugerunt. Vndè subdit,

h Sicut ad vindictam] faciendam.

i Quasi ad retributionem indignationis hostibus suis.] Hostes Christi sunt, qui eum iterum crucifigunt operibus suis, & fidem eius vel mores, vel in se corrumpunt, vel in aliis. *Hebr.* 6. a. Rursus crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes.

k Et vicissitudinem inimicis suis] retribuendam. *Ierem.* 51. a. Tempus vltionis eius a Domino est, vicissitudinem ipse retribuet ei.

m Insulis vicem reddet,] i. mercedem reddet iustis qui sunt Insulæ, quia fluctibus tentationum, & tribulationum concutiuntur. De Insulis habes. *Suprà* 41. a. Ibi require. Et nota quòd retributio fiet iustis, quando offerent Deo opera misericordiæ in Iudicio, & Dominus dicet. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. *Matth. c.* 25. c. Et *Prou. cap.* 19. c. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis. Vel.

m Insulis,] i. malis hominibus huius mundi, qui semper sunt in mari, i. in amaritudine sæculi balneantes se in falsa, i. delectationem habentes in hoc quòd in veritate est miseria. Talibus.

n Vicem reddet,] i. mercedem, iniquitatis.

o Et timebunt] in aduentu iudicis.

p Qui ab Occidente] sunt.

q Numen Domini,] i. Filium.

* Et qui ab

a Et qui ab ortu Solis gloriam eius,] i. remotæ nationes, tam Occidentales quàm Orientales timebunt Dominum pro gloriosa liberatione populi sui. Et hoc erit.
b Cum venerit quasi fluuius violentus] quod Iudæi intelligunt de Cyro, secundùm suas fabulas, quia generalis regula est, quòd Iudæi ea quæ propriè dicuntur de Christo, attribuunt Cyro, & Zorobabel, & Iesu magno Sacerdoti, Esdræ & Nehemiæ. Vndè sic exponunt.] Cùm venerit quasi fluuius violentus,] i. cum ille venerit qui erit quasi fluuius violentus, cui nihil resistere possit, id est, Cyrus, quando, scilicet, venerit ad destruendum Chaldæos cum impetu, & violentia.

& a qui ab ortu Solis gloriam eius. Cum b venerit quasi fluuius violentus, c quem Spiritu d Domini cogit, & e venerit Sion redemptor, & f eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit g Dominus. h Hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus. Spiritus i meus qui est in te, & k verba mea quæ posui in ore tuo, non l recedent de ore tuo, m & de ore seminis tui, dicit n Dominus o amodò & vsque in p sempiternũ.

c Quem] fluuium violentum, i. Cyrum, & eius exercitum. d Spiritus Domini cogit,] i. voluntas Domini, vel inspiratio, vel indignatio contra suos hostes.
e Et] cum [venit Sion redemptor,] i. populo Iudæorum liberator à captiuitate, scilicet, Cyrus.
f Et] cum venerit redemptor [eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob,] i. à proselytis qui de infidelitate conuersi fuerant ad populum Domini, quasi dicat, & Iudæis naturaliter, & proselytis veniet liberator. Vel sic.
e Cùm venerit Sion redemptor,] i. populo Ierosolymitano. & cùm venerit similiter in Iacob] redemptor, i. populo Israel, non tamen omnibus veniet, sed.
f Eis qui redeunt ab iniquitate,] i. pœnitentibus de iniquitatibus suis.
g Dicit Dominus] qui non fallit, nec mentitur.
h Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus.] Hoc, scilicet, quod prædixi de liberatione sua erit inuiolabile, & stabile. Vel hoc quod sequitur.
i Spiritus meus qui est in te] ô Esaia.
k Et verba mea quæ posui in ore tuo,] i. gratia Prophetalis, & eruditio legis.
l Non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus,] i. habebunt in populo meo Prophetas, & Doctores.
o Amodo, & vsque in sempiternum] quamdiu, scilicet, mihi obediendo seruierit semen tuum. Ex hoc patet quòd moderni Iudæi non sunt de tali semine quibus hæc ablata sunt.

Mysticè. a Et qui ab ortu Solis gloriam eius] filium, scilicet, cui dicitur. Exurge gloria mea, &c. quasi dicat, Multi venient
Psalm. 56. ab Oriente, & Occidente, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob *Matth.* 8.b
b Cum venerit quasi fluuius violentus,] id cum filius incarnatus fuerit, vel Gentes in Apostolorum prædicatione venerit, qui est sicut fluuius, quia in eo est fons sapientiæ, & doctrinæ, & scientiæ, & gratiæ, qui dicit. Qui sitit, veniat ad me, & bibat, *Ioan.* 8.f. Item fluuio comparatur, quia transit ad conualles, i. ad humiles. Vndè *Cant.* 2.a. Ego flos campi, & lilium conuallium. [Violentus,] quia nihil ei resistit. Vndè *Matth.* 28. d. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Item [violentus,] quia citissimè mundum sua prædicatione, & fide impleuit. Vndè *Psalm.* 147. Velociter currit sermo eius. Quem Spiritus Domini cogit,] quia amor, bonitas, charitas, & pietas sua eum incarnari fecit. Vndè dicitur conceptus de Spiritu sancto, quia ex benignitate, & nimia charitate. Vndè dicitur in hymno. Ipsa te cogat pietas, &c. *Bern.* O amoris vis! amore quid violentius? Solus amor triumphat de Deo. e Et] cum [venerit Sion redemptor] Suprà dixit, qualis venerit, vel ad modum cuius venerit, scilicet, quasi fluuius; hîc dicit, quibus venerit, scilicet, iustis, & pœnitentibus. Et hoc est [Cùm venerit Sion redemptor,] i. cùm venerit qui iustos redimat à miseria, sicut illos qui erant in limbo.
f Et eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob,] i. pœnitentibus qui pœnitentiam agunt in populo Dei. Vel. Sion sunt contemplatiui; Iacob autem sunt actiui, qui cum vitiis, & concupiscentiis pugnant. *Galat.* 5.d.
h Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus.] Cum eis, scilicet, qui redeunt ab iniquitate. Sed quod est illud fœdus? Hoc, scilicet, quod dictum est, quod veniet eis redemptor. Vel hoc quod sequitur.
i Spiritus meus qui est in te,] i. Spiritus sanctus qui est Ecclesia iustorum, & non recedet ab eis, supple. Sic quippe Saluator promisit discipulis. Ego, inquit, rogabo pro vobis Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum. *Ioan.* 14.b.
k Et verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus,] i. eorum quos in Christo Iesu per Euangelium Ecclesia genuerat, quia prædicatio Ecclesiæ non deficiet vsque in finem sæculi.
o Amodo,] i. ex quo Spiritus datus est, i. à tempore gratiæ. p Et vsque in sempiternum,] i. semper. Vel.
o Amodo] non deficiet Spiritus sanctus à te. p Et vsque in sempiternum] non deficiunt verba mea, vt reddantur singula singulis, vel sicut dicit *Ieronym.* In originali. Ad *Sup.* 9.b.
Isaiam loquitur, vel ad Dominum. i Spiritus meus qui est in te) ô Isaia, id est, gratia prophetans. k Et verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui,] i. de ore filiorum tuorum, i. Apostolorum ac nepotum eorum, i. aliorum Prædicatorum, vt omnis per seriem demonstretur generatio, scilicet, & gratia prophetalis in Apostolos veniat, & in cæteros qui de Israel crediderunt.
n Dicit Dominus] qui non potest mentiri. Quia autem infert. o Amodo & vsque in sempiternum] Iuxta illud est: Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transient. *Matth.* 24 c.
a Et qui ab ortu Solis gloriam eius,] i. Orientales & *Moral.*
Occidentales, per quod intelliguntur omnes homines. *Matth.* 24. c. Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret in Occidente, ita erit aduentus Filij hominis. b Cum venerit quasi fluuius violentus,] vt malos in Infernum violenter impellat sententiâ oris sui, quæ comparatur fluuio rapido & torrenti. *Dan.* 7. c. Fluuius rapidus & igneus egrediebatur à facie eius, i. sententia illa: Ite maledicti in
ignem, &c. c Quem] fluuium, i. sententiam. d Spiritus *Matth.* 25.d.
Domini cogit,] i. indignatio eius, vel vis animaduersionis eius. Sed quia ille qui puniet malos remunerabit iustos, ideo subdit.
e Et venerit Sion redemptor,] i. innocentibus, vel contemplatiuis.
f Et eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob,] i. pœnitentibus in populo Dei. Vel actiuis: Non enim solum innocentes, sed & pœnitentes redimet. *Psalm.* 35. Homines & iumenta saluabis Domine. Item *Psalm.* 83. Non priuabis bonis eos qui ambulant in innocentia. Et *B. Bernard.* addit: Sed nec eos Domine, qui ambulant in pœnitentia. Redimet autem tunc Dominus suos, non solùm a culpa, sed à miseria in Sion, i. in ratione illuminans speculationem ænigmatis, & in apertam ducens cognitionem veritatis, quam cognitionem sequitur dilectio & fruitio æternæ suauitatis; in Iacob, i. in irascibili luctante perficiet fortitudinem, quæ hic pugnauit in detestationem criminis.
g Dicit Dominus] & ita firmum est quod promittit. Vndè ampliùs confirmat quod dixerat, subdens.
h Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus,] i. inuiolabiliter stabit quod promitto. Simile *sup.* 54. c. Sicut in diebus Noe mihi est istud, cui iuraui ne inducerem aquas diluuij super terram,
i Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus amodo, & vsque in sempiternum.] Istud fœdus est in duobus, in perpetuitate charitatis, & continuatione diuinæ laudationis. Loquitur enim Pater ad Filiũ, vel Filius ad Sion, i. ad Ecclesiam triumphantem, vel ad quamlibet animam, promittens, quòd Spiritus qui hîc datur, non recedet ab Ecclesia, vel anima, nec verba posita in ore Ecclesiæ. Spiritus autem est charitas, quam dat in præsenti, quæ nunquam excidit, sed eam perficiet in futuro qui illam dedit. Per verba autẽ intelligitur laus diuina *1.Cor.* 13.a.
quæ continuabitur in illis à quibus in præsenti inchoabitur. Ideo dicit.
i Spiritus meus qui est in te] ô Sion, i. Ecclesia, vel anima,] id est, charitas mea, quam habes in corde.
k Et verba mea quæ posui in ore tuo,] id est, laus mea.
l Non recedent de ore tuo, &c.] id est, semper amabis & semper laudabis, si hic laudem inchoare volueris. Ideò volens Propheta in præsenti laudem inchoare dicit: *Psal.* 118. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. m Et de seminis tui,] id est, imitatorum tuorum. Hoc dicit vt notetur multitudo laudantium, quia nullius boni possessio iocunda est sine socio.
o Amodo & vsque in sempiternum,] id est, æternaliter

EXPOSITIO CAP. LX.

SVrge, illuminare Ierusalem.] Nota quod dicit *Ieron.* in originali de expositione Iudæorum in hoc cap. Dicit enim sic. Nunc breuiter perstringendum est, quid plurimi de hoc loco sentiant, vt errore prospecto facilius possimus suscipere veritatem.

C A P. XL.

a SVrge *b* illuminare *c* Ierusalem, quia *d* venit lumen tuum, & *e* gloria Domini super te orta est. *f* Quia ecce tenebræ *g* operient terram, & *h* caligo *i* populos, super te autem *k* orietur Dominus

Iudæi, & nostri semi Iudæi, qui auream atque gemmatam de cœlo expectant Ierusalem. Hęc in mille annorũ regna futura contendunt, quando omnes gentes seruituræ sunt Israel, & Cameli Madian, & Epha de Saba venientes, aurum deferant, thus, & omnes oues Cedar congregentur, Arietésque Nabajoth veniant, vt immolentur super altare Templi quod fuerit extructum. De Insulis quoque & maximè nauibus Tharsis volare filias illius, vt Columbas, auri, & argenti diuitias conferentes, & ædificari muros Ierusalem ab alienigenis, quibus præsint Gentium Reges, semperque apertas esse portas ciuitatis, vt diebus ac noctibus diuitiæ Ierusalem, & victimæ deferantur, & omnia quæ deserta sunt Cypaisso, & Pino, & Cedro sectis in Libano construenda, præcipuè Templum Dñi in quo sit lætitia sempiterna, ita vt sugat lac nationum, & Regum diuitias comedat, tantam abundantiam rerum omnium fore, vt pro ære aurum habeant, pro ferro argentum, pro lignis æs, pro lapidibus ferrum, Principes quoque illius æterna pace fruituros, & Episcopos præfuturos populis in iustitia, sed, & portas futuras Anaglypas. Et quod his maius est, pro Sole, & Luna ipsum Deum æterna luce fulsurum, & pro vno homine habituram eam mille fortissimos viros, & pro paruulis gentes robustissimas possessuram. Hęc illi dicunt, qui terrenas desiderant voluptates, & vxorum quærunt pulchritudinem ac numerum liberorum, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum.

Phil. 3. d. Quorum, qui sequitur errorem, sub nomine Christiano, Iudæo se similem confitetur. Alij autem afferunt hæc omnia carnaliter Iudæis repromissa, si recepissent eum, qui dicit *Ioan.* 8. b. Ego sum lux mundi. Et *Ioan.* 1. a. Qui illuminat, &c. Vt quomodo victimæ concessæ sunt populo Israel, non quòd per se bonæ essent, sed ne Dæmonibus offerrentur. Ita, & gulosis Iudæis nihilque aliud quærẽtibus nisi corporis voluptates, ista Dñs pollicetur, vt saltem pro carnalibus desiderijs, & opum abundantia Filium susciperent Dei. Quem quia non susceperunt promissiones quoque irritas fieri. Et subdit *Ieron.* Nos autem ad Ecclesiam vniuersam dici credamus. Tertij autem sunt de quibus non facit *Ieron.* mentionem, qui de nouo iudaizare incipiunt, qui dicunt, quòd hæc possint exponi de prosperitate, quam habuerunt Iudæi in reditu de captiuitate Babylonica. Sed quia multa interseruntur, quæ nimis ineptè, & omninò incongruè, & abusiuè ad hoc reflectuntur, ideo fabulam illam prætermittimus. Non enim legitur, quæ tantam habuerint multitudinem Camelorum Madian & Epha, neque quòd tantas gentes, vel tot greges ita subiecerint, neque quòd alienæ gentes muros eorũ extruxerint, imò potius ipsi extruxerunt, exhortante Neemia & præcipiente, nec tantam vim auri & argenti habuerunt, sicut dicitur hic. Præterea, quomodo possit dici, quòd impletum sit in illo reditu, quod hic dicitur. Non erit tibi ampliùs Sol ad lucendum, &c. Fictiones ergo huiusmodi dimittentes, ad Ecclesiam vniuersa dici credamus, quæ primò de Iudaico populo congregata est, postea verò de Gentibus. Dicit ergo.

Mysticè. *a* Surge, illuminare.] O Ecclesia surge in fidelibus, quæ occidisti in incredulis. Surge in Ecclesijs, quæ cecidisti in Synagogis, Surge per confessionem, & per virtutes, quæ cecidisti per negationes & vitia. Et cùm surrexeris peccatum dimittendo. *b* Illuminare] fidem Christi ampliùs recipiendo. Quia venit. Vel, *c* Ierusalem,] i. ò anima *a* Surge] de lecto voluptatis, de cœno, & luto peccati, de somno & torpore, benè agendo. Surge omninò, quæ omninò prostrata es, ventre, & pectore hærens terrenis, *suprà* 53. a. Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion. *b* Illuminare,] i. lumen recipe tibi oblatum, quasi dicat, si vis illuminari per gratiam ampliorem, surge ab infimis per peccati detestationem, *Ephes.* 5. d. Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Christus. Surge, per affectum boni. *b* Illuminare] per intellectum veri. Inuitatur autem Ierusalem, i. quælibet anima ad surgendum, cùm ei ostenditur exemplum bonæ operationis. Illuminatur autem per verba sanæ eruditionis, sed prius surgere debet homo à desiderijs terrenis, vt postmodum congruentius capiat doctrinam illuminationis. Vndè *Ezech.* 2. a. prius dictum est: Fili hominis sta super pedes tuos; postea datum est ei volumen, vt comederet illud.

Ezech. 3. d. Vndè *Ier.* 31. e. Qui comederit vuam acerbam, dentes eius obstupescent Cibus enim Scripturæ insipidus est amanti temporalia, quod significatur per vuam acerbam. *d* Quia venit lumen tuum,] i. Christus venit in carnem, qui est lumẽ humani generis, & gloria Dei Patris Et ad hoc venit in hunc mundũ, vt mundum illuminaret, & Patris gloriam quæreret. De primo dicitur *Ioan* 8 b. Ego sum lux mundi. De secundo dicitur in *Psal.* 56 Exurge gloria mea, &c. *Ioan.* 1. b. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre. *Prou.* 10. a. Gloria Patris filius sapiens. Sed nota, quòd Christus non attulit lumen sine calore, sed lumen eius fuit in igne Vndè *sup.* 10. d. Erit lumen Israel in igne, & Sanctus eius in flamma. Sed quia illa lux non omnes illuminauit, multi enim offenderunt in ipsum lumen. Ideo subditur. *f* Quia ecce tenebræ,] i. terrenos, quasi dicat, ideo surge Ierusalem de terra, quia tenebræ ignorantiæ, & infidelitatis operient terram, i. illos,] qui statuerunt oculos suos declinare in terram. *h* Et caligo peccatorum, populos. Vel sicut in Hebræo habetur Tribus, i. Iudæos, quia offenderunt ad lumen, *supr.* 59. b. Impegimus meridie, quasi in tenebris. *Ier.* 23. e. Via illorum erit, quasi lubricum in tenebris. impellentur enim & corruent in ea. *Exod.* 10. f. Factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Ægypti, tribus diebus, nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco. Tenebræ malorum sunt triduanæ, quia obscuri sunt, & in corde & in locutione, & in opere. *k* Super te autem orietur,] Sol iustitiæ. Vndè *Malach.* 3. b. Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iustitiæ. Et dicit, super te, quia super merita hominum fuit aduentus Christi. Nullus enim mereri aduentum Christi potuit. Item, super te, quia à Deo missus. *Luc.* 1. g. Per viscera

Literal. *a* Surge illuminare, &c.] Hoc cap. secundùm modernos Iudæos, vel iudaizantes sic ordinatur. Supra in fine præcedentis Capituli exprimitur confidentia, quam Iudæi habuerunt in captiuitate positi, quæ multùm Deo placuit, propter hoc in prima parte huius capit. promittitur eis de captiuitate liberatio, ibi. Surge illuminare. In secunda gentium, siue proselytorum conuersio, ibi: Et ambulabunt. In tertia suarum ciuitatum reædificatio, ibi: Et ædificabunt filij. In quarta maxima gloriatio, ibi: Et venient ad te. In quinta auri & argenti, & possessionum multiplicatio, ibi: Pro ære afferam aurum. In sexta & vltima, religionis obseruatio, ibi: Non audietur. Dicit ergo Dominus ad Ierusalem captiuatam.

Prima pars. *a* Surge,] id est, surges, quæ iaces in tenebrosa captiuitate carceris, ad literam.

b Illuminare,] id est, illuminaberis, id est, prosperaberis in reditu captiuitatis.

c Ierusalem,] id est, populus, qui de terra Ierosolymitana ductus est captiuus.

d Quia venit,] id est, prosperitas per Cyrum.

e Et gloria Domini] id est, gloriosa liberationis prosperitas sicut nouus Sol post tenebras captiuitatis subitò ortus est tibi. Et dicitur gloria Domini orta, id est, quam facit Dominus oriri. Vel,

d Lumen tuum,] dicitur quantùm ad prosperitatem ipsorum Iudæorum. *e* Et gloria Domini,] quantùm ad victoriam & deiectionem suorum hostium, scilicet Chaldæorum, Vndè subdit. *f* Quia ecce tenebræ] miseriæ & calamitatis. *g* Operient terram,] id est, Chaldeam. Et dicit, operient, vt notetur abundantia, & ineuitabilitas captiuitatis. *h* Ecce caligo] tribulationis, *i* Populos, scilicet, Chaldæos, quia vastabuntur Chaldæi hostes tui à Medis. *k* Super te autem orietur Dominus,] id est, ipsemet Dominus Deus erit Sol tuus, & illuminator tuus, secundùm illud *Baruc.* 5. h. Deus ostendet splendorem suum in te, qui sub cœlo est. Vel aliter exponitur ab illo loco. *d* Quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.] Et subdit quomodò.

f Quia] scilicet, ecce tenebræ operient terram, id est, nubes cum gloria Domini proteget te in reditu de Babylone, sicut in exitu de Ægypto.

h Et caligo populos] alienos.

k Super te autem orietur Dñs,] id est, lux Domini, quia sicut illa nubes erat lucida Iudæis, & tenebrosa Ægyptijs, ita dicunt Iudæi, quòd in reditu suo de Babylone fuit nubes lucida eis, & tenebrosa alijs. Sed non est hoc credibile, quia expressa mentio facta esset ab Esdra, & alijs Sanctis, qui tunc temporis fuerunt, de tanto miraculo si accidisset. Ideò alij dicunt, quòd hoc futurum est, quòd ita erit nubes cum gloria Do-

Mystice. ⊖ Per viscera misericordiæ Dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto. *Ioan.* 3. d. Qui de cœlo venit, super omnes est. *a* Et gloria eius.] i. Filius Dei gloriosus. *b* In te videbitur.] *Bar.* 3. d. In terris visus est, &c. Vel, gloria eius, id est, miracula, & magnalia opera eius. *Bar.* 5.

al. † Domini.

& *a* gloria † eius in *b* te videbitur. Et *c* ambulabunt gentes in lumine tuo, & *d* Reges in splendore ortus tui, *e* Leua in *f* circuitu *g* oculos tuos *h* & vide, *i* omnes isti *k* congregati sunt; *l* venerunt tibi. Filij *m* tui de *n* longè venient, & filiæ *o* tuæ † de *p* latere † *q* surgent

Suprà 49. c.

al. † lac sugent. *al.* † sugent.

a Ostendet splendorem suum in te qui sub cœlo est. Vel, gloria eius, i. Crux eius in qua gloriosè triumphauit. In hac gloria gloriabatur Paulus, dicens: *Gal* 6. d. Mihi autē absit gloriari nisi in Cruce Dñi nostri Iesu Christi, &c. vel, gloria eius, id est, B. Virgo. *Ezech.* 3. c. Audiui post me vocem commotionis magnæ, benedicta gloria Domini de loco suo.

Secunda pars.

c Et ambulabunt Gentes in lumine tuo] id est, in fide Christi, qui est lux mundi. *Ioan.* 8. b. Et nota, quòd Christus in Incarnatione fuit quasi lux in testa, sed in Passione maximè illuminauit totum mundum, quia tunc confracta est laguncula, & lux apparuit. Vndè *sup.* g Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore. In lumine isto ambulauerunt Gentes, quando illuminatæ per fidem ambulauerunt semper proficiendo per bonam operationem. Aliter de nihilo seruiret lux, nisi ad lucem ambularemus benè viuendo, & strenuè operando. Vndè *Ioan.* 12. e. Ambulate dum lucem habetis, &c. *Psal.* 103. Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur, exibit homo ad opus suum, &c. Oriente enim luce bestiæ latent, & silent, sed homines ad opus exeunt. Sic ad lumen Christi Dæmones expauescunt, boni autem homines ad benè operandum excitantur. *Apoc.* 21. g. Ambulabunt Gentes in lumine eius, & Reges terræ afferent gloriam suam, & honorem. *d* Et Reges in splendore ortus tui] id est, in splendore illius qui est ortus in te & pro te, *sup.* 9. d. Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Huius pueri nati splendor emicuit, quia doctrinæ eruditione, gratiæ infusione, boni exempli ostensione, mundum illuminauit. Vndè *sup.* 58. c. Implebit splēdoribus animam tuā, & ossa tua liberabit. *Psal.* 109. In splendoribus Sanctorum, &c. Specialiter autem splendor ortus Christi fuit paupertas paruuli pannis inuoluti, & in præsepio reclinati, afflictio, & pœna ipsius paruuli vagientis in frigore, & nuditate nati. Item humilitas stabuli. In huius ortus splendore ambulant, qui Christi sequuntur paupertatem, pœnalitatem, humilitatem. Tales sunt Reges quorum cor in manu Dei. *Prouerb.* 21. a. Sicut diuisiones aquarum, ita cor Regis in manu Dei & quocunque voluerit inclinabit illud, vel vertet. Vel Reges ad literam, vt Constantinus, & Eraclius, & Theodosius, & alij. Et nota quòd hic est aperta prophetia de vocatione Gentium. Vndè adhuc de hoc subdit. *e* Leua in circuitu oculos tuos.] O Ecclesia primitiua respice, & circumfer oculos tuos in vniuersas mundi partes. *h* Et vide, quod, *i* Omnes isti] qui scilicet, sunt in circuitu tuo, id est, homines de toto mundo. *k* Congregati sunt,] id est, congregabuntur in ouile fidelium. *l* Venerunt tibi,] id est, venient tibi in auxilium, & solatium & gaudium. Simile dicitur *Ioan.* 4. e. Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Vel specialiter in die Pentecostes potuit hoc dici primitiuæ Ecclesiæ, quia isti de vniuerso Orbe ad diem festum congregati in Ierusalem, venerunt tibi, quia sermonem Apostolorum susceperunt. *Act.* 2. a. Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi viri religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est, &c. *Bar.* 5. b. Exurge Ierusalem & sta in excelso, & circumspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente Sole vsque ad Occidentem in verbo Sancti gaudentes. Similiter cuilibet animæ dicitur. *e* Leua in circuitu oculos tuos, & vide] vt sis de animalibus circumspectis, quæ erant plena oculis ante & retrò. *Apoc.* 4. b. Et dicit [leua] contra illos qui oculos statuerunt declinare in terram, *sup.* 49. e. dicitur idem. Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Ibi require expositionem moralem. Sequitur. *m* Filij tui de longè venient] id est, de remotis terris venient fortes ad fidem. *o* Et filiæ tuæ de latere surgent,] id est, de proximis regionibus quæ sunt quasi ad latus Ierusalem, venient fœcundæ personæ ad Ecclesiæ vnitatem. Vel, id est, de magnis peccatis, & multis conuertentur, & sicut filij, id est, fortes & strenui, quia vbi abundauit delictum superabundauit & gratia, *Rom.* 5. d. Et cui plus dimittitur, plus diligit. *Luc.* 7. f. *Ephes.* 2. c. Vos qui eratis longè, facti estis propè. *Ier.* 51. f. Qui fugitis gladium venite, nolite stare, recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum. Gladium Domini fugere est imminentem sententiam futuri Iudicij pœnitendo præcauere. Sed quisquis hunc gladium fugit cessando à malo, non debet stare, sed ad Christum merito bonæ actionis festinanter properare. De longè venit Paulus, & factus est valdè propè: qui de sæuissimo persecutore factus est fidelissimus Prædicator, de Saulo Paulus. Tales sunt filij; robusti, & fortes. In locis enim horridis, & incultis solent fieri castra inexpugnabilia. Item terra quæ mari proxima est, & aliquando inundatur ab eo, optima est, & fertilis. Sic magni peccatores qui frequenter habent in memoria amaritudinem suorum peccatorum, in Ecclesia Dei fiunt vtiliores. *o* Et filiæ tuæ de latere surgent] i. de minoribus peccatis cōuertentur. Tales pœnitētes dicūtur filiæ, quia frequēter pigri sunt, & minùs feruentes, secundùm illud *Luc.* 7. f. Cui minus dimittitur, minus diligit. Vel, Filiæ tuæ de

⊖ latere surgent. *Aliter.*

Vel aliter. *m* Filij tui,] id est, fortia opera tua, & strenua. *n* De longè venient,] id est, de exemplis antiquorum Patrum veniet tibi voluntas strenuè operandi. Vndè *Prou. vlt.* b. Facta est quasi nauis institoris de longè portans panem suum, quod facit qui in exemplis antiquorum Patrum refectionem spiritualem ad robur benè operandi quærit. *o* Et filiæ tuæ,] id est, imbecilla opera tua, & leuia. *p* De latere surgent,] id est, de proximo, de exemplis, scilicet, modernorum Doctorum, & Religiosorum. Effœminati enim sunt, & ideo opera fœminea faciunt, & talia opera sumunt subditi de exemplis eorum, Vel sic. *m* Filij tui,] O Ecclesia quasi fortes Prælati, & virtuosi. *n* De longè venient] ad literam quia dum non eliguntur Prælati propinqui genere, vel familiaritate, sed peregrini, & extranei, melius se habent tales in Prælatione. *o* Et filiæ tuæ,] i. Prælati effœminati, siue Sacerdotes debiles. *p* De latere,] alicuius Pontificis, vel Regis, vel aliorum Prælatorum. *b* Surgent.] Quia cùm latera ali- *Aliter.*

• cuius magni *Literal.*

Δ mini super Ierusalem, sicut quondam erat super Tabernaculum, vt habetur *Num.* 9. c. Sequitur *a* Et gloria Domini] vel, eius in te videbitur, id est, nubes, vel miracula multa, & euidentia faciet Dominus in te, sicut in exitu de Ægypto fecit. *c* Et ambulabunt Gentes in lumine tuo,] id est, multi proselyti fient, & sequentur te, videntes in lumine tuæ prosperitatis. *Secunda pars.*

d Et Reges in splendore ortus,] id est, multi Reges subiicient se tibi, & venient ad te in splendore ortus tui, id est, in prosperitate tibi oriente. Vel, ortus tui, id est, in prosperitate in qua nata es, quia quasi non eras dum in captiuitate tenebaris, & quasi de nouo nata es, quando liberata es.

e Leua] O tu Ierusalem.

f In circuitu] tuo.

g Oculos tuos, & vide, omnes isti quos tu vides circa te. Et dicit *Andreas*, digito, id est, præsentes ostendit, & demonstrat post multorum annorum curricula nascituros.

h Congregati sunt] de dispersione captiuitatis.

l Venerunt tibi] ad decorem, & fortitudinem, quasi dicat, respice omnes nationes, & partes mundi, quia de omnibus partibus mundi venient exules filij tui, vel conuertentur ad te proselyti. Et dicitur.

e Leua in circuitu oculos, &c.] quasi dicat, in altum sta vt possis plura videre, & vndique respice circa te, vt nihil lateat. Et est simile *Baruch. quinto.* d. Exurge Ierusalem, & sta in excelso, & circumspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab oriente Sole vsque ad occidentem in verbo Sancti gaudentes, id est, in verbo Ieremiæ, qui prædixit illam de captiuitate liberationem. De Iudæorum autem reuersione adhuc subditur.

m Filij tui de longè venient] id est, de longinqua captiuitate.

o Et filiæ tuæ de latere surgent,] id est, de vicina, & propinqua captiuitate surgent, & redibunt. Et dicit, filij, & filiæ, id est, vterque sexus. Vel sic exponitur, vt dicunt Hebræi.

m Filij tui de longè venient,] per rectam viam.

o Et filiæ tuæ de latere surgent,] id est, obliqua via venient, quasi dicat tot erunt filij tui, quod vndique venient tibi alij directa via, alij obliqua, & quasi à latere. *Andreas* sic exponit.

m Filij tui,] qui, scilicet, fortes erunt.

n De longè venient] pedibus suis.

o Et filiæ tuæ,] id est, debiles & infirmæ. *p* De latere surgent]

Δ de lateribus

Mystice. o latere surgent] de latere, scilicet, Redemptoris in Cruce vulnerato, quia infirmi maiorem de humilitate ac Passione eius profectum ac spiritualem crementum capiunt, quam de Diuinitate, cæterisque mysteriis. Vndè dicit: Surgent, id est, in cremento proficient. Propter hoc de talibus dicit Apostolus, 1. *Cor.* 2. a. Nihil me iudicaui scire inter vos nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. *Bernard.* Hoc est quod me plus mouet, plus

Tunc a videbis & b afflues, & c mirabitur & d dilatabitur cor tuum: quando e conuersa fuerit ad te multitudo maris. g fortitudo Gentium ve-

vrget, plus accendit, calix tuus, Domine quem bibisti opus est nostræ Redemptionis. Vndè *Exod.* 12. b. Caput cum pedibus & intestinis vorabitis, id est, Incarnationem, quæ est quasi caput & initium Christi in hoc mundo, cum Passione, quæ significatur per pedes, deuotè recoletis. Sed non sunt prætermittenda intestina Agni, id est, deuotissimè sunt recolenda viscera misericordiæ Dei nostri, qui tanto amore incarnari, & pati voluit pro nobis. Huic expositioni satis competit litera *Ieron.* in hoc loco. Filiæ tuæ de latere, vel in latere surgent, lac scilicet consolationis, & exhortationis. Aliqui habent, de lacte sugent, vel lac sugent. Hoc etiam habet *Interlin.* Sed *Ieron* exponit de latere, vel in latere. Aliqui autem dicunt, quod *Hebr.* habet nomen commune ad lac, & latus. Et nota, quòd hæc litera quã habemus, surgent, non est in Hebræo, nec Septuaginta, nec Expositores antiqui literam hanc exponunt. Latus autem Domini in Cruce perforatum, ministrat filiabus, id est, sanctis & deuotis animabus sanguinem loco lactis. Pulli enim Aquilæ, i. filij Christi lambunt sanguinem loco lactis. *Iob.* 39. d. Vel latus Domini fuerunt Apostoli, qui familiares fuerunt, & adhærentes Christo. Et similiter alij Apostolici viri Doctores, & Prædicatores à quibus sugunt filiæ, i. minores lac doctrinæ facilioris. 1. *Cor.* 3. a. Tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis potum, non escam. Item 1. *Pet.* 2. a. Quasi modò geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite.

Aliter. * cuius magni Pontificis, id est, Consiliarij surgunt in prælationes, tunc frequenter se habent, vt filiæ effœminatæ, scilicet & luxuriosæ viuendo, *sup.* 3. a. Effœminati dominabuntur eis. Sequitur.

Mystice. a Tunc videbis] quando scilicet eleuaueris oculos tuos. Tunc videbis, impletum in gentibus, quod fuerat promissum in Prophetis. Vel, Tunc videbis, filios tuos.

b Et afflues] filiis, id est, in modum fluuiorum aquis subitis inundabis. Aquæ enim multæ populi sunt. *Apoc.* 17. d. c Et mirabitur] de subita tantarum gentium vocatione. Vndè *inf. vlt.* c. Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile? Nunquid parturiet terra in vna die, aut parietur gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos? d Et dilatabitur cor tuum] præ gaudio, vt dicit *Haymo.* Vel secundùm *Ieronym.* d Dilatabitur] vt Christum hospitem suscipias, Vel aliter.

Aliter. a Tunc videbis] veritatem in prædicatione Apostolorum.

b Et afflues] deliciis tibi ministratis per officium eorum, doctrinis, gratiis, Sacramentis, & exemplis Sanctorum

c Et mirabitur] in sapientia Doctorum.

d Et dilatabitur cor tuum] in patientia Martyrum. Patientia enim est sicut saccus custodiens omnes virtutes, in quo etiam reportabimus æternorum bonorum repromissionem. Vndè *Hebr.* 10. d. Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem. Qui ergo vult habere multa præmia, & magna, amplet saccum patientiæ, vt omnes iniurias, contumelias, molestias patienter sustineat. Beati enim qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. *Matt.* 5. a. *Psal.* 4. In tribulatione dilatasti mihi. Sed multi habent saccum istum, scilicet, patientiæ pertusũ, & ideo quando aliquid probrosum, vel contumeliosum datur eis ad reponendum in hoc sacco patientiæ, statim effundunt per impatientiam suam. Vndè *Ecc.* 21. c. Cor fatui quasi vas confractum: omnem sapientiam non tenebit. Item *Eccl.* 20. b. Gratiæ fatuorum effundentur. *Aggai* 1. b. Qui mercedes congregauit, misit eas in saccum pertusum. Mercedes sunt tribulationes & angustiæ præsentes. Magnus enim thesaurus est tribulationum multitudo. Vndè *Iob.* 38. e. Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti? *Deut.* 33. c. Inundationes maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum. Thesauri arenarum, vel miseriarum sunt absconditi, pauci enim vident vtilitatem eorum, & ideò à fatuis recipiuntur in sacco pertuso. Vel aliter.

Aliter. a Tunc videbis per fidem adhærendo summæ Veritati. Et hoc primum. Vnde *Luc.* 18. g. Quid vis vt faciam tibi? Respondit, Domine, vt videam. b Et afflues deliciis spiritualibus, per charitatem adhærendo summæ suauitati. De istis deliciis, *sup.* 51. a. Ponet desertum eius quasi delicias. *Iob.* 22. d. Tunc super Omnipotentem deliciis affl ues, & eleuabis ad Deum faciem tuam, *Cant.* 7. c. Quam pulchra es, & quàm decora charissima in deliciis! Item *Cant.* 8. b. Quæ est ista quæ ascendit de deserto deliciis affluens? Sed quia visionem pulchri sequitur admiratio, & affluentiam bonorum sequitur vasis dilatatio. Ideo sequitur.

c Et mirabitur, & dilatabitur cor tuum.] Mirabitur scilicet, ad visionem æternæ & summæ veritatis, & dilatabitur ad comprehensionem affluentiæ suauitatis. Hæc in futuro complebuntur, sed in præsenti secundùm modum viæ inchoantur. Vndè *Apost.* dicit, 2. *Cor.* 6. c. Os nostrum patet ad vos ô Corintij, cor nostrum dilatatum est. Latitudo cordis est Charitas, quæ omnes malos recipit per compassionem, omnes bonos per congratulationem. Vndè dicitur *Psal.* 118. Latum mandatum tuum nimis. Latum ab effectu. E contra angustia cordis est cupiditas. Hæc enim omnia excludit, nisi sola ea quæ non replent, scilicet temporalia quæ nihil sunt. *Eccl.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia. Et tamen in istis terrenis omnes volunt dilatari. Sed dicit *Origenes* super *Numer.* 14. Quantò nos dilatamur in terris, tantò Dæmonibus latiora spatia concedimus in cœlis. Sequitur.

e Quando conuersa fuerit ad te multitudo maris] tunc supple videbis, & afflues ô Ecclesia quando videris conuersionem multitudinis Gentium, quæ dicuntur multitudo maris pro amaritudine peccatorum. Et non solùm multitudo, sed etiam.

g Fortitudo Gentium venerit tibi] non contra te, sed tibi ad gaudium & solatium, & auxilium sociabitur. Fortitudo autem Gentium dicuntur Reges & Principes, multitudo maris homines populares. *sup.* 45. c. Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt. Sed heu! hodie contra Ecclesiam sunt, & eam non muniunt, sed impugnant, & multitudo maris, & fortitudo gentium, & maiores, subditi, & Prælati, laici, & Clerici sæculares & Religiosi. Vndè *suprà vigesimo-quarto.* a. Sicut populus sic Sacerdos. Et vtinam non peior Sacerdos, quam populus. *Bernard.* Videtur Iesu bone, aduersùm te coniurasse vniuersitas Christianorum & illi in persecutione tua primi, qui in Ecclesia tua videntur primatum diligere, & gerere Principatum. Fortitudo ergo Gentium a Diabolo capta, & dissipata est. Vndè *suprà decimo.* d. Inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum, & sicut colliguntur oua quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui.

Primò Diabolus capit fortitudinem populi, id est, Prælatum, postmodum vniuersam terram, id est, plebem. In nido autem notantur tria quæ conueniunt Prælatis. Nidus in alto fit ab auibus, ecce superbia dignitatum. Item mollis est, ecce resolutio voluptatum. Item exteriùs spinosus est, ecce auaritia Sacerdotum.

o Sequitur. Inundatio

Δ De lateribus, scilicet Gentium, super quorum latera, vel brachia afferentur, quando venerint ad te, tunc surgent. Huic expositioni videtur consonare litera *Septuaginta*, quæ est. Et filiæ tuæ super humeros portabuntur, *Ieronymus*, in originali ponit hanc literam. Et filiæ tuæ de latere sugent. Et sic potest exponi. De latere, scilicet matrum sugent lac, scilicet paruuli in reditu, quasi dicat, matres habebunt copiam lactis ad nutriendum paruulos. E contra illam maledictionem. *Osea* 9. c. Da illis Domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia.

a Tunc videbis] multitudinem filiorum, & proselytorum, quando scilicet eleuabis oculos tuos in circuitu.

b Et afflues] in terra tua multitudine bonorum.

c Et mirabitur,] pro subita prosperitate, vel proselytorum conuersione.

d Et dilatabitur cor tuum]] præ gaudio.

e Quando conuersa fuerit ad te,] id est, ad cultum tuæ Religionis.

f Multitudo maris,] id est, mare Gentilitatis, quod exponendo subdit.

Fortitudo Gentium venerit tibi,] non contra te, id est, quando fortes Gentes, & Reges earum venerint ad te, se tibi subiciendo, vel cultum tuæ Religionis suscipiendo.

B nerit tibi: *a* Inundatio Camelorum *b* operiet te, *c* Dromedarij Madian & Epha: Omnes *d* de Saba venient aurum, *e* & thus deferentes, & *f* laudem Dñi annunciantes. Omne *g* pecus Cedar congregabitur tibi *h* arietes Nabajoth ministrabunt tibi: *i* Offerentur super *k* placabili altari meo, & *l* domum Maiestatis meæ *m* glorificabo:

Mystice. ⊕ Sequitur. *a* Inundatio Camelorum operiet te, &c. Nota quod dicit Ieron. Madian, & Epha regiones sunt trans Arabiam, fertiles Camelorum, omnisque Prouincia appellatur Saba, vndè & fuit Regina Saba. Cedar autem, de qua postea subditur, Regio Saracenorum est, qui in Scriptura vocantur Ismaelitæ. Nabajoth autem fuit filius Ismaelis: similiter Cedar filius Ismaelis. Et ex istorum nominibus solitudo appellatur Cedar, vel Nabajoth, quæ frugum inops, pecorũ plena est. Per familiaria ergo nomina gentium Barbararũ, quæ vicinæ sunt Israëli, totius mundi conuersio prædicitur. Vndè dicit. *a* Inundatio Camelorum] id est, multitudo Gentilium qui habent super se gibbum, id est, pondus peccatorum. *b* Operiet te] id est, ornabit te ô Ecclesia, ad modum vestimenti. Vel, operiet te, hoc dicit propter multitudinem, quasi ad modum fluminis. Vndè signanter dicit: Inundatio, vt notetur abundantia siue multitudo Gentium, & impetus feruoris. Vndè *sup.* 2. a. Et fluent ad eum omnes Gentes. Vel Cameli sunt diuites, gibbum diuitiarum super se cumulantes. Vndè *Luc.* 18. e. Facilius est, &c. Quibus verbis, vt dicit Ieronym. difficultatem rei proposuit, non impossibilitatem. Per Camelos ergo intelliguntur diuites, vel omnes gibbo peccatorum, & diuitiarum grauati, & à rectitudine vitæ tortuosi, qui quando pœnitent à suis cupiditatibus, Ecclesiam in pauperibus suis operiunt muneribus & eleemosynis copiosis. *c* Dromedarij, &c.] Dromedarij Cameli sunt veloces. Est & Dromedarius vel Dromas, vtrumque enim dicitur, genus quoddam Cameli minoris quidem, sed velocioris, vndè nomen accepit. Dromos enim Græcè, cursus, vel velocitas appellatur. Centum enim milliaria, & amplius fertur vno die ambulare: Inde etiam Hippodromus, id est, equorum cursus. Item nuntius velox ex hoc vocatur Dromo. Dromedarius etiam dicitur nuncius velox. Madian autem, & Epha, vt dictum est, regiones sunt trans Arabiam, Camelis, & Dromedarijs abundantes, per quas designantur omnes partes mundi de quibus venient gentes. Madian enim interpretatur iniquitas, Epha verò resoluens, siue effundens. Dromedarij ergo Madian, & Epha sunt Gentes, vel peccatores quilibet, veloces ad iniquitatem, & resolutionem, siue effusionem, vt, scilicet, iniquitatem primò meditentur in corde, & postea effundant in locutione, vel opere. *Psal.* 13. Veloces pedes eorum, id est, internæ affectiones malæ, ad effundendum sanguinem, i. ad peccatum apertum agendum. *Prou.* 1. b. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. *d* Omnes de, &c.] Saba interpretatur conuersio, vel captiuitas, vel rete, per quod intelligitur status Gentilitatis, vel peccati. Peccatum enim est conuersio & subiectio, & inuolutio. Conuersio, scilicet, ad creaturam per consensum; subiectio, & captiuitas omnium membrorum, per actum. Tunc enim manifestum est hominem esse seruum peccati, quando omnia membra sua ponit ad eius seruitium. *Ioan.* 8. d. Qui facit peccatum, &c.] Item inuolutio est in peccato per consuetudinem, quando homo per rete, consuetudinis voluitur in peccato. Omnes ergo, de Saba venient, i. omnia genera hominum de omni statu peccati cordis, oris, operis, consuetudinis, ad fidem redeunt operantem per dilectionem. *e* Aurum & thus, &c. Aurum ad Regis tributum pertinet: thus ad Dei sacrificium. Aurum ergo & thus Gentiles, siue quilibet peccatores ad Christum deferunt cùm in eo diuinam Maiestatem & Regiam dignitatem fatentur. Vel aurum est pōdus maturitatis, & fulgor. & species honestæ conuersationis. Hoc aurum obscuratum doluit Ieremias, cùm diceret *Thren.* 4 a. Quomodo obscuratum est aurum mutatus est color optimus? Thus autem est deuotio orationis, secundùm illud *Psal.* 140. Dirigatur oratio mea, &c. Sed quia illius oratio impetrat nondum habita, qui de habitis gratus esse didicerit. Ideo subdit. *f* Et laudem Dño] vel Dñi annunciantes, per gratiarum actionem, vt ad locum vndè exeunt flumina reuertantur vt iterum fluant, sicut dicitur *Eccl.* 1. b. Fons enim & origo omnium aquarũ, id est, omnium gratiarum est Dñs, quæ ab eo trahuntur per orationem, & in eum refunduntur per gratiarũ actionem. Vel, Laudem Dño annunciant, qui non contenti sua salute, gloriam eius, i. Filium qui est in gloria Patris, vel opera ipsius gloriosa aliis prædicant, *infr.* 62. c. Qui reminiscimini Dñi, ne taceatis, & ne detis silentium ei donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem laudem in terra.

g Omne pecus, &c.] Per pecudes significantur simplices, & idiotæ populi. Per Arietes sapientes, & discreti Prælati, sicut Apostoli, & Apostolici viri. Pecus ergo Cedar congregatur in ouile Ecclesiæ, quando simplices qui ante erāt in tenebris ignorantiæ, & mœrore culpæ, conuertuntur. Cedar enim interpretatur tenebræ, vel mœror. *Ephes.* 5. b. Fuistis aliquando tenebræ, &c. Arietes autem sunt Prædicatores, & Apostolici viri, qui duplici cornu debent lupos, i. hostes Ecclesiæ, vel Dæmones impugnare, verbo scilicet, & exemplo. Vel cornua duo, sunt duo testamenta; vel patientia, & sapientia, quæ in Scriptura studendo, vel in oratione contemplando debet Prælatus assumere. Vndè *Exod.* 34. d. Cùm descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. Sed isti Arietes debent esse Nabajoth. Nabajoth enim interpretatur prophetia. Prælati ergo debent esse Arietes Nabajoth, vt cum cornibus potestatis habeant prophetiam, i. visionem siue scientiam veritatis. Potestas enim & scientia sunt duæ claues Paradisi, quæ committuntur Prælatis. Sed de multis verum est, quod dicitur *sup.* 56. d. Speculatores eius cæci omnes, nesciunt vniuersi. Sed Arietes Nabajoth sunt Prælati cornuti per potestatem & scientes siue discreti. De talibus dicit. *h* Arietes, &c.] i. fient ministri Ecclesiæ, non Dñi. 1. *Pet* 5. a. Non dominantes in clero, &c. Quando tales Arietes ministrant, tunc pecus congregatur. Sed quando Principes Ecclesiæ fiunt sicut Arietes non inuenientes pascua, vt dicitur *Thren.* 1. b. Tunc pecus Cedar mactatur, & dispergitur, non congregatur. Quid ministrabunt? Lac doctrinæ in potum spiritualem, & lanam temporalis subsidij in sustentationem corporalem. Sed contra fit hodie. *Ezech* 34 a. Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos, &c. *i* Offerentur super placabili altari meo] siue iuxta translationem *Theodotionis* offerent se, &c. Pecora enim Cedar & Arietes Nabajoth, i. subditi, & Prælati, vel Gentilis populus, & Iudaicus offerunt se Deo, dum corpora sua exibent Deo hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, vt dicitur *Rom.* 12. 2. Sed hæc oblatio debet fieri in altari fidei. Fides enim est altare placabile, quia sine fide impossibile est placere Deo. *Heb.* 11 a. *Deut.* 33. e. Ibi immolabunt victimas iustitiæ. Vel altare est cor. Vndè *Greg.* dicit super *Leuit.* 6. Altare Dei cor nostrum est, in quo iubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo charitatis flāmam indesinenter accendere. Et postea dicit. Quisquis in se hunc ignem charitatis accendit, semetipsum holocaustũ desuper imponit, & omne vitium, quod in se malè viuebat, exurit. Tūc enim interna sua cōsiderat, & vitā reprobam immolationis gladio mactat, cùm se in ara cordis sui imposuerit, & igne charitatis accēderit. Vel aliter. *i* Offerētur] Arietes, sicut à Paulo oblatus est Dño Titus, & alij, & à Petro Marcus. *k* Super placabili, &c.] i. in fidē Christi, quæ dicitur altare placabile, quia per fidem Christi reconciliatur homini Deus. Vndè *Rom.* 3. d. Quem posuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. *l* Et domum, &c.] i. Ecclesiam. *m* Glorificabo,] in talibus oblationibus. ⊕ Sequitur *Literal.*

Δ *a* Inundatio Camelorum operiet te, &c.] id est, ingens erit tibi copia talium animalium, quæ de istis regionibus tibi adducentur, ita vt totam terram tuam quasi fluuius operiant. Hoc autem non legitur accidisse Iudæis, licèt ipsi sic fabulentur. Ad literam autem sic dicit *Ieron.* Madian, & Epha regiones sunt trans Arabiam, fertiles Camelorum, omnisque Prouincia appellatur Sabba, vndè fuit Regina Saba. De qua regione subdit.

d Omnes de Saba venient,] id est, maxima multitudo.

e Aurum & thus deferentes.] Aurum afferent Regibus Iudææ in tributum. Thus Deo in incensum.

f Et laudem Domino, vel Domini annunciantes] ad literam, de beneficijs sibi & populo suo collatis. *g* Omne pecus Cedar congregabitur tibi] i. ad terram tuam adducent de Cedar multitudinem pecorum, vel in tributum, vel ad offerendum Deo. *h* Arietes Nabajoth ministrabunt tibi,] id est, adducent tibi multos Arietes de Nabajoth. Ad literam autem Cedar regio est Saracenorum, qui in Scripturis appellantur Ismaelitæ: & Nabajoth filius fuit Ismaelis, à quo Regio dicitur, quæ frugum inops, pecorum plena est. *i* Offerentur] illi Arietes. *k* Super placabili altari meo] ad literam.

l Et domum Maiestatis meæ,] id est, mei magni *m* Glorificabo, Δ

Mystic. ⊕ nibus. Sequitur. a Qui sunt isti, &c.] Intelligens Propheta vocationem Gentium & totius humani generis salutem, admiratur tantam Gentium multitudinem, tam citò ad fidem currentium, vel ipsa primitiua Ecclesia; vel ipse Dominus ad modum admirantis loquitur dicens: Qui sunt isti qui vt nubes volant, quasi dicat, Mirū est quomodo tam subitò & citò Gentes ad fidem

a Qui sūt isti qui vt nubes volāt, & quasi b Colūbæ ad fenestras?

conuertuntur comparantur autem conuersi ad fidem nubibus, quia ad modum nubis in alta suspenduntur, secundum illud *Iob.* 8. c. Suspendium elegit anima mea. Qui & vento tentationum agitati resoluuntur in pluuiam lacrymarum, & volant de malo ad bonum, de bono ad melius: & ideo competenter dicit propheta, admirando pœnitentium velocitatem, & strenuitatem ad bonum: Qui sunt isti qui vt nubes volant? Quos etiam Columbæ comparat subdens.

b Et quasi Columbæ ad fenestras suas.] Gemebundi enim sunt & meditabundi sicut Columbæ. Vnde *suprà* 59.b. Quasi Columbæ meditantes gememus. Columbæ autem ad fenestras suas fugiunt, vt ibi refugium habeant, ne rapiantur ab Accipitre & iusti ad vulnera Christi refugium quærunt. *Psal.* 103. Petra refugium herinaciis. *Cant.* 2. d. Veni Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. Vel fenestræ iustorum sunt bona opera, per quæ venit eis lux gratiæ. Iusti ergo ad fenestras suas veniunt, quando ad bonum opus agendum se conuertunt. Vel quando iam bona opera facta ad examinationem intuentur, & ad spei excitationem. Et nota quòd dicitur in *Ezech.* 41. quod fenestræ Templi erant obliquæ & arctiores exteriùs, interiùs verò latiores, ita quod arcebant furem, & intromittebant lumen. Tale debet esse opus iustorum, vt scilicet sit latius interiùs quam exteriùs, vt scilicet, plus habeant in affectu quàm exteriùs in actu ostendant, vel habitu. Vel aliter illud exponitur de Apostolis, & Apostolicis viris. Quos enim supra dixerat arietes Nabaioth, hic vocat eos nubes & Columbas. Propheta igitur admirans velocitatem prædicationis Apostolorum & dilatationem, dicit. *Aliter.*

a Qui sunt isti qui vt nubes volant] id est, qui per mundum discurrunt ad prædicandum & compluendum.

b Et quasi Columbæ ad fenestras suas] id est, qui ad se redeunt, & ad custodiā suorum sensuum vel examinationem suorum operum, vel ad intuitum Christi passionum & vulnerum, vel ad claustrum. Tot enim modis possunt dici fenestræ nostræ. Sunt enim fenestræ nostræ sensus, & nostri actus, Christi passiones & vulnera, & claustralis custodia. Corpus enim Christi vulneratum est sicut Columbarium fenestratum. Hic columba meditabunda gemit, & pullos bonorum operum & desideriorum souet & nutrit.

Sancti Apostoli & prædicatores cōparantur nubibus multis rationibus. Comparantur autem sancti Apostoli & Prædicatores nubibus, multis rationibus. Volant enim ad alta per contemplationem, & à terrenis suspenduntur per cœlestem conuersationem. Vnde *Phil.* 3. d. Nostra autem conuersatio in cœlis est.

Item replentur siue concrescunt aquis, & inturgescunt aquis, scilicet, gratiarum. *Prou.* 3. e. Sapientia illius eruperunt abyssi, & nubes rore concrescunt. Post repletionem autem resoluuntur per ardorem Solis, & defluunt in opera pietatis & in pluuiā bonæ exhortationis, & sic terram compluūt exemplis & doctrinis. Vnde *Eccl.* 11. a. Si repletæ fuerint nubes, imbrem effundunt super terram. Et nota quòd nubes ministrat id quod est, quia ipsa in imbrem resoluitur; sic Prædicator non tantùm sua, sed seipsum debet impendere. Talis nubes erat ille qui dicebat. Libentissimè impendam & super impendar ego ipse pro animabus vestris, 2. *Cor.* 12. e.

Item intonant minis. *Psal.* 76. Vox tonitrui tui in rota. *Eccl.* 43. b. Vox tonitrui eius verberauit terram.

Item coruscant miraculis, *Marc.* 16. d. Profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. *Iob.* 38. d. Nunquid mittes fulgura & ibunt, & reuerentes dicent tibi assumus?

Item mitigant ardorem Solis, id est, iram Dei, *Psalm.* 105. Et dixit vt disperderet eos, si non Moyses electus eius stetisset, &c.

Item mutant in se saporem maris. Non enim nubes retinent amaritudinem marinam. Similiter Prædicator non debet esse amarus. *Heb.* 12. d. Ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.

Item nubes media est inter cœlum & terram. Similiter Prædicator debet esse mediator inter Deum & populum, vt Deo fundat orationem, & populo ministret eruditionem. Vnde *Deut.* 5. a. Ego sequester & medius fui inter Deum, & vos in tempore illo, vt annunciarem vobis verba eius.

Item nubes vento ducitur, & Prædicator Spiritu S. agitatur. *Ezech.* 1. e. Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur pariter & rotæ. *Ps.* 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.

Item nubes lustrant vniuersā; sic Prædicator non debet stare, sed discurrere. *Iob.* 37. b. Quæ lustrant cuncta per circuitū quocūque eas volūtas gubernantis duxerit, ad omne quod perceperit illis super faciem orbis terrarum, siue in vna Tribu, siue in terra sua, siue in quocunque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri.

Nubes etiam lustrant vniuersa, quando prædicatores corda auditorum inuestigant loquendo, & prædicando de his quæ Dæmones suggerunt, vel quæ ipsimet concupiscunt, vel quando vniuersa genera peccatorum demonstrant. Vnde *Prouerbior.* 20. d. Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ inuestigat omnia secreta ventris. Cum prædictis nubibus veniet Dominus ad Iudicium, *suprà* 3. c. Dominus ad iudicandum veniet cum senioribus populi sui & Principibus eius. *Marc.* 13. c. Videbunt Filium hominis venientem in nubibus. *Deut.* 33. a. Apparuit Dominus de monte Pharam, & cum eo Sanctorum millia.

Proprietates Columbæ cōuenientes Prædicatoribus. Columbæ autem dicuntur Prædicatores. Columba enim est gemellis fœtibus fœcūda, & mitis, nec rostro, nec vngulis sæuiens, detrahendo, scilicet, vel rapiendo voce nec garrula, nec importuna, sed miserabilis & gemebunda, habet enim gemitum pro cantu: munda & mundis vescitur, quæ solis discoopertis granis pascitur, nec vt coruus seminata vngulis discooperiens extrahit, alis simul volat & pedibus, pennatos habet pedes.

Item non est inuida, sed alienos pullos nutrit.

Sic & Sancti aliena opera nutriunt, & extollunt.

Sed hodie pauci sunt tales, immò potiùs extinguunt. Contra illud 1. *Thessalon.* 5. d. Spiritum nolite extinguere.

Dicit ergo.

a Qui sunt isti qui vt nubes volant,] ad prædicandum aliis, secundùm illud *suprà* 11. d. Volabunt in humeros Philistum per mare.

b Et quasi columbæ ad fenestras suas,] id est, ad se custodiendum. Prædicator enim aliis debet esse nubes, sibi, & in se debet esse Columba, vt ad fenestras suas custodiendas redeat, id est, sensus suos vel opera sua, quia mors intrat per fenestras, *Ierem.* 9. f. *Ezech.* 41. c. Terra autem vsque ad fenestras, & fenestræ clausæ per custodiam, scilicet, sensuum, 1. *Corinth.* 9. C. stigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ecce Columba gemens, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar, ecce nubes pluens.

Ioann. 10. b. Per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur ad sui custodiam, & egredietur ad salutem populi, & pascua inueniet. Vel Prædicator nubes est, quando de altis & diuinis prædicat.

Columba autem quando de peccatis plangendo loquitur, 2. *Corinth.* 5. c. Siue enim mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis, charitas enim Christi vrget nos.

Item quasi Columbæ ad fenestras sunt, quia nihil in hoc mundo per officium quinque sensuum concupiscunt, quia omnia sicut Columba simpliciter aspiciunt, & in his quæ vident, rapacitatis studio non trahuntur. At è contra, sicut Miluus, non sicut Columba ad fenestras suas est, qui ad ea quæ oculis considerat rapacitatis studio anhelat. Quomodò verò per istos Apostolos, scilicet, & Prædicatores mundus vniuersus erat Deum cogniturus, apertè mox subdit.

⊕ Me etenim

A rificabo, in talibus hostiis & muneribus.

a Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi Columbæ ad fenestras suas?] Miratur Propheta, qui sint illi, qui cum tanta festinatione ad Ierusalem aduolant, cum quanta velocitate nubes à vento agitatæ per mare transcurrunt. Vel Columbæ, quæ veloci per aera volatu feruntur, quando ad fenestras suas, & cauernulas aduolant. Et loquitur, vt dicunt, vel de Iudæis reuertentibus ad Ierusalem, vel de Proselytis venientibus ad legem. Et bene dico, quòd volant citò redeuntes ad terram suam. *Literal.*

al. † expectabunt. al. † à

sues. *a* Me etenim Insulæ † *b* expectant & naues *c* maris † in *d* principio, vt *e* adducam filios tuos de longè. *f* Argentum eorum & aurum eorum cum eis, *g* Nomini Dñi Dei tui, & Sancto Israël, quia † *h* glorificaui te. Et *i* ædificabunt filij peregrinorum *k* muros tuos, & *l* reges eorum ministrabunt tibi. In *m* indignatione enim mea *n* percussi te, & in *o* reconciliatione mea *p* misertus sum, Et *q* aperientur portæ suæ iugiter, Die ac *r* nocte non claudentur:

al. † glorificabit.

Mysticè. ✠ *a* Me enim Insulæ expectant,] id est, diuersæ gentes, & Prouinciæ fluctibus errorum diu concussæ expectant meum aduentum. *Gen. 49. b.* Ipse erit expectatio Gentiú. *c* Et naues maris in principio,] expectant me, supple. Naues maris sunt antiqui Sancti, qui in principio, & à principio mundi expectauerunt Redemptionem humani generis. Vel naues maris sunt Ecclesiæ, quæ per fluctus huius sæculi ad portú salutis & prosperitatis & stabilitatis, id est, ad terram viuentium vadunt. Hæ naues expectát Dominum in principio, id est, in fide quæ est principiú, vel in principio nascentis Ecclesiæ. Vel aliter.

a Me etenim Insulæ expectant, &c.] id est, Prouinciæ & Ecclesiæ expectant me, vt in principio veniam, id est, primus, & adducam filios tuos de longè, ô primitiua,] id est, conuertam multos de Gentilitate. Ad hoc enim vt Prouinciæ vel Insulæ fidem Christi susciperent, priùs oportebat, vt ipse ad eas per Prædicatores suos accederet, & filios Ecclesiæ multiplicaret. Vndè dicit. *e* Vt adducam filios tuos de longè,] id est, de Gentilitate & idololatria. Et vt adducam, argentum eorum & aurum eorum cum eis, &c. Vel sic. *f* Argentum eorum, & aurum eorum cum eis,] veniet scilicet, eloquentia & sapientia naturalis, vel doctrinalis. Vel aurum est sensus siue sapientia fidei, & argentum est confessio oris, quia corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. *Rom. 10. Iob. 22. d.* Erit omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Et istud argentum & aurum consecrabitur.

g Nomini Dñi Dei tui & Sancto Israel,] id est, Filio Dei Iesu Christo, qui manifestat Patrem: & ideo dicitur Nomen Domini. Et sanctificat credentem, & ideo dicitur, Sanctus Israël. Quia Deo seruiet facundia & sapientia eorum, sibi enim ipsis erit ad profectum & vtilitatem, vndè dicit: cum eis: Deo autem ad gloriam & honorem, vndè dicit: Nomini Domini, &c. Quia autem sequitur.

h Quia glorificaui te] refertur ad Ecclesiam, q.d. sic adducam filios tuos sapientes & eloquentes, quia per illos volo te extollere & multiplicare, & glorificare. Gloria enim Ecclesiæ est in multitudine filiorum legitimorum. Aliqui habent: Quia glorificauit te, vel glorificabit te: & est idem sensus, sed mutatur persona, quasi dicat, sic glorificabit te Dominus ô Ecclesia. Secundùm Ieronymum autem, & secundum literam *Sept.* hoc dicitur de Sancto Israel, id est, de Filio Dei, quasi dicat, Aurum eorum & argentum cum eis consecrabitur Christo, quia Pater glorificabit Filium per eos. Et nota quòd multi aurum sapientiæ, & eloquentiæ Deo tribuunt benè studendo, & benè prædicando, sed seipsos Deo non consecrant benè viuendo. Sed magis esset necessarium. Vndè signanter dicit: Argentum eorum & aurum eorum cum eis. Item malè diuidunt munera sua qui Deo tribuunt, ad literam, aurum & argentum in oculis pauperum & tamen se Diabolo dant per peccatum. Vndè *Gen. 4. b.* dicitur ad Cain, secundùm aliam literam: Nonne si rectè offeras: rectè autem non diuidas, peccasti? De Abel autem dicitur ibidem: Respexit Dñs ad Abel, & munera eius. Primò ad Abel, qui se obtulit, & ideo munera eius acceptauit. Item nota, quòd de cupidis & auaris non dicitur, quod aurum & argentum eorum sit cum eis, sed ipsi cum argento, sicut serui cum Domino: Seruiunt enim argento & obediunt. Sed iustus

Tertia pars. dicit: [*Et mihi res, non mihi rebus submittere conor,*] quia nemo potest duobus dominis seruire, Deo, & Mammonæ. *Matt. 6. c.* Sequitur. *i* Et ædificabunt, &c.] Ad literam, Principes Gentium, vt Constantinus & alij, qui per Orbem Ecclesias ædificauerunt. *l* Et Reges eorum,] id est, Gentium, ministrabunt tibi: ad literam planum est. Vel Filij peregrinorum sunt pauperes imitatores Apostolorum, qui mundum habent contemptui. Reges autem sunt qui carnem subiiciunt spiritui. In talibus fundatur & munitur Ecclesia. Et tales fuerunt Apostoli & Martyres qui fundauerunt Ecclesiam in sanguine suo, qui fuerunt peregrini per paupertatem voluntariam. Vndè dicebant *Hebr. 13. c.* Non habemus hic manentem ciuitatem, &c. Item fuerunt Reges per carnis continentiam, vel seipsos quotidie macerando, vt Confessores, vel se totos simul morti exponendo, vt Martyres. E contra modo Ecclesia decidit, quia non habet fundatores tales. Dominantur enim hodie auaritia & luxuria, quæ sunt duæ sanguisugæ filiæ. *Prouerb. 30. b.*

m In indignatione enim mea,] id est, in iustitia meæ animaduersionis.

n Percussi te,] ô Ecclesia, id est, in excæcatione Iudæorum. *o* Et in reconciliatione mea,] id est, magna, & mihi qui magnus sum competenti. *p* Misertus sum tui,] in vocatione Gentium. *Psal. 29.* Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius. Vel.

n Percussi te,] tempore Martyrum, vt corrigerem per Tyrannos, & per plurimas captiuitates.

p Misertus sum tui,] tempore Confessorum, ita vt reædificarem per Reges & Principes, *suprà 54. b.* Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. *Apocal. 21. g.*

q Et aperientur portæ tuæ iugiter,] id est, Prælati qui sunt Ministri Ecclesiæ, semper erunt parati, vt volentes intrare introducant. Portæ autem magnæ duplices sunt, sic Prælati debent habere duplex ostium, vt vna pars portæ sit bona vita, alia sit sana doctrina. Hæ portæ debent esse apertæ, vt omnes recipiant, bonos per congratulationem, malos per compassionem. *Psal. 117.* Aperite mihi portas iustitiæ. Et postea dicit: Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam. Item *Psal. 99.* Introite portas eius in confessione. *Iudith. 13. b.* Aperite portas, quoniam nobiscum Deus. Item eleuatæ per contemplationem, & cœlestem conuersationem. *Psal. 23.* Eleuamini portæ æternales. Item sculptę per Passionis Christi expressam imitationem, *suprà 54. c.* Ponam portas tuas in lapides sculptos. Item confortatæ & confirmatæ per timorem. Claui enim timoris Domini roborant ædificium spirituale. Vndè *Eccl. 27. a.* Nisi te instanter in timore Domini tenueris, citò subuertetur domus tua. *Psalm. 118.* Confige timore tuo carnes meas, &c. *Psalm. 147. a.* Confortauit seras portarú tuarú, benedixit filiis tuis in te. Sed multę portę, id est, mul-

✠ ii Prælati qui

Aliter. De bonis autem portis dicit. *q* Et aperientur portæ tuæ iugiter,] id est, Prælati. *r* Die ac nocte non claudentur,] id est, nec in gaudio, nec in tribulatione, vel in prosperitate, aut aduersitate, quia sine intermissione patebunt omnibus recipiendis qui ad se fugerint, nec prosperitate distracti, nec aduersitate fracti. *Phil. 4. c.* Scio humiliari, scio & abundare. *Roman. 8. g.* Neque mors,

A neque vita, &c.

Literal. ✠ *a* Me enim] id est, meos, vel meorum aduentum.

b Insulæ expectant] vltrà quas exulant Iudæi, & per quas redituri sunt, quasi dicat, Insulæ expectant aduentum populi mei, vt eis obuiam veniant, & famulatum præbeant, & auxilium.

c Et naues maris] expectant, scilicet me, id est, meos.

d In principio] id est, in introitu maris in portibus, scilicet, vt eos transuehant ad terram suam. Vel, in principio, id est, primò antequam tanta multitudo confluat. Vel.

a Me Insulæ expectant, &c.] id est, meam benignitatem qua adducam Iudæos ad terram suam. Vndè subdit.

e Vt adducam filios tuos de longè,] id est, de Babylone, & de aliis locis vel regionibus, sicut quondam patres eorum adduxi de Ægypto. *Exod. 12.* Nec venient sicut miseri & depauperati, imò. *f* Argentum eorum & aurum eorum cum eis] veniet, scilicet, vel afferetur, vt consecretur Nomini Domini Dei tui, & Sancto Israël. Et hoc. *h* Quia] Dominus, glorificabit te, quasi dicat, ideo aurum tuum & argentum tuum consecrabunt Domino offerentes illud, quia Dominus glorificabit eos de captiuitate honorificè reducendo.

i Et ædificabunt filij peregrinorum,] id est, alienigenæ & proselyti. *k* Muros tuos,] ad literam: Hoc autem non fuit factum in reditu de Babylone, imò ipsimet reædificauerunt ciuitates suas, adiunctis fortè secum paucis proselytis: ideo aliqui Iudæi dicunt hoc esse futurum.

l Et Reges eorum ministrabunt tibi,] tributa soluendo, & te honorando. *m* In indignatione enim mea percussi te,] id est, ad correptionem tuam in captiuitatem te tradidi.

o Et in reconciliatione mea misertus sum tui,] te misericorditer liberans de seruitute, & te reædificans in terra tua. *q* Et aperientur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur,] quasi pro maxima securitate in qua eris. Sed hoc non videtur verum esse in reditu de Baby-

A lone, cùm

Mysticè. ⊕ ti Prælati qui viam deberent, & ingressum ad viã aliis exhibere, hodie defixæ sunt in terram per terrenorũ amorem, vel combustæ per libidinem, vel clausæ per immisericordiam, & impietatem, vel dissolutæ per conuersationis leuitatem. De primo dicitur *Thren.* 2. c. Defixæ sunt in terra portæ eius. De secundo. *Nehem* 2. d. Vos nostis afflictioné in qua sumus, quia Ierusalẽ destructa est, & portæ eius consumptæ sunt igni. De tertio dicitur *Prouerb* 12. b. Viscera impiorum crudelia, quia scilicet, non aperiunt se miseris & desolatis compatiendo. 1. *Ioan.* 3. c. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in *suprà 35. a.* illo? Vndè dicit *Iob* in persona Ecclesiæ, vel Christi Ostiũ meum viatori patuit, 31. d Ostium Ecclesiæ Prælatus est: qui debet aperire omnibus intrare volentibus & aditum in Ecclesia præbere. De quarto, i. de dissolutione portarũ. *Nau.* 2. c. Dissolutio genuũ, & defectio in cunctis renibus. Istæ sunt malæ Portæ per quas introducuntur hostes.

vt a afferatur ad te b fortitudo gentium, & c Reges earum adducantur. d Gens enim & e regnum quod non f seruierit tibi, g peribit, & h gentes solitudine vastabuntur. i Gloria Libani ad te veniet, k Abies, & l Buxus & m Pinus simul ad ornandum n locum sanctificationis meę, & o locũ pedũ meorũ p glorificabo. Et q venient ad te r curui filij s eorum qui humiliauerunt te, & t adorabunt u vestigia pedum tuorum omnes qui x detrahebant tibi, & y vocabunt te z ciuitatem Dñi a Sion Sancti Israël.

Aliter. A Neque vita, &c. poterit nos separare à charitate Dei. Aperientur dico. a Vt afferatur ad te,] ô Ecclesia. b Fortitudo Gentium] i. Principes vel Martyres fide fortes. c Et Reges, &c.] *Ierem.* ad fidem quasi captiui, vt Constantinus. Vel, Reges, quorum cor in mano Dei. *Prou.* 21. a. d Gens.n.] Iudæorum, vel quælibet gens. e Et Regnum] i. regnantes. f Quod non, &c.] fide & operatione ô Ecclesia. g Peribit,] hic per culpam, in futuro per vindictam. h Et gẽtes, &c.] i. redigentur in solitudinem, quia habere noluerunt Deum hospité. Anima enim quæ est sine Deo, solitudo est, quia est sine vero solatio, & sine fideli socio. i Gloria Libani, &c.] i. gloria Templi Iudaici ad Ecclesiam transferetur. Libanus enim dicitur Templum illud Iudæorum, secundũ illud *Zach.* 11. a. Aperi Libane portas tuas, &c. Vel Libanus est mundus, cuius gloria est arborum altitudo, & diuersitas, & lignorum copia, id est, Regum sublimitas, & populorum diuersitas qui ad Ecclesiam venerunt. De quibus dicit. k Abies & Buxus, &c.] *Gl.* Arborum diuersitas, diuersos in Ecclesia ordines significat, ex quibus ordinibus instructa est Ecclesia miro decore distincta. Per Abietem quæ est arbor alta, & de qua naues construuntur, significatur Noë rector arcæ, i. Prælatorum Ordo. Per Buxum quæ semper viridis est, & in altum non extollitur, intelligitur Daniel, i. Ordo Virginum, qui habet viriditatem incorruptionis sine extollentia elationis, sicut B. Maria quæ virgo fuit & humilis. Per Pinum autem quæ resinã exuberat, & omni tempore fructum habet, sempérque viridis cernitur, intelligitur Iob, qui pascit pauperes, & nunquam marcescit ab operibus pietatis, i. Ordo Coniuga-
Aliter. torum. Vel aliter. i Gloria Libani, &c.] Libanus interpretatur candidatio. Gloria ergo Libani est testimoniũ bonæ & mundæ conscientiæ. Vndè 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. *sup.* 35. a. Gloria Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron. Consistit autem ista in tribus, quæ subdit. k Abies & Buxus, & Pinus simul] Abies est altitudo contemplationis quantùm ad Deum. Sed ne nimis elatus homo superbiat, subditur. l Buxus,] i. humilitas propriæ considerationis, quantùm ad se. Buxus enim arbor ima est, sed semper viridis, quæ significat humilitatem, quæ nunquam marcescit, quia semper copiam humoris gratiæ habet, humilibus autem dat Deus gratiam, 1. *Pet.* 5. b. Tertium est. m Pinus,] i. fertilitas operum pietatis, quantum ad proximum. Pinus autem vt dictum est, resinã abundat, & semper fructificat. Vel aliter.
Aliter. i Gloria Libani, &c.] Per gloriam Libani intelligitur Cedrus, quæ significat prudentiam, quia fugat serpentes, & sic præcauet insidias. Per Abietem iustitia, quia recta est. Per Buxum fortitudo, quia dura est. Per Pinum autem intelligitur temperantia, quia nucleus eius dulcis est. Dicit ergo: Gloria Libani ad te veniet, ô Ecclesia, vel anima. k Abies & Buxus, &c.] id est, diuersus & multiplex ordo fidelium, vel chorus diuersarum virtutum.

n Ad ornandum locum, &c.] id est, Ecclesiam meam quam ornant fideles, vel animam quam sanctificant & ornant virtutes. o Et locum, &c.] id est, Ecclesiam quam fundauerunt Apostoli qui sunt pedes Domini. p Glorificabo,] multitudine credentium. *Psal.* 131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Vel. o Locum, &c.] id est, animam misericordem quæ pauperes meos intra se locat & recipit per compassionem. p Glorificabo,] Beati enim *Matt. 5. a.* misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Vel, pedes Dñi, intelligitur humanitas eius. Locus ergo pedum Domini fuit Beata Virgo, quam super choros Angelorum glorificauit. q Et venient ad te,] passibus fidei. r Curui, id est, pœnitentes & humiles, tempore, scilicet Confessorum. s Filij eorum, &c.] id est, afflixe- *Quarta pars.* runt tempore Martyrum, id est, filij Tyrannorum & persecutorum. t Et adorabunt] i. venerabuntur. u Vestigia, &c.] i. signa & opera Apostolorum. x Omnes qui, &c.] priùs tempore persecutionis, sicut Paulus priùs persecutor, postea factus est egregius Prædicator. Et nota quòd est multiplex curuitas. Est enim curuitas pœnæ, de qua *sup.* 2. d. Incuruabitur altitudo virorum. Item culpæ, de qua *Luc.* 13. b. Mulier incuruata decem & octo annis. Et *sup.* 51. g. Incuruare vt transeamus. Item gratiæ, de qua *Multiplex* loquitur hic: Et venient ad te curui, &c. Et *Bar.* 2. d. Ani- *curuitas.* ma quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curua, & in infirmis, & oculi deficientes, & anima esuriens dabit tibi gloriam & iustitiam Domino. y Et vocabunt te, &c.] quasi dicat, cùm prædicta impleta fuerint, tunc verè vocabunt te ciuitatem Dei pro communione populorum, & vnitate Sacramentorum. Ciuitas enim à communione dicitur Ecclesia autem est omnibus vna, & omnia habet communia. Vndè, Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma. *Ephes.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnũ, & anima vna. *Act.* 4. f. a. Sion,] pro Scripturarum speculatione, vel cœlestium contemplatione. z Ciuitatem,] dico, Sancti Israel, id est, fundatam super Sanctum Israel, i. super Christum qui sanctificat credentem. *Matt.* 5. b. Non potest ciuitas abscondi super ⊕ montem posita *Literaliter.*

Δ lone, cùm dicatur *Nehem.* 7. a. Non aperientur portæ Ierusalem vsque ad calorem Solis. Sed dicunt Iudæi, quòd postea facta est ista securitas procedente tempore. Vel, non claudentur, ita vt semper confluant ad te populi multi. Vndè subdit.

a Vt afferatur ad te fortitudo Gentium] id est, fortes gentes vel voluntariè tibi subiiciantur, vel inuitè ad te adducantur in bello tibi subiectæ. Et non tantùm gentes fortes, sed.

c Et Reges earum adducantur] tibi, vel voluntariè, vel inuitè.

d Gens enim & Regnum, &c.] id est, quod seruire contempserit, & contra te rebellare voluerit.

g Peribit] ab hostibus, vel à te in in prælio vastabitur.

h Et gentes] tibi rebellantes, solitudine vastabuntur, id est, redigentur in solitudinem, & vastitatem, & captiuabuntur.

i Gloria Libani, &c.] id est, gloriosa & pretiosa ligna Libani tibi afferentur sine tuo labore. Vndè signanter dicit, ad te veniet, id est, sine tua sollicitudine ductu Gentilium spontè tibi veniet copia lignorum, id est, ad quid. Quæ autem sit gloria Libani, supponit, dicens.

k Abies & Buxus & Pinus simul,] venient ad te, scilicet ad hoc. n Ad ornandum locum sanctificationis meæ,] id est, ad constituendum & decorandum Templum.

o Et locum pedum, &c.] id est, Templum quod inhabito, & in quo pono pedes meos pulchris ædificiis decorando. *Psal.* 131. Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. Quod Iudæi quondam rudi modo & carnali intelligentes, & derisibili, imaginantes Deum liniamentis distinctum, & tam magnum vt attingat à cœlo vsque ad terram, propter illud quod dicitur *infr. vlt.* a. Cœlum mihi sedes est, &c.

q Et venient ad te curui.] Hic promittitur eis gloria & *Quinta* veneratio exhibita etiam ab hostibus priùs. Vndè dicit: Et *pars.* venient ad te curui, id est, inclinati & humiles.

s Filij eorum qui humiliauerunt te,] id est, [illegible]ilificauerunt & detecerunt. t Et adorabunt vestigia pedum tuorum,] id est, te venerabuntur, & tibi inclinabuntur etiam vsque ad osculum pedum, vel vsque ad tersionem, vel lotionem pedum tuorum. x Omnes qui, &c.] quando eras in aduersitate. y Et vocabunt te ciuitatem Domini] quantum ad inferiorem partem ciuitatis Ierusalem, quasi dicat, ipsi dicent de te ô Ierusalem, quòd tu es ciuitas quam Dominus fundauit, & quam ipse inhabitat & protegit. Et similiter vocabunt te. a Sion Sancti Israel,] quantùm ad superiorem partem ciuitatis, quæ

a. Mysticè. o montem posita, i. super Christum fundata. Sequitur.

a Pro eo, &c.] à Deo, i. tribulationibus exposita. Vel, derelicta, ab infidelibus Iudæis factis ramis infructuosis, vt dicitur *Rom.* 11. c. *b* Et odio habita] iam Iudæis quã Gentibus Ecclesia enim odiosa fuit Iudæis, quia fidem Christi prædicabat, legis obseruantias destruebat. Gẽtibus autem, quia vnum Deum asserebat, idola nihil esse astruebat. 1. *Cor.* 1. d. Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. *c* Et non erat, &c.] id est, qui ad te vellet accedere, & per viã fidei tuæ

Pro *a* eo quod fuisti derelicta & *b* odio habita, & *c* non erat qui per te transiret, *d* ponam te in *e* superbiam sæculorum, *f* gaudium in *g* generationem & *h* generationem. Et *i* suges lac gentium, & *k* mamilla Regum lactaberis, Et *l* scies *m* quia ego Dñs *n* saluans te, & *o* Redemptor tuus *p* fortis Iacob. *q* Pro ære *r* afferam aurum, & *s* pro ferro afferam argentum, *t* & pro lignis æs, & pro *u* lapidibus, *x* ferrum,

& morum tuorũ incedere. *Soph.* 3. a. Desertas feci vias eorum, dum non est qui transeat. *Thren.* 1. b. Viæ Sion lugent, &c. *Zachar.* 7. d. Terra desolata est ab eis, eò quòd nõ esset transiens, & reuertens. Vel. Non erat qui per te transiret, & benediceret tibi, supple. Vndè dicitur. Et non dixerunt qui præteribant, benedictio Domini super vos, &c. *Psal.* 128. Prætereuntes enim de more operariis benedicebant. Vndè Booz dixit messoribus suis: Dominus vobiscum, *Ruth* 2. a. Pro eo inquam quod sic derelicta es tempore Tyrannorum. *d* Ponam te, &c.] Superbia in hoc loco, non tumorem elationis, sed libertatem erectionis, & altitudinem dignitatis, siue auctoritatem potestatis significat, secundùm illud *Prou.* 8. b Mecum sunt diuitiæ & gloria, &c. Dicit ergo. *d* Ponam te,] i. stabiliter firmabo. *e* In superbiam sæculorum] i. in libertatem & auctoritatem, & potestatem super sæcula, i. super viuentes in sæculis. Sic & sumitur superbia, *infrà* 61. b. Fortitudinem Gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis, i. gloriabimini & exaltabimini. Et ponam te. *f* Gaudium in generationem] Gentium conuersarum. *h*. Et generationem] Iudæorum fidelium. Vel. *g* In generationem] huius sæculi. *h* Et generationem] futuri. Sancti enim habent gaudium spei in præsenti, & gaudium in Spiritu Sancto & in futuro habebunt gaudium rei, & illud gaudium perfectum est & æternum. De quo dicitur *Ioan.* 16. e. Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. *Matt.* 25. b. Intra in gaudium Domini tui. *Psal.* 20 Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. E contra mali gaudent in hoc mundo, & recipiunt vanum gaudium in generatione huius sæculi; sed non gaudebunt in generatione futuri, quia extrema gaudij luctus occupat, vt dicitur *Prou.* 14 b. Item *Iob.* 20. a. Gaudium hypocritæ adinstar puncti. *i* Et suges lac Gentium,] i. Gentes temporalem abundantiam ministrabunt tibi.

k Et mamilla, &c] i. Regis temporalia tibi dabunt. Per mamillam enim intelliguntur temporalia, quæ dantur paruulis. Sed Dominus quando videt roboratum paruulum suum, subtrahit ei mamillam. Sicut nutrix quæ apponit aliquid amaritudinis super mamillam suam, vt sic puer transeat ad mensam patris, ita Dominus immittit aliquid amaritudinis & admiscet istis temporalibus, vt ad solidum cibum transeamus, *supr.* 28. c. Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet iudicium? Ablactatos à lacte, appulsos ab vberibus. Vel aliter. *i* Et suges lac Gentium,] i. delectaberis in simplici doctrina Doctorum de Gentibus venientium, quæ vtilis est & delectabilis paruulis Ecclesiæ. *k* Et mamilla Regum lactaberis] i. doctrina Apostolorum nutrieris. De quibus Regibus vnus erat qui dicebat, 1. *Cor.* 3. a. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, *suprà* 49. f. Erunt Reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ. Ibi require.

l Et scies quia ego Dñs saluans te] à culpa per gratiam.

o Et Redemptor tuus] à miseria per gloriam. *p* Fortis Iacob,] i. in bonum, & commodum Iacob, i. dans fortitudinem luctantibus contra vitia, *suprà* 49. idem dicitur,

Quinta pars. & ibi plenius est expositum. *q* Pro ære afferam aurum] Per æs quod valdè sonorum est, & non pretiosum, Prædicator qui dilectione caret, exprimitur. Vndè 1. *Cor.* 13. a Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, &c. Per aurum autem quod pretiosum est, intelligitur Prædicator radians charitate. Charitas enim pretiosior est aliis virtutibus omnibus. Auri ergo nomine pretiosa Sanctorum conuersatio, in quibus charitas fulget, exprimitur. Vndè *Thren.* 4. a. Filij Sion inclyti amicti auro primo. Pro ære ergo Dominus aurum affert, cùm his qui sine charitate garriendo prædicabant, charitate ornatos dat Ecclesiæ Doctores. *s* Et pro ferro afferam argentum,] i. pro persecutoribus dabo Prædicatores, candore cœlestis eloquentiæ nitentes, sicut pro Saulo Paulum reddidit Ecclesiæ. Ferrum enim à feriendo dicitur, quia ferro fiunt instrumenta feriendi. Argentum autem nitet & sonat, per quod intelligitur gratia prædicationis. Vndè *Prou.* 10. c. Argentum electum lingua iusti. *t* Et pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum.] Hic accipitur æs & ferrum in bono, ligna autem & lapides in malo. Ligna enim facilè vento concutiuntur, & plerumque subuertuntur, & ideò per ligna carnales & imbecilles designantur, qui citò mouentur & aduersitatibus franguntur. Per æs autem quod diutiùs illæsum à rubigine perdurat, fortissimam longanimitatem patientium demonstrat. Dicit ergo. *t* Pro lignis] afferam æs, i. pro infirmis & impatientibus dabo fortes & longanimes. *u* Et pro lapidibus,] i. pro duris & insensibilibus, qui iniquitate duruerunt, dabo. *x* Ferrum,] id est, viros fortes, qui acutissimis linguarum gladiis peccantium corda transfigunt. Vndè *Iob.* 28. a. Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore in æs vertitur. Ibi dicit *Greg.* Ferrum de terra tollitur, cùm fortis pugnator Ecclesiæ à terrena quã priùs tenuit actione separatur, sicut patet in Matthæo Publicano. *Matth.* 9. a. & in Saulo. *Act.* 9. a. Et lapis solutus calore in æs vertitur, cum durum cor, & frigidum, igne diuini amoris liquatur, & ad veram fortitudinem commutatur, vt peccator qui priùs insensibilis extiterat, postmodum, & per auctoritatem fortis, & per prædicationem sonorus fiat. Hæc est mutatio dexteræ Excelsi. Vndè *suprà* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem. *Matth.* 3. b. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Vel sic. *q* Pro ære afferam aurum,] id est, pro sonora prædicatione, & diuturna siue perseueranti, quæ per æs significatur, dabo fulgorem bonæ conuersationis, siue operationis. Pro merito enim prædicandi augetur gratia benè operandi. Vndè *Ierem.* 15. d. Si conuerteris, conuertam te. Hoc est quod dicitur *Cant.* 8. c. Si ostium est, alios, scil. per prædicationem introducẽs, compingamus illud tabulis Cedrinis, id est, confirmemus eum latitudine operum charitatis. *s* Et pro ferro, &c.] id est, pro acumine ingenij in sæcularibus scientiis, dabo dispensationem eloquij cœlestis. *Cant.* 8. c. Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea. Vel. *s* Pro ferro afferam argentum] id est, pro patientia dabo efficacem doctrinam. *Psalm.* 91. Benè patientes erunt vt annuncient. *Prou.* 19. b. Doctrina viri per patientiam agnoscitur. *t* Et pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum

Literal. A dicebatur Sion, ipsi dicent, quòd tu es Sion quam Sanctus Israel inhabitat.

a Pro eo, &c.] à Deo, id est tribulationi exposita.

b Et odio habita,] ab hominibus.

c Et non erat qui per te transiret] de filiis tuis, sed quasi in solitudinem es redacta, secundùm illud *Soph.* 3. a. Desertas feci vias illorum dum non est qui transeat. Pro eo inquam quod talia sustinuisti.

d Ponam te,] id est, stabiliam.

e In superbiam sæculorum,] id est, in gloriam & altitudinem, & dominium sæcularium multorum, vt sis super eos. Sic sumitur superbia. *Prouerb. octauo.* b. Mecum sunt diuitiæ, & gloria, opes superbæ & iustitia. Et non tantum ponam te in dominium quantùm ad alios, sed etiam, in *f* Gaudium] quantùm ad te. Et hoc non ad horam, sed *g* In generationem & generationem,] id est, super multas generationes gaudium tuæ prosperitatis perdurabit.

i Et suges lac Gentium, &c.] id est, Gentes multæ, & Reges fouebunt, sicut mater paruulum, & multa commoda, & delectabilia tibi dabunt & subministrabunt.

l Et] tunc, scies, experimento beneficiorum meorum.

m Quia ego Dominus,] potentiam meam ostendens in punitionem tuorum hostium.

n Saluans te] ex mea misericordia, conferens tibi salutem prosperitatis.

o Et Redemptor tuus,] ab oppressione seruitutis.

p Fortis Iacob,] id est, qui feci fortem, & roboraui Iacob in lucta cum Angelo. *Gen.* 32. f. Vel, fortis Iacob, datiuè, id est, ad commodum Iacob.

q Pro ære, &c.] Hic promittitur auri & argenti, & possessionum multiplicatio. Dicit ergo: Pro ære, id est, loco æris. *r* Afferam aurum,] id est, afferri faciam de aliis nationibus. *s* Et pro ferro afferam argentum] id est, afferri faciam. *t* Et pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum,] id est, tantam *Quinta pars.*

Mystice. ferrum] Ligna sunt beneficia pauperibus pro Christo impensa. Lapides sunt probrosa verba, & dura, siue contumeliæ quæcunque pro Christo patienter susceptæ. Pro lignis autem datur æs a Domino, id est, pro eleemosynis, & beneficiis pauperibus impensis datur hominum constantia, & perseuerantia, ne homo per nimium amorem D defluat in prosperis. Pro lapidibus *Al. † non erit.* autem datur ferrum, id est, pro probris, & contumeliis augetur ei patientia in aduersis. Sicut enim asinus nutritur carduis, ita patiẽtia crescit in contumeliis.

Et *a* ponam visitationem tuam pacem, & *b* Præpositos tuos iustitiam. Non *c* audietur vltrà iniquitas in terra tua, *d* vastitas, & contritio † in terminis tuis, & *e* occupabit salus, *f* muros tuos, & *g* portas tuas *h* laudatio. Non erit tibi *i* ampliùs Sol ad lucendũ per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te, sed *k* erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & *l* Deus tuus in gloriam tuam.

Sequitur *a* Et Ponam visitationem tuam pacem,] id est, dabo tibi visitatores Christum, & Apostolos, qui facient pacem, & prædicabunt.

b Et præpositos tuos iustitiam.] id est, iustos, vt sint iustitiæ prædicatores, & executores. Hæc duo competenter iungit, pacem & iustitiam, quia opus iustitiæ est pax, *suprà* 32. d. Visitatio autem punit, & corripit, & ita pacem facit, quando enim patiuntur latrones, pax nutritur. Ad hoc fiunt visitationes in multis Ordinibus vt delicta corrigantur, & pax cum Deo custodiatur. *Psalm.* 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea, &c. *Prou.* 22. b. Eiice derisorem, & ecce iustitia, & exibit cum eo iurgium; & ecce pax. Sed Archidiaconorum, & Episcoporum visitatio bellum est, immò rapina.

Sexta pars. *c* Non audietur vltra iniquitas in terra tua] quia sub talibus Præpositis, qui exercent iustitiam, punitur iniquitas, non nutritur.

d Vastitas, & contritio in terminis tuis,] non erit, id est, in finibus Ecclesiæ, quia nec vastabunt, nec vastabuntur, nec conterent, nec conterentur. Hoc implebitur in futuro, quando Dominus suos liberabit ab iniquitate, & corruptione, à culpa, & à pœna. Remotâ enim iniquitate, consequens est, vt vastitas, & contritio amoueatur. Vnde *Gregorius*. Nulla nobis dominatur aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. *Psal.* 147. Qui posuit fines tuos pacem. In præsenti iam in terra Ecclesiæ non est iniquitas, quia qui iniquitatem agunt non sunt de Ecclesia, sed de Synagoga Sathanæ. Nec Ecclesia conteritur, vel vastatur, quia oppressionibus malorum magis multiplicatur. Vnde *Exod. primo* b. Quantò opprimebant eos, tantò multiplicabantur numero, scilicet, & crescebant merito.

e Et occupabit salus] siue Saluator, quod in Hebraico dicitur Iesus.

f Muros tuos] id est, Christus roborabit tuos Prælatos. Vel. Occupabit salus muros tuos, id est, Prælati tui intenti erunt & occupati in salute subditorum.

g Et portas tuas] occupabit.

h Laudatio,] id est, intenti erunt orationi, & diuinæ laudi. Portæ enim, & muri Ecclesiæ sunt Doctores, & Prælati, quia alios introducunt, & introductos muniunt. Quorum duplex officium, prædicare populo, & intendere saluti eorum, & orare siue laudare Deum. Vel salus muros occupat, quando homo salubriter sensus suos claudit, & refrænat. Garruli enim, vel curiosi aspiciendo, vel tangendo, vel in aliis sensibus intenti, non habent muros. Vnde *Prou.* 25. d. Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest ei loquendo cohibere spiritum suum. *Eccl.* 28. d. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequam noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Portas autem occupat laudatio, quando homo vsum sensuum suorum in bonum conuertit vnde laudetur Deus. Vel in futuro.

e Occupabit salus muros tuos,] contra omnem infirmitatem.

g Et portas tuas laudatio,] contra tristitiam & dolorem. Vnde *Apoc.* 21. a. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum & mors vltrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà. *Ioel.* 2. f. Saturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum.

i Non erit tibi ampliùs Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te,] id est, Sol iste visibilis, & Luna, non erunt necessaria, vt per hæc illuminentur iusti, quia fulgebunt iusti sicut Sol. *Matth.* 13. f. *Ieronymus* in originali. Ex hoc loco cogimur omnia, quæ dicta sunt, & dicenda, ad vltimum referre tempus quando cœli terræque nobis, Solis, ac Lunæ cessabit officium. Hoc intelligitur sic, quia Sol non lucebit, vt defectum hominis suppleat. Vnde *Apoc.* 21. g. Ciuitas non eget Sole, neque Luna vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est Agnus. Lucebit tamen Sol sicut dicitur *sup.* 30. f. Erit lux Lunæ, sicut lux Solis; & lux Solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum. *Apoc. 21.g.*

k Sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam.] *Psal.* 35. In lumine tuo videbimus lumen.

l Et Deus tuus in gloriam tuam,] quia cùm apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est, 1. *Ioan.* 3. a. Quicunque enim gloriam eius viderint, similitudinem gloriæ eius accipient. Vnde 2. *Cor.* 3. d. Nos verò omnes reuelatâ facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate, &c.

Θ *a* Non occidet.] *Literal.*

Δ est, tantam dabo copiam horum, vt auri tantam habeas copiam, sicut priùs habebas æris; & argenti tantam quantam priùs habebas ferri; & tantam habebis abundantiam æris, quantam ante hoc habebas lignorum; & tantam ferri, quantam priùs lapidum. Secundùm istam similitudinem dicitur, 3. *Regum* 10. d. Fecit Salomon, vt tanta esset argenti copia in Ierusalem, quanta & lapidum, & Cedrorum præbuit multitudinem, quasi Sycomoros, quæ nascuntur in campestribus. Et 2. *Paral.* 9. e. Argentum in diebus illis pro nihilo reputabatur.

a Et ponam visitationem tuam pacem,] id est, visitabo te, non sicut olim in virga, sed in pacis abundantia.

Vel sic: Ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam, vt sit ibi Emphasis, id est, dabo tibi visitatores, id est, Principes, & sacerdotes pacificos, & iustos, vt per opera iustitiæ pax sequatur in populo. Et secundùm hoc hic incipit sexta pars, in qua promittitur religionis, & iustitiæ obseruantia. Huic expositioni conuenit litera *Septuaginta*, quæ talis est. Ponam principes tuos in pace, & Episcopos tuos in iustitia. Et quia tales erunt Præpositi tui, ideo. *Sexta pars.*

c Non audietur vltrà iniquitas in terra tua.] Non dicit, non erit, sed non audietur, quasi dicat, apertè non audebunt subditi facere iniquitatem sub iustis Principibus.

d Vastitas & contritio in terminis tuis,] non audietur, scilicet, quasi dicat, vnus alium non vastabit sua diripiendo, nec conteret in corpore vexando, vel angariando. Vel passiuè.

d Vastitas, & contritio, id est, nec vastaberis ab hostibus, nec contereris, quia nulla est iniquitas, nec vastitas erit, nec contritio.

e Et occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio,] id est, per omnes muros tuos, & in portis erunt sculpturæ, in quibus triumphus salutis tuæ, & liberatio tua in laudem Dei, & gloriam continebitur. Et hoc est, quod dicit. Et occupabit salus muros tuos, id est, sculptura in qua continebitur salus tua, & triumphus hostium.

g Et portas tuas laudatio,] occupabit, scilicet quia similiter sculpetur in portis in laudem Dei, & in famam ipsius populi.

i Non erit tibi ampliùs Sol ad lucendum per diem.] Propter hoc, quod hic dicitur, patet, quòd præcedentia non debent exponi ad literam; tamen Iudæi dicunt, quòd ita contingat eis, quando veniet Ierusalem aurea. Exponitur etiam quodammodo secundùm superficiem de præterito sic.

i Non erit tibi ampliùs Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te,] per noctem tantùm scilicet, id est, Sol iste materialis, vel Luna non seruient tibi in lucem tantùm.

k Sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam,] id est, Dominus illuminabit te, & glorificabit, quasi dicat, non tantùm habebis à Sole, & Luna lucem temporis, sed etiam habebis à Domino aliam lucem, scilicet, lucem prosperitatis & honoris, pro qua etiam luce istam lucem visibilem quasi pro nihilo reputabis. Et de ista luce prosperitatis subdit.

Non *a* occidet vltra *b* Sol tuus, & *c* Luna tua *d* non minuetur, quia *e* Dominus erit † tibi in lucem sempiternam, & *f* complebuntur *g* dies luctus tui. *h* Populus autem tuus omnes *i* iusti in perpetuum *k* hæreditabunt terram, germen *l* plantationis meæ. opus *m* manus meæ ad *n* glorificandum. *o* Minimus *p* erit in mille, & *q* paruulus in *r* gentem fortissimam. *f* Ego Dominus in tempore eius *t* subitò faciam illud.

al. † non habet tibi.

Mysticè. *a* Non occidet.] Dicit Isid. in lib. creaturarum, quòd Sol, & Luna ad literam, deinceps occasum non petent: sed in ordine quo creati sunt, perpetuò stabunt: ne si ad occasum venerint impij, sub terra fruantur luce eorum. Vnde *Abac.* 3. c. Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo. Sed tamen Ecclesia dicitur sub alio sensu, quòd. Non occidet vltra, quia Ecclesia iam sub Sole non erit: nec lumine Solis vel Lunæ egebit: sed Deus erit ei pro Sole, & Luna: qui nec occasum vt Sol, nec diminutionem vt Luna patitur. Vnde subdit. *e* Quia Dominus erit tibi.] Potest autem Sol dici cognitio Diuinitatis: Luna vero cognitio humanitatis, in quibus est vita æterna: vt dicitur *Ioan.* 17. a. Hæc est vita æterna, vt cognoscant, &c. Vel. *b* Sol, i. Christus Sol iustitiæ. *a* Vltra non occidet] quia Christus ampliùs non morietur: quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. *Rom.* 6. b. *c* Et Luna; id est, Ecclesia quæ modò videtur crescere, modò minui, tunc plena erit & sine diminutione stabit. Modò dicitur Ecclesia esse quasi Aurora: quia respersa est tenebris. Dicitur etiã Luna: quia habet adhuc maculam. Sed tunc erit sicut Sol, quando exhibebit sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi: vt dicitur *Eph.* 6. f. *sup.* 30. f. Erit lux Lunæ sicut lux Solis Tunc enim Ecclesia erit sicut Sol.

f Et complebuntur, &c.] id est, finientur. Modò est tempus plangendi: tunc erit tempus saltandi: quia abstergent Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum: vt dicitur *Apoc.* 21. a. & *sup.* 25. c. Et subditur ibi: Mors non erit. vltrà, neque luctus, neque clamor neque dolor erit vltrà; quæ prima abierunt. In constructione enim Ecclesiæ dicitur *Matth.* 5. a. Beati qui lugent. Sed de contemplatione, vel consolatione subditur. Quoniam ipsi consolabuntur. Tunc aquæ dolorum mutabuntur in vinum consolationum, & gaudiorum. *Psalm.* 93. Secundùm multitudinem dolorum, &c. Tunc completo luctu introducetur virgo Ecclesia in Regium Thalamum, 2. *Reg.* 11. d. Trãsacto luctu misit Dauid, & introduxit eam in domum suam. Et nota, quòd hic dicuntur tria, quod Dominus erit in lucem, & gloriam, & in completionem luctus Illuminabit enim rationabilem summa veritas; mitigabit dolorem in concupiscibili iocunda suauitas, exaltabit & roborabit irascibilẽ gloriosa, & victoriosa securitas. *h* Populus autem] erunt. & hoc non ad breue tempus, sed in perpetuum. Et ideò *k* Hæreditabunt terram,] id est, immobiliter possidebunt terram viuentium. Ita legit *Ierom.* Aliqui tamen expositores punctant sic. In perpetuum. Et bene dico, quòd populus tuus hæreditabit terram, quia fuit.

l Germen plant.] id est, plantaui eos iam in terra viuentium per iugem meditationem, & insignem conuersationem, *Phil.* 3. d. Nostra conuersatio in cœlis est. Quod autem plantatum est à Deo, non eradicabitur *Psalm.* 91. Plantati in domo Domini, &c. *Matth.* 15. b. Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus, eradicabitur. Planta enim quæ sæpè transfertur, non conualescit. Talis est omnis plantatio, quæ fit in mundo, quia enim res in quibus radices affectionum ponimus, quotidie mutantur, & trãsferuntur, necesse est, vt, & plãta de vno loco in aliũ locum transferatur. Itẽ homo qui sæpe mutat propositum suum, vel locum, maximè monachus, non est plantatio Domini, neque conualescit talis planta. Ideo dicit *Eccl.* 10. a. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Vel aliter.

l Germen plant.] Germen plantationis Dominicæ est, qui plantatus in Christo per fidem, & dilectionem, germinat per bonam operationem. Christus enim est optima terra & irrigua, & defossa, vt ibi figamus radices nostras, intellectum, scilicet, per fidem, & affectum per dilectionem, *sup.* 2. c. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo, i. in vulneribus Christi *Ier.* 17. b. Beatus vir qui confidit in Dño, & erit Dominus fiducia eius, & erit, quasi lignũ, quod transplantatum est super aquas, quod. ad humorem mittit radices suas. *Psalm.* 64. In stillicidiis eius lætabitur germinans. Stillicidia sunt lachrymæ, quæ defluunt in cogitatione, & memoria vulnerum Christi. In tali terra irrigua, id est, in memoria Passionis Christi plantati fuerunt Martyres. Vnde dicitur *Eccl.* 24. b. Quasi plantatio rosæ in Iericho. Rosæ fuerunt Martyres plantati in Iericho, id est, in Christo cuius defectus, & passiones assiduè recolebant. *Ierem.* 2. d. Ego plantaui te vineam electam, id est, animam deuotam, omne semen verum, sine fictione hypocrisis. Vel.

l Germen plantationis] id est, creationem, qui ab ipso creati sunt. *m* Opus manus meæ] per creationem, quia ab ipso recreati per extensionem manuum eius in Cruce. Vel potius è conuerso legitur secundum. *Gl.* *l* Germen plant.] quia à me in Ecclesia per fidem plantati. *m* Opus manus meæ,] quasi à me creati Et hoc. *n* Ad glorific.] id est, ad habendam æternam gloriam, *sup.* 4. a. Erit germen Domini, i. iustus in magnificentia, & gloria. Vel, ad glorificandum Creatorem suum. *Ier.* 13. g Agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus, vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, *sup.* 43. b. In gloriam meam creaui eum, formaui eum, feci eum. *o* Minimus,] id est, humilis Prælatus, sicut Paulus, qui dicit. Mihi autem omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc in Gentibus Euangelizare, &c. 1. *Cor.* 15. b. Ego sum minimus Apostolorum. *p* Erit in mille,] quando veniens ad iudicium, pro omnibus illis quos conuertit, remunerabitur, & quadam dignitate eos præteriet in præmio quibus præfuit in verbo, instruens eos hic, & vita & exemplo. *Eph.* 3. b.

q Erit paruulus.] Item est *Matth.* 25. b. Super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. *Luc.* 19. c. Et tu esto super decem ciuitates. *Eccl.* 7. c. Sapientia confortauit sapientem super decem Principes. Vel. *o* Minimus, i. quilibet humilis. *p* Erit in mille,] quia vnusquisque iuxta modum humilitatis suæ recipiet consummationem perfectionis. In millenario enim numerus consummationis est. *q* Et paruulus] i. debilis erit. *r* In gentem] quia roborabitur in Deo gens cogitationum & affectionum, & gens virtutum, vt nullo modo possit impugnare animam gens dæmonum vel vitiorum in præsenti. In Ecclesia præficiuntur paruuli, & minimi in oculis suis à Domino. Tales enim benè præsunt aliis, qui humiles sunt in oculis suis. Vnde 1. *Reg.* 15. d Nõne cùm esses paruulus in oculis tuis, caput in Tribubus Israel factus es? *Prou.* 30. d. Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus formica, scil. & Lepus, & Locusta, & Stellio. *f* Ego Dominus, q. d. Ne dubitetis de promissis, quia ego sum Dominus potẽs hoc facere, quod promisi. Et dicit: In tempore eius, i. in tempore quo illud impleri debet, quando sc. opportunum erit, & tempore quo est præfinitum, subitò faciam illud, i. sine difficultate, & citò faciam, quod promisi. *Ambr.* Nescit tarda molimina Spiritus S. gratia. Vel, *f* In tempore eius] i. in tempore aduentus Christi. *t* Subito, i. ex insperato, cùm omnia fuerint desperata. *u* Faciam illud,] i. complebo, quod iam inchoaui. Tunc enim congregabitur gens fortissima in gloria, quæ quotidie per gratiam fidei congregatur in Ecclesia, sed subitò veniet in iudicio, vt compleat. Vnde 1. *Thess.* 5. a. Dies Domini, sicut fur, ita in nocte veniet. *Luc.* 21. g. Attendite ne grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ.

Literal. *a* Non occidet,] i. prosperitas tua. *c* Et Luna tua.] i. tẽporalis abundantia. *d* Non minuetur,] id est, non finietur. *e* Quia Dominus erit tibi,] in lucẽ, sc. prosperitatis & iocunditatis. *f* Et complebuntur,] i. finientur & cessabunt. *g* Dies luctus tui] id est, anni tuæ captiuitatis. *h* Populus autem tuus omnes] tam maiores quàm minores, erunt. *i* Iusti] & hoc non ad horam, sed, in perpetuum. Et ideo. *k* Hæreditabunt in terram,] i. immobiliter possidebũt terram promissionis. Populus dico qui est. *l* Germen plant.] i. quem feci, & quem in terra sua plantaui, firmiter eum in ea collocando. Et hoc. *n* Ad glorificandum,] i. vt ipsum glorificarem bona ei tribuendo, & ipse me glorificaret colendo, & gratias omnium bonorum mihi reddẽdo. *o* Minimus] Prælatorũ. *p* Erit in mille i. ille, qui paucioribus præerit, ad minus habebit mille sibi subditos, vt sit Ciliarchus. *q* Et paruulus magistratus erit. *r* In gentem fortissimã,] q. d. qui priùs habebat paucos subditos, habebit multos, & qui habebat debiles, & paucos, etiam habebit gentẽ fortissimã. Et ne credatur quod hoc fiet opere humano, subdit. *f* Ego Dominus in tempore eius,] i. in tempore suo, id est, in tempore quo præfiniui esse faciendum. *t* Subitò faciam illud,] quod dictum est, sc. minimum fore in mille, &c. Vel, in tempore eius, scilicet, Ierusalẽ, id est, quando glorificanda est Ierusalem, subitò faciam illud.

EXPOSITIO CAP. LXI.

a SPiritus Domini,&c.] Istud capitulum propriè exponitur de Christo,sicut ipse Christus testatur, *Luc.* 4. b. Fabulosè tamen exponitur de Isaia. Et diuiditur in quatuor partes. In prima parte capituli se propheta à Domino vnctum, & missum dicit, vt eis his, quæ postmodum prædicat credatur. In secunda parte promittit eis suarum ciuitatum reædificationem, *ibi*. Et ædificabunt. In tertia gentium cõuersionem, *ibi*; Et stabunt. In quarta perpetuã religionis obseruantiam, *ibi*: Et dabo. Dicit ergo Propheta de se.

Luc.4. e. De sacra vnct. e. vnico.

d. † Dominus.

CAP. XLI.

a SPiritus Domini super me, b eò quod vnxerit me, Ad c annunciãdũ mansuetis misit d me, vt e mederer cõtritos corde, & f prædicaré captiuis g indulgentiam, & h clausis i apertionem. Vt k prædicarem annum placabilem Domino, & diem l vltionis Deo nostro.

a Spiritus Domini,] quasi dicat, a Spiritu S. sunt ea, quæ dico. b Eo quòd vnxerit.] idcirco dico Spiritum S. esse super me, quia vnxit me, id est, per gratiam suam me docuit, & voluntatem meam suæ voluntati conformauit. c Ad annunciandum,] id est, ad vtilitatem mansuetorum, Tales enim vtiliter audiunt ad instructionem. d Misit me,] Vnde *sup.6.* e. Ecce ego, mitte me, Et dixit: Vt mederer.] id est; vt sermone bono mitigarem desolatos, Sermone bono mitigarem desolatos. Sermo enim bonus medicina est. f Et prædicarem captiuis,] in Babylone g Indulgentiam, id est, licentiam redeundi de captiuitate. Vel, indulgẽtiam, id est, relaxationem, h Et clausis] in carceribus, ad literam, vel tribulationibus compediti. i Apertionem,] vt exeant de carcere. k Vt prædicarem,] id est, annum in quo placabitur eis Dominus, quantùm ad Iudæos liberandos. l Et diem vltionis] quantum ad Chaldæos destruendos.

A a Vt consolarer]

Mysticè.

Mysticè. a Spiritus Domini] Trina tentatione diaboli superata, sicut *Luc.4.* b. refert. Egressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam, & fama exiuit per vniuersam regionem ab illo, & ipse docebat in Synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus, & venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam die Sabbati in Synagogam, & surrexit legere, & traditus est ei liber Isaiæ Prophetæ, & vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat. Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, &c. Et postea sequitur. Cœpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Patet ergo, quis hæc loquitur.

a Spiritus Domini,] i Patris, vel Spiritus, qui est Dominus, super me. In hoc notantur tria, scilicet, quod minor est secundùm, quod homo, Spiritu S. Item, quòd in eo requieuit Spiritus S. sicut etiam dicitur *sup.* 11. a. Et requiescet super eum Spiritus Domini, &c. *Ioan.* 1. e. Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super, hic est, qui baptizat in Spiritu. Item notatur, quòd in omnibus Spiritus S. exhortationibus obediuit. Habuit enim super se Spiritum, S. vt ductorem, & præceptorem Sed multi sunt qui Spiritum S. non super se habent ei obediendo, sed sub se pedibus malarum affectionum, & rebellium, siue recalcitrantium voluntatum conculcando. *Heb.* 10. e. Irritam quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione, duobus aut tribus testibus moritur; quanto magis putas deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamẽti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? b Eò quòd vnxerit me,] quasi ideò dico, quod Spiritus Domini super me, quia vnxit me vt pugilem. Vnde *Ierem.* 20. c. Dominus mecum est, quasi bellator fortis. Item vt Pontificem. *Heb.* 9. c. Christus autem assistens Pontifex futurorum bonorum, &c Item vt Regem *Apoc.* 19. c. Ipse est Rex regum & Dominus dominantium. *Heb.* 1. c. & *Psalm* 44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem; propterea vnxit te Deus De[us] tuus. Itẽ. *Act.*4. f. Conuenerunt in ciuitate ista aduersùs sanctum puerum tuum Iesum quem vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus. Et nota quòd triplex fuit vnctio in Christo. Prima fuit in vtero Virginis conceptione, de qua dicitur in *Epistola ad Quirinum Episcopum*. In vtero Virginis homo Christus cõceptus est, ibi ab eodẽ Spiritu vnctus est, vbi conceptus est, nec ante cõceptus & postmodũ vnctus, sed hoc ipsũ de Spiritu S. ex carne Virginis concipi fuit à Spiritu S. vngi, *Matth.* 1. d. Quod enim in ea natum est, de Spiritu S. est, Hæc vnctio consistit in tribus, In naturarum admirabili vnione, in donorum plenitudine, in peccatorum immunitate. Secunda vnctio fuit manifestatio omnium horum in baptismate. Tunc enim dictum est ei. Hic est Filius meus dilectus. *Matth.*3. d. Ibi ergo vnctus est per manifestationem. Vnde *Luc.* 4. a. Iesus autem plenus Spiritu sancto egressus est a Iordane. Tertia vnctio fuit collatiu, siue gratia immortalitatis in resurrectione. Sequitur.

c Ad annunciandum.] Rectè post vnctionem sequitur de annunciatione ad significandum, quòd nullus debet officium Prælationis & Prædicationis suscipere, qui non priùs habeat vnctionem charitatis. Vnctio enim cordis efficaciam dat sermoni, & eruditionem loquendi secundùm illud 1. *Ioan.* 2. d. Vnctio eius docebit vos de omnibus, Et notatur hîc quis debeat annunciare, Vnctus scilicet charitate; Et quibus, Quia mansuetis, qui recipiunt verbum. *Eccl* 5. c. Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, vt intelligas, *Iacob* 1. c. In mansuetudine suscipite insitum verbum quod potest saluare animas vestras *Prou.*9. b. Noli arguere derisorem ne oderit te, argue sapientem, & diliget te. Alia litera Euangelizare pauperibus misit me. Hinc est quod dicitur *Matth.* 11. a. Pauperes euangelizantur, *sup.* 19. f. Pauperes homines in Sancto Israel exultabunt. Has duas virtutes Christus specialiter docuit, paupertatem spiritus & mansuetudinem. *Mat.* 11. d Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Et de his dicitur *sup.* 11. a. Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.

e Vt mederer.] Verba enim Christi sunt medicina. *Sap.* 16. b. Non herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia. Et dicit: Contritos corde, id est, compunctos, qui Deo offerunt sacrificium spiritus contribulati, *Psal.* 146. Qui sanat contritos corde & alligat contritiones eorum. Sic medicus cui distorta priùs vult conteri, vt fiant postmodum recta, & primò vrit, & secat antequam vngat *Iob.* 5. c. Increpationem Domini ne reprobes, quia ipse vulnerat, & medetur, percutit & manus eius sanabit. f Et prædicarem captiui sunt, qui pedes affectionum habent compeditos illecebris voluptatum, quia voluntatem suam imperio Diaboli subiecerunt, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem, vt dicitur 2. *Timoth.* 2. d. Clausi sunt, qui intellectum per ignorantiam, & infidelitatem habent obtenebratum. Christus autem indulgentiam captiuis prædicat, & clausis apertionem, quia sermo eius, & affectus relaxat, & dissoluit á culpa, & intellectum purgat ab ignorantia, *sup.* 39. c. Vt diceres, his qui vincti sunt, exite, & his, qui in tenebris, reuelamini. Primum pertinet ad captiuos in vinculis; secundum ad clausos in tenebris. Vel captiui sunt, qui habent peccati consuetudinem: clausi sunt, qui iam demersi sunt in foueam Inferni per desperationem. His Dominus prædicauit indulgentiam de peccatis per pœnitentiam, & apertionem patriæ cœlestis, dicens *Matth.*4. c. Pœnitentiam agite, ecce indulgentia, appropinquabit enim Regnum cœlorum, ecce apertio.

k Vt prædicarem,] id est, vt ostenderent tempus plenitudinis gratiæ aduenisse, in quo Deus placabilis redderetur hominibus pœnitentibus, & gentibus conuerti volentibus. De quo tempore 2. *Cor.*6. a. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis.

l Et diem vltionis Deo nostro,] id est, tempus damnationis à Deo venturum super Iudæos rebelles per Romanos, secundùm illud *Luca.* 19. g. Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vndique. Et *Luc.* 21. d. Cum videritis ab exercitu circumdari Ierusalem, tunc scitote, quia appropinquabit desolatio eius. Vel annus placabilis Domino, vel Domini, est tempus, immò æternitas retributionis in die mortis, tunc erit annus Iubilæus in quo omnia debita relaxabuntur, quia tunc miseriæ consumentur, & culpæ tunc plenè liberabuntur. De hoc anno dicitur in *Psal.* 46. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ Dies autem vltionis est tempus damnationis. Vtrumque Christus prædicauit. Et præmia iustorum cùm dixit. Appropinquabit Regnum cœlorum Et supplicia malorum, cum dixit *Matth.* 13. f. Ibi erit fletus & stridor dentium. Sed nota, quod dicit, annum placabilem, & diem vltionis, in quo notatur, quòd pronior est ad miserendum, quàm ad puniendum, & quod supra condignum remunerat misericordia, & citra condignum punit iustitia, *infr.* 63. a. Dies vltionis in corde meo, annus retributionis meæ venit. Et nota, quòd, annus culpæ, & pœnitentiæ, & iustitiæ, & gratiæ, & gloriæ dicitur hic, sicut *sup.* 50. a. Ibi equire.

Θ a Vt consolarer,

Δ *a* Vt consolarer] super transgressoribus, & abominationibus, quæ fiunt in medio Ierusalem, vt dicitur *Ezec.* b. Vt ponerem,].i. firmam & stabilem consolationem promitterem. *c* Lugentibus de vilitate, & calamita e lugentibus. Sió. *Ier.* & *Septuag.* non habent hic consolationem Et secundum hoc sic legitur, *b* Vt ponerem,] coronam, supple. Vndè subdit. *d* Et darem, i. dandam prædicarem coronam, quantum ad Reges. *e* Pro cinere, i. pro captiuitatis vilitate, & deiectione. *f* Oleum gaudij], quantùm ad Sacerdotes, quia Sacerdotes inunguntur, pro luctu. *g* Pallium laudis,] quantùm ad populum, id est, decentem habitum. Vnde *Septuaginta* habent Habitum gloriæ, id est, habitum gloriosum, quod erit eis ad laudem Domini. *h* Pro spiritu, id est, pro habitu lugubri, qui est signum interioris mœroris. *i* Et,] tunc, vocabuntur in ea, id est, in Ierusalem, vel Sion.

al. † non habet consolationem.
al. † ei.

Vt *a* consolarer omnes lugentes, vt *b* ponerem † consolationem *c* lugentibus Sion, & *d* darē † eis coronam *e* pro cinere, *f* oleum gaudij pro luctu, *g* pallium laudis pro *h* spiritu mœroris, Et *i* vocabuntur in ea *k* fortes iustitiæ.

k fortes iustitiæ datiuè, i. fortes erunt, & vocabuntur ad iustitiam faciendam, & exequendam, tam in se quam in aliis. Fortiter enim agent iustitiam nec flectentur prece, vel pretio amore, vel odio.

Δ *a* Plantatio Domini.]

Mysticè. ⊖ *a* Vt consolarer, immò Christus venit, vt indiceret
Matth. 5. a. luctum, tam verbo, dicens: Beati, qui lugent, &c. quam exemplo, quia & ipse fleuit, vt *Luc.* 19. f. & *Ioan.* 11. c. & *Heb.* 5. b. Item *Iacob.* 3. c. Miseri estote & lugete, i. miseriam vestram cognoscite, & lugete, quia qui se miserum reputat, & cognoscit suam miseriam, luget, & sic obtinet misericordiam. *Luc.* 19. f. Si cognouisses, & tu fleres, supple. Item *Thr.* 2. f. Deduc, quasi torrentem lacrymas per diem, & noctē non des requiē tibi, nec taceat pupilla oculi tui. Sic ergo præcipit fletum, non indicit gaudium, vel solatium, vt videtur. Sol. Dominus est, sicut mater, vel nutrix paruulo, quæ si quærat a paruulo, quare luges acrius, & copiosius luget paruulus, & tamen mater consolatur. Sed quando mater colligit eum in sinu suo, & abstergit lacrymas suas, tunc silet paruulus. Sic Dominus quærit à peccatore, quare lugeat, cùm facit eum agnoscere peccata sua, & sic consolando etiam ad lacrymas prouocat. Sic Dominus quæsiuit a Magdalena. Mulier quid ploras? *Ioan.* 20. c. vt ampliùs ad lacrymas prouocaret. Sed quando colliget nos Dominus, sicut mater in sinu æternæ suæ quietis, & absterget omnem lachrymam ab oculis nostris, tunc silebimus, *sup.* 25. c. & *Apoc.* 21. a. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum suorum *inf.* 66. d. Quomodo si cui mater blanditur, ita ego consolabor vos & in Ierusalem consolabimini videbitis, & gaudebit cor vestrum. Hi duo modi consolationis prædicti notantur hic Vndè dicit.

a Vt consolarer illo scilicet, modo consolationis, quo ad luctum magis inuitantur.

b Vt ponerem, illam scilicet, qua absterget Deus omnem lacrymam. Ponere enim stabilitatem consolationis significat. Dominus ergo ponit consolationem lugentibus quando stabili promissione firmat se in perpetuum consolari in gloria, hic ad tempus lugentes in miseria. *Matt.* 5. a. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. *Psalm.* 93. Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Sed multorum lacrymæ, vel dolores non merentur consolationem, sicut dicit *B. Bernardus* Quosdam lugentes conspicio, sed si de corde procederent illæ lacrymæ, nō tā facilè illicò soluerentur in risum; nunc autem cùm abundantius ociosa, & scurrilia verba profluant, quam priùs lacrymæ, lacrymas huiusmodi de his esse non arbitror, quibus consolatio diuina promittitur quandoquidem tam facilè post illas consolatio vilis admittitur. Et nota quod dicit lugentibus Sion, non dicit lugentibus Iericho, vel Babylonis, qui lugent pro mundo, vel pro mundi delectationibus. Tales enim non consolabuntur à Deo, talibus non ponit Deus consolationem veram, sed mundus ponit eis suam consolationem. Sed falsa est positio ista, ideo non tenet nisi secundùm tempus positionis. Sed cùm dicetur, Cedat tempus, id est, spatium vitæ, & temporalitas fortunæ, tunc manifestabitur falsitas, & concludentur iniquitas. *Psalm* 64. Cùm accepero tempus ego iustitias iudicabo. *Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram, per falsam, scilicet, positionem. De talibus, qui consolationes mundanas quærunt, & mundanas lugent molestias, vel delectationem suarum amissionem deplorant, habetur exemplum *Num.* 11. a. Vulgus quoque promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio carnium sedens, & flens iunctis sibi pariter filijs Israel, & ait. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis, &c. Nota quod ista pestis incepit a populo inferiori, & viliori. Ita fit in claustris, illi magis sæcularia desideria habent, qui viliores erant in sæculo, & qui minus sibi sufficiebant, & & aliquando si etiam iungunt alios quos verbis & exemplis corrumpunt. *Ezech* 8. c. Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem, & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Tales lugentes non consolatur Dominus, sed lugentes Sion, id est, Ecclesiæ triumphantis, & cœlestis patriæ dilationem, vel eius amissionem, quàm per peccatum incurrerunt, *supr.* 57. d. Reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. Vel.

c Lugentibus Sion,] id est, peccata Ecclesiæ militantis plangentibus, *Ezech.* 9. c. Signa Tau super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis abominationibus, fiunt in medio Ierusalem *d* Et darem eis.] Tria dicit, quæ sunt in pœnitente in præsenti, in futuro remunerabuntur. Cinis in memoria mortalitatis, & vilitatis suæ, contra superbiam mentis. Luctus cōtra concupiscentiam oculorum, vt per quæ peccauit homo concupiscendo, per hæc puniatur plorando. Spiritus mœroris ostensus per habitum lugubrem pœnitentis, qui domat lasciuiam carnis. Hæc tria notantur *Ierem.* 6 g. Accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum fac tibi quasi vnigeniti planctum amarum valdè. Cilicio contra carnis concupiscentiam, cinere contra mentis superbiam; luctum fac contra oculorum concupiscentiam. His tribus respondent tria, corona, oleum, & pallium, Dominus enim dabit coronam æternitatis pro cinere mortalitatis, vel coronam honoris pro cinere humilitatis, *sup.* 28. b. Erit Dominus corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui, & spiritus iudicij sedenti super Thronum. E contra Dominus dabit superbis pro corona honoris cinerem vilitatis, *sup.* 28. a. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim, & erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium. *Iere.* 13. c. Humiliamini, sedete in terra quoniam de capite vestro descendit corona gloriæ vestræ, *Ezech* 21. f. Aufer Cidarim, tolle coronam.

f Oleum gaudij,] id est, gaudium æternæ felicitatis, quod significatur per oleum pro luctu. *Ps.* 29. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, &c. Dominus enim aquas doloris conuertit in vinum, vel oleum æternæ iocunditatis. *Ioan.* 2. b. Implete hydrias aquā. *g* Pallium laudis] id est pallium laudabile.

h Pro spiritu mœroris] i. pro habitu lugubri, i. pro carne mortali, sub qua ingemiscit spiritus, quia corpus, quod corrumpitur aggrauat animam. *Sap* 9. c. dabit stolam immortalitas. Pallium enim laudabile est corpus immortale, passibile, agile, subtile. Saccum etiam pœnitentiæ conuertet Dominus in stolam gloriæ, secundum illud *Ps.* 29. Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. *Iudith.* 10. a. Exuit se vestimentis viduitatis, & induit se vestimentis iocunditatis suæ. *Bach.* 5. a. Exue te Ierusalem stola luctus, & vexationis tuæ, & indue te decore, & honore, quæ à Deo, tibi est in gloria sempiterna. Possunt etiam per hæc tria tres dotes animæ designari. Per coronam enim, quæ datur triumphatoribus, significatur remuneratio irascibilis, cuius est pugnare in detestando malum, & vincere in aggrediendo arduum. Per oleum, quod illuminat, significatur illuminatio rationis, quæ ipsa summa Veritate irradiabitur. Sed illud oleum dicitur oleum gaudij. Cognitio enim illa perfecta summæ Veritatis omnimodam parit iocunditatem, quod non facit cognitio nostra in præsenti, magis enim scientia nostra auget luctum in præsenti, quam excitet gaudium, secundum illud *Eccl.* 1. d. Qui addit scientiam, addit & dolorem. Per pallium laudis significatur charitas perfecta, quæ est vestis nuptialis. *Matth.* 22. b. Hæc tria sunt signa Regalia, & Pontificalia corona, oleum, & pallium, ad significandum, quòd omnes in Paradiso erimus Deo nostro Reges, & Sacerdotes. *Apoc.* 1. 2. Coronati inuncti, palliati. Dicit ergo.

d Et darem eis] id est, me daturum in futuro promitterem. Vel, darem, iam spe, tandem re, coronam, &c. Sequitur. *i* Et vocabuntur in ea fortes iustitiæ.] In ea, id est, in Sion, id est, in Ecclesia vocabuntur ad officia, & dignitates Ecclesiæ, non debiles, sed fortes; neque fortes peccato, sed fortes iustitiæ; i. qui

⊖ fortes sunt ad

A a Plantatio Domini,] id est, plantati à Domino in terra sua & stabiliter collocati. Et hoc. b Ad glorificandum,] Deum, i. plantati à Domino & firmi facti in opere iustitiæ, & hoc ad glorificandum Deum, quia in operibus suis quærunt gloriam Dñi. c Et ædificabunt deserta à sæculo]

Secunda pars. tales de quib⁹ dictũ est: Iusti & fortes in iustitia, & firmiter ineradicati fuerunt Esdras & Neemias Iesus filius Iosedech & zorobabel. Et de istis dicitur secundum Iudæos hic: Et ædificabunt deserta à sæculo, id est, ea quæ per longa sæcula id est, longa tempora fuerant deserta, restaurabũtur. Vnde subdit. d

B

a plantatio Domini ad b glorificandum. Et c ædificabunt deserta à sæculo, & d ruinas antiquas erigent: & e instaurabunt ciuitates desertas, f dissipatas in g generationem & generationem. E i stabunt alieni, & pascent pecora vestra, & filij k peregrinationem l agricolæ & vinitores vestri erunt. m Vos autem n Sacerdotes Domini vocabimini, Ministri o Dei † nostri dicetur vobis.

al. † vestri.

Et ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates desertas,] i. quæ fuerant desertæ à Deo, vel ab habitatoribus suis Iudæis. f dissipatas] ab hostibus. g In generationē & generationē, i. quarum dissipatio facta ab hostibus diu perdurauit. i Et stabunt alieni.] Hic eis promittitur proselytorum multitudo. Vnde dicit: & stabunt alieni, & pascent pecora vestra,] quasi intantum dominabimini quòd proselyti erunt pastores vestri.

Tertia pars. k Et filij peregrinorum.] venientes de peregrinis nationibus ad vos. l Agricolæ & vinitores vestri erunt] quia agros & vineas vestras colent. m Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini] quasi dicat alieni de alijs nationibus erunt serui vestri, & prouidebunt vobis in ædificijs ad manendum, in cultu agrorum ad cibum, & in cultu vinearum ad potum. Vos autem attenti eritis culturæ Dei, & vacabitis à temporalibus laboribus, ita vt vocemini Sacerdotes Domini, non idolorum, id est, honorabiliter colentes Deum. Non quod omnes sint Sacerdotes sed erunt honorabiles & potentes. o Ministri Dei nostri dicetur vobis] id est, vobis dicetur, quòd estis ministri

Δ Domini

Mysticè. Θ fortes sunt ad iustitiam exequendam & in se, & in alijs, quia qui priùs erant fortes ad peccatum, modò erũt fortes ad bonum. *Ierem.* 23. b. Factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum dissimilis. Sed sicut dicitur *sup.* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, tales qui sint fortes ad iustitiam, qui fortiter agant iustitiam, nec prece, vel precio, amore, vel odio flectentur, debent vocari in Ecclesijs & in Prælationibus, *Eccl.* 7. a Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimescas faciem potentis. A quo autem vocentur, vel ad quid determinat cum subiungit. a Plantatio Domini ad glorificandum,] id est, plantati à Domino in Ecclesia, & in loco Prælationis, non à propria cupiditate, sed à Deo introducti. *Heb.* 5. a. Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui à Deo vocatur tanquam Aaron, *suprà* 60. d. Germen plantationis meæ ad glorificandum. *Psal.* 91. Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt. *Matth.* 15. b. Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus, eradicabitur. b Ad glorificandum] Deum, non ad ditandum parentes, vel marsupium implendum, vel luxuriandum, sed ad glorificandum Deum, vt in omnibus intendatur gloria Dei, & salus animarum. In quo autem sint, vel mediante quo debeant radicari & plantari determinatur *Ephes.* 3. d. In charitate radicati & fundati. Vel: a Plantatio Domini, id est, plantati in Domino. In Domino enim Iesu Christo inuenimus optimum locum vt in eo plantemus, & radices intellectus & affectus nostros ad ipsum extendamus. Est enim sicut terra humore plena, fossa & culta *suprà* 2. c. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo, id est, planta te in vulneribus Christi *Ierem.* 17. b. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit tanquam lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas. Vel, Vocabuntur in ea fortes iustitiæ, hoc dicit quantum ad perfectos & proficientes: plantatio Domini ad glorificandum, hoc dicit quantum ad nouitios & pœnitentes: De quibus dicitur *suprà* 5. b. secundùm aliam literam. Viri Iuda nouella plantatio eius dilectissima. Et nota quod nouella plantatio vberiùs irrigatur à suis procuratoribus. Similiter Dominus copiosius gratiam lachrymarum infundit nouitiis & de nouo pœnitentibus, secundum illud *Eccl.* 24. d. Dixi, rigabo hortum plantationum mearum Sequitur.

c Et ædificabunt deserta à sæculo, & ruinas antiquas erigent. Secundùm mysterium planum est, quòd viri fortes, Apostoli, scilicet, & eorum sequaces plantati à Deo, in Ecclesia ædificauerunt deserta à sæculo, i. posuerunt in ædificatione sanctæ Ecclesiæ Gentes quas Dominus ab initio deseruerat.

d Et ruinas antiquas erigent,] quia quod antiquitus per Adam cecidit, per Christum resuscitabitur ministerio Apostolorum, & Doctorum, *suprà* 51. a. Consolabitur Dominus omnes ruinas eius.

e Et instaurabunt ciuitates desertas] à Deo, i. Gentium collectiones, vel humanas mentes.

f Dissipatas,] per diuersos errores. Vel, e Desertas] à gratia. f Dissipatas per diuersa vitia. g In generationem] Iudæorum.

h Et generationem Gentium, quia & de Iudæis, & de Gentibus aliquos ad restaurationem Ecclesiæ vocauit. Vel in generationem & generationem, i. diu, vt notetur diuturnitas peccati. Vel. g In generationem malarum affectionem & desideriorum. h Et generationem] malarum operum exteriorum. Hæc est duplex generatio persequentium Dominum. *Deut.* 32. c. Generatio praua atque peruersa: hoc dicit quantùm ad malitiam interiorum affectionum, & infideles filij; hoc dicit quantùm ad malitiam operum. i Et stabunt alieni & pascent pecora vestra, id est, de Gentibus conuertentur ad fidem, & stabunt erecti per fidem & operationem, & pascent pecora, vestra, id est, simplices, vestros per eruditionem, quia fient Pastores & Prædicatores de Gentibus *Ioan.* 21. c. Pasce oues meas. *Ierem.* 3. Mittam vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina.

k Et filij peregrinorum,] id est, Gentiles filij Gentilium, qui priùs erant peregrini & alieni a Deo, & a conuersatione Israel. *Ephes.* 2. a. l Agricolæ & vinitores vestri erunt.] id est, Ecclesiam quæ est ager, & vinea Domini, excolent, & custodient. Et loquitur Propheta ad fortes iustitiæ, scilicet, Apostolos, & primitiuæ Ecclesiæ Pastores, qui de Gentibus multos populos conuerterunt, & quosdam vicarios in Ecclesijs præfecerunt, vt Ecclesiam excolerent & custodirent, sicut fuit Dionysius quem conuertit Paulus, & Clemens quem conuertit Petrus. Et hoc est, quod dicitur *Zach.* 9. c. Suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia. Hoc impletum est, quando Paulus suscitatus est super Dionysium, Item *Iohel.* 3. b. Vendam filios vestros & filias in manibus filiorum Iuda, *sup.* 60. b. Ædificabunt filij peregrinorum muros tuos. m Vos autem, quasi filij peregrinorum agricolæ vestri erunt. Sed m Vos] ô Apostoli. n Sacerdotes Domini vocabimini,] id est, sacri duces & magistri aliorum & magnæ dignitatis eritis, sicut dicitur 2. *Reg.* 8. d. Filij Dauid sacerdotes erant in domo Domini. Ibi dicit *Glos.* Sacerdos, sacer dux. o Ministri Dei nostri dicetur vobis,] id est, sic euidenter ministrabitis Domino, vt omnes dicant vos ministros eius, 1. *Cor.* 4. a. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Nota quod duo dicit, Sacerdotes, & Ministri. Sacerdotes, scilicet, quantùm ad sacramentorum collationem, orationum instructionem. Ministri quantum ad bonorum operum executionem. Nota quod dicuntur alieni pascere

Θ pecora, &

i Et stabunt alieni, &c.] Istud etiam exponitur in malo de superabundanti de illis, scilicet, qui vicarios alienos ponunt ad pascenda pecora, id est, subditos suos simplices, & agrorum & vinearum, id est, animarum, faciunt eos cultores, & ipsi tantum nomen habent sacerdotij, non rem: Ministri vocantur Christi, sed sunt balliui Antichristi. De istis ergo dicit: Et stabunt alieni & pascent pecora vestra, id est, vicarios vestros ponetis in Ecclesijs vestris ad pascendos simplices, & erudiendos. *Aliter.*

k Et filij peregrinorum agricolæ, & vinitores vestri erũt,] i. loco vestri ponetis eos in labore excolendi Ecclesias vestras, vel animas subditorum. *Zach.* 11. a. Pasce pecora occisionis. quæ qui possederant occidebant, & non dolebant, & vendebant ea dicentes: Benedictus Deus, quia diuites facti sumus.

m Vos autem Sacerdotes Domini Vocabimini,] id est, nomen habetis Sacerdotij, & non rem.

o Ministri Dei nostri dicetur vobis,] cùm tamen non sitis quantùm ad veritatem ministri Christi, sed satellites Antichristi. Et quia tales licet altario non deseruiant, tamen de altario non dico viuunt, sed luxuriantur, & ditantur: Ideo competenter subditur.

a Fortitudinem

a Fortitudinem gentium b comedetis, & in c gloria eorum d superbietis pro e confusione vestra duplici & rubore f laudabunt g partem eorum. h Propter hoc in i terra sua k duplicia possidebunt, l lætitia sempiterna erit eis. m Quia ego Dominus diligens iudicium,

Domini & quasi hoc nomine vocabunt eos a Fortitudinem Gentium comedetis] id est, fructus quos labore procurauerunt: & in quibus procurandis gentes forutunem,suam impenderunt. c Et in gloria eorum,] id est, in diuitiis eorum. d Superbietis,id est, exaltabimini, & eleuabimini. Sic tumuit superbia, *sup.* 60. c. Ponam te in superbiam, saculorum, &c. e Pro confusione vestra duplici,] id est, magna, & rubore. Confusio est in mente: rubor in facie qui interiorem confusionem demonstrat. Vel duplici, dicit: quia confusi sunt Iudæi: primò io transmigratione Regis sui, & virorum fortium qui erant in Ierusalem, & postea magis confusi in vltima, & vniuersali captiuitate totius populi quando etiam vrbs Ierusalem succensa est. Dicit ergo. e Pro confusione vestra,] postmodum in vestra felicitate. g Partem eorum] Metaplasmus est, partem vestram, id est, hæreditatem vobis redditam, & augmentatam. h Propter hoc, id est, quia confusionem duplicem passi fuerunt. i In terra tua,] id est, in Palestina.

k Duplicia possidebunt.] Locutio est. id est, in duplo, siue multò plura, quàm antè habebunt, vel terram decem tribuum & duarum, Simile *Baruch* 5. a. Circumdabit te Deus diploide iustitiæ. Hæc autem quæ dicta sunt,& quæ postea sequentur, dicunt Iudæi, pro parte iam impleta, sed expectant adhuc ea perfectè implenda in suo Messia. Sequitur.

l Lætitia sempiterna erit eis,] pro bonis, quæ eis duplicabo. Vnde subdit. m Quia ego Dominus,]

a & odio habens

Mysticè. ⊖ pecora, & filij peregrinorum colentes agros, & vineas, isti autem Sacerdotes Dei, & ministri, non tantum dicuntur esse, sed vocari; in quo notatur, quod aliqui in Ecclesia debent attendere minoribus officiis: & exteriori procurationi, vt liberiùs possint vacare alij maioribus & spiritualibus officiis. Vnde 1. *Cor.* 6. a. Sæcularia iudicia si habueritis contemptibiles, qui sunt in Ecclesiá, illos constituite ad iudicandum. *Exod.* 18. c. Esto in populo in his, quæ ad Deum pertinent, vt referas ad Deum. Prouide autem de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam. Et postea subditur. Quicquid magis fuerit referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent. Et hoc est quod dicitur: Vos autem, quasi dicat, ad maiora officia Ecclesiæ vocamini. Nota quòd Sacerdos in consecratione in manibus vngitur, & in ore datur ei osculum, & in corde accipit Spiritum S. sic enim dicit Episcopus ei: Accipe Spiritum S. ad significandum, quod in corde eius debet esse charitas, in ore veritas, in manu largitas, vt sit Sacerdos per bonam conuersationem, & vocetur ab aliis propter bonam opinionem. *Apoc.* 20. b. In his secunda mors non habet potestatem, sed erunt Sacerdotes Dei, & Christi 1. *Petr.* 2 b. Vos estis genus electum, Regale Sacerdotium, gens sancta. *Exod.* 19. a. Eritis mihi in Regnum Sacerdotale, *Apoc.* 5. c. Fecisti nos Deo nostro Regnum & Sacerdotes, & regnabimus super terram. Item *Apocal.* 1. b. Fecit nos regnum, & Sacerdotes Deo, & Patri suo. Ministri Dei nostri dicetur vobis. Sacerdos dicit ordinem, Minister dicit officium.

Aliter. * a Fortitudinem Gentium comedetis,] id est, illud quod cum sudore & labore pauperes acquirunt, expédetis. Et in quo fortitudinem suam consumunt? Ad literam. *Ierem.* 2. g. In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperũ, & innocentum. Alæ enim Prælatorum, id est, latera, & consiliarij est pompa sociorum, & histrionum, qui sanguinem pauperum comedunt, & bibunt.

c Et in gloria eorum superbietis. Cuius enim sunt optima quæque Israel, nonne clericorum? Quid habent milites, Burgenses, mulieres quod non habeant clerici & Sacerdotes? A militibus mutuò accipiunt gloriam, à Burgensibus auaritiam & mulieribus mollitiem & luxuriam. Vnde *B. Bern.* Cum militibus superbiæ fastus, amplã familiã, nobiles apparatus, equorum phaleras, Accipitres, aleas, similia quæque frequentant. Aliqui forte de pendentes à collo rubricatas murium pelles, ornatos thalamos, balnea, mollitiem omnem, & gloriam vestium à mulieribus mutuantur. Cautè omninò loricæ pondus, & insomnes in castris noctes, incertaque discrimina præliorum muliebrem quoque verecundiam, & disciplinam, aut si quid sexus ille laboris habere creditur declinantes, &c. *Amos.* 6. a. Væ vobis qui opulenti estis in Sion. Et postea subditur: Transite in Calanne, & videte, & ite inde in Emath magnam, & descendite in Geth Palæstinorum, & ad optima quæque Regna horum si latior terminus eorum termino vestro est, qui separati estis in diem malum. Vel secundum primam expositionem legitur in bono. *De cons. dist. 5. c. non mediocriter.*

a Fortitudinem Gentium,] id est, malos fortes ad peccandum.

b Comedetis,] id est, consumetis, & annihilabitis inter dentes asperæ increpationis & in ventré Ecclesiæ traiicietis, & incorporabitis eos Ecclesiæ. *Zach.* 9. d. Deuorabunt eos & subiicient lapidibus fundæ. *Act.* 10. b. Occide, & manduca. Vel de bona fortitudine legitur.

a Fortitudinem Gentium comedetis,] id est, exempla bonorum delectabiliter recoletis, & quæ priùs ad exteriora erant, ad interiora traiicietis, & in illis delectabimini.

c Et in gloria eorum superbietis] in bono, id est, gloriabimini, quia gloria subditorum, honor, & gloria est Prælati. 1. *Thess.* 2. d. Quæ enim est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum in aduentu eius? 2. *Cor.* 1. c. Gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die Domini nostri Iesu Christi. 3. *Ioan.* 1. b. Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.

e Pro confusione vestra doplici] quam sustinuistis ô vos Apostoli, & Apostolici viri de infidelitate Iudæorum & de idololatria gentium.

f Laudabunt,] Iudæi scilicet, & Gentes ad fidem conuersæ.

g Partem eorum,] id est, Deum, dicentes. Dominus pars hæreditatis meæ. Quod nemo veraciter dicit, qui aliam partem quærit.

Vel, duplici, id est, interiori & exteriori. Interiùs enim dolebant in mente, & exteriùs opprobria audiebant.

Vel duplici verborum, scilicet & verberum, quia, & exprobrabantur verbis, & flagellis cædebantur.

f Laudabunt] etiam hostes eorum.

g Partem eorum,] id est, æternam retributionem, quam videbunt eos esse adeptos dicentes illud *Sap.* 5. a. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore, ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est, id est. pars eorum. *Psal.* 141. Portio mea Domine in terra viuentium. *Psal. 15.*

h Propter hoc,] scilicet qoia duplicem confusionem sustinuerunt in terra aliena, io vita, scilicet ista. Ideo.

i In terra sua,] id est, in cœlesti patria, & etiam in præsenti Ecclesia.

k Duplicia possidebunt,] id est, cumulata præmia, secundum quod dicitur, *Marc.* 10. d. Nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium, qui non accipiet centies tantùm nunc in tempore hoc, domos, & fratres & sorores, & matres, & filios, & agros, cum possessionibus, & in sæculo futuro vitam æternam. *Gen.* 26. c. Seminauit Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum.

Vel, duplici, id est, corporis & animæ præmia. *Gregorius.* Sanctæ Ecclesiæ in fine suo duplicia recipere, est in singulis, & de beatitudine animæ, & de corporis incorruptione gaudere, *Zach.* 9. c. Hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi. *Baruch.* 5. a. Circumdabit te Deus diploide iustitiæ.

l Lætitia sempiterna erit eis,] *suprà* 51. d. Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium, & lætitiam obtinebunt & fugiet dolor, & gemitus. Et *supra* 35. d. idem dicitur: Et hoc erit eis.

m Quia ego Dominus diligens iudicium,] id est, ex amore remunero illos, qui iudicium, & in se, & in aliis exercent. *Psalm.* 118. Feci iudicium, & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. *Psalm.* 36. Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet Sanctos suos: in æternum conseruabuntur. *Prou.* 15. b. Qui sequitur iudicium dirigetur ab eo, 2. *Paralipom.* 19. b. Videte ait, quid faceris. Non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini.

Vel aliter: Dominus diligit iudicium, id est, iudicium quo purgantur grana, & discernuntur à paleis.

⊖ a Et odio

a & odio habens rapinam in holocaustum,] vel holocausto,]quasi dicat, prædicta faciam ego, qui diligo, & remunero eos qui iudicium, & iustitiam faciunt, non illos, qui iudicium, & iustitiam violantes, sacrificium de rapina offerunt, & sic Deum placare credunt.

Quarta par.

b Et dabo opus eorum] Hic prædicit eis perpetuá religionis obseruantiam dicens in persona Domini. Et dabo opus eorum in veritate, vt nihil secundùm simulationem & falsitatem, siue deceptionem agant.

& a odio habens rapinam in † holocaustum. Et b dabo opus eorum in c veritate, & d fœdus perpetuum feriam eis. Et e scietur in gentibus semen eorum, & f germen eorum in g medio populorum. Omnes, qui h viderint eos i cognoscent illos, quia isti k sunt semen cui benedixit Dominus. l Gaudens m gaudebo in n Domino & o exultabit anima mea in Deo meo. p Quia induit me q vestimentis salutis, & indumento r iustitiæ circumdedit me.

† al. holocausto.

Vel, id est, in cultu meo faciam eos exercitari in quo est veritas, non in idololatria in qua est falsitas.

d est fœdus,] pacis perpetuum feriam eis, ita vt stabile sit tam in ipsis, quàm in filiis eorum. e Et scietur in gentibus semen eorum,] id est, fama eorum erit inter gentes, & notitia, ita vt qui viderint eos in gentibus cognoscant eos, sicut magni, & potentes extò cognoscuntur, & à multis.

f Et germen eorum,] id est, filij g In medio populorum,] scietur, scilicet, quasi dicat, famosi erunt, & noti inter gentes, & populos. Vnde subdit.

h Omnes, qui viderint eos,] statim, cognoscent illos, quia notabiles erunt. Cognoscent dico.

k Quia isti sunt semen cui benedixit Dominus,] id est, quos multiplicauit Dominus & numero, & prosperitatis augmento.

l Gaudens gaudebo, &c.] Canticum lætitiæ, & exultationis eorum, quibus hæc bona facturus est, Dominus hic à Propheta ponitur. Vnde in persona populi Propheta hic loquitur, dicens.

l Gaudens] internùs.

m Gaudebo, externùs.

n In Domino,] i in cultu Domini. Vel, Gaudens gaudebo in Domino,] id est, dupliciter gaudebo pro duplici parte, quam mihi dedit Dominus. De qua dictum est supra eodem. o Et exultabit anima mea in Deo meo,] id est, sic gaudebit anima mea interius, vt in exultationem prorumpat externùs. p Quia induit me vestimentis salutis,] id est, sanitate, & saluatione tanquam vestimento me induit, quantum ad corpus. r Et indumento iustitiæ circumdedit me,] id est, iustitia, sicut indumento me

A circumdedit, quantum

Mysticè. ⊙ a Et odio habens rapinam in holocaustum,] quasi dicat, Ego non accipio sacrificia mihi oblata vbi violatur iudicium, & iustitia, quod fit quando fit quando ex rapina offeruntur. *Ecclesiast.* 34. c. Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata. Et postea subditur. Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Item *Ecclesiast.* 35. c. Noli offerre munera praua, non enim Deus suscipiet illa. *Prouerbior.* 21. d. Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere.

Mysticè autem sensus est, quòd Dominus approbat iudicium, id est, discretionem, & fidem Gentium, & odio habet holocausta, & sacrificia Iudæorum, quæ ex vsuris & rapinis faciebant.

b Et dabo opus eorum,] id est, Apostolorum, vel omnium fidelium.

c In veritate,] non in vmbra ceremonialium figurarum sicut olim. Omnia enim in figura contingebant illis, vt dicitur 1. *Corinth.* 10 c. Sed in veritate, vt omnia veraciter compleantur, verum Agnum comedentes, veram circumcisionem cordis facientes, sicut dicitur *Deuter.* 10. d. Circidite præputium cordis vestri. Vel, in veritate, non in vanitate temporalium, vel in simulatione hypocritarum, quia Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. *Sapient.* 1. b. d Et fœdus perpetuum feriam eis] non temporale, sicut Moysi, sed pactum Euangelij æternum, quod non transibit, sicut vetus Testamentum, cui Euangelium succedit. *Ierem* 31. a. Feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum. Idem dicitur *Hebr.* 10. c *Matth.* 24. c. Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non transient. Et nota, quòd dicit feriam eis, id est, ad vtilitatem eorum. Feriam autem dicit, quia in percussiune. Filij Dei confirmatum est pactum istud, id est, in Passione, & sanguinis Christi effusione. Vnde *sup.* 53. c. Propter scelus populi mei percussi eum. *Heb.* 13. d. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis Pastorem magnum ouium in sanguine Testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono. e Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio,] id est, imitatores Apostolorum, qui sunt quasi semen, & quasi germen eorum dispergentur per mundum, ad literam, sicut semen seminatur, & dispergitur per campum, vt multiplicetur, & vbique cognoscentur vitâ & doctrinâ pollentes. *Zach* 10. c. Seminabo eos in populis, & de longe recordabuntur mei, & viuent cum filiis suis. De hoc semine dictum est *sup.* 1. c. Nisi Dominus Sabaoth, &c. e Et scietur in gentibus semen eorum,] id est, prædicatio. f Et germen eorum in medio populorum,] i. bona eorum operatio. Isti sunt duo testes, qui benè cognoscuntur, & quibus benè creditur semen, scilicet, sinceræ prædicationis, & germen bonæ operationis, sine quibus non debet quis audire in prædicatione. *Deuter.* 33. *Ierem.* 32. c. Seminabo domum Israel, & domum Iuda semine hominum, & semine iumentorum, scilicet, subtili & rudi prædicatione, *suprà* 27. b. Qui egredientur impetu à Iacob, implebunt faciem orbis semine.

h Omnes, qui viderint eos] Apostolos, & imitatores eorum concordes charitate. i Cognoscent illos, quia sunt semen qui benedixit Dominus] ex concordia charitatis. *Ioan* 13. d. In hoc cognoscent omnes, quòd mei discipuli estis, si dilectionem adinuicem habueritis, 1. *Ioan.* 3. b. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum, &c. Charitas enim est fons proprius quo potantur filij Dei, & discipuli Christi. Cui fonti non communicat alienus. *Prouerbiorum* 5. d & 15. d. Vel,

h Omnes, qui viderint eos,] in gloria.

i Cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus] Tunc enim cognoscent primò mali eos fuisse auctos & multiplicatos benedictione Dei. *Sap* 5. a. Quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est, *Inf.* 65. d. Semen benedictorum Domini est, *suprà* 6. d. Semen sanctum erit, id quod steterit in ea. *Psalm.* 111. Generatio rectorum benedicetur Deinde in persona Ecclesiæ de prædictis bonis gratias agentis subditur.

l Gaudens gaudebo in Domino] Gaudens de bonis viæ, gaudebo de bonis patriæ, & hoc in Domino, non in mundo. *Phil.* 4. a. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete. Ibi satis dictum est de ista materia.

o Et exultabit anima mea in Deo meo.] Caro quidem exteriùs tribulatur, sed anima interiùs iocundatur. Vnde 2. *Mach.* 6. g. dicitur de quodam martyre sic Cùm plagis inquit perimeretur, ingemuit, & dixit, Domine qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis, quia cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores; secundùm animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior, 2. *Corinth.* 4 d. Licèt, is qui deforis est, noster homo corrumpatur, tamen is, qui intus est renouatur de die in diem. Item 2. *Corinth.* 6. b. Quasi tristes, semper autem gaudentes. *Iud.* 16. c. Erat autem populus iocundus secundùm faciem sanctorum. Vnde autem gaudeat Ecclesia, subditur.

p Quia induit me,] Dominus, q Vestimentis salutis, & indumento iustitiæ circumdedit me,] id est, ipse Christus induit me, qui est iustitia, & salus. Iustitia in impiorum iustificatione. Et salus in bonorum retributione. *Rom* 13. d. Induimini Dominum Iesum Christum. *Gal* 3. d Quotquot baptizati estis in Christo, Christum induistis. Vel.

p Induit me vestimentis salutis] quantùm ad gratiam interiùs ornantem, & decorantem animam.

r Et indumento iustitiæ circumdedit me,] quantum ad bonâ operationem exteriùs munientẽ. Vestimenta salutis sunt virtutes. *Eccl* 9. b. Omni tempore vestimenta tua sint candida. Indumentum iustitiæ sunt opera bona. *Apoc.* 16. d. Beatus qui vigilat, & custodit vestimẽta sua ne nudus ambulet, & videant nuditatem eius. Indumentum iustitiæ est indumentum Sacerdotale. Vnde *Psalm.* 131. Sacerdotes tui induantur iustitiâ, &c. Item *suprà* 60. d. ponam præpositos tuos iustitiam. Item vestimenta salutis sunt contritio

⊙ & confessio

al.† non habet † enim.

a Quaſi ſponſum decoratum corona, & b quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis c Sicut † enim terra profert germen ſuum,

& circumdedit quantùm ad animam. a Quaſi ſponſum decoratum, &c.] q. d. ſicut ſponſus ornatur corona, ita ornauit me decenter honore Regni, & Sacerdotij quantum ad Reges, & Sacerdotes, & ſicut ſponſa ornatur monilibus, ita ornauit me perpetuæ religionis obſeruantiâ quantum ad plebem.

c Sicut enim terra.] Poſita ſimilitudine ſponſi & ſponſæ quantùm ad decorem & honorem, ponit adhuc aliam ſimilitudinem terræ quantùm ad bonorum multiplicationem, quam eis erat collaturus: dicens: Sicut enim terra profert germen ſuum, cœleſtibus pluuiis irrigata.

d Et ſicut hortus ſemen ſuum germinat,] id eſt, ſemen producit in germen beneficio fontium, & fluuiorum, vel pluuiarum.

e Sic Dominus Deus] id eſt, multiplicabit in te bonas, & laudabiles perſonas, qui iuſtitiam facient, & laudabunt Dominum, prædicabunt nomen Dei coram alijs gentibus.

Myſticè. ⊖ & confeſſio, veſtimentum autem iuſtitiæ eſt ſatisfactio. Quod autem contritio ſit veſtimentum ſalutis, dicitur in *Pſal.* 31. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Tegitur enim peccatum per contritionem, ne Deus videat ad puniendum. Item confeſſio eſt indumentum. Vnde *Pſalm.* 103. Confeſſionem & decorem induiſti amictus lumine, ſicut veſtimento. Confeſſio enim eſt indumentum in pœnitentibus, qui per confeſſionem mundantur à peccatis, & decorantur amictus lumine in contemplantibus. Item *Pſalm.* 43. Confuſio faciei meæ cooperuit me, quia verecundia confitentis, maximè peccata eius tegit. *Pſaml.* 68. Operuit confuſio faciem meam. Item ſatisfactio eſt indumentum iuſtitiæ, quia per ſatisfactionem induitur anima, & munitur & hoſtes iuſtitiantur & puniuntur. *Pſalm.* 68. Operui in ieiunio animam meam. *Iob.* 29. c. Iuſtitia indutus ſum, id eſt, ſatisfactione inſtituam te, *ſuprà* 59. d. Indutus iuſtitiâ vt loricâ. *Gregorius* ſic exponit. Induit me veſtimento. Cùm veſtimento induimur, ex omni parte circumdamur. Igitur veſtimento ſalutis induitur, quiſquis à languore peccati per Dei gratiam interiùs vndique cuſtoditur; & indumento iuſtitiæ circumdatur, qui vndique bono opere protegitur, vt nullam partem actionis ſuæ peccato nudam relinquat. Nam qui in alijs actionibus eſt iuſtus, in alijs iniuſtus quaſi vnum latus operuit, aliud nudauit. Et tali veſte induitur Eccleſia electorum velut æterni Regis ſponſa pretioſis virtutibus adornata tanquam monilibus, & in capite ſuo quod eſt Chriſtus diademate regio decorata. Vnde ſubditur.

a Quaſi ſponſum decoratum corona,] ſic ſupple, decorauit me. Hoc refertur ad caput Eccleſiæ, id eſt, Chriſtum.

b Et quaſi ſponſam ornatam.] Hoc refertur ad membra. *Gregorius* in præfat. Moral. *Iob.* 11. ponit hanc literam: Quaſi ſponſo poſuit mihi mitram, & quaſi ſponſam ornauit me ornamento. Quia igitur ipſe eſt in capite ſponſus, ipſa eſt in corpore ſponſa neceſſe eſt cùm aliquid de corpore dicitur, repentè ad vocem capitis aſcendatur, & è conuerſo. Et nota, quòd ſponſo, id eſt, Chriſto datur corona, quia ipſi triumphatori Regi, & Pontifici danda ſunt omnis honor, & gloria. Sponſa autem ornatur monilibus, id eſt, interiori, & exteriori affectionum, & ſenſuum apta cuſtodia, vnde pluraliter dicit, monilibus. Monile enim aliquando claudit veſtem non, non mentem. Sed ſponſam Chriſti decet habere duplex monile. Veſtis, & mentis, i. corporis caſtitatem, & mentis, ſiue cuſtodiam ſuorum ſenſuum exteriùs, & ſuarum affectionum cuſtodiam interiùs. Diſſolutio autem interior ſignum eſt interioris lepræ cupiditatis & voluptatis, ſicut de lepro ſo *Leu.* 13. f. dicitur. Habebit veſtimenta diſſuta. *Auguſt.* Impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius. *Eccl.* 19. d. Ex viſu cognoſcitur vir, & ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus. Amictus corporis & riſus dentium, & ingreſſus hominis nuntiant de illo. Vel poteſt dici, quod eadem anima, vel Eccleſia dicitur ſponſus, & ſponſa: Sponſus propter conſtantiam, & fortitudinem, ſponſa propter verecundiam, & fœcunditatem & ſollicitudinem. Vel ſecundum B. *Ier* n. per ſponſum & ſponſam exprimitur ſimilitudo duorum agminum in Eccleſia perfectorum, ſcilicet, atque incipientium. Perfectos ſponſi comparat pulchritudini, incipientes ſponſæ aſſimilat ornatum, quæ ornatur mundo muliebri, ſiue, vt cætera tulerunt vaſis, vel monilibus ſuis. Per hoc ergo notatur quod Eccleſia conſtat ex fortibus, & infirmis. Vnde *Gen.* 2. d. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Os fortitudinem habet caro fragilitatem. Et nota, quòd perfectis, qui ſunt quaſi ſponſus datur corona præmiorum, ſicut dicitur 2.*Tim.* 4. b. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ.

& ſicut d hortus ſemen ſuum germinat, ſic e Dominus Deus germinabit f iuſtitiam, & g laudem coram h vniuerſis gentibus

Imperfectis autẽ qui ſunt quaſi ſponſa, interim dãtur monilia exemplorum, & exhortationum. Monilia enim dicuntur quia monent. Exempla igitur Chriſti, & Sanctorum, & verba eorum, quia monentia ſunt, monilia dici poſſunt. Vnde Prædicatores monitores ſunt Domini. Sequitur.

c Sicut terra, &c.] Sicut dicit *Ieron.* hic ponit alterius comparationis exempla, quorum prius ad ſponſum, ſequens refertur ad ſponſam. Dicit ergo. Sicut terra profert germen ſuum, cœleſtibus pluuiis irrigata aliqui libri habent Sicut enim terra, &c. Sed Ieronymus non habet, enim.

d Et ſicut hortus ſemen ſuum germinat] beneficio fontium & fluminum.

e Sic Dominus Deus germinabit,] id eſt, germinare faciet in Eccleſia.

f Iuſtitiam] bonæ operationis.

g Et laudem,] ſinceræ prædicationis. Et hoc non in occulto, ſed.

h Coram vniuerſis gentibus,] quaſi dicat, ſicut terra, & hortus irriguus germinans, ſic Eccleſia Spiritu S. fœcundata reddet Domino fructum laudis, & bonæ operationis. Comparatur autem Eccleſia terræ, & horto propter perfectos, & infirmos, qui ſunt in ea. Terra enim, vt fructum faciat rigatur pluuia de cœlo, hortus autem rigatur riuulis, & flumine, Eccleſia ergo fructus facit, vt terra, & ſicut hortus, quia quidam maiores fuerunt in Eccleſia, vt Apoſtoli, qui non receperunt doctrinam, niſi à Domino, & illi dederunt fructum, vt terra. Quidam autem fuerunt, & ſunt minores in Eccleſia, qui irrigantur ab hominibus, ſicut à riuulis, & illi fructum dant, ſicut hortus Hoc eſt quod dicitur in *Pſal.* 113. Cœlum cœli Domino, quoad maiores; terram autem dedit filiis hominum, ad colendum, & hoc pertinet ad minores. Et hoc eſt, quod *ſuprà* dixit, ſponſum & ſponſam. Vel terra ſunt laici laboribus dediti, hortus autem ſunt clerici delitiis reſoluti. Deus autem rigat campos terræ, id eſt, laicos, ſed homines rigant hortos. Clerici enim & ſcolares ab hominibus erudiuntur, ſed laici à Deo per gratiam efficacius inſtruuntur, Vnde *ſuprà* 55. c. Quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, & vltra illuc non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti, ſic erit verbum, quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, &c. Et hoc eſt quod ſequitur.

e Sic Dominus Deus germinabit iuſtitiam] quantùm ad literam, id eſt, quantum ad laicos, qui per diuinam gratiam imbuti fructificant benè operando.

g Et laudem coram vniuerſis gentibus] quantùm ad hortos, id eſt, quantùm ad clericos in quibus rarò inueniuntur fructus iuſtitiæ, id eſt, iuſtæ operationis, ſed tamen fructum proferunt ſanæ eruditionis. Vel terra dicuntur ſæculares, & actiui in Eccleſia, hortus autem dicuntur clauſtrales, & contemplatiui. *Ier.* 31. b. Et erit anima eorum quaſi hortus irriguus. De horto dictum eſt *ſuprà* 58. c. Et nota, quòd terra profert fructum iuſtitiæ, quia actiui in operibus iuſtitiæ exercentur, hortus autem producit fructum laudis, quia contemplatiui diuinæ laudi mancipati ſunt, & gratiarum actioni. Item eadem anima dicitur, & terra hortus.

c Sicut enim terra profert germen ſuum,] ita fidelis anima germen bonæ cogitationis profert in plenum fructum bonæ operationis.

d Et ſicut hortus ſemen ſuum,] id eſt, ſibi commiſſum, germinat, ſic mens electorum ſuſceptum ſemen diuini verbi producit in fructum bonæ operationis. Sed hoc dicitur facere Deus, quia ipſe dat electis ſuis, vt hoc faciant, atque ita iuſtitiam rectè viuendi, & laudem prædicationis omnibus quæ ſub cœlo ſunt gentibus electi prænunciant. Et hoc eſt, quod dicitur: Sic Dominus Deus germinabit iuſtitiam, &c.

EXPOSI

EXPOSITIO CAP. LXII.

PRopter Sion non tacebo, &c.] Istud capitulum licèt multi Iudæorum exponant de aduentu sui Messiæ, & liberatione eorum futura per eum, tamen etiam alio modo exponitur à quibusdam, & totum fabulosè,& fallaciter. Et diuiditur in septem partes. Primò secundum A fabulam Propheta dicit se non posse silere, cùm euidens sit ei futura Chaldæorum destructio, & sui populi liberatio, *ibi* : Propter Sion, &c.]

CAP. LXII.

a PRopter Sion *b* non tacebo,& *c* propter Ierusalē non *d* quiescam, *e* donec egrediatur vt splendor iustus eius , & *f* saluator eius vt lāpas accēdatur,

Secundò prædicit eis pristini nominis , & honoris restitutionem, *ibi* : Et vocabitur tibi nomen nouum.] Tertiò, cohabitantium aptitudinem , & fœcunditatem, *ibi* : Habitabit enim iuuenis cum Virgine , &c.] Quartò , bonorum custodum sedulitatem, *ibi* : [Super muros tuos,&c.] Quintò, omnes inuitat,maximè autem bonos,& iustos ad orationem vt Ierusalem restauretur , *ibi* : [Qui reminiscimini Domini , &c.] Sextò , Dominum propitium fore affirmat , & eum introducit iurantem se facturum hoc quod desiderant , *ibi* : [Iurauit Dominus.] Septimò, Propheta ex promissione Domini confirmatus, populum ad reditum de Babylone inuitat , *ibi*. [Transite , transite,

Prima pars. &c.] Dicit ergo.

a Propter Sion ,] i. amore Sion, quia, scilicet, vehementer eius commodum desidero.

b Non tacebo] à precibus , quin pro eius liberatione deprecer. Vel. [Non tacebo] quin ei annunciem venturam prosperitatem. *c* Et propter Ierusalem ,] i. amore eius. *d* Non quiescam,] i. à prece, vel prædicatione non cessabo. *e* Donec egrediatur vt splendor iustus eius ,] i. donec veniat ille qui iustitiam ei faciat de suis hostibus, scilicet , Cyrus. *f* Et saluator eius vt lampas accendatur,] i. donec Cyrus saluet eos , ita vt omnes videant salutem eorum & prosperitatem. Iustus dicitur quantùm ad Chaldæos quos destruxit ; saluator quantùm ad Iudæos quos de captiuitate liberauit. Comparatur autem lapidi & splendori, quia manifesta fuit & Chaldæorum destructio, & omnibus nota , & similiter Iudæorum liberatio. Item lampas illuminādo consumit oleum, & consumendo illuminat ; sic Dominus dum Chaldæos consumpsit, in lumine & honore posuit.

A Sequitur. Et videbunt

Mysticè. Mysticè. *a* Propter Sion, &c.] Istud capitulum secundum veritatem litteræ exponitur de Christo à Sanctis , & etiam ab Andrea. *Ieron*. autem sic continuat. Dixerat Dominus & Saluator noster. Spiritus Domini super me , eò quòd vnxerit me,&c. vsque ad illum locum vbi scriptum est. Omnes qui viderint eos,cognoscent: quia isti sunt se-

Suprà 61.a. men cui benedixit Dominus. Postquam promissionem respondet Ecclesia gratias agens & dicens. Gaudens gaudebo in Domino , &c. Nunc Prophetæ introducitur persona dicentis. [Propter Sion non tacebo , & propter Ierusalem non quiescam,] id est, propter amorem Ecclesiæ triumphantis quæ dicitur Sion , & militantis quæ dicitur Ierusalem, quia, scilicet, ipsius iucunditatem & reparationem desidero.

b Non tacebo,] i. non silebo à precibus.

d Nec quiescam , à gemitibus & desideriis. *e* Donec egrediatur vt splendor iustus eius ,] i. donec in carnem apparenter veniat Dei filius. Vndè *infrà* 64.a. Vtinam dirumperes coelos & descenderes. *Cant*. 1.a. Osculetur me osculo oris sui. Vel loquitur Propheta in persona omnium Prophetarum, dicens.

a Propter Sion, &c.] Idem autem significatur per Sion & Ierusalem , scilicet, plebs fidelium , propter quam instruendam Isaias non tacuit , neque quieuit, i. non cessauit prophetare.

e Donec vt splendor egrederetur iustus eius ,] i. Christus , quia omnes Prophetæ , & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt , vt dicitur *Matth*. 11. b. Et nota quod dicit [donec egrediatur vt splendor iustus eius. Egrediatur ,] scilicet , de sinu Patris in vterum Virginis , & de vtero Virginis in mundum tenebrosum , [vt splendor] ad illuminandum tenebras nostræ ignorantiæ quantum ad intellectum ,] dicitur [iustus eius ,] i. Sion. i. qui iustificat Sion. De quo iusto dicitur *Ierem* 23. b. & 33. e. Hoc est nomen quod vocabunt eum , Dominus iustus noster. Splendor autem dicitur. *Hebr*. 1. b. Qui cum sit splendor gloriæ, & figuræ substantiæ eius,&c. *f* Et saluator eius vt lampas accendatur] vt ipse accensus alios accendat quantum ad affectum. Lampas enim , Græcè , idem est quod flamma Latinè. Ad hoc ergo Christus venit in mundum, vt illuminaret intellectum ad cognitionem sui , & accenderet affectum ad amorem sui. *Luc*. 12.f Ignem veni mittere in terram , & quid volo nisi vt ardeat ? Iustus autem dicitur Christus & Saluator , Iustus in retributione , Saluator in iustificatione. Vel iustus , malos puniendo , Saluator , bonos remunerando. Et nota quod Christus bene comparatur lampadi. In lampade enim tria concurrunt, vitrum,oleum,ignis : & Christus habuit vitrum humanitatis , & oleum gratiæ , & veritatis, & ignem Diuinitatis: Caro enim Christi comparatur vitro propter mundiciam: quia sine peccato fuit, peccatum enim non fecit,nec construxit: Et propter fragilitatem,vitrum enim fragile est,& Christus infirmitates carnis assumpsit. Vndè & contemptibilis inter homines apparuit , secundùm illud *Iob* 12.a. Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum , parata ad tempus statutum. Item cum vitrum aptatur ligno , fit speculum , & potes ibi videre faciem tuam , & quantò magis vitrum frangitur , tantò plures ibi resultant imagines : ita & caro Christi aptata ligno Crucis , formam , nobis monstrat , & imaginem ostendit, pendens enim in Cruce dixit. *Ioan*. 19. e. Mulier ecce filius tuus. Item Christus habuit oleum gratiæ , & pietatis , lene & mitigatiuum ad sanandum ægros; pingue & confortatiuum ad cibandum famelicos ; lucens & illuminatiuum ad illuminandum tenebrosos : Oleum enim sanat , cibat , & illuminat. De hoc oleo dicitur *suprà* 5.a. Vinea facta est dilecto meo in cornu filii olei. Item *suprà* 10 f. Computrescet iugum à facie olei. *Cant*. 1.a. Oleum effusum nomen tuum. Item ignem Diuinitatis habuit. Deus enim fuit & homo. *Deut*. 4. d. Deus noster ignis consumens est. *Baruch*. *cap*.2. Deus ostendet splendorem suum in te qui sub cœlo est. Aliter exponitur vt Propheta loquatur in persona Apostolorum. Loquens igitur Aliter. Chorus Apostolorum , & Prædicatorum in primitiua Ecclesia dicit.

a Propter Sion non tacebo] à Prædicatione , quamuis, scilicet , loqui prohibeat nos Sion , & quamuis mortem minetur Sion, i. Reges , & Principes. Sion enim est turris Dauid.

c Et propter Ierusalem,] i. propter Sacerdotes & Scribas. *d* Non quiescam ,] i. non cessabo ab aperta prædicatione. *Act*.4 d. Si iustum est vos audire potiùs quam Deum, iudicate, non enim possumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui. Item *Actor*. 5. e. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Hoc est contra Prædicatores, qui parcunt vitiis Magnatum, qui propter Reges Sion, & Sacerdotes Ierusalem elingues, & muti fiunt. Sed Propheta dicit. *a* Propter Sion non tacebo ,] i. propter Reges , & milites non silebo à veritate prædicationis.

c Et propter Ierusalem non quiescam ,] i. propter Sacerdotes inuidentes , & obloquentes, non cessabo a continuatione bonæ operationis, vel ab executione iustæ animaduersionis. Reges enim , & Principes sæpe volunt vt taceatur veritas verbi Dei. Vnde *Ieremia* 26. g. Audiuit Rex Ioachim , & omnes potentes & Principes eius verba Vriæ, & quæsiuit Rex interficere eum, *sup*. 30. b. Populus ad iracundiam prouocans est, & filii mendaces , filii nolentes audire legem Dei , qui dicunt videntibus , nolite videre, & aspicientibus , nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Similiter & Sacerdotes nolunt audire verbum Dei. Vndè *Amos* 7. c. Dixit Amasias Sacerdos ad Amos . Qui vides, gradere , fuge in terram Iuda , & comede ibi panem , & prophetabis,& in Bethel non adiicies vt vltra prophetes, quia sanctificatio Regis est , & domus Regni est.

e Donec egrediatur vt splendor iustus eius , & saluator eius vt lampas accendatur,] id est,donec egressus iusti in Natiuitate, & accensio Saluatoris in Passione , per prædicationem in cordibus hominum manifestetur. Iustus enim , id est , Christus filius Dei , de vtero Virginis egressus est in natiuitate sicut splendor , quia sicut sidus radium, profert Virgo Filium pari formâ , neque sidus radio , neque mater Filio fit corrupta. Hoc est quod dicitur , vt splendor. Saluator autem accensus est vt lampas in Passione,tunc enim calorem, vel caminum suæ charitatis longè latéque diffudit, vt iam non sit qui se abscondere valeat à calore eius. Tunc enim Sol iustitiæ in altum eleuatus est, vt omnibus radios sui caloris effunderet. *Apocal*. *cap*. 1. d. Facies eius sicut Sol in virtute sua Egressio autem eius, & accensio manifestata sunt in Apostolorum prædicatione,& aliorum Doctorum De his duobus simul dicitur in *Psalm*. 18. A summo cœlo egressio eius ; & occursus eius vsque ad summum eius,nec est qui se abscondat à

Sequitur. *a* Et videbunt gentes iustum tuum] ô Sion, id est, Cyrum qui fortè puniet hostes tuos.
c Et cuncti Reges inclytum tuum,] i. gloriosum tuum, Cyrum, scilicet, qui te gloriosè liberauit. Vel.
b Iustum] vocat Iesum Sacerdotem magnum.

Secunda pars.

Et *a* videbunt gentes *b* iustum tuum *c* & cuncti reges inclytum *d* tuum. Et *e* vocabitur tibi *f* nomen nouum quod os Dñi nominauit. Et *g* eris *h* corona gloriæ in *i* manu Dñi, & *k* diadema regni in manu Dei tui. Non *l* vocaberis vltra derelicta, & *m* terra tua non *n* vocabitur ampliùs desolata. Sed *o* vocaberis *p* voluntas mea in ea, *q* & terra tua † inhabitabitur. *r* Quia complacuit Dño in te, & *s* terra tua inhabitabitur. *t* Habitabit enim iuuenis cum virgine, & *u* habitabunt in te filij *x* tui. Et *y* gaudebit sponsus super

Al. † inhabitata.

d Inclytum] dicit Zorobabel, ducem eorum.
e Et vocabitur tibi nomen nouum quod os Domini nominauit,] i. renouabitur tibi nomen pristinum quod iam quasi extinctum, & annihilatum erat, quæ dicebaris priùs vrbs fidelis, ciuitas iustitiæ, & populus Domini peculiaris.
B
g Et eris corona gloriæ,] i. coronata eris gloriosè, quantum ad Pontifices. Et hoc *i* In manu Domini,] i. de manu Domini, quia ipse Dominus dabit tibi coronam Sacerdotij. Vel. [In manu Domini,] i. in protectione Domini.
k Et diadema Regni in manu Dei tui] quantum ad Reges quos Dñs proteget in dominio & honore Regio.
l Non vocaberis vltra derelicta] à Deo, vel à multitudine filiorum & habitantium.
m Et terra tua,] i. circumiacens tibi ô Ierusalem.
n Non vocabitur ampliùs desolata] sicut fuit tempore captiuitatis. *o* Sed vocaberis] hoc nomine, scilicet.
p Voluntas mea in ea,] i. dicetur de te, hæc est ciuitas quæ facit voluntatem Dei sui, & hoc est nomen nouum quod suprà dixit. *q* Et,] ideo quia voluntatem Dei facies, [terra tua inhabitabitur] à Deo protegente, vel à multitudine populosâ ibi degente. Et hoc non meritis tuis faciet Dominus, sed.
r Quia complacuit Domino in te] habitare, scilicet, & protegere te. *s* Et,] ideo terra tua inhabitabitur. Hoc repetit ad maiorem confirmationem. Quidam tamen libri non habent, sed *Ierom.* habet. Et bene dico quòd inhabitatur terra tua. *t* Habitabit enim iuuenis cum virgine.] Et hi non erunt de alienis geniti, sed de te. Vndè subdit.

Tertia pars.

u Et habitabunt in te filij tui] non hostes tui, nec alieni.
y Et gaudebit sponsus super spõsam,] q.d. in te erunt iuuenes & virgines, coniugati & senes, ita vt multos habeas in te genitos & multos genitores, & simol omnes gaudenter, & concorditer

Mysticè.

calore eius. *a* Et videbunt gentes] per fidem.
b Iustum tuum,] i. Christum. *c* Et cuncti Reges,] quorum cor in manu Dei. *Prou.* 21. a. *d* Inclytum tuum,] i. Christum, quia sicut lampas lucebit & ardebit, vt omnibus resplendeat, *sup.* 60. a. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Iustus dicitur Christus, quia iustificat in præsenti per gratiam. Et inclytus, i. gloriosus, quia inclytos faciet suos in futuro per gloriam. Inclyti autem, & nobilis patris non debent esse filij rusticani & ignominiosi, quod est cõtra illos qui filios Dei se dicunt, & tamen ignominiosè & vilia sectantur & diligunt, vt in *Psalm.* 4. secundum aliam litteram dicitur. Filij viri inclyti vsquequò diligitis ignominiosè vanitatem? Et *Thren.* 4. a. Filij Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli? *e* Et vocabitur tibi] ô Ecclesia.
f Nomen nouum,] quia Christiana vocaberis, & filij tui Christiani vocabuntur *Act.* 11. c. Cognominati sunt Antiochiæ primùm discipuli Christiani. Et quæ priùs Synagoga, modò dicitur Ecclesia, & qui priùs alieni à Deo, modò filij Dei nominantur. Hoc est nomen nouum 1. *Ioan* 3. a. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt & filij eius nominemur, & simus. *Baruch.* 5. b. Nominabitur tibi nomen tuum à Deo in sempiternum pax iustitiæ, & pietatis *infr.* 65. Vocabit seruos suos nomine alio. *Ioan.* 15. b. Iam non dicam vos seruos. *Apocal.* 2. e. Dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum, quod nemo scit nisi qui accipit. Nota *Gloss. Hai.* Mos est Hebræis ex nouis rebus noua nomina imponere. Vt enim aiunt, Abraham prius dictus est Ram. Quod inde coniiciunt. Helui, *Iob* 32. a. Filius Barachel Buzites de cognatione Ram. Deinde Abram, i. pater excelsus. *Genes.* 11. d. Tandem Abraham. *Gen.* 17. a. Similiter priùs Simon, postea, Petrus. *Ioan.* 1. f. *Marc.* 3. b. *Matt.* 16. c. *g* Et eris] ô tu Ecclesia. *h* Corona gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui,] quia Christus accingitur & coronatur multitudine fidelium, qui sunt quasi corona eius & diadema. *Prou* 12. a. Mulier diligens corona est viro suo; i. Ecclesia audiens verbum Dei, & implens eius præceptum, corona est Christo. Ista autem corona siue diadema in manu Dei est, quia Ecclesia Deum habet in honore, & Deus habet Ecclesiam in protectione. *Sap.* 3. a. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ, sed tormentum pœnæ tantum. Licèt enim in manu Dei sint omnes terræ, specialiter tamen Sancti in Dei protectione seruantur. Vndè *Deut.* 33. a. Omnes Sancti in manu Dei sunt, & qui appropinquant pedibus eius accipient de doctrina. Sicut autem Ecclesia corona est Christo, ita plebs obediens & deuota corona est Prælato suo. Vndè *Philip.* 4. a. Fratres charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea, Gaudium in præsenti corona in futuro. Simile dicitur 1. *Thess.* 2. d. Item 2. *Cor.* 1. c. Gloria vestra sumus, sicut & vos nostra. *Prou.* 17. a. Corona senum filij eorum, gloria filiorum patres eorum. Ibi habet alia littera. Corona patrum gloria liberorum, & profectus populi epulæ Sacerdotum. *Zach.* 6. c. Sumes aurum, & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedech Sacerdotis magni. Et postea subditur: Et coronæ erunt Helen, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ memoriale in templo Domini. Nota quòd coronæ dantur, non tantum Iesu, sed etiam alijs. Similiter Christo debetur honor, & Sanctis. Sancti autem coronas suas Christo offerunt: quia victoriam vitiorum Christo attribuunt. Ad quod significandum ramos palmarum Cruci affigimus in Ramis palmarum. Hoc est quod dicitur *Apoc.* 4. d. Viginti quatuor seniores mittebant coronas suas ante thronum, dicentes. Dignus es Domine accipere gloriam, & honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia. Per quatuor autem qui dicuntur in prædicta auctoritate Zachariæ, significatur quadruplex ordo Sanctorum qui coronantur in cœlis. Apostolorum, Martyrum, Confessorum, atque Virginum. Helen interpretatur postes, & significat Apostolos qui fuerunt postes, & columnæ Ecclesiæ, qui & liniti sunt sanguine Agni. *Exod.* 12. quia in memoria Passionis Christi molliti, & intincti sunt per deuotionem. Per Tobiam, qui interpretatur bonus Domini, significantur Martyres, de quibus cantatur. *Victorum genus optimum*, non bonum tantum, sed optimum. Per Idaiam, qui interpretatur notus Domini, significantur Confessores, qui per fidem infusam, & per doctrinam notitiam Dei habuerunt. Per Hen, qui interpretatur gratia, significantur Virgines quæ gratiam cumulatam à Deo acceperunt. Vndè *Eccl.* 26. c. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. Item de ipsis virginibus cantatur. Diffusa est gratia in labiis tuis. Sequitur. *l* Non vocaberis vltra derelicta] à Deo, scilicet, in peccatis.
m Et terra tua,] i. habitatio tua *n* Non vocabitur, &c.] i. sine solatio in tribulationibus, scilicet, & miseriis, quia, scilicet, Christum semper habebis, qui dat gratiam contra culpam, & consolationem contra tribulationem, & miseriam. *Matth.* vlt. d. Vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. *o* Sed vocaberis, &c.] quasi dicat, ex me nomen habebis: voluntatem enim meã facies, & propter hoc dicetur de te: Hæc est quæ voluntatem Dei facit, 1. *Thess.* 4. a. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. In loco autem sancto, & in mundo hospitio Deus inhabitat, vnde subditur. *q* Et terra tua, &c.] à Deo. *Psalm.* 44.
r Quia complacuit, &c.] i. quia in te placitam mansionem inuenit. *Ioan.* 14. c. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, &c. & mansionem apud eum faciemus. Vel, [Complacuit Domino in te.] Dominus enim dicitur complacere sibi in homine, sicut pater in filio complacet sibi, quando eum imitatur, & non degenerat à moribus paternis. *Prou* 3. b. Quasi pater in filio complacet sibi. *Prouerb.* 8. d. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Vel, [Complacuit Domino in te,] i. & per te placitum fieri constituit. *Exod.* 33. d. Clemens ero in quem mihi complacuerit. *s* Et terra tua inhabitabitur:] quia habitatio Ecclesiæ numero fidelium repleta est. Et repetitio duplicem notat inhabitationem, scilicet, mentis, & corporis. Vndè subditur. *t* Habitabit enim] in ea [iuuenis, scilicet, cum Virgine] Ioseph, vel Ioannes cum Maria, Chrysantus cum Daria. *u* Et habitabunt in te] numero & merito.
x Filij tui] spiritualiter in Christo regenerati per lauacrum regenerationis Spiritus sancti. Et dicit, [vt notetur dilectionis vnitas. *Actor.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna. *y* Et gaudebit sponsus super sponsam,] id est, Christus super Ecclesiam pro

denter, & concorditer habitabunt. Et quod plus est.
a Gaudebit super te Deus tuus,] i. de concordiâ tuâ, & prosperitate tua lætabitur. Post multitudinem autem habitantium, subdit de securitate habitationis dicens.

Quarta pars. *c* Super muros tuos, &c.] ad litteram, vt securè populus interior inhabitet.

sponsam, *a* & gaudebit super te Deus *b* tuus. *c* Super muros tuos Ierusalem *d* constitui custodes, *e* tota die, & tota nocte perpetuò non *f* tacebunt. *g* Qui reminiscimini Dñi, *h* ne taceatis, & *i* ne detis silentium ei, *k* donec stabiliat, & donec ponat *l* Ierusalem *m* laudem in terra. *n* Iurauit Dñs in *o* dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ: Si *p* dedero triticum tuum vltra cibum inimicis

e Totâ die & totâ nocte, &c.] sed semper officium custodum complebunt, boris, scilicet, & temporibus constitutis tam in die, quàm in nocte, secundum quod erit necesse. Sequitur.

Quinta pars. *g* Qui reminiscimini Domini.] Hic inuitat Propheta Iudæos, propter beneficia prædicta ad gratiarum actionem, vel ad orationem pro completione prædictorum dicens: [Qui reminiscemini Domini.] O vos iusti de Iudæis.
h Ne taceatis [à precibus, & desideriis. *i* Et ne detis silentium ei,] i. non sileatis coram Domino, sed magis postulantes clametis.
k Donec stabiliat, &c.] i. donec stabiliter ponat.
l Ierusalem laudem in terra,] i. laudabilem, vt scilicet, ipsa Ierusalem laudetur ab omnibus gentibus, vel vt ipsa sit laus ipsius Domini, in qua, scilicet, & per qua Dominus laudabilis ostendatur.

Sexta pars. *n* Iurauit Dominus.] Hic dicit Propheta orationem eorum exauditam, Dominum iurantem introducens sic. [Iurauit Dominus,] i. immobiliter statuit. Iurauit deo.
o In dextera sua, &c.] Loquitur secundum morem hominum in quo iurans leuat manum suam Sicut dicitur de Abraham, *Genes.* 14.d. Leuo manum meam ad Dominum Deum, i. iuro. Vel per dexteram, & per brachium Dei intelligitur potentia eius, per quam firma sunt, quæ ipse disponit facere. Vndè signanter dicit: [Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ,] i. per fortitudinem suam, & potentiam, quæ significatur per dexteram eius, & brachium, firmaturum se, & completurum, id quod sequitur. Hoc, scilicet. *p* Si dedero triticum, &c.] i. non dabo. Vel Aposiopisis est, quasi dicat, non credaris mihi de cætero si hoc fecero vltra. Per hoc autem, quod dicit [vltra innuit, quòd aliquando triticum eius comederunt hostes eius. *Leu.* c 26.c. Frustra seretis se-

Δ mentem quæ ab hostibus.

Mysticè. ⊖ siam pro multitudine filiorum. *Ioan.* 3. d. Qui habet sponsam sponsus est. *Psalm.* 18. Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. *a* Et gaudebit super te] ô Ecclesia. *b* Deus tuus,] i. Deus Pater, i. gaudere te faciet etiam in tua prosperitate. Quia verò multitudo filiorum habitantium in Sion indiget custodia, ideo subditur in persona Dei Patris ad Ierusalem, i. Ecclesiam loquentis sic. Super muros tuos] ô Ierusalem, i. super choros Prælatorum. Prælati enim muri sunt Ecclesiæ, sicut dictum est *sup.* 60.d. Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Et *Cant.* 8. c. Ego murus & vbera mea turris. Ecclesia dicitur murus quantùm ad Prælatos, cuius vbera, i. Prædicatores, & Doctores sunt sicut turres, i. alti, & duri, & securi. Dicit ergo. [Super muros tuos] ô Ierusalem,] i. super munitionem Prælatorum.
d Constitui custodes] Angelorum. *Bern.* Benignus es Domine qui non es contentus nostrorum fragilitate murorum, sed ipsis hominum custodibus Angelicam custodiam superponis. *Hebr.* 1. d. Omnes sunt administratorij spiritus missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Vel muri Ecclesiarũ fuerunt ipsi discipuli Apostolorũ, quorum custodes fuerunt Apostoli; Vel muri Ierusalem sunt munitiones constitutionum, & disciplinarum Ecclesiæ. Super quos muros Dominus constituit custodes, quia in congregationibus Religiosorum præpositus ordinauit ad custodiam murorum, i. regularium constitutionum, vt errata corrigant, & emendent, & pro loco, & tempore vbi oportuerit dispensent, non pro voluntate dissipent. Sicut enim dicit *B. Bern.* super fratrum transgressiones, non super Patrum traditiones constituitur qui Abbas efficitur. *e* Tota die, &c.] i. semper horis, & temporibus constitutis & opportunis exhortabuntur, & prædicabunt, & hostium insidias manifestabunt ciuibus. Vel non tacebunt à precibus, & piis desideriis. Vel. [Tota die, & tota nocte perpetuò non tacebunt,] id est, nec in prosperitate, nec in aduersitate cessabunt ab annunciatione. *Act.* 4. d. Non possumus non eloqui, quæ audiuimus *sup.* 58.a. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. *Ezech.* 3.b. Vt Adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam. Debet enim facies Prædicatoris esse dura, vt Adamas contra despectum, vt non sentiat si despiciatur. Debet etiam esse vilis, vt silex contra pretium, & gloriam seculi, vt si putetur ab hominibus magnus, & gloriosus, ipse se ipsum vilem reputet, & nullum. Vel. *f* Non tacebunt] à laude Dei. *Apo.* 4. c. Requiem non habebant die ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus. *Psalm.* 33. Benedicam Dominum in omni tempore, &c. Vel. [Non tacebunt] à confessione peccati. Multi tamen sunt qui quantùm ad hoc valde strictum tenent silentium, celatores suorum peccatorum, & iactatores meritorum. In quorum persona dicit † *Psalm.* 31. Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea dum clamarem tota die. Tacui, scilicet, peccata dum clamarem merita *Aug.* ibi in Glo. Pharisæus tacuit peccata, & clamauit merita, tacuit confessionem, & clamauit de meritis præsumptionem; sana membra Medico ostendebat, vulnera tegebat. *Luc.* 18.b. Gratias tibi ago Domine, quia non sum sicut cæteri hominum, &c. contra quod dicit *Greg.* Si medicinam expectas, oportet, vt vulnus detegas. *Sen.* Vulnera clausa plus cruciant, sed dum putredo, quæ intus feruet eicitur, ad salutem vulnus aperitur. Tale ergo silentium malum est. Sed est bonum silentium, de quo *Eccl.* 20.a. Est tacens & ipse inuentus prudens. Sequitur. *g* Qui reminiscimini] Prædixit custodes semper clamaturos, & nunquam tacituros affirmauit: Hic Propheta conuertens sermonem ad ipsos custodes, ad hoc idem inuitat eos, scil. vt non taceant. Prædestinatio enim Dei, precibus Sanctorũ, & exhortationibus adiuuatur. Dicit ergo. [Qui reminiscimini Dñi] mente ô vos custodes, i. Prælati, vel Prædicatores. *h* Ne taceatis] ore. *i* Et ne detis silẽtium ei,] i. Dño cessantes à bona operatione, quæ efficaciùs loquitur, quam lingua. Vel. *h* Ne taceatis] ad populum in prædicatione, exemplo Michææ, qui ait vt dicitur 3. *Reg.* 22.c. Viuit Dñs, quia quodcunque dixerit mihi Dñs, hoc loquar. 2. *Tim. vlt.* a. Insta opportunè, importunè. *Ier.* 20.b. Dixi, non recordabor eius, neque loquar vltra in nomine ipsius & factus est sermo in corde meo quasi ignis æstuans, claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens. *i* Et ne detis, &c.] i. Dño in oratione, q. d. semper petatis ab eo, & super eum inuocetis, vt sic illum ad respondendum vobis quodammodo per instantiam vestræ orationis compellatis. Hoc enim est non dare silentium ei, eum, scil. ad loquendum, & ad respondendum sibi prouocare, & compellere eum, secundum quod dicitur *sup.* 58.c. Tunc inuocabis, & Dñs exaudiet. Petrus non dabat silentium Christo, qui tot faciebat ei quæstiones, vt sic Dñs responderet ei *Matth.* 19.d. Ecce nos reliquimus omnia &c. quid ergo erit nobis, Item *Ioan.* 6.g. Domine ad quem ibimus? *Luc.* 11. b. Si perseuerauerit pulsans, dico vobis, etsi non dederit ei surgens, eo quòd amicus eius sit propter improbitatem, tamen eius surget, & dabit ei quotquot habet necessarios: Et ego dico vobis, petite, &c. Vel [Nan detis silentium ei,] i. non sileatis ei, sed mundo. Homo enim iustus, maximè Religiosus mundo debet dare silentium, ne loquatur de his, quæ mundi sunt, sed Deo debet dare verba in oratione, & gratiarum actione. *Os.* 14.a. Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dñm. *k* Donec stabiliat, &c.] i. donec stabiliter ponat. Ierusalem,] i. Ecclesiæ. *m* Laudem in terra,] i in hoc mundo, i. donec Ecclesia in hac peregrinatione posita firmetur, & longè latéque diffusa vbique laudetur, & vbique laudet Creatorem suum. Hoc fecerunt Apostoli, & primitiui Ecclesiæ custodes, qui in continuo clamore prædicationis, & orationis perdurauerunt, donec Christus stabiliuit Ecclesiam post persecutionum fluctuationem, & posuit eam laudem in terra post ignominiam, & confusionem. Vel aliter *g* Qui reminiscimini Dñi,] i. ô vos omnes fideles si Dñm pro desiderio recolitis. *h* Ne taceatis, &c.] sed indefessis precibus semper clametis. *k* Donec stabiliat, &c.] i. donec Ecclesiã fluctuãtem in pelago huius sæculi stabiliat in terra beatæ soliditatis, & ponat. Ibi eam in laudem, & gloriã, vt dicat Laudabo Dñm in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero, i. semper, quia semper ero. *n* Iurauit Dñs, &c.] Post preces sequitur securitas de auditione. Vndè dicit: [Iurauit Dñs in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ, i. Deus Pater immobiliter, & immutabiliter statuit, & sanxit Christo, qui est eius virtus, & fortitudo, vt dicitur. 1. *Cor.* 1.d. In quo omnia fecit, & recreauit, sicut dicit *Psalm.* 103. Omnia in sapientia fecisti. Item *Ioan.* 1 a. Omnia per ipsum facta sunt. Quid autem statuerit subdit. *p* Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis,] id est, non dabo-

mentem, quæ ab hostibus deuorabitur. *a* Et si biberint, &c.] i. alienarum gentium.

b Vinum tuum, &c.] i. non bibent. Vel Aposiopesis est. Et bene dico, quod non bibent alieni vinum tuum, nec comedent triticum tuum.

tuis, *a* & si biberint filij alieni *b* vinum tuum in quo laborasti. *c* Quia qui congregant illud *d* comedent, & *e* laudabunt Dominum, *f* & qui comportant illud, *g* bibent in atriis sanctis meis. *h* Transite i transite per *k* portas, *l* præparate viam populo, *m* planum facite iter, & *n* eligite

c Quia, & cætera] triticum, scilicet, [comedent.] Et est illud Diasyrmicũ.

e Et laudabunt Dominum] pro beneficio saturationis.

f Et qui comportant illud] scilicet, vinum.

g Bibent in atriis sanctis meis,] id est, in habitationibus, & ciuitatibus suis sibi à me collatis. Quas vocat atria, per dilatationes, & sancta, pro ipsius Domini cultu, & veneratione, quia vbique solum Deum timebunt, & venerabuntur. Vel tangit illud, quod dicitur *Deut.* 14. c. Quod in Ierusalem offerebant primitias frugum terræ, & epulabantur coram Domino de

Septima pars. bonis suis. *h* Transite. Hic inuitat eos ad redeundum de captiuitate dicens,] Transite per portas,] i. citò reuertimini de Babylone ò vos Iudæi, quia portæ vobis apertæ sunt ad redeundum. Et ò vos gentes per quas transituri sunt. *l* Præparate viam populo] Israel, scil. *m* Planum facite iter & eligite lapides,] quasi omnia impedimenta remouete. *Ierem* 50 d.

Mysticè. ⊕ *a* Et si biberint, &c.] i. non bibent. Triticum Ecclesiæ & vinum, est sacra Scriptura: Quæ triticum est vbi confortat, & dicitur vinum vbi lætificat. Confortat enim laborantes, & lætificat mœrentes. Vel triticum dicitur, vbi difficilis est, & cum labore intelligitur: vinum vbi cum facilitate sumitur. *Zach.* 9. d. Quid est bonum eius quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, i. quod comedunt, & vinum germinans Virgines, i. germinare faciens castas mentes quæ tamen erant ante steriles. Vel dicitur triticum, quantùm ad amicos: vinum quantùm ad charissimos. *Cant.* 5. a. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Istud triticum, & illud vinum sacræ Scripturæ non datur inimicis in cibum, nec filiis alienis in potum, i. Iudæis *Matth.* 21. d. Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Item triticum, & vinum Ecclesiæ est Corpus, & Sanguis Christi, *Ioan.* 6. f. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Quod non debet dari inimicis, i. peccatoribus notoriis. 1. *Cor.* 11. g Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Item triticum Ecclesiæ sunt virtutes, & bonæ operationes, vinum autem sunt spirituales consolationes, & delectationes, quæ non debent conuerti ad extraneos, per malam intentionem, quia tunc in talibus delectantur inimici, & alieni, id est, Dæmones. Tales miserrimi sunt qui de labore suo pascunt, & potant Dæmones, cum bonam operationem conuertunt in inanem gloriam. *Leuit.* 26. c. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Item *Deut.* 28. d. Vineam plantabis, & fodies, & non bibes vinum *Amos* 5. c. Vineas amantissimas plantabitis, & non bibetis vinum earum. *Michea* 6. d. Calcabis mustum, & non bibes vinum. *Soph.* 1. c. Plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. Tales sunt Magistri, vel auditores, vel Prædicatores illi, qui triticum & vinum Theologiæ dant inimicis, cũ pro diuitiis, vel vitiis, vel laudibus hominum prædicant, vel docent, vel audiunt. Inimica enim est diuitiis scientia illa quæ docet paupertatem. Item superbiæ, quæ docet humilitatem. Item luxuriæ, & gulæ, quæ docet castitatem, & sobrietatem. Sed veri filij Ecclesiæ tritico, & vino suo pascuntur. Vndè subditur.

c Quia qui, &c.] triticum, scilicet.

d Comedent,] i. in nutrimentum suum, & augmentum spirituale triticum sacræ Scripturæ conuertent. Quod est contra multos, qui sacræ Scripturæ diuersas auctoritates quasi diuersas spicas cõgregant, & alienis distribuunt, nihil inde gustantes, qui id quod sciunt, vel dicunt, ad benè viuendum non conuertunt, sed alios inde pascunt, & fructum tribuunt. De quibus *Iob* 24. b. Esurientibus tulerunt spicas, inter aceruos eorum meridiati sunt qui calcatis torcularibus sitiunt, sicut nutrix, & sicut Columbe. *Osea* 8. b. Culmus stans non est in eo, germen, non faciet farinam; quod etsi fecerit, alieni comedent eam. Item *Aggai* 1. b. Seminastis multum, i. multum prædicastis, vel studuistis, & intulistis parum, i. parum ad vestrum profectum conuertistis. De talibus non fuit *Iob* qui ait 31. a. Si secutus est oculus meus cor meum, & si manibus meis adhæsit macula, seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur.

e Et laudabunt Dominum] omnia illi attribuendo. Vel.

c Qui congregant illud studendo.

d Comedent] sanè & spiritualiter ipsam Scripturam intelligendo. *e* Et laudabunt Dominum] dicentes Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum. Vel.

c Qui congregant illud] in præsenti laborando. *d* Comedent] in futuro *Psalm.* 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. *Prou.* 15. b. & 28. c. Qui operatur terram suam, saturabitur panibus, i. qui carnem edomat disciplinis, vel animã exercet spiritualibus studiis, vel plebem subditam excolit vomere prædicationis, satiabitur panibus virtutum in præsenti, & æternorũ præmiorum in futuro. *Ps.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, &c. *Eccl.* 20. d. Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum, i. altum faciet. In quo notantur duo, copiositas, scil. frugum, & sublimitas. *e* Et laudabunt Dñm] de satuitate adepta. *Psalm.* 21. Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum. *f* Et qui comportant illud] scil. vinum sacræ Scripturæ i. qui diuersas sententias, vel auctoritates Scripturæ, quasi diuersos botros comportantes in prædicatione, vel lectione adiciunt. *g* Bibent, &c.] i. in Ecclesiæ conuenticulis, & distinctis fidelium ordinibus sua prædicatione iocundabuntur, & reficientur in præsenti, vel in futuro in atriis æternarum mansionum saturabuntur. *Zach.* 9. b. Bibentes inebriabuntur quasi vino, & replebuntur phialæ, & quasi cornua altaris.

h Transite, transite.] Hic Propheta eos qui foris sunt alloquitur, & inuitat ad intrandum in ciuitatem taliter munitam, & abundantem, vbi fideles custodes sunt, sicut prædictum est dicens.] Transite transite per portas,] i. exite de portis mortis, & de portis Babylonis Quæ duæ sunt: Amor, scilicet, malè accendens, & timor malè humilians. Quæ dum dicuntur in *Ps.* 9. Incensa igni, & suffossa, &c. Per has portas transire debemus de Babylone eas conculcando, vt relinquamus. Per alias portas intrandum est in Ierusalem, id est, per doctrinam Apostolorum, vel per virtutes, quæ ducunt in cœlum, vel per Sacramenta Ecclesiæ quæ nos congregant in numero fidelium. Portæ enim conuenienter dicuntur Sacramenta; quæ portæ sunt quatuor secundum quatuor partes Orbis. Porta ad Orientem sunt Sacramenta intrantium, vt Baptismus. Ad Occidentem, Sacramenta exeuntium, vt Extrema vnctio. Ad Austrum, Sacramenta itinerantium, vt Eucharistia. Ad Aquilonem, Sacramenta pugnantium, vt Matrimonium, Ordo, Pœnitentia. Dicit ergo omnibus. *h* Transite] peccata relinquentes. *i* Transite] terrena contemnentes, *k* Per portas] Sacramenta, s. Ecclesiæ fideliter suscipientes, & sic in Ecclesiam merito, & numero conuenientes. Sed quia cortina cortinam debet trahere, & qui iam intrauit, alios similiter debet introducere. Ideò subdit. *l* Præparate viam, &c.] verbo, s. & exemplo alios prouocantes. Vel portæ duæ sunt natiuitas, & mors. Per has portas debemus transire, nostræ natiuitatis vilitatem considerando, & nostræ mortis celeritatem, dubietatem, periculum expauescendo: Ideo bis dicit[Transite, transite per portas,] id est, portam natiuitatis, & portam mortis considerate. Vel portæ nostræ sunt quinque sensus, per quos debemus transire sollicitè disquirendo, ne in aliqua earum lateat inimicus, ne mors subintret per fenestras nostras. *Ierem.* 9. f. Intrauit mors per fenestras. *Exod.* 32. f. Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponat vir gladium suum super femur suum, ite & redite de porta vsque ad portam, id est, de consideratione vnius sensus transite ad considerationem alterius. Multi enim pro se securitate, & certitudine temerariã, custodiam sensuum negligunt, & sic hostes eis non aduertentibus omnia subuertunt. *Thren.* 4. b. Non crediderunt Reges terræ, & vniuersi habitatores vrbis, vel orbis, quod ingrederetur hostis, & inimicus per portas Ierusalem, secundum *Glo.* aliter exponitur. Loquitur enim Propheta ad custodes murorum, de quibus prædixerat dicens, O vos Episcopi, & maiores Ecclesiæ vigilanter considerate subministros vestros, quos ad alios introducendum in Ecclesiam statuistis, ne cadant in terram, vel somno torpescant Et dicit. *h* Transite, transite.] Transite, s. per sollicitudinem mentis. Item transite per officium correctionis, & præsentiæ vestræ visitationis. *l* Præparate, &c.] pœnitentiam prædicando. *m* Planum facite iter] bene operando. Tunc enim planum est iter, quando quod homo prædicat verbo, non cõfundit, vel impedit prauo exẽplo *sup.* 49. a. Erunt praua in directa, & aspera in vias planas. *n* Et eligite lapides] de via, peccata, vel scandala à subditorum cordibus vestris iniationibus amouendo, vt sic sine offendiculo per viã mandatorum

uete. *Ierem.* 50. d. Tollite de via lapides. *a* Et leuate, &c] vt omnes videant, & in vnum conueniant, sicut ad signum conueniuntur, & sic congregati securè veniant.
b Ecce Dominus, &c.] s. auditum fecit.
c In extremis terræ,] i. prædictam Iudæorum liberationem omnibus manifestabit.
Cum ergo ita futurum sit.
d Dicite filiæ Sion.] Loquitur vel Dominus ad Prophetas, vel Propheta ad populum, vel ad suos comprophetas. *e* Ecce Saluator tu⁹ venit,] scil. Cyrus. *f* Ecce merces eius, &c.] id est, ipse in aduentu suo in Chaldæam, mer-

Zach. 9. c. *Matth.* 21. a. *Suprà* 40. c.

lapide, & *a* leuate signum ad populos. *b* Ecce Dominus auditum fecit in *c* extremis terræ. *d* Dicite filiæ Sion: *e* Ecce Saluator tuus venit, *f* ecce merces eius cum eo & *g* opus illius coram eo. Et *h* vocabunt eos *i* populus sanctus, redempti à Domino. *k* Tu autem *l* vocaberis *m* ciuitas quæsita, & non *n* derelicta.

A

CAP. LXIII.

Quis est *o* iste qui *p* venit de

cedem retribuet, & Chaldæis, & Iudæis secundùm merita eorum illos destruens, illos saluans. Et ne hoc credatur indiscretè acturus, subdit.
g Et opus illius, &c.] i. ante opus præuidebit, & considerabit quid sit acturus.
h Et vocabunt eos,] i. filios tuos de quibus prædictum est, de captiuitate reuertens.
i Populus sanctus, &c. quasi dicat, aliæ nationes, quando videbunt prosperitatem eorum, & liberationem dicent: Vos estis populus sanctus: vos estis redempti à Domino. *k* Tu autem, ô Ierusalem. *l* Vocaberis ciuitas quæsita,] i. famosa eris, & frequentata. Ciuitas enim requisita dicitur quæ frequentatur.
m Et non, &c.] à Deo, vel à multo populo.

Mysticè. ⊕ torum Dei incedat, vt fiat secundùm quod scriptum est *Prou.* 15. c. Via iustorum absque offendiculo *sup.* 57. c. Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei. *Ierem.* 50. d. Tollite de via lapides, i. peccata, vel offendicula. *a* Et leuate, &c. i. Passionem, & Crucem Domini prædicate, & sic in altum leuetis, vt non ad terrena lucra per corruptam intentionem declinetis *sup.* 13. a. Super montem caliginosum leuate signum. Si signifer in prælio deprimeret signum, siue vexillum Domini sui, argueretur proditionis. *Exod.* 17. c. Moyse eleuante manus, vincebatur Amalech, & deprimente vincebat Israel. *Iosue* 8. d. Leua clypeum quem tenes in manu tua contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam. Clypeus est sermo Dei. *Prou.* 30. a. Omnis sermo Dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se. Sacerdotes & Prædicatores sunt signiferi Domini: Vndè si in prælio Domini deprimant vexillum malè viuendo, & se ad temporalia conuertendo, condemnabuntur de proditione, sicut Iudas, in iudicio. Tales autem multi sunt qui deprimunt signum Domini, & propria signa erigunt. *Psalm.* 73. Posuerunt signa sua signa, &c. *sup.* 45. d. Nescierunt qui leuant signum sculpturæ suæ. Deinde Propheta ita futurum esse, sicut monuerat esse faciendum, subdit dicens.
b Ecce Dominus, &c.] per Apostolos. *c* In extremis terræ,] i. in gentibus quæ sunt in finibus terræ, i. Nomen suum, & fidem Passionis suæ vbique terrarum prædicari fecit, i. faciet per Apostolus, & alios Prædicatores, & custodes murorum, vt scilicet, Nomen Domini annuncient in Gentibus, vt eas ad longanimitatem animent. Et ad hoc ipsum inuitat ipsos dicens. *d* Dicite filiæ Sion,] i. ô vos Prædicatores dicite Ecclesiæ de Gentibus, quæ est filia Sion, i. primitiuæ Ecclesiæ. Vel secundum *Gl.* [Dicite filiæ Sion, i. primitiuæ Ecclesiæ, quæ est filia mea per fidem, & imitationem. *e* Ecce Saluator, &c.] quasi dicat, noli timere, noli deficere, quia venit tibi Saluator in secundo aduentu, vt te liberet de miseria, & saluet in æterna gloria. *Zach.* 9. c. Exulta satis filia Sion: Iubila filia Ierusalem, ecce Rex tuus venit tibi iustus, & Saluator. *Iacob. vlt.* b. Ecce iudex ante ianuam assistit. *f* Ecce merces, &c.] quia in aduentu suo mercedem bonis, & malis tribuet.
g Et opus, &c.] i. homo quem creauit ante tribunal eius astabit iudicandus. *Rom.* 14. b. Omnes stabimus ante tribunal Christi. Item 2. *Cor.* 5. b. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Vel. [Opus illius coram eo,] quia tunc apparebit Filius hominis, & cicatrices vulnerum suorum ostendet in testimonium damnationis contra malos. *Apoc.* 1. b. Videbunt in

quem pupugerunt *sup.* 40. c. Idem: Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. *Septuaginta* autem habent sic: Habens mercedem suam secum, & opus suum ante faciem suam. Sequitur.
h Et vocabunt eos, &c.] i. conuersos ad fidem vocabunt Sanctos per gratiæ infusionem, & redemptos à Domino propter pretij solutionem 1. *Petr.* 2. b. Vos estis genus electum, Regale Sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. 1. *Thess.* 5. b. Non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis. *Hebr.* 10 g. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. *k* Tu autem] ô Ecclesia.
m Ciuitas quæsita] à Deo, sicut ouis errabunda requisita est a pastore. *Luc.* 15. a. Item *Luc.* 19. b. Venit filius hominis quærere, & saluum facere, quod perierat.
n Et non derelicta.] Christus enim qui eam requisiuit, eam non dereliquit, sed cum ea erit vsque ad consummationem sæculi. *Matth. vlt.* d.

EXPOSITIO CAP. LXIII.

QVis est iste qui venit de Edom, &c. Istud capitulum secundùm *Ierom.* & alios Sanctos de Christo, & Angelis quantùm ad veritatem exponitur: Fabulose autem de destructione Idumæorum secundùm Iudæos exponitur. Quam etiam expositionem tangit Andreas. Et continuatur præcedenti capitulo sic. *Suprà* dixerat: Ecce merces cum eo, & opus illius coram eo, in quo significabatur saluatio Iudæorum, & destructio Chaldæorum qui Iudæos oppresserant. Quia autem Idumæi, & Moabitæ de ipsorum Iudæorum captiuitate lætati sunt, ideo etiam hic eorum destructionem prædicit. Vndè loquitur Propheta in persona Iudaici populi quærentis de Domini potentia, & eam admirantis sub metaphora viri bellatoris cæde aduersariorum madentis. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes principales. In prima parte, Idumæorum, & Moabitarum destructio prædicitur à Propheta. In secunda, pro his beneficiis, & multis aliis, quæ ibidem enumerat Propheta, in gratiarum actionibus immoratur, *ibi.*] Miserationum Domini recordabor.] In tertia, pro Iudæorum liberatione de captiuitate Babylonica Deum attentè deprecatur: *ibi.* [Attende de cœlo.] Dicit ergo.
o Quis est iste,] i. quàm magnus, quàm potens quàm admirabilis. *p* Qui venit de Edom,] i. qui sicut victor reuertitur de Idumæis, quos destruxerat. Et qui venit supple.

Δ Tinctis vestibus de Bosra

Mysticè. Mysticè. *o* Quis est iste, &c.] Istud capitulum exponitur de Christi Passione, & Ascensione, & Angelorum admiratione, & de Iudæorum incredulorum subuersione, & eorundem Iudæorum pœnitentium supplici ad Christum deprecatione. Diuiditur autem hoc capitulum in duas partes. In prima parte ponitur Angelorum admiratio super Christi Passione, & Ascensione. In secunda parte Iudæi pœnitentes Dominicam exorant pietatem, *ibi.*] Miserationum Domini, &c.] Loquens ergo Propheta in persona Angelorum quorundam, mysterium Incarnationis, & Passionis Christi ignorantium, dicit. [Quis est iste qui venit de Edom, &c.] *Haimo.* Quidam enim Angeli non plenè cognoscentes mysterium Incarnationis, Passionis, Resurrectionis, videntes ad cœlos ascendere Dominum cum multitudine Angelorum, & Sanctorum hominum, propterea virtute, non auxilio Angelorum, admirâtur Incarnationis, Passionis, Resurrectionis, & Ascensionis mysteriũ, & quomodo, & sibi, & aliis aperiat Regnũ cœlorum: Vndè & Angelis comitantibus Dominum, vel intra se cogitantes dicunt: Quis est iste qui venit de Edom. Et in *Psalm.* 23. Similiter. Quis est iste Rex gloriæ? Videtur tamen *August.* dicere super *Genes.* quòd omnes Angeli ab ipsa creatione sua statim cognouerunt in contemplatione sui Creatoris quicquid ipse erat facturus *Ierom.* autem apertè declarat, quia quidã Angeli donec perficeretur mysterium Incarnationis ad plenum non cognouerunt. Et huic consentit *Chrysost.* super *Ioan.* 1. dicens: Nobiscum Angeli per Ioannis vocem didicerunt. Et hoc Paulus ostendit *Ephes.* 3. c. Vt innotescat Principibus, & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis Dei sapientia. Item *Gloss.* super illum locum *Ephes.* 3. dicit idem. Et hoc probat per litteram Isaiæ hic. Dicunt ergo.
o Quis est iste] tam magnus, tam potens, tam admirabilis. *p* Qui venit de Edom,] i. qui de terreno, & sanguineo sæculo, propriâ virtute huc ad nos ascendit.

⊕ Tinctis vestibus

De clericis. Item nota, quòd istud de superabundanti exponitur de clericis qui induuntur de scarlato, & de rubeis pannis, & diuersorum colorum. Vndè dicit.
o Quis est iste] Prælatus, vel clericus immò, quasi quis, sicut dicitur *suprà* 22. c. *p* Qui venit de Edom,] id est, de

⊕ nobili sanguine

Δ *a* Tinctis vestibus de Bosra,] i. de Moabitis. Bosra enim ciuitas est in Moab, vt dicit Andreas. Quærit ergo, quis iste sit qui venit de Edom, & de Bosra cruentatis vestibus suis ac si tinctæ essent: Non quòd dubitet quis sit, sed talis locutionis figurâ vtitur, quasi dicat, aspicite qualis miles est iste. Et adhuc admirans subdit. *c* Iste formosus in stola sua,] i. in tunica militari, & armatoria. Loquitur enim de Domino ad modum militis, siue alicuius probi, & strenui Principis.

Edom tinctis *a* vestibus de *b* Bosra? *c* Iste formosus in stola sua *d* gradiens in multitudine † virtutis suæ. *e* Ego qui loquor iustitiam, *f* propugnator sum ad *g* saluandum. *h* Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & *i* vestimenta tua sicut *k* calcantium in torculari?

Al. † *fortitudinis.*

d Gradiens in multitudine virtutis suæ,] i. cum multo exercitu, & potenti societate. Hucusque quæstio admirationis protenditur. Deinde responsio Domini indicitur dicentis.

e Ego qui loquor iustitiam,] i. qui quod iustum est dico per Prophetas.

f Et propugnator sum ad saluandum,] i. qui pro salute populi mei pugno, & qui eum defendo. Sed quia saluatio, & sanguinis effusio videntur sibi contrariari, ideo subditur sub modo quæstionis in persona Iudæorum.

h Quare ergo rubrum est indumentum tuum?] quasi dicat: Si propugnator es ad saluandum, non ad perdendum, quid ergo significat rubor vestimentorum tuorum?

i Et] quare sunt [vestimenta tua, sicut calcantium in torculari,] i. quare sunt vestes tuæ rubricatæ, sicut solent vestimenta esse rubea illorum qui calcant vinum in torculari, maximè in superioribus regionibus vbi sunt vina rubea valde, & contingentes se intingunt. Deinde respondet

Δ Dominus dicens: Torcular

Mysticè. ⊕ *a* Tinctis vestibus,] i. cruentata carne, siue membris sanguine Passionis Et quis est iste qui venit?

b De Bosra] quæ interpretatur munita,] i. de Ierusalem, quæ se muniuit contra Dominum ne eum reciperet, in qua & passus est. Vel, [De Bosra,] i. de Inferno vbi firmiter quasi a multis custodibus tenebantur animæ quas eduxit Dicitur autem Christus tinctis vestibus, i. membris cruentatis ascendisse, non, quòd tunc esset cruentatus, sed quia ante, dum, scilicet, fuit in Cruce, vel quia tunc apparebant cicatrices eius. Per edom, & Bosra mundus significatur. Edom enim ab edulio rufæ lentis dictus, propter quod vendidit primogenita Esau: *Genes.* 25. d. Vel interpretatur terrenus, vel sanguineus; quare rectè significat mundum, qui est terrenus per cupiditatem, & sanguineus per carnalem voluptatem. Istæ sunt duæ filiæ sanguisugæ dicentes: Affer, affer, scilicet cupiditas, & voluptas: *Prouerb.* 30. b. Dicitur etiam Bosra mundus, per peccati excusationem. Mundus enim non solum est Edom, id est, sanguineus peccata, peccatis addendo, sed etiam Bosra, id est, munitus, peccata sua defendendo, & excusando. Nota etiam, quòd tria illa nomina: Edom, scilicet, & Esau, & Seir, mundo bene conueniunt. Est enim, Edom, id est, sanguineus per luxuriam: Et Esau, id est, querceus per superbiam, quia superbia est inflexibilis, sicut quercus, & fert cibos porcorum, id est, Dæmonum. Et est Seir, id est, hispidus, id est, pilosus per auaritiam, quæ pilis abundat temporalium. Item nota, quòd per tincturam vestis significatur immortalitas Christi. Vestis enim melior est post, tincturam. Vnde & Baptismus tinctio dicitur, quia per Baptismum anima melioratur, & accedit ad statum immortalitatis, etsi nondum re, tamen spe. Vndè *Marc.* 9. a. Vbi loquitur de Transfiguratione dicitur: Et vestimenta eius facta sunt candida nimis velut nix, qualia fullo non potest candida facere super terram. *Malach.* 3. a. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. In præsenti enim Dominus est quasi ignis, quando immittit ignem persecutionis; in futuro erit herba fullonum, quando induet nos, & decorabit stola immortalitatis. Dominus ergo tinctis vestibus de Bosra, i. de hoc mundo ascendit, quasi stolâ decuratus immortalitatis: De qua subditur.

c Iste formosus in stola sua,] id est, speciosus in carne glorificata per Resurrectionem. Et respondet hoc per Antiphrasim ei, quod dictum est *suprà* 53. a. Non est ei species, neque decor.

d Gradiens in multitudine virtutis suæ,] vel [fortitudinis,] id est, coelos implens plenitudine Diuinitatis suæ & propria potestate petens, & aperiens. Multùm enim ostendit potestatem suam cum coelos ascendit. Et hoc respondet ei, quod dictum est *suprà* 53. a. Vidimus eum nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Vel aliter.

c Iste formosus in stola sua,] quia in assumpta humanitate nullam prorsus peccati deformitatem habuit, sed candidus per innocentiam semper extitit, & rubore voluntariæ passionis decoratus: Peccatum enim non fecit, & pœnam sustinere voluit, & sic formosus in stola sua fuit, *Hai.* Formin enim idem est quod calidum, vnde formosus dicitur quasi calidus, quia ex colore rubeus, & rosæus efficitur vultus, & inde sponsus, & Christus similiter ex calore charitatis factus est rubeus, in effusione proprij sanguinis. *Cant.* 5. c. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.

d Gradiens in multitudine virtutis,] vel [Fortitudinis suæ,] i. multiplici sua virtute gressum operationis suæ potenter agens, poterat enim agere, quod volebat. Vel, [Gradiens in multitudine virtutis suæ,] quia in potestate Diuinitatis suæ mare calcauit. Vndè *Iob nono* a. Qui graditur super fluctus maris. Ad litteram enim super mare ambulauit. *Marc.* 6. g. Et *Matth.* 14. c. Et fluctus persecutionum in Ascensione transcendit, & quotidie in membris suis vincit.

⊕ nobili sanguine venit ad Prælationem aliquam in Ecclesia. *De clericis.*

a Tinctis vestibus de Bosra,] id est, habens vestes rubeas, & diuersorum colorum sanguine Christi cruentatas, vel sanguine pauperum tinctas, & rubricatas. Bosra enim interpretatur in angustia, vel in tribulatione, & ipsi emunt vestes superbas, & sumptuosas de patrimonio Christi, quod ipse proprio sanguine emit; & de labore, & sudore, & sanguine pauperum agricolarum accipiunt, quod in vestibus sumptuosè, & superfluè expendunt. Vndè *Ier.* 2. g. In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum. In alis ad litteram suorum palliorum, quæ rubea sunt rubore sanguinis Christi, & pauperum. Vndè *Ierem.* 22. d. Qui aperit sibi fenestras, & facit sibi laquearia cedrina, pingitque synopide, dicit. *Gloss.* id de sanguine Christi. Sed de talibus qui induuntur talibus vestibus, dicetur illud *Genes.* 37. g. Vide virum tunica filij tui sit, an non. *Et infr.* Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Bestia, id est, superbia tales deuorauit. Tales seruiunt diabolo. Vndè *Iudic.* 5. e. Vestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædam. *Exod.* 33. a. Depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi.

c Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine virtutis tuæ] Hæc requirunt modò Prælati, & Clerici nostri, formositatem vestium, & turbam sociorum, & potestatem super multos Sequitur in persona Domini prædictæ interrogationi respondentis: Angelis enim tacentibus ipse respondet.

e Ego qui loquor iustitiam] in prædicatione, & conuersatione ad instruendos homines verbo, & exemplo.

f Et Propugnator,] id est, pro homine pugnator in Passione contra Dæmones.

g Ad saluandum genus humanum, quasi dicat, Duo habeo in terris ex officio meo, instruere ignaros, & liberare, saluare oppressos, veritatem loqui, & pro ea tuenda mori. Hoc est ergo, quod dicit [Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum.] Et hoc est contra legistas qui loquuntur iniurias, & linguis pugnant ad damnandum *sup* 45. d. Ego Dominus loquens iustitiam, & annuncians recta. Instruere habuit ex officio magisterij; liberare, & pugnare ex potestate dominij. Fuit enim Magister, & Dominus. Vnde *Ioan.* 13. b Vos vocatis me, Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim. In officio magisterij illuminat intellectum; in defensione potestatis, & liberatione de manu hostis, mouet & allicit, & accendit affectum ad tam fidelis protectoris seruitium. Hac autem responsione auditâ virtutes Angelicæ quasi accepta loquendi cum eo licentia interrogant.

h Quare ergo rubrum est indumentum tuum] quasi dicat, Si tantæ es potestatis, & fidelitatis in pugnando pro homine, tantæ iustitiæ, & veritatis in loquendo. [Quare ergo rubrum, &c.] id est, cur caro tua est sanguine cruentata, tibi enim iusto, & vero non videntur conuenire ista, sed adulteris, & homicidis, & huiusmodi.

i Et quare [vestimenta, tua,] id est, membra tua, sunt.

k Sicut] vestimenta [calcantium in torculari,] id est, rubore, & sanguine persusa, sicut vestimenta illorum sunt rubea qui calcant vinum rubeum. *Gloss.* Tanquam dicant Angeli: Didicimus, quod loqueris iustitiam, & salus omnium est in tuo arbitrio, sed scire volumus quare vestimenta tua sint velut musto tincta, & tunica

⊕ quæ desuper contexta est,

A Dominus dicens. a Torcular calcaui solus] quasi dicat, ideo habeo vestimenta rubra, quia hostes meos Idumæos, scilicet, & Moabitas oppressi, & conculcaui sicut vindemia calcatur in torculari. Et nota quòd dicit, [calcaui solus] quasi dicat, inimicos meos mea sola potentia deuici. Vel, [Torcular calcaui solus,] id est, nullus est qui ita possit suos hostes vincere sicut ego meos.

a Torcular calcaui solus, b & de gentibus non est vir mecum. c Calcaui eos in furore meo, & d conculcaui eos in ira mea. Et e aspersus est sanguis eorum super f vestimenta mea, & g omnia indumenta mea inquinaui.

b Et de gentibus non est vir mecum,] id est, non adiutorio hominum egeo ad eos vincendos.

c Calcaui eos in furore meo,] i. in vindicta mea eos depressi.

d Et conculcaui eos in ira mea:] Idem sensus est.

e Et aspersus est sanguis eorum super vestimento meo, & omnia indumenta mea inquinaui] sanguine, scilicet, eorum. Modus loquendi est. Loquitur enim de se ad modum militis, qui sanguine hostium suorum aspergitur.

A Dies enim vltionis

Mystic. ⊕ quæ desuper contexta est, & scindi non potest, & ab vtero virginali tantum candorem habuit, quantum fullo non potest facere super terram, quare sanguine cruentetur? Magis enim tibi clementia conuenit quam crudelitas. Quibus respondet.

a Torcular calcaui solus] quasi dicat, ideò rubeus sum, quia in torculari Crucis pressus & calcatus sum, sed tamen torcular calcaui solus, quia non passio animum, sed animus passionem superauit. Animam enim meam voluntariè posui. *Ioan.* 10. d. Ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. Vel, [Torcular calcaui solus,] id est, mortem quæ cæteros deprimit, ego solus resurgendo calcaui. Solus enim torcular in quo torculatus est calcaui, quia sua potentia eam quam pertulit passionem, in resurrectione superauit. In hoc ergo torculari rubra facta est caro Christi. Vndè *Gen.* 49. b. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Vino tribulationis & amaritudinis lotus fuit Christus in vita: sanguine autem vuæ, id est, sanguine proprio, qui est vua vera, tinctus fuit in morte. Vndè significatur per vitulam rufam: *Num.* 19. a. *Ecclesi.* 24. b. Quasi palma exaltata sum in Cades, id est, in cœlo ad quod victor ascendi, & quasi plantatio rosæ in Iericho, id est, in mundo, in quo martyrium sustinui. In hoc etiam sanguine intinxerunt vestimenta sua alij Sancti Martyres per imitationem, & eius in memoria impressionem. Vndè significantur per pelles rubricatas. *Exod.* 26. c. Facies operimentum aliud de pellibus Arietum rubricatis. Et notandum quòd Crux siue Passio dicitur torcular, quia pressus est in Cruce ille botrus Cypri, de quo dicitur *Cant.* 1. d. Botrus Cypri dilectus meus mihi. Quem duo viri exploratores tulerunt in vecte ad filios Israel, id est, quem Apostoli geminæ charitatis granâ pollentes, passum in Cruce prædicauerunt, & cordibus fidelium afferentes ostenderunt. *Num.* 13. c. Sed primò vindemiatur, postea congeritur vindemia, postea calcatur, & post eliquatur, tandem in cellario reponitur, & tandem cum gaudio bibitur vinum. Sic Christus primò vindemiatus est, quando captus est. Vndè *Threnor.* 1. c. Vindemiauit me vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui. Congestus est, quando vinculatus est. Calcatus, quando crucifixus. Eliquatus, quando mortuus, quia separatum fuit tunc vinum à vinacio, id est, anima Christi à corpore, & mortalitas ab homine. Repositus autem est in cœlo in Ascensione. Potatum est autem vinum istud in Spiritus sancti missione, quando
Act. 2. b. musto ebrij putabantur Apostoli. Ebrij autem erant in veritate vino spirituali, de quo dicitur. Et vinum lætificat cor hominis. Et nota quòd in isto torculari diuersi diuersimodè calcauerunt. Iudæi & milites Christum occidendo. Deus Pater filium morti exponendo, vt dicitur *Romanor.* 8. f. Ipse Filius seipsum voluntariè offerendo. Item torcular dicitur Passio siue tormentum
Isa. 53. c. Martyrum, vel dura pœnitentia Confessorum, siue tribulatio qualibet piè in Christo viuere volentium. Martyres enim corpora sua & membra in torculari tormentorum exposuerunt, vt sic vinum à vinacio separaretur ministerio Tyrannorum, id est, anima à corpore, & reconderetur ipsum vinum preciosum & defæcatum in cellario Regni cœlorum. Calcatores enim vinum non lædunt, sed purgant & eliquant: corticem autem comprimunt: similiter Tyranni corpus occidunt, animam autem occidere non possunt, vt dicitur *Matthæi* 10. c. De talibus dicitur *Iob.* 24. b. Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt, id est, in talium societate quiescunt, qui occisis Martyribus & pressis adhuc non cessant, sed semper crudeliores existunt. Item de istis torcularibus dicitur *Threnor.* 1. f. Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda, id est, calcari virginem filiam Iuda permisit in tormentorum torculari. Et est bonum thema in festo sanctæ Agnetis, vel alicuius virginis simul & martyris. Pro istis torcularibus inscriptio
sunt *Psalm.* 8. Domine Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. *Et* 83. Quàm dilecta tabernacula, &c. Et nota quòd est quoddam torcular non in re, sed in specie pœnitentia, scilicet, hypocritarum, vel tribulatio, qui in torculari pœnitentiæ non vuas bonorum operum afferunt, vt in eo perfectè purgentur, sed labruscas fictorum operum vt laudentur. Opera enim hypocritarum non sunt vuæ, sed labruscæ: Vua enim latet in vite, & dulcedinem habet; sed labrusca in labris viarum est, & viatoribus patet, crescit in altum, & non est dulcis quantùm ad fructum. Similiter opera hypocritarum fiunt in aperto ad ostentationem, & alta petunt, & Deo amara sunt: ideò non faciunt bonum vinum. Vndè *suprà* 5. a. Torcular extruxit in ea, & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. *Ieremiæ* 31. e. Qui comederit vuam acerbam dentes eius obstupescunt. *Deuteronom.* 32. e. Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Tales quia non bene, sed fictè calcantur in torculari pœnitentiæ, ibunt ad torcular gehennæ. De quo dicitur *Apocalyp.* 14. d. Misit Angelus falcem suam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frænos equorum per stadia mille sexcenta. Istud torcular valdè plenum est, quia stultorum infinitus est numerus in Infer-
no. Vndè *Iohel.* 3. c. Plenum est torcular, exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum. Sequitur in persona Christi. Eccl. 1. d.

b Et de Gentibus non est vir mecum,] id est, nullus mecum socius fuit patiendo. Omnes enim Apostoli relicto eo fugerunt. *Matthæi* 26. f. Nec aliquis horum fuit ei adiutorium resurgendo, sed propriâ virtute surrexit. *Iob.* 6. c. Ecce non est auxilium mihi in me, necessarij quoque mei recesserunt à me. Vndè dicitur, *Donec eris felix, multos numerabis amicos.* Ouidius 1.
Tempora si fuerint nubila, solus eris. *Psalm.* 141. Tristium. 9.
Considerabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognosceret me. Nota tamen quod dicit. [Non fuit vir mecum:] Sola enim beata mulier & Virgo mater eius cum Filio suo patiente fidelis extitit & permansit.

c Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea] quasi dicat: Licèt calcatus sim & occisus ab eis, tamen ipsos hostes meos moriendo superaui, Dæmonibus, scilicet, auferens mundi principatum, Iudæis autem pro peccato meæ Passionis, postmodum auferens locum & gentem, Sacerdotium & Templum, & omnem dignitatem per Romanos: furorem autem Domini & iram vocat maiorem vindictam & minorem quibus puniti sunt. Furor autem est subitus motus, ira longa.

e Et aspersus est sanguis eorum,] id est, Iudæorum vel Dæmonum, id est, sanguis meus ab ipsis effusus, id est, Iudæorum suasione, vel Dæmonum suggestione.

f Super vestimenta mea,] id est, membra.

g Et omnia indumenta mea inquinaui] sanguine meo ab eis fuso membra mea inquinari permisi; non quòd sanguis eius esset inquinatus, vel membra eius, sed reputatione Iudæorum qui damnauerunt eum morte turpissima, & cum iniquis latronibus eum reputauerunt. Vndè *Zach. tertia*, a. Et Iesus indutus erat vestibus sordidis. Vel sanguine eorum dicit se inquinatum, quia maculas peccatorum nostrorum ipse portauit, id est, pœnam & ignominiam pro peccatis nostris. *Isa.* 53. b. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Vel sanguis Dæmonum dicitur super vestimenta sua aspersus, non quòd Dæmones sanguinem habeant, sed talibus verbis ostenditur contra eos pugnasse, atque vicisse eos & occidisse. Vel loquitur per simile, victoris & victi, cuius sæpè sanguis super vestimenta victoris aspergitur.

Δ a Dies enim vltionis,] meæ, id est, quam facturus sum de inimicis meis Idumæis, scilicet, & Moabitis. b In corde meo,] id est, deliberaui eos punire & præuidi, c Annus retributionis meæ venit] quantùm ad Iudæos liberandos, vt pro his quæ passi sunt in captiuitate retribuam eis bona in terra sua.

21. q. 3. c. quadam.

a Dies enim vltionis in b corde meo, c annus † retributionis meæ venit. d Circumspexi & nō e erat auxiliator, f quæsiui & non g fuit qui adiuuaret. Et h saluauit i mihi k brachium meum, & l indignatio mea ipsa m auxiliata est mihi, & n conculcaui populos in o furore meo & p inebriaui eos in q indignatione mea, & r detraxi in terram virtutem eorum. ſ Miserationum Domini recordabor, t laudem Domini

Al. † redemptionis.

d Circumspexi, & non erat auxiliator.] Hic quasi tacitè reddit causam quare destruxit Idumæos

B

& Moabitas, quia scilicet, non tulerūt auxilium, nec refugium Iudæis in captiuitate sua ad eos confugiētibus; immò potiùs de eorum destructione lætati sunt. Vndè subdit. [Circumspexi] vtrum aliquis esset adiutor populi mei. e Et non erat auxiliator] immò potiùs vastator. f Quæsiui] adiutorem. g Et non fuit qui adiuuaret] sed potiùs nocuerunt cum de facili possent iuuare. Vndè *sup.* 16. a. Pone quasi noctem vmbram tuam in Meridie, absconde fugientes & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei. Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris. Item *sup.* 21. d. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri cum panibus occurrite fugienti. h Et saluauit mihi brachium meum] quasi dicat, quia monui eos, vt iuuarent populum meum & noluerunt: ideò. k Brachium meum,] i. fortitudo mea. h Saluauit]. populum Iudaicum captiuatum. i Mihi,] id est, ad honorem meum & gloriam.

l Et indignatio mea] quam habui ad hostes populi mei, ipsos destruendo. m Ipsa auxiliata est mihi,] id est, profuit meis. Ex destructione enim suorum hostium secuta est eorum liberatio. Vel, Mihi,] id est, ad honorem meum. Vel loquitur ad modum hominis irati, qui quando iratus est, magis potest pugnare, & ita indignatio eius quodammodo iuuat ad vincendos hostes. n Et conculcaui populos in furore meo] Idumæos, scilicet, & Moabitas. p Et inebriaui eos,] id est, repleui eos afflictione & miseria. Et hoc. q In indignatione mea,] i. quia offensus fui contra nequitiam eorum. r Et detraxi in terram virtutem eorum,] i. munitiones & ciuitates eorum subuerti & ad terram deieci. Sequitur. ſ Miserationum Domini recordabor]

Secunda pars.

Hic Propheta gratias agit in persona populi pro beneficiis sibi à Deo collatis dicens. [Miserationum Domini recordabor, laudem Domini, id est, misericordias Domini in laudem Domini mente reuoluam, & ore recitabo. Vel, i. pro miserationibus eius laudabo eum. Sed quæ vel in quibus sint illæ miserationes, vel quibus sint exhibitæ subdit.

Δ Super omnibus quæ,

Aliter.

Vel sic distingue g Miserationū Domini recordabor, corde, ore, & opere gratias referēdo. t Laudē Dñi, prædicabo

Λ Super omnibus, &c Δ Et dixit

Mysticè.

⊕ a Dies enim vltionis in corde meo] quasi dicat, Benè dico quòd calcaui eos in furore meo, quia dies vltionis in corde meo, quia sicut dicit *Haimo*, dum Christus penderet in Cruce, præuidebat in corde suo diem vltionis, quo per Titum & Vespasianum peccatum Iudæorum puniret. Vndè *sup.* 27. b. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabit eam, meditatus est Dominus in spiritu suo duro per diem æstus. c Annus retributionis meæ venit.] Cogitabat enim Christus qualiter sequaces suæ Passionis remuneraret. Et nota quòd hic & vbique vbi loquitur Dominus de iustitia & misericordia, semper plus apponit de misericordia quàm de iustitia. Ex parte iustitiæ dicit dies, ex parte misericordiæ dicit annus, quod plus est, Misericordia enim superexaltat iudicium. Vndè *Gen.* 3. d. In dolore paries filios: vnam dictionem posuit quæ spectat

Iacob. 2. c.

ad pœnam, duas autem ad gaudium, scilicet, paries & filios. *sup.* 34. b. Dies vltionis Domini, annus retributionis iudicij Sion. Item *sup.* 61. a. Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem retributionis Deo nostro. Item *Num.* 14. f. Annus pro die imputabitur, ad miserendum, scilicet. E conuerso autem dicitur *Ezech.* 4. b. Diem pro anno dedi tibi ad puniendum, scilicet, Dominus enim in remuneratione dat annum pro die, in punitione verò diem pro anno, citra enim condignum punit. Qui adhuc de solitudine suæ Passionis subdit.

d Circumspexi,] in Cruce.

e Et non erat auxiliator] *Psalm.* 141 Considerabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognosceret me.

f Quæsiui] auxilium, & non fuit qui adiuuaret, non quod Christus humanum auxilium requireret, sed quia considerauit vtrum aliquis ei auxilium præbere præsto esset. Vel, vt sit ibi synchesis, id est, si quæsiuissem non inuenissem. Simile in *Psalm.* 68. Expectaui qui simul contristaretur, & non fuit, qui consolaretur, & non inueni. Omnes enim eum tunc reliquerunt. *Iob* 19. b Omnes amici mei dereliquerunt me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Item. *Psalm.* 140. Singulariter sum ego donec transeam.

h Et saluauit mihi,] id est, saluationem mihi fecit, id est, resurrectionem post mortem & sustinentiam in morte dedit.

k Brachium meum,] id est. Verbum carni vnitum *sup.* 59. d. saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum. Vel. k Brachium meum,] id est, fortitudo mea.

h Saluauit mihi] omnes, scilicet, prædestinatos ad vitam, quasi dicat, Ego auxiliatorem non inueni qui me in redimendis hominibus & saluandis adiuuare idoneus esset, sed brachium meum, id est, virtus mea propria, non solùm me liberauit, sed omnes quos volebam saluauit. Et saluauit eos non sibiipsis, sed mihi, vt iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit, vt dicitur 2. *Cor.* 5. c. *Psalm.* Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. *Gloss.* Multi saluantur corporaliter, sed sibiipsis, non Deo. *Rom.* 7. a. Mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificetis Deo. Item *Rom.* 14. b. Nemo nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur: siue enim viuimus, Domino viuimus, siue morimur, Domino morimur.

l Et indignatio mea,] id est, vindicta quam exercui Iudæos reprobando, & ipsos per Romanos destruendo. m Ipsa auxiliata est mihi] aditum, scilicet, ad Gentes præbendo Delictum enim Iudæorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium, vt dicitur *Rom.* 11. b. Item nota quòd brachium Domini & indignatio eius, id est, pœna & afflictio quam immittit, multos saluat & acquirit Deo & conuertit, & auxilium Domino præbet ad penetranda corda nostra quæ prosperitas perdit *sup.* 26. c. Domine in angustia requisierunt te. *Eccl.* 8 b. Quia non profertur citò contra malos sententia, filij hominum absque timore perpetrant mala. Sequitur.

n Et conculcaui populos,] id est, Iudæos.

o In furore meo] per Titum & Vespasianum. p Et inebriaui eos in indignatione mea,] id est, repleui eos afflictione & miseria per Romanos.

r Et detraxi in terram virtutem eorum,] id est, ciuitates eorum fortes æquaui terræ sicut dicitur 2. *Reg.* 8. a. Mensus est eos funiculo coæquans terræ. Vel, [Detraxi in terram virtutem eorum, id est, potestatem & dominationem eorum duxi in nihilum. Sequitur.

ſ Miserationum Domini, &c.] Hæc est secunda pars, in qua Propheta loquitur in persona populi Iudaici inter flagella pœnitentis, & misericordiam Dei cognoscentis. Vndè in hoc loco. Primò ab eis fit commemoratio de bonis sibi ab antiquo collatis. Secundò in dolore cordis & pœnitentiæ fit oratio de malis amouendis, & bonis obtinendis: ibi. [Attende de cœlo.] Dicit enim in persona pœnitentis populi. [Miserationum Domini recordabor. Nota quod supra dixerat de Christi passione, & de Iudæorum destructione; hic autem de populi pœnitentis inter flagella gratiarum actione. Flagellationem enim sequitur conuersio. Vndè *Psalm.* 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Item passionis Christi recitationem sequitur deuotio cum gratiarum actione, vel debet sequi. Vndè *Mich.* 6. a. cum dixisset: Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui, &c. subiungit postea beneficia de gratiarum actione, dicens. Quid dignum offeram Domino, curuabo genu Deo excelso. Et sicut post tantum beneficium decet esse gratum, ita indecens est, & peruersum esse ingratum. Vndè *sup.* 50. c. cum præmisisset de Passione Domini, postea inuehitur contra ingratos, & contradictores. Iuxta est qui viuificat me, quis contradicet mihi? Item. *sup.* 45. h. postquam dixerat de Passione subdit: Væ qui contradicit factori suo. Dicit ergo in persona pœnitentium. Miserationum Domini recordabor] inter flagella, pressus scilicet, pondere malorum.

Secunda pars.

t Laudem Domini] recordabor, scilicet, vel prædicabo, id est laudabilia facta eius, signa, scilicet, & miracula, quæ fecit in educendo nos de Ægypto. Vel. ſ Miserationū Domini recordabor laudem Domini,] i. in laudem Domini.

⊕ Super omnibus

a Super omnibus quæ,&c.] nos ficut pius Pater pro peccatis nostris misericorditer flagellando, & in captiuitatem dando.

b Et super multitudinem,&c.] datorum,[domui Israël,] id est, populo Israel. Aliqui libri habent, [bonorum domus Israel. Et est idem sensus, id est, quæ dedit filiis Israel, ipsos de captiuitate misericorditer reducédo post purgationem. Vndè subdit. c Quæ] bona. d Largus est eis,] non secundùm eorum menta. Sed. e Secundùm indulgentiam suá,] id est, quæ eum decet, peccata, scilicet, multa pro modica pœna indulgendo. f Et secundùm multitudinem misericordiarum suarum,] quas eis exhibuit, multa bona pro modicis meritis conferendo.

Al. † domus.

Al. † miserationum.

Al. † sanctum.

a super omnibus quæ reddidit nobis Dominus: b & super multitudinem bonorum † domui Israël: c quæ d largus est eis secundum e indulgentiam suam: f & secúdum multitudinem † misericordiarum suarú. Et g dixit: h Veruntamen populus i meus est: k filij non l negantes, m & factus est eis saluator. In n omni tribulatione eorum o non est tribulatus, & p Angelus faciei eius q saluauit eos. In r dilectione sua & f indulgentia sua t ipse redemit eos, & u portauit eos & x leuauit eos y cunctis diebus sæculi. Ipsi z autem ad a iracundiam prouocauerunt, & b afflixerunt spiritum † sancti eius. Et c conuersus est eis in inimicum,

Δ a uper omnibus, &c.

Δ g Et dixi,] Deus videns eorum pœnitentiam. h Veruntamen,] quamuis, scilicet, sint peccatores. i Populus meus est,] id est, quem specialem & peculiarem mihi elegi de vniuersis nationibus terræ. Et benè dico, quòd populus meus est, quia sunt. k Filij non negantes,] me omnino, quia non iam colunt idola sicut alienæ nationes. Vel secundum Hai. [Filij non negantes,] quasi ideò dico quod populus est meus, quia sunt filij populi non negantis, id est, Patriarcharum & prophetarum qui verè coluerunt Deum. m Et] ideò, [factus est eis saluator,] i. saluauit eos pœnitentes. n In omni tribulatione eorum,] quã sustinuerunt in Ægypto, in deserto, in Babylone. o Non est tribulatus, [i. non est eis compassus, immo durus vt eos parumper desereret,& nudatos suo auxilio cogeret ad rogandum. Et nota quod sicut dicit Ieron. in Originali, in Hebræo est vocabulum æquiuocum in hoc loco ad non, & ad &: vnde vbi dictum est, [in omni tribulatione eorum non est tribulatus,] potest dici secundùm aliam significationem. In omni tribulatione eorum & ipse est tribulatus, vt sit sensus. In tribulationibus eorum, & ipse compassus est eis. p Et Angelus faciei eius,] i. Domini, id est, qui videt semper faciem eius, vt dicitur Matt 18.b.Vel. (Angelus faciei eius,) i. populi, id est, qui præsentialiter illi populo ad custodiã est deputatus, & principaliter, scilicet Michael qui Præpositus erat illi populo q Saluauit eos.] Michaël enim fuit minister liberationis eorum de captiuitate & adiutor. Vndè Daniel. 10.d. Nemo est adiutor meus in omnibus his nisi Michaël princeps vester qui astat pro filiis populi mei. r In dilectione sua,] quia, scilicet, quosdam eorum bonos dilexit. f Et indulgentia sua,] & quantum ad alios pœnitentes, quibus peccata ex misericordia sua remisit. t Ipse redemit eos,] ab Ægypto,& à Babylone. u Et portauit eos,] ab Ægypto, in terram promissionis,& per desertum sustentauit. Vndè Deut.32.b. Expandit alas suas,& assumpsit eos atque portauit in humeris suis. x Et leuauit eos,] super alias gentes. y Cunctis diebus sæculi,] i. ab initio ex quo elegit eos sibi in populum. z Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, licet eis prædicta bona contulerit. Et in hoc magis commendat misericordiam Domini, & eorum ingratitudinem reprobat, b Et afflixerunt spiritum,&c.] i. Moysi. Vndè Psal. 105. Et exacerbauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini. Septuag. & etiam Ieron. habent Spiritum S. eius quem contristat, qui virum spiritualem contristat. Vndè Zach. 2. c. Qui vos tangit, quasi tangit pupillã oculi mei. Vel, (Spiritum S. eius,) id est, Angelum in eorum custodiam missum, quem sæpè malè faciendo contristabant vel offenderunt. c Et] ideò, [conuersus est eis,] malè agentibus. d In inimicum,] i. in vltorem vitiorum, quod ipsi reputant esse inimicũ. Mali enim correctores suos putãt esse suos hostes

Δ Et ipse debellauit eos

Mysticè.

⊕ a Super omnibus quæ reddidit,&c.] pro peccatis nostris nos paternè flagellando. b Et super multitudinem, &c.] vel (domus Israel,) i. quæ fecit domui Israel: post flagella culpas indulgẽdo,& misericordiam liberationis post verbera correctionis adhibẽdo. Punitione enim iustitiæ sequitur multitudo misericordiæ, secundum illud Abacuc.3. a. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Iob 5 Ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabit. Et est hic argumentum, quòd non tantùm in prosperis debemus gratias agere, sed maximè in aduersis, quia magnũ donum Dei est flagellum. Vndè Iob laudabat Deum pro damnis suis. Iob 1.d. Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Item Ps. 41. In die mandauit Dominus misericordiam suam, i. præcepit nos esse memores miserationum suarum, quando sumus in prosperitate; & nocte canticũ eius, i. in aduersitate mandat nobis, quod laudando eũ iubilemus. Hæc duo notãtur hic. Miserationũ Domini recordabor,& laudẽ Dñi, &c. Sequitur. c Quæ,] bona. d Largitus est eis,] non secundum merita eorum, sed. e Secundùm indulgentiam suam, &c.] Indulgentiam vocat in culparum cõdonatione; multitudinem misericordiarum in pœnarum & miseriarum sobleuatione g Et dixit.] Deus de ipsis quorum vidit veram pœnitentiam de peccatis h Veruntamen,] licèt peccauerint me abiiciendo & crucifigendo, tamen. i Populus meus est,] i. mihi commissus, & ad quos specialiter missus sum redimendos & instruendos. Matt. 15.c. Non sum missus nisi ad oues, &c. k Filij] imitatione, quia iam pœnitent. l Non negantes,] veritatem de se, vel de Deo in peccatorum, vel fidei confessione. m Et] ideo, (factus est eis saluator,) pœnitentibus, sc. culpas remittendo per filiũ, qui saluator venit in mundum. De quo & subditur. n In omni tribulatione eorũ non est tribulatus.] Ante aduentum enim Deus in tribulatione hominum dicitur nõ tribulatus, dum afflictionẽ eorũ cerneret,& redemptorem necdum mitteret. Vndè Iob 9. c. Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat, i. si vult homines secundùm merita flagellare, quia non possunt homines tot flagella sustinere, occidat semel, i. veniat Christus qui semel pro nobis occidatur, & non de pœnis innocentum rideat. Ante aduentum enim Deus ridebat de pœnis hominũ, dum eis affectum suæ compassionis non ostenderet in afflictione ipsorum. Hoc est quod hic dicitur. In omni tribulatione eorum nõ est tribulatus] p Et] tandem, (Angelus faciei eius,] id est, filius veniens à Patre & missus in carnem, (saluauit eos.) Vel alia littera. In omni tribulatione eorum & ipse est tribulatus, i. omnibus miseriis nostris compassus est, mittens filiũ suum in carnem, qui omni genere miseriarum nostrarum afflictus est, vel sustinendo, vel compatiendo, quia filius omnes tribulationes nostras, quæ eum decerent, suscepit. Vndè Heb. 2. d Debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret. Idem Heb. 4. d. Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. p Et Angelus faciei eius,] id est, Patris q saluauit eos,] Angelus scil. magni Consilij, de quo sup 9. b Et vocabitur magni Consilij Angelus. Sept. Non Legatus, neque Angelus, sed ipse saluauit eos, eo quod diligeret illos,& parceret eis, ipse redemit eos,& suscepit illos,& exaltauit omnibus diebus sæculi. Et hoc est quòd secundũ nostrã literã dicitur r In dilectione sua,] qua dilexit suã creaturã, vel naturã nostrã. f Et indulgẽtia sua,] qua voluit remittere culpã. t Ipse redemit eos,] à morte æterna sanguine Filij sui. Ad hoc enim misit Redẽptorẽ in mũdũ, vt homini remitteret culpã,& statueret siue restitueret naturã,& sic homo redẽptus euaderet mortẽ æternã. Vel (redemit eos) ab Ægypto, u Et portauit eos,] mores eorũ peruersos patienter tolerando. x Et leuauit eos, super alias gentes exaltãdo z Cunctis diebus sæculi,] i. ab initio sæculi ex quo, scilic. elegit eos in populũ sibi. Et loquitur ad modum nutricis vel matris, quæ filiũ suũ in brachiis portat,& in humeris. Vndè Osea 11. a. Ego quasi nutritius Ephraim, portabã eos in brachiis meis. Itẽ ad modũ pastoris qui oues perlassas portat. Vndè sup. 40. c. In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Christus etiã ipsorũ, & aliorũ hominũ peccata portauit super lignum in Passione,& leuauit in Ascensione. Et hoc [cunctis diebus sæculi,] quia effectus Passionis eius vsque in finẽ sæculi durabit, vel quia ipse Agnus occisus est ab origine mundi, vt dicitur Apoc. 13.b. z Ipsi autẽ,] post tãta beneficia. a Ad iracundiã prouocauerũt,&c.] i. Moysis in deserto, vel Christi inter eos conuersantis in mundo quẽ offenderunt qui ei credere noluerũt, Vel Spiritum S. eius] quem blasphemando offenderunt. c Et] ideo meritò [cõuersus est eis,] malè agentibus. d in Inimicum, i. in vltorẽ peccatorũ per Romanos qui priùs erat amicus, infirmos eorum sanando, mortuos suscitando. Simile Iob 30. c. Mutatus es enim in crudelem, nõ quòd mutatio sit in Deo, vnde signanter dicit, mutatus es, non simpliciter: sed mihi:

⊕ vt ostendat quòd ipsa

a & ipse debellauit eos, & b recordatus est c dierũ sæculi Moysi,& populi sui. Vbi d est qui duxit e eos de mari cum f Pastoribus gregis sui? Vbi g est qui h posuit in medio eius Spiritum i sãcti sui? k Qui eduxit ad l dexterãm m Moysen brachio Maiestatis suæ: qui scidit n aquas ante eos vt o faceret sibi nomen sempiternum, qui p eduxit eos per abyssos q quasi equum in deserto non impingentem; r quasi animal in campo descendens. Spiritus Domini ſ ductor eius fuit. t Sic u adduxisti populum tuum vt x faceres tibi nomen gloriæ.

a Et ipse debellauit] eos per Chaldæos & per alias nationes. b Et, post iram flexus ad miseriam, recordatus est dierum sæculi, Moysi & populi sui,] id est, recordatus est dierum illius sæculi, siue temporis quando Moyses fuit & pro populo orauit, & quando populus oratione eius saluatus fuit. Exo. 32.g. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti, quasi dicat, Dñs memor fuit misericordiarum suarũ antiquarum quas fecit olim cum eis, vt adhuc ab eisdem non cessaret. Sicut nobilis homo, qui facta sua præterita recolit, vt semper noua addat, Ideò dicit Psal. 24. Reminiscere miserationum tuarum quæ à sæculo sũt. Ideò videns Propheta abiectionem populi, & afflictionem & miseriam iam imminentem, reducit ad memoriam eius miserias dicens.

d Vbi est qui eduxit,] id est, vbi est clementia Omnipotentis, quæ eduxit.

e Eos de mari, rubro ad litteram. f Cum pastoribus gregis sui,] Moyse, scilicet, & Aaron, & Maria, & aliis Sacerdotibus & ducibus populi? Michea 6. 2. Misi ante faciem tuam Moysen & Aaron, & Mariam g Vbi est] ille, [qui] ex ineffabili misericordia sua. h Posuit in medio eius,] id est, populi. i Spiritum sancti sui,] id est, Moysis, quia orante Moyse tulit Dominus de spiritu eius, & dedit septuaginta viris, Num. 11. f. Et vbi est ille.

k Qui eduxit,] de Ægypto. l Ad dexteram,] id est, prosperè.

m Moysem brachio Maiestatis suæ,] id est, in signis & mirabilibus potestatis & diuinitatis suæ? Vel secundùm Andream. l Ad dexteram, &c. [id est, qui familiariter, & sicut amicum ad dexteram suam illum statuens, vel quasi per dexteram tenens, de Ægypto illum eduxit. Item vbi est ille.

n Qui scidit aquas ante eos,] id est, qui diuisit mare rubrum in diuisiones, & similiter aquas Iordanis diuisit? Vel, [Qui scidit aquas,] de petra, Exod. 17.b. & Num. 20.b. o Vt faceret sibi nomen sempiternum,] id est, vt mirabilium operum eius memoria perenniter celebraretur. Item vbi est ille.

p Qui eduxit eos per abyssos,] id est, per profunditates maris.

q Quasi equum in deserto non impingentem, id est, sine impedimento incedentem. r Quasi animal in campo descendens,] quasi dicat, Sicut equus absque obstaculo incedit libere per plana deserti, & quodlibet animal per amplitudinem campi; sic iste populus liberè & absque vllo offendiculo per profunda maris transiuit ducente Domino. Vndè subdit.

ſ Spiritus Domini ductor eius,] populi, [fuit] per mare, per desertum. Ieron. tamen sic iungit literam. Descendens Spiritus Dñi ductor eius fuit.] Spiritum autem Domini dicit, vel fortitudinem Domini, vel Angelum qui est spiritualis natura, qui eos præcedebat. Exod. 32.g. Præcedet te Angelus meus. t Sic, id est, sine obstaculo. u Adduxisti populum tuum,] in terram promissionis x Vt] per multa miracula y Faceres tibi nomen gloriæ,] id est, gloriosum

a Attende, &c. Hic

Mysticè. a Vt ostendat quod ipsa mutatio non est in qualitate ferientis, sed in mente patientis. Item Thr. 2.b. Factus est Dominus velut inimicus, præcipitauit Israel, & omnia mœnia eius. a Et ipse debellauit eos] per Romanos quadragesimo secundo anno post Ascensionem suam. Sed quia quidam inter flagella pœnituerunt, & in fine sæculi per Heliam & Enoch pristinam gratiam generaliter recuperaturi sunt: Ideò subditur. b Et recordatus est] Dominus, scilicet. c Dierum sæculi, Moysi, &c.] i. fœderis sui est recordatus quod pepigit cum eis per Moysem quando eduxit eos de terra Ægypti. Quia verò interim non respicit eos, sed diutissimis calamitatibus per totum orbem dispersos affligi permisit: Ideo congruè Propheta condolendo exclamans subiungit, d Vbi est qui eduxit eos de mari,] rubro, ad litteram; cum pastoribus gregis sui.] Simile in Psal. 88. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine. Item Iud. 6. c. Vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerunt Patres nostri atque dixerunt: De Ægypto eduxit nos Dominus, nunc autẽ dereliquit nos. Similiter Ecclesia in aduersitate posita præcedentium temporum beneficia respicit. Vndè Iob in persona Ecclesiæ dicit. 29. a. Quis mihi tribuat, vt sim iuxta dies pristinos secũdùm dies quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum. Et nota quòd dicit, cum Pastoribus gregis sui.] Dominus enim cum Pastoribus, i. ministerio Pastorum eduxit gregẽ suum de mari, i. de amaritudine peccati. Sed modo non sunt Pastores qui pascant, sed qui pascãtur. Ezech. 34. a. Væ Pastoribus, &c. g Vbi est qui posuit in medio eius Spiritum sancti sui, &c.] Istud non mutatur a prima expositione vsque in finem capituli, secundum quod exponunt Sancti & Gloss. Sed in persona Ecclesiæ in istis vltimis tẽporibus existentis, potest legi sic. g Vbi est qui posuit in medio eius,] i. primitiuæ Ecclesiæ. i Spiritum sancti sui,] i. spiritum Christi: Spiritus enim Moysi datus est Septuaginta senioribus tantum: Num. 11. f. Spiritus Heliæ vni tantùm. 4. Reg. 2. b. Sed spiritus Christi omnibus datur qui volunt sibi obtemperare. Rom. 8. c. Qui Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Et ibidem b. dicitur. Si quis Spiritum Christi non habet hic non est eius.

k Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio Maiestatis suæ,] i. qui Christum de exilio huius Mundi eduxit, & ad dexteram suæ Maiestatis collocauit in potentia suæ Diuinitatis in Ascensione. n Qui scidit aquas,] i. qui diuisit suas gratias vnicuique in Spiritus sancti missione. o Vt faceret sibi nomen sempiternum] Ad hoc enim misit Spiritum sanctum datorem diuersarum gratiarum, vt annunciaretur nomen eius in Gentibus, I Cor. 12. a. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Dominus. p Qui duxit eos per abyssos quasi equum in deserto, non impingentem, quasi animal in campo descendens.] Hic notantur tria genera saluandorum. Noe, Daniel, & Iob. Quorum aliqui, sunt in mola, vt laboriosi, siue sæculares boni: isti sunt qui ducuntur per abyssos tribulationum immunes. Alij autem sunt in lecto contemplationis, vt contemplatiui siue religiosi, qui significantur per equum, qui in deserto, id est, in claustro non impingit. Tertij sunt in agro Dominico excolendo, scilicet Prælati tam sæculares, quàm religiosi, qui hic significantur per animal in campo descendens. Quilibet autem istorum ducitur à Deo ad salutem vnusquisque in suo ordine. Et hoc est quod dicit, [Qui eduxit eos; [quantùm ad actiuos & sæculares. [Per abyssos,] i. per profunditates maris, id est, amaritudines huius vitæ præsentis. Quasi equum in deserto non impingentem,] id est, sicut contemplatiuum, vel religiosum ducit, & deduci in claustro, sine impedimento viam mandatorum Dei alacriter currentem. Dominus enim vtrosque ducit ad salutem, & claustrales in claustro, & sæculares in mundo, siue contemplatiuos in ocio contemplationis & deserto à curis, & actiuos in mari tribulationis & sollicitudinis. Vndè Sap. vlt. b. In mari Rubro via sine impedimento. Item sup. 51. d. Qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati. Similiter per desertum est via ad terram promissionis, id est, per claustrum ad cœlum, Vndè sup. 43. c. Ponam in deserto viam, & in inuio flumina. Religiosus autem sicut equus debet in deserto currere sine impactione & sine pedis læsione vel inuolutione, vt affectus suus nullo retinaculo teneatur voluntatis illecebrosæ. Sequitur.

r Quasi animal in campo descendens,] id est, sicut Prælatum oneribus assuetum & voluntarium, in agro Dominico excolendo sollicitum per attentionem, & descendentem per humilitatem. Eccl. 32. a. Rectorem te posuerunt, noli extolli. Quare autem numerus prædictorum fidelium non offendat, subditur.

ſ Spiritus Domini ductor eius fuit.] & ita liberè, & sine offensione incedere potuit, quia vbi Spiritus Domini, ibi libertas. 2. Corinth. 3. d. Sap. 7. b. Ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator.

t Sic adduxisti populum tuum] Sic: id est, sine impedimento. Vel, [Sic:] id est, tripliciter; per abyssum, actiuos; per desertum, contemplatiuos: per campum, Prælatos.

x Vt faceres tibi nomen gloriæ,] i. nomen gloriosum. Psalm. 113. Non nobis Domine, non nobis, sed Nomini tuo da gloriam. Danielis 9. b. Nobis autem confusio faciei sicut est dies hæc. Gloria enim est frequens fama cum laude. Sic ergo Ecclesia præterita beneficia Christi recolens, & ista misera tempora nostra in quibus abundat iniquitas quia refriguit charitas, intuens & ingemiscens: Subdit

a Attende de cœlo

▲ a Attende, &c.] Hic Propheta in persona populi poenitentis liberationem deprecatur dicens. [Attende] Domine, qui tot & tanta fecisti nobis in patribus nostris, núc attende ad preces nostras. b De coelo,] i. tu qui es in coelo. c Et vide de Tabernaculo, &c.] id est, tu qui habitas in gloria, vide oculo misericordiæ tuæ miseriam & afflictionem nostram, & miserere, secundum illud. *Exod.* 3. b. Videns vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & gemitum eius audiui. *Ieron.* & *Sept* & alij Expositores non habent in littera, [folio] sed sic habent. [Attende de coelo, & vide de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ] *Sept.* Conuertere de coelo, & vide de domo sancta tua, & gloria tua. Idem est sensus. d Vbi est zelus tuus] quo nos sicut sponsam diligebas.

Tertia pars. D

a Attende b de coelo, c & vide de habitaculo sancto tuo, † & solio gloriæ tuæ. Vbi est d zelus tuus, & e fortitudo tua, f multitudo viscerum tuorum g & h miserationum tuarum? i super me continuerunt se. k Tu enim Pater noster, & l Abraham nesciuit nos, & Israël m ignorauit nos.

Al. † non habet folio.

Deut. 26. d.

Baruch. 2. d.

e Et fortitudo tua] quâ de manu aduersariorum nos liberabas? Item vbi est. f Multitudo viscerum tuorum,] id est, affectuum circa nos, [& miserationum tuarum? i Super me continuerunt se] viscera, scilicet, tua. *Ieron.* tamen punctat sic.

d Vbi est zelus tuus, &c.] olim, scilicet, patribus nostris exhibita? f Multitudo viscerum tuorum & miserationum, &c.] quasi dicat, diutissimè iam continuisti super nos multitudinem viscerum dilectionis tuæ, & misericordiarum tuarum, quia nullo affectu pietatis & compassionis erga nos motus es, vt de tam longa captiuitate nos eriperes. Similem autem quæstionem facit Dauid Propheta dicens. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine? k Tu enim Pater noster] quasi dicat, populus: Ideò recolo miserationes tuas, & inuoco viscera misericordiæ tuæ, quia tu es Pater noster, qui nos creasti, & in cultu tuo patres nostros specialiter educasti. l Et Abraham nesciuit nos, & Israel,] id est, Iacob, [ignorauit nos] quasi dicat, Nos ad te solum confugimus tanquam ad Creatorem, & Patrem nostrum, quia Abraham, & Iacob quorum nos filios esse iactabamus, nescierunt nos. Nec dignati sunt nos filios agnoscere, quia te offendimus, & dissimiles illi facti, à te Deo nostro recessimus, quâ de causâ non orant pro nobis, quia nihil impetrarent. Vndè ad Ieremiam dicitur *Ierem.* 7. d. & 11. c. & 14. b. Noli orare pro populo isto; quia non exaudiam te. Peruersi enim filij oratione sanctorum patrum non possunt liberari. Vndè ad *Ezech.* dicitur 14. f. Si fuerint tres viri isti in medio Ierusalem, Noe, Daniel & Iob, filium & filiam non liberabunt, sed ipsi soli in iustitia sua liberabunt animas suas. Vel aliter. k Tu enim Pater noster, & Abraham nesciuit nos,] id est, antequam Abraham esset & sciret nos, Pater noster es per præuisionem. Vel, [Tu] Domine, Pater noster, & Abraham nesciuit nos, &c.] quasi dicat, Tu Domine es Pater noster, & scis afflictionem nostram, & ideò effunde circa nos viscera misericordiæ tuæ: Abraham enim & Iacob nesciunt quomodo est nobis, nec cognoscunt in quanta afflictione sumus, quia si fortè scirent, orationibus suis tuam misericordiam nobis impetrarent, sed ipsi nesciunt. Vndè dicit *Gloss.* August. Nesciunt mortui etiam sancti quid agant viui, etiam eorum filij. Sed contra dicit *Greg.* in Moral. super illud *Iob* 14. d. Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles non intelliget, &c.

Psal. 88.

Greg. in Moral. 1, *lib.* 12. *c.* 13.

Δ Sicut viuentes

Mystice.

⊕ a Attende de coelo,] i. Tu Domine qui olim prædicta fecisti in mundo & modò misericordias tuas videris solus continere in coelo. [Attende] ad preces nostras ad exaudiendum. c Et vide] nostras culpas ad indulgendum, & miserias ad subleuandum. Et nota quod dicit [de coelo, & de habitaculo sancto, &c.] quasi dicat, modò resides in coelo, sed aliquando tamen mecum fuisti in exilio: ad literam, secundum hominem, modò sedes ad dexteram Maiestatis in excelsis, & ideò non contemnas nostras miserias, qui sumus in lacu miseriæ & luto fæcis. Dicitur autem Christus sedere in coelo, ad litteram, secundum humanitatem sicut in loco, secundum Deitatem autem vbique totus est. Vndè *Ierem.* 23. e. Coelum & terram ego impleo. Dicitur autem sedem habere in coelo secundum illud *infr. vlt.* a. Coelum mihi sedes est, quia in coelo continentur plura, ex quibus resultat familiarior Creatoris intellectus siue intelligentia. Si enim à magnitudine huius inferioris creaturæ & specie potentia creatoris & sapientia cognoscitur, multo magis à magnitudine creaturæ coelestis vel supercoelestis poterit creator agnosci. Item Deus dicitur sedem habere in coelo, quia in coelestibus Angelis & hominibus iustis, quorum conuersatio in coelo, quia in coelo est. *Phil.* 3. d. eius voluntas præcipuè fit. Dicitur sedere potius quàm iacere, vel stare, quia sedere iudicium est, & ipse de coelo venturus est iudex viuorum & mortuorum. Tria autem dicuntur hic. Coelum & habitaculum, & solium licèt *Ieron.* & *Sept.* de folio non faciant mentionem Coelum potest dici Ecclesia, habitaculum in coelo, religio, folium in habitaculo anima iusti, quæ est spiritualiter sedes Dei. Sequitur adhuc in persona Ecclesiæ lamentantis & priora tempora recolentis. d Vbi est zelus tuus,] i. zelus quem dedisti mihi in Apostolis, quos zelo tuo accendisti ad prædicandum, & mundum accendendum ad salutem animarum? e Et fortitudo tua,] id est, constantia quam dedisti mihi in Martyribus ad omne genus martyrij sustinendum: Et vbi est. f Multitudo viscerum tuorum. g Et] pro, id est, h Miserationem tuarum,] id est, quas in me effudisti in Confessoribus, vt in B. Nicolao, & in cæteris, qui super pauperes & ægrotos pia gestabant viscera. i Super me continuerunt se;] quasi dicat, modo non habeo animarum zelatores, sicut olim Apostolos, nec fortes in aduersis, sicut olim Martyres, nec misericordes in prosperis, sicut olim Confessores. Vel aliter. d Vbi est zelus tuus, quo paternè puniebas delinquentes, secundum illud. *Exod.* 20. a. Ego sum Dominus zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, &c. quasi dicat, zelus tuus recessit à me, quia desisti delinquentem corrigere, secundum illud *Ezech.* 16. e. Zelus meus recessit à te, non irascar tibi ampliùs. e Et] vbi est, [fortitudo tua] quâ roborasti & confirmasti proficientes, vt mutata fortitudine in melius semper fierent in tuis operibus alacriores, secundum illud *supr.* 40. g. Qui sperât in Domino, mutabunt fortitudinem, id est, semper innouabuntur in fortitudine. Sicut homo qui vult magnam dietam facere, de villa in villam mutat equum, & suo.it fortiorem. Et vbi est. f Multitudo viscerum tuorum. g Et,] id est.

13. q. 2. c. qui diuina §. de mortuis.

h Miserationum tuarum] in quibus reuocabas contemnentes te, & amplectabaris redeuntes ad te, poenitentes. i Super me, &c.] q. d. hæc omnia recesserunt à me. Vel aliter. d Vbi est zelus tuus] vehementia tuæ dilectionis quam erga hominem ostendisti in Incarnatione, cum pro ipso homine fieri homo voluisti, secundũ illud *Iohel.* 2. d. Zelatus est Dñs terrá suam, & pepercit populo suo. Item *Zach.* 1. & 8. a. Zelatus sum Sion zelo magno. e Et] vbi est, [fortitudo tua] qua pro homine laborasti in via tam longa, & morosa inter homines conuersatione, ieiunando, orando, itinerando, prædicando, & cætera opera laboriosa ad instructionem nostram faciendo? Et vbi est. f Multitudo viscerum, &c.] quas super me aperuisti & effudisti in Passione? Tunc enim effudit Dñs viscera misericordiæ suæ, in quibus nos visitauerat oriens ex alto Incarnatione. Vndè *B. Bern.* Cogitabas cogitationes pacis, & non afflictionis, & ego nesciebam. At clauus penetrans, clauis reserans factus est mihi vt pateant mihi viscera misericordiæ tuæ. Viscera autẽ Dñi sunt interni affectus quos nobis miseris effudit. *Ier.* 31. d. Conturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius. Miserans in affectu, miserebor in effectu, miserationes enim Domini sũt exteriores effectus. Sic ergo tria notantur hic Zelus Dñi in Incarnatione; fortitudo eius in laborum fatigatione; viscera misericordiæ & miserationis effusa in Passione. Quæ quia Ecclesia videt modò in nobis modicum effectũ habere, subdit. i Super me, &c.] q. d. Videris oblitus antiquorũ viscerũ, videris ea clausisse, ne pluant super me aquas consolationis & gratiæ. Ita enim aruit sicut testa virtus mea. *Iob* 12. c. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; si emiserit eas, pariter subuertent terram. i. terrenitatem & ariditatem nostrã. k Tu enim Pater noster,] q. d. Ideò attende & vide in nostrarum miseriarum subleuationem, quia tu es Pater noster creatione. l Et Abraham, &c.] Per Abraham qui interpretatur Pater excelsus, vel Pater multarum gentium Prælati Ecclesiæ intelliguntur Per Israel, viri religiosi, qui debent esse attenti in sui circumspectione, & Dei contemplatione. Israel enim videns Deum interpretatur. In istis solebat esse refugium totius Ecclesiæ, in Prælatis, scilicet & religiosis, sed modò euanuit Prælatio in elationem & ambitionem, & suffocata est Religio per cupiditatem. Ideò Ecclesia in persona subditorum gemendo clamat: [Attende Dñe, & vide, &c.] k Tu enim Pater noster, &c.] i. Prælati non curant de nostra salute & instructione. m Et Israel ignorauit nos,] i. Religiosi non curant de nobis in oratione. Neque enim attenti sunt orationi & contemplationi, sed cupiditati & terrenitati. Quia ergo periit à nobis præsidium Prælatorum & subsidium Religiosorum: idcirco Domine tu ipse, [attende & vide,] quia

Luc. 1. g.

Psal. 21.

● Tu Domine Pater noster

a Sicut viuentes, mortuorum animæ quo loco habeantur ignorant, ita mortui, qui carnaliter vixerunt, vitam in carne positorum qualiter post eos disponatur, nesciunt: Quod tamen de animabus Sanctis sentiendum non est, quia quæ intus omnipotentis Dei claritatem vident, nullo modo credendum est, quod sit aliquid foris quod ignorent. Sed carnales quique qui amorem præcipuum filijs impendunt, hoc eos beatus Iob postmodum nescire asserit, quod hic vehementer amauerunt, vt siue nobiles sint, siue ignobiles filij, nesciant, quorum eos semper cura fatigabat, sicut diues Epulo. Luc. 16 g. nesciebat de fratribus suis. Item Greg. in dialogo. Quid est quod ignorant, qui videntem omnia vident? Sol. Dicendum quòd Sancti omnia sibi ad salutem pertinentia & necessaria vident ex reuelatione, multa vero non vident ex se. Vndè quod dicitur, quòd Sancti omnia vident in vidente omnia, intelligendum est omnia, scilicet, ad salutem necessaria. Et quod dicit Greg. quod nihil est foris quod ignorent, intelligitur dupliciter, id est, ex ignorantia non est aliquid quod nesciant: ignorantia enim sonat in errorem & vitium, vel nihil pertinens ad eorum salutem. Sed quæritur adhuc in hoc loco: quare in textu non fit mentio de Isaac, sed de Abraham & de Israël: Sic enim est in textu,] Abraham nesciuit nos, & Israël ignorauit nos. Ad hoc respondet Haimo in Gloss. sic. Israël quoque adiunxisset, nisi per extrema medium intelligi voluisset. Aliter autem soluit Ieron. Isti enim duo Abraham & Iacob sortiti sunt mutationes nominum, vt Gen. 17. a. & 32. f. in signum quod ita Dominus mutaret eos de statu viliori ad digniorem, & habuerunt plures vxores in signum quòd multitudo populi ab eis exiret, Isaac autem nec nomen mutatum est, nec plures habuit vxores. Isti ergo qui precantur de peioribus in meliorem statum commutationem, eorum assumunt similitudinem, quibus læta post tristia successerunt, & quorum nomina mutata sunt in signum honoris, & qui plures habuerunt vxores in signum populosæ multitudinis filiorum. Hoc autem est quod petunt à Deo, vt qui pater eorum est, non obliuiscatur filiorum suorum, ne per ipsos Nomen Dei qui pater eorum vocabatur, blasphemetur in Gentibus sicut habetur sup. 52. b. Ezech. 37. Vndè adhuc petentes dicunt.

a Tu Domine Pater noster & b Redemptor noster, à c sæculo Nomen tuũ. d Quare errare nos fecisti Domine e de viis tuis: f indurasti cor nostrum ne timeremus te? g Conuertere propter h seruos i tuos, k tribus hæreditatis tuæ. l Quasi nihilũ possederũt populum sanctum tuum hostes nostri, m conculcauerũt sanctificationem tuam. n Facti sumus o quasi in principio cum non p dominareris nostri, q neque inuocaretur Nomen tuum super nos.

a Tu Domine Pater noster] qui nos creasti.

b Et Redemptor noster,] quia nos de Ægypto liberasti.

c A sæculo Nomen tuum,] id est, laus tua, id est, à principio sæculi mirabilia fecisti nobis in patribus nostris pro quibus laudandus es. Simile infrà 64. c. Tu Domine Pater noster, nos verò lutum, fictor noster, & opera manuum tuarum omnes nos. Et talis inuocatio multùm placet Domino. Vndè Ierem. 3. b. Ergo saltem amodo voca me Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.

d Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis,] id est, errare permisisti? Et quare.

f Indurasti cor nostrum ne timeremus te,] id est, quare indurare permisisti? quasi dicat, Indica nobis errorem nostrum, & duritiam, & causam horum, id est, malitiam nostram nobis manifesta, vt cognoscamus & emendemus. Vel sicut dicit Ieron. Supra locutus est Propheta in persona populi Deum deprecantis & laudantis, nunc in persona populi nequam, ipsum Dominum accusantis de imperfectione erroris & duritia cordis. Et est hic secunda regula Tyconij. Vnde postea loquens in persona populi poenitentis & deprecantis dicit.

g Conuertere] de ira ad misericordiam circa nos. Non.

h Propter] merita nostra, sed propter.

i Seruos tuos] patres nostros Abraham, scilicet, & Iacob. Et propter.

k Tribus hæreditatis tuæ,] id est, propter antecessores nostros filios Israël, qui in duodecim tribubus diuisi possederunt terram quam eis in hæreditatem dedisti. Vel, [Tribus hæreditatis tuæ] vt sit intransitiua constructio, id est, propter tribus quæ fuerunt hæreditas tua, sup. 19. d. Hæreditas mea Israel. Deinde vt facilius impetret misericordiam, exponit in persona populi suam miseriam dicens. l Quasi nihilum possederunt populi sanctum tuum hostes Christi] Chaldæi, scilicet. Duo dicit, id est, nos oppresserunt sicut Domini, & quasi nihilum nos habuerunt, nos viliter tractantes & in nihilo appreciantes. Vel, [Quasi nihilum possederunt, &c.] i. gratis sine pugna & sine magno labore. Vnde sup. 52. a. Gratis venundati estis.

m Conculcauerunt sanctificationem tuam,] id est, Templum deiecerunt & vilificauerunt. Psalm. 73. Incenderunt igni Sanctuarium tuum. n Facti sumus] deserti & dissipati & deiecti.

o Quasi in principio, &c.] id est, quando non regebas nos, antequam, scilicet vocares nos in Abraham, vel cum in Ægypto colebamus idola, quia sicut tunc fuimus, ita & modò sumus, sine Rege, sine Principe, sine Prophetis, sine Deo, sine Lege, sine Sacerdote, sic dicitur Osea 3. b.

q Neque inuocaretur Nomen, &c. id est, dum nos populus Dei non vocaremur, neque Deus vocaretur Deus noster. Ierem. 14. b. Tu in nobis es Domine & Nomen tuum inuocatum est super nos.

✠ a Tu Domine Pater noster, &c.] Pater creando, Redemptor moriendo. Mysticè.

c A sæculo Nomen tuum,] id est, à principio sæculi famosus es & nominabilis in misericordia & miserationibus. Et ideò attende & vide.

d Quare errare nos fecisti,] id est, errare permisisti. e De viis tuis,] id est, de mandatis.

f Indurasti cor nostrum, &c.] id est, indurari permisisti, quasi dicat. Indica nobis ignorantias nostras & malitias, & sic illuminati per cognitionem, molliamur per contritionem, cognoscamus te & diligamus te vt Patrem nostrum. Error autem pertinet ad intellectum, duritia ad affectum. Vel errare de viis Domini, est à mandatis Domini per transgressionem deuiare. Indurari autem est in peccato persistere, & non poenitere, quod est diabolicum. Dicitur autem Dominus corda indurare & facere errare, non errorem vel malitiam [illegible]ertiendo, sed permittendo, & contra errorem & duritiam remedia verberum, vel verborum non adhibendo. Flagella enim expellunt errorem ignorantiæ & duritiam malitiæ. Vndè sup. 28. c. Sola vexatio dabit intellectum auditui. Exod. 7. a. Indurabo cor Pharaonis, id est, cessabo à flagellis, & ita indurabitur. Item verba Domini & illuminant intellectum contra errorem, & molliunt affectum contra obstinationem. Vndè Ierem. 23. f. Nonne verba mea quasi ignis, ad illuminandum, & quasi malleus conterens petras, ad emolliendum? Durus autem nimis est, qui nec verbis eruditur, nec verberibus emollitur, sup. 48 a. Durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Ezech. 3. b. Omnis domus Israel attrita fronte est, & duro corde.

g Conuertere] ad misericordiam. h Propter seruos tuos,] & propter, [tribus hæreditatis tuæ,] id est, respice nos, non pro meritis nostris, sed propter merita sanctorum Prælatorum, & populorum qui ante nos fuerunt. Psal. 89. Conuertere Domine aliquantulum, & deprecabilis esto super seruos tuos. Vndè seruos Domini vocat actiuos, tribus autem hæreditatis vocat contemplatiuos, visioni Dei attendentes. Vndè sup. 19. d. Hæreditas mea Israel. Eccl. 24. b. In Iacob inhabita, id est, in actiuis, & in Israel hæreditare, id est, in contemplatiuis, & in electis meis mitte radices, id est, in Sacerdotibus & Prælatis. Ideò autem conuertere ad miserendum nobis. Quia.

l Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum hostes nostri,] id est, Dæmones sine pugna & labore populum tuum obtinuerunt. Pro nihilo enim, id est, pro voluptate luxuriæ, vel pro vanitate superbiæ, vel cupiditate pecuniæ, hostibus crudelibus, i. Dæmonibus se subiecerunt, secundùm illud supr. 52. a. Gratis venundati estis. Psal. 43. Vendidisti populum tuum sine pretio.

m Conculcauerunt sanctificationem tuam,] id est, Ecclesiam, vel cuiuslibet Christiani animam, quæ est templum Dei, 1. Machab. 2. a. Sancta in manu extraneorum facta sunt, Templum eius sicut homo ignobilis. Item 1. Machab. 4. c. Viderunt sanctificationem desertam, & altare prophanatum. n Facti sumus quasi in principio,] id est, facti sumus filij iræ, sicut in principio. Ephes. 2. a. Omnes nascimur filij iræ. p Cum non dominareris nostri.] Dominus enim non dominatur nobis, quando non sumus serui eius, sed aduersarij. b Neque inuocaretur Nomen tuum super nos.] In Baptismo inuocatur primò nomen Domini super Baptizatos: tunc enim à Christo fiunt & nominantur Christiani. Ierem. 14. b. Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos, &c. c Sed recedentes à Deo recipiunt nomen diaboli. Vndè Apocal. 13. d. Ne quis posset emere, aut vendere nisi habeat characterem nominis bestiæ, aut nomen, aut numerum nominis eius. Hic sapientia est, &c.

Vtinam dirumperes coelos

EXPOSITIO CAP. LXIV.

VTinam dirumperes cœlos, &c. Loquitur Propheta in hoc capitulo in persona populi captiuari, & aduentum Domini ad liberandum eos desiderantis. Vnde & ex vehementi desiderio dicit: vtinam dirumperes, &c. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes. In prima parte populus tribulatus, & afflictus, & in captiuitate detentus, cum ingenti desiderio Domini misericordiam deprecatur, Ibi: vtinam dirumperes, &c. In secunda verò Propheta misericordiam Dei eis affuturam asserit, & aduentum eius prædicit ad liberandum eos, ibi: descendisti, &c. In tertia populus confidens de talibus promissis, misericorditer in se complendis, vt misericordiam ipsius faciliùs impetret, peccata sua confitetur. Ibi: ecce tu iratus es, &c. Dicit ergo.

CAP. LXIV.

a VTinam dirumperes cęlos, & descenderes, à *b* facie tua *c* montes *d* defluerent, sicut *e* exustio ignis *f* tabescerent,

Prima pars. *a* Vtinam dirumperes cœlos, &c.] Non quod Dominus in descendendo cœlos dirumpat, sed loquitur more nostro, quasi dicat, Vtinam sic ad nos liberandos descendere festinares, vt præ festinatione neque ostium, neque ianuam quæreres, sed locum mansionis tuæ, id est, cœlos dirumpens, ad nos venires.

b A facie tua; quasi dicat, Si ad nos descenderes per tuæ potentiæ ostensionem, à facie tua, id est, à præsentia tuæ Maiestatis.

c Montes,] id est, superbi Chaldæorum Principes.

d Defluerent,] id est, amore dissoluti tabescerent. Vnde subdit.

e Sicut exustio, &c.] id est, sicut res exustibilis, & passibilis ab igne, à facie ignis tabescit, sicut patet in cera, quæ tota defluit à facie ignis, quia non potest sustinere vim ignis; ita ipsi deficerent à facie tua, præsentiam scilicet, tuæ Majestatis non ferentes.

A Aquæ

Aliter. Vel aliter. *a* Vtinam dirumperes cœlos, &c.] id est, vtinam sicut olim cataractas cœli aperuisti, vt diluuium inferres super impios, ita modo super hostes nostros, cœlos aereos, non dico aperires, sed impetuosè dirumperes, & nubes dissoluendo, & in eos tonitrua, & fulgura, & tempestates immittendo. Et vtinam.

b A facie tua, &c.] id est, sicut res exustibilis, tabescerent, quasi dicat. Vtinam in igne descenderes ad ostendendam potentiam tuam contra hostes tuos, vt sicut factum legimus in monte Syna, quod fumabat, & cremabatur à facie Domini, ita a præsentia tua montes Chaldæorum, & munitiones crementur, &

A defluant

Mysticè. Mysticè. *a* Vtinam dirumperes, cœlos, &c.] Istud capitulum secundùm Sanctos non habet aliam expositionem literalem quàm ipsum mysterium de Christo. Primò autem loquens Propheta in persona sua, & antiquorum Patrum, vehementi desiderio, Christi petit aduentum in carnem. Secundò, Iudæorum ostendit ingratitudinem, qui eum aduenientem reprobauerunt, quem ante aduentum tot precibus exorauerant, ibi: Cùm feceris mirabilia &c. Tertiò, aduentum Domini asserit, & Dominum mirabilia, inaudita, & inuisa facturum ostendit. Ibi: Descendisti: Quartò, quosdam Iudæorum pœnitentes introducit, confitentes sua peccata, & patrum suorum, misericordiam superni Patris implorantes, suam luteam conditionem prætendens, tormenta, & flagella sua, ciuitatis Ierusalem, & Templi destructionem per Romanos factam ostendentes, Ibi: ecce tu iratus es, &c. Dicit ergo in persona antiquorum Patrum, & sua.

a Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes,] id est, vtinam tam impetuosè, tam citò, tam subitò descenderes, vt nec ostium quæreres, sed certissimè in carnem venires. Et loquitur more nostro, qui quando festinamus exire de aliquo loco, viam non tenemus, sed breuius, quàm possumus egredimur, & impedimenta & obstacula dirumpimus. Est ergo sensus. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, id est, vtinam aduentum tuum accelerares, & promissa impleres, q.d. Excita potentiam tuam, & veni, & magna nobis virtute succurre. In hoc autem, quod dicitur; Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, &c. notatur ex parte petentium ardor desiderij: ex parte autem venientis notatur violentia per diruptionem, & præcipitatio siue impetuositas facti, & abundantia gratiæ cœlestis, quæ per diruptos cœlos vsque ad nos emanauit. Ardebant enim Sancti Patres in amore venturi, ita vt dicerent. Vtinam dirumperes cœlos, &c. Et illud inclina cœlos tuos, & descende. Item. Emitte manum tuam de alto, scilicet, filium *Psalm. 143.* de cœlo. *Bern.* Ardorem desiderij antiquorum Patrum, Christi in carnem præsentiam suspirantium frequentissimè cogitans, compungor, & confundor in memetipso, & nunc vix contineo lachrymas, ita pudet teporis, torporisque miserabilium temporum horum. Item per diruptionem intelligitur violentia & præcipitatio, siue impetuositas facti. Tanta enim charitate & dilectione Filius Dei voluit incarnari, & tam subitò, & quasi insperatò fecit, vt victus & coactus charitate cœlos dirupisse dicatur, & quasi insanus factus ad miserias nostras subito descendisse Quis enim crederet diuitem ad paupertatem descendere, Dominum ad seruitutem, Regem ad ignominiam, delitiosum ad austeritatem? Ex insperato autem hoc fecit. *Sap.* 18.c. Dum quietum silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu in medium iter haberet, omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus venit. Charitas autem Deo violentiam fecit. Vnde *Bern.* O amoris vis! Amore quid violentius? Solus amor triumphat de Deo. Item affluentiam gratiæ cœlestis ad nos emanandam ostendit. Propheta per verbum diruptionis, dicens: Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes, q.d. Ianua breuis est, nisi rumpatur murus cœli ad exitum tantæ gratiæ, & tam copiosè defluentis, *Gen.* 7. b. Rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt. Et tamen ibi fuit diluuium pœnæ pro diluuio culpæ inflictum: quia tunc furtum, homicidium, mendacium inundauerunt, sicut dicitur *Osea* 4.a. Sed modò factum est diluuium gratiæ, quæ magis culpam absorbet quam pœna Pœna enim compescit actum, sed gratia peccandi voluntatem & habitum absorbet. De hoc diluuio gratiæ. *Eccl.* 39.c. Benedictio Domini quasi fluuius inundabit, cataclysmus terram inebriabit. In descensu autem Domini dicuntur dirupti cæli, sicut in Ascensione dicuntur penetrati, sicut dicitur *Heb.* 4.d. Habentes ergo Pontificem magnum qui penetrauit cœlos, Iesum filium Dei, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. In descensu enim Domini defluxerunt nobis de cœlestibus mansionibus diuina: In ascensu autem eius ascenderunt ad cœlestes mansiones humana; Ideo vtrobique cœli dicuntur rupti, vel penetrati. In aduentu enim Domini cœli facti sunt mellifluі, & rorifluі, & oleiflui. Oleum enim misericordiæ, & indulgentiæ distillauerunt, & rorem gratiæ, & mel suauitatis, & prægustationis æternæ diffuderunt. Vnde cantatur in Natali. Hodie per totum mundum melliflui facti sunt cœli. Et *Ioel.* vlt. d. In die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte. Item *sup.* 45. b. Rorate cœli desuper, &c. *Cant.* 1. a. Oleum effusum nomen tuum. Oleum in vase fuit ante Angelorum hominúmque creationem. Oleum infusum fuit in Angelis, quando tabernaculum Dei fuit tantùm cum Angelis, & habitabat in illis. Sed oleum fuit effusum in Incarnatione, quando cœli dirupti sunt, & nobis emanauerunt riuuli gratiarum, torrentes, scilicet, olei, & mellis, quando & ipsum plenum dolium, in quo sunt omnes thesauri gratiarum, quod plenum est gratia, & veritate, ad terras vsque descendit, vt iam dicamus *Psalm. trigesimo secundo*, Misericordia Domini plena est terra, qui priùs conquerentes dicebamus. *Psalm.* 181. In æternum Domine Verbum tuum permanet in cœlo. Sed illud æternum temporale factum est; illud cœleste ad terram deriuatum est, vt iam dicatur: Oleum effusum nomen tuum. In quo notatur abundantia, & copia, quia effusum dicitur: *Bern.* Quàm vtile est hoc oleum, & quam salubre, si vtile non esset, non mihi effunderetur; si salubre non esset, non me lucraretur. Sequitur.

b A facie tua montes defluerent] quasi dicat, si descenderes, à præsentia tua superbia Dæmonum, vel Iudæorum compesceretur. Vel. montes defluerent, id est, dura corda, & superbia pœniterent, & defluerent in lacrymas compunctionis. *e* Sicut exustio ignis,] id est, sicut res exustibilis. *f* Tabescerent,] id est, liquefierent in

⊖ lachrymas

Aliter exponitur secundùm alios Sanctos, & secundùm *Aliter secundum* etiam quod tangunt quædam Inter lineares de secundo *Gloss.* aduentu sic. *a* Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes.] Nam quasi quædam cœlorum diruptio fiet, eo descendente ad Iudicium, quia patentibus cœlis, ministrantibus Angelis, considentibus Apostolis, ipse Rex Regum in sede Maiestatis suæ veniet, vt ab omnibus tunc electis, & reprobis videatur. Et quoniam ignis ante ipsum præcedet: Ideo subditur.

b A facie tua montes defluerent,] si descenderes, scilicet: Vel repete: [Vtinam] *e* Sicut exustio ignis tabe-

a Aquæ arderent igni,] id est, Chaldæi, siue Babylonij laicui, & per luxuriam fluidi, a Medis per ignem exterminarentur. Aquæ arderent igni,]id est, ciuitas Babylon, quæ sita est in aquis, combureretur ab hostibus, si descenderes ad eos in auxilium : in quo innuitur quòd Babylon fuit comb. usta. Hoc autem totum fiet.

a aquæ arderent igni, vt b notum fieret Nomen tuum inimicis tuis, c à faciē tua Gentes turbarentur. Cùm d feceris mirabilia non e sustinebimus. f Descendisti, & g à facie tua h montes defluxerunt.

b Vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis] quasi dicat, Hoc modo nota fieret potentia, & magnificentia tua, & turbaretur, siue puniretur, hostium nostrorum malitia. Ideo autem prædicta citò facias. Quia.

d Cùm feceris mirabilia] prædicta, scilicet.

e Non sustinebimus]tormenta, scilicet, ab inimicis inflicta, id est, non affligemur ab hostibus, quia visis terrebuntur mirabilibus.

Aliter. h Defluant, potentiam tuam ferre non valentes. Sub hoc tropo loquitur *Mich.* 1. a. Consumentur montes subtus eum, & valles scindentur, sicut cera à facie ignis, sicut aquæ, quæ decurrunt in præceps.

a Aquæ arderent igni,]id est, vtinam tantam tempestatem aquarum, & fulgurum simul immitteres, vt aqua, & grando pariter, & ignis mixta ferrentur super hostes, sicut olim fecisti super Ægyptios. *Exod.* 9. c. Pluit Dominus grandinem super terram Ægypti, & grando, & ignis mixta pariter ferebantur. Item *Psal.* 148. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum. Vel.

a Aquæ arderent igni,]id est, per ignem fulgurantem, sicut aliquando contigit, quòd fulgur de quodam viuario abstulit simul, & aquam, & pisces, & etiam lutum. *Sap.* 10. c. Quod etiam mirabile erat, in aqua quæ omnia extinguit, plus ignis valebat.

b Vt notum fieret, &c.]Hoc non mutatur.

d Cum feceris mirabilia non sustinebimus:] Nec hoc similiter mutatur.

Secunda pars. f Descendisti, &c.] Hic dicit Propheta impletum quod priùs petierat, Dicit ergo. Descendisti, i. descendes cum potestate, & virtute ad expugnationem Chaldæorum per Medos, & Persas.

g Et a facie tua,]id est, à præsentia tua.

h Montes defluxerunt,]id est, Balthasar, & superbi Principes Chaldæorum : Vel, id est, munitiones eorum exterminatæ sunt. Vel aliter.

f Descendisti, &c.]quasi dicat, Domine tu bene posses facere quod suprà petiuimus, quia olim in exitu de Ægypto, vel in deserto descendisti.

g Et à facie tua,]id est, à præsentia tua.

h Montes defluxerunt,]id est, Pharao, & eius Principes, vel secundùm Andream. Montes Syna, scilicet & Pharan, & vicini montes in datione legis.

i Defluxerunt] à facie Domini, id est, ab igne præcedente faciem Domini, quia Dominus in igne venit. Vnde legitur *Exod.* 19. quòd totus mons Synai fumigabat. Sequitur.

Δ A sæculo.

Mysticè. ⊖ lacrimas deuotionis. Non enim est mirum, si durum emollitur ad præsentiam ignis. *Deut.* 4. d. Deus noster ignis consumens est. Ignis illuminans intellectum ad cognitionem, & accendens affectum ad amorem, consumens autem peccatorum rubiginem. *Cant.* 5. b. Anima mea liquefacta est, &c. *Mich.* cap. 1. a Consumentur montes subtus eum, & valles scindentur, sicut cera à facie ignis, vt aquæ, quæ decurrunt in præceps. *Ps.* 96. Montes, sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. Dominus enim omnem montuositatem superbiæ, omnem terrenitatem auaritiæ consumit. *Psal.* 103. Qui tangit montes, per compunctionem, & fumigant, per lacrymarum effusionem. *Amos.* 9. b. Qui tangit terram, & tabescit. Consumit etiam Dominus in aduentu suo, aquam carnalis concupiscentiæ. Vnde subdit.

a Aquæ arderent ignis,] id est, carnales concupiscentiæ desiccarentur per calorem præsentiæ tuæ, Deus enim ignis est consumens humorem carnalitatis. Vel charitas creata ignis est fortis contra aquas. Vnde *Cant.* c. 8. b. Fortis est, vt mors dilectio, dura vt Infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammarum, aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent eam. Vel per montes intelliguntur maiores Reges, scilicet, & Principes, per aquas intelliguntur gentes, & populi, qui in aduentu Christi igne charitatis liquefacti sunt, & accensi. Aquæ enim multæ, populi multi, vt *Apoc.* 17. Dicit ergo. a Aquæ arderent igni,] i. populi inflammarentur igne charitatis. Vnde *Luc.* cap. 12. f. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt ardeat?

b Vt notum fieret Nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur ; q. d. Si descenderes, qui priùs erant inimici, & peccatores, illuminarentur ad cognitionem Nomini tui, quod est Iesus, & turbarentur ad compunctionem de peccatis, & sic illuminatio ignorantiam expelleret, & turbatio, siue contritio culpam, *sup.* 63. c. sic adduxisti populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ. Vel notum fieret Nomen tuum inimicis tuis, id est, Iudæi conuerterentur ad fidem tui Nominis quantum ad quosdam. Et non solùm Iudæi, sed.

c A facie tua gentes turbarentur,] id est, Gentiles de peccatis dolerent. Deinde quod sequitur dicit Propheta in persona fidelium Iudæorum sic.

d Cùm feceris mirabilia in terris, ægros sanando, cæcos illuminando, curuos erigendo, mortuos suscitando, & cætera huiusmodi. e Non sustinebimus]nos Iudæi, sed blasphemabimus dicentes : In Principe Dæmoniorum eijcit Dæmonia, &c. *Mat.* 12. b.

f Descendisti &c. Supra petiit Propheta aduentum Christi, hic tanquam precibus suis exauditis dicit: descendistis in vterum Virginis, id est, *Ioan.* 1. b. Verbum caro factum est. *Mich.* 1. a. Dominus egredietur de loco suo, & descender, & calcabit super excelsa terræ. g Et à facie tua,]id est, à præsentia tua. *Secunda pars.*

h Montes defluxerunt,] id est, superbi Dæmones potentiam suam amiserunt. Vnde *Ioan.* 12. e. Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. Vel, id est, Iudæi præsumptuosi, & superbi gloriam, & dignitatem, & Scripturæ sacræ notitiam amiserunt, secundùm illud *Mat.* 21. d. Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Vel, montes defluxerunt a facie Domini, quia humilitas aduentus Christi omnem humanam superbiam deiecit, & ad humiliationem prouocauit. Vnde *Eccl.* 44. a. Tripliciter Sol exurens montes, radios igneos exufflans, & refulgens radiis suis excæcat oculos. Sol iustitiæ, id est, Christus in ortu suo tripliciter montes combussit, quia ad confundendam nostram superbiam, signa humilitatis, & subiectionis in natiuitate, in conuersatione, in morte nobis exhibuit. Radios autem igneos insufflat, quia per infusionem gratiæ suæ accendimur ad eius amorem. Refulgens autem radiis suis excæcat oculos, quia quos illuminat ad sui cognitionem, excæcat per eorum reputationem, vel iam tantò sint humiliores in oculis suis, quantò radiis diuinæ sapientiæ sunt illustrati. *Tertia pars.*

* scerent aquæ, vel, aquæ, secundùm quod quidam habent, arderent igni. Ignis enim ille montes vniuersos comburens æquabit vallibus, & omnem terram complanabit. Aquæ etiam igne purgabuntur. Sed quod iam vexatio quæ tunc fiet intellectum dabit auditui : ideò subditur. *Aliter. secundum Gloss.* *Suprà 28.c.*

b Vt notum fieret Nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur. Tunc enim cognoscetur Dominus Iudicia faciens, qui nunc ignoratur, vt dicit *Bern.* iniuriam patiens. Tunc etiam turbabuntur Gentes, id est, qui Gentiliter vixerunt, à facie eius, quia vt scriptum est : Tunc plangent se omnes tribus terræ, & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli. Et non tantum mali turbabuntur, sed & electi terrebuntur, qui adhuc in carne viuentes inuenti fuerint. Vnde in eorum persona subdit. *Psal.* 9.

d Cùm faceris mirabilia, non sustinebimus,] id est, vix ferre poterimus, quia Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum mouebuntur, sicut dicitur *Mat.* 24. c. Quæ ergo mens cùm hæc cœperint fieri non expauescet? Sed quia in aduentu Domini ad iudicium, superbi damnationem, iusti retributionem, & mundus renouationem accipiet, per ignem scilicet Domini aduentum præcedentem. Ideo subdit.

f Descendisti,]id est, descendes.

g Et à facie tua,] id est, à præsentia, vel potentia tua.

h Montes defluxerunt,]id est, defluent, id est, superbi Dæmones, vel homines torquebuntur, & superbia eorum confundetur, & tabescet, vt sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Vel. *Psal.* 67.

g A facie tua,]id est, ab igne præcente faciem tuam.

d Montes defluxerunt [quia ignis ante faciem Domini præcurrens montes consumet, vt terram coæquans renouet, sicut & cætera elementa renouabuntur. Dicto de malorum punitione secundùm vnam expositionem, vel de mundi purgatione, secundùm aliam, subdit de bonorum retributione dicens.

● A sæculo

A *a* A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt] talia, scilicet, mirabilia, quæ facturus es in destructione Chaldæorum, vel in liberatione Iudæorum. Vnde subdit. *c* Oculus,] id est, habens oculum. *d* Non vidit] ô Deus absque te, &c. id est, expectantibus in captiuitate liberationem misericordiæ tuæ, quasi dicat, Tanta præparasti populo tuo patienter sustinenti captiuitatem, quòd non possunt narrari, vel ad quæ omnia videnda oculi non sufficerent. Sed quia non omnibus ista bona promittuntur, sed tantum bonis, & iustis Ideo subdit. *e* Occurristi,] id est, occurres tanquam adiutor, & retributor *f* Lætanti. &c.] id est, lætanter facienti iustitiam] id est, vt sit Endiadis. Vel. *f* Lætanti.] In tribulationibus suis *g* Et] nihilominus, facienti iustitiam: id est, tenenti iustitiam in actionibus. *h* In viis tuis,] id est, in operibus tuis. *i* Recordabuntur tui] quia videbunt mirabilia opera tua. Vel. *h* In viis tuis,] id est, in mandatis tuis incedentes. *i* Recordabuntur tui] quasi dicat, habebunt memoriam beneficiorum tuorum cum executione mandatorum tuorum. Vel. *h* In viis,] quas eis præparasti ad redeundum in terram suam *i* Recordabuntur tui] gratias tibi super hoc referentes. Sequitur. *k* Ecce tu iratus es:] Tertia pars, in qua populus confitetur peccata sua, vt misericordiam consequatur, dicens: ecce tu iratus es Ecce dicit, quasi dicat, ex præsenti flagello manifesta est contra nos indignatio tua, & meritò iratus es.

1.Cor.2.c.

A *a* sæculo non audierunt, *b* neque auribus perceperunt. *c* Oculus non vidit, *d* Deus absque te, quæ præparasti † expectantibus te. *e* Occurristi *f* lætanti, *g* & facienti iustitiam, in viis *h* tuis *i* recordabuntur tui. *k* Ecce tu iratus es, *l* & *m* peccauimus, in *n* ipsis *o* fuimus semper, & *p* saluabimur

Al. † diligentibus.

Tertia pars.

l Et,] id est, quia. *m* Peccauimus] & non ad horam peccata tenuimus, sed diu. Vnde subdit. *n* In ipsis. peccatis.

o Fuimus semper] quasi dicat, & nos & patres nostri ab antiquo peccauimus tibi. *p* Et saluabimur] quasi dicat, qui in peccatis fuimus semper, tamen tua salua- Δ bimur

Mysticè. ⊙ *a* A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt] quod potest intelligi de miraculis, quæ Dominus in primo aduentu fecit quæ talia nunquam visa fuerunt, vel audita, à sæculo, id est, ab origine mundi. Vnde *Ioan* 9.f. A sæculo non est auditum, vt quis aperiret oculos cæci nati. *c* Oculus non vidit, &c.] id est, Prophetis, & sanctis Patribus, qui desiderabant aduentum tuum in carne. Nemo enim abundantiam gratiæ, & charismatum cognouerat, quam Christus in Aduentu suo expectantibus se largiturus erat. Hinc est quod Apostolus dicit. 1.*Cor.* 1 b. Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent, sicut scriptum est. Quòd oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum: nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum. Vel. *a* A sæculo, id est, sæculum non manifestauit hæc, nec docuit. Non enim docet nisi vana & inutilia *Matt.* 16.c. Caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est.

b Neque auribus perceperunt] quia aures humanæ non ad vera intendunt, sed ad noua pruriunt, & curiosa, sicut dicitur 2. *Timot.* 4. a. Erit tempus cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. *c* Oculus non vidit Deus absque te, &c Oculus enim humanus non ad æterna, sed ad temporalia lucra conuertitur. *Psalm.* 16. Oculos statuerunt declinare in terram. *Zac.* 5.e. Hic est oculus eorum in vniuersa terra. Vel. Oculus non vidit, quia non est corpus, vel color, vt dicit *Gl.* Quod autem Apostolus addit. In cor hominis non ascendit, verum est, quia maius est corde, & cor debet illuc ascendere & dirigi. Quod autem dicitur, oculus non vidit: sic intelligitur, *i.* nisi tu solus & quibus reuelasti. Vel absque te, quia si quis illa videre potuit, te quoque pariter vidit. Illa enim bona æterna sunt cognitio tui aperta summæ veritatis, dilectio perfecta diuinæ bonitatis, securitas æternæ possessionis, quę in te, & per te habebuntur, quando expectantibus te ostendes te, & reuelabis, quando eris omnia in omnibus. *Ioan.* 17.a. Hæc est vita æterna vt cognoscant te

1.Cor.13. verum Deum, & quę misisti Iesum Christum. Nunc autem videtur Deus per speculum in ænigmate: tunc videbitur facie ad faciem. *Ps.* 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti autem his qui sperant in te, id est, expectantibus te. Expectantibus enim præparauit Deus bona illa æterna. Sed quia a facientibus iustitiam dignè expectatur, & talibus merces præparatur. Ideo subditur.

e Occurristi] tanquam remunerator in morte, vel tanquam adiutor, & protector in hac præsenti peregrinatione. *f* Lætanti, & facienti iustitiam,] id est, lætanter facienti iustitiam, contra hypocritas, qui per tristitiam simulant iustitiam. De quibus dicitur *Mat.* 6. b. Cùm ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Item est contra illos, qui in angaria portant Crucē Domini, sicut Symon Cyrenæus. *Matt.* 17. d. Ideo competenter contra tales iungit lætitiam, & iustitiam, quia non sufficit bona agere, nisi adsit condimentum lætitiæ vt possit dici illud: Super omnia vultus accessere boni. *Eccl.* 35. b. In omni dato hilarem fac vultum tuum. 2.*Cor.* 9. b. Non ex tristitia, vel ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. *Phil.* 2.b. Omnia facite absque murmurationibus & hæsitationibus, vt sitis sine querela, & simplices filij Dei. *Eccl.* 30.d. Tristitiam longè expelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in ea. Illis autem occurrit Dñs, qui hilariter operantur iustitiam. Occurrit autem in præsenti in auxilium, quod significatum est *Luc.* 2. d. vbi occurrit Symeoni de aduentu suo gaudenti; in futuro autem occurret eis in tribulationem, & præmium, quando ostendet se eis ipsa veritas, & exhibebit se eis amplexandam ipsa diuina bonitas, & glorificabit eos maiestas eius. *Sap* 6.b. Facilè videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt eam. Et postea subditur: Qui de luce vigilauerit ad eam, non laborabit, assistentem enim in foribus suis inueniet paratam, scilicet, auxiliari in præsenti, vel remunerare in futuro, vel paratam intrare sicut radius Solis assidet ante fenestram clausam quæ si aperiatur, statim intrat radius, sic sapientia assistit foribus animæ, parata illuminare intellectum, & accendere affectum. *Apoc.* 3. d. Ego sto ad ostium, & pulso, &c. Item *Sap.* 6.c. Dignos se sapientia ipsa circuit quærens, & in viis suis ostendit se illis hilariter. Vel *e* Occurristi lætanti,] id est, lætanter, non solùm patienter sustinenti in tribulationibus. *g* Et] nihilominus facienti iustitiam, id est, tenenti normam iustitiæ in operibus. Quia autem executionem iustitiæ & lætitiam spiritualem mouent tam exempla Christi, quam beneficia, & promissa gaudij æterni. Ideo subdit *h* In viis tuis,] id est, in mandatis tuis, quæ difficilia sunt ad exequendum Vel in viis tuis, id est, in tribulationibus per quas eos ducis, & per quas itur ad te, sicut dicit *Ps.* 76. In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis; quia per multas tribulationes oportet intrare in Regnum cœlorum, vt dicitur *Act.* 14. d. id est, Recordabuntur tui,] id est, tuorum exemplorum vt leuius incedant viâ quâ eos præcessisti. Sicut enim dicit *Bern.* Delicatus miles sua non sentiet vulnera, dum benigni ducis vulnera intuebitur. Vel.

h In viis tuis recordabuntur tui,] id est, tuorum beneficiorum quasi dicat, Cùm executione mandatorum tuorum recolent tua beneficia in gratiarum actione. Hoc enim necesse est, vt quicquid boni agimus, eius gratiæ, & beneficio deputemus, secundùm illud. *sup.* 26. e. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Vel. *h* In viis tuis,] id est, in tribulationibus.

i Recordabuntur tui,] id est, tuorum promissorum, siue præmiorum. Consideratio enim præmij minuit vim tribulationis, & flagelli. vt dicit beatus Gregorius. Vel.

h In viis tuis,] id est, in consideratione tuarum viarum, id est, creaturarum.

i Recordabuntur tui,] id est, tuæ potentiæ, sapientiæ, pietatis, & bonitatis. Inuisibilia enim Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, vt dicitur *Rom.* 1.c. Item *Sap.* 13.b. A magnitudine speciei, & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum cognosci Sequitur in persona Iudæorum poenitentiam de infidelitate, & Domini crucifixione, & dicentium.

k Ecce tu iratus es quasi dicat, Euidens est, & patet omnibus, quòd tu iratus es, quia aperta est pœna peccati nostri. Et iustè iratus est. *l* Et,] id est, quia. *m* Peccauimus] te, & tua documenta, & præcepta contemnendo. Vel antonomasticè peccauimus: Filium Dei crucifigendo. Quarta pars.

n In ipsis] peccatis. *o* Fuimus semper.] In malitia persistendo. *p* Et,] tamen tua gratia saluabimur pœnitendo *Rom.* 3.d. Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei. Vel *n* In ipsis,] id est, in viis tuis. *o* Fuimus semper.] Iustitiam viarum tuarum, id est, mandatorum tuorum simulando, quasi dicat, Hypocritæ fuimus. In hoc ergo notatur confessio triplicis peccati. Contemptus, scilicet, cùm dicit: peccauimus, pertinaciæ, & consuetudinis, secundùm vnam expositionem, cum dicit: In ipsis fuimus semper: vel hypocrisis, & simulationis, secundùm aliam expositionem.

p Et.] Licèt, tam mali fuerimus, tamen [Saluabi-

A bimur gratia, & non meritis nostris. *a* Et facti sumus, vt immundus omnes nos,] id est, verè immundi facti sumus, non tantum quidam, sed omnes nos tam maiores, quàm minores, tam Sacerdotes quam populus. *b* Quasi pannus menstruatæ.] quo nihil immundius. *c* Vniuersæ iust. nostræ] quasi dicat, Tanta sunt peccata nostra, & intantum multiplicatæ sunt iniquitates nostræ, i. iustificationes legales, oblationes, sed & orationes immundæ reputantur apud Deum, nec habent vim mundandi nos, secundùm quòd dicitur *sup.* 1.d. Dùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaueritis orationem vestram, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.

Al. † immundi.
Al. † Omnes.

bimur. Et *a* facti sumus vt † immundus omnes nos, quasi *b* pannus menstruatæ † *c* vniuersæ iust. nostræ. Et *d* cecidimus quasi folium vniuersi, & *e* iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. *f* Non est qui inuocet Nomen tuum qui consurgat. & *h* teneat te.

d Et cecidimus quasi folium vniuersi,] id est, citò, & leuiter à Chaldæis sumus deiecti. *e* Et iniquitates nostræ, quasi ventus abstulerunt nos,] id est, sicut ventus folia sicca citò rapit, & deicit, ita iniquitates nostræ citò abstulerunt nos à terra nostra. Et ne aliquis diceret: licèt essent peccatores, tamen habebant bonos interuentores, qui iram Dei erga se possent mitigare: Ideo dicit: quòd non. Et hoc est. *f* Non est qui inuocet Nomen tuum] per feruentem, & efficacem orationem. *g* Qui consurgat] per bonam operationem. *h* Et teneat te meritis operum, & efficacia orationum, ne effundas iram tuam, vt olim Moyses faciebat. *Exod.* 32.g. Aut dimitte eis hanc noxam, Aut A dele

Mysticè.

mur] tua gratia, non nostris meritis. Ecce spes veniæ, quæ debet adiungi semper cum peccatorum confessione *a* Et facti sumus, &c.] id est, de numero & merito fidelium eiecti sumus, vt leprosus, vel immundus eicitur de castris. Nolumus enim ablui ab immunditiis nostris, cum tamen ad hoc fuerimus inuitati. Vnde *Heb.* 10.d. Accedamus ad eum corde vero: In plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda. *Zach.* 13.a. Erit fons patens domui Dauid, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ, id est, minorum & maiorum peccatorum, vt dicit *Gl.* b. Quasi pannus menstruatæ,] quo nihil immundius. *c* Vniuersæ iustitiæ nostræ,] id est, iustificationes legales quas statuere volentes, iustitiæ Dei non fuimus subiecti vt dicitur *Rom.* 10. a. Vt est Circuncisio, oblatio, immolatio, quæ comparantur panno mulieris menstruatæ, quia ex immunditia carnalitatis ipsarum inquinatæ sunt, vt omnis qui tetigerit per obseruationem inquinetur: *Gal.* 5.a. Si circumcidimini, Christus nihil vobis proderit, &c. Menstruum autem dicitur à mene. Mene enim Græcè, vt dicit *Gl.* dicitur Luna Latinè. Vnde menstruatæ dicuntur quæ singulis mensibus solent fluxum sanguinis sustinere, & tunc debent viri abstinere ab eis, vt præcipitur *Leu.* 15. c. Tunc enim concipiuntur membris diminuti, cæci, claudi, leprosi, & huiusmodi, vt quia parentes non erubuerunt commisceri in conclaui, eorum peccata pateant cunctis, & apertè redarguantur in paruulis. Vel *b* Quasi pan. menst. &c.] ad comparationem iustitiæ diuinæ. Vnde *Greg.* Sæpè iustitia nostra ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est: & sordes in districtione iusti Iudicis, quod in oculis fulget operantis. Ideo sancti viri signa exteriora iustitiæ frequenter fugiunt, & in se arguunt verentes opera sua, secundùm illud *Iob* 9.d. Verebar omnia opera mea, &c. *Hester* 14.d. Tu scis quòd abominer signum superbiæ, & gloriæ meæ, i. signa exteriora iustitiæ, quæ quærunt hypocritæ, quòd est super caput meum & detester illud; vt pannum menstruatæ. *d* Et cecidimus, &c.] Secundùm quod exponitur de Iudæis, sensus est, i. citò cecidimus per Romanos, quia sicut ventus folia rapit, ita peccata nostra fuerunt nobis causa direptionis. Vel. Cecidimus, &c.] Vniuersi, ab arbore, s. Patriarchici generis. Rami. n. fracti sunt, & ceciderunt, & insertus est oleaster, vt dicitur *Rom.* 11.c. *e* Et in. no.] In Christum factæ, *f* Quasi ventus abstulerunt nos] à terra nostra, vel à præsentia tua, vel ab arbore paternæ fidei. Hæc autem sententia, non solùm de Iudæis, sed etiam de vniuerso genere humano, vel de quolibet peccatore intelligi potest. *Greg.* Quid est homo nisi folium quod in Paradiso ab arbore vitæ cecidit? Quid nisi folium est, qui tentationis vento rapitur, & desideriorum flatibus leuatur? Mens quippe humana quot tentationes patitur, quasi tot flatibus mouetur Hæc enim plerumque ira perturbat, cum autem ira recesserit, succedit inepta lætitia, luxuriæ stimulis vrgetur, æstu auaritiæ longæ, latéque ad ambienda, quæ terrena sunt tenditur. Aliquando hanc superbia leuat, aliquando verò inordinatus timor in infimis ponit. Quia ergo tot flatibus tentationum humana corda eleuantur, & ducuntur, aptè dicitur: Cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Quasi ventus quippe iniquitas nos abstulit, quia nullo fixos virtutis pondere in vanam elationem leuauit. Bene autem folium appellatur, quia qui arbor fuit in conditione, folium à semetipso decidens factus est in tentatione, quia enim de alto cecidit, folium est. Et nota quòd iustus comparatur folio virenti, quod habet humorem gratiæ, & non cadit in terram per appetitum prosperitatis terrenæ. *Prou.* 11.d. Qui confidit in diuitiis suis, corruet; iusti autem quasi virens folium germinabunt. Habent virorem cœlestis conuersationis, quem trahunt ab humore gratiæ abundantis in qua plantati sunt. Vnde *sup.* 44. a. Germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Dicuntur autē signanter iusti germinare, sicut folium virens, quia sicut folia virentia fructus in arbore operiunt, ne solis ardore lædantur, sic iusti in seipsis per humilitatem bona opera abscondunt, ne ardore laudis humanæ immatura coquantur: Iniustus autem, & peccator comparatur folio arido, & leui, & sonoro, sine fructu existenti, tenui, & ad ventum decidenti. Peccator enim leuis est, & instabilis. Vnde *Thren.* 1.c. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. *Ps* 1. Et erit tanquam puluis, &c. Item aridus est à gratia. Vnde *Ier.* 17.a. Erit quasi myricæ in deserto, & non videbit cum cùm venerit bonum, sed habitabit in siccitate in deserto, in terra salsuginis, & inhabitabili. Item sonorus est. Habet enim sonitus superbiæ: De quo sonitu in *Ps.* 9. Periit memoria eorum cum sonitu. Item sine fructu est bonæ operationis. Item tenuis est non habens densitatem meritorum, & ad ventum cuiuslibet tentationis decidit. Vnde dicit. *e* Et iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.] vbi notandum est, quòd ventus multis modis dicitur:

Iustus comparatur folio virenti.

Peccator comparatur folio arido.

Est ventus.

- Materialis, scilicet, commotio aëris, vt *Matt.* 8. c. Imperauit ventis, & mari.
- Iniquitatis vt hic. Iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.
- Tentationis dæmonum, scilicet, vel malorum hominum, vt *Mat.* 7. d. Venerunt flumina, flauerunt venti. & cæt. Item *Eccles.* 9. a. Si Spiritus potestatem habentis, ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.
- Aduersitatis, & tribulationis. *Ierem.* 4.c. ventus vrens in viis, quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei. *Psalm.* 35. Impulsi sunt, nec potuerunt stare.
- Prosperitatis. De quo *Iob.* 30.c. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens allisisti me valde.
- Mundani fauoris. De quo *Osea.* 12. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum. *Iob* 30. c. Abstulit quasi ventus desiderium meum, & quasi nubes pertransiit salus mea. Desiderium enim cœleste aufert desiderium laudis humanæ, & sic cito transit, & euanescit salus gratiæ.
- Spiritus sancti, vel inspiratio eius. *Act.* 1. Accipietis virtutem Spiritus sancti, superuenientis in vos. Sequitur secundum quod exponitur de Iudæis.

f Non est qui inuocet Nomen tuum, qui consurgat, & teneat te;] quasi dicat, Ideo cecidimus nos Iudæi à statu fidei, vel à terra nostra, quia. Non est qui inuocet Nomen tuum,] id est, intus vocet per attentam orationem.

g Qui consurgat,] id est, ex toto se erigat adversùs diuinam animaduersionem.

h Et teneat te.] Per bonam operationem, ne ferias, quasi dicat: Ideo cecidit populus vniuersus, quia nullus est Sacerdos, vel Propheta, vel prælatus, qui diuinæ iræ possit obuiare deprecando, sumens auctoritatem resistendi ex conscientia boni meriti, nec qui iram Dei retineat manibus bonæ operationis. *Ezech.* 22.g. Quæsiui de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam, & non inueni, *sup.* 59. c. Et vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est Iudicium, & vidit quia non est vir, & aporiatus est, quia non est qui occurrat. Vel sic.

f Non est qui inuocet Nomen tuū] per orationē. *g* Qui cōsurgat] ad cæleste contēplationē. *h* Et teneat te] per lacry-

marum

Δ dele me de libro tuo quem scripsisti. Quia ergo sic peccauimus, nec auxilium orationum a Sanctis habere potuimus, Ideo.

a Abscondisti faciem tuam, id est, misericordiam tuam, vel auxilium tuum, vel cognitionem tuam, vel præsentiam, ne notitiam esses per gratiam. b Et allisisti, i. atriuisti, & percussisti. c In manu, &c. Locutio est, id est, pro iniquitate nostra nos deiecisti de statu prosperitatis. Vel: In manu, &c. i. pro iniquitate nostra retinente nos, & alliciente. Iniquitas

Psalm 78. *al.* non habeat. † domine. D

a Abscondisti faciem tuam à nobis b & allisisti nos in c manu iniquitatis nostræ. Et d nunc Domine, e Pater noster es tu, f nos verò lutum, g & fictor noster tu, h & opera manuum tuarum omnes nos. i Ne irascaris Domine k satis, & l ne vltra m memineris iniquitatis nostræ. n Ecce † Domine respice, populus o tuus omnes nos p Ciui-

enim dicitur habere manus, quia retinet eos; qui eam operantur. d Et nunc Domine] licet peccatores simus, tamen e Pater noster es tu, & ideo preces audemus tibi effundere, & misericordiam tuam implorare, quia Pater noster es, creatione, & speciali in cultu tuo, educatione. Vnde *sup.* 1. a. Filios enutriui, & exaltaui. f Nos vero lutum] sumus, i. fragiles, ideo misericordia tua indigemus. *Iob.* 10 b Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me.

g Et fictor noster] es tu ô Domine, id est, plasmator noster, secundùm corporalem conditionem.

h Et opera manuum tuarum omnes nos] quantùm ad spiritualem, id est, quantùm ad animam, quasi dicat, Respice opus tuum, & non merita nostra. *Iob.* 10. b. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu. Ergo cùm nos simus factura tua, & tu fictor noster.

i Ne irascaris Domine satis,] id est, nimis sicut dicunt *Septuag.* id est, ne punias nos supra id quod ferre possumus.

l Et ne vltra memineris iniquitatis nostræ ad puniendum, scilicet, quasi dicat, ne punias nos vltra, quia iam flagella ferre ampliora non possumus. Simile *Tob.* cap. 3. a. Ne reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum.

n Ecce Domine respice] opus tuum, non merita nostra.

o Populus tuus omnes nos] olim, scilicet, fuimus tuus populus peculiaris, ideo nos respice oculo tuæ misericordiæ ad liberandum nos, & ciuitatem tuam, Ierusalem. Et hoc necesse est. Quia. p Ciuitas sancta tua :] Vel: Ciuitas sancti tui, id est, Sanctuarij, siue Templi tui.

Δ Facta

Mystice. ⊙ marum copiosam effusionem. Lacryma enim retinet, & cogit Deum. Plorando enim retinuit Iacob Angelum, *Osea* capit. 12. b. Inualuit ad Angelum, & confortatus est, fleuit & rogauit eum. Vel. Non est qui inuocet nomen tuum, id est, Iesum in tentatione; Qui consurgat, id est, qui ex toto surgat corpore, scilicet, & mente a carnali voluptate, vel terrena cupiditate, Et teneat te lachrymis, vt dictum est, & oratione, vel qui teneat te perseuerando, vsque in finem, in bona operatione, & conuersatione. Talis enim tenet fortiter Deum, quem nihil separare potest à charitate Christi, sicut dicitur *Rom.* c. 8. g *Cant.* c. 3. b. Tenui eum, nec dimittam. *Matt.* 24. b. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

a Abscondisti faciem tuam à nobis,] id est, Diuinitatem tuam, vel cognitionem, vel respectum misericordiæ tuæ, vel auxilium tuæ præsentiæ. Vnde *Mat.* 23. d. Non me videbitis amodo donec dicatis, Benedictus, qui venit in nomine Domini

b Et allisisti nos,] id est, afflixisti per Romanos, & deiecisti.

c In manu iniquitatis nostræ,] id est, in actione iniquitatis nostræ, vel propter retinaculum iniquitatis, quia scilic. iniquitas diu tenuit nos, ideo nos allisisti quos eleuaueras in sublime. *Iob* 30. c Eleuasti me, & quasi super ventum ponens allisisti me valde. *Psal.* 101. Eleuans allisisti me. *Iero*, Ex hoc quod hic dicitur. In manu iniquitatis nostræ, discimus, quòd iniquitas manus habet, & omnia peccata quæ nos strictos tenere desiderant. Vnde simile habetur, *Prou.* 18. d Mors & vita in manibus linguæ. Et nota, quòd sicut dicitur hic, ex iniquitate & culpa incidit homo in ignorantiam, & miseriam. Culpa enim semper mater est ignorantiæ, & miseriæ. Vnde signanter dicit.

a Abscondisti faciem tuam a nobis,] id est, cognitionem tuam Et ex hoc sequitur ignorantia.

b Et allisisti nos] ecce afflictio & miseria. Et hoc totum.

c In manu, &c.] quia nulla noceret aduersitas, si nulla dominaretur iniquitas. Sed quia post iniquitatem redeundum est ad confessionis humilitatem, isti iam ex corde pœnitentes cum humilitate procidunt, atque obsecrantes

dicunt. d Et nunc, &c.] quantùm ad animæ creationem.

f Nos vero lutum] quantùm ad corporalem conditionem. Deinde aliis verbis & reuerso ordine idem dicit.

g Et fictor noster, quantùm ad corpus luteum.

h Et opera manuum tuarum omnes nos] quantùm ad animam. In hoc quòd homo comparat se luto, & Deum figulo, excitat erga se paternam pietatem, sicut circa materiam suam fragilem, & suam recognoscit subiectionem. Vnde *Iob* 10. b. Memento quæso quod sicut lutum feceris me, &c. *Ier.* 18. a. Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel. *sup.* 45. b. Væ qui contradicit fictori suo testa de Samijs terræ. Nunquid dicit lutum figulo suo, quid facis? & opus tuum absque manibus est? *Rom* 9. d. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? Item *sup.* 49. e. Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, non me fecisti, & figmentum dicat fictori suo, non intelligis. Et nota, quod dicit.

d Et nunc Domine, Pater noster es tu] nunc, i. in aduersitate, & flagellis probas te esse Patrem, quia flagellas omnem filium quem recipis. *Hebr.* 12. Sed tamen parce aliquantulum a verbere, ne confringamur in tribulatione.

f Nos vero] sumus lutum, id est, fragiles. Vel per hoc quod dicit. Et nunc, &c. Innuitur quòd homo in tribulatione positus ad Deum patrem recurrit, & cognoscit suam fragilitatem. Vnde *Ose.* 6. a. In tribulatione sua manè consurgent ad me, venite, & reuertamus ad Dominum. Postea autem quando cessauerit flagellum, statim reuertuntur ad pristinum. Vnde *Osea.* 9. c. Ephraim quasi auis auolauit, id est, citò a me recessit,

g Et fictor noster,] id est, plasmator noster.

h Et opera manuum tuarum omnes nos.] Nota quòd dicit omnes nos, contra diuites, & elatos, & carne nobiles, qui se putant factos meliori manu, vel de meliori luto. *Iob.* 31. Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit me in vulua vnus? Item *Iob* 33. a. Ecce & me, sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus sum. De luto dicit, non de auro. Multi tamen non reputant se de eodem luto factos, de quo pauperes. *Iuuenalis.*

Quia tu gallinæ filius albæ:
Nos viles pulli nati infœlicibus ouis.

i Ne irascaris Domine satis] quasi dicat, ex quo opus tuum sumus fragile, & luteum, ergo ne infligas vindictam pœnæ. *Iuuenalis 13. satyra.*

k Satis,] id est, nimis, sicut dicunt *Septuaginta*, id est, supra id quod possumus sufferre, Fidelis enim es & dabis cum tentatione prouentum, vt possimus sustinere vt dicitur 1. *Cor.* 10. d. Vel. Satis, id est, secundùm meritum culpæ. Non enim possumus pœnam meritis respondentem sustinere. *Psa.* 129. Si iniquitates obseruaueris Domine, id est, si districtè iudicaueris, Domine quis sustinebit? *Aug.* Væ etiam laudabili vitæ hominum, si misericordia remota discusseris eam Domine. *Ieren.* 10. d. Corripe me Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo Vel.

i Ne irascaris Domine satis,] id est, ne punias nos in futuro, quia illa ira nimia est, sed in præsenti, vbi flagellando das gratiam, & remittis culpam: sicut dicitur *Tob.* 3. e. In tempore tribulationis peccata dimittis. *Iob.* 37. d. Nunc enim non infert furorem suum, nec vlciscitur scelus valde, sed in futuro, supple. *Zach.* 1. c Ego iratus sum parum in præsenti, eos ad correctionem modicum flagellando, ipsi verò adiurauerunt in malum, correctionem contemnendo, & ideo æternam pœnam promerentur.

l Et ne vltra,] id est, in alio sæculo m Memineris iniquitatis nostræ ad puniendum, quia non debes punire bis in id ipsum in præsenti, scilicet, & in futuro. *Tob.* 3. a. Et nunc Domine memento mei, & ne sumas vindictam de peccatis meis; neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. Vel. l Ne vltra memineris iniquitatis nostræ, quasi vltra, siue post pœnitentiam, & veniam, ne sis memor peccatorum nostrorum ad improperium, vel in vindictam. *Iacob.* 1. a. Qui dat omnibus affluenter, id est, condonat omnia peccata, & non improperat. *Ezech.* 18 f. Quacunque die peccator ingemuerit, omnium iniquitatum eius non recordabor ampliùs.

n Ecce Domine respice afflictionem, & desolationem nostram. & miserere, quia.

o Populus tuus omnes nos] fuimus, s. olim. Simile *Thren* vlt. a. Recordare Domine, quid acciderit nobis, intuere, & respice opprobrium nostrum, hæreditas nostra versa est ad alienos. De destructione autem, quæ facta est per Titum, addit.

p Ciuitas sancta tua] vel sancti tui, in qua erat Templum sanctum tuum.

 ⊙ Facta

a Facta est deserta à te, vel à populo tuo viduata. Quæ sit autem illa ciuitas ex nomine designa dicens.
b Sion deserta facta est,] Sion dicitur superior pars ciuitatis, Ierusalem inferior. Et non solùm Sion, sed & Ierusalem, & etiam Templum desertum est. Vnde subdit.

al. † sancti tui.

a tas † sancta tua b facta est c deserta, d Sion e deserta facta est, f Ierusalem g desolata est, h domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi i laudauerunt te patres nostri, facta k est in exustionem ignis, l & omnia desiderabilia nostra m versa sunt in ruinas. Nunquid n super his o continebis te Domine, p tacebis & affliges nos vehementer?

f Ierusalem desolata est domus sanctificat. omnis nostræ, & gloriæ nostræ,] id est, Templum in quo sanctificabamur, & gloriabamur.
i Vbi laudauerunt te patres nostri.] In ea vota, & hostias offerendo, & laudes. k Facta est in exustionem ignis: id est, combusta est à Romanis, id est, comburetur.
l Et omnia desiderabilia nostra] etiam sancta sanctorum.
m Versa sunt in ruinas.] *Threnorum* 1. d. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.
n Nunquid] ergo super his prædictis miserijs nostris.
o Continebis te Domine,] vt opem non feras, vt misericordiam tuam super nos celeriter non effundas? *Psalm* 76. Nunquid obliuiscetur misereri Deus, &c. *Sup.* 63. d. Vbi est multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? Super me continuerunt se.
p Tacebis, & affliges non vehementer,] quasi dicat, Nunquid tacebis non respondens ad preces nostras, sed ex indignatione te auertens? Vel, Tacebis, non arguendo, & non increpando hostes nostros, & sic permutes nos diutius affligi, & vehementius, quasi dicat, Domine non facias istud, vt tacendo nos affligi diutiùs permittas.

Mysticè.

a b Facta est deserta Sion, deserta facta est Ierusalem, desolata est domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis: id est, succensa est a Romanis. Hoc planum est. Sion enim & Ierusalem, vt dicit *Glossa* in hoc loco, idem significant, Templum, scilicet, & ciuitatem, vbi quondam specula virtutum, & visio pacis fuit. Sed postquam populus Iudæorum negauit Christum Regem suum, & addidit. Non habemus Regem, nisi Cæsarem. *Ioan.* 19. c. Ierusalem deserta est à Deo, & Templum. Vnde *Matth.* 23. d. Relinquetur vobis domus vestra deserta. Item *Ioann.* 14. d. Surgite, eamus hinc. Et in Templo auditæ sunt voces, sicut dicit Ecclesiastica historia. Transeamus ab his sedibus. Combustum est autem Templum à Romanis, sicut & à Chaldæis, secundùm quod prædicitur *Zachar.* 11. a. Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis Cedros tuas.
l Et omnia desiderabilia nostra,] id est, Sancta sanctorum, & omnia preciosa Templi.
m Versa sunt in ruinas] sicut supra expositum est.
n Nunquid super his continebis te Domine, tacebis, & affliges nos vehementer.] Hoc non mutatur à prima expositione literali. Vel sic.
a Ciuitas sancta tua, &c.] Ciuitas est Ecclesia, vel anima, quæ debet esse Sion per altitudinem contemplationis quantùm ad se, & ad proximum. Sed per peccatum fit deserta Deo inhabitante, & desolata à gratia confortante, & datur in exustionem ignis, per saturitatem carnalis, vel temporalis concupiscentiæ. De quo igne dicitur in *Ps.* 57. Super cecidit ignis, & non viderunt Solem. *Ps.* 79. Incensa igni, & suffosa, &c. Quomodo autem exuratur, dicitur *Ier.* 11. c. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum, ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta eius. Vox loquelæ grandis, quæ animam ad peccatum inflammat, est persuasio adulatorum, vel tentatio Dæmonum, vel ventris desiderium. Sed iustus non comburitur ad has voces, quia nec vocem mundi adulatoris, nec Diaboli tentatoris, nec ventris exactoris attendit, secundùm quod dicitur *Iob.* 39. a. Vocem exactoris non audit. Ideo ergo non ardet igne peccati, de quo etiam igne dicitur *Iob.* 18. a. Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est. Quod est contra quosdam, de quibus exeunt multi panes, quia multas eleemosynas faciunt, & tamen ab igne peccati, vel luxuriæ se non custodiunt. Dicit ergo.

l Ciuitas sancta tua,] vel Sancti tui, id est, Christi gratia inhabitantis, vel Spiritus sancti ipsam ciuitatem sanctificantis, id est, Ecclesia, vel anima.
b Facta est] per peccatum.
c Deserta] à te.
d Sion,] id est, Ecclesia, vel anima priùs contemplationi dedita, vel in contemplationis specula exaltat.
e Deserta facta est,] id est, sterilis à fructuosis meditationibus, & desiderijs coelestibus.
f Ierusalem,] id est, Ecclesia, vel anima paci, & reconciliationi faciendæ inter proximos, vel inter Deum & homines studiosa, & vnita, actiua, fructuosæ. Modo.
g Desolata est,] id est, sterilis, & viduata est à bonis operibus, & laboribus.
h Domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in combustionem ignis.] Multi enim in quibus priùs sanctificabatur Deus, & glorificabatur, ab igne peccati, vel luxuriæ comburuntur, & sic fit domus coinquinationis, & ignominiæ anima, vel Ecclesia, quæ priùs erat domus sanctificationis, & gloriæ. Vel domus sanctificationis, & gloriæ dicitur, quia Deus mentem quam inhabitare elegit, sanctificat a culpa, & gloriosam facit in virtutibus, & gratia. Sanctificationem autem domus sequitur gloria, quia mens illa potest in Domino gloriari, quæ priùs mundata, & sanctificata fuerit à contagione peccati, 2. *Corinth.* 10. d. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Item 1. *Corinth.* 1. c. Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. In tali domo laudatur Deus a patribus. Vnde dicit: Vbi laudauerunt te patres nostri. Profectus enim animarum ad laudem prouocat animos Prælatorum, & gaudium est sanctorum Angelorum: & ideo maximè lugendum, quando anima Deo sacrata in incendium conuertitur concupiscentiarum, vel peccatorum. Vnde dicit.
k Facta est in exustionem ignis:] De quo igne prædictum est.
l Et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.] Ignis enim omnia comburit, & ruere facit, maximè ignis luxuriæ. *Iob. trigesimo primo*, b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Desiderabilia autem animæ in quibus Deus delectatur, & reficitur, & quæ desiderat in nobis, sunt meditationes sanctæ, ardentes affectiones, vtiles locutiones, strenuæ operationes omni genere virtutum fulgentes, quæ omnia Diabolus in aduentu suo incendit, & diruit, secundùm quod dicitur *Thren. primo*. d. Manum suam misit hostis ad fortia, & omnia desiderabilia eius. Dupliciter autem dicuntur desiderabilia, quia Diabolus ea vult, & desiderat destruere, & ad suum vsum inuertere. *Ioel. primò*, d. Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. Item *Ioel. secundo*. a. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma; quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, nec est qui effugiat eum. Cùm ergo tanta mala inferat inimicus.
n Nunquid soper his continebis te Domine,] id est, super tantis miserijs nostris, vel culpis, viscera misericordiæ tuæ tenebis, ne effluant super nos, vel manum vindictæ tuæ ne extendas eam ad amicos, quasi dicat, Non decet hoc, vt Dominus misericordiarum contineat se a subleuatione miseriarum nostrarum, *sup.* 63. d. Vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitodo viscerum tuorum, & miserationum tuarum? Super me continuerunt se.
q Tacebis, & affliges nos vehementer] quasi dicat, taciturnitatem tuam sequitur afflictio nostra. Tacet autem Dominus, cum clamantibus in oratione non respondet in petita collatione. *Psalm.* 27. Ad te Domine clamabo, Deus meus, ne sileas à me, &c.

EXPOSITIO CAP. LXV.

QVæsierunt me qui ante non interrogabant, &c. Supra captiuitatem Iudæorum, & miseriam prædixit, & quorundam pœnitentiam, & petitionem describit, qui in tribulationibus positi clamauerunt ad Dominum, vt liberarentur, vel ante captiuitatem petierunt ne tribularentur. Et ab illo loco *suprà* 63. Attende Domine de coelo vsque huc protenditur oratio eorum. In hoc autem capit. Dominus respondet eis secundùm quendam communem modum loquendi dicens: Quæsierunt

me,

al. † Interrogabant.

me, &c.] quasi dicat, Modò quando videns suam necessitatem recurrunt ad me qui ante non † currebant. In prima ergo parte dicit Dominus quòd quia verè non pœnitent, sed semper peccata augent, captiuabuntur à gentibus, quibus ero in auxilium contra eos, & peccata eorum multa, &

Rom. 10. b.

diuersa numerat, vt ostendatur iusta eius vindicta. In secunda parte dicit: quòd quidam boni, & verè pœnitentes de captiuitate reducentur. Ibi: Quomodo si inueniatur granum in botro &c. In tertia parte dicit, quòd mali & impœnitentes, captiuitate, gladio & peste morientur. Ibi: Et vos qui dereliquistis Dominum In quarta parte, vt maior appareat malorum pœna, & bonorum fœlicitas, & lætitia comparat bonos malis, & præmia bonorum suppliciis malorum, Ibi: Ecce serui mei comedent, &c. In quinta parte prosequitur prosperitatem, & lætitiam bonorum, Ibi: Ecce enim ego creo cœlos nouos, &c. Dicit ergo: a Quæsierunt me:] In tempore aduersitatis. Sicut & dicitur *Ose.* 6. a. In tribulatione sua manè consurgent ad me. Et *Ps.* 106. Clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur. b Qui ante non interrogabant] me, scilicet, tempore prosperitatis, c Inuenerunt qui non quæsierunt me.] Irome. loquitur secundùm modum loquendi, secundùm quem Gallicè dicitur. *Or ils m'ont trouué* quasi dicat. Ipsi credunt me inuenisse ad voluntatem suam, sed non erit ita, imò. e Dixi,] id est, apud me deliberaui, dicit Dominus. f Ecce ego ad Gentes &c. per fidem. g Et quæ non inuocabant Nomen meum] per orationem, quasi dicat. Ego in auxilium Gentium conuertar contra Iudæos. Et quia posset aliquis dicere, quando Domine vertis te in auxilium Gentium contra Iudæos? Ideo respondet, quia, scilicet, obtuli Iudæis auxilium meum, sed ipsi contempserunt illud. Et hoc est quod dicit. h Expandi manus meas, &c. Id est, diu & assiduè obtuli Iudæis auxilium meum, sed ipsi mente increduli perstiterunt. Et non solùm increduli mente, sed distorti, & peruersi in operatione. Vnde subdit. k Qui graditur in via non bona,] Id est, qui operatur mala, nec incedit in via mea, id est, præceptorum meorum custodia, sed graditur. l Post cogitationes suas, id est, post adinuentiones, & excogitationes suas. Inuenerunt enim noua peccata, & noua idola. *Ps.* 89. Ibunt ad adinuentionibus suis, id est, facient secundùm quòd excogitauerint. Sed quia non determinat quis erat ille populus incredulus. Ideo subdit. m Populus qui ad iracundiam.) Id est, ad vindictam. n Prouocat me] per studium peccandi. o Ante faciem meam] est semper, id est, coram me, & in terra mea, & in Templo meo incedunt, & ostendunt se colere me, sed ego sacrificia talia non accepto, vnde *sup.* 1. d. Cùm veniretis ante conspectum meum, quis quæsiuit de manibus vestris hæc, vt ambularetis in atrijs meis? vel. Ante faciem meam semper: q. d. ne credatis quod ego

non

Mysticè.

Mysticè. a Quæsierunt me, &c.] In prima parte huius cap. agit de vocatione Gentium. In secunda parte enumerat diuersa peccata Iudæorum, per quæ iusta eorum reprobatio demonstratur, Ibi. Expandi manus meas, &c. In tertia ostendit saluationem reliquiarum Israel, ibi: Hæc dicit Dominus, Quomodo si inueniatur granum in botro, &c. In quarta parte iterum conuertit se ad increpationem malorum, & eorum quorundam peccata enumerat, & supplicia eorum submfert in collatione bonorum præmia, Ibi, Et vos qui dereliquistis Dominum, &c. In quinta bonorum præmia prosequitur, tam in præsenti, quàm in futuro habenda, quorum multa enumerat, noui, scilicet, nominis appellationem, duplicem cœli, & terræ benedictionem, angustiarum obliuionem, cœlorum nouorum & terræ nouæ creationem, ciuitatis nouæ Ierusalem exultationem, annorum longæuitatem, laboris proprij saturitatem, & operum fructuositatem, seminis benedictionem, orationum celerrimam exauditionem, pacificam fidelium cohabitationem, & omnium nocentium remotionem, quæ omnia in hac vltima parte determinantur, quæ ibi incipit: Et seruos suos, &c. Dicit ergo, a Quæsierunt me, &c. Et respondet Dominus ad id quod supra quæsierunt Iudæi. Quare nos errare fecisti de viis tuis, &c. quasi dicat Si alieni me non quærentes, tam clementem inuenerunt, non est crudelitas mea, quæ vobis neget auxilium, sed iniquitas vestra, & impœnitens cor vestrum. Vnde dicit: Quæsierunt me Gentiles per fidem,

Prima pars.

CAP. LXV.

A a Quæsierunt me, b qui ante non interrogabant, c inuenerunt d qui non quæsierunt me. e Dixi: f Ecce ego † ad † Gentes † quæ nesciebant me, & g quæ non inuocabant Nomen meum. h Expandi manus meas tota die ad i populum incredulum, qui k graditur in via non bona l post cogitationes suas. m Populus qui ad iracundiam n prouocat me, o ante faciem meam semper,

al. † ecce ego.
al. † gentem
al. non habent
† quæ nesciebant me.

b Qui ante non interrogabant me] antequam scilicet fierem homo. Hoc est quod dicitur in *Psalm.* 17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, &c. *suprà* 52. d. Quibus non est narratum de eo viderunt, & qui non audierunt contemplati sunt. c Inuenerunt me] misericordem. d Qui non quæsierunt me] scilicet ante. De hoc loco sumit Apostolus testimonium. *Ro.* 10. d. Inuentus sum à non quærentibus me palàm apparui his, qui non interrogabant me.

e Dixi, ecce ego ad Gentes,] vel gentem, secundùm *Ieron.*

f Quæ nesciebant me,] Id est, apud me diffiniui quod ego ostenderem me Gentibus per fidem. Aliqui autem habent hic bis: Ecce ego, ecce ego. In quo dicunt significari duplicem naturam eius, scilicet Diuinitatis, & humanitatis, quia vtramque naturam Gentibus manifestauit. *Ieron.* tamen, & correcti libri semel habent. Ecce ego ad Gentes quæ nesciebant me per fidem.

g Et quæ non inuocabant Nomen meum.] Id est, misericordiam meam per quam sum nominabilis, intus non inuocabant ad se per orationis attentionem. Dicto autem de Gentibus subdit de Iudæis.

Secunda pars.

h Expandi manus mea tota die, Passionis in Cruce, ab illa hora, scilicet, qua passus sum vsque ad vesperam.

i Ad populum incredulum,] Iudæorum, scilicet, Dominus, enim Cruce extendit manus suas orando pro nobis ad Patrem. *Luc.* 23. e. Pater ignosce illis, &c. Item extendit manus suas in signum quod paratus est nos recipere in sinum suum, & inter brachia sua portare, sicut mater quæ filium vult amplecti, *suprà* 40. Sicut pastor gregem suum pascet, & in sinu suo leuabit &c. Item in signum quòd omnia vult nobis donare, vnde non solùm manus suas habuit extensas, sed etiam perforatas. *Prouerb.* 1. c. Extendi manum meam, & non erat qui aspiceret. Item extendit manus suas, in signũ quòd paratus erat educere nos de lacu miseriæ, & de luto fæcis, & trahere ad seipsum *Psalm.* 143. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me, &c. *Ioan.* 12. e. Cùm exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Item manus Dñs extendit, vt videamus quid intus lateat, sc. misericordias eius quas nobis reseruauerunt claui fixi in manibus eius extensis. *Bernard.* Cogitabas cogitationes pacis, & ego nesciebam; at clauus penetrans, clauis reserans factus est mihi, vt pateant mihi misericordiæ tuæ. Item Dominus extendit manus in Cruce in signum, quòd in pœnitentia debemus habere opera bona, & aperta, vt omnes videant, & imitentur, Dominus enim ideo opera sua dilatauit, & extendit ea manifestando, vt daret nobis exemplum, vt quemadmodum ipse fecit, & nos faciamus, *suprà* 49. d. In manibus meis descripsit te, id est, vt vitam tuam in eis possis legere qualiter debeas viuere. Qui ergo non respicit, nec attendit ad manus Domini, quas his modis extendit, quibus dictum est, restat vt sentiat manum percutientis. Extendit enim manus suas etiam ad percutiendum illos, qui contempserunt manus eius quas extendit ad rogandum. *Ierem.* 15. b. Extendam manum meam super te, & interficiam te, laboraui rogans, *suprà* 9. e. In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, & populus non est reuersus ad percutientem se. Et nota, quod dicit ad populum incredulum mente per infidelitatem.

k Qui graditur in via non bona,] per prauam operationem.

l Post cogitationes suas.] Id est, post excogitationes suas per peccatorum nouorum studiosam adinuentionem. *Ierem.* 18. b. Dixerunt, desperauimus, post cogitationes nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. Ideò imprecatur eis Propheta in *Psalm.* 27. Da illis secundùm opera eorum, & secundùm nequitiam adinuentionum ipsorum. Adinuentiones autem in peccatis sunt, sicut semitæ, quibus breuius itur ad Infernum, *Eccles.* 18. d. Filij post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Sed ne aliquis crederet, quòd Dominus cogitationes iniquorum non vindicaret, nec attenderet: Ideo subdit.

m Populus qui ad iracundiam prouocat me,] peccata excogitando.

o Ante faciem meam semper,] quia omnia apertè video, & cognosco. *Heb.* 4. d. Omnia nuda, & aperta

Δ Non videam occulta eorum, quia omnia mihi patent. Deinde peccata eorum prosequitur, dicens.

a Qui immolant in hortis, quia vt sacrificijs luxuriam iungant: ideo loca delitiosa, & apta ad luxuriandum quærunt, vt ibi immolent Dijs alienis. Et non solùm immolant sacrificia, sed incendunt thura. Vnde subdit.

a qui immolant in hortis, & a sacrificant c super lateres, d qui habitant in sepulchris, & in e delubris idolorum dormiunt, qui f commedunt carnem suillam g & ius prophanum in vasis eorum:

b Et sacrificant.] id est, incensum offerunt idolis.

c Super lateres.] quia sicut dicit *Ieronym.* pro vno altari, quod secundùm legem de impolitis lapidibus constructum erat, coctos lateres, & agrorum cæpites hostiarum sanguine cruentabant.

d Qui habitant &c.] id est, diu morabantur in sepulchris. Longam enim moram, quam in sepulchris in modum domorum ædificatis faciebant, quando parentalia celebrabant, ibi eos habitare dicit, apud antiquos enim iste error moleuerat, etiam apud Iudæos, vt sepulchra parentum ædificarent in modum domorum, & ibi diu moram facientes aliquando tempore statuto parentalia celebrarent,

e Et in delubris, &c.] *Ieron.* vbi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, vt somnijs futura cognoscerent, quod in Phano Æsculapij vsque hodie error celebrat Ethnicorum. Delubra autem, vt dicit Haymo, à diluendo dicta sunt, eò quòd putabant ibi peccata dilui, & deleri, & animam ablui. Vel quia propè erant piscinæ ad litteram, vbi, & Sacerdos lauabatur, & hostia.

f Qui comedunt carnem suillam]contra præceptum legis. *Leu.* 11. a. Lepus, quia & ipse ruminat, sed vngulam non diuidit, immundus erit; & sus, quæ cum vngulam diuidat, non ruminat, horum carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immunda sunt vobis.

g Et ius prophanum in vasis eorum,] id est, aqua in qua porcina caro coquebatur, vel iussillum inde factum, vt dicit Andreas. Et ideo: *Inf. vlt. e.* dicitur. Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecùs, Qui comedebant carnem suillam, & abominationem, & murem, simul consumentur, dicit Dominus. Se enim putabant mundos, qui tales erant, & alios qui simili errore non tenebantur, immundos dicebant.

Δ Vnde

Mysticè. Θ sunt oculis eius ad quem nobis sermo. *Ierem.* 32. d. Cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam. *Prouerb.* 16. a. Omnes viæ hominum patent oculis eius, *sup.* 29. c. Væ, qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, quis videt nos? *Eccl.* 23. c. Omnis homo, qui transgreditur lectum suum contemnens in animam suam, &

De Clericis. dicens: quis me videt, tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me, quem vereor, delictorum meorum non memorabitur Altissimus; & non intelligit, quoniam omnia videt oculus eius, quoniam expellit à se timorem Dei. Item nota, quòd Clerici maximè dicuntur esse ante faciem Dei, quia sunt ante altare in Ecclesia, & tractant eius Sacramenta ipsi tamen sunt, qui magis eum prouocant per abominationes suas, & peccata. Vnde benè dicit: populus, qui ad iracundiam prouocat me, &c. Vnde *Ierem.* 3. c. Propheta, & Sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum *Ierem.* 11. c. Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?

Mysticè. Sed ad expositionem populi Iudæorum redeamus, quem Dominus ante faciem suam posuit cùm ex omnibus populis hunc in specialem elegit, sed ipse oculos Maiestatis eius prouocauit, & ante faciem eius peccauit, quia in Templo eius idolis sacrificauit. Et ideo dicit populus, qui ad iracundiam prouocat me, &c. Peccata Iudæorum antiquorum interserit hic, cùm tamen de infidelitate ipsorum in aduentu Christi existentium sermo principalis sit, propter quam & reprobati sunt. Isti enim peccata antiquorum imitabantur. Et licèt non colerent apertè idola, post Christi aduentum, tamen cultus eorum legalis, quasi reputatur pro idololatria quodammodo tempore manifestæ veritatis. Vnde propter hoc agit hic de peccatis, & idololatrijs antiquorum, & etiam, vt filij infideles, & increduli Christo, erubescant, & confundantur in scelere paterno. Dicit ergo.

a Qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres, qui habitant in sepulchris, &c.] hoc non mutatur à prima expositione literali vsque ad illum locum. Hæc dicit Dominus, Quomodo si inueniatur granum in botro, &c.

Moraliter autem in hortis immolare, est horas suas dicere, vel iuxta ignem, vel in lecto suo. Illi enim immolant Deo in hortis, qui officium aliquod impendere Deo nolunt, nisi in delicijs. Vel illi immolant in hortis, qui sacrificia bonæ operationis Deo se exhibere prætendunt, & hoc faciunt non pro Deo, sed pro delitijs, vel diuitijs obtinendis, quod tamen prohibetur *Deut.* 16 d. non plantabis lucum, & omnem arborem iuxta altare meum, id est, non quæras delitias tuas, nec eas procurabis in officio in quo te Deo deuouisti: Contra illos religiosos qui in religione quærunt delitias Ægypti, pepones, scilicet, & allia, volentes habere in deserto, & ollas carnium, sicut habetur *Num.* 11. b. *Moraliter.*

b Et sacrificant super lateres.] Sacrificare super lateres, est religionem suam referre ad carnales voluptates, sicut hypocritæ faciunt, qui simulant sanctitatem, vt habeant vnde in occulto carnem procurent, & pascant. Later enim caro est. Vnde qui molliter procurat carnem, dicitur lauare laterem, quia caro sicut later, quantò magis abluitur, & procuratur, tantò magis sordidatur. Ille ergo immolat super laterem qui de carne sua facit altare, & illi deseruit, & illam colit, & illi immolat multa genera hostiarum, id est, ferculorum diuersorum, sicut gulosi, quorum Deus venter est, *Philipp.* 3. d. De quibus dicitur *Heb.* 13. b. Habemus altare de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo, id est, corpori suo deseruiunt. Caro ergo non est molliter procuranda, nec honoranda, sed subigenda, & deprimenda, siue calcanda, secundùm quod dicitur *Naum* 3. c. Intra in lutum, & calca subigens tene laterem.

d Qui habitant in sepulchris.] Id est, in foetore luxuriæ. Vel sepulchrum dicitur foetor detrahentium Vnde *Psalm.* 5. Sepulchrum patens est guttur eorum, &c. Illi ergo habitant in sepulchris, qui in detractionibus audiendis, vel dicendis sunt assidui: Et isti sunt dæmoniaci, sicut dicitur *Matt.* 8. d. & *Marc* 5. a. Occurrerunt ei duo habentes Dæmonia, exeuntes de monumentis, sæui nimis.

e Et in delubris idolorum dormiunt.] Id est, in vanis superstitionibus, & fictitijs obseruationibus studiosi persistunt. Delubra enim idolorum, sunt vanæ superstitiones hypocritarum, vel hæreticorum, vel Iudæorum. De quibus *Colossens. secundo*, d. Quid adhuc tanquam viuentes mundo decernitis, dicentes, ne tetigeritis, neque gustaueritis. Vel delubra idolorum sunt tabernæ, vel domus Ribaldarum, in quibus coluntur multa Dæmonia, quia ibi complentur ferre omnia peccatorum genera. De delubris dicitur, *suprà decimo tertio*. d. Et respondebunt sibi vlulæ in ædibus eius, & sirenæ in delubris voluptatum. *Ezech. sexto*, b. conuertentur delubra vestra, & delebuntur opera vestra.

f Qui comedunt carnem suillam, & ius prophanum in vasis eorum.] Id est, qui immundis operationibus, & immundis affectionibus, siue cogitationibus delectantur. Per carnem enim suillam immunditia operum; per ius prophanum, immunditia cogitationum intelligitur. Sunt autem aliqui, qui non comedunt carnem suillam, id est, non faciunt immunditias, nec exercent concupiscentias carnis, tamen in vasis eorum, id est, in cordibus est ius prophanum illicitæ cogitationis. *Ecclesiast. vigesimo*. c. Est qui vetatur præ inopia peccare, & in requie sua stimulabitur. Alij autem sunt, qui vtrumque faciunt, quia peruersas cogitationes vsque ad carnales operationes perducunt. Vnde *Ierem tertio*, b. Ecce locuta es, & fecisti mala, & potuisti, & pro verbis poenitentiæ verbum superbiæ blasphemasti, & implesti malum cogitationem tuam, & ostendisti contra virum fortitudinem tuam. Econtra Sancti malam cogitationem, & peruersam operationem in se extingunt. Quod significatur *Iudic.* 6. d. vbi dicitur: quod Gedeon ingressus coxit hoedum, & de farinæ modio panes tres, carnesque ponens in canistro, & ius carnium ponens in ollam, tulit omnia sub Quercu, & obtulit Angelo. Cui dixit Angelus Domini: Tolle carnes, & panes azymos, & pone supra petram, & ius desuper funde.

Cumque fecisset ita, extendit Angelus Domini summitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & azymos panes, ascenditque ignis de petra, & carnes azymosque panes consumpsit. Gedeon coquit hoedū quando peccator poenitens cum ardenti volūtate satisfactionis suum

plangit

a Vnde subdit. a Qui dicunt:] Alij, scilicet, non manducanti, & Idola non adoranti.
b Recede à me, non appropinques mihi quia immundus es.] Omnes enim sibi dissimiles immundos iudicant. Vel.

a Qui dicunt] pauperi fratri, & proximo suo egenti.
b Recede à me, &c In quo notatur superbia eorum. Qui pauperes fratres immundos iudicabant, & indignos sua societate. Vel.

a Qui dicunt, b Recede à me, non appropinques mihi, quia imundus es. c Isti d fumus erunt in furore meo, ignis e ardens tota die.

a Qui dicunt] Deo [recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es,] Deo dicere, vt recedat à se, est per peccatum eum expellere, & iugum legis eius abijcere à se, vt sic more Gentilium liberè viuat.

Dicunt autem eum immundum esse, dum blasphemant. *Iob.* 21. b. Qui dixerunt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Deinde pœnam illorum determinat dicens.
c Isti] qui prædicta mala agunt, & in alios superbiunt.
d Fumus erunt in furore meo.] Id est, citò sicut fumus deficiens, & in nihillum redigentur. Vel ideò dicit, quòd ipsi erunt fumus, quia sicut fumus nocet oculis, sic isti, qui talia agebant, oculos Domini offendebant, & oculos etiam intuentium lædebant, eos ad consimilia prouocantes. Et ipsi erunt.
e Ignis ardens tota die] vel secundùm, quod *Glos* supple. [Ignis ardens tota die. Erit in eis, id est, continuè, & semper ardebunt, donec fuerint consumpti, vel in igne æterno cruciabuntur.

Et quia posset aliquis dicere: Tu iniustè das contra nos sententiam antequam cognoscas causam, Ideo subdit in persona Domini dicens.

a Ecce scriptum est

Moraliter. * Plangit peccatum. Modius autem farinæ moderata contritio est. De modio autem farinæ fiunt panes azymi, quando de moderata contritione fiunt nobis lachrymæ panes die ac nocte. Sed Azymi debent esse, id est, sine fermento hypocrisis, & inanis laudis. A quo fermento non fuit immunis Saul qui coram populo voluit honorari, 1. *Regum* 15. f. Carnes autem ponit in canistro, & ius carnium in olla, qui peccata sua, quæ vel operando commisit, vel concupiscendo, iugiter habet in memoria ad puniendum, & dolendum, Sed postea ponenda sunt omnia sub Quercu, & Angelo offerenda; quod facit, qui in consideratione suorum peccatorum, ad diuinæ protectionis pietatem refugit, & ipse Deo offert sacrificium spiritus contribulati. Per Quercum enim quæ arbor vmbrosa est, diuinæ protectionis vmbra potest designari. Quæ arbor etiam fert cibos porcorum, quia Deus etiam peccatores pascit. *Matthæi quinto*, g. Qui solem suum oriri facit, &c. Carnes autem ei offert, qui & carnales actus, & malos plangit affectus.

Sed nota quod sequitur in auctoritate, quia dixit ei Angelus. Tolle carnes, & panes azymos, & pone supra petram, & ius desuper funde. Carnes enim cum panibus azymis ad iussum Angeli supra petram ponit, qui per Dei gratiam compunctus, & diuinâ inspiratione edoctus, peccata peruersæ operationis cum lachrymis recolit, & super humeros patientiæ diuinæ portanda, vel super humeros Christi in cruce portanda imponit, vt pro ipsis sit satisfactio ipsa, quam Christi iam pertulit Passio.

Petra enim est Christus, sicut dicitur 1. *Cor.* 10. a. Secundùm hunc modum dicitur 1. *Petr.* 2. d. Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum. Ius autem carnium desuper fundit, qui in conuersatione Christi, vel Passionis cōsideratione, carnales cogitationes exinaniuit. Postea autem dicitur in auctoritate. Quòd cùm fecisset ita, extendit Angelus Domini summitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & azymos panes, ascenditque ignis de petra, & carnes, azymosque panes consumpsit, sicut dictum est. Petra est Christus, sic virga est Virgo beata, quæ in manu Angeli est, vel Dei. Cùm enim omnes Sancti in manu Dei sint, vt dicitur *Deut.* 33. c. excellentius dicitur esse Beata Virgo in manu eius, vtpote in quam superintendit, sicut quod tenetur in manu à memoria non recedit. Ad tactum autem virgæ, ignis exit de petra, cùm ad interuentionem gloriosæ Virginis Spiritus sancti gratia exit a Christo. Spiritus enim in igne apparuit. *Act.* 2. a. qui carnes, azymosque panes consumpsit, quia idem Spiritus, qui in præsenti peccata ad nihilum redigit, panes quoque lachrymarum consumet, cùm ab omnium Sanctorum oculis lacrymas absterget in futuro, sicut dicitur *sup.* 25. c. & *Apoc.* 21. a. Sequitur.
a Qui dicunt] Deo etsi non verbis, tamen factis.
b Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es.] Simul *Iob* 21. b. Qui dixerunt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.

Ibi dicit *Gregor.* Deo dicere, Recede à nobis, nihil aliud est quàm ei ad se veniendi aditum non præbere. Tales Deum quasi immundum reputant, quia vias eius tanquam immunditias contemnunt.

Paupertatem enim dicunt sordidam, castitatem amaram, humilitatem vilem, & abiectam, & confusione plenam.

Vnde *Ps.* 30. Qui videbant me foras fugerunt à me, quasi dicat, Ipsi me fugiunt quasi immundum.
c Isti] prædicti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die, quasi dicat, Tales quia in præsenti fumo superbiæ, vel infidelitatis, & ignorantiæ inuoluti sunt, & excæcati quantùm ad intellectum, & igne concupiscentiæ accensi quantùm ad affectum: Ideo in futuro conuertentur in ignem Inferni, & fumum, vt ibi sint tota die, id est, toto tempore, id est, semper, qui tempus eorum erit in sæcula.

De quo igne dicitur *Deutero.* 32. c. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad Inferni nouissima. *Malach.* 3. a. Ecce dies veniet succensa quasi caminus. *Ierem.* 17. a. Ignem succendi in furore meo, vsque in æternum ardebit.

De hoc fumo etiam habetur *Apoc.* 19. a. Fumus tormentorum eius ascendet in sæcula sæculorum. ***Mali comparantur fumo propter multas rationes.***

Notandum autem, quòd mali comparantur fumo propter multas rationes. Sunt enim mali inanes, sicut fumus res inanis est: *Sap.* 13. a. Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei. Item citò deficit fumus: Ita mali subitò, & in puncto ad Inferna rapiuntur, sicut dicitur *Iob.* 21. b. *Psalm.* 76. Sicut deficit fumus, deficiant. *Osee* 13. a. Erunt quasi nubes matutina, & sicut ros mané pertransiens sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. Item fumus ascendendo in altum decrescit, & euanescit: ita mali ascendendo in dignitates, & prælationes vaniores fiunt, quia qui paleam sequitur, palea efficitur, vt dicit *Aug.* Et similiter, qui vanitatem sequitur, vanitas efficitur. *Ierem.* 2. a.

Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt: similiter qui fumum sequitur, fumus efficitur. *Psalm.* 36. Deficientes quemadmodum fumus deficient, quia sicut deficit fumus prosperitatis, & honoris, ita deficit, qui hæc sequitur. Beda.

Omnis honor mundanus fumus est, spuma, & somnus. Fumus, quia excæcat; spuma, quia inflat, somnus, quia insensibilitatem dat. Item mali dicuntur fumus, quia de igne vitiorum exeunt, & generantur. Vnde dicitur *Ezec.* 16. a. Pater tuus Amorrhæus, id est, amor numini siue mundi; & mater tua Cethæa, id est, carnalis concupiscentia. Item oculos lædunt, id est, sanctos Prælatos suos, vel omnes intuentes suo malo exemplo corrumpuntur. *Prou.* 10. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his, qui miserunt eum in via; quia piger seruus Prælatum suum ad amaritudinem prouocat, & ad fletum, sicut acetum amaritudinem infert, & fumus lacrymationem. Prælati enim sunt dentes Ecclesiæ, & oculi; Dentes ad corripiendum, oculi ad prouidendum. *Cant.* 4. a. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro. Item in *eod.* Quam pulchra es amica mea, quàm pulchra oculi tui Columbarum. Item fumus à vento mouetur & rotatur; sic mali ducuntur, & rotantur vento prosperitatis & humani fauoris. *Sap.* 5. c. Spes impij quasi lanugo quæ à vento tollitur; & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur; & tanquam fumus qui à vento diffusus est; & tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Item fumus ostendit ventum à qua parte veniat, quia illuc fumus tendit, quo ventus impellit; sic mali eo ipso, quòd ad malum currunt, ostendunt à quo vento impulsi sunt, à vento, scilicet, Aquilonis *Ezech. primo*, a. Facta est super me manus Domini, & vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone. Ventus Aquilonis est suggestio Dæmonis, vel lingua adulatoris. Item mali dicuntur fumus quia tenebrosi sunt per infidelitatem & malam conscientiam, & denigrant propinqua per malam suam vitam; & petunt angulos, sicut fumus per fraudem, & fallaciam vel hypocrisim.

* Ecce scriptum est,

A *a* Ecce scriptum est coram me] malum.sc. eorum, quasi dicat, ita fixa est in memoria eorum operatio peruersa, ac si scriptam eam coram me viderem Et ideo. *c* Nō tacebo,] *Gloss.* Qui *superius* dixi 42. c. tacui, semper silui, patiens fui modò dico: Non tacebo, id est, non parcam ampliùs neque sustinebo iniquitates eorum. *d* Sed reddam, & retribuam in sinu eorum,] i. malorū Iudæorum.

a Ecce scriptum est *b* coram me. Non *c* tacebo, sed *d* reddam, & retribuam in † sinum eorum *e* iniquitates vestras, & *f* iniquitates patrum vestrorum simul *g* dicit Dominus, *h* qui sacrificauerunt *k* super montes, & *l* super colles exprobrauerūt mihi, & *m* remetiar opus eorum primum in *n* sinu eorum. Hæc *o* dicit Dominus. *p* Quomodo si inueniatur *q* granum in botro, *r* & dicatur, ne dissi-

al. † sinu.

e Iniquitates vestras,] Metaplasmus est. In sinum eorum dicit, i. in interiora mentis, vt sentiat interiores angustias animi, non solum exteriores. Vel In sinum eorum, i. in secretiores corporis eorum partes, sicut exponit *Andr.* *f* Et iniquitates patrum vestrorum simul] reddam supple. *g* Dicit Dominus] vt non solum, scilicet pro peccatis vestri puniamini, sed etiam pro patrum iniquitatibus, quos, vel quas imitati estis, id est, pro iniquitatibus in quibus imitati estis patres vestros. Aliter enim non portat filius iniquitatem patris, vt dicit *Gloss.* Et sicut dicit *Ezech.* 18. d. Nisi fuerit eam imitatus; nisi fortè temporaliter pro iniquitate patris puniatur filius, licèt etiam non peccauerit, vt sic pater in filio puniatur; sed pœna illa non est in filio punitio nisi patris, sed est filio ad meritum, si non patrem fuerit imitatus. De his autem qui patres imitati sunt in scelere loquitur hic, sicut etiam *Matth.* 23 d. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus. &c. *Leu.* 26. f. Et propter peccata patrum suorum, & sua affligentur donec confiteantur iniquitates suas. De peccatis autem patrum eorum subdit. *h* Qui scilicet, patres vestri *i* Sacrificauerunt] filios suos, & filias Dæmonibus vt in *Ps* 105. Vel hostias alias idolis. *k* Super montes,] vt quando in Bethel, & Dan vitulos aureos adorauerunt, sicut habetur 3. *Reg.* 12. g.

l Et super colles exprobrauerunt mihi] quia idolis immolando super colles, & montes ad literam, me despiciebant & cultum meum contemnebant qui talia facere prohibueram. *Ierem.* 3. d. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. *Ezech.* 20. e. Viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum & immolauerunt ibi. Et postea dicitur. Et dixi ad eos. Quid est excelsum ad quod vos ingredimini? Et vocatum est nomen eius excelsum vsque ad hanc diem. *m* Et,] Ideò, quia talia fecerunt ipsi, & patres eorum remetiar opus eorum primum in sinu eorum pro culpa, sc. pœnam mensurando, secundum quod dicitur *sup.* 27. b. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabit eam. Et nota quod hæc dictio, primum, potest esse nomen vel aduerbium. Si est nomen, tunc est sensus, id est, opus eorum primum, id est, præteritum, siue primitus, & in iuuentute factum, puniam, quasi dicat, Non tantum pro instantibus, sed etiam pro præteritis, & suis, & patrum suorum peccatis puniam eos. Vel vt sit aduerbium. Remetiar opus eorum primum, i. primò & principaliter puniam eos pro peccatis propriis, quæ ipsi adinuenerunt studio, & & malitiá sua, & multò fortius, quam pro peccatis, in quibus patres suos imitati sunt, quia illa aliquem habent colorem excusationis, respectu illorum, quæ ipsi studio suo adinuenerunt. Vel, primum, id est, primò antequam liberem eos permittam eos diu, & grauiter affligi. Quod autem dicitur: In sinu eorum, expone, sicut priùs in eodem capitulo expositum est.

o Hæc dicit Dominus, quomodo, &c.] Secunda pars in qua promittitur bonis de captiuitate liberatio, quasi dicat, propter malos non perdam bonos. Sed. — *Secunda pars.*

p Quomodo si inueniatur post tempestatem.

q Granum in botro] illæsum, scilicet, & conseruatum, vt licet botrus tempestate attritus sit, tamen granum aliquod in botro inueniatur illæsum remansisse. *r* Et dicitur volenti illud tangere, & accipere ab illis, qui hoc viderint. *s* Ne dissi-

Δ pes illud, id est, ne accipias

Moraliter. * *a* Ecce scriptum est, &c.] quasi dicat non putetis ô mali, quod me lateat iniquitas vestra, vel quòd eam tradam obliuioni, quia, ecce scriptum est coram me] malum vestrum, scilicet, scriptum est per obstinationem in corde vestro, vbi ego intueor, 1. *Reg.* 16. b. Deus intuetur cor. *Psal.* 7. Scrutans corda, & renes Deus, id est, cogitationes, & delectationes examinans. *Malac.* 3. d. Et scriptus est liber monumenti coram eo. *Iere.* 17 a. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum. *Dan.* 7. c. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Dicit ergo.

a Ecce,] quasi in euidenti.

b Scriptum est coram me,] quasi dicat, Omnia video, & & scio, & ideo.

c Non tacebo] qui silui prius, patiens fui, nunc quasi parturiens loquar. *sup.* 42. c. Et dicam, Ite maledicti in ignem æternum. *Matth.* 25. d. Et hoc est quod subdit, *d* Sed reddam, & retribuā in sinum eorum iniquitates vestras,] Id est, in interiora mentis. vt per propriam torqueantur conscientiam. Secundum quod dicitur *Inf.* vlt. g. Vermis eorum non morietur.

f Et iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus.] id est, Prælatorum vestrorum illorum quos imitati estis, quasi dicat est ego puniam vos, sicut illi puniti erant quos imitati estis, non quòd tantùm puniantur filij, quantum patres, id est, subditi quantum Prælati, sed pro eisdem punientur in quibus imitati sunt Prælatos suos malos. De quibus subdit.

h Qui sacrificauerunt super montes, & super colles exprobrauerunt mihi] Hoc idem dicitur *Osea* 4. c. Super capita montium sacrificabant, & super colles ascendebant thymiama. Super montes immolant Baal, qui in Prælationibus maioribus constituti seruiunt, non Domino, sed suo ventri. Tales sunt cultores Baal, qui interpretatur deuorator. *Philip.* 3. d. Quorum Deus venter est. Illi etiam super colles exprobrant Domino, qui in minoribus dignitatibus Ecclesiæ positi, taliter viuunt, vt vita eorum, & conuersatio sit opprobrium Christo, secundùm quod dicitur *Rom.* 2. d. Propter vos nomen Dei blasphematur in Gentibus Et sumitur hoc de *Ezech.* 8. & de *sup.* 52. b De hac autem materia require *sup.* 57. b. In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua, & ipsis effudistis libamen, obtulisti sacrificium, nunquid super his non indignabor? quia super montem excelsum, & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti, vt immolares hostias. *Ierem. secundo* e. In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. *Ezech. vigesimo* e. Viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerunt ibi, &c.

m Et remetiar opus eorum primum in sinu eorum,] id est, pro culpa pœnam mensurabo. *Matth.* 7. a. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, *sup.* 27. b. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabit eam. *Apoc.* 18. b. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantùm date ei tormentum, & luctum *Deut.* 25. a Pro mensura peccati erit, & plagarum modus. Et nota, quod dicit, opus eorum primum, quia Dominus non solum punit peccata senectutis, sed etiam iuuentutis. Ideo dicit *Psal.* 24. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas, &c. Vel [Opus eorum primum.] Id est, originale peccatum. *Ecclesiast.* 35. d. Gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum, & sceptra iniquorum contribulet, donec reddat hominibus secundum actus suos, & secundum opera Adæ, id est, pro actuali, & originali.

n In sinu eorum.] id est, in anima, vel in mente, quasi dicat, non solùm in corpore punientur, sed etiam in anima, Sequitur.

o Hæc dicit Dominus, quomodo, &c.] Nunc ad expositionem primam de Iudæis redeamus. — *Mystice.* *Tertia pars.*

Sequitur enim, Hæc dicit Dominus, quomodo si inueniatur granum, &c. Ista quæ hic dicuntur, sicut prius exposita sunt, exponuntur etiam à quibusdam Sanctis de Iudæis pro tempore illo, quando quidam Iudæi de Babylone redierunt, & reliquiæ saluæ factæ sunt, alij autem destructi sunt.

Alij autem ad tempus Apostolorum hoc referunt. Ait ergo Hæc dicit Dominus, quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur, ne dissipes illud, quoniam benedictio est, sic faciam propter seruos meos, vt non disperdam totum. Et educam de Iacob, &c.

Nam quasi granum in botro est inuentum, quando pars quæ doctrinam Euangelicam susceperat, reperta est in populo Iudæorum, sicut enim granum ad botrum, ita pauci credentes ex Iudæis fuerunt ad comparationem reliquæ multitudinis illorum, quæ credere nolens disperiit. Et de hac minima parte electa, & inuenta dictum est à Christo. *r* Ne dissi-

⊕ pes illud] quoniam

A pes illud,] id est, ne accipias, vel ne tangas illud, sed dimitte crescere, & maturari. a Quoniam benedictio est] id est, quia placuit Domino, vt pro benedictione, & multiplicatione de tanta copia, quę priùs erat reseruaret illud. b Sic faciam &c.] id est propter Abraham, Isaac, & Iacob, ad quos facta est promissio. *Mich.* 7.d. Dabo veritatem Iacob, misericordiam Abraham. Vel propter eos, qui inter plurimos peccatores seruiunt mihi. c Vt non disperdam totum] genus, sc. Israeliticum, q.d. Sicut si ex botro granum

d † non habet sanctos

per illud, a quoniam benedictio est, sic b faciam propter seruos meos, vt c disperdam totum. Et d educam de Iacob semen, & e de Iuda f possidentem montes † Sanctos meos, & g hæreditabunt eam electi mei, h & serui mei i habitabunt ibi. Et k erunt campestria in caulas gregum, l & vallis Achor

remaneat, & reseruetur post tempestatem, vel hostium vastationem, qui totas vineas solent vastare & dissipare, ita multitudo populi Israel propter peccata sua vastabitur, sed tamen ex eo reliquiæ bonorum dimittentur in benedictionem, & multiplicationem; secundum illud. *Ezech.* 34. f. Ponam illos in circuitu collis mei benedictionem. Simile 16.d. Et relinquetur in eo quasi racemus modicus, & paruus nequaquam multus. *Ier.* 5. c. Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem nolite facere. d Et educam de Iacob semen,] id est, de decem Tribubus, quæ erant in captiuitate, quosdam filios educam in terram suam qui eam seminent, & populosam reddant. e Et de Iuda] educam supple. f Possidentem &c.] id est, de duabus tribubus, quæ erant in Babylone, quosdam reducam qui rursum possidebunt terram meam Iudæam, quæ montuosa est. *Ezec.* 34.d. Inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel. Vel. d Educam de Iacob semen,] id est, de multitudine totius populi, quosdam reducam, & educam de captiuitate, vt sint semen. e Et de Iudæa, &c.] id est, de tribu Iuda educam Principem, qui toti terræ dominetur. *Iere.* 33.d. Si pactum meum inter diem, & noctem, & leges cœlo, & terræ non posui, equidem & semen Iacob, & Dauid serui mei proiiciam, & non assumam de semine eius Principes seminis Israel. quasi dicat, Sicut primum est impossibile, ita & istud infallibile. g Et hæreditabunt eam electi mei,] id est, Iudæam & terram meam sanctam Iacob & Iudas quos ego ad hoc elegi, immobiliter possidebunt. h Et serui mei,] id est, colentes me.

i Habitabunt ibi] tanquam in hæreditate propria. k Et erunt campestria, &c.] id est, amplitudo camporum implebitur gregibus ouium. Vel secundùm aliam translationem, determinatur quædam regio apta gregibus pascendis. Loco enim eius quod hic dicitur campestria, habet alia translatio Saronas; quæ est quædam regio inter Loppem, & Lyddam, atque Ramam fœcunda, & populosa, sed latronibus infesta, vnde interpretatur vallis effundens sanguinem. l Et vallis Achor,] id est,

A vallis vbi occisus

Mysticè.

a pes illud, quoniam benedictio est] quando Dominus Patrem pro discipulis orauit, vt per eos benedictio fieret, id est, multiplicatio fidelium, & numerus credentium, numero, & merito augeretur per eos. *Ioan.* 17. b. Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et postea dicitur. Non pro eis rogo tantùm, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint, &c. Quod autem dicitur b Sic faciam, &c.] significat quod propter merita Prophetarum & Patriarcharum facta est saluatio reliquiarum Israel, ne totum genus illud disperderetur. Ad illos enim facta fuerat promissio. Vnde & Christus ad Iudæos specialiter missus est. *Mat.* 15, e. Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel. De hac autem reliquiarum saluatione dicitur *sup.* 10, e. In veritate reliquiæ conuertentur, reliquiæ inquã Iacob ad Deum fortem. Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. *Rom.* 9.f. & 11.d. Idem dicitur. *Mic.* 5.a. Reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel. *Deut.* 4. e. Nouissimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum, Sed nota quòd Dominus tantùm dicitur habere grana relicta, & quasi post vindemiam relicta, Diabolus autem totam habet vindemiam. Dominus granum habet, sed Diabolus botrum *sup.* 16. d. Relinquetur in eo quasi racemus paruus, & modicus, nequaquam multus. *Mic.* 7. a. Vę mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum, botrus scilicet integer. Item *suprà vigesimo quarto*, c. Quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserint excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia, hi leuabunt vocem suam atque laudabunt. Vel botrus potest dici Christus, ipse est botrus suspensus in ligno, portatus ab exploratoribus. *Num.* 13. c. De quo botro dicitur *Cant.* 1. d. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Granum autem in botro est fidelis quilibet manens Christo, secundùm illud 1. *Ioan.* 4. c. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Item *Ioan.* 15. a. Manete in me, & ego in vobis: sicut palmes non potest facere fructum à semetipso nisi manserit in vite, &c. Item *Ioan.* 15. a. Ego sum vitis, vos palmites, &c. Sed nota quod pauca inueniantur grana in hoc botro, quia multi vocati, pauci verò electi. Vnde ad significandum raritatem fidelium in Christo permanentium dicit in singulari, Quomodo si inueniatur granum in botro, granum dicit, non grana. Sequitur. *Mat.* 20. b.

d Et educam de Iacob semen] Expositio est præcedentis, id est, de decem tribubus eligam fideles, De quo semine dicitur *sup.* 1. c. Nisi Dominus reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus.

e Et de Iuda possidentem &c.] id est, de tribu Iuda eligam multitudinem credentium, vel chorum Apostolorum de ipsis Iudæis assumam, qui diuersas Ecclesias regent, & possidebunt. Vel alios credentes virtutibus eminentes. Vel per montes intelliguntur cœlestes mansiones. De quibus dicitur *Iob* 39. a. Circumspicit montes pascuæ, & virentia quæque perquirit. *Ezec.* 34. d. Inducam oues meas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel.

g Et hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi] Electi sunt fideles, quos elegit massa perditorum, & vocauit ad fidem; serui autem eius sunt, qui cum fide exhibent in humilitate bonam & strenuam operationem. Vel electi sunt perfectiores in fide; serui autem sunt minores merito, & vocatione. Hi habitare dicuntur in Ecclesia tanquam in domo, & hæreditare eam tanquam possessionem, & hæreditatem, quod potest intelligi tam de Ecclesia Militanti, quam Triumphanti. Vel vnum verbum potest referri ad Ecclesiam Triumphantem, aliud ad Militantem. Plus enim est hæreditare quàm habitare. In hæreditate ergo notatur firma possessio, & secura, quod erit in patria per speciem, per inhabitationem, autem præsens mansio, quæ est per fidem, intelligitur. Modò ergo habitamus, sed tunc hæreditamus. Vnde *Eccl.* 24. b. In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare. Per Iacob intelligitur præsentis peregrinationis lucta. Per Israel autem visio Dei siue cognitio aperta.

k Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum,] id est, multi saluabuntur in sæculo, & multi in claustro, siue multi boni erunt in plana vita, & non ardua, & multi perfectiores erunt in arcta pœnitentia. Per campestria enim hæc lata, & infima, sed tamen plana, conuersatio intelligitur infirmorum, id est, vita sæcularium, qui nolunt ascendere ad montem: per caulas autem gregum, multitudo popularis fidelium significatur. Dicit ergo.

k Et erunt campestria in caulas gregum] vt scilicet in campestribus sint caulæ gregum, & ibi viuant, & pascantur, id est, in campestribus bonæ licet infimæ conuersationis turba saluabitur popularis, congregata in vnitate charitatis.

l Et vallis Achor,] i. humiliatio arctæ pœnitentiæ conturbantis.

a carnem & affligentis.

Aliter.

Vel aliter. k Et erunt campestria in caulas gregum &c.] Campus enim aliquando in bono accipitur pro libertate agendi, vel pro communitate, quã homo se, & sua communia facit. Vnde *Cantic.* 2. b. Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruósque camporum, &c. Quandoque autem accipitur in malo, vt hic, & 4. *Regum vlt.* b. Vbi dicitur, quod Sedechias comprehensus est in campo, vel planitie Iericho, id est, in altitudine vitæ sæcularis, & libertate peccandi. Item *Genes. vndecimo*, a. Illi, qui mouerunt pedes ab Oriente, inuenerunt campum in terra Sennar. Per campestria ergo hic intelliguntur illi, qui vixerunt in latitudine vitæ sæcularis ambulantes in via lata, quæ ducit ad mortem, sicut dicitur *Matth. septimo*, b. In caulas colliguntur greges. Dicit ergo.

k Erunt campestria in caulas gregum,] id est, qui priùs in via lata peccandi erant, & qui suo malo exemplo dispergebant oues Domini, modò eas colligunt ad se in vnitate, & vinculo charitatis, vt modò sint caulæ gregum intra se continentes, qui priùs erant campestria, id est, alios dispergentes.

l Et vallis Achor.] Quæ interpretatur conturbatio. Erit

A In cubile armentorum

vallis vbi occisos, vel sepultus fuit Achor filius Charmi, ad literam, sicut habetur *Ios.7.d.* Erit *a* In cubile armentorum] quia in illa valle ad literam multi greges erunt, & ibi accumbent. Et hæc fient *b* Populo meo.] id est, ad vtilitatem, & prosperitatem populi mei. *c* Qui requisierunt me.] In captiuitate positi. *d* Et vos &c. Hic destructionem malorum omnino damnandam prædicit, dicens Et vos ô Iudæi mali, & impœnitentes, q. d. Ita fiet de bonis sicut dictum est, quod de captiuitate reuertentur, & in terra sua prosperabuntur. Sed vos. *e* Qui dereliquistis Dominum] peccata peccatis addendo, & idolis adhærendo. *g* Qui obliti estis &c.] id est, Templum quod erat in monte, à quo auertistis affectum, non venientes illuc orare, vel immolare, sed in diuersis locis diuersa idola colentes. Vnde subdit *h* Qui ponitis fort. &c. Fortuna, Dea est fœlicitatis, vel diuitiarum. Et sicut *Iero.* & *Hay.* dicunt est in cunctis vrbibus, maximè in Ægypto, & in Alexandria idololatriæ vetus consuetudo, vt vltimo die anni & mensis, ponant mensam Fortunæ refertam varij generis epulis, & poculum mulso mixtum. *Hay.* Vel quia fœlicem annum præbuerit, vel quia futurum fœlicem præbituram putant. Hoc autem faciebant, & Israelitæ, omnium simulacrorum potestatem venerantes, & nequaquam altari victimas, sed huiuscemodi libamina mensæ Fortunæ faciebant. De talibus ergo dicit Numerabo vos.] Vos inquam qui tales estis, sicut dictum est numerabo vos, ne quis euadat. Numerabo dico, non in virga, vel in baculo, sicut numerantur oues ad introducendum in ouile, sed. *l* In gladio] ad interficiendum. Gladium autem vocat quamlibet afflictionem, quia sicut dicit *Hay.* quidquid punit, & percutit, torquet, & cruciat, in sacris Scripturis gladius appellatur. *m* Et omnes in cæde Romanorum, vel Chaldæorum. *n* Corruetis,] id est, pressura aliquá omnes affligemini. Non enim omnes ferro trucidati sunt, vel occisi, sed pœnis, & cruciatibus traditi, & captiuitati, & seruituti. De quorum adhuc contemptu & inobedientia subiungit. *o* Pro eo quod vocaui] vos per Prophetas bona promittendo dicens. Conuertimini ad me, & salui eritis *sup.45.d.* *p* Et non respondistis] mihi obediendo, & me sequendo. *Prou.1.c.* Vocaui & renuistis *Ier.35.d.* Vocaui illos, & non responderunt mihi. *q* Locutus sum] mala comminando. *r* Et non audistis] meas comminationes timendo, & vos emendando, q. d. comminatio vexationis, & afflictio non dedit intellectum vestro auditui, sed surda aure verba mea præteriuistis.

Tertia pars.

C

in *a* cubile armentorum *b* populo meo *c* qui requisierunt me. Et *d* vos qui *e* dereliquistis Dominum, qui *g* obliti estis montem sanctum meum, qui *h* ponitis Fortunæ mensam, & *i* libatis super eam, *k* numerabo vos in *l* gladio, & *m* omnes in cæde *n* corruetis, pro *o* eo quòd vocaui, & non *p* respondistis, *q* locutus sum, & non *r* audistis, & *s* faciebatis malum in oculis meis, & quæ *t* nolui elegistis *u* Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: *x* Ecce *y* serui mei *z* comedent,

s Et] insuper faciebatis malum in oculis meis, id est, me vidente, cui omnia patent. *Prou.16.a.* Omnes viæ hominum patent oculis eius. Vel. In oculis meis, s. in Templo idola colentes, in quo specialiter quodammodo oculos meos habeo *t* Et quæ nolui elegistis,] i. quæ prohibui fecistis, & Deos alienos quos vobis interdixeram coluistis. Quia ergo sic elegistis. *u* Propter hæc dicit Dominus Deus] qui non mentitur, sed potest implere, quod comminatur, & quæ promittit ad effectum perducere. *x* Ecce serui mei &c.] Quarta pars in qua simul confert prosperitatem bonorum, & malorum calamitatem. *x* Ecce quasi in euidenti est. *y* Serui mei] Qui me colunt. *z* Comedent,

Quarta pars.

Δ & vos esurietis,

Mysticè.

⊖ Carnem & affligentis. Vallis enim Achor interpretatur vallis turbationis. Hæc inquam vallis, erit. *a* In cubile armentorum] magni & fontes sancti in humilitate patientię iacebunt, & cubile facient ibi armentorum, gloriantes, & quiescentes in tribulationibus suis, & de minimis offensis grauiter turbabuntur, & sic affligent. In hac enim valle iacebat ille magnus bos, qui dicebat: Ego minimus Apostolorum, quia non sum dignus vocari Apostolus *1.Cor.15.b.* Item ille, qui dicebat. Si dixerimus, quia peccatum non habemus &c. *1.Ioan.1.d.*

Aliter.

A *a* In cubile armentorum] idem est cum præmissa sententia, id est, qui priùs erant vallis Achor, id est, vallis conturbationis per vitiorum receptationem, & Sanctorum persecutionem, modò erunt cubile armentorum, i. requies fidelium qui in eorum exemplo requiescent. Vnde Paulus qui priùs fuit vallis Achor Ecclesiam persequendo, postea fuit cubile armentorum, id est, requies & refectio fidelium, prædicatione, & exemplo eos reficiendo, & ad bonum prouocando. *Os.2.c.* Dabo vallem Achor ad aperiendam spem, Per exemplum enim Pauli qui de persecutore factus est Apostolus, erigitur spes nostra. Ad hanc autem sententiam bene conuenit alia translatio, quæ dicit. Et erit Saron in caulas gregum, Saron enim interpretatur hostis. Illi enim quam prius impugnabãt Ecclesiam, postea fuerunt eius defensores. Hoc est quod dicitur *sup.60.c.* Venient ad te curui filij eorum qui te humiliauerunt, & adorabunt vestigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi. *Gen.49.d.* Beniamin lupus rapax, manè comedet prædam, & vesperè diuidet spolia. Sed vt credatur Dominus in omnibus ista facturus subdit. *b* Populo meo &c.] quasi dicat, prædicta pollicetur Dominus, & faciet populo fideli, qui cum fide, & opere requisierit. Contraria autem fient malis, & incredulis Iudæis. Vnde subdit. *d* Et vos] ô perfidi Iudæi. *e* Qui dereliquistis Dominum] dicentes. Non habemus Regem nisi Cæsarẽ. *Io.19.c.* *g.* Qui] obliti &c.] id est, Christũ qui est mons montium contempsistis *sup.2.a.* Erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini vertice montium. Vel. Montem, id est, altitudinem conuersationis cœlestis, vel sublimitatem patriæ cælestis. *h* Qui pon. fort. mens.] id est, diuitiis aram statuitis. *i* Et libatis super eam,] id est, qui vestra sacrificia ponitis propter solam præsentis vitæ remunerationem. Nota quod Fortuna dicitur Dea fœlicitatis, & prosperitatis, & diuitiarum. Hæc olim colebatur in Ægypto, sed modò colitur in toto mundo. Pecuniæ enim obediunt omnia, vt dicitur *Eccl.10.d.* Et *Ier.6.c.* A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, auaritiæ, scilicet, colendæ. Auarus enim de corde suo facit aram Fortunæ, & de membris facit ei hostias, & de sudore suo, & sanguine libamina. Hæc est ergo causa quare traditus Deus obliuioni, vel habitatio Ierusalem cœlestis, quia omnes Fortunæ colendæ intenti sunt. Vnde conqueritur Dominus in *Psal.30.* Obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde. E contra autem dicit Iustus, *Psal.136.* Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea. *k* Numero vos in gladio] Vos inquam qui prædicta fecistis, numerabo in gladio, vt nullus euadat. *m* Et omnes in cæde corruetis] Quod quidem planum est de Iudæis, qui per Romanos destructi sunt. Gladium autem, & cædem vocat quamlibet pressuram, vel tribulationem. Non enim omnes occisi sunt, sed omnes afflicti. Vel gladium vocat mortem corporis. Et est sensus. *k* Numer. &c.] id est, nullus vestrum euadet mortem corporis. *m* Et omnes, &c. quasi dicat, animæ torquebuntur in pœnis & hoc vobis continget. *o* Pro eo quod vocaui] vos per Prophetas. *p* Et non respondistis] obediendo voci meæ.

Prou.1.c.
Ier.7.c.

Quinta pars

q Locutus sum] per memetipsum, qui prius locutus fueram per ora Prophetarum.

r Et non audistis] credendo, quia fides ex auditu. *Rom.10.c.* Vel.

o Vocaui] bona promittendo.

p Et non respondistis] per amorem.

q Locutus sum] mala comminando.

r Et non audistis] per timorem, vt comminatio daret intellectum auditui.

s Et faciebatis] malum in oculis meis, id est, me vidente, cui nihil occultum vel me etiam inter vos corporaliter habitante. *t* Et quæ nolui elegistis,] id est, Pharisæorum præcepta, & traditiones quas nolui, tenuistis.

u Propter hoc] hæc dicit Dominus Deus &c.] Nota quòd Dominus vocat nos multis modis. Vocat nos verbo, flagello, & beneficio, & exemplo. Et nos debemus respondere verbis per obedientiam, flagellis per patientiam, beneficiis per gratiarum actionem, exemplis per imitationem. Sed nos nec obedimus verbis, & murmuramus in flagellis, ingrati sumus ad beneficia, nec imitamur exempla. Vnde *Prouerb.1.c.* Vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum & increpationes meas neglexistis. Quatuor dicit, quæ significant quatuor modos quibus nos vocat Deus. Vocaui, quantùm ad prædicationem, extendi manum, quantùm ad beneficiorum collationem; despexistis omne consilium, quantùm ad exempla perfectionis, & increpationes meas neglexistis, id est, flagella. Quia ergo sic contempsistis. *u* Propter hoc hæc dicit Dominus Deus tuus. Ecce serui mei comedent] panem verbi diuini, vel refectionem corporis mei, vel in futuro cognitionem Diuinitatis, secundùm illud *Luc.22.c.* Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo. De ferculis huius mensæ dictum est *sup.9.c.* ad Heb. ibi requiratur.

⊖ Et vos esurietis

a & vos esurietis. *b* Ecce serui mei dicent, *c* & vos sitietis. *d* Ecce serui mei lætabuntur, *e* vos autem *f* confundemini. *g* Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & *h* vos clamabitis præ *i* dolore cordis, *k* & præ contritione spiritus vlulabitis, *l* & dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis. *m* Et interficiet te Dominus *n* Deus, *o* & seruos suos vocabit nomine alio. *p* In quo qui benedictus *q* est super terrã, *r* benedicetur in Deo amen. *f* Et qui iurat in terra, iurabit in Deo amẽ.

A & vos esurietis. Ecce serui mei bibent & vos sitietis. Ecce serui mei, &c.] In quo notatur, quod boni in terra sua omni copiâ bonorum replebuntur, tam in victualibus ciborum, quam potuum. Ad literam, & in omni lætitia cordis permanebunt & exultatione & laude, secundùm quòd dicitur *Ioël.* 2. f. Comedetis vescentes, & saturabimini, & laudabitis. Et è conuerso mali, qui gladium euaserint, de quo gladio prædictum est, esuriem & sitim, & confusionem incurrent in die captiuitatis. Sed sicut dicit *Ieron.* omnia ista. Iudæi quidam referunt ad fabulam mille annorum, sicut etiam postea dicemus, quando vt dicunt mali eiicientur de terra sua, & boni erunt ibi omni perfruentes abundantia & lætitia Sed adhuc de talibus subditur. *g* Ecce serui mei, &c.] Gaudium enim cordis sequitur laus vocalis. *h* Et vos] è conuerso [clamabitis præ dolore cordis, &c.] vt clamor sequatur dolorem, & vlulatus contritionem. Per quæ verba designatur maior, & minor pœna. Contritio enim plus dicit quam dolor, & vlulatus plus quam clamor. Secundum quem modum etiam dicitur *Soph.* 1. c. Et erit clamor à porta piscium, & vlulatus à secunda.

l Et dimittetis nomen vestrum, &c.] quod fit per execrationem. Electi enim mei volẽtes aliquid affirmare, dicent: Si aliter fecero, vel si verum non est quod dico, contingat mihi sicut Iudæis pessimis contigit, qui fame & peste mortui sunt, vel gladio, & clade *m* Et interficiet te] ò popule nequam *n* Dominus Deus] id est, interfectioni exponet, & calamitati. *o* Et seruos suos vocabit nomine alio] id est, alio nomine vocabuntur boni, quam peruersi quorum nomina putrescent. Vel nomine alio, quam priùs, quia vocabuntur populus peculiaris, & filij Dei, qui prius vocabantur tempore captiuitatis, populus alienus, & filij Belial. Vnde *Os.* 1. d. Et erit in loco vbi dicetur eis, non populus meus, vos dicetur eis, filij Dei viuentis. *p* In quo ; nomine [qui benedictus est super terram] ab hominibus. *r* Benedicetur in Deo amen] i. verè. id est, omnis hoc nomine appellatus cùm benedictus fuerit ab aliquo in terra viuente benedicetur etiam à Deo illam benedictionem confirmante, quasi dicat, & ipsi vocabuntur, filij mei, & populus meus, sub hoc nomine benedicentur non solum ab hominibus, sed etiam à Deo. Vel. *q* Qui benedictus est super terram] benedictione temporali.

r Benedicetur in Deo amẽ] id est, verè benedicetur benedictione spirituali, quia non solùm ad literam in temporalibus multiplicabuntur, sed bonis operibus fœcundabuntur, & in cultu diuino studiosi erunt. Vel hoc quod dicit, amen, potest per se poni, id est, sic erit, vel sic fiat.

f Et qui iurat in terra, iurat in Deo Amen] id est, si aliquem oporteat pro aliquo casu iurare, non iurabit in idolo, sed in Deo, nec falsò iurabit, sed verè. Et hoc est, quòd dicit. *r* Iurabit in Deo Amen] id est, veraciter. Vnde Symmachus pro Amen, transtulit, fideliter. Sequitur.

Δ Quia obliuioni

Mysticè. ⊖ *a* Et vos esurietis] ò vos perfidi Iudæi, & quicunque mali, id est, patiemini famen audiendi verbum Dei, vt dicitur *Amos* 8. d. Vel in futuro deficietis à ferculis Paradisi, qui hic saturati estis delitiis huius mundi. E contra *Ioël.* 2. f. Comedetis vescentes, & saturabimini, & laudabitis, &c. *Luc.* 14. d. Beatus qui manducat panem in Regno Dei. *Cant.* 5. a. Comedite amici, & bibite, & inebriabimini charissimi. Vnde subdit de potu.

b Ecce serui mei bibent] potum sanguinis mei, aquam viuam doctrinæ spiritualis. Doctrina enim, vel scriptura, non solum cibus est, vbi scilicet difficilis est, sed etiam potus, vbi est facilis. Vel vinum æternæ iucunditatis. Idem autem erit cibus & potus ibi. De quo dicit *Psal.* 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

c Et vos sitietis] id est, prædictorum potuum defectum habebitis. *Luc.* 16. f. Diues epulo guttam aquæ sitiuit, & non obtinuit. *d* Ecce serui mei lætabuntur in æterna beatitudine. Vnde *Ioan.* 16. c. Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Vel lætabuntur etiam in præsenti per acceptionem gratiæ spiritus Sancti, sicut Apostoli accepto Spiritu sancto lætati sunt, *Act.* 2. e. Vos autem, ò Iudæi, qui Christum crucifixisti.

f Confundemini] videntes gloriam meæ Resurrectionis vbique innotescere, vel videntes alios in locum vestrum successisse, & alios labores vestros comedere, secundùm illud *Deut.* 28. d. Omnes labores tuos comedet populus quem ignoras. Vel, Confundemini in iudicio, quomodo cõfunditur fur cùm comprehenditur; vel in Inferno, sicut confunditur fur dùm mulctatur, & suspenditur. *g* Ecce serui mei laudabunt in Ecclesiis in præsenti, secundum illud *Psal.* 83. Beati qui habitant in domo tua, &c. Dicit ergo: Ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, eos ad laudem compellentis, etiam fortè ad laudem vocalem. *h* Et vos clamabitis] in Inferno.

i Præ dolore cordis] id est, conscientiæ peccatorum remordentis. Vnde ad exprimendum maximum dolorem damnatorum, subdit. *k* Et præ contritione spiritus vlulabitis] Contritio enim spiritus plus sonat quàm dolor cordis, & vlulatus plus quàm clamor. Simile *Sophon.* 1. c. Et erit clamor à porta piscium, & vlulatus à secunda. Hæc enim ad literam Iudæis euenisse cognoscimus per Romanos, quando in obsidione tantam famem passi sunt, vt etiam mulieres filios suos comederent, sicut narrat Iosephus. Et confusi sunt & capti, & distracti & occisi. De quibus adhuc subditur. *l* Et dimittetis, &c.] ita scil. vt aliquid affirmantes dicant: Si aliter fecero, contingat mihi sicut contigit Iudæis, Romanorum gladio occisis. Vel ita: Iuro per Deum in quem olim crediderunt Iudæi. Vel quia Deus iuramentum eorum erat, quod Christiani modò iurant necessitate compulsi, id est, quando oportet eos iurare. Vel aliter: Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis Nomen quippe eorum est Iudæus vel Israelita Et Iudæus dicitur confitens, vel glorificans siue laudans. Israelita verò vir videns Deum. Carnales verò Iudæi nomen suum reliquerunt in iuramentum electis Dei, quia iam ipsum nomen amiserunt, & omnes electi iurant in illud, id est, firmiter definiunt ore confiteri ad salutem atque laudare & glorificare Christum quod significatur per hoc nomen Iudæus, vt sic mereamur ad eius visionem pertingere, quod significat hoc nomen Israelita. Additur autem comminatio adhuc cùm subditur. *m* Et interficiet te Dominus Deus] vel morte corporali vel gehennali, vel quacunque afflictione corporali. Interfecit enim populum illum Dominus gladio Romanorum, & adhuc magis interficiet gladio suo, id est, iudiciali sententia, cùm venerit in iudicium Interfecit etiam eum Dominus qui est verus Deus, & vita æterna, cùm se illi abstulit. *Ioan.* 14. a Ego sum via, veritas, & vita.

o Et seruos suos vocabit nomine alio] vt dicantur Christiani à Christo, non Iudæi à Iuda, vel Israelitæ à Iacob, sed alio quodam nobiliori vocabulo, quod nouitatem, & gratiam sonet, vt Christiani vocentur. *Act.* 10. d. Cognominati sunt primùm Antiochiæ discipuli Christiani. Non enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri, sicut dicitur *Act.* 3. c. Vel in futuro vocabit seruos suos nomine alio, quia qui hic dicuntur miseri, secundùm illud *Iacob.* 4. c. Miseri estote, & lugete, tunc dicentur Beati, *sup.* 62. a. Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. *Baruch.* 5. b. Nominabitur tibi à Deo nomen nouum in sempiternum pax iustitiæ. *Apoc.* 2. c. Vincenti dabo calculum candidum, id est, corpus solidum, & glorificatum, & in calculo nomen nouum, quod nemo scit nisi qui accipit. Nouum dicitur, contra vetustatem culpæ, & pœnæ. 1. *Ioan.* 3. e. Videte qualem charitatem dedit nobis Deus Pater, vt filij Dei nominemur, & simus. *Matth.* 5. a. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. *Ioan.* 14. b. Iam non dicam vos seruos, sed amicos meos. *Quinta pars.*

p In quo nomine scilicet, Christiano.

q Qui benedictus est super terram) benedictione gratiæ in baptismo.

r Benedicetur in Deo amen] benedictione gloriæ in cœlo, vel in iudicio, quando dicetur illud *Matth.* 25. c. Venite benedicti Patris mei, &c.

f Et qui iurat in terra] id est, in hac vita dicens: Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. *Psal.* 118.

s Iurabit in Deo amen] id est, in futura vita verè, & fideliter Deum laudabit, & se semper laudaturum eum affirmabit.

a Quia obliuioni traditæ sunt] id est, tradentur angustiæ priores, q.d. Hæc omnia supradicta erunt bonis alio nomine vocatis, quia priores angustiæ obliuioni tradentur, quas, s. in captiuitate sustinuerunt, vt memoria præteritorum eos non cruciet. b Et quia absconditæ, &c.] Propheta illis se connumerat, quia & ipse multas sustinuit afflictiones, & molestias, a quibus & ipse tandem in morte liberatus est.

a Quia obliuioni traditæ sũt angustiæ priores, b & quia absconditæ sunt ab oculis nostris. c Ecce enim ego creo cœlos nouos, d & terram nouam, e & non erũt in memoria priora, f & non ascendent super cor, g sed gaudebitis, h & exultabitis vsque in i sempiternum in his, k quæ ego creo. l Quia ecce ego creo Ierusalem m exultationem, n & populum eius gaudium, o & exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo, p & non audietur in ea q vox fletus vltrà, & vox clamoris, r Non erit ibi ampliùs infans dierum, s & senex qui non impleat dies suos

Quinta pars. c Ecce enim ego, &c.] Quinta pars, in qua bonorum prosperitatem prosequitur. Sed nota quòd hoc, quod hic dicitur de cœlorum innouatione & terræ, & de noua Ierusalem, referunt Iudæi ad fabulam

D mille annorum, & ad auream Ierusalem, & tũc omnia quæ hic dicuntur, dicunt implenda. Secundùm veritatem autem loquitur sicut dicetur in mystica expositione, de Ierusalem cœlesti, & de elementorum innouatione in fine mundi. Sed tamen cœptam fabulam prosequamur secundùm illos, qui hoc exponunt de tempore reuersionis de Babylonica captiuitate. Dicit ergo: Ecce enim ego creo cœlos nouos, quasi dicat prædicta bona erunt vobis, & non erunt in memoria priores angustiæ, quia ecce ego creo nouos cœlos, id est, creabo nouos cœlos, i. innouabo eos, vt qui prius vobis deficiebant ad pluuias, modò quasi innouati vobis copiosè fundant aquas benedictionis. d Et terram nouam] creo, s. id est, creabo, id est, terram innouabo, & recentem eam faciam semper ad proferendum semina sua. Post renouationem cœlorum sequitur renouatio terræ, quia per pluuias cœli fit apta terra ad fructificandum secundùm quod dicitur *Os.* 2. d. In die illa exaudiam cœlos, & illi exaudient terram. e Et non erunt in memoria priora] id est, qualitates priorum, s. cœlorum siccitas, & terræ sterilitas.

f Et non ascendent super cor] vestrum, s. id est in memoriam vestram non ascendent tanquam pondus, scil.

g Sed gaudebitis mente. h Et exultabitis corpore. i Vsque in sempiternum in his quæ ego creo,] id est, diu permanebitis gaudentes, & exultantes in bonis, quæ vobis de nouo facio. Hoc tamẽ quod dicitur in sempiternũ, sub pia conditione intelligitur, i. si custodiatis mandata mea. Quæ autem sint illa quæ creaturus est, subdit. Quia ecce ego creo Ierusalem exultationem.] i. exultantem. Loquitur enim Emphaticè, vt magis exprimat quod intendit.

n Et populum eius gaudium, i. est, gaudentem. Similiter est Emphasis. o Et exultabo in Ierusalem,] Anthropopathos est. Nulla enim affectio gaudij cadit in Deum, sed tunc dicitur gaudere cùm suis læta tribuit & gaudere eoa in se facit. p Et non audietur in ea] i. in Ierusalem.

q Vox fletus vltra, & vox clamoris, quia, vbi tunc erit gaudium, & exultatio, contraria esse non possunt.

r Non erit ibi ampliùs infans dierum, &c.] *Iero.* Hebræi hæc ante resurrectionem in mille annorum Regno futura super terram contendunt, & tam longa futuræ vitæ spatia repromittunt, vt centum anni reputentur infantiæ, peccatorem autem centesimo ætatis suæ anno esse moriturum, ne videlicet paratis opibus perfruatur, sed ob peccatum maledictum esse se nouerit. Sed hoc fabulosum est, prosequemur tamen fabulam.

r Non erit ibi ampliùs infans dierum] id est, infans in diebus, id est, qui paucos habeat dies. Et dicit, infans dierum, quia sunt infantes annorum, qui paucos habent annos. Item sunt infantes innocentiæ, qui scilicet, innocentes sunt, licet sint multorum dierum, & annorum. *Andreas* sic exponit.

Mysticè. r Non erit ibi ampliùs infans dierum] i. non erit ibi infans, qui ante annum, vel mentem moriatur, in primitiis, scil. diebus suis. s Et senex qui non impleat dies suos] non erit, scil. ibi, id est, qui non impleat dies senectutis deditos.

▲ Quoniam puer

a Quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores] ne si pars malorum prioris angustiæ memorari. Tunc enim nulla erit memoria alicuius rei, quæ affligat, *sup.* 54. a. Noli timere, quia non cõfunderis, neque erubesces, non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris, & opprobrij viduitatis tuæ non recordaberis amplius, quia dominabitur tui qui fecit te. *Iob* 3. c. Paruus & magnus ibi sunt & seruus liber a Domino suo. Ibi dicit *Gloss.* erit quidem ibi memoria culpę, non quæ mentem polluat, vel affligat, sed quæ sine læsione arctius beatitudini, & lætitiæ astringat, sicut sanati dolorum sine dolore recordamur, vnde ampliùs modico gratias agimus. b Et quia absconditæ sunt ab oculis nostris,] quasi dicat, nec cadent in memoriam mentis, nec occurrent sensibus corporis, nec enim angustiarum recordatio erit, sed quæ sit ad angustiã, nec ipsarũ visio, sed abscõditæ erunt ab oculis nostris, vt nec oculi videant aliquid contristabile, nec fleant pro aliquo dolore. Tunc enim absterget Deus omnẽ lachrymã ab oculis sanctorum, sicut dicitur *Apoc.* 21. a. & *sup.* 25. Propheta autem ideo afflictis se connumerat, dicens: Ab oculis nostris, quia ipse particeps fuit afflictionum, vt esset etiam & consolationum, & ipse enim multa pertulit a Iudæis, & tandem serrà ligneà sectus est. Sequitur.

c Ecce enim ego, &c.] quasi dicat, ad Beatorum innouationem faciam creaturarum. Creabit enim nouos cœlos, i. innouabit eos, & mutabuntur secundùm formam, non secundùm materiam, vel substantiam, & similiter terram, & alia elementa. Præterit enim figura huius mundi, non substantia, vt dicit Apostolus 1. *Cor.* 7. c. *Apoc.* 21. a. Et vidi cœlum nouum, & terram nouam, primum cœlum, & prima terra abiit. *inf. vlt.* g. Sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus, sic stabit semen vestrum. 2. *Pet.* 3. c. Nouos verò cœlos, & nouam terram secundùm promissa eius expectamus, in quibus iustitia habitat. *Psalm.* 101. Opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur, &c.

e Et non erunt in memoria priora] tormenta. f Et non ascendent super cor] vestrum, id est, in memoriam vestrã non ascendent tanquam onus. Vel priora, scilicet, cœlum & terra, id est, qualitates priorum, non erunt in memoria nec ascendent super cor, quia tanta erit pulchritudo eorum, quæ tunc erunt, vt nemo iam istorum quæ nunc sunt recordari dignetur, sed quasi pro nihilo quisque reputabit hæc quæ nunc sunt, & in illis, quæ videbit delectabitur. Nam tunc omnes electi gaudebunt sine fine in illis, quæ tunc creata erunt à Domino. Vnde subdit. g Sed gaudebitis] corde.

h Et exultabitis corpore.

i Vsque in sempiternum] id est, sine fine.

k Et in his quæ ego creo] id est, in omnibus rebus à me factis, & renouatis ad gloriam vestram.

l Quia ecce, &c.] cœlestem. m Exultationem,] id est, exultantem. n Et populum eius gaudium] id est, gaudentem. Loquitur autem Emphaticè ad expressionem magnitudinis gaudij, quia tunc electi quasi absorbebuntur à gaudio bonorum domus Domini, secundùm quod dicitur *Matt.* 25 b. Intra in gaudium Domini tui. Item *Ioan.* 16 e. e. Petite & accipietis, vt gaudium vestrum plenum sit. *sup.* 51. d. & 36. d. Lætitia sempiterna super capita eorum gaudium & lætitiam obtinebunt. Vt ergo abundantiam gaudij, & quasi eos qui erunt, illi absorptos à nimietate gaudij ostendat, loquitur sic Propheta, vt non solum populum cœlestis Ierusalem gaudere, sed gaudium esse dicat. Nam & ferrũ videmus in ignem conuerti, cùm in ignem positum valdè succenditur sic & populus sanctorum cùm ingressus fuerit in gaudium Domini sui, commutabitur totus in gaudium. o Et exultabo in Ierusalem, &c.]. Modus loquendi est, sicut illud. *Prou* 8. d. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Vel Christus homo gaudebit in populo suo, quando inter homines erit quasi vnus ex eis, i. homo sicut alij in Regno cœlorum, & hoc erit electis magnum gaudium, sicut dicit *Bern.* Magnum prorsus gaudium, & omnis suauitatis dulcedine plenum, videre hominem hominis conditorem.

p Et non audietur in ea vox fletus vltra, & vox clamoris.] Ibi enim erit gaudium contra fletum, & vox exultationis contra vocem clamoris. *Apoc.* 21. a. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, &c.

r Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies.] Quod sic exponit Gregorius in *Moral. lib.* 17. *cap.* 24. super illum locũ: Dedit ei Deus locum pœnitẽtiæ, &c. Infans dierum est, qui iam diu vixit, sed adhuc mente paruulus est. Cuiusmodi infantes increpat Sapiens, dicens, *Prou.* 1. c. Vsquequo paruuli diligitis infantiam? Senex quoque qui non impleuit dies suos est, qui multũ

quidem.

a Quoniam puer centũ annor. b morietur, c & peccator centum anno. d maledictus erit. e Et ædificabunt f domos g & inhabitabunt, h & plantabunt vineas, i & comedent † fructum earum k Non ædificabunt, l & alius habitabit, m non plantabunt, & alius comedet. n Secundum dies enim ligni o erũt dies populi mei

a Quoniam puer centũ annorum. b Morietur,] id est, qui morietur centenarius, reputabitur quasi puer in comparatione aliorum qui diutiùs viuent.

c Et peccator centum annorum maledictus erit,] quasi dicat Dominus intantum patiens erit super peccatores, quòd vsque ad centum annos expectabit eos ad poenitentiam nec aliquis damnabitur pro peccato, nisi ad minus centum annorum fuerit. Vel aliter. Et peccator centum annorũ maledictus erit, quasi dicat, quando peccator opes parauerit, vt eis perfruatur in competenti ætate, quæ tunc erit in centesimo anno, vel circa hoc, tunc morietur, vt sic careat eis quæ præparauerat vel sic, Peccator centum annorum maledictus erit, quasi dicat, tanta erit innocentia, quod nullus reputabitur peccator ante centum annos. Sic exponunt Hebræi.

2. q. 7. c. Paulus dicit. & c. qui nec.

al. † fructus.

a Quoniam puer, &c.] quasi dicat, Diu viuent quantùm ad ætatem, & ideo prouidebunt sibi ædificijs, & in agris, & vineis. Et hoc est.

a Et ædificabunt domos, & inhabitabunt] ad literam.

h Et plantabunt vineas, & comedent fructum earum] quia non habebunt hostes qui labores manuum suarum manducent. Vnde subdit.

k Non ædificabunt] domos.

l Et alius habitabit, non plantabunt, & alius comedet,] quia nec alienis ædificabunt domos, nec plantabunt vineas quarum vinum bibant hostes eorum. *Amos vlt.* d. Plantabunt vineas, & bibent vinum earum.

n Secundum dies enim ligni, &c.] quasi dicat, benè dico, quòd non plantabunt, & alius comedet, quod solet contingere pro breui ætate hominis. Contingit enim, quòd qui plantat vineam, vel arborem aliquam, non tantùm viuit, quòd possit de fructu eius comedere: sed non sic erit modò apud vos, quia longos dies dabo vobis. Et hoc est: Secundùm dies enim ligni, &c. id est, optimè complexionati erunt, nec erunt ægri, sed sani, & fortes sicut lignum. *Andreas.* Secundum dies enim, &c. scilicet, spatium humanæ vitæ in populo meo tantum erit, quantum arbor viuere, & durare solet. Vel aliter, id est, tantum viuent, ac si de ligno vitæ comedissent.

Δ Et opere

Mystice. ⊕ Quidam vixit, sed ætatis suæ tempora in vanitate consumpsit. Ille enim implet dies suos operibus, qui sese quotidie in hac vita vigilanter pensare non negligit & ad omnia, quæ rectè facere potest inertiâ nullâ † compescit. Talis senex fuit Abraham, de quo dicitur. *Gen. 25.* a. quòd mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum. *Sap. 4.* a. Senectus venerabilis est, non diuturna, neque numero annorum computata. In præsenti autem Ecclesia, multi tales pueri sunt & senes, sed in illa electorum Ecclesia futura non erit infans dierum, & senex, qui non impleat dies suos; quia quisquis infans semper moribus esse perseuerat, non perueniet ad illam; neque senex qui dies vitæ suæ in bonis operibus implere noluit. Erunt tamen ibi infantes, & senes, sc. & sapientes, & alij innocentes, qui propter Christum in vita præsenti sunt infantes. De quibus dicitur in *Psal.* 8. Ex ore infantium, &c. Et *Zach.* 8. Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem, & viri baculus in manu eius, præ multitudine dierum, & plateæ ciuitatis implebuntur infantibus, & puellis. Sed mali pueri, & senes fatui non erunt ibi. Vnde subditur.

al. † tempescit.

a Quoniam puer, &c.] Centenarius enim perfectus est numerus, & ideo centum annorum nomine, vel omne spatium vitæ præsentis, vel mora longi temporis exprimitur. Qui enim centum annos expleuit, & adhuc puer est, id est, qui diu vixit, nec à factis puerilibus est correctus.

b Morietur] morte æterna.

c Et peccato centum annorum] id est, qui nec temporis longinquitate compesci potuit à perpetratione peccati.

d Maledictus erit] In die nouissimo, cum audierit: Discedite à me maledicti in ignem æternum, *Matth.* 25. d. De electis vero adhuc in hac vita degentibus subditur.

e Et ædificabunt domos, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & comedent fructus earum.] Ædificabunt enim domos cordium suorum, & conscientiarum, & inhabitabunt ibi per sollicitam disquisitionem, non vagando foras per sæculi cupiditatem. *Matth.* 9. a. Surge & tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. *Gloss.* In conscientiam. Vel, Ædificabunt domos, id est, merita bonorum operum, & virtutes acquirent, pro quibus in coelestibus mansionibus requiescent. De quibus mansionibus dicitur *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, &c. Vnusquisque enim propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, vt dicitur 1. *Corinth.* 3. c. Tales domos obstetrices sibi ædificasse dicuntur, quæ timuerunt Deum. *Exod.* 1. d. Dicit ergo.

e Et ædificabunt] in præsenti.

f Domos.] id est, virtutes, & merita per quæ in coelestibus requiescant.

g Et inhabitabunt in futuro in illis mansionibus superiùs quas manu, & lingua sibi fabricauerunt in præsenti.

h Et plantabunt vineas] id est, statuent sibi actiones bonas in quibus quotidiano labore exerceantur.

i Et comedent fructum] vel fructus, id est, satiabuntur in futuro retributione bonorum operum suorum. *Psal.* 127. Labores manuum tuarum, quia manducabis, &c. *Amos. vlt.* d. Plantabunt vineas, bibent vinum earum.

k Non ædificabunt & alius habitabit] quia antiquus hostis domum conscientiæ eorum, quam coelestibus disciplinis, & virtutum lapidibus extruent, habitare non poterit sicut mentem negligentis, quam quia vacantem inuenit, dicit de ea: Reuertar in domum meam vnde exiui, *Matt.* 12. d.

m Non plantabunt & alius comedet,] quia Diabolus fructum actionum eorum non deuorabit, qui recta intentione & perseueranter actiones suas peregerunt. Illorum enim fructus comedit Diabolus, qui pro inani laude fiunt, vel sustinentur, vel qui ante consummationem deficiunt. Vnde *Osea* 7. c. Comederunt alieni robur eius, & ipse ignorauit. *Iohel.* 1. d. Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei vestri lætitia & exultatio? *Prou.* 5. d. Ne des alienis honorem tuum, &c. Hoc consilium iusti obseruant, & ideò ipsi, non alieni suo labore pascuntur. *sup.* 62. c. Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti. Ibi require. Sequitur.

n Secundum dies enim ligni erunt dies populi mei.] Quasi quis quæreret. Habenene † nulli fructus quos comedant? Et respondet Dominus, quòd ita, quia. [Secundùm dies ligni, &c.] id est, sicut lignum in diebus suis gignit fructum suum, ita populus electorum dum sibi status vitæ præsentis durauerit, fructum boni operis facere non desistet. *Al.* † mali.

⊕ Et opera

Aliter. Vel. n Secundum dies ligni, &c.] Triplex est lignum cui Propheta assimilat iustum. Palma, lignum vitæ, & ficus. Dicit ergo: Secundùm dies, ligni, i. secundùm dies palmæ.

o Erunt dies populi mei,] id est, sicut palma centenaria facit fructum; ita Sancti cùm peruenerint ad centenarium consummationis, faciunt & capiunt fructum æternæ remunerationis. *Psalm.* 91. Iustus, vt palma florebit, &c. *Iob.* 29. c. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Hoc est, quod *Gen.* 21. a. habetur, quod Abraham centenario natus est Isaac, quia iusto in virtutibus consummato, nascitur risus æternæ voluptatis. Vel.

n Secundum dies ligni] vitæ [erunt dies populi mei] id est, sicut Christus iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur, vt dicitur *Rom.* 6. b. sed in æternum regnat cum Patre, sic & illi. Lignum enim vitæ Christus est, quòd erat in medio Paradisi, id est, Ecclesiæ. Vnde *Prou.* 3. c. Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam beati. Vel, Secundum, dies ligni, id est, ficus.

o Erunt dies populi mei, &c.] Quilibet enim iustus comparatur ficui fertili, cuius fructus, id est, opera, debent esse in cibum aliorum per bonum exemplum, & folia, id est, verba in medicinam contra languorem peccatorum, sicut dicitur. *Ezech.* 47. c. Item ficus inter omnes arbores vltimò vernat, & postquàm fructificare coeperit, diutiùs fructificat, sic in præsenti iusti non vernant, sed sicci videntur, & inutiles, & aridi, sed postea fructum diutinum proferunt æternitatis. Item ficus fructum habet dulcissimum, sed folia amara; sic iusti licèt aspera verba habeant correctionis, & increpationis illis tamen quos increpant asperè, viscera, & opera exhibent pietatis. De tali ficu dicitur. *Luc.* 21. f. Videte ficulneam, &c. Item *Marc.* 13. A ficu discite parabolam, &c.

A a Et opera manuum eorum, &c.] Hanc literam habet *Ieron.* & libri correcti, id eſt, ædificia eorum, vel alia opera quæ electi mei facient, diu permanebunt, & ſtabilia erunt ſiue manſiua, & hoc ad vtilitatem, & vſum eorum. Vel, Opera manuum eorum inueterabunt, vt ſit ibi punctus, i. in operando vtilia, & fortia permanebunt. Et poſtea ſubditur ſecundú, quod quidam libri habent: Electi mei, &c. id eſt, ſine fructu, ſine vtilitate aut mercede.

al. † electi mei.

al. † benedictum.

a & opera manuum eorum inueterabunt † electis meis, b non laborabunt fruſtra, c neque generabunt in conturbatione, d quia ſemen † benedictorum Domini e eſt, f & nepotes eorum g cum eis. h Eritque i antequam clament, ego exaudiam, k adhuc illis loquentibus, l ego exaudiam. m Lupus n & Agnus o paſcentur ſimul p & Leo, q & Bos r comedẽt, pa-

c Neque generabunt in conturbatione] ſed in gaudio, & exultatione filios, & filias procreabunt & multiplicabunt.

d Quia ſemen, &c] quaſi dicat prædicta erunt eis, quia ipſi ſũt ſemen Abrahæ, Iſaac, & Iacob, quos benedixit Dominus. Vel ſecundùm *Ieron.* Quia ſemen benedictum Domini eſt, id eſt, benedicti, & multiplicati ſunt à Domino, *ſup.* 61. c. Iſti ſunt ſemen cui benedixit Dominus.

f Et nepotes eorum] id eſt, filij filiorum ipſorum, erunt ſupple. g Cum eis] id eſt, cum patribus ſuis, quaſi dicat, tamdiu viuent, quod videbunt nepotes ſuos. Vel ita.

f Et nepotes eorum cum eis] ſupple ſunt ſemen benedictum à Domino. *Eccl.* 44. c. Nepotum eorum ſemen in teſtamento ſtetit, & filiorum ipſorum hæreditas propter ipſos in æternum manet. h Eritque] hoc quod ſequitur.

i Antequam clament, &c.] In hoc notatur celeritas exauditionis, quia antequam orationem compleuerint, vel etiam antequam clamorem inchoauerint, ſe eos exauditurum dicit. Multa enim Dominus tribuit antequam petamus. *ſup.* 30. e. Ad vocem clamoris tui ſtatim, vt audierit, reſpondebit tibi.

m Lupus, &c.] Simile dicitur *ſup.* 11. b. Vitulus & Vrſus paſcentur ſimul, requieſcent catuli eorum, & Leo quaſi Bos paleas comedet. Hoc ad fœlicitatem aureæ Ieruſalem Iudæi referunt. Dicunt enim quod tunc animalia manſuerabuntur, vt nec hominibus noceant, nec inuicem ſe impugnent; ſed Lupus ſit cum Agno, & Leo ſicut Bos paleas comedat & non homines, vel alias beſtias deuoret. Sed hoc falſum eſt, vanum. Poteſt tamen per hoc ſimpliciter notari, quod Lupus, & Leo; & talia animalia fortia non nocebunt eis, neque pecoribus eorum. Secundum quem modum dicitur etiam, *Oſea* 2. d. Percutiã cum eis fœdus in die illa cũ beſtia agri

A & cum vo-

Myſticè. Θ a Et opera manuum eorum, &c.] id eſt, opera eorum manſiua erunt, & ſtabilia, quia vſque in finem tenebunt, & perficient opera bona, quæ cœperunt. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit, *Matth.* 10. c. & 24. b.

Aliter. A a Et opera manuum eorum, &c. Hoc non mutatur. Vnde *Apoc.* 14. c. Opera enim illorum ſequuntur illos. Sequitur. b Non laborabunt, &c.] vel, benedictum Domini

Myſticè. eſt, & nepotes eorum cum eis. Nota ſingula verba.

b Non laborabunt fruſtra] id eſt, opera ſua non facient pro vanitate, ſicut Hypocritæ, qui inanem laudem quærunt pro bono opere. *Matt.* 6. a. Omnia opera ſua faciunt, vt videantur ab hominibus: tamen dico vobis, receperunt mercedem ſuam. *Iſaia* 59. Telas aranearum texuerunt, & & telæ eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis. Vel, Non laborabunt fruſtra, id eſt, non fruſtrabuntur mercedem laborum ſuorum. *Sap.* 3. c. Reddet Deus mercedem laborum Sanctorum ſuorum, &c. *Pſal.* 125. Venientes autem venient cum exultatione.

c Neque generabunt in conturbatione] qui vt verbo veritatis ſpirituales filios generare poſſint, omnes vitiorum perturbationes, & cupiditatum ſecularium tumultus eliminabunt à cordibus ſuis, ſed quid eſt quod dicit · Neque in conturbatione. Immò contrarium dicitur in *Pſal.* 47. Ibi dolores, vt parturientis. Item *Galat.* 4. c. Filioli mei quos iterum parturio, &c. Reſponſio. Etſi in turbatione generent, non tamen in conturbatione, quia non ex toto, nec diu turbantur, quia dolor citò alleuiatur. Mulier enim cũ parit triſtitiam habet: cùm autem peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum, vt dicitur *Ioan.* 16. e. Hoc eſt quod dicitur 1. *Theſſal.* 2. d. Quod enim eſt gaudium meum, & corona gloriæ meæ, nunne vos ante Deum? Dicit ergo.

b Non laborabunt fruſtra] bona opera multiplicando.

c Neque generabunt in conturbatione] prædicando, quod faciunt illi, qui vel operantur magna, vel loquuntur alta, & tamen non ſequitur fructus, vel vtilitas aliqua, quod nunquam accidit in bonis.

d Quia ſemen benedictorum Domini eſt] quaſi prædicta accident populo meo fideli, quia ipſe eſt ſemen benedictorum Domini, id eſt, quia filij ſunt Apoſtolorum. Vel, Semen benedictum Domini, id eſt, benedictum à Domino *ſup* 61. c. Omnes qui viderint eos cognoſcent illos, quia illi ſunt ſemen cui benedixit Dominus. *ſup.* 6. d. Semen ſanctum erit, id quod ſteterit in ea.

f Et nepotes eorum] quaſi dicat, filij filiorum ipſorum cum eis ſunt. Illi enim ſunt filij noſtri, quos ſpiritualiter Deo genuimus. Nepotes verò noſtri ſunt, quos iam noſtri ſpirituales filij ſpiritualiter genuerunt. Quia ergo talis propagatio multipliciter in Eccleſia fit, rectè dicitur de ſanctis Patribus, quia nepotes eorum cum eis ſunt. Sed hodie nepotes Epiſcoporum & Prælatorum non ſpirituales, ſed carnales, vel etiam fortè filij eorum ad literam ſunt cum eis, ſicut dicitur *Iob.* 21. a. Sublimati ſunt confortatique diuitijs, ſemẽ eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conſpectu eorum. Tamen in conſecratione Aaron filij eius carnales occiſi ſunt à Domino. *Leuit.* 10. a In ſignum, quòd à Prælatis conſecratis omnis affectus carnalis amoueri debet, vt non contaminentur, vel ſuper patre, vel ſuper matre. Sed hodie, ſicut dicit beatus *Bernar.* conſecrato Epiſcopo, tota eius epiſcopatur progenies. Vel, ſic, Nepotes eorum cum eis ſunt, ſupple ſemen benedictum Domini. *Eccl.* 44. c. Nepotum eorum ſemen in teſtamento ſtetit, & filiorum ipſorũ hæreditas propter ipſos in æternum manet. Vel ſic punctandum eſt. d Semen benedictorum] id eſt, Apoſtolorum, vel bonorum Prælatorum. e Domini eſt] id eſt, ad honorem Domini, vel gratiam Domini genitum, & multiplicatum. f Et nepotes eorum cum eis] ſunt ſupple Domini. Sequitur. h Eritque antequam clament, &c.] Quod ſupra dixit: Non laborabunt fruſtra, refertur ad vtilem operationem; quod autem ſubdit: Neque generabunt in conturbatione, refertur ad fructiferam prædicationem; quod autem dicitur: Eritque antequam clament, ego exaudiam, refertur ad orationis feruorem. Dominus enim deſiderium cordis exaudit, antequam proferatur vox ipſius orationis. *Pſalm.* 9. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus, &c. Item *Matth.* 9. b. Scit pater veſter, quid opus ſit vobis antequam petatis eum. *Supra*, 11. b.

k Adhuc illis loquentibus] in oratione. l Ego exaudiam] id eſt, exaudiam eos ſemper ad eorum voluntatem. Sicut patet in Paulo, qui petiit ſtimulum carnis amoueri, 2. *Corinth.* 12. c. *Daniel* 9. f. Adhuc me loquente in oratione mea, ecce vir Gabriel quem videram in viſione in principio citò volans tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini. Et poſtea dicit: Ab exordio precum tuarum egreſſus eſt ſermo ego autem veni, vt indicarem tibi, quia vir deſideriorum tu es: *ſup.* 30. e. Ad vocem clamoris tui ſtatim cùm audierit reſpondebit tibi. Item. *ſup.* 58. c. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis & dicet, ecce adſum. *Zach.* 13. d. Ipſe inuocabit nomen meum, & ego exaudiam eum, & dicam, populus meus es, & ipſe dicet Dominus Deus meus. Sequitur. m Lupus & Agnus paſcentur ſimul,] *ſup.* 11. b. dicitur idem. Lupus, id eſt, ille qui prius raptor fuerat, & perſecutor, vt Saulus. n Et Agnus] id eſt, qui ſemper fuit mitis, & innocens, vt Ananias.

o Paſcentur ſimul] in Eccleſia, cœleſti pabulo. p Et Leo & Bos comedent paleas] id eſt, Princeps ſecularis, vel Tyrannus, & popularis homo paſcentur eiſdem eloquiis diuinis. Paleæ enim ſunt ſimplicia verba ſacræ Scripturæ, ſiue vilitas, & ſuperficies hiſtoriæ. Vel, Leo, id eſt, Philoſophus.

q Et Bos, id eſt, prædicator laborioſus.

r Comedent paleas] i. ſimplicem doctrinam hiſtoriæ, quia conuerſi ad fidem ſapientes, & Philoſophi huius mundi, prius paleis paſcuntur doctrinæ ſimplicis, donec multis laboribus poſtmodum ad profunditatem granorum, id eſt, myſteriorum valeant peruenire. Vel ſecundum alium ſenſum.

p Leo] dicitur Diabolus, ſicut dicitur 1. *Petr.* 5. Sobrij eſtote. &c.

q Bos] verò Prædicatorem deſignat, ſicut ſcriptum eſt: Non alligabis os boui trituranti, primæ *Cor.* 9. b. Paleæ verò ſunt peccatores. De quibus *Matth.* 3. c. Paleas comburet igni inextinguibili. Leo igitur & Bos comedent paleas, quia peccatorum alios hoſtis antiquus deuorat, alios

● prædicator

▲ & cum volucre coeli, & cum reptili terræ. Vnde & subdit. *a* Et serpenti puluis panis eius] quasi dicat, serpentia refectio erit terra, non homines, quasi dicat terram comedét serpés, & non nocebit animalibus vel hominibus. Hoc autem quod dicitur eius, superfluit ad constructionem, sed talis superadditio ponitur more Hebræi idiomatis.

Hoc autem quod prædixit glossæ per hoc quod subdit. *b* Non nocebunt, neque occident in omni, &c.] id est, in tota Iudæa quæ est montuosa.

e Dicit Dominus] qui non mentitur, sed implet ea quæ promittit.

leas, *a* & serpenti puluis panis eius. *b* Non nocebunt, *c* neque occident in *d* omni monte sancto meo, *e* dicit Dominus.

CAP. LXVI.

HÆc *f* dicit Dominus. Cœlum *g* sedes mea, *h* terra autem scabellum pedum meorũ

Mysticè. Matt. 13. c.

⊙ prædicator quilibet conuertit, & sibi incorporat, mittens in viscera Ecclesiæ. *Iob.* 40. b. Fœnum quasi bos comedet, dicitur de Diabolo, *Greg.* Per fœnum, & per paleas, carnalium vita designatur. *a* Et serpenti, &c.] Serpens est Diabolus; puluis autem dicuntur omnes mali, quia sicci sunt & aridi ab humore gratiæ, leues & instabiles sine maturitatis pondere; incompacti sine charitate, steriles sine fructu & vtilitate. Dicit ergo, quòd serpenti panis puluis sit, siue terra, non cœlum, quia Diabolus amatores terrenorum sibi incorporat, non cælestes viros & spirituales. *Gen.* 3. c. Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. In Hebræo autem habet safar, quod sonat fauillam, vel cinerem vel puluerem. Et nota, quòd puluis minutus est: sic mali cótracti & distracti per diuersa & numerosa peccata diminuuntur. Et licet peccator minutissimè sit diuisus per curas & peccata, Diabolus tamen vult eum adhuc magis frangere, & minutius partiri per peccatum, vnde non integros deuorat peccatores sed comedit & masticat eos. Vndè dicitur de eo. *Iob.* 11. b. quòd fœnum sicut bos comedat, quia non solùm constringit hominem in actione mala, sed etiam ruminat & inter dentes masticat eum sicut bos, in consuetudine peruersa. *Mich.* 7. d. Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia terræ turbabuntur. Sed quia prædictæ bestiæ terrenis tantùm nocent in infimis habitantibus, ideò subdit. *b* Non nocebunt neque, &c.] leones, sc. & serpentes, i. venena suæ malitiæ non spargent in excelsa iustorum conuersatione. Et dicit: Non nocebunt, licet tribulationes & afflictiones inferant corpori exteriùs. *c* Neque occident,] licet venena mortiferæ suggestionis applicent menti interiùs. Non enim immittendo se & illabendo animæ tentant Dæmones, sed applicando se & imagines rerum imaginaliter apponédo. Non autem nocent Dæmones mentibus, id est, mentibus sanctis, tentando eas, sed iuuant, licet ipsi ad nocendum, non ad iuuandum tentent. *Bern.* Iocundũ Dei iudicium, quod ille antiquus malleator humilium nescius, & nolens sanctis coronas fabricat perpetuas, omnes impugnando, & omnibus succumbendo. Vel. *b* Non nocebunt neque occident in omni, &c.] id est, Ecclesia triumphanti, *sup.* 35. d. Non erit ibi leo & mala bestia non ascendet per eam, neque inuenietur ibi. Vel aliter secundùm *Interl.* Leo & lupus conuersi ad fidem. *b* Non nocebunt] agnis & bobus. *c* Neque occident] ad literam, vel exemplo. *d* In omni monte sancto meo, dicit Dominus,] i. in tota Ecclesia, quod impletum est quando Reges & Principes qui priùs erant tyranni & occisores Sanctorum, defensores eorum facti sunt.

EXPOSITIO CAP. LXVI.

HÆc dicit Dominus: Cœlum sedes mea.] &c. Hoc capitulum secundùm Iudæos sic exponitur. Supra enim in præcedenti capitulo quid Dominus faceret de Iudæis determinauit, scilicet, quòd primò captiuarentur, & postea quidam eorum misericorditer visitarentur, quidam verò superbi de Templo, & de suo iugi sacrificio & ritu legali confitentes, nullo modo hoc credere volebant, imò fratres suos hoc credentes deridebant. In prima ergo parte isti superbi Iudæi de falsa confidentia reprẽhenduntur. In secunda boni credentes, & captiuitatem comminatam timentes, à Deo consolantur, ibi: Audite verbum Domini. In tertia pœnam incredulorum, & gloriam credentium eorum qui reuertentur diffusius prosequitur Propheta, ibi: Quia ecce Dominus in igne. Dicit ergo.

f Hæc dicit Dominus, cœlum, &c.] id est, ego impleo cælum & terram, quasi dicat, Nolite gloriari in Tẽplo vestro, quasi ego in Tẽplo vestro inclusus sim, quia ego qui tãtus sũ quòd cœlũ & terrã impleo, Tẽplo vestro cõclusus esse non possum. Iudæi autem rudes & carnales Deũ intelligunt ita magnũ, & sic localiter distendi, vt in cælo sedẽs ▲ vsque ad terram

Mysticè. *f* Hæc dicit Dominus. Cœlum sedes mea, &c.] Hoc capitulũ in parte exponitur à Sanctis, sicut supra expositum est, in parte autem aliter. Primò autem ponit Propheta in persona Domini reprobationem Templi & legalium, manifestata & dilucidata veritate Euangelij. Secundo, incredulitatem Iudæorum quorundam ostendit & contemptum in Deum, & irrisiones eorum ad fratres suos conuersos ad fidem *ibi*: Hæc omnia elegerunt, &c. Tertiò, Templi destructionem per Romanos ostendit, *ibi*: Vox populi de ciuitate, &c. Quartò, Ecclesiæ multiplicationem, & Gentium vocationem, *ibi*: Antequam parturiret, &c. Quintò, omnes inuitat ad gaudiũ pro multimodis prosperitatibus & consolationibus Ecclesiæ tam spiritualibus, quam temporalibus, & tam in præsenti sæculo, quam in futuro conferendis, quas ibidem subiungit, *ibi*: Lætamini cum Ierusalem. Sextò, aduentum Domini ad Iudicium describit vt timeatur, *ibi*: Quia ecce Dominus in igne veniet. Septimò, eius aduentum in carnẽ ostendit, vt qui prius bonum conceperunt per timorem, nunc consument illud & perficiant per amorem, *ibi*: Et venient, & videbunt gloriam meam. Ibidem etiam prædicationem Apostolorum describit, & Gentium cõuersionem, & tandem ad Iudicij distinctionẽ reuertitur, quando cœlos nouos, & terram nouam facturus est Dominus, quando & bonorum iugis erit solemnitas, & malorum in pœnis perpetuis, & in hoc liber iste terminatur. Hæc est breuiter continentia huius capituli. Dicit ergo. — Myftìcè. Act. 7. f.

f Hæc dicit Dominus. Cœlum, &c.] Continuatur autem ad præcedens sic secundùm *Ieron.* Dixerat enim in fine Præcedentis capituli. Non nocebunt, neque occident in omni monte sancto meo, Ne ergo montem sanctum intelligeremus Sion, & Iudaico caperemur errore qui putant extruendam Ierusalem auream, & omnia quæ Dominus pollicetur ibi, explenda carnaliter, aufert nobis hanc suspicionem Dominus, ostendens altiori ratione se in parte rerum non localiter esse, quia omnia replet, nec in ædificiis materialibus, sed in corde fidelium habitare per gratiam, Vnde dicit.

g Cœlum sedes mea, terra, &c.] id est, omnia excelo, & omnia impleo, & omnia subiecta habeo. Cùm enim dicit cœlum esse sedem suam, terram vero scabellum pedum suorum ostendit se omnibus interiorem, & superiorem. Et quia est vbique à summis vsque ad nouissima, cœlum quippe materiale excellit omnia, cui subest aer, cui & ignis & aqua, vltima verò terra est. Nam quarta pars distinctorum membrorum, & inter ea nouissima inuenitur terra vt à cœlo incipiens, aerem numeres secundum, aquam tertiam, terrã quartam. Cùm ergo dicit: Cælum sedes mea, terra autem scabellum pedũ meorũ, declarat se in omnibus elementis esse secundùm quod etiã dicit per *Ierem.* 23. e. Nonne cœlum & terram ego impleo? Et quia in vniuerso mundi corpore maximam speciem cœlum habet, & terra minimam, congruè Deus in cœlo sedere dicitur, terrã vero calcare, quia cœlum sursũ est, terra ⊙ verò

Vel aliter. *g* Cœlum sedes mea,] id est, in cœlestibus viris & spiritibus Angelicis habito. *Eccl.* 24. a. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis, id est, in beata Virgine. *Psalm.* 79. Qui sedes super Cherubin, &c. *Sap.* 7. d. In animas sanctas ipse se transfert. Ibi alia litera Anima iusti thronum est Dei. — Aliter.

h Terra autem scabellum pedum meorum,] id est, terrenos homines mea potestate atque recto iudicio comprimo & calco. Vel cœlum sunt contemplatiui, in quibus quietam habet mansionem. Terra autem sunt actiui, qui dicuntur scabellum pedum eius, quia in illis imprimit vestigia suarum operationum. Vel pedes Christi sunt extremi in Ecclesia, i. pauperes, vel Prædicatores. Horum scabella sunt diuites terreni, qui sustentant & supportant eos, modicum de terra eis concedentes, vt possint Deo vacare. Dicit ergo: Cœlum sedes mea, &c. *Greg.* Deus implendo omnia circumdat, & circumdando omnia implet, præsidendo omnia sustinet, & sustinendo præsidet, & cùm totus vbique sit per plenitudinem Diuinitatis suæ, dicitur tamen habitaculum, & locus eius esse in his quæ sanctiora sunt, secundùm quod ipse dicit: Cœlum sedes mea. Et *Psalm. secundo.* Qui habitat, inquit, in cœlis, irridebit eos. Vbicunque enim sit voluntas eius, ibi est habitaculum & domus Dei, præcipuè in Angelis, quorum conuersatio in cœlis est, & in sanctis

usque ad terram pedes extendat. Sed secundum hoc multum longas haberet tibias. Vnde posset quæri ab eis quot vlnæ de buclio sufficerent ei ad caligas faciendas? Sequitur.

a Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi?] quasi dicat putatis me localem & in Templo tantùm manentem, sed quę est ista domus quam ædificabitis mihi,] vt in ea includar? quasi dicat nulla potest esse tam magna quæ me capiat, quia cœlum & terrā ego impleo.

a Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi, *b* & quis est iste locus † quietis meæ? *c* Omnia hæc *d* manus mea fecit, *e* & facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus. *f* Ad quem autem respiciam, *g* nisi ad pauperculum, *h* & contritum spiritu, *i* & trementem sermones meos?

al. † requietionis.

b Et quis est iste locus quietis meæ,] id est, in quo creditis me quiescere? Quasi nullus est qui sufficiat ad hoc In hoc ergo ad literam elidit errorem eorum, qui Deum loco capi æstimabant. Vnde 3. *Reg.* 8. c. Si cœlum & cœli & cœlorū te capere non possunt, quantò magis domus hæc quam ædificaui tibi. Item 2. *Paralip. secundo* b. Quis poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum.

c Omnia hæc, &c.] quasi dicat. Benè dico, quis est iste locus quietis meæ? Nullus. Quia omnia hæc, id est, omnia visibilia & ostensibilia.

d Manus mea fecit, & facta sunt] à me vniuersa ista, quasi dicat, omnia, sed etiam singula facta sunt a me, dicit Dominus, & ex hoc sequitur quòd non possum capi ab eis.

f Ad quem autem respiciam,] quasi dicat, non curo de Templo vestro, nisi sermones meos timeatis, & humiles, & pœnitentes sitis. Et hoc est quod dicit: Ad quem respiciam, oculo misericordiæ.

g Nisi ad pauperculum] rebus, vel humilem.

h Et contritum spiritu,] id est, de peccatis intimè pœnitentem.

i Et trementem sermones meos,] id est, meas comminationes peccatoribus promulgatas formidantem, quasi dicat, ad nullum alium respiciā, nisi ad humilē pœnitentē trementem non sacrificia legalia offerentem. Vnde subdit:

▲ Qui immo-

Mysticè. ● verò deorsum, vt Scriptura loquitur. Vnde *Prouerb.* 25. a. Cœlum sursum, & terra deorsum, & cor Regum inscrutabile. 3. *Reg.* 8. c. Deus in cœlo desuper, & super terram deorsum. *Psal.* 10. Deus in cœlo sedes eius, quia in nobiliori & excellentiori creatura magis relucet auctoris potentia, sapientia, & bonitas. *Matt.* 5. f. Dico vobis, non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei est. *Ieron.* Per hoc quod dicit, Iudaicum conuincit errorem, qui putant inuisibilem Deum & incorporalem & incomprehensibilem posse comprehendi, quod quidem & ipse Salomon extructor Templi in oratione sua ad Dominum prolixius profitetur. 3. *Reg.* 8. c. Si cœlum & cœli cœlorum te capere non possunt, quantò magis domus hæc quam ædificaui tibi? &c. Ac ne arbitraremur cœlo quoque & terra Dei magnitudinem metiendam, in alio loco de eo legimus: Qui tenet cœlum palmo, & terram pugillo, *supr.* 40. c. Per quæ ostenditur, Deus & forinsecùs, & intrinsecus & infusus, & circumfusus, dū in solio ambiente non concluditur, & pugillo claudit & palmo. *Aug.* Deus est super omnia non elatus: infra omnia non depressus; extra omnia non exclusus; intra omnia non inclusus.

Aliter. Cœlum multis modis dicitur. ● hominibus, qui manentes in terra corpore, cœlestia mente contemplantur. Notandum autem quòd cœlum multis modis dicitur. Cœlum dicitur Trinitas, *sup.* 14. d. Ascendam in cœlum, &c. i. ad æqualitatem Trinitatis, iam enim erat in cœlo Empyreo. Item cœlum dicitur Deus Pater. *Psalm.* 18. A summo cœlo egressio eius. *Ioan.* 3. d. Qui de cælo venit super omnes est. Item Filius dicitur cælum. *Psalm.* 113. Cælum cæli Domino. Item homo assumptus dicitur cælum, vt hic: Cælum sedes mea est. Et in *Psalm.* 10. Dominus in cœlo sedes eius. Item cælum dicitur Angeli. *Gen.* 1. a. In principio creauit Deus cælum & terram, i. Angelicam naturam & terrenam. Itē *Ps.* 8. Eleuata est magnificentia tua super cælos, i. humanitas Christi super Angelos. Item cælum dicitur cælestis conuersatio. *Phil.* 3. d. Nostra conuersatio in cælis est. Item cælum dicitur Ecclesia. *Matth.* 13. f. Simile est regnum cælorum sagenæ, &c. Item cœlum dicitur Scriptura sacra. *sup.* 34. a. Complicabuntur sicut liber cæli. Item cælum dicitur anima sancta, *sup.* 1. a. Audite cæli, & auribus percipe terra. *Sap.* 7. d. Anima iusti thronus est Dei. Item cælum dicitur religio, de qua habetur *supr.* 44. a. vbi dicitur: Extendens cælos solus. Item firmamentum dicitur cælum. *Genes.* 1. Appellauitque firmamentum cælum. Item Apostoli dicuntur cæli, *Psalm.* 18. Cæli enarrant, &c. Item cælum dicitur aer, vel superbia, *Ephes.* 6. b. Spiritualia nequitiæ in cælestibus. Item *Matth.* 13. a. Volucres cæli comederent illud, *sup.* 34. a. Inebriatus est in cœlo gladius meus. Item cælum dicitur prædicatio Euangelij. *Iob.* 38. c. Gelu de cælo quis genuit? *Gregorius*: Cælum est eloquium Dei.

a Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi,] quasi dicat cùm tantæ magnitudinis sim, vt omnia impleam & excedam, quomodo tam rudes, & stolidi estis, vt me in manufacto templo habitare credatis?

b Et quis est iste locus quietis, quasi dicat, Nullus est hic locus vt in eo quiescere possim. Neque enim localiter alicubi quiescere possum. *Hay.* Iudæi putabant & dicebant, quod Deus omnipotens nullo in loco esset super terram, nisi in Templo quod erat Ierosolymis factum à Salomone, æstimantes illum localem esse, non recordantes quòd Salomon dixerat die dedicationis eiusdem Templi, 3. *Regum* 8. Ergone putandum quòd Deus habitet super terram? Si enim cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, quantò magis domus hæc quam ædificaui, sed respice ad orationem serui tui. Item 2. *Paral.* 2. b. Quis poterit præualere, vt ædificet ei dignam domum.

c Omnia hæc,] visibilia & inuisibilia.

d Manus mea fecit,] id est, potentia mea.

e. Et facta sunt vniuersa,] a me scilicet, dicit Dominus. Cum ergo facta sint a me, quomodo caperent me? Ego enim in manufactis & in materialibus habitaculum non habeo, quia cum sim Spiritus, spiritualem domum quæro. *Ier.* Hoc autem testimonio prophetali vsus est Stephanus *Act.* 7. f. Salomon autem ædificauit illi domum, sed non Excelsus in manufactis habitat, sicut per Prophetam dicit: Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorū quam domū ædificabitis mihi, dicit Dominus? Item Paulus in *eodem* 17. f. Deus qui fecit mundum, & quæ in eo sunt, nequaquam in templis manufactis habitat, Sed vt ostenderet Propheta vbi esset locus quietis eius, quem spiritualiter per gratiam inhabitat, subiungit, dicens.

f Ad quem autem respiciam,] vt scilicet, ad eum diuertam, & mansionem in eo faciam.

g Nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos.] Pauperculum dicit, id est, valde pauperem, contra diuitias. Et contritum spiritu, id est, spiritualiter vel intimè dolentem, contra delitias. Et trementem sermones meos, contra ambitiones, & iactantias, & præsumptiones. Timor enim omnem tumorem superbiæ & præsumptionem impugnat, & fugat, secundùm quod dicitur *Sap.* 17. c. Nihil est enim aliud timor, nisi præsumptionis adiutorium. In talibus habitat sapientia, & ad tales oculos misericordiæ suæ dirigit pauperes mœstos, & in humilitate trementes, *sup.* 57. c. in sancto habitans & cum contrito & humili spiritu, vt viuificet spiritum humilium, & cor contritorum, *Eccl.* 15. d. Oculi Domini ad timentes eum. Item *Eccl.* 34. c. Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? oculi Domini super timentes, eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegumen ardoris, & vmbraculum Meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. Hæc omnia confert Deus, & efficit in illis quos respicit, & in quibus mansionem eligit.

Et nota, quod contra hæc tria, quæ hic dicuntur, dicuntur tria in *Iob.* 28. b. in quibus sapientia non quiescit Non enim inuenitur in terra suauiter viuentium, id est, in delitiosis. Abyssus dicit, non est in me, id est, cor auari. Et mare loquitur, non est mecum, id est, mens impij, & superbi. Impij enim quasi mare feruens & tumescens, sicut dicitur *suprà* 57. d. Vel aliter: Ad pauperculum, &c. Per hæc tria significatur quomodo se homo debeat habere quantùm ad præsentia præterita, & futura. Pauperculus enim debet esse quantū ad præsentia, vt non solùm sit pauper, sed pauperculus, i. valde humilis, & modicus in oculis suis, ita vt nihil horum ex se habere putet, sed totum ex gratia Dei, contritus spiritu, pro præteritis peccatis tremēs, ad sermones Domini, pro pœnis futuris. Verba enim Domini debent audiri & proferri vt tonitrua.

● *Psalm.* 76.

A a Qui immolat bouem,] in sacrificio. b Quasi qui interficiat virum,] quasi dicat, Mihi displicent oblationes vestræ, & sacrificia, quia cum sacrificiis iungitis homicidia. Nec vult dicere quòd tantùm peccet immolans bouem pro tempore illo, quantùm interficiens hominem; sed vult dicere,

1.q.1.c. per Isaiam. quòd immolatio bouis non est ei accepta, sicut nec interfectio hominis, nisi fortè deuotio offerentis, quæ pro tempore illo grata erat Deo. Vel, Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum, id est, Sacerdotes immolatores boum, & latrones occisores hominum,

B

a Qui immolat bouem, b quasi qui interficiat virum. c Qui mactat pecus, d quasi qui excerebret canem. e Qui offert oblationem, f quasi qui sanguinem suillum offerat. g Qui recordatur thuris, h quasi qui benedicat idolo. i Hæc omnia k elegerunt in l viis suis, m & in abominationibus suis; anima n eorum delectata est, o vndè & ego eligam illusiones eorum,

socij sunt. *sup.* 1. f. Principes tui infideles, socij furum. *Osea* 7. c. Galaad ciuitas operantium idolum particeps Sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem.

c Qui mactat pecus, &c.] id est, quasi sanguinem canis effundat super altare, cuius oblatio prohibita est, quia nec canis, nec pretium canis secundùm legem offertur. *Deut.* 23. c. Non offeres in domo Domini Dei tui mercedem meretricis, neque pretium canis.

e Qui offert oblationem legalem.

f Quasi qui sanguinem suillum offerat,] quod contra legem offertur, *Leuit.* 11. a.

g Qui recordatur thuris ad offerendum, &c.] id est quasi laudet, & veneretur idolum, quasi dicat, nulla sacrificia vestra legalia accepto, sed detestor, quia facitis cum homicidio, rapina, & cum aliis vitiis quibus pleni estis. Vndè subdit.

i Hæc omnia,] id est, prædicta sacrificia.

k Elegerunt,] id est, ex proprio arbitrio & voluntate sua, non mea fecerunt. Ipsi dico, manentes.

l In viis suis,] id est, in peccatis & concupiscentiis, quæ sunt viæ eorum, non meæ.

m Et in abominationibus suis,] id est, in idololatriis, & aliis peccatis, & horrendis, & detestabilibus.

n Anima eorum delectata est,] id est, non ex surreptione, sed ex animo in talibus delectationes quærunt. o Vndè & ego eligam illusiones eorum,] id est, quibus illudantur. Vel, id est, illusiones illis competentes quæ respondeant nequitiæ eorum, quasi dicat, ipsi eligunt ex proprio consilio ea in quibus magis delectantur, & ego eligam ex proprio iudicio illa tormenta, & opprobria in quibus magis confundantur, vt sicut ipsi elegerunt culpam de culpa, ita ego eis eligam pœnam de pœna. Vel, ego eligam illusores eorum, secundùm literam Ieronymi, id est, eligi permittam in Principes & Reges tales qui illudant A eis, &

Aliter. * *Psalm.* 76. Vox tonitrui tui in rota, id est, in illis qui circumeunt temporalia ambiendo, & amando ea. Tales enim durè increpandi sunt. *Eccl.* 8. a. Sermo Domini potestate plenus est, & ideo timendus est, nec dicere ei quisquam potest, cur ita facis? Sequitur.

a Qui immolat bouem, &c.] *Ieron.* Sublato altari Templóque terreno quod construxerat manus, rectè auferuntur & victimæ Iudæorum, ne forsitan dicerent: Non tam stulti sumus vt Deum putemus loco posse concludi, sed in separato ad sacrificandum loco victimas Deo immolamus quæ in lege præceptæ sunt. Ideo Dominus per Prophetam hic sacrificia eorum reprobat, quæ nunquam ei propter se placuerunt, sed propter deuotionem offerentium, & propter figuram rerum futurarum, & ne ea idolis immolarent. Ostendens ergo illa veniente veritate reprobanda & detestanda dicit.

a Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum,] quod in lege prohibetur. *Exod.* 20. b. Non occides, quasi dicat, vterque magna pœna dignus est, & bouem immolans, & virum perimens.

c Qui mactat pecus,] id est, capram, vel ouem.

d Quasi qui excerebret canem,] i. similem, vel æqualem facit abominationem, ac si super altare Dei cerebrum canis effunderet, quod in lege prohibitum est. *Deut* 23. c. Non offeres mercedem meretricis, nec pretium canis in domo Dei tui. Et benè canis & meretrix copulantur, quia similiter libidinantur. e Qui offert oblationem,] quamlibet legalem. f Quasi qui sanguinem suillum offerat,] quod in lege prohibetur. *Leuit. vndecimo.* a.

g Qui recordatur thuris,] in sacrificio, scilicet vt offerat quod lex præcipit. *Leuit. secundo.* a. Pugillum plenum similæ & olei, ac totum thus, & ponat memoriale super altare.

h Quasi qui benedicat idolo,] id est, par committit sacrilegium ac si benediceret idolo. Paria enim sunt hæc sacrificia sacrificiis idolorum. Tantundem enim perditionis est seruare carnalibus obseruantiis, & salutem per eas quærere, quàm idola quærere: Nam ponere sacrificia, & quærere spem salutis & iustificationis vbi non est, idololatria est. Si quis igitur in his sanctitatem & iustitiam putet esse, idololatra est, quærens & credens salutem vbi non est, & vmbram adhuc seruare, negare est veritatem aduenisse. Nam si adhuc seruatur, aut significatur non fuisse promissus Christus, aut adhuc promittitur venturus, & negatur venisse, crimen est par idololatriæ Simile habetur *sup.* 1. c. Quò mihi multitudinem victimarũ vestrarũ, dicit Dñs: Plenus sum Holocaust. Arietũ, & adipem pinguium, & sanguiné vitulorũ, & Agnorũ, & Hircorum nolui. *Gloss.* vnquam. Item *Ierem.* 6. c. Vt quid mihi thus de Saba offertis? Et *infrà* eodem. Holocaustamata vestra non sunt accepta, victimæ vestræ non placebunt mihi. Item *Ieremia* 7. c. Non præcepi eis in die quâ eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocaustomatum & victimarum, sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos mihi populus, *Amos* 5. f. Non capiam odorem cœtuum vestrorum; quòd si obtuleritis mihi holocaustomata & munera, non suscipiam vota pinguium vestrorum, Et *infrà* eodem. g. Nunquid hostias & sacrificia obtulistis mihi in deserto quadraginta annis? *Michea* 6. b. Nunquid placari potest Deus in millibus Arietum, aut in multis millibus Hircorum pinguium? *Osea* 6. c. Misericordiam volo, & non sacrificium. *Psal.* 39. Sacrificium & oblationem noluisti, &c. Item: Nunquid manducabo carnes taurorum, &c. *Malach.* 1. c Munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim Solis vsque ad occasum magnum est Nomen meum in Gentibus. De his autem qui ritum legalem adhuc volunt tenere cum perfidis Iudæis, subiungitur. *Aliter.*

i Hæc omnia,] supradicta sacrificia.

k Elegerunt,] non meâ voluntate, sed proprio arbitrio. Ipsi dico incedentes. *Secunda pars.*

l In viis suis,] id est, in propriis traditionibus, non in mandatis Dei.

m Et in abominationibus suis.] *Haym.* id est, in peccatis quæ abominari debuerant.

n Anima eorum delectata,] id est, studiosè & ex animo delectati sunt in talibus. Vel viæ malorum, sunt operationes malæ, abominationes autem sunt adinuentiones & peccatorum excogitationes. In his autem quæ abominatur Deus, delectantur mali & exultant. *Prouerb. secundo.* c. Qui lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus pessimis. *Iob.* 30. a. Esse sub sentibus delicias computabant. Sequitur.

o Vndè & ego eligam illusiones eorum,] id est, quia elegerunt abominationes; ideo ego eligam illusiones eorum, id est, eis competentes. Et dicit, ego eligam, quasi de diuersis generibus illusionum & tormentorum inferam eis grauiora. Dicit ergo, Eligam illusiones eorum, id est, eleganter illudam eis per Romanos secundùm sua merita. Vel secundùm *Haymonem*: Eligam illusiones eorum. Illusiones posuit pro eo quod est illusores. Et est simile 2. *Thessalon. secundo.* c. Dabit eis operationem iniquitatis, id est, operatorem, Diabolum, scilicet, vel Antichristum. Illusores autem duobus modis possumus intelligere, vel pessimos Principes, & Doctores, vt fuerunt Scribæ & Pharisæi, & malos Sacerdotes, vt fuerunt filij Heli. Vel alij dicunt illusores Dæmones, quibus illi traditi sunt. Est ergo sensus. Eligam illusiones eorum, id est, permittam eis dominari malos Principes & Doctores, Scribas & Pharisæos & Sacerdotes, vel Romanos & Dæmones. De quibus illusoribus dicit *suprà vigesimooctauo.* d. Audite verbum Domini viri illusores qui dominamini in populo meo.

Similiter hodie multi illusores sunt in Ecclesia, scilicet, Prælati qui oculos intuentium deludunt. Videntur enim curam gerere animarum, cùm curam gerant palearum, videntur dominari vitiis, & omnibus succumbunt; videntur viuentia animalia, & sunt idola mortua. 2. *Petr. tertio.* a. Venient in nouissimis diebus illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes. *Baruch. tertio.* b. Vbi sunt Principes gen-

Δ eis, & qui adhuc etiam illudant, *sup. vigesimo octauo.* d. Audite viri illusores qui dominamini super populum meum. *a* Et quæ timebant adducam eis,] id est, famem, pestem, gladium, & captiuitatem. *b* Quia vocaui,] eos promissis & beneficiis. *c* Et non erat qui responderet,] ex amore mihi obedicendo. *d* Locutus sum] comminatoria & aspera. *e* Et non audierunt] saltem timore à peccatis cessando. *f* Feceruntque malū in oculis meis,] id est, me vidente, vel in Templo meo. *g* Et quæ nolui elegerunt,] vt sequerétur cōcupiscentias proprias, & adinuentiones suas in peccatis. *sup.* 65. b. Dicitur idem. Vocaui, & non respondistis, locutus sum, & non audistis, & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui elegistis.

C *a* & quæ timebant adducam eis: *b* quia vocaui, *c* & non erat qui responderet, *d* locutus sum, *e* & non audierunt, *f* fecerúntque malum in oculis, meis, *g* & quæ nolui elegerunt. *h* Audite verbum Domini, *i* qui tremitis ad verbum eius. *k* Dixerunt fratres vestri, *l* odientes vos, *m* & abiicientes *n* propter Nomen meum, *o* Glorificetur Dñs, *p* & videbimus *q* in lætitia vestra, *r* ipsi autem *s* confundentur. *t* Vox populi de ciuitate, *u* vox de *x* Templo *y* vox Domini reddentis retributioné inimicis suis.

Secunda pars. *h* Audite verbum Domini, &c.] Secunda pars in qua boni consolantur. Vndè Propheta conuertens se ad bonos, dicit: Audite verbum Domini,] quasi dicat, alij nolunt audire Dominum, sed vos audite verbum Domini, aurem cordis apponendo, & eius voci obediendo.

i Qui tremitis ad verbum eius,] reuerentes & venerantes verba Prophetarum. Sed quid audiant subdit.

k Dixerunt fratres vestri,] id est. Iudæi increduli voci meæ dixerunt irridendo, & illudendo vobis.

l Odientes vos,] quia dissimilis est eis vita vestra.

m Et abiicientes propter Nomen meum,] id est, quia inuocatis, vel timetis Nomen meum, ideo abiiciunt vos à consortio suo, & despiciunt. Dicunt inquam hoc quod sequitur,

o Glorificetur Dominus, & videbimus] eum, vel gloriam eius.

q In lætitia vestra,] quasi dicat, Vos creditis quòd impleantur ea quæ isti prophetant vobis. Sed glorificetur Dominus, id est, appareat gloriosus faciendo ea quæ dicunt Prophetæ, vt sic videamus pœnam quam nobis minatur, & lætitiam vestram quæ vobis promittitur.

r Ipsi autem confundentur] dicit Propheta, quasi dicat, Ita irrident vos, sed ipsi confundentur ad vltimum, quando vos exaltabimini. Quorum confusionem & destructionem ostendit, dicens.

t Vox populi de ciuitate audita est, supple, quasi dicat, populus clamat in ciuitate, Sacerdotes clamant & implorant in Templo. Et quare hoc subdit. *y* Vox Domini reddentis retributionem, &c.] id est, vox exercitus hostilis, qui clamat exultando pro victoria & captione Δ vestræ

Mystice. Θ rium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? qui in auibus cœli ludunt, id est, qui in oratione, vel prædicatione Deum illudunt, qui deberent esse sicut Aquilæ volantes in cœlum, & in prædam volare. Deum enim videtur velle deridere, qui quando orat, vel legit non attendit; vel quando prædicat, intentionem ad Deum non dirigit, *sup.* 29. d. Populus hic labiis me honorat, &c. De talibus illusoribus dicitur *Prou.* 19. d. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus. Item *Prou.* 3. d. Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. Sequitur.

a Et quæ timebant adducam eis,] id est, Iudæis per Romanos, ita vt amittant locum & gentem, hoc enim timebant, *Ioan.* 11. sed si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, &c.

b Quia vocaui, & non erat qui responderet, locutus sum, & non audierunt, fecerúntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt.] Hoc idem habetur *sup.* 65. b. Vocaui, & non respondistis, &c. Et ideo hic non exponimus, quia ibi expositum est. Sequitor.

h Audite verbum Domini.] Conuertit se Propheta ad Apostolos, & fideles ex Iudæis, dicens: Audite verbum Domini, vobis consolatorium.

i Qui tremitis ad verbum eius,] reuerentes & venerantes illud. Vox Domini est sicut tonitruum, vndè tremorem debet incutere. Sed multi verba Dei non timent, maximè qui assueti sunt audire, id est, Theologi. Sed verba Magnatum & Principum timent. Vndè *Osee* 13. a. Loquente Ephraim horror inuasit Israël. *k* Dixerunt fratres nostri.] O vos Apostoli & alij credentes, fratres vestri Iudæi secundùm carnem dixerunt. Ipsi dico. *l* Odientes vos,] corde. *m* Et abiicientes] sua cohabitatione. Et hoc *n* Propter Nomen meum,] i. propter Numinis mei confessionem. vel propter Nominis mei denominationé, quia à Christo vocamini Christiani, secundùm illud *Ier.* 14. b. Tu in nobis es Dñe, & Nomen tuum sanctum inuocatum est super nos. Hos ergo increduli Iudæi odio habebant, quia de eis non erant. *Ioan.* 15. c. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Et nota, quòd simul iungit fratres, & odientes, licèt enim sint inimici, tamen fratres sunt reputandi. Pro tali enim odio promittitur beatitudo cœlestis. Vndè *Luc.* 6. d. Beati eritis cùm vos oderint homines. &c. *Matt.* 10. c. Et eritis odio omnibus hominibus, propter Nomen meum. Quod autem dicit, & abiicientes, habetur *Ioan.* 9. d. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis confiteretur eum Christum, extra Synagogam fieret. Quid autem dixerunt illi exprobrando, subiungit. *o* Glorificetur Dominus, &c.] Et nota triplicem persecutionem Sanctorum à malis illatam Oris, ibi: Dixerunt. Cordis, ibi: Odientes. Operis, ibi: Abiicientes. Oris autem persecutionem prosequitur: Dixerunt inquam hoc: Glorificetur Dominus, id est, appareat sublimis & gloriosus in Maiestate sua.

p Et videbimus in lætitia vestra,] id est, in Maiestate sua appareat, ita vt videamus, & vos gaudeatis. Et loquitur ironicè, quasi dicat, Quia vobis humilem introducitis Deum, & prædicatis crucifixum, volumus eum vt dicitis conspicere in sua Maiestate regnantem, vt & vos gaudeatis in conspectu eius. Simile *Matt.* 27. e. Si filius Dei est, descendat de Cruce, & credimus ei. Propter tales insultationes malorum, dicit *Amos* 5. e. Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? Et nota quòd Christum multi quærunt glorificatum, sed non abiectum, vt isti, sed tamen oportet priùs eum crucifixum inuenire, & sequi quàm gloriosum. *Marci vltim.* b. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit, non est hic, quasi dicat, si quæritis Nazarenum, priùs quærite crucifixum. Nunc autem quia primò quæritis floridum, ordinem peruertitis, & ideo non inuenietis, surrexit enim, non est hic vbi eum quæritis. Sequitur de pœna talium. *r* Ipsi autem,] qui talia loquuntur. *s* Confundentur, in die Iudicij, cùm filius hominis venerit in gloria sua cum potestate magna & virtute. *Matt.* 24. c. Tunc enim cùm viderint gloriam Christi, & Sanctorum suorum, dicent illud *Sap.* 5. a. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum &c. nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, &c. Vel, confundentur, in præsenti & peribunt per Romanos. Vndè subdit.

t Vox populi de ciuitate] audita est supple. *Tertia pars*

u Vox] Sacerdotum.

x De Templo] audita est, quasi dicat, in ciuitate est ploratus populi, in Templo clamor Sacerdotum. Adueniente enim Romano exercitu, & circumdante ciuitatem Ierusalem, secundùm Iosephum, diuisi sunt Iudæi in tres partes de Principatu contendentes. Vna pars eligens istum, alia alium, tertia tertium. Vna pars populi & Sacerdotum tenebant Templum. Arcem verò & Regiam domum, pars populi & Principum. Reliquam verò ciuitatem tertia pars; maximè tamen vulgus pugnabat forinsecus contra hostes, & intrinsecùs contra ciues. Romanis ergo vrbem irrumpentibus, audita est vox populi plangentis de ciuitate, & vox Sacerdotum, & qui cum ipsis erant de Templo. Vox autem Domini audita est in Romanis exultantibus, qui & nutu Dei venerunt. Et hoc est.

y Vox Domini reddentis retributionem inimicis suis,] Id est Iudæis per Romanos.

Moral. Moraliter. *t* Vox populi de ciuitate, vox de Tēplo, vox Dñi, &c.] Triplicē vocem determinat. Vocem populi apertè peccantis, secundùm illud *Gen* 18. c. Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, peccatum eorum aggrauatum est nimis. Item vocem Sacerdotis parcentis, & peccata populi excusantis & linientis, secundùm quod dicitur *Ezech vigesimo-octauo.* b. Populus ædificabat parietem, id est, peccatorum congeriem, ipsi autem liniebant eum luto absque paleis. Tertia autem vox est Domini percutientis & reddentis retributionem inimicis suis. De qua voce dicitur *Soph. primo.* c. Vox diei Dñi amara; tribulabitur ibi fortis, quando dicetur. Ite maledicti in ignem æternum. *Matthæi* 25. d. Item nota, quòd populus loquitur de ciuitate, id est, de mundanis;

Θ sed clericus

a vestræ ciuitatis & Templi. Quæ vox dicitur Dñi, quia Dño auxiliante eos vicerunt. Sic ergo mali confundentur per Chaldæos, sed boni non confundentur ad vltimum: imò reuertentur & multiplicabuntur. Vndè subdit. a Antequam parturiret peperit.] Loquitur de Sion siue de Ierusalem, quæ dicitur peperisse ante parturitionem, id est,

a Ante quam parturiret peperit: b antequam veniret partus eius, c peperit masculum. d Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile? e Nunquid parturiet terra in diè vna, aut f parietur gens simul? g quia parturiuit, & peperit Sion filios suos. Nũquid h ego qui alios parere facio, i ipse non pariam, dicit Dñs? k Si ego qui generationem † cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus. l Lætamini m cum Ierusalem, n & exultate in o ea omnes qui diligitis eam,

antequā videretur
Ierem. 18. dolores partus sustinuisse. Loquitur enim de Sion ad similitudinem matris, q.d. citissimè & insperatè genũr filios, sicut si mulier aliqua subitò liberaretur à partu, posset dici peperisse ante parturitionem, id est,
al. † cūctis. antequam multos dolores sustinuisset, sicut aliæ mulieres solent sustinere. Vel, sicut aliquis qui citò facit aliquid, & subitò complet illud dicitur complesse antequam incœperit, id est, antequam videretur incœpisse. b Antequam veniret partus eius] id est, tempus pariendi. c Peperit masculum] id est, validū & fortem populum. *Andreas.* His verbis nihil aliud significatur quàm subita & insperata gentis multiplicatio, velut si mulier subitò pareret? Admirans ergo Propheta tam subitam populi multiplicationem, subdit.

d Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic] i. tali partui, simile? quasi dicat, nunquam visum est, vel auditum aliàs, vt in tam breui spatio gignerentur tot hominum millia. e Nunquid parturiet terra in die vnā] id est, subitò incolas suos omnes parturiet? quasi dicat, non est hoc auditum. f Aut parietur gens simul] gens, scilicet, tota, quasi dicat, non contingit hoc in terra. Quare autem hoc quærat, subiungendo exponit.

g Quia parturiuit & peperit Sion filios suos] supple simul & subitò, quasi dicat, hoc ideo quæro admirando, quia ita video in Sion contigisse, quòd in terra alias inuisum est, & inauditum contigisse. Positā autem quæstione, in qua quasi impossibile videbatur tam subita populi generatio, & multiplicatio, respondet Propheta in persona Domini, quòd ita fiet per eius potentiam. Vndè dicit.

h Nunquid ego qui alios parere facio] id est, qui alias nationes multiplico,

i Ipse non pariam, dicit Dominus,] id est, filios meos speciales, scilicet, Iudæos non multiplicabo?

k Si ego qui generationem cæteris] vel cunctis tribuo, sterilis ero, ait Dñs Deus, quasi non; imò ego multiplicabo filios, id est, Iudæos. Audita ergo Domini promissione, Propheta conuertit se ad consolationem Ierusalem, dicens: l Lætamini cum Ierusalem,] id est, corde gaudete de sua prosperitate, & multiplicatione.

m Et exultate in ea,] id est, de ea, siue de eius profectu, vel in ea manentes & habitantes. o Omnes qui diligitis eam,

o gaudete cum

Quarta pars. Mysticè. * sed clericus debet loqui de Templo, id est, de diuinis. Sequitur. a Antequam parturiret, &c.] Post destructionem Iudæorum, loquitur de multiplicatione Gentiū. Reprobata enim Synagoga, ædificatur & multiplicatur Ecclesia. Et hoc est quod dicit. a Antequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius peperit masculū,] id est, citissime & insperatè multiplicati sunt filij Ecclesiæ, vt sicut mater sine dolore parturitionis videatur partum effudisse. Dicitur autem Ecclesia parere masculum, & B. Virgo, & Deus, & Prælatus, & subditus. Ecclesia enim in velocitate temporis. c Peperit masculum,] id est, populum fortem, quando vna die crediderunt tria millia, *Actuum* 2. g. Et alia die quinque millia, *Act.* 4. a. Ecclesia ergo antequam parturiret peperit, quia antequā persecutionis multas angustias pateretur, multiplicem spiritualium filiorum sobolem edidit. b Et antequam veniret partus eius] id est, antequam videretur posse generare filios. c Peperit masculum,] id est, fortem populum. Subitò enim ad fidem multitudo conuersa est Iudæorum, & Gentilium fortium in fide, & strenuorum in operatione. Sed contra *Apoc.* 12. a. Mulier clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat. Ecclesia enim clamando parturit, quantum ad verba, & cruciatur quantùm ad exempla; quomodò ergo dicitur hic, antequam parturiret peperit? Solut. Triplex status Ecclesiæ: Primitiuus, medius, & vltimus. In primo statu sine parturitione peperit, quando sine difficultate & obstaculo multa millia ad fidem conuertit. In secundo autem statu cum parturitione peperit, quando dura sustinuit in martyribus, & altè clamauit in Confessoribus, vt filios Deo in fide generaret, ita vt rectè dicatur de ea, Mulier clamabat parturiens & cruciatur vt pariat. Et *infr.* eodem dicitur: Parturiuit & peperit Sion filios suos. In vltimo autem statu qui nunc est, Ecclesia sine † partu parturit. Multi enim sunt dolores Ecclesiæ, sed al. † dolore.
pauci filij multiplicantur. *sup.* 37. a. Venerunt filij vsque ad partum, & non virtus pariendi. Vndè *Ierem.* 4. e. Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Vel Ecclesia parturit masculum, quando de suo gremio eligit virilem Prælatum, Sed tales vult Pharao in flumine proijcere diuitiarum, *Exod.* 1. d. Item de Beata Virgine exponitur.

a Antequam parturiret] quia sine dolore peperit Beata Maria Christum. Vndè in *Antiph.* Nesciens Mater virgo virum, &c. b Antequam veniret partus eius peperit masculum:] Non enim per naturalem temporis successionem, sed per mirabilem gratiæ collationem peperit, licèt tempus seruauerit alijs mulieribus statutum pariendi post conceptum. Vel aliter secundùm *Haym.* Antequam parturiret Virgo Maria, & antequam veniret partus eius, genuit Deus Pater masculum sine tempore, Verbum, scilicet, & filium suum fortissimum, per quem fecit & gubernat omnia, quem in tempore concepit, & peperit Virgo Maria. De isto masculo dicitur *Apoc.* 12. b. Peperit mulier filium masculum qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, id est, in rectitudine vitæ, & duritia pœnitentiæ. Item Filius parturiuit, & peperit filios in Cruce. Vndè *sup.* 46. a. Qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Item Prælatus est mater. *Gal.* 4. c. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Item quilibet debet parere masculum, id est, bonum propositum in virile opus producere. *Matth.* 12. d. Quicunque fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ille meus frater, soror, & mater est. Non dicit Pater, quia boni operis matres sumus. Concepit enim liberum arbitrium à gratia tanquam à patre. Auctoritas enim boni operis est in Deo, vel in gratia, non in libero arbitrio. Sequitur. d Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile?] Nunquam enim tale quid super terram accidit, vt in breui tempore crederent omnes nationes, & de vniuersis gentibus vna gens fieret Christianorum, & compleretur dictum Apostoli 2. *Cor.* 5. d. Vetera transierunt, & ecce omnia facta sunt noua. Vndè subditur adhuc. e Nunquid parturiet terra, &c. Apostoli enim filios suos tanquam vna die, & simul genuerunt, quia in Christo, qui lux est, & dies, vt dicitur *Ioan.* 12. g. & 8. b. & in voluntate fidei eos conuerterunt. Et nota quòd dicit, parturiuit & peperit. Parturiuit exhortando fatigata, peperit conuertendo lætificata. Ecclesia enim quæ prius antequam parturiret, peperit postea vt pareret parturiuit, quia vt filios Deo generare posset, multis conatibus enixa est, & multis doloribus cruciata, verbum Dei, prædicans, & eos quos intra vterum charitatis portabat, in fide, vel in bona conuersatione genuit. Sed quia à Deo factum est istud, ideò pulchrè subiungitur.

h Nunquid ego qui alios parere facio] carnaliter omnes, & communiter omnes creo.

i Ipse non pariam, dicit Dominus?] quasi dicat, imò: ego enim qui omnes homines creaui ex nihilo, creabo mihi ex omnibus gentibus Ecclesiam vnam, quæ ædificatur de lapidibus viuis. 1. *Pet.* 2. a. Vndè subdit.

k Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus? quasi dicat, non: imò filios spirituales mihi multiplicabo, qui cæteris do carnales. Vel, non sterilis ero à Filio coæterno, ego æternus, qui temporalibus do filios temporales.

l Lætamini cum Ierusalem.] Inuitat Angelos, vel Apostolos, vel quoslibet Ecclesiæ filios, vt gaudeant de bonis Ierusalem, quasi dicat, O Angeli & Apostoli tristes de perditione Iudæorum infidelium, lætamini consolati de fide & salute Gentium, de quibus ædificatur Ecclesia. Et hoc est.

l Lætamini] corde, ô Angeli, ô Apostoli, ô fideles filij. Quinta pars.

m Cum Ierusalem] matre vestra cœlesti, & cum Ecclesia præsenti de Gentibus collecta.

n Et exultate] voce & corpore pandentes signa lætitiæ.

o In ea] id est, pro ea, id est, pro fide conuersorum, qui in ea numero habitant & merito.

p Omnes qui diligitis eam.] Soli enim habentes zelum & dilectionem animarum, gaudent & exultant

o de conuersione

a gaudete cum ea gaudio] de eius prosperitate. b Vniuersi qui lugetis super eam] pro eius captiuitate & afflictione. Gaudete dico ita. c Vt sugans, & repleamini ab vberibus cõsolationis eius.] Loquitur de Ierusalẽ quasi de matre pluribus filiis lac præbente,& de populo loquitur quasi de filiis paruulis, qui delectantur in vbere.

al. † lugebatis.

al. † vbere.

Vndè adhuc subdit. d Vt mulgeatis] lac consolationis, vel prosperitatis. Vel abũdantiam lactis significat in terra

D

a Gaudete cũ ea gaudio b vniuersi qui † lugetis super eam, c vt sugatis & repleamini ab † vberibus cõsolationis eius, d vt mulgeatis, e & deliciis affluatis f ab omnimoda gloria ei*. g Quia hęc dicit Dñs. Ecce ego declinabo super eã, h quasi flumen pacis, i & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, k quam sugetis. l Ad vbera portabimini, m & super genua blandiētur vobis.

illa & mellis, per hoc quòd dicit, sugatis, & mulgeatis, secundùm quod dicitur *Deuter. trigesimo-secundo*. b. Vt sugerent mel de petra, oleũmque de saxo durissimo, butyrum de armento, & lac de ouibus, &c.

e Et deliciis affluatis ab omnimoda gloria eius.] Pro magnis enim deliciis reputabitis videre plenam & pristinam gloriam ipsius Ierusalem, sed hæc gloria maior erit.

g Quia hæc dicit Dominus, &c.] id est, super Ierusalem.

h Quasi flumen pacis] id est, dabo eis pacem quasi flumen, id est, pacem copiosam, & indeficientem, sicut exponit Andreas.

i Et quasi torrentem inundantem gloriam Gentium] declinabo, scilicet super eam.

k Quam sugetis] id est, ego plures faciam proselytos de Gentibus, qui ad eos, sicut torrens inundans, in velocitate & multitudine conuertentur, quod erit ad gloriam Ierusalem, & ad delectationem vestram. Vel, Gloriam Gentium, id est, diuitias in quibus Gentes gloriabantur, dabo vobis, secundùm quod exponit Andreas: Quam sugetis, id est, ita in gloria eorum delectabimini, sicut pueri in sugendo lac delectantur.

l Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis.] Prosequitur metaphoram paruulorum sugentium, quasi dicat: Sicut matres paruulos ad vbera portant: vt portando eos reficiant, & super genua eos sustinendo consolantur, & eis blandiuntur, ita Gentes & nationes, & Reges etiã earum vobis diuitiarum, & deliciarũ ministrabunt, & vos sustentabunt, secundùm etiam quod habetur *suprà 60*. c. Et suges lac Gentium, & mammilla Regum lactaberis. Vbi secundùm literam *Sept.* habetur: Diuitias regum comedes. Vel, Ad vbera mea portabimini, & super genua blan-

Mysticè.

a de conuersione peccatorum. Charitas enim non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, 1. *Cor.* 13. b. Ex hoc patet, quòd illi qui dolent quando socij sui, vel carnales amici intrant religionem, vel bona alia faciunt, non diligebant illos.

a Gaudete cum gaudio vniuersi] non solùm omnes, sed singuli.

b Qui lugetis] vel [lugebatis super eam] vos, scilicet, Apostoli, qui doletis de perfidia Iudæorum, gaudete de multitudine Gentium conuersarum. Vel, Gaudete cum ea gaudio vniuersi, qui lugetis super eam, id est, qui lugetis damna quæ patitur Ecclesia in quibusdam, gaudete in lucra quæ adipiscitur in aliis. Vel, Gaudete qui lugetis, quasi dicat, Continuate gaudium gratiæ vsquequò perueniatis ad habitaculum cœlestis gaudij & lætitiæ, de quo dicitur. *Ioan.* 17. e. Quòd gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Quod gaudium lugentibus datur, quia illi participes sunt consolationum qui socij sunt passionum, 2. *Cor.* 1. b. Sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis. Ideo iusti etiam in præsenti gaudent in tribulationibus, sicut dicit Apostolus *Coloss.* 1. d. Gaudeo in tribulationibus meis, &c. Et *Iacob.* 1. a. Omne gaudium existimate fratres, &c. Dicit ergo.

a Gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis super eam] id est, gaudete ô paruuli Ecclesiæ cum matre vestra in tribulationibus lugentes. Et loquitur, vel ad paruulos Ecclesiæ, vel ad Apostolos.

Dupliciter enim potest legi: Gaudete dico, ita vt sugatis, & repleamini ab vberibus consolationis eius, id est, vt sugatis lac vberum, quo, vel quibus consolatur Ierusalem, i. Ecclesia. Vbera enim sunt duo Testamenta. Ab istis vberibus sugitur lac a paruulis, & in paruulis sugitur à Prælatis, quia profectus subditorum consolatio est & refectio Prælatorum. Lac ergo trahitur ab vberibus, quia de Nouo & Veteri Testamento trahuntur verba & exempla, quibus nutriuntur & consolantur paruuli, quando per verba simplicis & fidelis doctrinæ ædificantur ad fidem, & per exempla roborantur ad bonam operationem. Hæc vbera etiam sugunt Prælati, quando in fide subditorum, & bona operatione delectantur.

d Vt mulgeatis, & deliciis affluatis,] hoc est, vt affluatis eorum simplicem fidem, & perfectione eorũ abundetis. Et hoc.

f Ab omnimoda gloria eius] id est, à scientia Diuinitatis & humanitatis Christi, quã habet Ecclesia.

Sancta enim Ecclesia in omnibus vna, in aliis habet lac, scilicet, simplicem fidem & operationem; in aliis autem affluit omnimoda gloria, scilicet, charismatum abundantiâ, & scientia Diuinitatis & humanitatis Christi. Sancti enim Prædicatores in omnibus delectantur, tanquam carpentes ab aliis. Sequitur.

g Quia hæc dicit Dominus. Ecce ego declinabo super eam quasi flumen pacis] id est, descendere faciam super eam plenam, & perseuerantem pacis affluentiam, id est, Spiritus Sancti abundantiam, quo reconciliamur Deo, & Angelis, & quo quietè & pacificè inter proximos conuersamur. Et dicit: Declinabo, id est, à Iudæis superbis ad Gentes humiles declinare & descendere faciam. Humilibus enim datur gratia, & ad valles declinat aquarum copia. *Psalm.* 103. Inter medium montium, id est, in vallibus pertransibunt aquæ, id est, gratiæ.

i Et quasi torrentem inundantem gloriam Gentium quam sugetis,] id est, multitudinem Gentium & fortitudinem earum ad fidem conuertam abundanter, & affluenter, ita vt in eis delectemini, quasi dicat; Duo dabo Ecclesiæ, copiam; scilicet, charismatum, & gratiarum, hoc est vnum flumen; & multitudinem conuersorum, hoc est aliud. Vel fluuius vnus est abundantia pacis, quantùm ad proximos: alius est torrens gloriæ Gentium, id est, timor, quoad Deum. Gloria enim Gentium est timor Domini, sicut dicitur *Eccles. decimo.* c. Gloria diuitum honoratorum, & pauperum timor Dei est. De primo fluuio dicitur *suprà quadragesimo-octauo.* d. Vtinam attendisses mandata mea, facta fuisset quasi flumen pax tua. De secundo subditur: Et iustitia tua sicut gurgites maris. Iustitia enim refertur ad timorem, quia timor Domini iustificat. Peccatum enim expellit, vt dicitur *Ecclesiastic. primo.* c. *Baruch. tertio.* b. Si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terram. *suprà quinquagesimo-quarto.* d. Ponam multitudinem pacis filiis tuis. *Ecclesiastic. trigesimo-nono.* c. Benedictio illius quasi fluuius inundabit. Vel primus fluuius est fluuius gratiæ, secundus est torrens doctrinæ. Primus dicitur fluuius pacis, quia per gratiam obtinemus peccatorum veniam. Secundus dicitur torrens gloriæ Gentium, quia in doctrina Ecclesiæ est gloria audientis turbæ. De istis fluuiis dicitur in *Psalm.* 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Item *Ioan.* 7. f. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Sequitur. l Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis,] Loquitur ad Gentes credituras, quibus triplex officium exhibendum est ab Apostolis, & similiter subditis exhibendum est a Prælatis. Lactatio, portatio, & blanditio. Debent enim lactando portare eos, id est, docendo & instruendo eos supportare in infirmitatibus eorum. Vel portare debent eos, id est, per bona exempla eos ad meliora prouehere, vt non tantùm verbo lactentur, sed exemplo ad bona prouehantur. Ideo dicit. Ad vbera, consolatoriæ prædicationis, portabimini, adiuncto exemplo bonæ conuersationis. Vel, ad vbera portabimini, id est, supportabimini, secundùm illud. *Galat. sexto.* a. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, &c. Sed quia frequenter onus grauat portantem & asperiorem reddit, sicut habetur exemplum de Moyse *Num. vndecimo.* c. Nunquid ego concepi hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, quemadmodum solet nutrix portare infantem, &c. ideò subdit.

m Et super genua blandientur vos] quasi dicat, portando vos non exasperabunt vos, sed consolabuntur, & blandè vobis loquentur, sicut nutrix paruulo ploranti blanditur & frangit vocem suam, loquens & blandiens puero. Prælatus enim cum paruulis non debet loqui

a genua blandientur vobis, id est, ego lactabo vos, & sustentabo, dicit Dominus, sicut mater filium paruulum. Vndè subdit.

a Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos,] lac prosperitatis copiosè fundendo, lachrymas miseriæ & calamitatis abstergendo, super genua patiétiæ meę supportando. c Et in Ierusalem consolabimini,] quando ad eam de captiuitate prosperè reuertimini.

a Quomodo si cui mater blandiatur, b ita ego consolabor vos, c & in Ierusalem consolabimini. d Videbitis, e & gaudebit cor vestrum, f & ossa vestra quasi herba germinabunt. g Et cognoscetur manus Domini seruis eius, h & indignabitur inimicis suis. i Quia ecce Dominus in igne veniet:

d Videbitis,] impleta, quæ modò auditis promissa. e Et gaudebit cor vestrum,] id est, ex corde, non simulatoriè gaudebitis.

f Et ossa vestra quasi herba germinabunt,] id est, vos qui fuistis quasi ossa arida, & mortua in captiuitate, reuiuiscetis, & florebitis ad humorem prosperitatis, & liberationis de captiuitate, sicut herba, quæ in hyeme mortua est, in verè autem rediuiua est. Vndè hic Propheta duplicem seruat metaphoram, ossium, & herbarum. De ossibus simile habetur *Ezechiel.* 37. b. Vbi dicitur: Ossa arida audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus Deus ossibus his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis, &c. De herbis simile habetur *suprà* 44. a. Germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas.

g Et cognoscetur manus Domini seruis eius,] id est, potentia Domini, vel largitas eius cognoscetur in seruorum liberatione, & bonorum collatione.

Tertia pars. h Et indignabitur inimicis suis,] quasi dicat, prædicta bona faciet bonis Iudæis, sed malos, & incredulos voci Domini, destruet & vastabit. Vndè subdit.

i Quia ecce Dñs io igne veniet,] quod factum est, quando exercitus Babylonis ciuitates Iudæ destruxit, & combussit, & etiam Ierusalem, & sæpiùs etiam pro peccatis suis combustæ sunt ciuitates eorum, & ædificia.

a Et quasi

Mysticè. ⊕ bet loqui plenâ voce, sed ficta, & mansuetâ, quia sicut dicit *Psalm.* 89. Superuenit mansuetudo, & corripiemur. Paruulus terretur plenâ voce, qui fictâ voce quiescit, & placatur. Ad vbera portauit Apostolus illos quibus dicebat: Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam, 1. *Cor.* 2. a. Et super genua, id est, super exempla bonorum operum suorum blandiebatur eis, quibus dicebat *Philipp.* 4. b. Quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum. Item *Roman. duodecimo.* a. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam Deo, &c. Vox ista est blandientis. Item 1. *Petr.* 2. c. Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, &c. Item sicut nutrix, quando vult paruulo blandiri, dat ei quicquid habet, vt puer quiescat à fletu: ita Apostolus faciebat *primo Thessalon. secundo.* Tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non solùm Euangelium Dei, sed animas nostras. Similiter & cæteri sancti Doctores portauerunt, & portant more matrum ad vbera doctrinæ paruulos suos, & in exemplis bonorum operum velut in genibus fouendo eos sustentant, ac blandiuntur eis, vt proficiant. Nam quòd in genibus opera designentur, ex historia Gedeonis cognoscimus, vbi treceni viri qui recto genu aquam biberant, vicisse referuntur, *Iudicum* 7. b. Aqua enim sacra scientia, genu autem rectum, est operatio ad cœlum erecta: Recto autem genu aquam bibit, qui cum recta operatione sacram Scripturam addiscit, vt priùs faciat sibi, quàm doctrinæ intendat. Qui enim priùs fecerit, faciliùs postmodum addiscit, quia intellectus bonus omnibus facientibus eum.

a Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consola-
Psalm. 110. bor vos.] *Gloss.* Omnipotens Deus tanquam misericors, & miserator, modò Aquilæ, modò Gallinæ, modò matri blandienti se comparat, vt nos saltem blanditus alliciat. Mater enim maximum habet affectum ad filios, Gallina, & Aquila ad pullos. Aquila enim, vt dicit *Gloss.* plus omnibus bestiis, iumentis, pecudibus, auibúsque fœtus diligit, vt aiunt qui de animantium scripsere naturis. Dicit ergo: Quomodo si cui mater blandiatur, &c. id est, sicut mater paruulo flenti blanditur vocem frangendo, & fingendo, lachrymas manibus propriis abstergendo, poma & alia amabilia ei tribuendo. b Ita ego consolabor vos,] blanda locutione, lachrymarum abstersione, bonorum collatione. Non enim solùm, sicut mater vestra, sed plusquàm mater, *suprà quadragesimonono.* d. Nunquid potest mater obliuisci infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen nõ obliuiscar tui. *Eccl.* 4. b. Miserebitur tui magis, quàm mater. Et nota, quòd dupliciter mater consolatur paruulum flentem. Primò enim dicit ei: Bone fili, quis fecit tibi hoc, quare fles, quare luges, dic mihi, & tunc paruulus magis erumpit in fletum, quanto magis quæritur à matre causa fletus; & licèt magis ploret, tamen est ei consolatio vox matris fletum inquirentis. Postea mater alio modo blanditur ei dando ei aliquid, & lachrymas abstergendo, & ad vbera sublеuando. Eodem modo Dominus paruulis suis lugentibus dat consolationem duplicem, vnam in præsenti, aliam in futuro. Primò enim quærit à paruulo causam fletus, quando ei ostendit, & reuelat vallem miseriæ huius, & lutum fæcis, & sic paruulum consolando, magis ad lugendum prouocat. In futuro autem omnino absterget lachrymas Sanctorum ab oculis eorum, sicut dicitur *Apocal.* 21. a. & *suprà* 25. c. Tunc eos ad vbera suæ consolatoriæ allocutionis, & benedictionis subleuabit, quando dicet: Venite benedicti Patris mei, &c. Et portabit ad locum æternæ, & hæreditariæ mansionis. Vndè subdit.

c Et in Ierusalem consolabimini,] id est, in Ecclesia cœlesti mea præsentia reficiemini, & consolabimini, qui hic in Babylone consolationem noluistis: Sicut illi de quibus dicitur *Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus qui habetis hic consolationem vestram. *Matt.* 25. *a.*

c Videbitis, & cætera] In Ierusalem enim, quæ pacis visio interpretatur, videbitis sicuti est, gloriam creatoris, secundùm quod dicit Apostolus: Tunc videbimus facie ad faciem 1. *Cor.* 13. d. *Matthæi* 5. a. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. 1. *Ioan.* 3. a. Tunc videbimus eum sicuti est.

e Et gaudebit cor vestrum,] id est, ex corde, & intimè gaudebitis, non superficialiter, sed veraciter, quia medullæ cordis in Domino exultabunt in eius aspectu, *Ioan.* 16. c. Iterum videbo vos, id est, faciam vos me videre, & gaudebit cor vestrum, &c. Et nota, quòd visionem sequitur gaudium. Ideo autem nos non gaudemus in spiritualibus, quia non videmus, id est, nolumus videre. *Tob. quinto.* b. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Et non tantùm gaudium habebunt cordis, sed & corporis gloriam. Vndè subdit.

f Et ossa vestra quasi herba germinabunt,] id est, de puluere reuiuiscent atque virescent, & immarcessibili gloriâ vernabunt, sicut herba, quæ hyeme mortua est, in vere autem rediuiua, *suprà vigesimo-sexto.* d. Expergiscimini, & laudate qui iacetis in puluere. *Daniel capit. duodecimo.* a. Qui dormiunt in puluere terræ, euigilabunt. *Iob. decimo nono.* d. Rursum circumdabor pelle mea, &c. *Ezechiel. capitul.* 37. b. Ossa arida audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus ossibus his, ecce ego intromittam spiritum in vos, & succrescere faciam super vos carnes, &c. Hæc autem ita debere intelligi, sequentia declarant, cùm protinùs subditur.

g Et cognoscetur manus Domini serui eius, & indignabitur inimicis suis. Quia ecce Dominus in igne veniet, &c.] Manus Domini dicitur filius, vel potentia eius, & operatio, siue vindicta, vel munificentia. Cognoscetur autem manus Domini in iudicio seruis eius, id est, ad vtilitatem seruorum suorum, quia dextera suæ potentiæ liberabit eos & munificentia sua coronabit eos, quando dicet eis. Venite benedicti Patris mei, &c. *Matt.* 25. *c.*

h Et indignabitur inimicis suis, id est, omnibus qui eum corde non amauerunt, quibus dicet: Ite maledicti in ignem æternum.

Sexta pars. i Quia ecce Dominus in igne veniet,] ad Iudicium. In primo aduentu venit in rore. In secundo in igne. Primus aduentus fuit gratiæ, & veniæ. Secundus erit vindictæ, & pœnæ. Ipse autem in igne veniet, quia ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius, & purgabit, supple *Psal.* 96.

⊕ electos.

a Et quasi turbo quadrigæ eius.] id est, currus eius. Loquitur enim de Domino sub metaphora bellantis, vel triumphantis Imperatoris. Vel quadrigas Dominus vocat ipsos currus Chaldæorum, & aliorum hostium Iudaici populi, qui in tanta multitudine, & celeritate venient, vt quasi turbo dicatur quadrigæ eorum.

a & quasi turbo quadrigæ eius † b Reddet in indignatione c furorem suum, d & increpationē suam in flamma ignis, e quia in igne Dñs † diiudicabit, f & in gladio suo ad omnē carnē, g & multiplicabuntur interfecti à Dño. h Qui sanctificabuntur, & mūdos se putabant in i hortis k post † ianuam intrinsecùs, l qui comedebant m carnem suillam,

al. † reddere.

al. † diiudicabitur.

Matt. 25. d.

al. † vnam.

b Reddet in indignatione furorem suum.] Vel secundū Ierem. & alios: Reddere in indignatione, id est, ad reddendum cum indignatione malis Iudæis.

c Furorem suum,] id est, vindictam secundùm merita eorum.

d Et increpationē suam in flamma ignis,] id est, cum indignatione puniet malos Iudæos, & per combustionem ciuitatum suarum eos increpabit. Vnde subdit.

e Quia in igne Dominus diiudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem,] id est, multos eorum gladio hostium suorum cadere faciet in bello, & ædificia & ciuitates eorum comburi. Vel secundùm Ieronym. & Heymon. litera est: In igne Dominus diiudicabitur, &c. id est, eius potentia, & iustitia, siue iusta, in igne approbabitur, quia comburendo hostes suos, iustus iudex ostendetur, & gladio eius occidendo. Quod autem dixerat: Ad omnem carnem exponit subdens.

g Et multiplicabuntur interfecti à Domino,] id est, multi erunt interfecti, Domino eis iuxta merita retribuente. Pro quibus autem peccatis interfecti erunt, subdit dicens.

h Qui sanctificabantur, & mundos se putabant abluti in fontibus, vel in baptisteriis, quæ, sibi in locis amœnis parabant, vbi & luxuriabantur libentiùs, vt statim se mundarent, & abluerent, tanquam si mundari potuissent. Et hoc est quod dicit.

i In hortis post ianuam intrinsecùs.] Si construe. Ipsi dico luxuriantes in hortis, id est, in locis amœnis cum masculis, & fœminis more canum. Et hoc est.

k Post ianuam intrinsecùs,] id est, non in porta naturali actum illum libidinis exercentes, sed post ianuam, id est, retro intrinsecùs in ipso corpore. Quod turpe est dicere, sed tamen dicatur ad confusionem eorum, qui nec erubescunt facere: Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere, vt dicitur Ephes. 5. c. Vel sic puncta k Post ianuam intrinsecùs qui comedebant carnem suillam.] Vt sit sensus. l Qui comedebant carnem suillam,] retro ostium intra domum ad honorem simulachri tutelæ. Huic sensui Sept. concordant, dicentes sic: In liminibus comedentes carnem porcinam, &c. Vel secundùm quod quidam habent: Post vnam intrinsecùs. Post, id est, retro. Vnam, rem supple. Verecundiæ enim causâ tacet tam

Mysticè.

* fœdum rei

electos. Malach. 4. a. Dies Domini veniet, succensa quasi caminus. Ierem. 15. c. Ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit. Deuter. 32. c. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad Inferni nouissima. Nahum. 1. b. Indignatio eius effusa est quasi ignis, & petræ dissolutæ sunt ab eo.

a Et quasi turbo quadrigæ eius,] Modus loquendi est. Dicitur enim: venite, venite in curribus, & quadrigis, quia veniet tunc triumphaturus, & aduersarios debellaturus, & dispersurus, sicut turbo omnia dispergit. Vel quadrigas vocat virtutes Angelicas. Dicit ergo: Et quasi turbo quadrigæ eius, id est, virtutes Angelicæ in quibus sedet, venient sicut turbo, vt reprobos omnes subruant, & quasi paleas de mundo tormentis exagitantes exagitent. Nahum. 1. a. Dominus in tempestate, & turbine viæ eius. Ieremiæ capitul. trigesimo. d. Ecce turbo Domini furor egrediens, procella ingens in capite impiorum conquiescet. Sed ad quid veniat in igne & turbine, subdit.

b Reddere,] id est, vt reddat.

c In indignatione furorem suum,] quando cum indignatione dicet: Ite maledicti in ignem, &c.

d Et in crepationem suam in flamma ignis,] Iustis enim subleuatis in altum, & peccatoribus in medio ignis illius qui spatium huius aeris occupaturus est, in imò derelictis, reddet Dominus eisdem peccatoribus, in flamma ignis increpationem suam, dicens: Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c.

e Quia igne Dominus diiudicabit,] vel verius, diiudicabitur, secundùm Ieron. & alios Expositores.

Matt. 25. d.

f Et in gladio suo ad omnem carnem,] id est, contra omnem carnalem, qui hic carnalia desideria secutus est, & qui gloriam incorruptionis non fuerit adeptus. De qua carne dicitur primæ Corinth. decimo quinto. f. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt. Hæc igitur caro igni, & gladio tradetur. Igni ardenti, & gladio, id est, illi sententiæ iudiciali: Ite maledicti, &c. In illo ergo igne, & gladio Dominus diiudicabitur ad omnem carnem, quia quando Dominus reddet vnicuique, quod meretur, tunc omnes cognoscent illum, & laudabunt eius iudicium, & tunc comprobabitur, quam iustè erga impios in omnibus ipse egerit, imò quam piè, & econuerso, quàm iniustè illi erga illum semper egerint. De hoc autem gladio dicitur Amos nono. c. Gladio Domini peribunt omnes peccatores, suprà vigesimo-septimo. a. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, forti, & grandi super Leuiathan serpentem vectem, & super cetum qui in mari est. Post prædicta autem, sententia valdè formidanda subiungitur.

g Et multiplicabuntur interfecti à Domino, qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post ianuam intrinsecùs.] Multi enim qui se mundos putant à peccatis, digni morte inuenientur in districti iudicis examine. Quid enim per ianuam interiorem, nisi ingressus religiosioris, & secretioris conuersationis intelligitur, vt eorum qui sæculo renunciant, vel qui ad altaris officium accedunt: Et quid hortorum nomine, nisi conuersationes talium designantur, adornatæ virtutum floribus, & bonorum operum virore vernantes, in quibus significatur, quia sanctitatis actiones faciunt, & mundos se putant, quia iam se purgatos à peccatorum sordibus putant, atque munditiam sanctitatis sibi arrogant, cùm tamen scriptum sit: De propitiatu peccatorum noli esse sine metu: Ecclesiastic. quinto. b. Et quia de suis meritis præsumunt, idcirco veniente eo qui omnem Superbiam percutit, interficientur. Hinc namque est, quòd vnicuique talium dicitur Ezechiel. trigesimo secundo. d. Quò pulchrior es descendo, & dormi cum incircuncisis. Omnis enim qui fœditatem suæ infirmitatis considerare negligit, sed per elationis fastum virtutis suæ gloriam attendit, quæ pulchrior est, inde descendit, quia extollendo se de suis meritis, inde deterius in ima corruit, vndè gloriosum se esse putauit; qui descendens cum incircuncisis dormit, qui in æterna morte cum cæteris peccatoribus deficiet. Benè ergo dicitur, quòd multiplicabuntur interfecti à Domino, quia multi erunt damnati, qui sanctificabantur, & mundos se esse putabant.

i In hortis,] id est, in excultis virtutum plantariis.

k Post ianuam intrinsecùs,] id est, post ingressum sanctioris vitæ, quia multi qui nunc religiosiores, & Deo viciniores esse videntur, in illa die gladio animaduersionis eius interficientur. Ad literam tamen Iudæi in hoc verbo notantur, imò scribæ, & Pharisæi, qui iuxta Domini sententiam mundantes quod foris erat calicis, & paropsidis, intus pleni erant immunditia. Præceperat enim Deus per Moysen, Numero decimonono. b. Vt si quis præuentus fuisset in peccato, vaccæ rufæ aspersus cinere, & aliis expiationum modis, per sacrificia, & victimas rediret ad Templum. Quod illi negligentes, in locis deliciarum, & voluptatum, id est, in hortis amœnissimis, vel baptisteria extruebant, vel piscinas ad areolas irrigandas, adulteria, & omnium libidinum turpitudinem, simplicibus aquis abluere se putantes. Dum enim & scortis horrerent, in modum canum, & masculi in masculos turpitudinem exercerent, sanctificabantur in hortis, id est, abluebantur, & mundos se putabant, sed in aduentu æterni iudicis damnabuntur. Illi quoque Iudæi his verbis arguuntur, qui latenter in hortis suis colebant idola, & ibi sanctificabantur, id est, laudabantur, & mundos se esse putabant.

Matth. 23.

Quod autem dicitur, post ianuam intrinsecùs, id est * absconsis locis hortorum, vel sicut in prima lectura literali exposuimus.

l Qui comedebant carnem suillam, & abominationem, & murem, simul consumentur, dicit Dominus.] Non mutantur a prima lectura.

* Moraliter. Per

a fœdum rei nomen, id est, post vuluam retrò in posterioribus, quia etiam ipsis mulieribus abutuntur. Vtinam tacere liceret. Intrinsecùs, id est, in ipso earum corpore, vt dicit *Haym.* Vel, Post vnam intrinsecùs, id est, agentes post, id est, retrò vnam rem, scilicet, turpem, nec nominat quà rem pro abominatione illius peccati. Vel, Post vnam, rem turpem agentes aliam. Vel, Post vnam arborem, scilicet, vt dicit Hebræus, id est, sub vlmo, vbi sacrificabant idolis propter vmbram. Vndè Iosias legitur præcepisse delere vlmos. Qui comedebant carnem suillam, contra legem: *Leuit.* 11. a. *a* Et abominationem, & murem,] id est, murem, quæ est abominatio. Non autem omne genus muris dicit, sed quod nos glirem dicimus; vt dicunt *Ierom.* & *Haym.* & *Andreas.* Est autem glis animal, quod semper dormit in die, cuius pellis pulchra est in pennulis, sed fragilis. Dicit ergo de talibus. Qui comedebant, &c. *b* Simul consumentur, dicit Dominus,] id est, omnes destruentur pro peccatis malarum operationum, & nouarum excogitationum, & adinuentionum. Vndè subdit.

F

> & *a* abominationem, & murem, simul *b* consumentur, dicit Dñs. *c* Ego autem opera eorũ; & cogitationes eorum venio, vt congregem, cum *d* omnibus gentibus, & *e* linguis. Et *f* venient, & *g* videbunt gloriam meam: Et *h* ponam in eis signum & mittam ex *i* eis qui saluati fuerunt *k* ad Gentes, in *l* mare

c Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum venio, vt congregem,] id est, in vnum accumulata puniam, & vindicem. Venio dico. *d* Cum omnibus gentibus, & linguis,] id est, cum multitudine exercitus Chaldæorum in quo erunt multi de omnibus nationibus, & linguis, quasi dicat, Ideo venio cum omnibus gentibus, & linguis, vt puniam ipsos, scilicet, malos Iudæos pro peccatis malæ operationis, & peruersæ cogitationis. De bonis autem subdit. *f* Et venient,] quasi dicat, Mali ita consumentur, & destruentur in captiuitate, sed boni venient de captiuitate. *g* Et videbunt gloriam meam,] id est, gloriosam liberationem suam quam faciam ad gloriam meam, & laudem nominis mei. *h* Et ponam in eis signum] quo meus esse populus cognoscentur, & quo à me benedicti esse apparebunt. *i* Et mittam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes,] id est, aliquos de Iudæis à captiuitate liberatis, mittam ad reducendos fratres suos in diuersis regionibus captiuatos. Postea autem determinat ad quas regiones missurus sit dicens. *l* In mare,] id est, ad Insulas, quæ in mari sunt.

> A In Africam, & Lydiam

Aliter. Vel ideo has regiones nominat, quia principaliores sunt partes mundi, & plures in eis Iudæi captiuati sunt. Dicit ergo. *i* Et mittam ex eis qui saluati fuerant,] id est, aliquos ex Iudæis. *k* Ad gentes,] id est, ad diuersas gentium regiones pro fratribus suis captiuis reducendis. Et non solùm mittam ad regiones terrarum, sed. *l* In mare,] id est, ad Insulas marinas. Quod autem dixerat ad gentes, exponit subdens.

> A In Africam Meridianam

Moral. * Moraliter.] Per suem intelliguntur luxuriosi, qui sunt sicut sus lota in volutabro luti. 2. *Petr.* 2. c. Per abominationem, superbi: quia abominatio Domini omnis arrogans: *Prouerb.* 16. a. Per murem autem qui gliris dicitur, intelliguntur diuites, & auari, qui semper dormiunt in die, sed in nocte vigiles sunt, quia segnes sunt ad spiritualia, sed strenui, & astuti ad nocturna, id est, ad temporalia. Et habet pulchras pennulas, sed fragiles, quia superbia, & fastus eorum citò corruet. Suem ergo, & abominationem, & murem comedit, qui superbum quemlibet, & luxuriosum, & auarum imitatur, & in exemplis talium delectatur, & ideo simul cum talibus consumetur, vt simul pereant, & qui præbent exemplum iniquitatis, & qui suscipiunt. Vel simul, id est, omnes, vel simul cum eis qui se putant mundos in hortis suis. Sequitur.

c Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum venio, vt congregem, cum omnibus gentibus, & linguis,] id est, ideo venio ad iudicium cum omnibus gentibus, & linguis, vt iudicem simul opera eorum, & cogitationes, & reddam eis omnia, quæ merentur. Et nota, quòd dicit, vt congregẽ. Dñs enim non solùm congregabit omnes gẽtes & linguas, sed etiam omnes cogitationes, & opera simul accumulata diiudicabit, vt nullus iudicium eius euadat, nec in nullo sine iudicio discedat, omnes enim, & omnia iudicabuntur. *Amos* 2. c. Contriui fructum eius desuper, id est, opera & radices eius subter, id est, cogitationes, *Ecclesiast. decimo.* b. Radices gentium superbarum arefaciet Dominus. Ideo bonum est modò in confessione congregare omnes cogitationes, & operationes, & simul omnia confitendo per ostium oris expellere, ne tunc contra nos congregentur, & accusent nos. *Ieremiæ quinquagesimo.* d. Tollite de via lapides, & redigite in aceruos, & interficite eam, nec sit quicquam reliquum. Nisi enim hoc modo congregentur in confessione salubriter, tunc congregabuntur in iudicio damnabiliter. *Roman. secundo.* a. Tu autem secundùm duritiam cordis tui, & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique iuxta opera eius. Tunc ex multis minimis, magnus aceruus erit. *August.* Vitasti grandia, caue ne obruaris arena. Tunc enim districtus iudex omnia iudicabit. *Ecclesiastic. vltim.* d. Cuncta adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit.

d Cum omnibus gentibus,] Vndè *Matth.* 25. c. Congregabuntur ante eum omnes gentes, &c.

e Et linguis,] quæ secundùm Apostolum, non solùm hominum sunt, sed Angelorum 1. *Corinth. decimo-tertio.* a. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c. Vndè per hoc intelligimus omnes creaturas à Domino iudicandas, non solùm super terram, sed etiam in mari, & in cœlestibus, id est, Dæmones in his locis morantes, scilicet, in mari, vel in aere. Vndè *sup. trigesimo quarto.* a. Inebriatus est in cœlo gladius meus, id est, contra Dæmones, & vsque ad terram descendet contra homines. *primo Corinth. sexto.* a. Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? *Daniel. septimo.* d. Omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. *Apocalyps. septimo.* c. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, &c. Dicit ergo: Ego autem opera, & cogitationes, &c. De electis verò subiungit.

f Et venient,] iusti in Regnum æternum, peracto iudicio. *Septima pars. Mysticè.*

g Et videbunt gloriam meam,] quia tunc illis manifestabit seipsum, & videbimus eum sicuti est, vt dicitur *prim. Ioan. cap.* 3. a.

h Et ponam in eis signum,] quia Nomen Domini habebunt scriptum in frontibus suis, vt dicitur *Apocalyps. decimo-quarto.* a. Vel aliter. Hæc pertinent ad primum aduentum. Postquam enim superiùs secundum aduentum prædixit, ad interiorem conuertit se Propheta ad primi aduentus ostensionem dicens.

f Et venient,] id est, multæ gentes, & linguæ, conuertentur ad fidem. Hæc enim pertinent secundùm *Ieronym.* ad primum aduentum, & ad fidem Gentium.

g Et videbunt gloriam meam,] per fidem, id est, Diuinitatem meam, & humanitatem credent, vel gloriam resurrectionis meæ.

h Et ponam in eis signum,] id est, expressionem meæ Passionis. Vel signum Christianitatis, & salutis, id est, Crucem, quo signati *Ezechiel. nono.* c. Non interficiuntur, quo in Ægypto postes signantur, & Israelitæ saluantur. *Exod. duodecimo.* b. *Galat. vltimo.* d. Stigmata Domini Iesu Christi in corpore meo porto. Vel signum dilectionis, de quo *Ioan. decimo-tertio.* d. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, &c.

i Et mittam ex eis qui saluati fuerint ad Gentes,] id est, Apostolos qui saluati fuerunt de Iudæis: Reliquiæ enim saluæ factæ sunt, vt dicitur *suprà* 10. e. & *Romanor.* 9. f. Mittam ad gentes conuertendas. Et nota, quòd saluati mittuntur. Tales enim debent mitti ad alios saluandos, qui priùs suam salutem cum timore, & tremore operati sunt. Nunc autem, quia perditi mittuntur, ideo alij non saluantur.

l In mare,] id est, in mundum, qui spumat luxuria, tumet superbia, liuet inuidia. Vel, in mare, id est, ad Insulas, quæ sunt in mari ad literam.

> * In Africam

Aliter. Mysticè. Vel aliter fit constructio sic.

i Et mittam ex eis qui saluati fuerint.] Mittam dico tenentes sagittam, id est, acutos, & efficaces Prædicatores, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient, sicut habetur *sup.* 13. d. *Ieremiæ* 5. c. Qui intenditis arcum debellate eam, non parcatis iaculis, &c. Quidam nolunt expendere sagittas pulchras, id est, auctoritates in sermone, vbi non sunt multi homines, quasi scripturæ pharetra posset exhauriri, sed tales fatui sunt. Et nota, quòd dicit, tenentes sagittam. Aliter non lædit sagitta acuti sermonis, nec vulnerat cor auditoris, nisi fortiter eiiciatur à manu operantis Prædicatoris. Et nota, quòd dicit.

b In mare, in Africam, & Lydiam, &c.

☙ *a* In Africam, & Lydiam tenentes sagittam, in Italiam & Græciam, &c.] Per has regiones, omnes partes mundi significantur, quasi dicat, In omnes partes mittam ad reducendos Iudæos qui ibi sunt captiui. Africa enim est pars mundi Meridiana. Lydia autem in superiori parte est. Italia autem in Occidente. Græcia verò versus Aquilonem sita est. Ideo ergo has regiones nominat, ac si dicat. Ab Oriente & Occidente, à Meridie & ab Aquilone congregabo vos.

in *a* Africam & *b* Lydiam tenentes sagittam, in *c* Italiam & *d* Græciam, *e* ad Insulas longè, *f* ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et *g* annunciabunt *h* gloriam meam Gentibus, & *i* adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus *k* donum Domino, in *l* equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem sanctum meum Ierusalem, dicit Dominus, *m* quomodo si inferant filij Israël munus in vase mundo in domum Domini.

Aliter. A *a* In Africã] Meridianam, scilicet, plagam, in qua Africa est, pro quo 70. transtulerunt Phuth siue Phul, quæ est Lybies omnisque Africa vsque ad Mare Mauritaniæ, in qua fluuius etiã hodie Phuth dicitur, & cuncta circa eum regio Phutensis appellatur. *b* Et Lydiam tenentes sagittam. Lydi enim periti sagittarij sunt, *c* In Italiam] quæ est in Occidente, in Hebræo habetur Thubal, siue Thobel, quod interpretatur Italia, aut Iberia, id est, Hispania, ab Ibero flumine. *d* Et Græciam] quæ versùs Aquilonem sita est.

e Ad Insulas longè] expositio eius est quod dixerat in mare. *f* Ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam] quasi dicat. Ego mittam ad prædictas regiones, non solum vt ex eis captiui de populo meo reducantur, sed etiam vt Nomen meum & gloria mea in eis manifestetur, qui ante nihil de me sciuerunt, nec per visum, nec per auditum. Quia ad tam longinquas partes mittam, quòd fama meæ potentiæ quæ illuc nondũ peruenit, modò perueniet per illos quos mittam. Vndè subdit.

g Et annunciabunt] Iudæi scilicet, missi ad nationes.

h Gloriam meam Gentibus] ad quas peruenerint.

i Et adducent omnes fratres vestros, de cunctis gentibus] in quibus captiui tenentur.

k Donum Domino,] id est, in oblationem Domino. Adducent dico.

l In equis & in quadrigis, & lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meum Ierusalem, dicit Dominus] qui non mentitur, quasi dicat. In diuersis vehiculorum generibus, & diuersis animalium ferentium generibus adducentur de diuersis regionibus. Diuersa animalium genera sunt equi & muli; diuersa vehiculorum genera sunt quadrigæ & lecticæ. Lectica enim lectus est portatilis, in qua feruntur ægri, quæ currus dominarum dicitur. Item lectica dicitur cathedra iuxta lectum. Vnde Ouidius. *Dominam lectica tenebat.* Quadriga autem dicitur quasi quadriiuga, vbi scilicet, sunt quatuor iugales, id est, equi vel asini. Carruca autem habet quatuor rotas, & trahitur à bobus. In quibusdam tamen partibus tantùm duas habet rotas, & trahitur ab equis, nec est instrumentum vehendi, sed arandi. Vndè quod hic dicitur, & in carrucis, intelligitur, id est, in animalibus quibus carruca trahitur, vt bobus, asinis, vel equis, quasi dicat, ita libenter iuuabunt vos, quòd etiam carrucas suas dimittent, & parabunt vobis equos carrucarum suarum, vel boues, siue asinos. *m* Quomodo si inferant, &c.] quasi dicat, Adducent vos, sicut dictum est, quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo in domum Dñi,] id est, in adductione eorum sic exultabunt, quomodo exultari solet à filiis Israel quando munus inferunt in domum Domini in vase mundo & honesto. Vel sic, supple placebunt mihi illi, qui adducentur, quomodo si inferant, &c.] Sequitur.

Δ Et assumam ex eis

Mysticè. ☙ *a* In Africam & Lydiam tenentes sagittam,] id est, in Lydiam in qua sunt viri periti in arte sagittandi, ad literam. *c* In Italiam & Græciam.] Per has enim omnes partes Mundi designat, sicut in prima lectura expositum est, quasi dicat, ego mittam ad omnes gentes. *Matth. vltim.* d. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. *e* Ad Insulas longè] ad literam. *f* Ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt, &c.] Non audierunt verba, nec viderunt exempla. *sup. 65.* a. Inuenerunt qui ante non quæsierunt me. Dixi: Ecce ego ad gentes quæ nesciebant me, & quæ non inuocabant Nomen meum.

Aliter. Mysticè. ☙ Per quæ designantur diuersa genera hominum ad quos mittuntur Prædicatores. Per mare enim vita mercatorum significatur, quæ in tumultu est. Per Africam, quæ interpretatur fertilis, vel augmentata, vita agricolarum. Per Lydiam quæ interpretatur ædificatio eius, vita artificum. Per Italiam, quæ interpretatur mens excedens, vel mentis excessus, vita scholarium. Per Græciam quæ interpretatur incolatus vel tominatio, vita Monachorum, qui Psalmos & alia quæ sunt Dei, iugiter debent ruminare. Per insulas autem longè, vita Heremitarum designatur. Sequitur. *g* Et annunciabunt gloriam meam gentibus] Iudæi scilicet, fideles missi ad nationes.

i Et adducent omnes fratres vestros] id est, fideles quoscunque conuersos, de cunctis Gentibus donum Domino. Hoc est enim donum Deo acceptum, scilicet, oblatio animarum: ideo dicitur quod nullum sacrificium tantùm placet sicut zelus animarum. Dominus enim tantùm quærit animas, *Sap.* 11. d. Tua sunt omnia Domine qui amas animas. *Gen.* 14. d. Da mihi animas, cætera tolle tibi. Adducent dico, sed quomodo? Respondet.

l In equis & in quadrigis, &c,] id est, ad Ecclesiam priùs, scilicet, ad præsentem, postmodum ad cœlestem, id est. in equis & mulis adducentur, qui trahent eos & portabunt super quadrigas & lecticas & carrucas. Equi enim, & muli sunt Prædicatores, quos conuerterunt Apostoli de Gentibus. Fortes vt equi ad operationem; steriles autem vt muli per sanctimoniam & castitatem. Isti equi, & muli ferunt alios ad fidem in quadrigis, alios in lecticis, alios in carrucis. In quadrugis feruntur laboriosi, vt Martha, qui per doctrinam quatuor Euangeliorum, quasi per quatuor rotas feruntur. In lecticis vehuntur infirmi, vt Lazarus, qui consolandi sunt, & leniter tractandi, & in lenitate prædicationis instruendi; Lectica enim lectus est infirmorum. In carrucis autem vehuntur contemplatiui, vt Maria. Carrucæ enim nobilia sunt vehicula, vt dicunt, quæ à carro nomen acceperunt, quæ benè competunt filiis & filiabus summi Regis, id est, contemplatiuis. Per hæc ergo tria vehicula, diuersitas prædicationum intelligitur. Dicitur enim quadriga propter quatuor Euangelia: Dicitur etiam lectica propter verba consolatoria. Dicitur carruca propter verba ad perfectionem exhortantia. In equis ergo, & in quadrigis, & in lecticis, atque mulis & carrucis, adducunt fratres vestri de cunctis gentibus, ad montem sanctum Dei Ierusalem, dum per sanctos Prædicatores, ac per ministerium doctrinæ eorum & actionis, adducuntur vndique credentes ad Ecclesiam. *m* Quomodo si inferant, &c.] quasi dicat, Cum tanta lætitia adducent ad fidem fratres vestros. Quomodo si inferant filij Israel munus in vase mundo in domum Domini. Ter enim in anno secundùm legem *Deuter.* 16. c. inferebant cum magno gaudio & lætitia munus in domum Domini, in Pascha, scilicet, & in Pentecoste, & Festiuitate Tabernaculorum. Vndè *Exod.* 23. b. Non apparebit in conspectu meo vacuus. Itẽ *Deut.* 26. a. Tolles de cunctis fructibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergésque ad locum quem Dominus elegerit, &c. Eodem modo dicit hic, quod offerent filij Israel spiritualiter munus in vase mundo in domum Domini, quia conuersi per eos sunt acceptabile munus Deo, atque in sancto vase prædicationis & doctrinæ in Ecclesiam inferuntur. vel munus in vase mundo sunt, sicut dicit *Haymo*, spirituales fructus animæ in corde & corpore immaculato, vt sit Templum Dei sanctum, vt dicitur *primo Corinth. tertio.* c. Munera enim Deo accepta sunt Fides, Spes, Charitas, quomodo munda bona opera, &c. Vasa autem sunt corda pura, & corpora immaculata. Multi sunt qui offerunt Deo munera sicut Cain, qui orationes, vel eleemosynas, vel operationes bonas faciunt vt studium & scholas satis sequantur, sed non offerunt in vase mundo, nec possunt dicere cum Dauid illud. *primo. Reg. vigesimo-primo.* b. Sunt vasa puerorum sancta. Vel aliter. Qui veloces sunt in fide, qui scilicet, citò credunt, & citò ad fidem currunt, equis vehuntur; qui verò lentè in quadrigis, qui consolatione indigent in lecticis, id est, in lectis tectis & vmbraculis, vt audire mereantur. Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem. In mulis adducuntur continentes & steriles. *Sap.* 3. c. Fœlix sterilis & incoinquinata, &c. Carrucæ vero nomine illi intelligendi sunt quibus dicit Apostolus *Gal.* 5. a. Inuicem onera vestra portare. Et sic in vase mundo casti corporis adducuntur Domino in munus fratres vestri de gentibus conuersi. Sequitur.

☙ Et assumam ex eis

Et a assumam ex eis in b Sacerdotes, & c Leuitas, dicit d Dominus, quia e sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me dicit Dñs, sic f stabit semen vestrum, & g nomen vestrum. Et h erit mensis ex mēse, i & sabbatum ex sabbato. k Veniet omnis caro, vt l adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et m egredientur, & n videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me.

a Et assumam ex eis] id est, Iudæis. b In Sacerdotes, & Leuitas] ministros, scilicet, quasi ex eis reducam Sacerdotes, & Leuitas.

d Dicit Dominus] qui non mentitur. e Quia sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus, sic stabit semen vestrũ, & nomen vestrũ, id est, sicut cœlũ,
G & terra in æternũ stabilia sunt, & immutabiliter ante me perseuerabunt, nec vetustate consumētur, sed semper stant, ac si modo creata essent noua, sic & vestra posteritas, & nomen vestrũ perseuerabit. Iudæi tamen quidã ad auream Ierusalem referunt, quando dicunt Solem nouum, & terram nouam Deum sibi facturum. Sequitur. h Et erit mensis ex mense.] Mene Græcè, Luna Latinè. In quolibet autem mense erat festum Neomeniæ, id est, nouæ Lunæ, siue festum calendarum. Dicit ergo: Erit mensis ex mense, id est, post Neomeniam veniet alia, ita quòd iugiter sua festa obseruabunt sine aliquo impedimento.

i Et sabbatum] erit, ex sabbato, id est, continuè sicut venient sabbata ea obseruabunt, quasi dicat, optimè celebrabunt sua sabbata, & suas festiuitates alias. Per hæc enim duo genera festiuitatum, omnes alias festiuitates volunt intelligere, Vel. i Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato] id est, continuè post vnam festiuitatem erit alia, ita vt sit solemnitas inter vos; quod dicunt Iudæi futurum in aurea Ierusalem.

k Veniet omnis caro] id est, omnis homo, id est, de omni genere hominum aliqui. l Vt adoret coram facie mea, dicit Dominus] id est, multi proselyti de Gentibus, & Iudæi de captiuitate redeuntes, venient, vt adorent me coram facie mea, dicit Dominus] id est, in Templo Ierusalem vbi specialiter oculos meæ misericordiæ habeo.

m Et egredientur] id est, omnes venientes, vt adorent coram me, egredientur de ciuitate Ierusalem. n Et videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me] id est, videbunt locum illum in quo proiecta fuerunt cadauera mortuorum, in valle, scilicet Tophet, vbi priùs solebant idolis immolare. Et hoc est, quod dicit, Virorum qui præuaricati sunt in me, id est, qui a rectitudine cultus mei, & legis meæ, ad idololatriam incuruati sunt.

Δ Vermis corum

Mysticè. ⊖ a Et assumam ex eis] id est, ex Gentibus reprobato Sacerdotio Iudæorum. b In Sacerdotes, & Leuitas dicit Dominus] quia non iam de sola tribu Leui, sed etiam de cunctis nationibus Sacerdotes, & Leuitæ digni Deo eliguntur, ad literam. Vel, assumam ex eis, id est, ex Iudæis. vel ex vtrisque scilicet, Iudæis, & Gentibus. Vel, Assumam ex eis, id est, quosdam eorum assumam de mundo, de negotiis mundi, de affectu carnali. b In Sacerdotes] se scilicet, & alios sanctificantes. c Et Leuitas] id est, ministros. Dominus enim illos quos elegit, facit Sacerdotes deuotos in oratione, sedulos in carnis maceratione. Hæc est duplex oblatio Sacerdotis, thuris, scilicet, & carnis. *Rom.* 12. a. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, &c. *Apocal.* 1. b. Fecit nos Deo nostro Regnum, & Sacerdotes, *sup.* 61. b. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, Ministri Dei nostri, dicetur vobis, &c. Facit etiam eos Leuitas, id est, ministros, per cordis humilitatem, & operis strenuitatem. Tales assumit Deus, & eligit de mundo, & affectu carnali, & cura sæculi. *Ioan.* 15. c. Ego elegi vos de mundo. *Deuter.* 33. a. Qui dixerunt patri, & matri, nescio vos, & fratribus, ignoro illos, &c. Vndè etiam Simon qui tulit Crucem Domini, de villa veniebat: *Marc.* 15. b. De illa, scilicet, villa de qua dicitur *Luc.* 14. d. Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam, quia curam sæculi & negotia mundi debet relinquere qui Crucem Domini, id est, pœnitentiam assumit. Sic ergo fideles per Prædicatores, per Apostolos, & Apostolicos viros, ad Deum adducuntur, & à Deo assumuntur, vt dictum est. Sed quia hi quos sancti Prædicatores adducunt ad Ecclesiam, Deo in æternum placent, & cum eo in perpetuum regnant, pulchrè subiungit.

e Quia sicut cœli noui, & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus, sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum, id est, Sicut cœli æterni, & terra innouata, secundùm formam, & figuram, in æternum manebunt immobilia, & stabunt ante me perseuerantia, & stabilia.

f Sic stabit semen vestrum coram me] id est, filij spirituales quos vos ô Prædicatores per Euangelium genuistis, qui secundùm, quod cœli sunt, id est, secundùm naturam spiritualem, & cœlestem, i. secundùm animam, & secundùm quod terra sunt, i. secundùm corporalem naturam, innouabuntur, & omninò innouati in nouitate permanebunt gloriæ, si fuerint innouati per gratiam à vetustate culpæ. De qua nouitate dicitur *Ephes.* 4. f. Renouamini spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, &c. *Rom.* 6. a. Quemadmodum Christus mortuus est, & resurrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

g Et nomen vestrum] supple stabit in libro vitæ scriptũ. Vel secundùm quosdam, Nomen vestrum, id est, filiorum vestrorum, scilicet, Christianum, cui aliud non succedit, vel nomen filiationis, & adoptionis.

h Et erit mensis ex mense] id est, Ecclesia cœlestis constructa ex præsenti. Mene enim Græcè, Luna Latinè, inde Neomenia, id est, noua Luna. Per mensem ergo Lunam intellige, per Lunam Ecclesiam. Dicit ergo. Et erit mensis ex mense, id est, Ecclesia triumphans de militanti: Vel, Mensis erit ex mense, &c. sicut exponit *Greg.* mensis pro perfectione positus est. Quid etiam est mensis, nisi perfectio dierum? Quid verò sabbatum, nisi requies, in qua fieri opus seruile non licet? Erit, ergo, mensis ex mense, quia qui hic perfectè vixerunt in gratia, illic ad perfectionem adducentur in gloria.

i Et sabbatum erit] ex sabbatho, quia qui hic cessauerunt a peruerso opere, illic quiescent in cœlesti retributione, vt sabbatum pectoris sequatur sabbatum æternitatis. De hoc sabbato. *Hebr.* 4. c. Itaque relinquetur sabbatismus populo Dei, qui enim ingressus est in requiem eius, & ipse requieuit ab operibus suis, &c. *sup.* 58. d. Et vocaberis sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum. Vel sic.

h Erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato] id est, iugiter, & continue solemnizabunt, Vndè in *prosa.* Hæc est illa ciuitas in qua iugis solemnitas. Vel.

h Erit mensis ex mense] id est, defectus sequetur defectum, quantùm ad malos, qui deficient in præmio, quia defecerunt in merito.

i Et sabbatum ex sabbato] quantùm ad bonos, quia quietem gratiæ sequetur quies æternæ gloriæ. Et quia Dominus in die resurrectionis, & corpora iustorum in illam viuentium patriam introducet, congruè subditur.

k Veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea, dicit Dominus] id est, omnes electi receptis corporibus ingredientur aulam perpetui Regni, & ante sedem Maiestatis eius venientes procident in faciem suam læti gratias Deo agentes, sicut dicitur *Apocalyps. quinto.* d. *suprà quadragesimo* b. Videbit omnis caro salutare Dei. *Luc.* 3. a. Sancti autem mox, vt circumscriptum lumen Dei viderint, quàm angusta sint omnia, quæ creata sunt, deprehendent, & quid agatur in omni creatura facilè videbunt: Vndè subditur.

m Et egredientur, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me.] Egredientur, non loci mutatione, sed visionis magnitudine, quia mentis eorum latitudinem, cœli latitudo non poterit concludere, sed visus eorum limites patriæ cœlestis excedet, vt non solùm ea, quæ intùs, sed ea quæ foris fuerint, manifestè conspiciant. Vndè non loci mutatione, sed latioris, & purioris visus assumptione dicuntur egressuri, vt videant cadauera virorum præuaricatorum, id est, corpora peccantium, in suppliciis ardentia. Iusti enim in tormentis semper intuentur iniustos, vt indè eorum gaudium crescat, qui ad bonum conspiciunt, quod misericorditer euaserunt. Quid autem mirum, si iusti iniustorum tormenta conspiciant, vt & hoc eis eueniat in obsequium gaudiorum, quando & in pictura niger color substernitur, vt albus, vel rubeus clarior videatur? Cadauera, autem appellat corpora reproborum, quia sunt fœtentia, & interna, & æterna morte deficiunt, quia mandata Dei præuaricati sunt. *Psal. centesimo decimo-octauo.* Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Ibi. *Gloss.* Omnes enim habent legem naturalem, quod tibi non vis fieri, alij ne feceris: *Tob. quarto.* c. *Rom. quarto* c. Vbi non est lex, nec præuaricatio. De istis autem præuaricatoribus adhuc subiungitur.

a Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur,] quasi dicat, Pœnam eorum temporalem secutura est pœna æterna. Vermes enim qui ex putrescentibus eorum carnibus scaturient, vsque in æternum non deficient. Et ignis qui etiam ossa eorum consumet, non extinguetur, quia illū sequitur ignis æternus, qui animas, & corpora simul comburit: Pœnam enim eorum temporalem sequitur æterna. In cuius etiam figura, in valle Tophet erat iugis ignis, inde dicitur Gehennon, id est: terra Hennon; vnde gehenna dicitur.

a Vermis eorum non b morietur, c & ignis eorum non extinguetur, d & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

Explicit Isaias Propheta.

d Et erūnt vsque ad satietatem visionis omni carni,] id est, omnis homo qui viderit istos temporaliter punitos, & cadauera eorum videnit proiecta in locis illis in quibus praeuaricati fuerant in cultum Dei, saturabitur de pœnis eorum. Saturitas enim, & quasi refectio est iustis, iusta Dei vindicta de inimicis. Vel in saturitatem visionis omni carni, id est, in abominationem videndi: Quicunque enim vident eos, abominabitur eos, nec curabit eos, videre, sed auertet visum sicut à putrido cadauere. Hoc autem in secunda expositione plenius exponemus.

a Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur,] illud verbum ter dicit Dominus *Marc.* 9. g Propter ternarium peccatorum, luxuriam, auaritiam, & superbiam, quæ ibi puniuntur. Ignis enim ille gehennalis nunquam extinguetur, sicut & Ioannes asserit, dicens *Matth.* 3. c Paleas autem comburet igni inextinguibili. In quo & vermes immortales esse credendi sunt, qui carnes impiorum sine fine comedent, vt non solum ab igne perpetualiter crucientur, sed & à vermibus deuorentur. Vnde *Iudith.* 15. c. Dabit ignem, & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant mala vsque in æternum. *Eccl.* 7. b. Vindicta carnis impij, & ignis & vermes. *Eccl.* 10. b. Cum morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias & vermes. *Iob.* 21. c. In puluere dormient, & vermes operient eos. *sup.* 14. c. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Sicut autem corporeus est ille ignis sic & vermes corporei sunt, quia & ignis corpora reproborum concremat, & vermes ea dilacerant. Vel vermis dicitur sera scelerū pœnitudo, quæ nunquam in tormentis conscientiam afflictorum mordere cessabit, vt ignis sit pœna exterius sæuiens, vermis dolor interius accusans. Dicit ergo.

a Vermis eorum] materialis, vel conscientiæ.

b Non morietur] sed semper mordebit.

c Et ignis eorum non extinguetur] sicut nec materia eius: Semper enim habebit, quod consumat. *Ieron.* Ignis quoque iuxta, id est, accipiendus quod & vermis, qui tamdiu succenditur, quamdiu habet materiam quā vorax flamma pascatur: Si quis igitur habet in conscientia sua consumptibilia zyzania, quæ inimicus homo dormiente patrefamilias superseminauit, hæc ignis exuret, hæc vorabit incendium, & omnium Sanctorum oculis eorum supplicia monstrabuntur, qui pro auro, & argento, & lapide precioso ædificauerunt super fundamentum Domini lignum, fœnum, stipulam, ignis pabulum sempiternum. *Ioannes. Chrisostom.* Ignis hic qui in præsenti vita est, absumit cuncta, quæ recipit; ignis verò æternus quos susceperit, semper cruciat, & pœnæ suæ semper integros seruat. Propterea etenim inextinguibilis dicitur, non solum, quia ipse non extinguetur, sed quia nec eos quos susceperit extinguit nec perimit. Ignis ille sicut naturam non consumendi habet, ita nec illuminandi, sed est ignis obscurus, & flamma tenebrosa. Morte immortali morientur impij. Vnde *sup.* 8. b. pœna impiorum dicitur quasi torrens inundans vsque ad medium colli, quia semper cruciabit, sed nunquam extinguet. Vnde nec vltra collum dicitur transire ad suffocandum, sed vsque ad medium colli, vt semper in cruciatibus viuant.

d Et erunt vsque ad satietatem visionis omni carni,] quia de malorum visione in tormentis satiabuntur omnes electi, secundum illud *Psal.* 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Nam omnem carnem vocat omnes electos post resurrectionem corporum gloria incorruptionis vestitos, sicut *Ezech.* 11. d. caro in bono accipitur. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. *Malach.* 4 a. Egrediemini & salietis, sicut vituli de armento & calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum.

Explicit postilla Domini Hugonis Card. super Isaiam.

REVEREN

REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS, ET D. DOMINI HUGONIS, &c.

Cardinalis, in Postillam super Ieremiam Prophetam.

PROLOGUS.



Apocal. 8. d. Et vidi, & audiui vocem vnius Aquilæ volantis per medium cœli, dicentis voce magna. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Modus agendi tangitur ibi. Vidi, & audiui. In quo innuitur modus agendi esse facilis, & manifestus: Nihil enim adeò certum, & manifestum est, vt illud quod oculis cernitur, vel auditur. Sic nullus Prophetarum ita liquidè, & apertè locutus est de captiuitate duodecim tribuum, vt Ieremias: Alij enim Prophetæ eam futuram locuti sunt, vt Isaias, Osee, Ioel. Alij præteritam, vt Daniel, Aggæus, Zacharias. Sed Ieremias simul, & Ezechiel, & futuram prædixit, præsentem vidit, & præteritam deplorauit. Bene ergo dicit. Vidi, & audiui, scilicet, vidi præsentem captiuitatem, & audiui à Domino futuram. Per hoc, quod dicit. Vocem vnius Aquilæ, auctor, & eius conditio designatur. Inter enim omnia alia volatilia, vt dicitur, Aquila tenerius diligit pullos suos. Sic Ieremias populum Iudaicum, quasi filios proprios tenerrimè dilexit. Vndè captiuitatem eius quadrupliciter deplorauit, vt post in *Thren.* cum iam facta erat. Et antequam facta fuisset, quia futuram vidit in spiritu, dicebat. *infrà* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Et 2. *Mach. vlt.* e. dicitur de ipso. Hic est fratrum amator, & populi Israel, hic est, qui multùm orat pro populo, & vniuersa Sancta ciuitate Ierusalem, Ieremias Propheta Dei. Oculi eius erant, sicut piscinæ in Esebon. *Cant.* 7. b. Per hoc, quod dicit. Vnius, demonstratur eius virginitas. Qui enim virgo est, vnus est, id est, indiuisus, qui autem vxoratus, diuisus. Vndè 1. *Cor.* 7. f. Qui autem cum vxore est, sollicitus est, quæ sunt mundi, & quomodo placeat vxori, & diuisus est. De qua diuisione *Gen.* 2. d. Erunt duo in carne vna, quia caro eius non tantùm eius est, sed, & suæ vxoris. Per hoc, quod dicit. Volantis, eius intentio. Intendit enim populum Iudaicum à vitiis retentum ad cœlestia reuocare, scilicet, per exemplum, & prædicationem. Vndè illud *Deuter.* 32. b. Potest de ipso exponi. Sicut Aquila prouocans pullos suos ad volandum, & super eos volitans, id est, ad volandum prouocans per exemplum, & prædicationem. *Psal.* 54. Volabo, & requiescam, scilicet, per cœlestium desiderium. Hunc volatum non potest facere, nisi ima despiciens, & terram sub pedibus ponens per temporalium despectum. Sed multi volare non possunt, quoniam spiritus fornicationis ligauit eos in alis suis, vt *Osea* 4. d. Dicitur de Ephraim. Alæ sunt vita, & doctrina, quæ fornicatione ligantur. cùm vel sanctitatem simulant causâ alicuius rei temporalis, vel ambitione honoris, vel cùm Ecclesiam ingrediuntur causâ fructuum, non animarum, vel causâ fauoris populi. *Gen.* 34. d. Dicitur de Dina. Nunquid pro scorto abuti debuerat sorore nostra? Soror Sanctorum est Ecclesia. *Eccl.* 20. a. Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam. Nunquam tamen legitur, quod ex ea filiũ genuerit. In hoc, quod dicit. Per medium cœli, notatur tempus Prophetiæ Per cœlum enim intelligitur Prophetia, quæ sensu historico celat allegoriam. Vndè *Isaia* 34. a. Complicabuntur, sicut liber cœli. Per medium cœli intelligitur tempus, & prophetia Ieremiæ, qui quasi medius Prophetarum, vt dictum est, de captiuitate duarum tribuum prophetauit. De cuius medietate *Daniel.* 15. b. Dicitur, quod vidit virum indutum lineis super aquas fluminis, & duos alios viros altrinsecùs in ripa fluminis. Iste vir indutus lineis, est Ieremias, qui virgo, & sanctificatus fuit. Vndè *Eccl.* 49. b. De ipso dicitur. Qui à ventre matris consecratus est Propheta. Iste erat super aquas fluminis, i. in ipsa captiuitate præsens, quam vidit propriis oculis. Per flumen, quod mobile est, captiuitas designatur duarum tribuũ quæ fluxit, & præterit, quia reuersi sunt de captiuitate. Sed captiuitas decem tribuũ non præteriit, quia de ea non sunt reuersi. Ierem. ergo super aquas fluminis dicitur stare, non in Ripa, quia captiuitatem illam ipse vidit præsentem, futuram prænunciauit, & fleuit, non dico præteritam, sed inceptam, & in ipso captiuitatis tempore defunctus est. Duo viri altrinsecùs in Ripa fluminis existentes, sunt alij Prophetæ, quorum quidam præcesserant ante captiuitaté, vt dictum est, & futuram prædixerunt, alij postea, & præteritam dixerunt. Per hoc, quod dicit ter. Væ, væ, væ, tangitur materia, & notatur triplex calamitas captiuitatis duarum tribuum. Prima fuit sub Ioachim maiore, qui primò factus est tributarius Nabuchodonosor Regis Babylonis, vt 4. *Reg.* 23. g. Secunda sub Ioachim minore, qui primò ductus in captiuitatem Babylonis, vel cuius captiuitas transmigratio vocatur. 4. *Reg.* 24. c. Tertia fuit sub Sedechia, sub quo ciuitas Ierusalem est destructa, & captiuitas consummata. 4. *Reg.* 25. c. Vel ideo dicit ter Væ, quia captiuitatem futuram timuit, & præsentem doluit, & præteritam deplorauit. In hoc etiam, quod dicit. Habitantibus in terra, materia spiritualis designatur, quæ est spiritualis captiuitas. Omnes enim erant habitatores terrę propter tria, & in tribus, & a tribus, & ad tria. Captiuantur propter tria, id est, peccatum cordis, oris, operis. Vel propter tria peccata, id est, quia Deo sunt inobedientes, proximo nocentes, seipsos occidentes. Vel quia præcepta non faciunt, consilia contemnunt, prohibitiones non custodiunt. A tribus, scilicet, a carne, a mundo, a Diabolo, qui sunt tres hostes quos Dominus suscitauit Salomoni. 3. *Reg.* 11. In tribus, scilicet, in scientia, voluntate, potentia. Potentiam enim Diabolus superat, & emollit. mundus lumen scientiæ extinguit, caro bonam voluntatem opprimit. Ad tria, id est, ad dolorem, ad pudorem, ad timorem. Ideo forte in principio libri sui tripliciter exclamauit. A, a, a. Vel quia dolorem eorum non poterat mitigare, nec tenebras fugare, nec eorum affectum supplere. Vel propterea ter dicit. Væ, vt mala præterita defleamus, præsentia expellamus, futura caueamus. Quod bene huic congruit. Iste enim fuit Sacerdos, cuius est increpare de præteritis, arguere de præsentibus, obsecrare pro futuris cauendis. In hoc, autem, quod dicit Dicentis voce magna, excitatur attentio & in hoc etiã captatur beneuolentia. Præuidens enim ad literam aduentum hostium spiritualium, Mysticè voce magna clamauit, vt perterriti attenderent, quod eis periculum immineret. Et in hoc, etiam quod denunciatur periculum, captatur beneuolentia. Legitur autem Ieremiam prophetasse aliquando sub quinque Regibus, aliquando sub quatuor, aliquando sub tribus, quod totum verum est. Incepit enim prophetare terriodecimo anno Iosiæ, & decem, & nouem annis prophetauit, sub eo Iosias triginta vnum annis regnauit, vt 4. *Reg.* 22. a. Legitur. Quo mortuo regnauit Ioachaz filius eius tribus mensibus, 4. *Reg.* 23. qui a Pharaone Nechao à quo occisus est pater eius, vinctus ductus est in Ægyptum; sub illo consimiliter prophetauit Ieremias. Cui Ioachaz successit in Regno, frater eius Ioachim maior, qui Eliachim, sub quo prophetauit Ieremias vndecim annis quibus ille regnauit. 4. *Reg.* 23. g. Cui successit filius eius minor Ioachim, qui & Iechonias dictus est, sub quo prophetauit Ierem. tribus mensibus quibus ille regnauit tantum, quia de consilio Ieremiæ reddidit se Nabuchodonosor, qui eum transtulit in Babylonem. 4. *Reg.* 24. b. Post hunc regnauit Sedechias auunculus eius, sub quo prophetauit Ieremias vndecim annis quibus ille regnauit, vt 4. *Reg.* 24. Et sic in vniuerso prophetauit quadraginta vnum annis, & tribus mensibus, præter hoc, quòd in Ægyptum ductus ibi prophetauit. Decem, & nouem annis sub Iosia, vndecim sub Ioachim, vndecim sub Sedechia, tribus mensibus sub Ioachim minore. Vbi ergo legitur, quòd sub quinque Regibus prophetauit, computantur omnes Reges prædicti. Vbi verò legitur. quòd sub tribus, non computantur Ioachaz, & Ioachim minor, quia sub Ioachaz tacuit, sub Ioachim tantum prophetauit tribus mensibus. Vbi autem legitur, quòd sub quatuor, etiam rei veritas est. Iste liber, sicut, & alij scriptus est intùs, & foris. Foris historia, intùs allegoria. Historicè enim agit de duabus tribubus. Allegoricè autem intendit viros Ecclesiasticos à vitiis reuocare, & informare virtutibus. In historia Iudæis beneficia Dei rememorat, eorum malitiæ improperat, æterna supplicia malis comminatur, & bonis præmia promittit, vt sic amore, vel timore eos ab eorum iniquitatibus reuocet. Iste liber diuiditur in tres partes. In prima, quasi procemium breve præmittit, in quo breuiter nomen, & genus & patriam suam, & tempus prophetiæ suæ, & modum visionis suæ exprimit. In secunda incipit narrationem suam, in qua per diuersas similitudines duarum tribuum exprimit vastitatem, quæ incipit ibi. Virgam. Et durat vsque ad 51. capitulum, vbi breuiter explicat causam destructionis Iudææ, & numerum captiuorum assignat & in exaltatione Ioachim facta sub Euilmeradech filio Nabuchodonosor librum suum terminat, sicut, & quarto Regum.

Explicit Prologus Auctoris.

a EIVSDEM REVERENDISSIMI PATRIS, DOMINI HVGONIS CARD.

Prologi S. Ieronymi in Ierem. Prophetam.

EXPOSITIO.

PROLOGVS SANCTI Ieronymi in Ieremiam Prophetam.

a Ieremias Propheta cui hic b Prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Isaiæ, & Oseæ, & c quibusdam aliis Prophetis videtur esse d rusticior, e sed sensibus par est, quippè, qui f eodem spiritu g prophetauerit. h Porro simplicitas eloquij à i loco ei in quo natus est, accidit. Fuit enim k Anathotites, l qui est vsque hodie m viculus, tribus ab n Ierosolymis distans o milibus. p Sacerdos ex q Sacerdotibus, & in r matris vtero sanctificatus, s virginitate sua t Euangelicum virū Christi Ecclesiæ u dedicans. Hic x vaticinari exorsus est y puer, & z captiuitatem vrbis atque a Iudææ b non solùm spiritu, sed, & c oculis carnis intuitus est. Iā d decem tribus Israël Assyrij in Medos transtulerant, iam e terras earum † f Coloniæ Gentium possidebant. Vndè in g Iuda tātùm, & in Benjamin prophetauit, & h ciuitatis suæ i ruinas k quadruplici planxit alphabeto, quod l nos m mensuræ metri versibúsque reddidimus. n Præterea, ordinem visionum, qui o apud Græcos, & Latinos omninò confusus est, p ad pristinam fidem correximus. Librū q autē Baruch Notarij eius, qui r apud Hebræos, nec legitur, nec habetur s prætermisimus. t Pro his omnibus u maledicta ab æmulis x præstolantes, y quibus z me necesse est per singula opuscula respondere Et hæc a patior, quia b vos cogitis: c Cæterùm d ad compendium mali e rectius fue-

al. †coloni.

Ieremias Propheta, &c.] Præmittit autē Ieronymus huic libro Prologum, dirigēs sermonē ad Paulam & Eustochiū, quarum precibus hunc librū transtulit de Hebræo in latinum. Et diuiditur in sex partes. In prima comparat Ieremiam aliis Prophetis, ostendēs eū quibusdam in sermonis eloquentia inferiorē, sed sensibus parem. In secunda ostēdit vndè rusticitas eloquentiæ ei acciderit, scil. à loco natiuitatis suæ, ibi Porrò simplicitas. In tertia ostendit triplicem præeminentiā Ieremię respectu aliorum Prophetarum, scilicet, in genere, in virginitate, in vterinā sanctificatione, ibi. Sacerdos ex Sacerdotibus. In quarta ostendit qua ætate, & quo tempore incepit prophetare, ibi. Hic vaticinari. In quinta dicit, quòd visiones huius libri, quæ apud Græcos, & Latinos erant confusæ ad rectum ordinem reduxit, ibi. Præterea ordinem visionum. In sexta suis æmulis respondet, qui eum in singulis operibus suis corrodebant, ibi. Pro his omnibus. Dicit ergo. a Ieremias Propheta, cui] id est, cuius operi. b Hic Prologus] præponitur.

c Quibusdam aliis] quasi non omnibus, Amos enim villicus fuit, & vellicans Sycomoros. d Rusticior] quia in verborum ornatu minùs elegans videtur. e Sed sensibus par est] id est, sententiis par quantùm ad veritatem, & auctoritatem, & quoad immutabilitatem, & quoad secundos intellectus, id est, Mysticos, non quoad primos, cū quidam sint aliis difficiliores. Probat, autem, quòd sensibus sit par, quia scilicet sententiæ prophetiæ huius.

f Eodem] inspirante editæ sunt, quo & aliorum. Vndè, quia eodem spiritu inspirante, vel reuelante.

g Prophetauerit] quo alij. h Porro simplicitas,] qua scil. minus elegans videtur quibusdam aliis in verborum ornatu, vel dictamine. i A loco] id est, à consuetudine loquendi, & modò, qui erat in loco illo vbi natus est. Sicut illi, qui nati sunt in aliquibus partibus acutiores sunt in illa loquela, quam illi qui alibi nati sunt, vt Gallici Metensibus, & illis, qui nati sunt circa Rhodanum, vel Leodium. k Anathotites,] id est, de Anathot natus.

l Qui,] id est, quæ Anathot, & qui locus, vt fiat relatio ad intellectum. m Viculus.] id est, parua villa.

l Qui est vsque.] manens. n Ab Ierosolymis,] id est, à Ierusalem. o Tribus,] id est, per spatium trium milliariorum. Ipse Ieremias dico. p Sacerdos,] & in hoc maior aliis Et hæc est prima eius dignitas.

q Sacerdotibus,] id est, in genere Sacerdotum natus.

r Et in matris vtero,] id est, ab originali peccato mundatus. Et hæc secunda eius dignitas fuit.

t Euangelicum,] id est, seipsum.

s Virginitate sua,] id est, per suam virginitatem. In hoc etiam quòd virgo fuit, sub lege Euangelicam vitam duxit, cum tamen lex virginitatem improbare magis videatur.

u Virum Christi Ecclesiæ dedicans,] id est, significans Prælatum Ecclesiæ virum, id est, qui est eius vir, id est, ostendens, quod debet esse continens, sicut ipse fuit virgo, quia exemplo suo ostendens quales debent esse Prælati Ecclesiæ. Eis enim dicitur *Luc. duodecimo.* c. Sint lumbi vestri præcincti, &c.

x Hic vaticinari,] id est, prophetare.

y Puer,] ecce qui ætate incepit prophetare, quia in pueritia.

z Et captiuitatem vrbis,] id est, Ierusalem.

a Atque Iudææ,] terræ duarum tribuum.

b Non solùm,] id est, non solùm spirituali reuelatione, sicut & alij Prophetæ. c Sed & oculis carnis,] id est, corporis, intuitus est. Quare autem diceret tantùm, Iudææ, & non totius Israel, subdit.

d Iam decem tribus Israel Assyrij in Medos transtulerant,] id est, in captiuitatem in terram Medorum, de quorum captiuitate iste non prophetauit. De hoc 4. *Reg.* 17. d.

e Iam terras earum,] id est, decem tribuum.

f Coloniæ gentium.] id est, aduentitiæ gētes positæ in terram ad colendum eā, scil. Samariam, possidebant, vt 4. *Reg.* 17. d. Vndè dicitur terra illa colonia, quæ indigenis habitatoribus est priuata, & alienigenis est locata. g Vndè in Iuda tantùm, & in Benjamin prophetauit,] id est, tantùm in his duabus tribubus. h Et ciuitatis suæ,] id est, Ierusalem quæ dicitur ciuitas sua, non natiuitate, sed conuersatione. i Ruinas,] id est, destructionem multiplicem.

k Quadruplici planxit alphabeto,] id est, lamentationibus, in quibus quater iteratur alphabetum. Quæ lamentationes dicuntur Threni, quia ternis versibus distinctæ sunt, ita quòd singulis tribus versibus vna litera alphabeti, secundùm ordinem præmittitur, & secundùm ordinem literarum alphabeti sunt ibi tot versus, vt alphabeti singulæ literæ quatuor vicibus repetantur. Sunt autem illæ lamentationes scriptæ apud Hebræos metricè, apud nos autem prosaicè, & quot erant versus metrici in Hebræo, tot sunt versus prosaici, id est, paruæ clausulæ in Latino.

l Quod nos,] id est, versus distinctos per alphabetum, vt dictum est, quater repetitum in translatione nostra.

m Mensuræ metri,] id est, transtulimus per versus habentes, quasi mensuram metrorum. Vel, Mensuræ, quasi dicat, tot erant versus in Hebræo in lamentationibus, vt quater iteraretur alphabetum, quod nos in translatione nostra reddidimus numero versuum, vt quot erant versus metrica in Hebræo, tot sint in Latino prosaici. Lamentationes enim in Hebræo scriptæ sunt metricè.

n Præterea ordinem visionum,] huius libri.

o Qui apud Græcos, & Latinos,] quia non erant ordinatæ visiones ante translationem Ieronymi, secundùm quod factæ erant, sed omninò confusæ. p Ad pristinam fidem correximus,] id est, ad fidem Hebraicæ veritatis, quæ antiquior est aliis. Prius enim in Hebræo scriptus est liber iste, quia Hebraica veritas est origo omnium translationum. q Librum autem Baruch notarij eius.] Hoc dicit, quia tempore suo simul legebantur Baruch & Ieremias, quasi liber vnus.

r Quia apud Hebræos,] vndè legebatur ille in Ieremia.

s Prætermisimus,] quia non est de illo, secundùm veritatem. t Pro his omnibus,] quæ facio ad preces vestras, scilicet pro translatione libri, & ordinatione visionum.

u Maledicta ab æmulis,] id est, ab inuidis, & detractoribus. x Præstolantes,] non desiderantes reddi, sed certi, quod reddentur, sicut latro iudicatus expectat suspendium ab hora in horam. y Quibus,] inuidis. z Me necesse est per singula opuscula,] id est, translationes, respondere, saltem propter eorum correctionem, vt sic saltem corrigantur. a Et hoc patior,] scilicet maledicta, & detractiones. b Quia vos cogitis,] me transferre ô Paula. Hæc erat quædam venerabilis matrona Romana. Et Eustochium, quæ erat virgo filia ipsius, ad quarum petitionem hunc librum, & multos alios transtulit Ieronymus. c Cæterùm,] vbi vos cogitis. d Ad compendium mali,] id est, ad vitandum malum eorum, vt non haberent vndè possent detrahere. e Rectius fuerat,] ad vitandum ma-

vitandum malum, non ad consequendum bonum. Melius est enim in se bonum consequi, quam vitare malũ in alio.
a Modum] id est, finem.
b Furori eorum silentio meo ponere,] id est, refrænare furorem eorum, quam me silentio meo.

c Quam quotidie noui aliquid scriptitantē, i. frequēter scribētem, vnde maiorem accipiebant materiã detrahendi.
d Inuidorum insaniã prouocare,] quasi dicat, melius erat me silentio refrænare eos, quam semper nouũ aliquid scribendo prouocare insaniam eorum. Multos hodie habet socios Ieron. Vnde multi deberēt reddere gratias Deo, detrahunt. Vnde *Sene.* Malis displicere laudari est. Non potest nullam auctoritatem habere sententia, nisi qui dãnatus est de re mala loquatur. Alij ergo contrarij, sc. adulatores qui sēper respondent ad placitum eius qui loquitur: De quibus *Sap.* 17. d. Resonans de altissimis montibus echo. Tales enim non initiant vocē, sed finiunt sicut echo, se commendando quod illi dicunt, vel addendo de suo.
Explicit expositio. Prologi S. Ierom.

REVERENDISS. in Christo Patris, & Domini, Domini Hugonis, &c. Cardinalis: Postilla super Ieremiam Propheram.

EXPOSITIO CAP. I.

VErba Ieremiæ fil. &c.] Iste liber principaliter diuiditur in tres partes. Quarum prima

tat *a* modum *b* furori eorum silētio meo ponere, quã *c* quotidie noui aliquid scriptitantem *d* inuidorum insaniam prouocare.

Explicit prologus.

ITEM PRÆFATIO IN Ieremiam Prophetam.

HÆc interpretatio Ieronymi est. Si quid in ea nouerit secundùm Hebræos codices exploretur. Alia est Septuaginta interpretũ Ecclesiis vsitata. Quæ quamuis nonnulla aliter habeat quam in Hebræis codicibus inuenitur, tamen vtraque, i. secundum Septuaginta & secundum Hebræã, Apostolicã auctoritate firmata est, non errore, neque reprehensione superiori, sed certo consilio Septuaginta nonnulli aliter dixisse vel contexuisse intelliguntur. Quod ideò præmonemus, ne quisquam alteram ex altera velit emendare. Quod singulorum in suo genere veritas obseruanda est.

ITEM ALIVS PROLOGVS in eundem.

IOachim filius Iosiæ, cuius tertio decimo anno prophetare orsus est. Ieremias sub quo & Olda mulier prophetauit, ipse est qui alio nomine appellatur Heliachim, & regnauit super tribũ Iuda & Ierusalē annis vndecim. Cui successit in Regnũ filiᵘ Ioachim, cognomēto Iechonias, qui tertio mēse Regni eius die decima captus à ducibus Nabuchodonosor, ductus est in Babylonē, & in loco eius constitutus est Sedechias filius Iosiæ patruus eius, cuius anno vndecimo Ierusalē capta atq; subuersa est. Nemo igitur putet eundem in Danielis principio Ioachim, qui in Ezechielis exordio Ioachim scribitur. Iste extremam syllabam

est quasi procemium. Secunda continet narrationem. In tertia ponitur epilogatio. Diuiditur autem prima pars in tres partes. In prima nomen exprimit, *ibi.*
e Verba Ieremiæ,] supple hæc sunt. In secunda genus, & locum, *ibi.*
f Filij Helchiæ,] id est, qui fuit filius Helchiæ,
g De sacerdotibus qui fuerunt in Anathot] id est, Ieremias qui natus est de genere Sacerdorum qui fuerunt in Anathot,] id est, qui viculus est *h* In terra Benjamin,] scil. in tertio millario ab vrbe. Tertiò ostendit in quo tempore, & sub quibus regibus prophetauit. Vnde.
i Quod] id est, quod verbum. Vnde *Septuaginta* habent verbum, vbi nos habemus, verba, & tunc planior est litera propter singularem rationem. Sic lege. Quod, scilicet

verbum Ieremiæ, quod dico.
k Verbum Domini factum est ad eum,] id est, Ieremiam, vt pro eodem supponat verbum Domini & verbum Ieremiæ, quia verbum Ieremiæ, verbum Domini est. Vnde vbi hebemus, verba Ieremiæ *Septuaginta* dicunt, verbum Domini. Vel. Quod factum est, id est, & tunc planum est Verbum dico factum ad eum.

chim habet, ille chin. Et ob hanc causã in Euangelio secundùm Matthæum vna videtur deesse generatio, quia secũda Thesseredecas in Ioachim desinit filiũ Iosiæ, & tertia incipit à Ioachim filio Ioachim. Quod ignorans Porphirius, calumniam instruit Ecclesiæ, suam ostendens imperitiã, dũ Euangelistã Matthæum arguere nititur falsitatis, Quódque traditũ scribitur Ioachim monstrat non aduersariorũ fortitudinis fuisse victoriam, sed Domini voluntatis.

Explicit Prologus.

Incipit argumentum.

IEremias Anathotites qui est viculᵘs tribus à Ierosolymis distãs millibus apud Thãnas in Ægypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet vero in eo loco sepultus, quo dudũ Pharao Rex habitauerat. Et quoniã postulatione suã de fugatis ab eodē loco serpentibus, Ægyptios à tactu Aspidum facit esse securos, magna eum ibi religione Ægyptij venerantur.

Explicit argumentum.

INCIPIT LIBER Ieremiæ Prophetæ.

CAP. I.

VErba *e* Ieremiæ filij *f* Helchiæ de *g* Sacerdotibus, qui fuerunt in Anathot in *h* terra Beniamin. Quod *i* factum est *k* verbum Domini ad eum in *l* diebus Iosiæ filij † Amon Regis Iuda in *m* tertiodecimo anno Regni eius. Et factum *n* est in diebus Ioachim filij *o* Iosiæ Regis Iuda vsque *p* ad consummationem vndecimi anni Sedechiæ filij *q* Iosiæ Regis Iuda, vsque *r* ad transmigrationem Ierusalem. in *s* mense quinto

l In diebus Iosiæ filij Amon Regis Iuda,] scilicet, Amon Regis Iuda, vel, Iosiæ regis Iuda, id est, duarum tribuum, scilicet, Iuda & Benjamin, sub quo Iosia prophetauit Ieremias decem & nouem annis. Et quia de diebus Iosiæ dubium est, scilicet, quoto die regnauit ille, vel Regni illius incœperit prophetare, ideo specificat.
m In tertiodecimo anno, &c.] id est, Iosiæ.
n Et] quod, factum est, verbum, in diebus Ioachin id est, in diebus regni Ioachim. Ioachim dico.
o Filij Iosiæ Regis Iuda,] id est, filij Iosiæ qui fuit Rex Iuda, vel qui Ioachim fuit Rex Iuda. Ille Ioachim fuit filius Iosiæ, qui alio nomine dictus est Heliachim. Sub Ioachaz filio eius primo nihil prophetauit, sed sub isto prophetauit vndecim annis. Prophetauit autem ab initio regni eius. A
p Vsque ad consummationem, &c.] qui fuit vltimus Rex Iuda, vndecim annis sub illo prophetauit. Sedechiæ dico. al. † Amos.
q Fili Iosiæ Regis Iuda.] Verbum dico factum.
r Vsque ad transmigrationem Ierusalem] id est, eorum qui de Ierusalem erant in Babylonem transmigrati & captiuati quæ transmigratio facta est. *s* In mense quinto,] scilicet, quo à Babylonis destructa & capta est ciuitas illa. In quo Dei clementia & Prophetæ audacia apparet, qui captiuitate ita imminente, imò iam existente, ad pœnitentiam prouocabat eos in quo apparet quantùm compatiebatur eis. Sed videtur quod non in quinto, sed in quarto mense facta fuerit hæc transmigratio, quia *infra* 39. a. dicitur. Vndecimo anno Sedechiæ, mense quarto quinta die mensis aperta est ciuitas, & ingressi sunt Principes Regis Babylonis. Præterea *Zach.* 8. d. Ieiunium quarti & ieiuniũ quinti, &c. Ibi *Gl.* Ieiuniũ quarti arbitrantur Iudæi esse diem septimã & decimã eiusdem, quando primũ intra Ieremiã muri ciuitatis rupti sunt. Sol. Potest esse quod cõpleto mēse quarto

 & incœpto

& incepto quinto, facta est captiuitas. Vnde vtrunque verum est, s. quod ibi dicitur quod hic. Vel, dic, quod mense quarto aperta est ciuitas, sed non fuit destructa, donec redirent nu cij à Nabuchodonosor qui erant in Antiochia quod fuit quinto mense. Vbi nos habemus, transmigrationé. *Septuaginta* dicunt captiuitatem & magis propriè. Trāsmigratio enim dicitur propriè voluntaria reditio. Et nota quod tantum per tres Reges dicit hic prophetiam eius esse protensam, licet imò per quinque, quia duos alios, scilicet, Ioachaz primum filium Iosiæ, & Iechoniam filium Ioachim filij Iosiæ, non computat, eo quod quilibet eorum, non nisi tribus mensibus regnauit. Vel computantur in supra dictis annis trium regum prædictorum, quia sub Iosia prophetauit decem & vndecim sub Ioachim, & vndecim sub Sedechia. Patet ergo quod prophetauit quadraginta vnum annos. Ezechiel vero tricesimoquinto anno prophetiæ Ieremiæ, cœpit prophetare in Babylone, his qui cum eo captiuati fuerunt.

B

Et *a* factum est verbum Domini ad me dicens. *b* Priùs quàm te formarem in *c* vtero, *d* noui te, & *e* antequam exires de vulua *f* sanctificaui te, & *g* Prophetam in Gentibus *h* dedi te. Et dixi. *i* A a a Domine Deus. Ecce nescio loqui, *k* quia puer ego sum.

a Et factum est, &c.] Secunda pars libri vbi incipit narrationem suam. Et hæc diuiditur in quatuor partes. In prima ostendit quomodo prædicationis officium ei fuerit iniunctum, *ibi*. Prius quam te.] In secunda prædicit ciuitatem duarum tribuum per similitudinem duarum visionum *ibi*. Quid tu vides? In tertia ostendit quomodo facta sit illa captiuitas, vt *inf*. 39. a. Anno nono Sedechiæ, &c.] In quarta & vltima, captiuitatem factam deplorat, vt in libro Lamentationum, qui licèt vnus liber per se videatur, tamen non est, sed quædam particula Ieremiæ, sed seorsū separatus est propter versus & modum metricum. Hæc autem totalis secunda pars libri durat vsque ad 51. capitulum vbi incipit epilogatio quæ est tertia pars totalis huius libri. Diuiditur autem hoc primum capitulū in tres partes. In prima ponitur quasi procemium, continens nomen, genus, & locum quo tempore prophetauit vt prædictum est. In secunda ostendit quomodo iniunctum est ei officium prædicationis, & quomodo excuset se propter pueritiam, sed consortat eum Dominus ad susceptionem illius, *ibi*. Et factum est, &c. In qua captiuitas ei per reuelationem duarum visionum ostenditur, *ibi* Quid tu vides? Dicit ergo.

Secunda pars.

a Et factum est verbum Domini, &c.] Ecce vt sibi comparet auctoritatem, & dictis eius maior adhibeatur fides, dicit sibi Dominum locutum. Vnde, Factum est verbum Domini ad me,] id est, per verbum loqu tur mihi, scilicet, per verbum qui est Filius in quo dico, & per quem mihi reuelat quæ dico.

b Priùs quam te formarem in vtero noui te] i. priùs quàm de neruis & ossibus in matris vtero compegissem. Vnde *Iob*. 10. c. Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis compegisti me, quasi antequam natus esses in vtero, noui te in præscientia. Nonne similiter quemlibet alium prædestinatum? Sol. Hoc dicit, quia ad maiora prædestinatus fuit quam alius. *Rom* 4. c. Qui vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ, sunt quia omnia antequam sint, ei nota & præscientia sunt. Vnde *Ioan*. 1. g. Antequam esses sub ficu vidi te,

e Et antequam, &c.] id est, antequam natus esses de vtero *f* Sanctificaui te] i. ab originali mundaui te. In quo notatur expressè quod sanctificatus fuit in vtero. Simile *Isa*. 49. a. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Item, *ibid*. b. Formans me ex vtero seruum sibi. Vnde potuit dicere illud Apostoli. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam vt reuelaret filium suum in me vt Euangelizarem illum in Gentibus. Hoc autem quod dicit.

Galat. 1. e.

Mysticè.

b Priùs quam te formarem in vtero noui te,] dicunt aliqui quod annunciatus fuit suæ matri ante conceptionem, quod futurus esset Nazaræus. Vnde & mater post ipsius conceptionem abstinuit ab his à quibus abstinent Nazaræi, propter quod dicitur, notus antequam natus.

g Prophetam in gentibus dedi te] scilicet, in gentibus Iudæorum, vel contra Gentes. Prophetauit enim destructionem Gentium in solatium Iudæorum, & quia non solùm de Iudæis prophetauit, sed etiam de nationibus, quæ sunt circa Iudæam, vel quia multa prophetauit de conuersione Gentium. Vel de Christo.

b Prius quam te formarem,] secundum humanitatem.

c In vtero] virginis. *d* Noui te] secundùm Deitatem, secundum quod semper in me es. *e* Et antequam exires de vulua] Beatæ Virginis. *f* Sanctificaui te,] non quia vnquam peccatum habuit, sed in hoc dicitur sanctificatus, quia caro illa de qua corpus humanum contraxit, ab originali peccato mundata est. Qui & Propheta in Gentibus dictus est. Vnde.

g Et prophetam in Gentibus dedi te] *Abdia* 1. a. Legatum ad gentes misit. Sed quomodo, cùm ipse dicat *Matt*. 15. c. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, Ergo non fuit propheta Gentium. Sol. Iudæorum fuit quantum ad doctrinæ administrationem, sed Gentium quoad eorum vtilitatem; vel quia per Apostolos Gentes vocauit. Moraliter.

b Priusquam te formarem in vtero,] id est, in Ecclesia ô tu Prælate. *d* Noui te,] id est, approbaui te per sufficientiam vitæ, scientiæ, & eloquentiæ. *e* Et antequam, exires de vulua,] id est, de studio, quod est vulua Ecclesiæ, quia ibi dicuntur concipi filij Ecclesiæ, exire scilicet, ad docendum. *Cant*. 6. d. Egrediemur in agrum.

Moraliter. inf. 14. b. 8. q. 1. c. in scripturis.

f Sanctificaui te,] id est, sanctum te vidi vel cognoui.

g Et,] tunc, Prophetam in Gentibus dedi te] quia non debet Prædicator, vel Prælatus institui, nisi qui priùs sanctus est. Priùs enim sanctificata sunt vasa Templi quam in eis administretur. Vnde. *Isa* 49. b. Formans me ex vtero seruū sibi. In quo notatur sanctificatio. Et post subdit. Dedi te in lucem Gentium. Ecce prædicatio. *Greg*. Necesse est vt munda esse manus studeat quæ diluere sordes curat, ne tecta magis inquinet, si sordida sequens lutum tenet *Exo*. 33. d. Te ipsum noui ex nomine. Te ipsum dicit, non pecuniā tuā, non seruitium tuū, non parentes rogantes pro te. His enim modis committitur simonia. Vnde *Exod*. 31. a. Vocaui ex nomine Beseleel filium Huri. Beseleel interpretatur vmbra Dei. Talis debet esse omnis qui habet curam, vt sc. vmbram faciat Dei, i. irā Dei pro peccatis subditorū offensi monitis & orationibus refrigeret. Huri interpretatur illuminator meus quia sibi commissos debet illuminare exemplo & doctrina. Et hoc est quod dicitur *Isa*. 49. a. Dominus ab vtero vocauit me, &c. i. à scholis debet vocari ad Prælationes. Vnde *Mich*. 5. a. Et tu Bethleē Ephrata paruulus es in millibus Iuda ex te exiet dux, &c. Sed multi nunquam vocant existentes in scholis, nisi sibi primo illi ministrauerint, vt sic non tam dent beneficia, vendant & illi non tam recipiant, quàm lucrentur. De his *Matth*. 3. b. Progenies viperarum, qui demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Vipera dicitur eo quòd vi pariat, quia antequam tempus partus veniat, filij viperæ matris viscera dirumpunt ad exeundum. Sed hi studiū dirumpunt quod est vterus Ecclesiæ in quo nutriuntur filij eius. Nota autem quòd quidam hæretici dixerunt Ieremiā fuisse antequā natus esset, eo quòd dictū est ei Priusquam te formarem, &c. Vnde dicunt eum fuisse Angelum incarnatum. *h* Dedi te,] quasi non vendidi te, in Gentibus, quia dicit *Greg*. Vecordem se asserit qui horti sitientibus, in flumine aquam spargit. *i* Et dixi, A, a, a, Domine Deus ecce nescio loqui.] Ter dicit propter defectum ætatis, quia puer erat, & scientiæ, & eloquentiæ, vel vitæ, sciētiæ, doctrinæ. *Isa*. 3. b. Non sum medicus, & in domo mea non est panis, &c. Et ad literam multi sunt Prælati, ætate pueri, *Isa*. 3. a. Dabo pueros Principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et ideo vt ibi dicitur, corruet populus, s. malo exēplo eorum prouocatus ad peccandum. Et subditur *ibid*. Tumultuabitur puer contra senem, ignobilis contra nobilem, sc. in electione Prælationum. Pulchrè autem iste in pueriliu ætatis executione, eandem vocem emisit quam solent pueri vagientes emittere. Sic & Moyses excusauit se, *Exod*. 4. c. s. propter impeditiorē loquelā, sic iste propter verecundam ætatem. Sed nonne iste peccauit renuendo Dei officium, cum *Isa*. 6. ad idem suscipiendū vltrò se obtulerit, dicens. Ecce ego, mitte me? Sed non sunt contrarij secundùm *Gregor*. quia ille per actiuam vitā prodesse proximis cupiēs, officium prædicationis appetiit. Iste autem per contemplationem Dei amori inhærere desiderans, mitti ad prædicandum renuit. Item Isaias securus se obtulit illi officio: quia iam se per calculum purgatum viderat: vt *Isa*. 6. b. Sed iste nullum signum purgationis in se præcessisse senserat, propter quod tale officiū recipere timuit. Fortè enim se fuisse in vtero sanctificatum ignorabat: quia illam sanctificationem nullo modo meruerat. Vnde dicit. *k* Quia puer ego sum,] id est, inscius, quasi dicat si maturus essem, prædicationis officium non refutarem. Sicut quidam faciunt: Contra quos *Gregorius in pastorali*:

Qui

Qui eximia virtutum dona suscipiunt, si sua non aliorum lucra cognant, ipsis se quæ priuata habere appetunt donis priuant. Idem super illud *Ioan.* 21. c. Si diligis me, pasce oues meas. Quisquis virtutibus pollens gregem Dei renuit pascere, Pastorem summum conuincitur non amare. Vnde. *a* Et dixit Dominus ad me] quasi corroborans ad prædicationis officiú suscipiendum, licet arduum videretur.

Et dixit *a* Dominus ad me: Noli *b* dicere, quia puer sum, quoniam *c* ad omnia quæ mittam te, ibis, & *d* vniuersa quæcunque mandauero tibi, *e* loqueris, Ne *f* timeas à facie corú, quia tecú ego sum, vt *g* eruam te dicit Dominus, Et misit Dominus *h* manum suam, & tetigit os meum & dixit ad me: Ecce *i* dedi verba mea in ore tuo: *k* Ecce constitui te hodie, *l* super gentes, *m* & super regna, vt *n* euellas, & *o* destruas, & *p* disperdas, & *q* dissipes & *r* ædifices & plantes

b Noli dicere, quia puer sum] quasi, noli considerare tuam imbecillitatem, sed mittentis potestatem. Aperi os tuum, & implebo illud. *Psal. 80.* Vnde & Dominus dixit Moysi qui se excusauerat: Perge, & ego ero in ore tuo. *Exod.* 4. c. Sic & Dominus dicit cuilibet Prælato. Ex quo recepisti curam noli excusare ætatem obligatus enim es ad doctrinam ex quo suscepisti curam. *Prou.* 6. Fili si spoponderis pro amico tuo, scilicet curam suscipiendo defixisti apud extraneum manum tuam, id est, erga Dominum, qui malis in iudicio apparebit extraneus: Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. Fac ergo quod dico Fili mi. & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui, scil. Christi, qui factus est proximus tuus per humanitatem. Discurre festina, suscita amicum tuum, scilicet, per prædicationem, & exemplum, Vel. *b* Noli dicere quia ego puer] id est, ex quo Prælatus es, Noli te gerere vt puerum. Hoc enim pessimum est, vt dicit Seneca, quia multi habent auctoritatem senum & vitia puerorum.

c Quoniam ad omnia quæ mittam te, ibi] quasi tantùm velis ire quocunque mittam te, & in omnibus iuuabo te. *d* Et vniuersa quæcunque mandauero tibi] iubendo tu voluntatem adhibe, & ego adhibebo potestatem. Et vniuersa, tam aduersa quam prospera. *e* Loqueris] nunquam veritatem tacendo, vel palliendo contra adulatores, *Ezech.* 3. d. Fili hominis speculatoré dedi te domui Israel, & audies ex ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Et *ibid.* c. Omnes sermones meos quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi, & vade & ingredere ad transmigrationem ad filios populi mei, & loqueris ad eos. Et hoc est contra illos qui solùm misericordiam prædicant, vel solum iustitiam. *f* Ne timeas, &c.] quasi non consideres multitudinem eorum ad quos missurus es, sed me qui tecum sum, siue ad pugnandum contra eos, siue ad erodiendum, & me iuuante cuncta complebis. *Ezech.* 2. c. Fili hominis ne timeas eos, neque sermones eorum metuas. Et *Ezech.* 3. b. Dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum, vt adamantem, & vt silicem dedi faciem tuam. Ne ergo timeas eos neque metuas à facie eorum. Facies Prælati debet esse vt adamas; scilicet, vt subditos retrahat per misericordiam & mansuetudinem, & vt silex, vt duros frangat per iustitiam. Vel adamas debet esse per patientiam, quia secundum *Greg.* Adamas percussus, vel vituperatus non contradicit laudatus non exhilarescit. *Isa.* 41. c. Ne timeas, quia ego tecum sum, ne declines, quia ego Deus tuus. Confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. Ecce confundentur, & erubescent omnes qui pugnant aduersum te. Vnde subdit. *g* Vt eruam te] non quod à te remoueam persecutiones & angustias, sed quia per omnes patienter transibis, & non cades, quasi dicat, qui tibi nondum nato in conferenda sanctitate non defui, non deero iam sancto, & pro me contra gentem incredulam decertanti, vt eis audacter resistas, & persecutiones eorum patienter feras. *Greg.* Melius liberat cum patientiam dat. *h* Et misit Dominus manú suam, &c.] Imaginaria potuit esse hæc visio, in qua videbat quod visibiliter appareret quasi manus hominis descendens de cœlo, & tangés os eius, & manum super os eius posuit Dominus, vt similitudine hac visá quæ sequerentur, non expauesceret. Et nota discretam Domini dispensationem. Isaias vt vir magnus iam in ætate, & qui plura peccata fecerat non faciliter, sed cum angustia, scilicet, per carbonem quem Angelus tulit de altari, purgatus est, vt *Isa.* 6. c. Ezechiel autem vt prouectiorú adhuc ætatis purgatus est durius, quia librum comedit, & amaricatus est venter eius *Ezech.* 2. d & 3 a. Ieremias autem vt adhuc iuuenis, & qui pauciora peccata fecerat, tactu manus Domini solum, & faciliter purgatus est. Et in hoc notantur tria quæ prædicatori conueniunt, scilicet, scientia, quæ significatur in libro misso ad Ezechielem *Ezech.* 2. d. Et eloquentia quæ significatur in calculo qui purgauit labia Isaiæ. *Isa.* 6. c. Et vita quæ significatur per manum, id est, operationem, quæ mittitur ad tegendum os Ieremiæ. Hæc tria debet habere Prædicator in manu *Ezech.* 29. d Quæ in manu habes ciba cæteros. Inde est quod *Leuit.* 1. d. præcipitur quod os turturis retorqueatur ad ascellas. Turtur est Prædicator, qui alios debet prouocare ad gemitum, & ad vtrumque irriguum vocare. Sed dicitur. *Prou.* 19. d. Abscondit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Manum suam, non meam, quod videtur potiùs debere dici secundum hanc expositionem, quia *Rom.* 9. c. Non volentis, neque currentis, &c. Et 7. c. Velle mihi adiacet, &c. *Isa.* 26 c. Omnia opera nostra, &c. Ideo ergo dicit, suam vt homo bonum suum Deo retribuat. *i* Et dixit ad me Dominus Ecce dedi, &c] quasi modò securé potes prædicare, quia verbis meis impleui os tuum *Psal.* 80. Aperi os tuum, & implebo illud. *Luc.* 21. c. Dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. Et competenter ordinatur hoc ad præcedens, vt primò sit operatio, deinde doctrina. *Act.* 1. a. Cœpit Iesus facere & docere. *k* Ecce constitui te, &c.] quasi, non oportet te timere de cætero, quia constitui te super gentes & Regna ministerio & auctoritate. Simile *Exod* 7. a. Ecce constitui te Deum Pharaonis Et bonus ordo hic notatur. Primò enim dantur ei verba, post profertur. Vnde idem notatur *Prou.* 1. Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gubernacula possidebit. Qui ergo non habet vitam & scientiam, non debet institui in Prælatione Ecce constitui te, quasi non tu te, i. non tua voluntas, sed mea *Heb.* 5. a. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tanquam Aaron. Sed multos hodie constituit caro & sanguis. Vel, Ecce constitui te] id est, cum te statui te, quia ad hoc quòd fiat homo Prælatus, oportet quod adhibeat consensum Vnde *Gen.* 24. g. Mater & frater puellæ quæsierunt assensum puellæ, vtrum vellet ire ad Isaac, & ei matrimonialiter coniungi. — *16. dist. §. qui Ecclesiast. de maio. & obe. cap. solito*

l Super gentes] id est, peccatores gentiliter viuentes ad corrigendum, *Gen.* 9. a. Terror vester ac tremor sit super omnia animalia terræ. Ibi *Greg.* vbi non deliquimus: sic & pater filium constituit non tantùm super Iudæos, sed super Gentes. Vnde *Psal.* 2. Dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. *m* Et super Regna.] Quidam bene sunt super Gentes, id est, super minores, sed non super Regna, qui timent arguere. Principes Vnde *Osea* 12. a. Loquente Ephraim, id est, diuite, horror inuasit Israel Sed Moyses quando Ægyptij opprimebant filios Israel, primò inuasit Pharaonem. *Eccl.* 48. b. In diebus suis non pertimuit Principem. *n* Vt euellas,] id est, Iudæos esse euellendos de terra sua annuncies. *o* Et destruas.] id est, ciuitatem Ierusalem destruendam, & terram eorum prophetes. *p* Et disperdas,] id est, eos disperdendos à Principibus Chaldæorum prædices *q* Et dissipes] i. dissipandum esse prædices Regnum Iudæorum per captiuitatem. Et ne Iudæi desperarent, ideò non tantum eorum captiuitatem, sed & à captiuitate liberationem prædicit. Vnde dicit. *r* Et ædifices] i. ciuitatem reædificandam nuncies *s* Et plantes] id est, Iudæos adhuc plantandos in Iudæa prædices. Vnde *infr.* 31. e. Sicut vigilaui super eos vt euellerem, & demolirer & dissiparem, & disperderem, & affligerem, sic vigilabo super eos vt ædificem, & plantem dicit Dominus. Et *Inf.* 12. d. Ego Euellam eos de terra sua, & domum Iudam euellam de medio eorum, & cum euulsero eos, conuertar & miserebor eorum, & perducam eos ad hæreditatem suam. Mysticè. *n* Vt euellas] herbas inutiles, scilicet, cognitiones malas per contritionem.

o Et destruas] nociuas delectationes, munda confessione. *p* Et disperdas] peccata malè adunata competenti satisfactione. *q* Et dissipes] colligationem malæ consuetudinis per bonam assuefactionem. *r* Et ædifices] super firmam petram meritorum cumulatione.

Mysticè.

s Et plantes lignum vitæ in te, & in aliis virtutum radicatione. Vel, Euellas, actum peccandi. Destruas consuetudinem. Disperdas, circumstantiam, Dissipes occasionem. Vel, euellas. malam delectationem, quæ est sagitta infixa femori canis. *Eccl.* 19. b. Vnde Philosophus in Ethicis: Difficillimum est contra delectationes bellare, eo quòd innatæ & contemporaneæ sunt nobis. Destruas, consensum malum, vt malum filium qui nascitur ex delectatione

Et factum *a* est verbum Domini ad me dicens. Quid tu vides Ieremia? Et dixi, *b* Virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me. *c* Bene vidisti, *d* quia vigilabo ego *e* super verbo meo, vt *f* faciam illud. Et factum *g* est verbum Domini secundò ad me dicens. Quid tu vides? Et dixi. *h* Ollam succensam ego video, & *i* faciem eius à facie Aquilonis. Et dixi Dominus ad me. Ab *k* Aquilone *l* pandetur omne malum

tione. Disperdas, opus. Dissipes consuetudinem. Ædifices bonum in maioribus plantes, bonum in minoribus. Vel, ædifices conuertendo Plantes in bono confirmando, vt possit dici illud. *Cor.* 3. b. Dei enim adiutores sum⁹, Dei agricultura estis Dei ædificatio estis. Vt etiã hic dicit *Gloss.* non poterant ædificari bona, nisi destructa essent mala, nec plantari optima, nisi euellerentur pessima. Omnis enim plãtatio, quam non plantauit Pater meus cœlestis, eradicabitur, vt dicitur. *Matth.* 15. b. Et omnis ædificatio, quæ supra petram non habet fundamentum, minatur ruinam, vt dicitur. *Matth.* 7. b. Secundum hoc videtur, quòd remissio peccatorum prior sit gratiarum infusione. Sol. Hæc quæ hic dicuntur intelliguntur tantum de actibus, scilicet, de euulsione malorum operum. & ædificatio dicitur exercitatio bonorum operum, vel in bonis actibus. Vel dic, quòd hic malorum euulsio nihil aliud est, quam à peccato cessatio, quam non reuera præcedit infusio gratiæ. Vel dic, quod intelligitur de virtutum radicatione, quam reuera præcedit expulsio peccati. Primo enim secundùm naturam id est, gratia post expulsio peccati, post, virtutum confirmatio. Ponit autem quatuor verba destructionis, & duo tantum constructionis, quia in peccato sunt quatuor, quia, scilicet, Deus propter illud contemnitur, Diabolos eligitur, ipse homo occiditur proximus scandalizatur in bono sunt duo, scilicet, bona conscientia ad Deum, bonum exemplum ad proximum.

Inf. 24. b.

Tertia pars. *a* Et factum est verbum, &c. Quid tu vides Ieremia?] Interrogatiuè excitat eum ad intelligendum quod sibi ostenditur.

b Et dixi. Virgam vigilantem ego video.] Virga vigilantum, vel vigilans hic dicitur vncinus, quem latrones dormiente familia per tecta, vel fenestras submittunt in domibus ad extrahendas vestes, vnde per hoc expoliatio Iudæorum significatur, Vnde. Virgam vigilantem, idest, Virgam vigilantis Domini, vel vigilantis Nabuchodonosor ad expoliandum Iudæos, i. captiuitatem instantem quasi furem cum virga. *Sept.* habent. Video baculum nuceum. Per baculum intelligitur correctio, per nucem cuius cortex est amarissimus, significatur correctionis amaritudo. Huius autẽ translationis ratio est, quia vigilia, & vigilare, & vigil Hebraicè Seched dicitur, nux autem Seded. Et ideo propter verbi similitudinem nomen nucis transfertur ad nomen vigilis. Simile. *inf.* 5 b. Pardus vigilans super ciuitates eorum. Alia litera habet. Virgam Amygdalinam, siue baculum Amygdalinum, in quo propter amaritudinem corticis eius, amaritudo correctionis, siue captiuitas designatur. In hoc autem, quod fructus eius preciosior, & omnes arbores præcedit floribus, acceleratio captiuitatis notatur.

c Et dixit Dominus ad me. Bene vidisti, &c.] Alludit eius responsioni sicut Daniel responsionibus Sacerdotum. *Dan.* 13. f. Quia secundùm interpretationem Theodotionis legitur ibi. Sub qua arbore vidisti eos? Dixit vnus. Sub illice, vbi habemus sub Cyno Et responsum est ei illico, pereas. Alius dixit se vidisse sub lentisco, vbi habemus sub pruno. Et responsum est ei, non lentè pereas. Sic quia dixerat Ieremias se vidisse virgam vigilantem, ideo Dominus respondet. Bene vidisti, scilicet, secundùm rei futuræ congruentiam.

d Quia vigilabo ego] omnia subtiliter considerans.

e Super verbo meo] scilicet, verbo de captiuitate, quod prædixi per Prophetas, vt per amos, Oseæ, & alios.

f Et faciam illud] id est, opere impleam, id est, si ipsi per negligentiam dormierint. Eodem modo, quia vidisti virgam Amygdalinam. Benè vidisti, quia captiuitatem accelerabo, quia illa super arbor super omnes alias in flore accelerat. Sicut si diceretur. Vidisti virgam populeam, Benè vidisti, quia populabo, siue depopulabo, &c. Postea ostendit per quem eos spoliabit, scilicet, per Nabuchodonosor, & exercitum eius. Vnde.

g Et factum est verbum Domini secundò ad me dicens. Quid tu vides? Et dixi. Ollam succensam ego video.] Præmissa visio auctorem captiuitatis pertinet, hæc ad ministrum, scilicet Regem Babylonis. Ordo autem congruus est, quia Dominus per multas captiuitates particulares populum castigabat. Vnde, virgam vigilantem, quasi ad correctionem eorum prænunciauerat Propheta. Sed quia correcti non sunt, ideo Dominus eis vniuersam destructionem futuram subiungit, dicens.

h Ollam succensam ego video.] Hæc olla est Ierusalem, in qua erant Iudæi congregati. Hæc ad litteram, succensa est à Nabuzardao, & vallata flamma Chaldæorum. Sicut olla flamma vallatur, vt decoquantur carnes ex omni parte, sic Iudæi fame, & pestilentia intra Ierusalem in obsidione decocti sunt. Alij autem fugerunt & gladio interfecti sunt, & comprehensi in campis Iericontinis.

i Et faciem eius à facie Aquilonis] quia oppressio succendij eius destructionis venit à Nabuchodonosor, qui venit de Chaldæa, de quibus nescitur vbi sit sita. Sed quia Chaldæi tunc habebant Monarchiam totius terræ, dicitur, quòd venientes ad vastationem Ierusalem, venerunt per Syriam, quæ respectu Ierusalem erat a parte Aquilonis, & ideo ab Aquilone, id est, à Syria dicitur pandere omne malum. Vnde. Inf. 39. b.

k Ab Aquilone] id est, à Syria.

l Pandetur omne malum] id est, maxima destructio.

a Super omnes habitatores

Mysticè. *b* Virgam vigilantem ego video] quia Prædicator annunciare debet, quòd Dominus vigilat ad corrigendum delinquentes. Mysticè.

d Quia vigilabo ego super verbo meo.] Vnde *Matth.* 24. c. Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. *Matth.* 5. b. Iota vnum, aut apex vnus non præteribit a lege donec omnia fiant. Hanc virgam, id est, vindictam Domini subitam ad percutiendum peccatores deberent omnes videre, & attendere. *Threnorum primo* e. Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius. Hic est enim vigil & Sanctus quem vidit Daniel *Daniel* 4. b. Clamantem Succidite arborem. Alia litera habet Baculum nuceum, vel Amygdalinum, per quem significatur Christus, vel tribulationes, vel infirmitates quas pro eo patimur, quorum cortex amarus exterius, sed fructus dulcis interius. Vnde *Hebr.* 12. d. Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per ea reddet iustitiæ. Vel baculus nuceus est Christus producens nuces, id est, filios Ecclesiæ. Ibi enim est amarus cortex, quoad statum pœnitentium, testa solida, quoad statum proficientium, sed nucleus dulcis in statu iustorum, vel bonorum. Sic est in pœnitentia cortex amarus incipientibus; testa solida, id est, iam portabilis proficientibus; sed nucleus dulcis peruenientibus. *Isa.* 30. d. Si reuertimini, quoad primum, & quiescatis, quoad secundum salui eritis, quoad tertium. Hæc est virga de qua *Psal.* 22. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt, quia ad hoc corrigit Dominus, vt emendet Vel virga est Christus, quæ de radice Iesse, quæ postquam mortua est in resurrectione euigilauit, & floruit.

h Ollam succensam] id est, Ecclesiam, vel peccatorem diuersis turpitudinibus conturbatum. Cuius.

i Faciem eius a facie Aquilonis,] id est, Diaboli. Vnde *Iob. cap.* 41. b. Halitus eius prunas huius ollæ ardere facit, id est, fideles Ecclesiæ diuersis turpitudinibus instigat. Diabolus enim in hac olla coquit peccata, quasi carnes suas, *Osea cap. septimo* a. Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente. Coquus non intrat ollam, sed exterius administrat ligna ad succendendum ignem. Sic Diabolus tentans non illabitur animæ, sed suggestiones malas immittit. *Iob. cap. quadragesimo primo* b. De naribus eius procedit fumus, sicut ollæ succensæ atque feruentis. *Gregorius.* Olla succenditur cum mens humana maligni hostis suasionibus instigatur: Olla feruet, cum iam per consensum in desiderijs prauæ suasionis accenditur, & tot vndas, quasi feruendo proijcit

o per quot nequitias

A *a* Super omnes habitatores terræ,] id est, super duas tribus. Vel per Aquilonem, qui est, frigidus, & durus ventus, vt dicitur *Ecclef.* 43. c. Frigidus ventus Aquilo flauit, intelliguntur Chaldæi qui toti mundo, & maximè Iudæis duri fuerunt. Et nota quod dupliciter potest olla succendi. Quandoque exterius, cum ponitur super carbones, & tunc facies, quæ est versùs ignem, dicitur fundus ollæ. Quandoque autem interius, vt cum carbones ponuntur intus ollam, & tunc facies versus ignem
D dicitur os ollæ. Ita Babylonij primò obsederunt

a super omnes habitatores terræ. *b* Quia ecce ego conuocabo *c* omnes cognationes Regnorum Aquilonis ait Dominus, & *d* veniet, & *e* ponent vnusquisque solium suum in *f* introitu portarum Ierusalem, & *g* super omnes muros eius in circuitu, & *h* super vniuersas vrbes Iuda. Et *i* loquar iudi-

ciuitatem in qua obsidione ciues fame: & peste peribant, & tunc fundus ollæ erat a facie Aquilonis, id est, obsessio à Babylonijs. Postea autem eam succenderunt, & tunc os eius, i. flamma ascendens per domos, erat à facie Aquilonis, id est, à Babyloniis, quia succensio ab eis facta est, sicut obsessio. Hæc eadem visio apparuit Ezechieli, *Ezech.* 24. a. Pone ollam æneam, & mitte in eam aquam, pinguissimam pecus assume, congere frustra eius in eam, &c. quia omnes principes, & minores ibi combusti sunt.

b Quia ecce ego conuocabo.] Ecce ostendit quomodo fiet illa vastatio, quia scilicet, per Regem Babylonis, cui tunc erat totus mundus subditus.

c Omnes cognationes Regnorum Aquilonis, ait Dominus] i. omnes nationes Regi Babyloniorum subiectas.

d Et venient] citati ex omni parte.

e Et ponent vnusquisque solium suum,] id est, tentorium suum ad obsidendum Ierusalem.

f Et introitu portarum Ierusalem,] id est, ante portas, ne quis posset exire.

g Et super omnes muros in circuitu, supple ponent vexilla. captâ ciuitate, scilicet, super muros, vel portas.

h Et super vniuersas vrbes Iuda] id est, super omnes vrbes, quæ sunt in Iudæa, quasi non tantũ super Ierusalẽ.

i Et loquar iudicia mea cum eis,] quasi dicat, cùm ciuitas capta fuerit, ostendam iudicia mea iusta, & tecta fuisse, per quæ receperunt singuli, quod merebantur, id est, vrbes, vel Iudæi de vrbibus. Vel cum eis, id est, cum Chaldæis, quasi dicat, Ego faciam, quod exigunt iudicia mea, Iudicia dico.

k Super omnem malitiam eorum.] quasi exequar vindictam meam super omni peccato Iudæorum. Vnde

l Qui dereliquerunt me] scilicet, per idololatriam.

m Et libauerunt diis alienis] id est, obtulerunt libamina, vel libamenta.

n Et adorauerunt opus manuum suarum,] id est, simulacra quæ ipsi fecerunt propriis manibus.

Mysticè. *o* per quot nequitias se vsque ad opera exteriora extendit. Sic ergo vt idem *Gregorius* dicit. Ab Aquilonis facie olla humani cordis incenditur cum per instigationem aduersarij spiritus illicitis desideriis inflammatur. Ipse enim dicit. Ponam sedem meam ad Aquilonem. Et toties halitus eius prunas ardere facit, quoties eius occulta suggestio humanas mentes ad delectationes illicitas pertrahit. *Eccl.* 20. b. Apertio oris eius inflammatio est.

c Omnes cognationes Regnorum Aquilonis,] sic Deus in finali persecutione Antichristi concitabit permissiuè omnia Regna aduersùs Ecclesiam. Contra quos autem Dominus huiusmodi suggestiones vel persecutiones immittat, dicit.

a Super omnes habitatores terræ.] Vnde *Apoc.* 8. d. Væ væ væ habitantibus in terra. *Isa.* 24. c. Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitatores terræ, id est, luxuria, auaritia, superbia. Et hæ sunt omnes cognationes Regni Diaboli. Hæc omnia veniunt ab Aquilone, quia Aquilo est frigidus ventus, quia à frigore materiali, scil. à suggestione Diaboli per quam refrigescit charitas multorum, veniunt omnia peccata, non est ergo mirum si cor peccatoris tot suggestionibus Diaboli accensum rubiginosum est, & denigratum super carbones. Vnde *Ezech.* 24. b. Væ ciuitati sanguinum. ollæ cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea. Ideo necesse est, vt Dominus hanc ollam sæpe confricet, vt exeat rubigo. Et hoc quandoque fit, scilicet, quod exit per conflationem. Vnde *Psal.* 107. Moab lebes spei meæ.

e Et ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem; quia Reges, & Principes in fine Ecclesiam persequentur.

g Et super omnes muros eius in circuitu,] id est, fortiores Ecclesiæ.

cia mea cum eis super *k* omnem malitiam eorum, *l* qui dereliquerunt me, & *m* libauerunt diis alienis, & *n* adorauerunt opus manuum suarum. *o* Tu ergo *p* accinge lumbos tuos, & *q* loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. Ne † *r* formides à facie eorum, nec enim *s* timere te faciam vultum eorum. *al.* † timeas.

h Et super vniuersas vrbes Iuda] i. confitentium. Sed quia hæc faciet Dominus ad probationem bonorum, & pœnã malorum, ideo subdit.

i Et loquar iudicia mea cum eis] vt purgem in electis quicquid purgandum est, vel puniendo persecutores postquam ipsi persecuti fuerint bonos.

k Super omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me. Hoc dicit, quia illo tempore maximè vigebat idololatria. Vel. Moraliter.

Moraliter. *c* Omnes cognationes, &c.] Omnes cognationes Regni Aquilonis sunt principatus, & potestates Diaboli, qui aduersus Ecclesiam influunt.

e Et ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum,] id est, in Prælatis, per quos intrandum esset in Regnum cœlorum. Vnde *Isaia.* 26. a. Aperite portas, & ingredietur gens iusta, & custodiens veritatem. Dæmon enim in eis ponit solium auaritiæ, vel superbiæ, & luxuriæ, & sic de aliis.

l Qui delibauerunt me] per superbiam.

m Et libauerunt diis alienis] per luxuriam, & gulam. Vnde, Quorum Deus venter est. *Philip.* 3. d.

n Et adorauerunt opus manuum suarum,] per auaritiam pecuniæ, quæ post idolorum seruitus. Vel per portas Ierusalem intelliguntur quinque sensus hominis, quos Dæmones obsident, vt Os per mendacia, detractiones, adulationes, gastrimargiam, Aures, per rumorem, curiositates, & auditum mali de proximo, & huiusmodi. Tactum per immunditiam luxuriæ & superfluitatem vestium, & sic de aliis. Per vrbes Iuda, religiosi, quos, & Diabolus obsidet. Per muros, prælati. *Isa.* 36. c. Dixit Rapsaces, quod faceret viros, qui erant super muros, bibere vrinam pedum suorum, id est, reuerti ad vomitum peccatorum.

o Tu ergo] quasi ex quo extensa sunt tibi, quæ sunt ventura ciuitati. *p* Accinge lumbos tuos, & surge] id est, præpara te, & vade citò, vt prædices verba mea, cursores enim ad currendum sic solent accingere, vt citò currant. Vel potest intelligi sic illud.

p Accinge lumbos tuos] quasi ad præliandum iturus, vt ipso habitu te aduersari monstres prauis actibus eorum cum quibus locuturus es, &c.

o Tu verò præcinge lumbos tuos, & surgere, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi quasi, etsi hæc aspera, & dura sint, quæ eis dicturus es, nihil tamen dimittas, sed dicas totum. Quia autem aspera, & dura dicturus erat eis, posset timere cum eos sciret rebelles, & promptos ad occidendum Prophetas, ideo confortat eum dicens.

r Ne formides à facie eorum] licet plures sint quibus locuturus es.

s Nec enim timere te faciam vultum eorum.] Liptote est, quia minus dicit, & plus significat, i. faciam te non timere præsentiã eorum, sed magis contra eos dabo audaciã Δ Vnde. Ego

Mysticè. Mysticè, dicitur Prædicatori.

p Accinge lumbos tuos] per carnis mortificationem, quia dicit *Gregorius*, qui carnalibus desideriis incubat vitam aliorum spiritualem constituere, necesse est, erubescat *Iob.* 40. a. Accinge, sicut vir lumbos tuos. *Luc.* 15. e. Sint lumbi vestri præcincti, &c. Quia omnis virtus Diaboli est in lumbis, vt *Iob.* 40 b, Surge ergo per vigorem quasi expeditus sis ab omni onere tentationum, & peccatorum quicumque debes prædicare. Debet enim Prædicator esse cursor per vniuersam terram. Ideo debet esse leuis.

q Et loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi,] quasi dicat non trufas. *Matth.* 4. d. Circuibat Iesus per castra, & ciuitates, prædicans Euangelium Regni.

s Nec enim timere te faciam vultum eorum.] De hoc supra.

o In ciuitatem munitam

▲ Vnde. a Ego quippe dedi te hodie, [in præsenti. b In ciuitatem munitam quæ non timet insultus hostium. c Et columnam ferream, quæ adhuc minus timet, quam ciuitas. c Et in murum æneum] quod adhuc plus est. Quandoque enim ferrum rubigine consumitur, sed murus æneus, non, imò vetustate fit fortior. Quia autem prædicare non habebat, nisi per duas tribus: & nõ super alias, ideò subdit. e Super omnem terram Regibus Iuda, &c.] quasi hanc fortitudinem, & securitatem dabo tibi super omnem terram duarum tribuum, & non solùm contra eius Reges, sed etiam contra omnes principes, & Potestates & Sacerdotes & totum populum terræ promissionis.

a Ego quippe dedi te hodie in b ciuitatem munitam, & in c columnam ferream, & in d murum æneum e super omnem terram Regibus Iuda, & Principibus eius, & Sacerdotibus, & omni populo terræ, & f bellabunt aduersum te, & g non præualebunt, quia h ego tecum sum, ait Dominus, vt i liberem te.

f Et bellabunt aduersùm te] resistendo verbis tuis, & te incarcerando

g Et non præualebunt] vt succumbas per impatientiam,
h Quia ego tecum sum ait Dominus] fortior illis.
i Vt liberem te] dando patientiam in his malis, quæ tibi facient per quam præualebis eis, & non dimittes propter hoc quin increpando pugnes contra eos.

Mystice. b In ciuitatem munitam,] per susceptionem omnium, scilicet, notorum, & ignotorum debet esse Prælatus ciuitas, vt sine personarum acceptione sit ciuitas supra montem posita non collocata in occultis, vel in angulis. *Rom.* 1. b. Sapientibus, & insipientibus debitor sum, quod facit charitas.

c Et in columnam ferream] per infirmorum sustentationem. *Rom.* 15. a. Nos vero firmiores debemus imbecillitates infirmorum sustinere. Hoc facit misericordia, & & pietas. *Rom.* 14. a. Infirmos in fide suscipite.

d Et in murum æneum,] se exponendo per securionibus, morti pro ouibus suis, vt bonus pastor per patientiam. Vel, Murum æneum per defensionem ouium à lupis, quod facit zelus iustitiæ. *Isa.* 26. a. Vrbs fortitudinis nostræ Sion. Æneum per sonum prædicationis. Nisi enim Sacerdos intret tabernaculum cum sonitu tintinnabulorum morietur. *Exod.* 28. f. Vel.

b Ciuitatem munitam,] contra mala. c Columnam ferream,] ad bonum fortem. d Murum æneum] perseuerantiam in vtroque. Vel. b Ciuitatem munitam,] armis virtutum & fidei.

c Columnam ferream] per doctrinam prædicationis. *Gal.* 2. b. Cephas & Ioannes qui videbantur columnæ, &c. *Tim.* 3. d. Quæ est Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. d Murum æneum , per audaciam increpationis. Vnde subdit. e Super omnem terram Regibus Iuda, &c.] *Ezech.* 3. b. Dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem duriorem frontibus eorum. f Et bellabunt aduersùm te, & non præualebunt,] quia in tribulationibus Deum habes adiutorem *Ps.* 90. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

EXPOSITIO CAP II.

ET factum est.] In præcedenti capitulo dixit futuram destructionem Ierusalem. In hoc ostendit causam destructionis, peccata, scilicet populi. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima enumerat beneficia, quæ contulit Dominus Iudæis. In secunda enumerat eorum peccata, propter quæ ingrati fuerant beneficiis, *ibi.* Et ingressi contaminastis. Dicit ergo.

k Et factum est. Vade, & clama altè & apertè, vt nemo excusationem habeat, l In auribus Ierusalem] i. habitatorum eius. m Dicens. Hæc dicit Dominus,] quasi dic eis, quia ego mando eis hoc. n Recordatus sum tui,] scilicet, beneficiorum tibi exhibitorum.

o Miserans adolescentiam tuam] quasi hoc est de sola misericordia mea, non de tuis meritis, quia te quasi adolescentulam suscepi, susceptam nutriui, nutritam desponsaui.

p Et charitatem] quam habebas ad me tempore desponsationis tuæ recordatus sum, quando legis ornamentum, & cultum tibi dedi ad instar sponsaliorum, quæ notantur per illa ornamenta, quæ enumerantur. *Ezech.* 16. a. data sponsæ Ierusalem, de qua loquitur ibi, vt sit desponsata, sicut, & hic. Tantum enim amasti me tunc, quod promisisti, quòd solum me sequereris, & mihi quasi viro perpetuo cultu adhæreres, quando, s. fidem mihi seruandam promisisti. Quæ Dominus fecit in adolescentia eorum. s. tempore illo de quo educti sunt de Ægypto, quando data est eis lex in monte Sinai Vel expone de hoc, quod dicit. n Recordatus sum] vel recolo hæc, quæ mihi in principio adolescentiæ tuæ exhibuisti] sum tui miserans. Sicut cum aliquia attendit, quòd vxor eius, quæ modò cum omnibus fornicatur, priùs valde dilexit eam, & ille eam miseretur, illius conferens bonum statum priorem posteriori malo.

CAP. II.

A ET factum k est verbum Domini ad me dicens. Vade, & clama in l auribus Ierusalẽ m dicẽs: Hæc dicit Dñs. n Recordatus sum tui o miserans adolescentiam tuam, & p Charitatem desponsationis tuæ q quando secuta es me in deserto, in r terra, quæ non seminatur s Sanctus Israel t Dño primitiæ frugũ eius. *Inf.* 3. d.

q Quando secuta es me in deserto.] *Exod.* 12. Sicut virgo quæ multum diligit hominem, vel sponsum, sequitur etiam eum extra patriam suam in desertum.

r In terra, quæ non seminatur,] id est, erat sterilis ab omni bono temporali, quod erat signum maioris dilectionis. Non autem tantum compungor, considerans amorem quem ad me habebas in adolescentia tua, sed quia similiter te multum diligebam. Et hoc est.

s Sanctus Israel,] id est, sanctus populus Israel in principio adolescentiæ suæ fuit.

t Domino primitiæ frugum eius,] id est, tunc dilexit eum Dominus plus, quam omnes gentes, sicut primitiæ frugum, id est, primæ fruges præ cæteris diliguntur, quasi populus peculiaris Domini tunc erat. *Psal.* 73. Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Vnde *Dan.* 7. b. Elegit te Dominus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, quia dilexit vos, qui & tunc sanctus, id est, sanctificatus. Dicuntur autem Iudæi primitiæ Domini, quia primo Iudæi, deinde Gentiles in messem Domini collecti sunt. Vel Israel fuit tunc sanctus populus, & primitiæ frugum eius debentur Dño. Et sicut

▲ peccabant comedentes

Moraliter. Moraliter. n Recordatus sum tui.] Hoc potest dici Monachis, & Religiosis, quorum feruorem in principio suæ institutionis recordatur Dominus. Sed modò peruersi facti sunt, & ideo dolet Dominus. *Osea* 9. c. Quasi vuas in deserto inueni Israel In principio enim præ feruoris magnitudine dulces erant Domino, sicut vua, quæ reperitur in deserto. *Prou.* 5. d. Lætare iuuenis cum muliere adolescentiæ tuæ. *Malach.* 2. d. Custodite spiritum vestrum, & vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere.

p Et charitatem desponsationis tuæ] i. feruorem quem ad me habebant Religiosi antiquitus, quando primò mihi coniuncti sunt, cum tamen, sicut dicitur *Num.* 28. Pinguior agnus offeretur in vespere, quam in manè, debent enim esse Religiosi, vt candelæ, quæ in principio debiliter ardent, & quanto magis ardent, magis crescit ignis. *Prou.* 4. c. Iustorum semita, quasi lux splendens crescit vsque ad perfectum diem. Ideo. *Cant.* 1. a. Adolescentulæ dilexerunt te nimis. Sed *infrà* 51. d. Deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis, reddidit me, quasi vas inane.

q Quando secuta es me in deserto] pœnitentiæ. Vel, deserto, ad literam, vt faciebant antiquitus Eremitæ, vt Ioannes in deserto vixit vsque ad ostentionem suam ad Israel. Sed, Heu ibi hodie reperiuntur omnes feræ, & monstra vitiosa. *Thren.* 4. d. Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis cæli, super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

r In terra quæ non seminatur,] ad literam, vbi non sunt diuitiæ, vel possessiones. Modò autem non Dominum sequuntur, sed magis cibos, pecunias, & honores, non in claustris pauperibus, sed in quibus sunt promptuaria plena eructantia ex hoc in illud, i. ne frumenta putrefiant de loco ad locum mouent, & quibus sunt oues fœtosæ, ad literam. Tunc erant charitatiui, sed nunc auarissimi, & proprietarij. Vel non seminatur nisi illo semine, de quo *Galat.* 6. b. Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem.

s Sanctus Israel] id est, religio, tunc. t Domino primitiæ frugum eius,] quia ipsi tunc reficiebant pauperes de primis, & optimis frugibus, quæ sibi datæ erãt à Principibus

* vt melius

Δ peccantes comedentes primitias, nisi essent sacerdotes, vel de eorum familia; sic quia Iudæi erant tantum Domini, quasi eius primitiæ, & eius populus peculiaris, peccabant eos conculcantes. Vndè. *a* Omnes qui deuorant eum,] vastando, & diripiendo bona eius. *b* Delinquunt,] quasi rei sunt sceleris, sicut comedentes primitias, qui non sunt de genere Sacerdotali, rei sunt sceleris.

c Mala venient super eos, dicit Dominus.] Licèt enim Israel propter peccata sua iustè sit punitus, tamen vastatores

Omnes, *a* qui deuorant eum *b* delinquunt, mala *c* venient super eos, dicit Dominus. *d* Audite verbum Domini *e* domus Iacob, & omnes cognationes domus Israël. Hæc dicit Dominus. *f* Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & *g* ambulauerunt post vanitatem, & *h* vani facti

eius peccabant, quia non fecerunt hoc rigore iustitiæ, vel amore, sed libidine vindictæ, & cupiditate. Ideò *Psal.* 26. Qui tribulabant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Moral. • vt melius contemplationi vacarent. Iuxta illud *Prou.* 3. b. De primitus omnium frugum tuarum da pauperibus. Sed modò totum expendunt in comessationibus, & ebrietatibus, in cubilibus, & impudicitiis. Vel contemplatiui tunc erant, siue Israel Deum videntes, vel fortes cum Deo luctantes. scilicet, cum eo per orationem, & ideò erant primitiæ Domini, id est, peculiaris populus eius. *Isa.* 19. d. Hæreditas mea Israel. Et ideò.

a Omnes, qui deuorant eum, &c.] Quia *Zachar.* 2. c. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. *Psal.* 104. Nolite tangere Christos meos. Vel. [Omnes, qui deuorant eum,] id est, possessiones antiquorum religiosorum, quod faciunt moderni, expendentes eas in superfluis, [delinquunt.] Et ideò.

c Mala,] æternæ damnationis, [veniunt super eos.] Vel potest exponi de militibus, qui Cœnobia religiosorum deuorant, dicentes non esse peccatum, quia nimis habent. Contra quos *Iohel.* 3. a. Quid mihi & vobis Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palæstinorum? Nunquid vltionem vos reddetis mihi? Quasi, etsi peccent isti malè expendendo, non est tamen vestrum rapere bona eorum. Tyrus interpretatur angustia, Sidon venatio, & significant Principes sæculares, qui in angustia mundi positi sunt, venantes ad mortem homines, & eorum bona. *Isa.* 3. b. Populum meum exactores sui spoliauerunt. Et nota quod est, quasi Dominus dicat Prædicatori, quod ego prædico, religiosis prædica. [Vade, & clama,] quasi hæc prædicta tantum religiosis prædica coram ipsis, non coram sæcularibus. Multi enim hoc dicunt eis non in auribus eorum, sed in auribus sæcularium, sic eos scandalizantes, & populum prouocantes ad contemptum eorum, scilicet, religiosorum, & ad destructionem. *Isa.* 49. a. Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam.

Ad literam. *d* Audite verbum Domini.] Imperat eis peccata Patrum, quæ imitati sunt, & recolit beneficia, quæ eis contulit, & sic ingratitudinem eorum ostendit.

e Dominus Iacob, &c.] Hæc duo nomina, non ad duas, & decem tribus pertinent, sed vtrumque ad omnes tribus. Ponit autem primo Iacob, & postea Israel, vt recolat beneficium illud, quo nomen Iacob ex dilectione mutauit in nomen Israel.

f Quid inuenerunt patres vestri,] quasi dicat. Inuenerunt aliquid vndè debuissent se à me elongâsse, id est, tam longo tempore me dereliquisse, scilicet, per idololatriam? Vndè.

g Et ambulauerunt post vanitatem,] id est, idola vana.

h Et vani facti sunt,] quia *Psal.* 113. Similes illis fiant, qui faciunt ea. Improberat autem illis peccata patrum, non quia illa filiis imputentur, cùm scriptum sit *Ezech.* 18. e. Filius non portabit iniquitatem patris, sed quia ea imitati sunt. Vndè *Exod.* 20. a. Ego sum Dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Similis conquestio ponitur *Mich.* 6. a. Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? Responde mihi. Vndè *Psal.* 108. Retribuunt mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Dicuntur autem idola vana, quia nihil possunt facere cultoribus suis.

i Et non dixerunt, vbi est Dominus, id est, facto non reduxerunt me ad memoriam.

k Qui ascendere nos fecit de terra Ægypti,] vbi viles, & deiecti iacebamus in valle seruitutis. Vel ad literam, quia Iudæa in alto loco est respectu terræ Ægypti.

l Qui traduxit nos per desertum,] vt patet *Exod.* 18. vsque ad *Num.* 25.

m Per terram inhabitabilem,] in quo notatur beneficium quo eos ibi custodiuit.

n Et inuiam,] in quo notatur difficultas itineris.

sunt? Et non *i* dixerunt, vbi est Dominus, qui ascendere *k* nos fecit de terra Ægypti, qui *l* traduxit nos per desertum, per terram *m* inhabitabilem, & *n* inuiam, per terram *o* sitis & *p* imaginem mortis, per terram in qua non *q* ambulauit vir *q* neque habitauit homo. Et *f* induxi vos in terram Carmeli.

o Per terram sitis,] id est, quæ caret aqua.

p Et imaginem mortis,] quia ibi passi sunt serpentes ignitos, & persecutionem Ægyptiorum, & ignem a Domino consumentem, & multa bella ibi passi sunt, in quibus erant in periculo mortis.

q Per terram in qua non ambulauit vir,] ante illum diem, vel quia raro ibi ambulabant homines. *r* Neque habitauit homo,] propter serpentes, & bestias, & terræ sterilitatem.

f Et induxi vos in terram Carmeli,] id est, in terram promissionis. A parte totum. Vel tota terra dicitur Carmelus propter fertilitatem suam, quia fertilis erat, sicut mons ille.

Δ Vt comederetis

Mysticè. Mysticè. *f* Quid inuenerunt patres vestri, &c.] Dici potest hoc religiosis, qui relicto Deo cum quo frequenter in lectione, in oratione, in meditatione loquebantur.

g Post vanitatem,] abierunt, id est, post temporalia vana quæ nullam satietatem dant.

h Et vani facti sunt,] sequendo vanitatem, quia nihil vanius, quàm sequi vanitatem. *Osea* 12. a. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum. Sicut enim qui pascit ventum opponendo ei aliquod obstaculum, tanto fortiorem eum inuenit; & qui sequitur æstum, tantum magis æstuat. Sic quandò plus de vanitate temporalium congregant, & laborant, vt æstum cupiditatis extinguant, tantò vanitatis ventum in se fortiorem inueniunt, & æstu cupiditatis magis calent. His dicitur *Iohel.* 3. b. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas, id est, operam, quam aratris ad terras colendas expenditis, in gladium spiritus, quod est verbum Dei, & in lanceas orationum conuertite. Lancea enim longa est oratio, quæ vsque ad cœlum penetrat. Sed tunc primum, quando acuta est ferro humilitatis, quæ semper deorsum tendit, vt ferrum & omnes alias virtutes domat ne superbiant. *Eccles.* 35. d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Sed *Osea* 7. d. Væ eis, qui recesserunt à me.

i Et non dixerunt. Vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti?] quasi, non recogitant beneficium quo Dominus eos de mundo extraxit, qui & per desertum intelligitur, in quo filij Israel per quadraginta annos circumierunt, & proximiores fuerunt terræ promissionis primo anno, quam tricesimoprimo, quia multi boni sunt in principio, sed postea quando sæcularibus curis se implicant, tanto magis à terra cœlestis promissionis recedunt. In terra enim sitis est.

Quo plus sunt pota, plus sitiuntur aquæ,

Ouidius 1. fastorum. scilicet, diuitiarum. *Eccl.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia. *Eccl.* 1. b. Non satiabitur oculus visu.

Hebr. 13. c. 1. Ioan. 2. c. *m* Per terram inhabitabilem,] quia non habemus hic manentem ciuitatem. Boni enim hic aliquid sibi necessarium non inueniunt. Quicquid enim in mundo est, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Vndè.

q Per terram in qua nón ambulauit vir, neque habitauit homo,] scilicet, qui esset homo re, & nomine, sed pueri, & effœminati habitant in ea. Tales enim sunt Domini mundi. Vndè *Isa.* 3. a. Dabo pueros, &c. Vel dicitur inuia quoad peccata, vnde *Sap.* 5. b. Ambulauimus vias difficiles. *Eccles.* 21. b. via impiorum complanata à lapidibus. Licèt enim ibi sit facilis via quoad genus operis, quod carni delectabile est, tamen asperum est spiritui propter remorsum conscientiæ, & propter infamiam, & propter spei frustrationem. Dicitur etiam imago mortis, quia peccatum est similitudo mortis, quia sicut ibi anima à corpore, sic hic Deus ab anima separatur; & sicut mors hominem separat ab hæreditate sua, sic peccatum, vel mundus ab hæreditate æterna. 2. *Corinth.* 5. b. Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à Domino.

f Et induxi vos in terram] scilicet clericos in sacram Scripturam, quæ interpretatur scientia circumcisionis.

Δ Vt comederetis

A a Vt comederetis,] scilicet, terræ. Vndè *Deut*.32. b dicitur de populo Israelitico. Constituit eum super excelsam terram, id est, Iudæam vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleúmque de saxo durissimo; Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & hircos cùm medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum. b Et ingressi,] terram prædictam. c Contaminastis,] per idololatriam terram meam. d Et hæreditatem meam,] per immúditias vestras. Idem est hæreditas, quod terra. Nec solùm minores quibus facilè indulgendum esset, deliquerunt, sed & maiores. Vnde dicit.

Secunda pars.

vt a comederetis fructum eius, & bona illius. Et b ingressi c contaminastis terram meam, & d hæreditatem meam posuistis in abominationem, e Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus, & f tenentes legem g nescierunt me, h Pastores i Præuaricati sunt in me, k prophetæ prophetauerunt in Baal, & l idola secuti sunt. m Propterea adhuc n

e Sacerdotes non dixerunt,] facto, [vbi est Dominus,] quasi non quæsierunt me in operibus suis.

f Et tenentes legem, id est, Doctores.

g Nescierunt me, id est, fecerunt ac si nescirent.

h Et Pastores,] id est, Principes populi.

i Præuaricati sunt in me,] scilicet, idola colendo, & alios ad hoc cogendo, de quibus præcepi, vt non colerentur.

k Et Prophetæ,] quia responsa accipiebant ab idolo Baal, vt Prophetæ Iezabel, quos interfecit Helias 3. *Reg*. 18. l Et idola secuti sunt,] quia frequenter idololatrauerunt. Et ne videretur Dominus eos opprimere per potentiam, & iniustè agere, ideò dicit se velle cum eis subire iudicium Et ostendit eos valdè deliquisse, comparatione Gentilium, qui Deos suos nunquam mutauerunt, sicut ipsi.

m Propterea adhuc] In hoc notatur, quòd sæpè fecerat hoc, scilicet, subierat iudicium cum eis. *Osee* 2. a. Iudicate matrem vestram, iudicate, quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. Vndè.

n Iudicio contendam] quasi ostendam vobis, quòd non iniustè, sed propter merita vestra puniam vos. o Et cum filiis vestris, id est, ostendam eis qualiter in malo pertinaces fuerunt.

p Transite ad insulas.] Per Cethim, quæ est vrbs in Cypro Insula, quæ est versùs Occidentem, intelligit Italiam, vel partes Occidentales. In principio tamen Machabæorum in *Gloss*. dicitur quòd Cethim est Græcia. Cethim enim fuit de Iaphet filio Noe, & tenuit Insulam illam, quæ modo dicitur Cyprus, vt narrat Iosephus. Et ab illa omnes Insulæ, & loca maritima Cethim vocantur Hebraicè, quasi considerate gentes vsque ad partes Occidentis.

q Et videte,] quasi considerate benè.

r Et in Cedar mittite.] quæ est regio solitudinis Ismaëlitarum, siue Saracenorum, quæ est citra mare respectu terræ promissionis, insulæ autem Marinæ vltra, quasi, considerate gentes, quæ sunt citra mare, & vltra, si peccauerunt tantùm contra Deos suos sicut vos contra me.

f Et considerate,] id est, valdè diligenter.

t Et videte, id est, consimile, sicut vos fecistis.

u Si mutauerit gens,] aliqua prædictarum.

x Deos suos,] id est, idola, quæ pro diis colit.

y Et certè ipsi, quos pro diis colunt.

z Non sunt dii, sed opera manuum hominum.

a Populus verò meus,] id est Iudæi, qui aliquando fuerunt mei, & adhuc deberent esse. b Mutauit gloriam suam,] id est, me, qui deberem esse eorum gloria, dereliquerunt pro idolo, in quo notatur magna stultitia Iudæorum, quia illi falsos suos deos non mutauerunt, sed ipsis fideliter seruiebant, isti autem verum Deum dereliquerunt, & pro falsis diis.

Mysticè. ● a Vt comederetis fructum eius, & bona illius,] quasi non tantum, vt scirent, vel docerent, sed vt fructus, non folia, id est, opera, non verba haberent. Sed ipsi eam contaminant, scilicet, eam ad libitum suum exponendo, & rigorem eius emolliendo, vt *Isa*. 1. f. Caupones tui miscent vinum aqua. Et hæreditatem Domini, id est, Ecclesiam proprio eius sanguine acquisitam per praua exempla, abominationem aliis simplicibus fecerunt. *Psal*. 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem, &c. Vel expone de Religione, cuius fructus sunt refectiones in contemplatione, labores in actione, intelligentiæ in lectione. Sed contaminát eam, quia dimissis laboribus necessariis, superfluis curis, & illicitis se implicant, dimissâ refectione contemplationis, comessationibus, & ebrietatibus intendunt, dimissâ lectione, vaniloquiis causarum tractatibus se occupant, propter quod Religio, quæ erat antiquitus hæreditas Domini, sæcularibus abominabilis reddita est.

iudicio contendam vobiscum, ait Dominus, & o cum filiis vestris disceptabo: Transite p ad insulas Cethim, & q videte, & in r Cedar mittite, & f considerate vehementer, & t videre si factum est huiusmodi, si u mutauit gens x Deos suos. Et y certè ipsi z non sunt dij. a Populus verò meus b mutauit gloriam suam in idolum.

e Sacerdotes,] quia diuina officia non propter Deum, sed propter lucrum celebrant. *Malach*. 1. e. Quis in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò; Quasi nullus. Non enim ad Deum, sed ad denarium respicitis.

f Tenentes legem,] id est, Theologiam, id est, tenere debentes manibus, non tantùm ore.

g Nescierunt] ex eis, me.] Quod mirum est cum Dominus in scripturis vbique sit, & tamen voluentes, & reuoluentes eas non inueniunt eum. Et hoc est, quia ibi non quærunt eum, sed magis lucrum, vel fauorem. *Matt*. 23. b. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui clauditis Regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis, nec alios intrare permittitis. Ipsi enim malo exemplo simplices, qui eos sequuntur, intrare non permittunt, dum credunt benefacere, faciendo quod illi faciunt, quos deputant magistros legis. Ideò *Seneca*. Summa malorum est, quòd viuitur ad exemplum. Similiter si ab eis aliquis accipiat consilium intrandi religionem, illi non permittunt, imò consiliis suis prohibent. *Matth*. 20. d. Qui præibant increpabant illum, vt taceret, id est, qui priores videbantur. Cæcus ille, qui consilium sanitatis quærebat, sunt sæculares simplices, qui ab aliis quærunt consilium.

h Et pastores, id est, Prælati qui populum Domini, quem vt serui fideles custodire deberent, sicut promiserunt, magis prædantur. *Ezech*. 34. a. Væ Pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, Nonne greges a Pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. *Isa*. 3. c. Vos depasti estis, &c. *Soph*. 3. a. Sacerdotes polluerunt sanctum, iniustè egerunt contra legem.

k Et Prophetæ,] id est, Prædicatores, qui prædicant futurum iudicium, & futurum præmium, sed totum, quod faciunt conuertunt in ambitionem honorum. Baal enim superior interpretatur. *Sophon*. 3. a. Prophetæ eius vesani, viri infideles.

l Et idola,] id est, auaritiam, quæ est idolorum seruitus. Vndè *Mich*. 3. d. Principes eius in muneribus iudicabant, quoad primum; & Sacerdotes eius in mercede docebant, quoad secundum; & Prophetæ in pecunia diuinabant, quoad tertium.

n Iudicio contendam vobiscum] *Mich*. 6. a. Surge, contende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuã. Audiant montes iudicium Domini, quia iudicium Domini enim populo suo, & cum Israel diiudicabitur p Transite ad insulas, &c.] quasi amatores mundi ardentius mundo seruiunt, quam vos clerici Deo, saltem etiam vellet Dominus, quòd ita ardenter ei seruiremus, sicut seruimus mundo, vel carni. *Rom*. 6. d. Sicut exhibuistis membra vestra, &c. quasi ita velociter, ita abundanter, ita læranter. Nota quod dicit. Humanum dico, quasi dicat, hoc parum est. Cethim interpretatur mare congelascens. Cupidis enim videtur esse solida prosperitas terrena, quam in mari, i. in tribulationibus multis acquirunt, sed tamen subitò confringetur glacies. Cedar interpretatur tenebræ, & significat luxuriam, quæ totum hominé excæcat. Ideò *Isa*. 23. a Erubesce Sidon, ait mare, id est, Prælate negligens, ait subditus diligens, vel, id est, Clerice auaritia ardens, ait laicus, largitate pollens, vel i. ô claustralis torpens, ait sæcularis feruens. Sidon enim interpretatur venatio, & significat Prælatos, Clericos, Claustrales, qui salutem hominum deberent venari prædicatione, oratione, exemplo. Mare sunt illi, qui in mundo sunt, lucra sequentes in multis angustiis, & tribulationibus, & periculis, qui valdè sunt *Rom*. 12. diligentes ad ea, quæ habent facere procuranda. Clerici autem torpidi in bonis operibus. a Populus verò meus,] vanæ gloriæ, cum æterna ex eis possent haberi bona, id est, mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis. Vel contra eos loquitur, qui sub admonitione veritatis multa falsa contra fidem docent.

● Obstupescite cœli

A *a* Obſtupeſcite cæli,] quaſi, quantum eſt ſcelus, quod ſi poſſet fieri, cœlum deberet admirari. *b* Et portæ eius.] Loquitur Metaphoricè, ſicut aliquis ſtans in porta videns aliquod nefarium, & ſuſtinere non valens, claudit portam, vel recedit à porta, quaſi tantum eſt ſcelus, quod ſi eſſent portæ in cœlo, & viderent, clauderentur præ indignatione, vel aliquis de eis recederet ſi eſſet meis, & videret. Vel per cœlos, & portas, Angeli maiores, & minores intelligũtur, quia omnes deberent indignari ſuper peccatis talibus. *Deuter.* 32.a. Audite cœli, quæ loquor, audiat terra, &c. quaſi ſuper hoc totus mundus obſtupeſcat. *Rom.* 8.d. Omnis. n. creatura ingemiſcit, & parturit ſuper hoc. *c* Duo enim mala] Iudaicus. *e* Me dereliquerunt,] a cultu meo recedendo, hoc eſt vnum.

a obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & *b* portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus. *c* Duo.n.mala fecit *d* populus me⁹ *e* Me dereliquerunt *f* fontẽ aquæ viuæ, & *g* foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas, *h* Nunquid ſeruus eſt Iſraël, *i* aut vernaculus? *k* Quare ergo factus eſt in prædam?

f Fontem aquæ viuæ,] id eſt, qui ſum fons aquæ viuæ. *g* Et foderunt,] idolis adhærendo, hoc eſt ſecundum, quaſi me dereliquerunt pro idolis, qui ſum incomparabiliter eis melior, ſicut fons aquæ viuæ melior eſt ciſternis diſſipatis; comparat autem ſe Dominus fonti aquæ viuæ, quia in eo omne, & ſemper refrigerium inuenitur; inſuper, & potantibus vita æterna præſtatur. Item ſicut fons aquæ viuæ, & ſi nunquam aquas recipiat ab extrinſeco, ſufficientes tamen de ſe præbet, ſic Dominus in omni bono, & gaudio ſibi eſt ſufficiens, etſi ei ab hominibus, nunquam ſeruitium, vel honor impendatur. Idola autem ciſternis comparat, quia nihil ſunt, niſi eis ab hominibus impendatur cultus, ſicut ciſterna nihil valet, niſi ab extrinſeco aquas recipiat. Quas etiam diſſipatas vocat, quia quantulumcumque hic honor eis impendatur, retinere eum non poterunt, ſed perdetur cum cultoribus ſuis. Vel ideò ſunt ciſternæ diſſipatæ, quia in cultoribus eorum nulla ſapientia, nulla virtus eſt: ſimiliter nec in idolis. Vndè *Abac.* 5.d. Ecce iſte coopertus eſt auro, & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius. Item ab illis idolis nullum refrigerium auxilij, vel conſilij habere poterant, me relinquentes, qui ſum fons indeficiens. *Pſal.* 35. Apud te eſt fons vitæ. *Ioan.* 4.b. Qui biberit ex hac aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. *Pſal.* 67. Benedicite Dominum de fontibus Iſrael, *Iſa.* 51.a. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. *Eccl.* 24.d. Ego quaſi fluuius Dorix. *Iſa.* 41. c. Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes, ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Mirum eſt ergo, quòd me dereliquerunt ac ſi inſufficientem reputarent, cum tamen dicatur. Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.

Pſal. 36. *g* Et foderunt ſibi.] Hoc faciunt qui congregant ſibi merces in ſaccum pertuſum, quia auarus impleri non poteſt. Hæc eſt ciſterna vetus, quæ nunquam impletur aqua. Similiter.

d Populus meus,] id eſt, clerici faciunt [duo mala.]

De Clericis. *e* Me dereliquerunt,] id eſt, qui ſum eis ſufficienter miniſtrans aquam ſapientiæ ſalutis, id eſt, ſacram Scripturam, deſerunt. *g* Et foderunt ſibi,] id eſt, acquirunt ſcientias in quibus non eſt vera ſapientia, ſed fœtida, & immunda, vt ſunt ſcientiæ lucratiuæ. Vel. *d* Populus meus,] id eſt,

De Prælatis. Prælati. Me dereliquerunt malè viuendo.

e Et foderunt ſibi,] peruerſo exemplo alios corrumpendo. Vel.

d Populus meus,] id eſt, clauſtrales *e* Me dereliquerunt] id eſt, qui ſum refrigerium omnium tentationum, à me

De Clauſtralibus. non petierunt auxilium in tribulationibus. *g* Et foderunt ſibi,] id eſt, corda ſua temporalibus conſolationibus, quæ replere, & durare non poſſunt, cumulare voluerunt. Primum fit, quando in tentationibus oratio faſtiditur. Secundum eſt, quando pro iiſdem mitigandis iocoſis verbis, & inutilibus diſſolutionibus vacatur. Sed cùm ſecundùm Aug. peccatum ſit ſpreto incommutabili bono, bono commutabili adhærere, videtur, quòd hæc non ſint duo mala, ſed vnum, ſcilicet, Deum derelinquere, ciſternas fodere. Sol. In veritate vnum ſunt, ſed dicit Iudæos feciſſe duo peccata, quia non ſolùm dereliquerunt cultum Dei, ſed illum deſeruerunt, & idolis adhæſerunt, & in vtroque peccauerunt, ſcilicet, cultum eius deſtruendo, & idolis ſeruiendo. Vndè derelinquere hic ſumitur pro peccato dimiſſionis, fodere pro peccato idololatriæ. Super hoc enim dicit cœlos obſtupeſcere. Elementa enim ad compatiendum ſuo Creatori immutantur. Vndè *Sap.* 5.b. Pugnabit cum illo orbis terrarum, &c. *Sap.* 56. d. Creatura tibi factori deſeruiens, &c. Vel.

a Obſtupeſcite cœli] Cœli, id eſt, viri contemplatiui, qui cœlicam vitam ducunt. Vel cœli, id eſt, Prælati per quos itur in regnum cœlorum, valdè de hoc dolere debetent. 2. *Cor.* 11.g. Quis infirmatur, &c. *inf.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, &c. *h* Nunquid ſeruus eſt Iſrael, &c.] Quidam de decem tribubus iam captiuatis hoc exponunt, quaſi diceret Dominus, Nunquid decem tribus captiuatæ ſunt pro ignobilitate, quia, ſcilicet, ſeruilis conditionis ſunt? Nunquid fuerunt de Cham, quia eius filius, id eſt, Chanaam ſeruus factus eſt? quaſi dicat non, immò de Abraham libero fuerunt, ſicut, & vos, & ſicut eis non peperci, ſic nec vobis parcam. Sed meliùs de duabus tribubus exponitur, quaſi diceret, Dominus Non propter ignobilitatem veſtram, ſed propter duo prædicta mala captiuabimini. Vndè. *h* Nunquid ſeruus eſt Iſrael,] i. duæ tribus quaſi non ſeruus emptitius? *i* Aut vernaculus,] i. filius ſerui natus in domo Domini ſui? quaſi dicat, neutrum eſt. Propter hunc locum Iudæi in ſuperbiam elati ſunt, dicentes. *Ioan.* 8. d. Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam. Non attendentes, quod omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. *k* Quare ergo factus

A eſt,] id eſt, ab hoſtibus prædandus eſt, ex quo non. *Moral.* Vel totum expone de futuro, licet dicatur præteritum Prophetali certitudine. Sic diabolus animas per peccatum redigit in ſolitudinem, vt non habeant Deum habitatorem ſuum. Vndè. *h* Nunquid ſeruus,] quaſi quomodo *De hominibus Chriſtianis.* Chriſtianus fectus eſt ſeruus peccati, qui verè liber erat, quia eum Filius liberauerat, vt *Ioan.* 8.e. Si ergo Filius vos liberauerit, &c. *i* Aut vernaculus,] id eſt, Clerici quos *De Prælatis.* liberaui à labore manuum, à timore exercituum, ab exactione talliarum. Et ideò rectè minatur Dominus, videns multos Clericos, qui tonſuram debitam, quæ ſignum eſt triplicis prædictæ libertatis, quam habent, abiecerunt, Vel [Iſrael,] id eſt, Prælatus, [nunquid eſt ſeruus?] *De Clericis.* Quare timet exequi iuſtitiam Eccleſiaſticam propter timorem ſui, vel parentum de potentia ſæculari? Vnde filij Ephraim intendentes, & mittentes arcum comminationis, ſc. in die belli, id eſt, Prælati noſtri fructificare in tempo *Pſal.* 77. ralibus plus quam in ſpiritualibus intendentes, pro culpa ſubditorum arcum ſententiæ, vel excommunicationis in ipſos dirigere timore comminationis eorum, quia verentur illi ſibi, vel parentibus, non audent, & ideò conuerſi ſunt, ſuam ſententiam retinentes, Item, [Nunquid ſeruus eſt, i. Religioſi quos ab omni ſollicitudine mundana abie- *De Religioſis.* ceram, quare iterum redeunt ad vomitum, de temporalibus magis ſolliciti, quam vnquam ante, & quam laici? *Geneſ.* 49 c. Iſachar aſinus fortis, id eſt, religioſus, qui portat Crucem continuè in pelle, & ſignum in carne, accubans inter terminos, id eſt, in religione, quæ eſt media inter cœlum, & mundum, vel inter ſpem, & timorem, vidit requiẽ, quòd eſſet bona, quam, putauit ſibi acquirere diuitias acquirendo; & terram vicini ſui, quod eſſet optima, id eſt, fertilis, & ſibi vicina, ſtatim ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factúſque eſt tributis ſeruiens. Ecce ſeruitus prædicta. *k* Quare ergo factus eſt,] id eſt, ſæcularis quare eſt in prædam Regum, & Principum, & bedellorum? quia alios iniuriatus eſt malè acquirendo. Vndè *Iſa* 33.a. Væ, qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? Similiter. [Quare factus eſt,] Iſrael, i. clericus in prædam leonis diaboli, ſc. quia fera factus eſt, capillaturam ſuam contra ſtatuta canonum creſcere faciendo, & ideò venatio Dæmonum factus eſt, *Iſa.* 34. c. Occurrent Dæmonia Onocentauris, & piloſus clamabit alter ad alterum, i. diabolus ad Clericum comatũ. Item, quia factus eſt Onager, i. animal luxurioſiſſimũ, vxoribus vicinorum, & cognatis proprijs nõ parcendo. Vndè *Eccl.* 13. c. Venatio leonis Onager in eremo Similiter. [Quare] Iſrael, i. Prælatus, [factus eſt in prædam] ſc Cardinalium, & Legatorum Romanorum, quia ſacrilegium committunt, vt dicit *Hieron.* res pauperum detinentes, & ideò iuſtum eſt, vt res eorum, imò furta eorum & ſacrilegium, ad Eccleſiam, quæ eſt mater omnium deportentur, & quod noluerunt patiri pauperibus, diuitibus Cardinalibus impertiantur. Similiter. [Quare,] Iſrael, i. religioſus, [factus eſt in prædam,] ſcilicet, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Archidiaconorum, quia ipſi de Anathemate Iericho per proprietatem furati ſunt, & ideò iuſtum eſt, vt ad Ioſue, qui typum gerit Prælatorum, furta abſcondita reportentur. Item quia, qui ſolitarij eſſe deberent in ſiluis, diſcurrunt tanquã mercatores per omnes nundinãs, & curias, & negotiationes illicitas, & ideò inueniũtur in talibus, vt feræ capiuntur, & interficiuntur. Vndè 1. *Mach.*

a est, ex quo non pro seruitute, intelligendum est, quod pro peccatis prædandus est. *a* Super eum rugierunt,] id est, Principes gentium, Sennacherib, Nabuchodonosor, qui dicuntur leones, quia cum impetu venerunt, sicut leo cum rugitu ad prædam. Vndè vocantur leones rugientes, id est, crudeles, & prædantes. Dicit autem [rugierunt,] in præterito, quia iam multotiens particulariter vastati erant. Vel dicuntur rugientes, conuocantes alias nationes ad veniendum, scilicet, ad destructionem Iudæorum, vel quis comminabantur Iudæis. Vel, [Quare factus est, &c.] quasi in proximo est, vt fiat eorum destructio. *c* Et dederunt vocem suam,] clamantes ad prælium, vel læti de prædæ adeptione, vel in subsannatione Iudæorum. *d* posuerunt terram eius,] quia non poterat fructificare terra tempore exercitus. *f* Ciuitates eius,] id est, Iudææ, quæ circa Ierusalem erant. *g* Et non est.] Multæ enim aliæ cum Ierusalem in

a Super eum *b* rugierunt leones & *c* dederunt vocem suam, *d* posuerunt terram eius in *e* solitudinem *f* Ciuitates eius exustæ sunt, & non est, *g* qui habitet in eis. Filij *h* quoque *i* Mëpheos, & Thamneos *k* constuprauerunt te vsque *l* ad verticem. Nunquid non *m* istud factum est tibi, quia *n* dereliquisti Dominum Deum tuum eo *o* tempore quo ducebat te per viam? Et nunc *p* quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Et *q* quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis?

Moral. Iudæa tunc vastatæ sunt. * vlt. c. interfectus fuit Simon in Doch, quod interpretatur sollicitudo. *a* Super eum rugierunt leones,] similiter super laicum, Principes, & bedelli crudeliter opprimendo.

c Et dederunt vocem suam,] falsi iudicij, vt ab ipsis emendas habeant. *Isa.* 10. a. Væ, qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, scilicet, falsa iudicia sigillando vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum. *d* Posuerunt terram eius,] quia rapiunt equos, & boues, vt non possint pauperes terram suam excolere. Vel

De Clericis. *a* Super eum,] id est, clericum. *b* Rugierunt leones.] Dæmones crudeles, vsque ad interitum non parcentes. *c* Et dederunt, &c.] cogitationes multas, & immissiones malas suggerendo, vel cum eum, quasi bouem ad victimam trahunt, de luxuria, scilicet, in gulam trahendo eum, vel è conuerso.

d Posuerunt terram eius,] eum inutilem reddendo ad bona opera, vel ad studium *Psal.* 106. Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. *Ioan.* 2. a. Quasi hortus voluptatis terra, &c. scilicet, florens bonis cogitationibus, frondens verbis honestis, & exhortationibus, fructificans bonis operibus, sed post eum solitudo deserti, quia per peccata prædictis bonis priuatur.

De Prælatis. *f* Ciuitates eius,] id est, consilia talium ad quæ confugiebant pauperes consumpta, sunt igne peccati. Similiter. *a* Super eum,] id est, Prælatum. *b* Rugierunt leones,] id

De Religiosis. est, Legati Romani, qui sunt Domini mundi, sicut Leo Rex animalium. *c* Dederunt vocem suam,] pro eo in Curia allegando.

d Posuerunt terram eius,] id est, Episcopatum. *e* In solitudinem,] id est, in excommunicationem, nisi faciat, quod habeant salarium ad voluntatem suam. *f* Ciuitates eius,] igne cupiditatis.

g Et non est,] quia ipsi ab illis prædati, statim deprædantur villas suas, & homines suos, vnde subditi sub eis habitare refugiunt, vnde, & villæ eorum interdicunt. Similiter. *a* Super eum,] id est, religiosum.

b Rugierunt leones,] id est, Episcopi, Archidiaconi, officiales, & socij eorum, eos falsis, & sæpè veris criminibus accusando, vt ab eis pecuniam trahant, vel procurationes super eos faciendo, vel inquisitiones.

d Posuerunt terram eius, id est, Abbatiam. *e* In solitudinem,] priuando eam omni bono spirituali, & temporali, quia sæpè omnia bona eius expenduntur, quæ dat Abbas ne deponatur.

f Ciuitates eius,] quia tunc conuentus dissoluitur, & dispergitur, & religio. *Isa.* 1. b. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni. *h* Filij quoque, &c.] Hic ostendit à quibus primo cultum idololatriæ acceperunt, scilicet, ab Ægyptiis. Et ponit hic duas maximas ciuitates Ægypti, vt per illas totam Ægyptum det intelligere. Vel quia maximè in his viguit idololatria super omnes ciuitates Ægypti, Dicit ergo. *h* Filij,] id est, habitatores.

Ad literam. *i* Mempheos, & Thamneos,] id est, harum duarum ciuitatum. *k* Constuprauerunt te vsque ad verticem,] i. per totum contaminauerunt te idololatria. Causa enim fuerunt illi, & exemplum deturpationis Israel per idololatriam. Vel. *l* Vsque ad verticem,] quia & Sacerdotes, & maiores, & omnes Principes etiam idololatria polluti sunt per eos, sicut, & alij minores *Isa.* 1. b. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Vel exprobrat hic illis, quia illi in quibus habebant fiduciam, scilicet, Ægyptij tributarios fecerunt eos. Quando enim occisus est a Pharaone Nechao, Iosias, vt habetur 4. *Reg.* 23. g. Pharao, & Ægyptij imposuerunt eis tributum. Vndè *h* Filij Mempheos, & Thamneos] Ægyptij, scilicet, in quibus confidebas. *k* Constuprauerunt te vsque ad verticé,] id est, subiecerunt seruituti, non solùm minores tuos, sed etiam maiores, quare hoc permisit Dominus, quod etiam, & verticem occiderunt, scilicet Iosiam, & Ierusalem ceperunt, quæ est vertex totius terræ. *m* Nunquid non istud,] quod idolis pollutus es.

Al. ! Scor.

n Quia dereliquisti Dominum Deum tuum] magis confidens de eorum protectione quam de ipso, aliter enim non permisisset vos Deus tantis criminibus pollui. *o* Eo tempore quo ducebat te per viam,] id est, per desertum. Ibi enim vitulum adorauerunt Vel.

Mysticè. *m* Nunquid non istud, scilicet, quod factus est tributis seruiens. *n* Quia dereliquisti Dominum Deum tuum,] per peccatum idololatriæ. *o* Eo tempore,] i. ostendebat per Prophetas quomodo eum sequi deberes? Mysticè, per verticem, fideles mentis, vel Synderesis, vel ratio significatur. Cum enim in peccatis contra mores est homo, in membris corrumpitur. Cum enim fidem perdit, vel in sensum reprobum cadit per errorem, tunc vsque ad verticem constupratur. Vndè dicit Ieronymus per *Ezech.* 1. quod sæpè Synderesis præcipitatur, scilicet, dum eius imperium à ratione non perficitur.

Moral. Moraliter. Memphis interpretatur ex ore, siue os eius. Hi aduocati sunt, qui toti sunt in verbis. Thamnes interpretatur deficiens, vel consummatio eorum vel numerans, vel fidelis. Hi sunt vsurarij, qui benè sciunt numerare pecuniam, qui semper deficiunt quanto plus habent, quia semper auarus eget, qui sunt fideles, i. patientes in longa expectatione, sed sunt consumptio eorum quibus accommodant. Hi duo hodie destruxerunt Ecclesiam, maximè Abbatiarum. Vel, [Thamnes,] mandatum humile. Hi sunt mali Theologi, propter quorum peccata hodie mandata Domini despiciuntur. *l* Vsque ad verticem,] quia hæc peccata sunt in Prælatis Ecclesiæ. *Isa.* 19. b. Stulti Principes Thamneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens. *m* Nunquid non istud,] non obediendo mandatis eius. *Isa.* 1. b Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt Sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Et post pauca subdit. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ sunt igni, regionem vestram coram vobis alieni in conspectu vestro deuorant, quia propter debita Monachorum, vel Ecclesiarum metunt vsurarij segetem eorum. Et Derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, i. sicut vmbraculum custodis vineæ, & parua domus custodia cucurbitarum post collectionem relinquitur, sic sola relinquitur Abbatia, quando fructus temporales desunt. *p* Et nunc, quid tibi vis in via

Ad literam. Ægypti, vt bibas aquam, &c.] i. quare facis talia propter quæ captiuaueris, & descendas in Ægyptú vbi bibas aquá Nili, quæ est turbida? Vndè vulgata editio habet Geon, quod idem est, quod Nilus. *q* Et quid tibi cum via Assyriorum, &c.] i. quare facis talia vnde oportet captiuari à ⊙ Chaldæis, vt bibas

Moral. Moraliter. *n* Et nunc quid tibi in via Ægypti, &c.] id est, in discursu ad Romam propter litigationes vbi est mœror, & tenebræ, quia sapientes ibi muneribus sæpè obcæcantur. Similiter in múdo non est, nisi mœror, & tenebræ, cuius aqua turbida, i. delectatio mundi, cuius claritas continue fluit, sed fœditas peccati, vel reatus manet. Vel hæc est scientia sæcularis, quæ non nisi de terrenis est, & ideò turbida est. Sed in sacra Scriptura est claritas, de qua *Psal.* 11. Argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum, i. ab omni terreoitate separatum. Sed *Isa* 8. b. Abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, i. doctrinam Filij ad nos missa, quæ ab omni pompa remota est, & assumpsit magis Rasin, & filium Romeliæ. Rasin interpretatur pictura, vel varietas, quia huius mundi scientia veritatem scientiæ non habet, sed falsam similitudinem, nec est ibi veritas, sed multitudo opinionum. Romelias interpretatur fugans, vel fumans laborantes. *q* Et quid tibi cum via, &c.] id est, arrogan-

* tium, id est, superborum

a Chaldæis, vt bibas aquam Euphratis, qui est fluuius Assyriorum? quasi dicat, in tanta vilitate abieris, vt non bibas aquam de puteis, vel vinum, sed de paludibus. Dicitur autem facere illud, scilicet, vt bibat has aquas, sicut dicitur puero, tu facis hoc, vt verbereris, id est, propter hoc verberaberis, vel tu facis hoc ac si velles verberari.

a Arguet te malitia tua, & b auersio tua c increpabit te. d Scito, & e vide, f quia malum, & g amarum est reliquisse te Dominum h Deum tuum, & i non esse timorem eius apud te, dicit Dominus k Deus exercituum. A l sæculo m confregisti iugum meum, n rupisti vincula mea, & dixisti: o Non seruiam. In p omni enim colle sublimi, & sub q omni ligno frondoso tu r prosternebaris f meretrix. t Ego autem plantaui te vt vineam † electam, u omne semen verum: x Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum y vinea aliena?

a Arguet te malitia tua,] id est, captiuabunt te peccata tua, quia pro illis captiuaberis. Vel, [Arguet te, &c.] id est, pœna quam sustinebis pro eis. b Et auersio tua,] id est, pœna pro auersione à Deo. Vel.

Isa.5.a. *Al.* Soreth.

a Arguet te malitia tua,] id est, conscientia. b Et auersio tua à me, id est, pœna pro auersione. c Increpabit te,] id est, increpabilem ostendet. d Scito, & vide,] quasi dicat recogita, & tunc videbis, vel certissimè scies hoc, scilicet. f Quia malum,] propter culpam.

g Et amarum est] propter pœnam. h Reliquisse te Dominum Deum tuum,] id est, à cultu eius recessisse.

i Et non esse timorem eius apud te] quod patet, quia idolis de quibus præceperam tibi, ne ea adores, adhæsisti.

k Dicit Dominus Deus exercituum:] qui timendus est, etsi eum non timeas. Absentia enim timoris est principium omnis mali, quia *Psal.35.* timor Domini principium est sapientiæ, & sic omnis boni. Vndè *Psal.9.* Non est timor Dei ante oculos eius. Et ideò inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Vel.

d Scito:] quoad damnum. e Et vide:] quoad pœnam, quæ facit peccatum cauere. Vndè *Osea* 2.b. Sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos.

f Quia malum, scilicet, laborasse in vanum. g Et amarum] perdidisse bonum, vel præmium, sed pessimum offendisse Deum. Et ex his. a Arguet te malitia tua] quando expensis, & laboribus propter eam perditis iam dolebis confusus. Arguit autem malitia ex seipsa, scilicet, propter damnum, propter pœnam inde consequentem, propter eius turpitudinem propter eius crudelitatem. Vndè dicit *Eccles.21.* a. Quasi à facie colubri fuge peccatum, &c. *Rom.8.* a De peccato damnauit peccatum in carne. Et *Ioan.16.* b. Arguet mundum de peccato.

Moral. • tium, id est, superborum, quod faciunt qui honorum ambitiosi sunt, & diuitiarum. Aqua fluminis est delectatio carnis, vel mundi, quæ fluunt in mare amaritudinis æternæ. Vndè *Eccl.1.* b. Omnes aquæ intrant mare. *Isa.7.c.* Sibilabit Dominus muscæ quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api quæ est in terra Assur, id est, peccatori in mundo instabili, & in extremo voluptatum habitanti, inspirabit, scilicet vocans ad pœnitentiam, quia in his fluminibus mergit diabolus omnes masculos. *Exod.1.d.*

Ad litteram. l A sæculo, &c.] quasi non de nouo incœpisti hoc agere, quod facilius posset sustineri, sed iam diu est. Vndè hic arguit eos a peccati diuturnitate. Et loquitur ad eos sub persona meretricis.

l A sæculo,] id est, ab antiquo.

m Confregisti iugum meum,] matrimonij, scilicet, quod erat inter me & te, vel fœderis, vel iugum legis. n Rupisti vincula mea,] id est, præcepta quibus te constrinxeram ne peccares. Vel: [Rupisti vincula mea,] id est, quibus ligata eras. Et hic arguit eos à facilitate peccandi, quasi, facilis fuisti, & impetuosa ad peccandum, sicut ille qui non potest tandiu expectare quòd soluatur eius vinculum nisi illud rumpat. Arguit etiam eos ab industriâ peccandi non ex ignorantiâ. Vndè.

Moral. o Et dixisti Non seruiam:] scilicet, facto dixisti, etsi non verbo, quòd non seruies Domino. Sic potest dici monachis. l A sæculo confregisti iugum meum:] scilicet, postquam non fuisti puer. Quamdiu enim sunt pueri sub magno iugo sunt regularis disciplinæ, sed postquam iam non vocantur pueri, non ita iugo subduntur. n Rupisti vincula mea: quotiens per inobedientiam Prælati peccasti. *Osea* 11. b. In funiculis Adam traham eos, i. in præceptis iuris naturalis, in vinculis charitatis, id est, in consiliis, vel præceptis in Euangelio superadditis.

o Et dixisti. Non seruiam:] quia non solum verbo inobediens fuisti, sed & facto. O quam multo melius, vt expectemus quod Dominus in fine a nobis soluat hæc vincula, quam nos ante mortē ea soluamus vel rumpamus tanquam furiosi qui nec vinculis possunt teneri. Tunc enim dicemus *Psal.114.* Dirupisti vincula mea. Vndè solutis, scilicet, iam vinculis: tibi sacrificabo hostiam laudis. p In omni enim colle sublimi,] Hoc dicit, quia in excelsis montibus immolabant. Vndè sæpè dicitur de Regibus 3. & 4. *Reg.* Verumtamen excelsa non abstulit. *Ad literam.*

q Et sub omni ligno frondoso] propter refrigerium, & placentiam vmbræ. r Prosternebaris,] id est, idolis seruiebas, quod est prosterni. f Meretrix,] quasi ita viliter sicut prosternitur meretrix omnibus transeuntibus. Vel eam meretricem vocat, quia viro relicto, id est, Deo viuo, idolis quasi adulteris adhærebat.

Mysticè. Hoc faciunt, qui pollere quærunt in scientia sæculari, quæ per excelsos montes, & in pulchra, & composita eloquentia, quæ per frondosas arbores designatur, relictâ sacra Theologiâ, quæ est vera animæ sponsa. Vel ad literam, multi fornicantur in locis virentibus, & amœnis. *Sap.2.* b. Nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra. *Ioan.4.* g. Filius Reguli infirmabatur Capharnaum, quod interpretatur in villa fortitudinis, vel consolationis, quia pulchritudo creaturarum multos facit fornicari. t Ego autem plantaui te vineam electam.] Loquitur de populo quasi de vinea, improperans ei beneficia patrum quos non est imitatus, id est, de bonis palmitibus, sicut de plantatura electa te feci, id est, de bonis patribus. Alia litera habet: Ego te plantaui vineam Soreth, quod est locus vbi sunt optimæ vineæ. Vel secundùm alios est genus optimæ vitis, quasi dicat, Plantaui te de optimis patribus, quasi de optimis palmitibus, & electis. *Mysticè.*

u Omne semen verum] plantaui in te, scilicet, primos patres, vt Abraham, Isaac, Iacob, & alios.

x Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum?] quasi dicat, mirùm est quod facis fructum prauum, cùm de tam bonis plantata fueris.

y Vinea aliena,] supple facta es, quasi non es illa, id est, talis qualem plantaui. Hanc ergo vineam duas tribus vocat, de qua *Isa.5.* b. Vinea Domini exercituum domus Israel est, & viri Iuda germen eius delectabile. *Septuaginta:* Quomodo mihi versa es in amaritudinem vitis aliena? *ibid.* a. Cantabo dilecto meo in cornu filio olei, id est, in loco vberi. Hoc canticum lugubre est. Vndè *Luc.19.* f. Videns Dominus ciuitatem fleuit super eam. Causa autem fletus ibi subditur: Expectaui vt faceret vuas, fecit autem labruscas.

Sic Mysticè. Religio, vinea electa fuit in primis religiosis. Hanc Dominus muniuerat fossâ humilitatis, & paupertatis, & muro patientiæ, & ædificauit in ea turrem, scilicet, charitatem, & putauit eam per iuges confessiones, vel macerationes. Ibi etiam erat torcular regularium obseruantiarum. *Mysticè.*

x Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum vinea electa?] Quia exterminauit eam Aper de silua, scilicet, per gulam, & luxuriam, quæ in Apro significantur, quod est animal immundum. Singularis ferus depastus est eam, id est, per proprietates bursarum, vel voluntatum destructa est maceria eius per impatientiam. Cecidit turris charitatis, dum omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, quia propria communibus anteponunt. Perditus etiam est sarculus confessionis, dum sapiunt eis carnalia, & desipiunt æterna. Repleta sunt fossata paupertatis, & humilitatis, quia diabolus apportauit aggerem ad capiendam munitionem, id est, multitudinem temporalium, vt dicitur *Abac.1.c.* Hæc est vinea aliena, quia de manu Naboth Iezraelitæ, transiuit in dominium Achab, vt dicitur 3. *Reg.21.* id est, de manu Christi ad manum diaboli. Naboth enim interpretatur prophetans. Christus enim fuit vir Propheta potens in opere, & sermone. Ipse Iezraëlita est, quod interpretatur seminans, scilicet, mundum semine verbi per se, & Apostolos. Achab interpretatur frater patris, hic est diabolus qui voluit esse frater patris, id est, similis Altissimo. Benè ergo facta est aliena. Vndè *Thren* 4. a. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora: Qui enim bibebant vinum clarissimæ intelligentiæ, iam bibunt potum aquæ turbidæ Ægypti, id est, voluptatis quæ turbida dicitur, quæ secundùm *Greg.* imaginem non reddit, quia mortis memoriam tollit. Vndè *Thren.1.c.* Sordes eius in pedibus *Psal.79.* *Philip.2.c.* *Luc.24.c.*

eius, id est, in affectibus, nec recordata est finis sui. Similiter bibunt aquam Assyriorum, quæ ad literam est Euphrates, qui significat fructificationem in temporalibus.

Ad litteram. a Si laueris te, &c.] Redarguit hic quosdam de Iudæis qui credebant se iustos propter opera quædam quæ faciebant de genere bonorum. E Et nota quod Nitria, vel India, quædam est regio, vbi cùm pluit in æstate, est vehementia caloris, & humor statim consolidatur in modum lapidis, vel crystalli, solidatum dicitur nitrum, quod postea teritur in puluerem, & ponitur in aqua loco cineris. Et illa aqua optima est ad lauandum vestes, quia tenacissimas sordes purgat. Vndè super illud *Prou.* 25. c. Acetum in nitro qui cantat carmina cordi peruerso, dicit *Gloss.* quod nitrum dicitur à Nitria regione, quæ fortè idem est quod India, nec multum vt dicitur à specie salis distat, quia sicut feruor Solis salem coficit in litore maris, vt induretur aqua marina in petrosam naturam, sic ibi fit ex pluuia æstiua, vt dictum est. Vndè.

Si a laueris te nitro, & b multiplicaueris tibi herbam Borith, c maculata es iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus. d Quomodo dicis, non sum polluta, e post Baalim non ambulaui? f Vide vias tuas in g conualle, h scito quid feceris. Cursor i leuis k explicans vias † suas, l Onager assuetus in solitudine, in m desiderio animæ suæ n attraxit ventum amoris sui. o Nullos auertet eam. Omnes p qui quærunt eam non deficient, in q menstruis eius inuenient eam.

Al. † tuæ.

a Si laueris te nitro:] quod optimè sordes abluit.

b Et multiplicaueris tibi herbam Borith:] quâ coniunctâ aquæ, optimè sordes abluuntur. Borith enim Hebræum vocabulum est, & nomen est cuiusdam herbæ, quæ valdè purgatiua est pannorum.

c Maculata es iniquitate tua coram me,] id est, in peccatis tuis in conspectu meo, licèt munda videaris per hypocrisim in conspectu hominum. *Septuaginta* habent Herbam fullonum, quæ nascitur in locis virentibus, & humidis in Palestina regione, quæ vim habet ad abluendas sordes. Dicit autem hic *Ieron.* quòd leuia peccata leuiter purgantur, peccata verò grauia quæ ad mortem trahunt, nec nitro, nec herba Borith dilui possunt. Ipse autem dicit, quòd per nitrum, & herbam Borith intelligitur pœnitentia. Contra *Ezech.* 18. f. Quacunque hora, &c. Solutio. Opera exteriora pœnitentiæ non sufficiunt ad remissionem criminis cùm deest in homine interior motus contritionis, qui solus potest delere peccatum. Vndè sumitur hic pœnitentia pro motu eius exteriori. Vel etiam dicit, quia aliqui habent aliqua peccata ita tenacia quod nulla pœnitentia eis iniuncta potest illa delere, nec possunt ita conteri quòd illa dimittantur nisi ægritudo adueniat, vel excommunicatio. Et hæc vocat *Ieron.* grauia tormenta, quibus dicit reseruanda esse hæc peccata, quibus non sufficit nitrum, vel herba Borith.

d Quomodo dicis, non sum polluta, &c.] quasi frustra iactas munditiam, cum sequaris idololatriam.

e Post Baalim non ambulaui] ipsi sacrificando. Baal, & Baalim, idem sunt in diuersis linguis.

f Vide vias tuas] quasi, si excusare te vis, considera quid feceris.

g In conualle.] scilicet, filiorum Ennon, vbi coluisti Baal, quia ibi erat planum eius *Septuaginta*. Vide vias tuas in Poliendion, quod interpretatur sepulchrum multitudinis. Locus est quidam pulcherrimus iuxta Ierusalem vbi sacrificabant traiicientes filios suos per ignem in illa valle. Et loquitur sicut si diceretur adulteræ neganti adulterium, vide domum illius vetulæ vbi in adulterio deprehensa es. Quod autem illa vallis dicitur sepulchrum multitudinis, hoc dicitur per anticipationem, quia postea ibi interfecta est maxima multitudo idololatrarum.

h Scito quid feceris:] quasi dicat, cogita quomodo idola ibi coluisti, & filios tuos per ignem Tophet traiecisti.

i Cursor leuis explicans vias suas, &c.] Ostensa grauitate peccati eorum, vbi dixit: [Si laueris te nitro] ostendit desiderium peccandi, comparans eam capreæ, quæ velociter currit ad pascua, & Onagro quod est animal impatiens libidinis, & quando est in summo ardore aperit os suum in supercilio montis, vt ventum percipiat, per quem discernit in qua parte sit animal quod gestit, & multum delectatur in illo vento. Sic Iudæi libenter confabulabantur cum illis à quibus ritum idololatriæ acceperant, vel accipere volebant, in quibus verbis quasi in vento delectabantur inueniendo nouam idololatriam. Vndè dicit.

i Cursor leuis] id est, caprea, vt dicit *Gloss.*

k Explicans vias suas,] id est, citissimè percurrens, quasi tu es sicut caprea pertransiens vias citò propter pascua, sic sæpè discurristi propter idololatriam. Hic est [suas] vel [tuas] & est idem sensus [Explicans vias suas,] scilicet, in campo lato quas habet implicitas, dum in silua manet. l Onager assuetus, &c.] id est, in feruore concupiscentiæ animalitatis suæ. n Attraxit ventum amoris sui] ad discernendum animal quod gestit. Sic toto impetu & desiderio libidinis in omnium idolorum amorem serues. Vndè. o Nullus auertet eam] sicut Onager non potest auerti a sua libidine. p Omnes qui quærunt eam non deficient] quin inueniant eam in idololatria, sicut publica meretrix semper inuenitur in prostibulis, quasi, non laborabunt in quærendo, quia citò inuenient

q In menstruis eius inuenient eam.] Hic redarguit eos de impudentia. Valdè enim impudens est mulier, quæ etiam

A tempore

Mysticè. Mysticè. a Si laueris te nitro, &c.] Per nitrum & Borith quæ sordes valdè abluunt, austera pœnitentia intelligitur. Et conuenit religiosis, qui etsi multa austera patiantur in ieiuniis, & obseruantiis aliis, tamen quia non faciunt ex amore, sed tantùm timore, vel non propter Deum, sed propter apparentiam. Tales sunt maculati in conspectu Dei, licèt appareant mundi in conspectu hominum. Nihil enim potest mundare animam, nisi solus Deus, & ideò cum non est Deus in conspectu hominis, *Psalm.* 9. Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Ipse enim solus est ignis conflans, & mundans argentum, & purgat filios Leui, vt dicitur *Malach.* 3. a. Vndè *infrà* 17. b. Sana me Domine, & sanabor. *Psalm.* 50. Lauabis me, & super niuem dealbabor. Quod est contra illos qui magnam pœnitentiam faciunt in mortali.

d Quomodo dicis, non sum polluta:] Contra illos qui dicunt larga conscientia se non peccare cum famam appetant, vel fauorem. Baalim enim idem est quod superior.

f Vide vias tuas in conualle,] quasi humiliter considera peccata tua, & confitere, non excusa, sed magis accusa, vt veniam merearis. *Ecclesiast.* 21. a. Fili peccasti, non adiicias iterum, sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur; quasi dicat, si peccasti non inuenias excusationem, sed magis per orationem impetra diuinam misericordiam. Vel,] Vidè vias tuas in conualle,] id est, in Christo humiliato interiùs, & exteriùs Si quis ergo vult fieri mundus, comparet opera sua isti conualli. *Thren.* 3. e. Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum *Psal.* 140. Absorpti sunt, id est, reputant se absorptos, & nihil esse, iuncti petræ iudices eorum, id est, Christo comparati.

i Cursor leuis,] quia vir [illegible] lenta, vitium impetuosum, vt dicit Seneca; *infrà* 8. c. Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi equus in impetu vadens ad prælium: Et ideò corruunt, & nesciunt vbi, vt dicitur *Prouerb.* 4. d. Hoc etiam faciunt illi qui tota die vadunt Romam, qui diligunt mouere pedes suos, & Domino non placent, vt *infrà* 18.

l Onager assuetus in solitudine,] id est, monachus tædio affectus in religione.

m In desiderio animæ suæ,] id est, pro desiderio suæ animalitatis implendo.

n Attraxit ventum amoris sui] inania appellationis, vel cuiuslibet vani operis.

o Nullus auertet eam,] quia pro nullo dimittet appellationem, quia non curat quantumcunque expendat, dummodo discurrat, & impleat quod vult. p Omnes qui quærunt eā non deficient,] non erit in Curia ostiarius, vel aduocatus qui non habeat de suo. q In menstruis eius inuenient eam.] Menstruum venit ex superfluitate, & immundum est, & significat superfluas concomitationes somariorum, & sociorum quos ducunt ad Curias per immundas comessationes. Vel, [In menstruis eius,] id est, in peccatis laicorum, quibus etiam hodie peiores sunt monachi. Hoc etiam exponitur de fornicariis ad literam. Onager enim est agrestis asinus, quia ita in voluptate ligati sunt, quod omnis sensus rationis, & sciētiæ Dei in eis euacuatus est, & obscuratus, omnis enim libido nō nisi in ventre est, & propter breuitatem, & propter varietatem, quia sine fructu est, propter verborum dexteram vanam, & deceptoriam simulationem. Vndè *Prou.* 7. c. Irretiuit eū multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum: Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam. De talibus dicitur [Cursor leuis.] Vndè ibidem dicitur: Gar-

O rula,

a Prohibe pedem tuum à nuditate, & gurtur tuum à siti. Et dixisti: b Desperaui, c nequaquam faciam. Adamaui quippe alienos, & d post eos ambulabo. e Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, sic f confusi sunt g domus Israël, ipsi & h Reges eorum, Principes & Sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum, i dicentes k ligno. l Pater meus es tu, & m lapidi, tu n me genuisti. o Verterunt à me tergum, & non faciem, & in p tempore afflictionis suæ, dicent: q surge, & libera nos. r Vbi sunt dij tui quos fecisti tibi? s Surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ. Secundùm t numerum quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda. u Quid vultis mecum iudicio contendere? Omnes x dereliquistis me, dicit Dominus. y Frustra percussi filios vestros, disciplinam non z receperunt. a Deuorauit gladius vester Prophetas vestros.

a tempore menstrui adulteratur. a Prohibe pedem tuum à nuditate, &c.] Ironia est. q. d. Dominus, fac si potes, vt non captiueris, & caueas mala quæ facturus sum tibi, quæ captiuis solent accidere [Prohibe pedem tuum à nuditate, &c.] Ad litteram enim captiui sæpe, & famem, & sitim, & nuditatem, & similia patiuntur. Vel est admonitio, i. non facias ea propter quæ faciã te, vel nudis pedibus, vel sitire, vel esurire, & huiusmodi. Et loquitur per similitudinem. Solent enim mariti spoliare vxores, & facere eas ieiunare, vt corrigantur ab adulteriis suis & comminantur eis talia mala si adulterauerint.

F b Et dixisti. Desperaui.] Respondet quasi adultera irata, quæ quando improperatur ei peccatum suum, & monetur redire ad virum suum, accipit quandoq; occasionem non redeundi ab alio, dicens. Ego in tantum eum offendi, quòd de cætero non haberem pacem cum eo, & ex quo ita est, non reuertar, sed faciam quod voluero. Vndè sequitur. — *Esa.32.f.*

c Nequaquam faciam. Adamaui, &c.] quia intantum deliqui quòd non possem Domino reconciliari. Hoc autem dicit, non quia ita sentiat, sed quia non volt redire, quasi ex hoc accipiens velamen malitiæ. [Nequaquam faciam,] i. non redibo propter minas tuas.

d Et post eos ambulabo] idola colendo.

e Quomodo, &c] quasi dicat Dominus. Quia non vis idola dimittere, ex hoc accidet tibi confusio, & ignominia. Vndè:] Quomodo confunditur fur quando deprehenditur:] in facto. f Sic confusi sunt:] i. in proximo est, vt confundantur. g Domus Israel,] i. duæ tribus. *Isaia* 1 g. Confundentur ab idolis quibus sacrificauerunt, & erubescetis super hortis quos elegeratis. h Ipsi, & Reges eorum, &c.] i. & maiores, & minores, quasi communis erit omnibus confusio. i Dicentes:] i. quia dicebant. k Ligno:] i. idolo ligneo. l Pater meus es tu] quasi procurans mihi omnia bona.

m Et lapidi,] i. idolo lapideo. n Tu me genuisti] quasi multa bona mihi fecisti. Sicut dicitur de aliquo diuite qui ditauit alium, ille fecit totum eum. Hæc omnia idola inuenerunt Chaldæi destruentes ea in domibus illorum, vnde maximè coram illi confusi sunt, sicut cum latro furtum suum portat super collum suum, maximè confunditur cum sic ducitur ad suspendium.

o Verterunt ad me tergum, & non faciem,] i. contempserunt me conuertentes se ad idola. — *Esai.18.e.*

p Et in tempore afflictionis,] i. captiuitatis [suæ dicent. — *Esai.18.e.*

q Surge, & libera nos,] quia tu dormis in captiuitate nostra, quasi multum audacter peterent auxilium. Quem enim per beneficia non senserunt, per tormenta sentient, quia vexatio dabit intellectum auditui. *Psalm.9.* Cognoscetur Dominus iudicia faciens. Et subdit quid eis respondeat Dominus. r Vbi sunt Dij tui quos fecisti tibi] quasi pete ab eis auxilium, non à me. s Surgant & liberent te, &c.] Irrisio est. Bene autem deberent te liberare, quia plures sunt. Vndè sequitur. t Secundùm numerum quippe ciuitatum, &c.] Vel hoc dicit ne excusent se, quòd non debeant omnes puniri; quasi dicerent, imò, quia in omnibus ciuitatibus eorum fuerunt idola, vnde omnes debent puniri.

Mysticè. O rula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, Nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. a Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti,] i. à peccato, quod facit nudum, & sitire. De primo *Apoc.16.c.* Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Calceamenta fiunt de pellibus mortuis, i. de exemplo Sanctorum, quæ calceamenta habere iubentur Pascha comesturi. *Exod.* 12. b. Ergo facta præcedentium recolamus, & non erunt grauia quæ sustinemus. Vel de cogitationibus mortis. Vndè *Cant.* 7. a. Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia Principis, i. quam pulchra opera tua in memoria finis. Guttur prohibetur à siti, i. à cupiditate, & æstu temporalium. Sicut febricitans, quanto plus bibit, tanto plus sitit; sic qui congregat temporalia magis, & magis appetit. Vndè *Ioan.cap.4.b.* Qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum. *Ieron.* Cupiditas habita famem, non satietatem parit. Sicut ergo infirmus pro consideratione infirmitatis debet potum restringere, sic peccatorum sitim consideratione mortis. Vndè *Ieron.* Facilè contemnit omnia qui semper se cogitat moriturum. Vel [à siti] doctrinæ. Vndè *Isaie* 5. d. Captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. e Quomodo confunditur fur, &c.] Confundantur monachi, quando inueniuntur eorum proprietates, quæ in veritate furta sunt. Similiter fures sunt, & latrones, qui pauperum bona diripiunt, vt vsurarij Prælati, qui metunt temporalia, nec seminant spiritualia. Similiter in Iudicio apparebunt peccata cuiuslibet coram iudice, ac si essent suspensa ad collum. *Thren.* 1. e. Conuolutæ sunt, & impositæ iniquitates meæ collo meo, infirmata, est virtus mea. *Psalm.*52. Confusi sunt quoniam Deus spreuit eos, *inf.* 20. c. Confundantur omnes qui persequuntur me, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur. o Verterunt ad me tergum, &c.] Sic apostatant multi à Religione, sed postea pudore, & fame compulsi redeunt, misericordiam postulantes, dicendo. q Surge, & libera nos] *Zach.* 8. c. Auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerunt, ne audirent legem. — *In prolog. Biblia.8.* — *Deut.32.e.* — *Infrà 12. e.*

r Vbi sunt Dij tui, &c. Hoc potest dici multis Prælatis qui ponunt confidentiam in Cardinalibus, & Episcopis, facientes eos sibi amicos de Mammona iniquitatis, sed quando depositi sunt, illi sunt qui magis nocent. *Deut.32.* e. Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam? Vndè *Ecclesiast.* 6. a. Est enim amicus secundùm tempus suum, & non permanebit in die tribulationis.

t Secundùm numerum quippe ciuitatum, &c.] id est, secundùm diuitiarum multitudinem erit vitiorum multiplicatio. *Osea* 4. d. Secundùm multitudinem eorum sic peccauerunt. *Psalm.* 4. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt, scilicet, in peccatis. — *Ad litteram.*

u Quid vultis, &c.] quasi ita patet omnibus quòd dereliquistis me, quod non potestis vos excusare. Vel sic: [Quid vultis mecum iudicio contendere,] quasi dicentes non debere omnes puniri, imò, quia. x Omnes dereliquistis me.] Stultum est cum Deo contendere, i. se de peccato excusare, cum Deus eum accuset. Vndè *Psalm.* 142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. *Iob* 25. a. Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo? [Omnes dereliquistis me?] *Psalm.* Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Et ne fortè dicant quòd pœnituissent, si correxisset eos, subdit. — *Psalm.13. & 51.*

y Frustra percussi filios vestros] quasi correxi eos, vt plagis filiorum discretis quod austeriori medicamine essetis medicandi. Frustra dico, quia. z Disciplinam non receperunt,] quasi plagas receperunt, sed non disciplinam, quia non inde correcti sunt, Filios autem vocat ciuitates Iudææ, quæ iam omnes ferè vastatæ erant à Sennacherib: vnde debuissent cogitare, iam Sodomitæ puniti sunt, qui minus quàm nos peccauerunt, quia templum habemus iuxta nos, vnde magis puniemur, nisi pœniteamus. a Deuorauit gladius vester Prophetas vestros,] quasi correxi vos, sed vos disciplinam non recepistis, sed interfecistis Prophetas ad vos missos. Ideò dicit [vestros,] sicut Isaiam, & Zachariam filium Barachiæ, & etiam Ieremiam, vt *Matth.* 23. d. Ierusalem, Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Vel [deuorauit gladius vester, &c. i. meritis vestris interfecti sunt Prophetæ vestri, scilicet, pseudo, sicut Prophetæ Baal quos interfecit Helias. 3. *Regum* 18 g. Et Hieu. *quarto Regum decimo* c. Dicit autem *Gloss.* Gladius vester, nõ meus. Sed vel hoc intelligitur de pœna inflicta, aut de infligente. Si de primo, nonne *Amos tertio* b. Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecit? Si de secundo, nonne *Isaia decimo* b. Væ Assur virga furoris mei. Solutio *Ezech* 18. e. Non est voluntatis meæ mors impij, quasi non meæ absolutè, sed coactè Sicut quòd ipsi interficiebant Prophetas bonos, non fuit voluntatis Dñi, sic quòd similiter interficiebantur illi pseudo

à Domino non fuit, scilicet, voluntatis eius simpliciter, sed quasi coactus hoc permisit. Vndè *Thren.* 3. d. Non humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum: Intelligitur hoc de infligente pœnam, scil. de Nabuchodonosor. Vndè. *a* Quasi Leo, &c.] Eliptica est oratio, vnde est supple quod quasi Leo vastatur scil. sic vastatur generatio vestra ab hostibus, & tamen vos in scelere vestro permansistis, in quo apparet, & Dei magna misericordia, quod per aliorum pœnam voluit vos reuocare, sicut coram magno Leone corripitur leunculus, & sic corripitur Leo magnus, & magna vestra stultitia, qui nec sic correcti estis.

Al. † vastator.

a Quasi leo † *b* vastatur generatio vestra. *c* Videte verbum Dñi. *d* Nunquid solitudo factus sum Israëli, *e* aut terra serotina? *f* Quare ergo dixit populus meus, *g* recessimus: non *h* veniemus vltra ad te? *i* Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui, *k* aut sponsa fasciæ pectoralis suæ?

Psal. 34. Dissipati sunt, nec compuncti. *Psal.* 88. Destruxisti eos ab emundatione, i. a tribulatione, quæ deberet eos mundare, *infr.* 6. g. Frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Vndè potest exponi sic alio modo, & sine suppletione. *a* Quasi Leo, &c.] i. sicut Leo corripitur ab hominibus, & fugatus ne capiat prædam redit; sic generatio vestra a Prophetis corripitur per minas, & tamen in malo perseueratis. Ideo *Ezech.* 16. c. Zelus meus recessit a te; non irascar tibi in perpetuum. *Osea* 4. c. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ. Vel sic puncta: (Gladius vester Prophetas vestros deuorauit quasi Leo,) i. crudeliter, i. sicut Leo vastare solet, auidissimè prædam repertam lacerat, & propter hoc *b* Vastator,] i. vastabitur generatio] vestra. Alia *littera* habet. [Quasi Leo pugnator generatio vestra,] i. generatio vestra semper remanet crudelis, & iã illa capta, & destructa omnes aliæ nationes contra eam insultauerunt quasi contra Leonem, vel Lupum, sicut Leoni, & Lupo omnes ex omni parte insidiantur quando vident eos, quia rapiunt oues. Et hæc insultatio ponitur. *Amos* 4. d. Quomodo, si eruat Pastor de ore Leonis duo crura, aut extremum auriculæ, sic eruentur filij Israel qui habitant in Samaria. *a* Quasi Leo, &c.] Sic etiam Ecclesia modò quasi ab omnibus circumquaque impugnatur, sicut nauicula Petri circumquaque ab omnibus marinis fluctibus. *c* Videte verbum Domini.] Hic improperat eis beneficia fertilitatis terræ, quam dedit eis, quasi, intelligite, quæ dicam, vel quæ feci vobis. *d* Nunquid solitudo, &c.] i. terra, quæ nullum facit fructum. *e* Aut terra serotina:] quæ interpolatum facit fructum ab anno tertio in tertium, vel quartum? quasi non dedi eis terram sterilem, nec interpolatè ferentem, sed continuè fertilem. Vel.

d Nunquid solitudo, &c.] quasi dicat, videtur quòd ego sim vobis quasi terra sterilis, aut quæ rarò portat fructum, quia sicut talis terra inuitè habitatur, & colitur, sic vos dimisistis meum cultum, *Sept.* pro [serotina] habent, plena sentibus. Talis enim terra ideo relinquitur, quia pauci eam inhabitant sic; Iudæi cultum Dei reliquerant, quia pauci illum tenebant, & multitudinem hominum in idololatria sequebantur. Contra illud *Exod.* 23. a. Non sequeris turbam ad faciendum malum, quasi nunquam cultus meus inutilis, & infructuosus est, quòd, scilicet, cultoribus meis nunquam retribuam præmium, vel non continuè tribuo subsidium. *g* Quare ergo, &c.] quondam [meus.] *g* Recessimus] a cultu tuo. *h* Non veniemus, &c.] colendum, vel adorandum. Sic enim dicebant desperantes, quasi vltra non reuertemur ad Dominum ex quo semel a cultu eius recessimus. Sic non potest dicere aliquia obediens Domino, quod sit Deus terra sterilis ei. Vndè *Psalm.* 18. In custodiendis illis retributio multa. *Tob.* 4. d. Multa bona habebimus si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

i Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui:] quasi dicat, Virgo non libenter obliuiscitur annulum, & alia ornamenta desponsationis suæ, vt placeat sponso cui debet tradi nuptui, quæ tamen parua sunt respectu mei. *k* Aut sponsa fasciæ pectoralis suæ,] i. vittæ ligantis mammillas, scilicet, cum iam desponsata est, cui iam mammillæ crescunt, vt decenter defluant, quasi dicat, Dominus, si tu oblita es ornamenti legis quod tibi dedi, & timoris mei quo deberes te restringere ne deflueres in peccata. Vndè.

l Populus verò meus,] qui tamen eram ornamentum eorum, & fascias ligans, & custodiens eos.

m Oblitus est mei,] i. qui in infinitum sum pretiosior omnibus operibus, & omnia quæ desiderantur non valent mihi comparari: *Prou.* 3. b. *n* Diebus innumeris,] i. multis. Vnde aggrauat peccatum à diuturnitate. *Ephes.* 5. f. Sic Ecclesia sponsa Christi est, non habens maculam, neque rugam, scilicet, mortalium peccatorum, quoad militantem, vel venialium, vel alicuius corruptionis, quoad triumphantem.

l Populus verò meus *m* oblit⁹ est mei *n* diebus innumeris. *o* Quid niteris bonam ostendere viam tuã ad *p* quærendam dilectionẽ, quæ insuper & *q* malitias tuas *r* docuisti vias tuas, & in *f* alis tuis inuẽt⁹ est sanguis animarũ pauperũ, & innocentũ? Non in *t* fossis inueni eos, sed in *u* omnibus quæ supra

Ioan. 3. d. Qui habet sponsam sponsus est, Per fasciam pectoris sapientia, vel intelligentia doctrinę sacrę significatur, per cætera ornamenta virtutes animæ. Vndè Sacerdotibus in lege dabatur pectusculum eleuationis, & armus separationis, quia hi sunt qui præcipuè debent pollere in doctrina, & vita. Vndè & rationale superhumerali iungebatur: *Exod.* 28. Diligenter ergo debet quilibet se ornare, vt possit placere tam magno, & nobili viro, vel sponso, qui etiam est ornamentum ipsius sponsæ, quando traducetur in amplexus sponsi, scilicet, in gloria. Vndè *Isaia* 28. b. In illa die erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertũ exultationis residuo populi sui. Sed non traducetur in amplexus eius, qui non placuit. 1. *Cor.* 10. g. Ego per omnia omnibus placeo. *Ioan.* 8. d. Quæ placita sunt illi facio semper.

o Quid niteris bonam ostendere viam tuam.] Hoc dicit contra quosdam hypocritas de Iudæis, qui propter exteriora bona quæ faciebant, promittebant sibi impunitatem.

p Ad quærendam dilectionem,] quasi ad placandum me.

q Quæ insuper, & malitias tuas,] i. super & vltra malitias quas faciebas.

r Docuisti vias tuas,] i. peccata tua alios. Vel hæc dictio, [malitia] appositiuè construitur cum hac dictione (vias.] Sic [Insuper docuisti vias tuas,] i. peccata tua, quæ non solùm fecisti, sed ostendisti. Vias dico [malitias tuas,] i. quæ sunt malitiæ tuæ, quasi non solùm peccasti, sed secundùm vias malitiosas aliis vicinis ciuitatibus ostendisti. Vel [Vias tuas docuisti malitias,] i. malitiosè in eis ambulasti, & alios malitiosé docuisti. Talis doctor sedet in cathedra pestilentiæ.

f Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentum,] i. in tuis Principibus qui alios regere, & protegere deberent, inuenta est substantia pauperum quam in sudore, & sanguine animæ acquisierant, quia bona eorum rapiebant. Vel ideo dicitur substantia sanguis, quia est vita hominis pauperis. Vndè qui rapit eam, rapit vitam, vnde homicida est. *Ecclef.* 34. d. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Ibidem: Qui offert sacrificium de substantia pauperis, quasi qui victimat filium in conspectu patris. Vel. [In alis tuis,] i. in manibus tuis: ad litteram, quia homicida es immolando filios tuos, & traiciendo per ignem. Vnde *Isaia* 1. d. Manus vestræ plenæ sunt sanguine. Vel duæ alæ sũt potestas sæcularis, & corporis fortitudo, quibus mali verberant, & spoliant pauperes. Vel alas Ierusalem vocat vicinas ciuitates, quarum ipsa est Metropolis, & quæ ad eam pertinebant. Sanguis animarum pauperum, i. rapina vicinorum pauperum suorum. Deprædabantur enim vicinos suos exemplo, & fortitudine Ierusalem, vel sanguis effusus, quasi vos effudistis sanguinem ô vos Ierosolymitæ, alarum vestrarum, i. hominum in ciuitatibus vobis vicinis habitantium. Vel alæ Prælati sunt diuitiæ, & potestates eius: Per diuitias debent defendere subditos suos a paupertate: Per potestatem, ab inimicorum impugnatione. Sed è contra eos expoliant & conculcant. *Osea* 4. d. Ligauit eum spiritus in alis suis, i. diabolus ne per diuitias releuent paupertatem eorum, vel per potestatem eos defendant. *Zach.* 5. d. Duæ mulieres egrediebantur, & spiritus in alis earum, & habebant alas quasi alas Milui.

t Non in fossis inueni eos:] quasi non occultè, sed apertè peccauerunt. *Isaia* 3. b. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt. Vndè sequitur.

u Sed in omnibus, &c.] quasi sub omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso. *Isaia* 57. b. dilexisti stratum eorum manu aperta, quasi dicat, apertè homicidia perpetrabant. Vel.

t Non in fossis inueni eos,] id est, interfectos in abscondito illos quos interficiebas. *u* Sed in omnibus quæ supra, &c.] quia si inuenirentur illi interfecti in fossis, possent

possent se excusare, dicentes. Benè licuit eos nobis interficere, quia latrones erant, inuenimus enim eos in fossis, quia lex concedit occidi furem de nocte perfodientem domos. Sed iniustè occidistis eos, & de hoc sum testis, quia non inueni eos in occultis locis. *a* Et dixisti. Absque

memoraui. Et dixisti; Absque *a* peccato, & innocens ego sum, & *b* propterea auertatur furor tuus à me. Ecce *c* ego iudicio contendam tecum, *d* eo quòd dixeris, non peccaui. Quàm vilis *e* facta es nimis, iterans vias tuas. Et *f* ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. *g* Nam & ab ista egredieris, & *h* manus tuæ erunt super caput tuum, quoniam, obtriuit Dominus *k* confidentiam tuam, & nihil *l* habebis prosperum.

CAP. III.

m Vlgo dicitur: Si *n* dimiserit vir vxorem suã & recedens ab eo *o* duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid non *p* polluta, & contaminata erit mulier illa? Tu *q* autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen *r* reuertere ad me, dicit Dominus:

peccato, &c.] Iacebant enim se iustos in respectu decem tribuum, & ideo non debere puniri.

b Et propterea, &c.] Malum est peccare, peius est peccatum factum manifestare, sed pessimum ipsum defendere, & se innocentem reputare, quod faciunt excusantes se. Et ideò dicit *Psalm.* 140. Non declines cor meũ in verba malitiæ,
A &c. Et ideò qui dicebas te non iustè puniri.

c Ecce ego iudicio, &c.] quasi iudicio iusto non potẽtia te puniã.

d Eo quod dixeris, &c.] vt prius *Ier.* Maius peccatũ est peccatum factum non lugere, siue excusare, quam peccatum illud prius fecisse.

e Quam vilis facta es nimis, &c.] i. sæpe reiterans peccata. *Psalm.* 82. Disperierunt in Endor, quod interpretatur fons generationis. Hi sunt qui generationem peccati semper habent in fonte, quia sunt semper in principio peccandi. Et ideo facti sunt vt stercus terræ. *Isaia* 57. b. Humiliata es vsque ad Inferos, in multitudine viæ tuæ laborasti, nec dixisti, quiescam.

f Et ab Ægypto, &c.] Quandoque Iudæi, vt impetum Ægyptiorum declinarent, fugiebant ad Assyrios, qui nihil profuerunt eis. Ab Ægyptiis enim victi sunt: vt dicitur. 4. *Reg.* 23. f. Quod patet in occisione Iosiæ à Pharaone Nechao. Rursus autem, vt iram Assyriorum fugerent, ad Ægyptios confugiebant, sed non minus victi sunt ab eis, vt patet *inf.* 44. g. Increpantur vero, quia spem ponunt in homine, quasi dicat, sicut confidens in Assyriis decepta es, sic confidens in Ægyptiis.

g Nam & ab ista egredieris,] i. à confusione Assyriorum quæ iam facta erat tempore Prophetæ huius, & illa quæ de Ægyptiis erat futura. Vel [egredieris] à confœderatione cum Ægyptus facta spe frustrata in quibus tantùm confidebas, Cum enim iuissent in Ægyptum, sic credentes euadere manus Nabuchodonosor, postea venit ibi Nabuchodonosor, & eos destruxit cum Ægyptiis.

h Et manus tuæ erunt super caput tuum] quasi pones manus tuas super caput tuum præ dolore. Vndè sicut Thamar corrupta ab Ammon sparsit super caput cinerem, & manus supra posuit, vt dicitur 2. *Reg.* 13. d. Vel quia hoc est, nihil facietis, i. nihil contra hoc poteritis facere. *i* Quoniam obtriuit Dominus,] i. citò destruxit, vel citò destruet. *k* Confidentiã tuam) quam in aliis à me posuisti. *l* Et nihil habebitis prosperum.] Mali enim nihil prosperum habent in virtute, licet opinentur se esse in prosperitate. Amisso enim Deo, nihil in veritate prosperum est.

Moral. Moraliter. Ægyptus sunt diuitiæ quæ sunt mœror, quia spinæ sunt. *Matth* 13. c. Multi ergo confidunt in Ægypto, i. in diuitiis. Item multi in Assyriis, i. in scientiis suis. De primis dicitur *Isaia* 31. a. Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium. *Et.* 30. a. Erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam. *Psalm.* 19. Oculos suos statuere declinare in terram. Ideo non est mirum si diuitiæ sunt eis tenebræ, quia sunt sicut talpæ. De secundis *infr.* 10. c. Stultus factus est omnis homo à scientia sua.

h Et manus tuæ erunt super caput tuum.] Hoc facit homo quando magnos ictus patitur super caput suum. Sic continuè in Inferno venient ictus super damnatos, & vndique patebunt ictibus, nec ab eis poterunt se protegere. *Luc.* 16. g. Circundabunt te vallo inimici tui, & ad terram, coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te In hoc notatur omnium malorum præsentia quæ inerit tibi. *l* Et nihil habebis.] In hoc omnium bonorum absentia. *Iob* 30. c. Nihil remanebit de bonis eius, cum satiatus fuerit arctabitur, & æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.

EXPOSITIO CAP. III.

Vlgo dicitur, &c.] In hoc tertio capitulo loquitur ad duas tribus metaphoricè, quasi vir zelotypus de vxore sua, quæ ipso relicto se vni, vel pluribus copulauit, quam nunc blandiendo, nunc comminando ad se nititur reuocare. Diuitur autem hoc cap. in quinque partes. In prima ostendit Dominus clementiam suam in hoc, quòd vir vxorem suam in adulterio deprehensam non recipiat, ipse tamen duas tribus de adulterio conuictas blandè reuocat. In secunda parte, vt magis erubescant, ad considerationem suorum operum exhortatur, *ibi.* [Leua oculos tuos.] In tertia parte facit comparationem inter duas tribus, & decem, ostendens eas grauius peccasse quam decem, quia cum vidissent decem tribus pro peccatis suis captiuatas fuisse, non tamen emendauerunt se, & quia in loco sancto idola coluerunt, vnde vocat duas tribus aduersatricem Israel, & duas tribus præuaricatricem Iuda, quod grauius est, *ibi*: [Et dixit Dominus ad me.] In quarta parte dirigitur sermo ad duas, & ad decem tribus, & earum reuersio prædicitur, non quòd decem tribus sint reuersæ, sed aliqui de illis, *ibi* [Vade & clama.] In quinta ostendit quomodo datá licentiá redeundi á Cyro, illi de duabus tribubus inierunt consilium cum illis qui de decem tribubus eis fuerant captiuati, quando vel qualiter redirent, *ibi*: [In diebus illis ibit domus Iuda, &c.] Dicit ergo. *m* Vulgò dicitur:] i. in vulgari locutione. *n* Si dimiserit vir vxorem suam, & recedens ab eo,] sc. mulier per adulterium *o* Duxerit virum alterum, nunquid reuertetur ad eam vltra] vir? *p* Nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa?] Hebræi habent, terra illa, per quod innuitur, quod de terra Israel loquitur, quæ adulteræ mulieri comparatur, quia à vero sponso recessit per idololatriam se copulans idolis. De hoc *Deut.* 24. Cum vxor à viro suo egressa duxerit virum alterum, & ille postea oderit illam, & dederit ei libellum, dimiseritque eam de domo sua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem, quia polluta & abominabilis facta est coram Domino. Quod & intelligitur hoc modo, nisi illa honestè inceperit conuersari, & de peccato pœnituerit, & tunc misericorditer debet eam recipere maritus. Et hoc potest dici mysticè contra quosdam hæreticos, qui tempore Ieronymi erant, qui cum non auderent prædicare publicè suam hæresim, veniebant ad simplices Sacerdotes, & sub falsa humilitate confitebantur peccata sua, quasi vellent redire ad pristinam fidem Ecclesiæ. Sed ipsi hoc faciebant, vt cautè simplices ad suam hæresim traherent. Dicebant enim, mihi aliquando visum est de tali sacramento sic sentire propter has & has rationes, & maximè, quia ille magnus ita dixerat. Si ergo viderent Sacerdotem dubitare super hoc apertè, assererent, si autem arguebantur, dicebant ei se consentire: Tales reuera non recipit Dominus. *q* Tu autem fornicata es cum amatoribus multis,] i. idolis quasi fornicariis. *r* Tamen reuertere ad me, dicit Dñs, &c.] In primo ergo ostenditur nobis exemplum iustitiæ. In secundo exemplum pietatis, & misericordiæ quá plures fornicatores suscipiet pœnitentes, in quo respondetur, cum peccantibus Dominus ex tanta pietate compatiatur, quanta sit nostra ingratitudo, & nostra improbitas in peccatis perseuerare. Non enim cessat Dñs à peccatis nos reuocare: Et ideo vt dicit hic *Gregor.* tanto grauiori improbitate Dñs à nobis contemnitur, quanto contemptus adhuc vocare non dedignatur. Vndè *Isaia* 30. e. Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audiẽt verbum post tergum monentis. Et *Cant.* 6. d. Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te, scil. oculo illo quo respiciens Petrum fleuit amarè. *Matth.* 26. g. Et quo vidit Matthæum sedentem in teloneo, in cuius aspectu ille subitò perfectè conuersus, ita vt ad vnum verbum, scilicet, sequere me, relictis omnibus sequebatur eum. *Matth.* 9. a. Est enim Dominus, vt caladrius positus ante infirmum; si oculos in illum dirigat, signum est sanitatis futuræ, si autem auertat, signum est futuræ mortis. Hæc pietas notatur in illo patre, qui filium prodigum reuertentem blandè, & lætanter suscepit: *Luc.* 15. d. Inde est quòd Dominus voluit crucifigi habens faciem ad Occidentem, & Crux adhuc portatur in Ecclesiis, vt ostendatur quòd pro peccatoribus ad occasum æternum tendentibus passus est Dñs. Vndè *Zachar.* 1. a. Conuertimini

ad me, & ego conuertar ad vos. *a* Leua oculos tuos in directum,] i. ô tu Ierusalem circumspice huc, & illuc. *b* Et vide vbi nunc prostrata sis,] i. quomodo tu colis idola per quæ fornicaris à Deo.

c In viis sedebas expectans eos :] Iudæi Phana Baal faciebant in biuiis vbi erat concursus populorum, vt sic plures inuitarent ad idololatriam, sicut meretrix, ibi sedet, vt plures decipiat. *d* Quasi latro] occidens eos spiritualiter per inductionem ad idololatriam, sicut latro occidit corporaliter. Quod sic iunge. [Quasi latro, &c.] quia sicut solent latrones iuxta vesperam in desertis locis viatoribus insidias parare. sicut in biuio sedebas colens idola, vt ad hoc inuitares transeuntes, & sic spiritualiter interficeres, vbi nos habemus [quasi latro] in Hebræo habetur, quasi Arabs, quia gens illa latrocinijs valde dedita est, scilicet, gens Arabum, vnde descendentibus de Ierusalem in Iericho obsidet vias, & parat insidias, quia in via illa est desertum, sicut habetur *Luc.* 10.e.

a Leua oculos tuos in directum, & *b* vide vbi nunc prostrata sis. In viis *c* sedebas expectans eos quasi *d* latro in solitudine, & *e* polluisti terrã in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis. *f* Quamobrem prohibitæ sunt † stellæ pluuiarũ, & *g* serotinus imber nõ fuit. *h* Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. *i* Ergo saltem amodo *k* voca me, pater meus, *l* dux *m* virg. meæ tu es. *n* Nunquid irasceris in *o* perpetuũ, aut *p* perseuerabis in finẽ?

B

Al. † stillæ.

e Et polluisti terram, &c.] i. malo idololatriæ tuæ. De hoc *Osea* 6.c. Galaad ciuitas operantium idolum supplantata sanguine, & quasi fauces virorum latronum, particeps Sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem.

f Quamobrem prohibitæ sunt, &c.] i. tantum est peccatum tuum quòd etiam iumenta tua interfecta sunt præ siccitate, & terræ sterilitate. Vndè. [Quamobrem prohibitæ sunt, &c.] i. pluuiæ quæ in stellarum constellatione abundant. Sunt enim stellæ signa pluuiarum, vnde maiores sunt circa Septembrem. Vel ibi est [stillæ.] De quibus *Iob* 36.d. Qui aufert stillas pluuiarum & effundit imbres ad instar gurgitum.

g Et Serotinus imber non fuit] de quo magis dolent in terra Palestinæ cum deficit. Dicitur imber serotinus, qui venit ad maturandum fruges, temporaneus autem dicitur, qui venit iactis seminibus, qui si deficit, nihil valere potest temporaneus. Vel stillas pluuiarum vocat Doctores, & Prædicatores, qui debent esse ignei per charitatem, & zelum, clari per intelligentiam, & exemplum, fixi per æternorum contemplationem, lumine doctrinæ mundum illuminantes. Vndè *Matth.* 5.b. Vos estis lux mundi. Vndè *Apoc.* 6.c. Factus est Sol niger, sicut saccus cilicinus. Quia vita Prædicatoris in conspectu Dei fulgens, despecta videtur in conspectu mundi. Vel expone in malo de malis Prædicatoribus. Vndè *infr.* 4. f. Aspexi cœlos, & non erat lux in eis, qui erũt Sol in patria, quia Sol de die lucet. Per diem autem patria æterna intelligitur. Sed modò sunt stellæ, quæ de nocte lucent, quia tenebras mundi, verbo, & exemplo debent illuminare, quod est pluuiis doctrinarum mundum irrigare. Sed.

f Prohibitæ sunt stellæ pluuiarum,] quia propter peccata populi sæpe fit, vt Dominus claudat ora Prædicatorum. Vndè *Ezec.* 3.g. Erit tacens non quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. *Isai.* 5.b. Mandabo nubibus, vt non pluant super eos imbrem. Vel.

f Prohibitæ sunt stellæ pluuiarum,] quia Prælati qui debent esse illuminatores, & irrigatores Ecclesiæ, potius errores seminant, & per exemplum suum alios corrumpunt. Vndè alia littera habet. Habuisti pastores multos in offensionẽ tui. Quod & Dominus permittit propter peccata populi. Vndè *Iob* 34. d. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. *Amos* 4. b. Ego prohibui à vobis imbrem cùm adhuc superessent tres menses vsque ad messem.

g Et serotinus imber non fuit,] i. gratia per quam fructificat, & maturescit semen boni propositi, vel bonæ voluntatis in nobis, vt crescat in opus, vel perfectionem. Temporaneus autem imber est gratia operans, vel liberans voluntatem, vt bene velit. Hæ duæ alæ sunt quibus volat mulier in desertum pœnitentiæ. *Apocal.* 12. d. Hæ sunt duo vbera sponsæ. *Cant.* 4.b.

Mysticè. *a* Leua oculos tuos in directum :] quasi super omnia transitoria leua oculos cordis, ad consideranda æterna. Vndè *Psalm* 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram, i. quasi de hoc pactum fecerunt, quia tales cum inferno fecerunt pactum, vt dicitur *Isaia* 28. d. Hi habent oculos talpæ, quæ non quærit nisi terram. Vel, [in directum :] i. intentionem referas ad Deum. *Gregorius.* Distorti non nisi ad regulam corriguntur. *Cant.* 1.b. Recti diligunt te. *Ezech.* 1. Pedes eorum pedes recti, & ideo quocunque ibat spiritus, ibant animalia, & rotæ simul.

c In viis sedebas expectans eos, quasi latro, &c.] Ad litteram exponitur hic de meretricibus. *Prou.* 7.b. Considero væcordem iuuenem qui transit per plateas iuxta angulum, & propè viam domus illius graditur in obscuro, aduesperante die, in noctis tenebris, & caligine; & ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad capiendas animas, garrula, vaga, quietis impatiens. Ideo dicitur *Ecclesiastic.* nono b. Noli circumspicere vias ciuitatis, nec aberraueris in plateis illius. Vel. [Expectans eos,] id est, Dæmones, vt exponatur hoc de præuenientibus tentationes diaboli, & quasi illis occurrentibus, vt cum eis vadant, & se associent ad faciendum malum. *Thren.* 1.b. Abierant absque fortitudine ante faciem subsequentis.

h Frons mulieris meretricis facta est tibi, &c.] Hoc respecit ad hoc quòd ipsa dixerat se esse innocentem, & absque peccato, & ad hoc quod flagellauerat, & tamen non recepit disciplinam, imò nec erubuit, imò quia magis in hoc peccabat quod sua scelera denegabat. Dic ergo, [Frons mulieris meretricis, &c.] quæ verecundiam omnem amisit, vt quæ dicuntur mulieres viæ, quæ omnibus se exponunt nullum erubescentes. Quod & potest dici de omni homine qui in peccatis suis gloriatur. *Ezech.* 16. b. Exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres. *Ibid.* c. Fecisti tibi lupanar, & ædificasti tibi prostibulum in cunctis plateis, ad omne caput viæ ædificasti tibi signum prostitutionis tuæ. Sic isti publicè, & inuerecundè adorabant idola sua. *Isaia* 48. a. Sciui quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. *Ezech.* 3.b. Omnis quippe domus Israel attritâ fronte est, & duro corde. Hi sunt peiores Dæmonibus, qui vt dicitur, de aliquibus vitiis erubescunt tentare homines, vt dicitur *Ezech.* 16 g. De filiis Palestinarum quæ erubescunt in scœleribus Ierusalem.

i Ergo saltem) etsi ampliùs non vis facere.

k Amodo voca me, pater meus,] scilicet, creatorem.

l Dux] qui doceo quomodo ab errore tuo debeas recedere.

m Virginitatis meæ tu es] in patribus, qui idola non coluerunt, quasi antequam idola colerem, fuisti dux virginitatis meæ. Ipse enim animas eorum, & omnium fidelium despondet amplexibus suis. 2. *Cor.* 11. a. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Debet autem eum homo vocare patrem, non tantùm ore, sed & corde, & opere, quia non omnis qui dicit mihi : Domine, Domine, intrabit in Regnum cœlorum, vt dicitur *Matth* 7.c. Nec omnes qui dicunt Pater noster ore, sunt eius filij, sed si quis eum timet, & reueretur filiali reuerentia, secundùm illud *Malach.* 1.b Si ego pater vbi honor meus; si ego Dominus vbi timor meus? Item qui eum imitatur secundùm possibilitatem suam, tanquam filius patrem 1. *Cor.* 11.a. Estote imitatores mei, sicut & ego Christi, secundùm illud *Ioann.* 8. e. Si filij Abrahæ estis, opera eius facite. Item qui eius disciplinam patienter patitur. Vndè *Hebr.* 12. b. Castigat omnem filium quem recipit : Si ergo extra disciplinam estis, &c. Hæc tria faciunt hominem Deum vocare patrem suum. Tertium est dux virginitatis, quando virginitas & alia bona quæ facimus per quæ ei desponsamur, ipsi soli attribuuntur. Hoc autem congruè potest dici de illis qui in peccatis suis perseuerant. [Amodo saltem] satis peccasti, modò quiesce. 1. *Petr.* 4. a. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam his qui ambulauerunt in luxuriis, &c. De Fine autem dicit *Ibid.* b. Omnium autem finis appropinquabit : Estote itaque prudentes, sobrij, & vigilate in orationibus. Et hoc est.

k Voca me pater meus,] vt in oratione Dominica dicimus : Pater noster, &c.] Quanto ergo vt dicitur *Ieronym.* Deus est clementior qui salutis viam post fornicationem ostendit, tanto miserior peccator, qui post tot & tanta vulnera non vult recipere sanitatem, quam tamen ita benigniter offert medicus.

n Nunquid irasceris in perpetuum,] quasi ita dicas mihi, ecce tanquam dux monet ab errore idololatriæ recedere, & ad se viam redire, vt virginitatem quam dedit ante, iterum det. *o* In perpetuum, id est, diu.

p Aut perseuerabis in finem,] id est, diutissimè, quasi

ita

a Ecce locuta es, & fecisti b mala & c potuisti. † Et d pro verbis pœnitentiæ e verbis superbiæ blasphemasti, & f implesti cogitationem tuam malam, & g ostendisti contra virum h fortitudinem tuam, vt i possis facere, quod sermone tractasti. Et k dixit Dominus ad me, in l diebus Iosiæ regis. m Nunquid vidisti, quæ fecerit † aduersatrix Israël? Abiit n sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & o fornicata est tibi. Et dicit, p cum fecisset hæc omnia, ad me reuertere, & non est reuersa. Et vidit q præuaricatrix soror eius Iuda, qui r pro eo quod mœchata esset † aduersatrix Israël f dimisissem eam, & t dedissem ei libellum repudij, & non u timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & x fornicata est etiam ipsa

ita dicas mihi. Tunc enim dimittam tibi irasci, quando dimittes me fornicari. Dominus enim vltimus recedit ab anima, qui non relinquit nisi quando relinquitur, & primus se offert reuertenti, quia nisi priùs reuertatur ad nos, ad eum non possumus reuerti. Simile dicit pœnitens in Psalm. 12. Vsquequò Domine obliuisceris me in finem: vsquequò auertis faciem tuam à me? De hoc Gen. 6. a. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est; i. fragilis.

Al. non habet ab illo loco. † Et pro verbis, & cæter. vsque ibi, tractasti, inclusiue.

a Ecce locuta es;] verbis superbè, quæ humiliter debuisses petere veniam. Vndè subdit. d Et pro verbis pœnitentiæ, sc. quæ magis deberes habere in ore humiliter petendo veniam. e Verbis, &c.] quod dici potest contra illos, qui non solùm peccant, sed & de peccatis se iactant. Vndè Psalm. 51. Quid gloriaris in malitia, quod est blasphemare Dominum. In hoc enim apparet magna ingratitudo hominis. Iob 24. d. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ipse abusus est eo in superbia. a Ecce locuta es] quoad peccatum oris. f Et implesti cogitationem, &c.] quoad peccatum cogitationis. Vndè exponit se [Cogitationem tuam malam] scilicet, opere. Vndè Mich. 2. a. Væ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris. Ibid. Contra Dominum est manus eorum, quoniam concupierunt agros, & violenter tulerunt domos, & rapuerunt. Humanum est enim cogitare malum, sed diabolicum est opere cogitationem adimplere. b Et fecisti mala] quoad peccatum operis. c Et potuisti] quoad peccatum consuetudinis. Tunc enim homo potens est in peccato, cum consuetudinem, & continuationem habet in illo. Vndè exponit se. g Ostendisti, &c.] scil. Deum sponsum tuum. h Fortitudinem tuam,] scil. potentiam tuam in adulterando. i Vt possis, &c.] Vndè dixit. [Et potuisti,] i. potentem te contra me virum tuum factis ostendisti. Sicut adultera in despectum mariti coram eo facit signa luxuriæ cum adultero & multiplicat ea per consuetudinem, quod est ostendere fortitudinem, q. d. illũ non timeo, magis possum contra eum, quàm ipse contra me. Vndè ad talem dicit Dominus. Isaia 57. b. Iuxta me, i. coram me, disco operuisti & suscepisti adulterum, dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum eis fœdus, dilexisti stratum eorum manu aperta, & ornasti te regio vnguento, & multiplicasti pigmenta tua. k Et dixit, &c. Hic exprobrat Dominus peccata duarum tribuum loquens sub metaphorâ duarum sororum de duabus, & decem tribubus, quæ de vna stirpe natæ sunt, s. Abraham, Isaac, sicut Ezec. 16. & 23. ostenditur, quod duæ magis peccauerunt. l In diebus Iosiæ regis] sub quo Ieremias cœpit prophetare, vt sup 1. a.

Al. † auersatrix.

C

Al. † auersatrix.

m Nunquid vidisti, &c.] i. decem tribus? quid est istud quod fecit? Ecce. n Abiit sibimet, &c.] quasi ad libitum ibat, tanquam quæ non esset ligata aliquibus præceptis, i. per voluntatem suam. o Et fornicata est ibi] cum idolis, quasi exponens se omni idololatriæ, quæ per fornicationẽ hic intelligitur, quia in Dan, & in Bethel constituerunt vitulos, vt dicitur. 3. Reg. 12. g. p Et dixit, &c.] post tanta peccata. q Et vidit, &c.] i. duæ tribus. Plus dicit cum vocat eam præuaricatricem, quam dixerit de decem tribubus, vocans eas aduersatricem. Plus enim peccauerunt duæ tribus, quia templum habebant, Sacerdotes, & Prophetas, & Leuitas; peccauerunt etiam sine causa; Sed decem tribus hæc omnia non habuerunt, & non nisi ex causa peccauerunt ne regnum amitterent. Licet ergo vidissent duæ tribus decem tribus propter idololatriam esse ab Assyriis captiuatas, & ideo exemplo illarum sibi magis debuissent cauere, tamen vicerunt decem tribuum scelera, & peccauerunt magis, intantum enim peccauerunt, quòd in Templo Dei posuerunt idola. Illa ergo aduersatrix dicitur, quia Deo aduersata est, ponens vitulos in Dan, & Bethel, vt sic non irent Iudæi in Ierusalem adorare. r Quia pro eo, &c.] scil. Religionis Dei, quæ apud eam vigebat quam dimisit imitatione sororis suæ. f Dimisissem eam] sc. vltimus. Neminem enim dimittit Deus nisi priùs dimissus. t Et dedissem ei libellum repudij, quasi ad tempus dimisi, paratus recipere si pœniteret. Præcipitur enim Deut. 24. a. Mulieri displicenti viro dari libellum repudij, in quo scriptæ tenentur causæ repudiationis. Sed nonne Isaia 50. a. Dicitur. Quis est iste liber repudij matris vestræ quo dimisi eam? Ibi Gloss. Libellum repudij quo dimisissem vos, ostendere non potestis. Ergo nunquam Dominus dedit libellum repudij. Solut. Super Isaiam 1. idem dicit alta Gloss. Dicitis Iudæi, quod abieci matrem vestram, sed ipsa prior abiecit me, quasi, ego dimisi eam, quia ipsa prior dimisit me, vnde non dedi libellum propriè. Qui enim prior dimittebat, libellum propriè dabat. Hic autem dicitur tantum dedisse, quia dimisit eam quamuis posterior, & ponitur antecedens pro consequente. Qui enim dabat libellum non poterat de cætero accipere illam quam dimiserat, sed Dominus semper paratus erat recipere Synagogam si pœniteret, & ideò propriè libellum non dedit. Præterea, nec Dñs libellum dari præcepit in lege, nisi tantum permittendo hoc ob duritiam cordis Iudæorum, vt dicitur Matth. 19. a. Dimittens enim vxorem peccabat, sed præceptum tamen erat dimittenti, vt non dimitteret sine libello, i. daret libellum dimittendo, in quo scriberentur causæ quare dimittebat. *Sup. 2.*

u Et non timuit præuaricatrix Iuda soror eius] Licet vidisset, quod pro consimili peccato dimisissem decem trib⁹ & captiuari eas permisissem. x Sed abiit & fornicata est etiam ipsa] me relinquendo, & ad idola se conuertendo,

& facilitate

Mysticè secundùm Originem, per Israel intelliguntur Iudæi, per Iuda Christiani, quorum, vt ipse dicit, maiora in fine futura sunt peccata quam fuerunt in principio Iudæorum, & etiam illorum qui erant de Iuda. Vndè Matth. 24. b. Cùm multiplicata fuerit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed contra Cant. 6. d. Dicitur de Ecclesia, quod est terribilis, vt castrorum acies ordinata. Sed in castrorum acie fortiores ponuntur in principio, & in fine, sed in medio debiles. Dan. 12. c. Vbi loquitur de fide mundi. Dealbabuntur, quasi ignis probabuntur multi. Loquitur enim ibi de illis, qui erunt tempore Antichristi. Solut. Tempore proximo ante tempus Antichristi erunt multi pessimi, & pauci boni. Et ad hoc tempus respicit hic Origenes. In ipso autem tempore Antichristi erunt optimi, quia cum superbit impius, incenditur pauper, & fit fortis, & hoc tempus respicit Daniel, & sic etiam in fine exercitus erunt fortiores. Vndè potius de moderno tempore loquitur Origenes hic. Vnde Luc. 18. b. Putas filius hominis veniens inueniet fidem super terram? Si ergo attenderimus, quæ passi sunt Iudæi propter incredulitatem suã, magis crederemus. Si enim Deus naturalib⁹ ramis non pepercit, quanto magis nobis non parcet, qui quasi excisi de naturali oleastro, inserti sumus in bona oliua vt dicitur Rom. 11. c. Vel per Israel propter multitudinem laici, per Iuda Clerici, qui deberent esse confitentes Domino, sed imitantes peccata laicorum peiores facti sunt illis. Isaia 23. a. Erubesce Sidon ait mare, Thren. 4. a. Maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum. Et ibid. b Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame. Occisi fame sunt illi qui obsidentur in ciuitate. Occisi gladio sunt, qui foris à ciuitate reperti sunt. Sic clerici in ciuitate sunt, quia filij electi sunt, & ad eos pertinet Religio Ecclesiæ, sed laici sunt foris. n Abiit sibimet super omnem montem, &c.] Et infr. addit tertium. [Et mœchata est cum lapide.] Per montem excelsum, superbia; per lignum frondosum, vel nemorosum, carnis voluptas; per lapidem, cordis duritia, quæ propriè est in auaris intelligitur, quorum corda nulla misericordiæ, vel compassionis mollitie leniuntur, quia sunt sine misericordia, sine affectione, sine fide. Per hæc ergo tria anima misera fornicatur à Deo. De his tribus, Ezech. 16. c. Fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium, quoad peccatũ luxuriæ. Et post pauca Et fornicata es in filiis Assyriorum, quoad peccatum superbiæ. Assyrij enim interpretatur diligentes. Et post. Et multiplicasti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis, quoad peccatũ auaritiæ. Chanaan interpretatur commota, in quo significatur sollicitudo auarorum. Chaldæus interpretatur ferox, quia tales habent viscera crudelia, in quibus non est charitas patris, quia claudunt viscera sua fratri necessitatẽ habenti. *Mysticè.*

Et facilitate

A a Et facilitate fornicationis suæ.] Multoties est mulier fornicaria, tamen non habet facultatem explendi fornicationem suam, quia non est diues, vel quia non habet paratum leccatorem suum. Sed duæ tribus, & prosperitatem habebunt, & idola parata, & animalia ad sacrificium.

D
& a facilitate fornicationis suæ b contaminauit terram, & c mœchata est cum lapide & ligno. Et in d omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in e mendacio ait Dominus. Et dixit Dominus ad me. f Iustificauit animam suam † aduersatrix Israël comparatione præuaricatricis Iuda. g Vade & clama sermones istos h contra Aquilonem & dices. i Reuertere † aduersatrix Israël, ait Dominus, & non k auertam faciem meam a vobis, quia l sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum. m Veruntamen scio iniquitatem tuam, n quia in Dominum Deum tuum præuaricata es. Et o dispersisti vias tuas alienis sub p omni ligno frondoso, & vocem meam non audisti, ait Dominus: q Conuertimini filij r reuertentes, dicit Dominus, s quia ego vir vester,

Al. † auersatrix.

Suprà 2.a.

Al. † auersatrix.

Vel [facilitate,] quia de facili colebant quæque idola. Et ob hoc.
b Contaminauit terram,] quia aliis fuit occasio similiter peccandi, sicut meretrix quando habet facultatem fornicandi, maculat totam viciniam. Et mœchata est cum lapide, & ligno,] i. cum idolis lapideis, & ligneis.
d Et in omnibus his non est, &c. in toto corde suo,] scilicet, intellectu & affectu. *Ioël.* 2.c Conuertimini ad me in toto corde vestro.

E
Vult enim Dominus sibi offerri cor in holocaustum, sed corpus in sacrificium scilicet, vt de corde nihil sibi retineat homo, sed de corpore tantùm sibi necessaria retineat. e Sed in mendacio, ait Dominus.] Hoc dicit, quia quidam eorum propter communicationem Prophetarum simulabant se pœnitere, sed falsò. Orabant enim ore in Templo, & huiusmodi exteriora signa simulatè faciebant, secundum illud *Isaia* 29. d. Populus hic labiis me honorat, &c.

f Iustificauit, &c.] i. minùs peccauit congregatio decem tribuum in comparatione duarum tribuum. Et est simile, *Ezech.* 16. f. Iustificata est soror tua Sodoma ex te. Et *Luc.* 18.c. Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Et *Matth* 12.d. Regina Austri consurget in iudicio contra generationem istam. Et *ibid.* b. Ipsi iudices vestri erunt. Dicit autem *Gloss* quòd ideò dicit [Iustificauit, &c.] quia statim in principio periit, cuius cruciatibus potuit emendari præuaricatrix Iuda. Ergo secundùm *Gloss.* videtur, quod Adam statim eiectus de paradiso minus peccauit, quàm aliquis homo, quia in principio suæ creationis peccauit. Non sequitur, quia optima habebat naturalia.

a Et facilitate, &c.] Nulli enim tantam opportunitatem peccandi habent sicut clerici, quia in diuitiis abundant, & otiosi sunt, & honorantur, quæ tria causa sunt peccati. Vndè *Ezech.* 16 f. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius. Et præterea, quia non habent correctores. Quis enim medebitur incantatori percusso, vt dicitur *Eccl.* 12. c. Vndè gratiam Dei transferunt in luxuriam, vt in *Canonica* Iudæ, quia libertate sua abutuntur, habentes velamen malitiæ suæ libertatem, vt dicitur 1.*Petr.* 2. c.

c Et mœchata est cum lapide & ligno,] quia ad litteram gloriantur in lapideis domibus, vel palatiis. Vndè potest dici, quòd diabolus in domibus eius cognoscetur, non
Psalm. 47. Dominus. In talibus enim domibus non fuit Dominus natus, sed potius in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Vndè *Abac.* 2.c. Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas est ædificiorum respondebit. Vndè *Luc.* 19. f. Cum turbæ in occursum Domini in ciuitatem, dicerent. Benedictus qui venit in nomine Domini. Et quidam de Pharisæis dicerent ei. Magister increpa discipulos tuos. Dixit. Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.

e Sed in mendacio] Dicunt enim. Ego hæc ædificaui non propter me, sed propter Ecclesiam, cui eam dabo, vel huiusmodi alias excusationes ponunt. Et est hic argumentum, quod qui non ex toto corde ad Deum conuertuntur, non in veritate, sed in mendacio conuertuntur.

infrà 12. a. Prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.

f Iustificauit animam, &c.] cum tamen dicatur *Osea* 4. d Si fornicaris tu Israel, i. ó laici, non delinquat saltem Iuda, i. ó vos clerici. Sed iam laici sunt iustiores clericis. Vndè *infr.* 5.b. Ibo ergo ad optimates, & loquar eis: Ipsi enim cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui. Et Ecce magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. g Vade & clama, &c.] Tempore Iosiæ quo Ieremias exorsus est prophetare, iam ductæ erant decem tribus in captiuitatem vltra montes Caspios. Sed tamen quidam de illis non sunt captiuati, sed reuersi sunt cũ duabus tribubus cũ quib' postea sunt captiuati. Videtur ergo Propheta hic innuere reductionem decem tribuum, quod verum est pro illis qui cum duabus captiuati sunt, quos in speluncis latentes reperere postquam captiuati sunt fratres eorum, quibus Ezechias mandauit, vt habitarent in terra duarum tribuum, vt 4. *Reg.* 19. *Ad litteram.*

h Contra Aquilonem.] Hoc dicit, quia terra Medorum in qua captiuati illi pro vna sui parte erat ad Aquilonem, licèt pro alia esset ad Orientem. Decem enim tribus captiuatæ erant apud Assyrios, duæ autem tribus apud Chaldæos, & Chaldæa similiter ad Aquilonem erat.

i Reuertere aduersatrix Israel, ait Dominus] Dirigitur sermo ad duas tribus, & ad decem, scilicet, ad paucos de decem [Reuertere, &c.] quasi age pœnitentiam, vt possit reuerti.

k Et non auertam, &c.] scilicet, faciem misericordiæ. De qua *Psalm.* 79. Ostende faciem tuam, & salui erimus. Aliquando autem per faciem intelligitur austeritas iudicis, vt ibi. Auerte faciem tuam à peccatis meis. *Psalm.* *Psalm.* 56.
Vultus autem Domini super facientes mala. *Psalm.* 33.

l Quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum] quasi, Non sum sicut homo fragilis, qui nunquam ferè dimittit plenè iniuriam sibi illatam, sed firmus sum, & non teneo rancorem, sed dimitto ex toto corde. *Num.* 23.c. Non est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.

m Veruntamen scito iniquitatem tuam, &c.] quasi non remittam tibi nisi peccatũ tuũ pœnitendo cognoscas. Vndè si peccati tui habeas memoriam, miserebor tui. Vndè *Psalm.* 50. Peccatum meum coram me est semper, *sup.* 2. e. Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris. Peccatum autem suum debet quilibet habere in memoria, non ad delectandum, sed ad dolendum, & satisfaciendum, & cauendum. *Deut.* 9.b. Memento & non obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominum Deum tuum in solitudine, ex eo die quo egressus es ex Ægypto vsque ad locum illum, semper aduersùm Dominum contendisti. [Veruntamen scito iniquitatem tuam] quantum sit damnosa, quoad spiritualium bonorum amissionem. Vndè *Iacob* 2. b. Quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus, i. dignus amissione omnium bonorum sibi a Deo datorum. Quantùm etiam sit venenosa quantum ad corpus. Vndè *Eccl.* 21. a. Quasi a facie Colubri fuge peccata, &c. Quantùm etiam ignominiosa sit, quantùm ad animam. Vndè *suprà* 2.g. Quam vilis facta es, &c. Item quantùm timenda, & horrenda propter pœnã futurã. *Rom.* 6.d. Stipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. n Quia in Dominum Deum tuum præuaricata es. Vnde *Psalm* 50. Tibi soli peccaui. Omne enim peccatum est auersio ab incommutabili bono.

o Et dispersisti vias tuas alienis,] i. idolis & Dæmonibus. Diuersa enim colebant idola vicinarum gentium. Sed & alienarum.

p Sub omni ligno frondoso] propter loci amœnitatem. Quod & dicitur hæreticis, qui variis dogmatibus credunt, & voluptatem gulæ, & luxuriæ consequuntur. De his dicitur in *Psalm.* 50. Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. De quibus etiam 2. *Tim* 3. b. Qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Isti etiam per Aquilonem significantur, & similiter omnes peccatores ad quos dirigitur hic sermo, quia in calore fidei, & charitatis non sunt. Vnde non potest de eis dici illud. *Rom.* 12. c. Spiritu feruentes. Sunt enim filij illius, qui dicit. *Isaia* 14. d. Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. q Conuertimini] ad pœnitentiam, vel ad Deum, qui ab eo auersi estis.

r Filij reuertentes,] i. ad malum vos vertentes, habentes dorsum contra Templum, & faciem ad Orientem. *Ezech.* 8. f. Hæc sunt duo vbera sponsæ, de quibus *Cantic.* 4. b. s Quia ego vir vester] qui desponsaui vos mihi per legem. Alia littera habet. Ego dominator vester.

Et a assumam vos vnum de ciuitate, & b duos de cognatione, & c introducam vos in Sion. Et d dabo vobis Pastores iuxta cor e meum, & f pascent vos scientia & g doctrina. Cumque h multiplicati fueritis, & i creueritis in terra in diebus illis, ait Dñs k non dicent vltra Arca Testamenti Domini, l neque ascendet super cor, neque m recordabuntur illius, nec visitabitur, n nec fiet vltra. In o tempore illo p vocabunt Ierusalem solium Domini,

a Et assumam vos vnum de ciuitate,] i. de multis assumam paucos. Pauci enim de decem tribubus redierunt de captiuitate Ierusalem, tum quia pauci ducti erant de illis in illam captiuitatem, scilicet, duarum tribuum, & ferè omnes pro maiori parte essent traducti in Medos; tum quia illi qui de Iudæa translati fuerũt, iam mortui erant, & filij eorum qui in Chaldea nati fuerant, habuerunt terram illam pro patria, & possessiones ibidem habebant. Vndè data a Cyro licentiâ, voluerunt reuerti, vt habetur, 1. *Esdra* 1. Sicut Iudæi qui nati sunt in Francia habent illam pro patria. b Et duos de cognatione,] i. de tribu, vel familia paucos. c Et introducam vos in Sion,] q. d. ad libitum meum faciam, quosdam introducam in Sion, quosdam non.

d Et dabo vobis, &c.] Pastores, Zachariam, scilicet, & Malachiam, Aggæum, & Esdram, & Neemiam, sub quibus reducti sunt, qui docuerunt eos legem, & cæremonias. h Cumque multiplicati fueritis,] i. multi adducti. i Et creueritis in terra, &c.] per prolis successionem.

k Non dicent vltra, Arca testamenti Domini] quasi non habebunt arcam, & ideo in illa non habebunt fiduciam. Iudæi enim tantùm in arca confidebant ante suam captiuitatem, & credebant se non captiuari quamdiu illam habebant. Sed tempore captiuitatis inuenit Ieremias, vt dicitur. 2. *Mach*. 2. a. Locum speluncæ, & tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & obstruxit ostium speluncæ. Et dixit Ieremias quibusdam locum illum notantibus, quòd ignotus erit locus donec congreget Deus congregationem populi & propitius fiat, & tunc Dominus ostendet hoc quod erit in fine. Ibidem legitur, quod inuenitur hoc in descriptionibus Ieremiæ, scilicet hoc. Illum enim locum nullus deinceps inuenire potuit secundùm Dei dispositionem, vt de cætero non confiderent in Arca, quia illam non habebant. Vndè nec Romæ est illa Arca, quam fecit Moyses, licet hoc à multis dicatur, sed illa quam Iudæi fecerunt redeuntes de captiuitate, ad similitudinem illius.

k Non dicent, &c.] scilicet, nobiscum est, vel conseruabit nos.

l Neque ascendet super cor,] vt sperent in ea.

m Neque recordabunt, &c.] i. manifestabitur vbi sit.

n Nec fiet vltra] vt habeant in illa fiduciam. Sed hoc *De aduentu Christi.* melius exponitur de aduentu Christi, in quo & de Iudæis & de Gentibus quidam sunt conuersi ad Dominum. Sed dicit vnum, & duos, quia multi vocati, pauci verò electi, quia nō omniū est fides, vt dicitur. 2. *Thess*. 3. a. Et hoc ideo dicit, quia sine fide Trinitatis nemo potest cognoscere Deum, vel dicuntur duo, quia debent seruare duu præcepta charitatis; vel esse in vita actiua, & contemplatiua; vel esse perfecti in scientia & vita. Sed debent esse vnum per mutuam charitatem, quæ diuersa in vnum corpus Ecclesiæ connectit. Vel vnum dicit, quia non debent quærere nisi vnum.

Moraliter. Vel moraliter. a Et assumam, &c.] scilicet mundi, quæ est ciuitas in qua pauci sunt viri viriliter agentes, vt dicitur *Eccles*. 9. d. b. Et duos de cognatione,] scilicet Religiosorum, vnde vocant se fratres. Innuit ergo hîc, quod & de sæcularibus, & de Religiosis saluabuntur aliqui. Et tamen cùm pauciores sint claustrales, quàm sæculares, dicit duos saluari de Religione, & vnum de sæculo, ad innuendum, quòd securior & melior est Religio, quam sæculum, & plures damnabuntur de sæculo quam de Religione. Si quis ergo dicat, quòd non intrabit Religionem, quia non omnes de Religione saluabuntur, ergo nec debet manere in sæculo, quia multò plures de sæculo damnabuntur, quam de Religione. Beati ergo erunt illi quos assumet Dominus. Vndè *Psalm*. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti, inhabitabit in atriis tuis. Sed infelix, qui à Domino relinquetur. *Matth*. 24. d. Vnus assumetur & vnus relinquetur, id est, illi glorificabuntur, qui vnitatem quærunt, & illi damnabuntur, qui diuisionem, vel discordias quærunt.

c Et introducam vos in Sion,] i. in ciuitatem supernam, quæ in alto est, vt specula. *Isaia* 33. c. Oculi eius terram cernent de longè, sed Deum de prope, quia semper præ oculis habebunt speculum æternitatis. Vndè ibidem. in decore suo videbunt.

d Et dabo vobis Pastores,] Apostolos, & Apostolicos viros, qui debent pascere verbo, & exemplo, & temporali subsidio, vt dicitur *Ioan*. 21. d. Pasce, pasce, pasce.

e Iuxta cor meum.] In corde sita est sapientia. In hoc notatur, quod debent esse sapientes à sapientia diuina, qui alios debent pascere sapientiâ. Sed *Osea* 9. b. Scitote Israel stultum Prophetam insanum. Et *Isaia* 19. b. Stulti principes Thanneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens. Item in corde est voluntas. In quo notatur, quòd debent fieri, vel eligi Prælati secundùm voluntatem Dei, quasi non propter pecuniam, vel propter populi fauorem, vel propter temporalia habenda. Vndè *Osea* 8. a. Ipsi regnauerunt, sed non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui, i. non approbaui; aurum suum, & argentum suum fecerunt sibi idola. In hoc notatur eorum auaritia, vel superbia de scientia, & de loquentia eorum, vel de charitate dignitatis eorum. Item à corde dependet tota vita hominis, hoc significat, quod debet ab eis descendere fons vitæ in subditos, scilicet per prædicationem, & exemplum eorum. Sed heu vt *infrà* 23. c. Potius ab ipsis egreditur pollutio super omnem terram. *Osea* 9. c. Ephraim ducit filios suos ad interfectorem, i. per malum exemplum occidit eos. Sed *Ezech*. 3. e. Sanguinem eius de manu tua requiram. Et pascent vos scientia] quoad ea, quæ sunt fidei

g Et doctrina] quoad ea, quæ sunt operationis.

h Non dicent vltra, Arca testamenti Domini.] Dicit hoc *Ier*. exponendum de nouo Testamento, cum quo non debet saluari vetus Testamentum, licet hoc dicerent quidam qui vocabantur Hebionitæ, & quidam etiam qui dicebantur Nazaræi, qui dicebant nouum Testamentum non sufficere ad salutem sine obseruantia veteris. Duo enim fuerunt genera Nazaræorum. Quidam qui propter simillimam vitam, quam cum Christo habebant, dicti sunt Nazaræi, & hi boni fuerunt, qui etiam scripserunt Euangelium, quod authenticum est. Alij fuerunt hæretici, qui dicebant Euangelium sine lege non sufficere, qui & Nazaræi vocabantur, propter falsam & simulatam Religionem. Dicit autem *Ieron*. ideo per Arcam Testamenti significari legem veterē, quia ipsa custos fuit legis Mosaicæ. Sed contra 2. *Paral*. 5. c. Nihil aliud erat in Arca nisi duæ tabulæ quas posuerat in Oreb, quando legem Dominus dedit filiis Israel, sed in illis nō erat nisi Decalogus, quæ non dicitur lex, quia de ea dicitur *Heb*. 10. a. Quòd lex est vmbra futurorum, quod non potest dici de Decalogo. Solut. Intellige sic, nihil aliud, i. ita principium. Simile 2. *Paral*. 10. d. Vbi dicitur, quòd nulla tribus secuta est Roboam nisi tribus Iuda, i. non ita principaliter. De hoc dicitur *Deut*. 31. f. Vbi præcipitur quod Deuteronomius penderet in latere Arcæ. Hæc ergo est prophetia de cessatione legalium in aduentu Christi. Vndè *Psalm*. 39. Holocaustum, & pro peccato non postulasti. *Eccles*. 43. b. Aperti sunt thesauri, i. Sacramenta noui Testamenti, & auolauerunt nebulæ, i. obscuritates legalium. Vel moraliter. *Moraliter.*

h Cum multiplicati fueritis in terra, viuentium multiplicati per stolam animæ. i Et creueritis] per stolam corporis. Per Arcam significantur Prælati, in quibus debent esse tria, scilicet doctrina legis, quoad tabulas, virga correctionis manna consolationis. Per quæ tria modò Prælati multiplicantur, & crescunt in terra, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, i. doctrina & fama, & exemplum. Sed in patria æterna.

k Non dicent, &c.] quia his non indigebunt. Tunc *Psalm. 18.* erunt docibiles Dei, vt dicitur *Ioan*. 6. e. Id est, docti à Deo. Vnde *infrà* 31. f. Non docebit vir vltra proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me à minimo vsque ad maximum. Et 1. *Cor*. 14. Cessabit omnis Prælatio. o In tempo- *Ad litteram.* re illo.] Postquam reuersi fuerant Iudæi de captiuitate, omnes gentes habebant Ierusalem in maxima reuerentia, & dicebant eam esse solium Regni. Vndè vt habetur *Act*. 2. a. Omnes gentes de diuersis mundi partibus ibi congregabantur. p Vocabunt Ierusalem solium Domini.] Cum tam non dicatur quod ipse sedeat super Cherubin, vt olim dicebatur, quando enim propitiabatur populo, tunc apparebat gloria eius, i. claritas, vel fumus super propitiatoriū inter duo Cherubin: sed modò, scilicet post captiuitatem, ipsa ciuitas eius solium, quasi Dominus tunc valdè honorabit illam ciuitatem totam, & non solùm Templum, quòd solium prius honorabatur antequam, sc. esset destructum,

& *a* congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Ierusalem, & non *b* ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi. In *c* diebus illis *d* ibit *e* domus Iuda ad *f* domum Israël, & *g* venient simul de terra Aquilonis ad *h* terram quam dedi *i* patribus vestris. *k* Ego autem dixi. *k* Quomodo ponam te in filios *l* & *m* tetribuam tibi terram desiderabilem, *n* hæreditatem præclaram exercituum gentium? Et *o* dixi. *p* Patrem vocabis me, & *q* post me ingredi non cessabis. Sed *r* quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israël, dicit Dominus.

a Et congregabuntur, &c.] quia Deum honorabunt sicut & Iudæi. Vt enim habetur in principio Esdræ, multi alij tunc cum Iudæis fuerunt in Ierusalem proselyti facti. Vnde *Isaia* 14 a. Miserebitur Dominus, & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam. Adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob.

b Et non ambulabunt, &c.] Non enim legitur quod Iudæi post illam reuersionem vnquam postea fuerunt idololatræ. Sed verius est hæc prophetia de Aduentu Christi, quando abolitis figuris legalibus iam non apparebit Dominus sicut patribus super picturas Cherubim, vt solebat, sed erit Ierusalem, i. Ecclesia solium eius, quia mentes fidelium sunt sedes, & thronus Dei. Ierusalem enim interpretatur visio pacis. In pace enim factus est locus eius. Sed si Dominus per gratiam in omnibus sedet, & ita omnes tam Angeli quam animæ sunt Throni Dei, quomodo ergo specialiter quidam Ordo inter Angelos dicitur Throni? Sol. in omnibus sanctis sedet Deus ad iudicandum ipsos, & sic dicuntur Throni Dei, sed specialiter sedet in illis qui specialiter throni dicuntur ad iudicandum alios.

De aduentu Christi.

Psalm. 75.

a Et congreg. &c.] scil. Iudæi & Gentiles in vnitate fidei. Vel Religiosi qui se congregant in vno loco, sub vno modo viuendi, & sub vno Prælato. *Osea* 1.d. Congregabuntur filij Iuda, &c. *Ezech.* 37. Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum suam, & faciam eos in gentem vnam in terra in montibus Israel, & Rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius, &c. *c* In diebus illis] data a Cyro licentia redeundi, non statim redierunt, sed morati sunt per duos annos, & inierunt inter se consilium illi de duabus tribubus cum illis de decem, qui cum ipsis fuerant captiui, quando, scil. vel quomodo redirent. Vnde, in diebus illis, &c. scilicet, quando erit data licentia a Cyro redeundi de captiuitate. *d* Ibit,] i. inibit consilium.

Ad litteram.

e Domus Iuda,] id est, captiui de duabus tribubus.

f Ad domum Israel,] i. cum captiuis de decem tribubus, qui cum illis erant. *g* Et venient simul, &c.] i. illi de duabus tribubus, & illi pauci de decem redibunt de captiuitate Chaldæorum siue Babyloniorum

h Ad terram, &c.] i. promiss. *i* Patribus vestris,] scilicet, Abraham, Isaac, & Iacob. *k* Ego autem dixi. Quomodo ponam te in filios, i. quomodo multiplicabo te, vt habeas multos, vel quomodo habebo te pro filiis quando toties, & tantum me dereliquisti? Vel. Quomodo ponam te in filios,] i. dimittam, quasi, quomodo te relinquam inter filios Gentium captiuum, quasi, non dimittam. *l* Et,] i. sed. *m* Tribuam tibi terram desiderabilem] ne miscearis Gentibus, & discas cultum earum.

n Hæreditatem præclaram, &c.] id est, quam exercitus gentium desiderans congregatur se ad eam capiendam, vel possidendam, quam præ aliis terris cupiebat, & ideo vocat eam præclaram.

o Et dixi.] Ecce quomodo dabo tibi terram illam, scilicet, si tantum volueris pœnitere, quasi si hoc facias, reducam te in terram sanctam.

p Patrem vocabis me exhibendo mihi cultum diuinum, vel latriam, & non idolis.

q Et post me, &c.] scilicet, per imitationem, vel obedientiam mihi exhibitam. Quamuis autem ita tibi promisissem, & modum habendi, quod promisi tibi, docuissem. *r* Sed quomodo contemnat, &c.] quæ quanto magis videt se diligi, vel zelari, vel signa amoris sibi impendi a marito, vel amatore suo, tanto magis ipsum contemnit. Sic Israël quando magis diligebatur a Domino effectu, tanto magis ipsum contemnebat. Sed hæc melius exponuntur de Christi aduentu, quando de vtrisque tribubus, scilicet, de duabus, & decem, aliqui Aquilonem relinquentes, i. a diabolo recedentes, qui est durissimus ventus Aquilonis, quia fortissime affligit, & tentat multos, Domino & Euangelio crediderunt. Secundum illud *Cant.* 4. d. Surge Aquilo, & veni Auster. Aliqui enim de decem tribubus crediderunt, vt Apostoli. Vnde *Psalm.* 67. Principes Zabulon, & Principes Nepthalim. Per Israel & Iuda, Iudæi & gentes, qui coniuncti sunt in vno angulo, scilicet, in vnitate fidei, quando ille qui est pax nostra, fecit vtraque vnum, vt dicitur *Eph.* 2 c. Vnde & vocatur lapis angularis. Vel laici & clerici, qui simul exire debent de regione Aquilonis, i. peccati. *Zach.* 2.b. O ô ô fugite de terra Aquilonis, scil. vt eatis in terram cœlestem. *Ibid.* O Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis. Ibi enim non est requies. *Thr.* 1. a. Migrauit Iudas propter afflictionem seruitutis, & habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Ibi diabolus affligit, & redigit in seruitutem faciens nos seruire in luto, latere, & paleis, vt dicitur *Exod.* 1.c. *k* Quomodo ponam te in filios, &c.] qui tantum fuisti seruus diaboli, ô tu popule Iudæorum quomodo adoptabo te in filios sicut adoptaui credentes de Gentibus, quod tamen faciam in fine, quando reliquiæ saluæ fient. Quotquot enim ad Deum conuertuntur, fiunt eius filij, vt dicitur *Ioan.* 1. a. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Vel ponam te in filios, i. vt habeas filios, i. operum multiplicationem quæ tam diu fuisti sterilis. Sensualitas enim hominis debet esse vxor rationis, quæ est sicut vitis abundans, i. in operibus, quod tunc est, quando est in lateribus domus, id est, quando sensualitas est in latere, non in capite, tunc est vxor rationis, subiecta eius imperio, & tunc sunt filij sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ Domini, i. multum fertiles sunt sicut nouellæ oliuæ, in quibus debet homo delectari sicut delectatur in mensa. Sed sunt quidam qui desperant de generatione filiorum, quia diu fuerunt steriles, & in peccatis perseuerantes. Et ideo desperant de filiis, i. de bonis operibus, cum tamen Abraham, & Sara desperata ætate cum ambo essent seniles, genuissent Isaac. Ideo multi in peccatis perseuerantes derident prædicatorem, cum eis prædicat, quod filios generent, i. bona opera, sicut Sara risit cum promissum fuit ei parere. *Genes.* 19. c. Videbatur eis quasi ludens loqui. Vel.

Al. † filiis.

Es. 10. f. Rom. 9. f.

Genes. 18. b.

k Quomodo ponam te in filios,] qui non diligis esse nisi in prosperitate, cum tamen omnem filium quem recipit corrigat, & flagellet?

n Hæreditatem præclaram exercituum gentium.] Alia *littera* habet. Hæreditatem Dei fortissimi gentium, id est, quam nobis acquisiuit Christus per suum fortissimum brachium, scil. in Cruce per sanguinem proprium. Vel ad quam acquirendam fortissimi exercitus laborauerunt, scil. Apostolorum, & Martyrum, & Confessorum, & ideo non ibi ociosi intrauerunt, sed vt dicitur. *Matth.* 11.b. Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Sed tot labores Sanctorum iam præcesserunt, & passiones, & Christi passio, per quæ nobis acquisita est illa hæreditas æterna, quod tam pro paruo habebimus illam, scilicet, pro parua pœnitentia, ita vt nobis possit vere dici illud *Ioan.* 4. c. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis: Hæreditatem præclaram, quasi eius claritatem omni temporali claritati debemus præponere. *Psalm.* 15. Hæreditas mea præclara est mihi.

p Patrem vocabis me,] scilicet, per veram confessionem oris & cordis.

q Et post me ingredi non cessabis] per imitationem operis, quia per hæc duo habebis hæreditatem: Non cessabis, scilicet, tua reputatione, secundum illud *Eccl.* 18 a. Cum consummauerit homo, tunc incipiet. *Psalm* 37. Et dixit nunc cœpi. *Psalm.* 79. Tota die contristatus ingrediebar. *Eccl.* 43. a. Luminare, quod minuitur consummatione. *Isaia* 27. b. Florebit & germinabit Israel, quasi, quando est in flore, adhuc debet se reputare esse in germine. *Amos vlt.* d. Comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen. *r* Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, &c.] Quanto plus Dominus quosdam ad pœnitentiam expectat, diuites, vel superbos, quos ponit in prosperitate, & non flagellat, tanto magis illi eum contemnunt. *Isaia* 57. b. In multitudine viæ tuæ laborasti, nec dixisti, quiescam, vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti. Sicut nautæ in periculis constituti timent, sed cum securi sunt, tunc vacant lusibus, & potibus. *Osea* 13. b. Adimpleti sunt, & saturati sunt, eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. Imo contempserunt me, vt hic dicitur, & *Deut.* 32.b. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, &c. *Genes.* 40 d. Succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

a Vox in viis,&c] Hic prædicit eorum captiuitatem propter eorum obstinatam malitiam.

c Audita est, i. citò audietur. *b* In viis] quasi non in secreto, & in thalamis flebitis, quando ducemini in captiuitatem, sed in aperto & publico. Vel. In viis per quas ducemini in captiuitatem.

a Vox in *b* viis *c* audita est, *d* ploratus, & *e* vlulatus *f* filiorum Israël, quoniam *g* iniquam fecerunt viam suam, obliti *h* sunt Domini Dei sui. *i* Conuertimini filij reuertentes, & *k* sanabo auersiones vestros. Ecce *l* nos venimus ad te. Tu enim *m* es Dominus Deus noster. Verè *n* mendaces erant colles, & *o* multitudo montium. *p* Verè in Domino Deo nostro salus Israël. *q* Confusio comedit laborem patrum nostrorum *r* ab adolescentia nostra, *s* greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias earum. *t* Dormiemus in confusione nostra, & *u* operiet nos ignominia nostra, quoniam *x* Domino Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab *y* adolescentia nostra vsque ad hanc diem, & non *z* audiuimus vocem Domini Dei nostri.

d Ploratus,&c.] præ nimio dolore. *f* Filiorum Israël,] quando ducentur captiui.
infrà 11. c. Matth. 22.e. *g* Quoniam iniquam, &c.] id est, peccatis suis fecerunt quod sic per viam ducantur ad captiuitatē. *h* Obliti sunt, &c.] & beneficiorum eius. Vel loquitur admonens eos ad pœnitentiam, quòd

G

si volunt, quòd Dominus recipiat eos reuertentes, oportet quòd veniant ad eum in fletu, & vlulatu, sicut prius pater filium reuertentem & pœnitentem benignè suscepit, & omnia amissa ei dedit. *Luc.* 15.e.

e Vlulatus] est vox confusa quam debet habere pœnitens præ timore Inferni, scilicet, planctum, *infr.* 6.g. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. *Psalm.* 37. Rugiebam a gemitu cordis mei.

b In viis] quibus reuertuntur ad pœnitentiam. Vel. In viis, quibus sibi vident appropinquare mortem suam, vel iudicium, *infr.* 31.b. In fletu venient, & in misericordia reducam eos, & adducam eos per torrentes aquarum in via recta. Vel. *e* Vlulatus] contritionis, vel veræ confessionis in viis, i. operibus satisfactionis.

i Conuertimini filij, &c] Hic monet eos ante captiuitatem, quasi dicat, si vultis reuerti, non captiuabimini. Vel in captiuitate monet eos, quasi si vultis reuerti per pœnitentiam, à captiuitate reducimini. Conuertimini ab actu peccati, & à voluntate, & omnibus circumstantiis. Ideo dicit. *i* Conuertimini, &c.] i. ex toto vertimini. Qui ergo vnum sine alio dimittit, non conuertitur, sed vertitur. *Ioël.* 2. c. Conuertimini ad me in toto corde vestro. Ideo *Genes* 19. d. Non stes in omni circa regione. Ideo legitur *Exod.* 10.f. Cùm diceret Pharao Moysi. Ite, sacrificate Domino, oues tantùm vestræ, & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum, ait Moyses. Cuncti greges pergent nobiscum, non remanebit ex eis vngula, quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri. *Isaia* 14. e. Perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, *Hebr.* 12.a. Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum.

k Et sanabo, &c.] i. auferam pœnam pro auersionibus debitam, vel iam inflictam. Vel, auersiones, i. peccata quæ sunt auersio ab incommutabili bono. Et ideo dicit: Conuertimini, scilicet. qui fuistis, reuertentes, vel, Conuertimini filij reuertentes, i. exteriùs per signa pœnitentiæ, & peccata dimittendo. *l* Ecce nos, &c.] quasi ita vos dicatis, vt misereat vestri, quod est signum pœnitentiæ, & hoc mihi dicatis. Hoc debent dicere omnes reuertentes ad Dominum, quia ipse est locus vbi solùm requiescere possunt. Vndè *August.* Inquietum est cor nostrum Domine donec quiescat in te. Vndè ibi solùm tendere debemus tanquam ad centrum nostrum. *Zach.* 1. a. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Vndè.

m Tu enim es, &c.] Et dicatis etiam hoc. *n* Verè mendaces, &c.] i. cultus idololatriæ exhibitus in montibus, per quem falsi Prophetæ promittebant nos habituros perpetuam prosperitatem. Vndè *Thren.* 2. e. Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Viderunt autem assumptiones falsas, & eiectiones. *o* Et multitudo montium.] Ad litteram, in multis montibus idololatrabant. Alia litera. Altitudo montium, i. superbia Pseudoprophetarum eleuantium se contra Dominum. Sic & delitiæ, & diuitiæ, & honores potentum huius sæculi vanæ sunt & falsæ, *suprà* 2. a. Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt. *Psalm.* 51. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, &c. Ideo subdit. *p* Verè in Domino, &c.] *Genes.* 47. f. Salus nostra in manu tua est. *Osea* 13. c. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum. Vndè vbi habemus, sanabo auersiones, dicit alia litera. Conuersiones, quia quantumcunque nos ad eum conuertimus, & quantumcunque voluntatem habeamus conuertendi nos ad eum, tamen oportet quòd ab illo inueniur, & voluntas nostra ab ipso trahatur. Si ipso enim omnes iustitiæ nostræ iniustitiæ sunt, & omnis potentia nostra infirmitas est. Ideo *Roman.* 8 e. Ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Vndè sic lege: Sanabo conuersiones, i. supplebo earum defectum. *q* Confusio,&c.] i. peccata quibus debemus confundi, & omnes ea facientes destruxerunt possessiones patrum nostrorum Et hoc. *r* Ab adolescentia,] quia aliqui erant tempore Ieremiæ

CAP. IV.

SI *a* reuerteris Israël, ait Dñs, ad *b* me conuertere,

qui in adolescentia sua viderant patres suos propter peccata sua multa mala pertulisse & in corpore suo, & in rebus suis, & in filiis. Vndè. *s* Greges, &c. Sic etiam possunt dicere discipuli hæreticorum, quòd omnem laborem hæreticorum, quem habent in exponendo Scripturas ad confirmandum suas hæreses, sequitur confusio. De quibus *Psalm.* 63. Defecerunt scrutantes scrutinio, i. hæretici qui scrutantur expositiones Scripturarum. *Psalm.* 51. Confusi sunt, &c. *infr.* 20. c. Confundantur, quia non intellexerunt, &c. Sic sæpe accidit in Ecclesiis, quòd aliquis Prælatus nititur sublimare parentes suos in præbendis, sed quando moritur, tunc sequens Episcopus illos destituit, vt suos promoueat. Vnde possunt illi tunc dicere: Confusio, &c. *t* Dormiemus, &c.] i. moriemur pro peccatis nostris. *u* Et operiet, &c.] i. pœna quæ infligitur pro peccatis nostris, ignominiosè abundabit in nobis. *x* Quoniam, &c.] Sic debent confiteri pœnitentes, quia vt dicit *Ieron.* pars salutis est nosse peccata, & confiteri Ideo dicit, pars, quia non sufficit confessio sine contritione, & satisfactione. *Isaia* 43. d. Dic tu prior iniquitates tuas, vt iustificeris. *z* Et non audiuimus, &c.] quia non audiuimus vocem Moysi in quo, & ad quem Dominus locutus est. Et ideo non audiendo eum, non audiuimus Dñm. Vndè *Ioan.* 5.g. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan, & mihi, ille enim de me scripsit. *y* Ab adolescentia, &c.] i. à tempore quo egressi sumus de Ægypto. Moraliter. In Inferno poterunt impij dicere. *u* Et operiet, &c.] quia vndique, vel ex omni parte in Infernos punientur mali. *Psalm.* 128. Operiantur sicut diploide confusione sua, i. pœna corporis, & pœna animæ *y* Ab adolescentia] *Psalm.* 57. Errauerunt ab vtero, &c. Et *Psalm.* 50. In iniquitatibus conceptus sum. Item *Psalm.* 24. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. A Moraliter.

EXPOSITIO CAP. IV.

SI reuerteris Israel,&c.] In fine præced. cap. posuit *Ier.* promissionem Dñi populũ excitantis, vt ad se rediret, & responsionem populi stultitiam suam cognoscentis, & damna inobedientiæ suæ confitentis, quod est prima pars salutis, & reuersionis ad Deum. Ideo in prima parte huius cap. docet Dñs modum, & formam reuersionis ad Deum. In secunda parte hortatur Prophetas, vt annuncient Iuda, & Beniamin fugere in ciuitates munitas, à facie Nabuchodonosor contra ipsos venientes, *ibi.* Annunciante in Iuda. In tertia parte describitur status Iuda, & status exercitus cum Nabuchodonosor venientis, *ibi:* Et erit in die illa. In quarta parte ponitur compassio Prophetæ super afflictione, & miseria Iuda, quam venturam in proximo prævidebat *ibi:* Ventrem meum doleo. Dicit ergo Propheta in persona Dñi respondens humilibus precibus populi confitentis peccata sua, quia aures Dñi in preces eorum. Vndè. *a* Si reuerteris, &c.] sc. verbo, vel ab actu peccati. *b* Ad me, &c.] voluntate. Et etiam modum conuertendi ad me ostendam vobis, vt vobis dimittam. Vndè dicit. *a* Si reuerteris] quasi vos petitis, & ego dimittam vobis. *b* Conuertere,] scil. voluntate & opere, quasi ex toto conuertere. Simile. *Is.* 21. e Si quæritis quærite, conuertimini & venite. Vel. *a* Si reuerteris,] i. si reuersionem inceperis declinando à malo, & mala confitendo. *b* Conuertere] quasi eam perfice plenè in me credendo, & semper de bono in melius proficiendo, & ad meliora vos conuertendo Ideo *Apocal.* 22. c. Qui iustus est iustificetur adhuc. Ad litteram habet. Si conuersus fuit Israel ad me conuertetur, quasi, si ad me

reuersus fuerit dimittendo idola, reuertetur de captiuitate. *a* Si abstuleris offendicula tua a facie mea.] i. occasiones peccatorum, quæ faciunt ruere in peccatum, vel peccata quæ faciunt ruere in Infernum, sicut offendiculum facit in via ruere. Idola enim faciebant eos ruere ad peccata, & ad Infernum, vnde erant eis lapis offensionis.

Si *a* abstuleris offendicula tua à facie mea non *b* commoueberis. Et *c* iurabis, viuit Dominus in *d* veritate, & in *e* iudicio, & in *f* iustitia, *g* & benedicent eum omnes gentes, *h* ipsúmque laudabunt. Hæc enim dicit Dominus *i* viro Iuda & † habitatori Ierusalem. *k* Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Circumcidimini *l* Domino, & *m* auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem, ne *n* fortè egrediatur, vt ignis indignatio mea, & succendatur, & *o* non sit qui extinguat *p* propter malitiam cogitationum vestrarum. *q* Annunciate in *r* Iuda, & in Ierusalem

Aug. 1? *c. & iurabunt: De iureiur. c. & si Christus.*

Al. non habet † habitatori.

De verb. signific.

b Non commoueberis] a terra tua in captiuitatem, vel per peccatum, quia ipsa idola sunt tibi ferè omnium peccatorum causa. *Thr.* 1. c. Peccatum peccauerit Ierusalem, propterea instabilis facta est. *Isaia* 58. c. Si abstuleris de medio tui catenam, &c. orietur in tenebris lux. De hoc motu *Psalm.* 72. Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quod est, quia ante pedes ponimus offendicula, scilicet, peccatorum, occasionum peccandi. *Isaia* 57. c. Auferte offendicula de via populi mei.

c Et iurabis, viuit Dominus] quasi iuramenta tua confirmabis per Dominum, non per idolum, sicut faciunt idololatræ. *Matth.* 5. c. Reddes Domino iuramenta tua. *Deut.* 6. c. Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies, ac per nomen illius iurabis. Iurabis inquam.

d In veritate] rei, vel iurantis.

e In iudicio] vt discretè, & ex causa rationabili iures.

f In iustitia] vt licitum, vel vtile iures. Sed videtur quòd iudicium sufficiat, quia si ibi est discretio, ibi est veritas rei, vel iurantis, & iuratur licitum. Ergo pro nihilo dicit *Ieron.* tres comites debere habere omne iuramentum, aut semper periurium est si vnum defuerit. Sol. Reuera qui ibi discretè iurat, siue in iudicio, alios duos habet comites, sed non quia iudicium alia duo importat, sed propter virtutum connexionem, & quia discretio est auriga virtutum, & dirigit omnes virtutes, & ideo illa non superfluunt, quia licet secundum habitus sint connexa, tamen secundum vsus distinguuntur. Quia autem dicit: Et iurabis, viuit Dominus, dicit ad condemnationem, & derisionem eorum, qui iurabant in nomine idolorum, quæ non viua, sed mortua sunt.

g Et benedicent eum omnes gentes,] scilicet populum Israeliticum cùm hæc fecerit.

h Ipsúmque laudabunt.] Vndè *Ioan.* 4. c. Salus ex Iudæis est, i. Christus, vel prædicatio salutis ex Apostolis, qui fuerunt ex Israel. Vel.

g Benedicent eum omnes gentes] quasi & tu dices, ô tu Israel, quod Dominus est talis, quod gentes debent eum benedicere, & laudare. Vel.

d In veritate] conscientiæ.

e In iudicio] deliberationis rationis.

f In iustitia] in veritate rei iuratæ, quasi quod iuratur sit verum in re, & in conscientia iurantis, & antequam iuret, benè deliberet, si est verum, vel vtile ad iurandum.

i Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & habitatori Ierusalem] quoad maiorem sui partem, scilicet, totam Ciuitatem & Templum, quod erat in sorte Beniamin, vt dicitur super illud *Deut.* 33. b. Beniamin amantissimus Domini in eo quasi in thalamo requiescet. Quantùm verò ad aliquam sui partem vbi erat domus Regis, sicut fortè in vna parte montis, quæ sita erat in eius sorte, quasi dicat, dic illis, qui sunt in Templo, & in familia Regis, vel dic illis, qui sunt maiores, qui habitant in superiori parte ciuitatis, & illis qui sunt minores, qui habitant in inferiori eius parte, scilicet ipsi plebi.

k Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas.] Methaphoricè loquitur, sicut frustra seminatur alicubi sine terræ innouatione à vepribus, & spinis, & aliis herbis nociuis, sic frustra fit opus bonum sine sordium spiritualium abiectione, & cordis circumcisione. Vndè.

l Circumcidimini Domino] per remotionem peccatorum, & circumstantiarum eorum à corpore, quod fit ad honorem Domini, vt ibi, scilicet inueniat Dominus locum vbi dignè possit habitare. Vndè *Sap.* 1. d. In maleuolam animam non introibit sapientia, &c.

m Et auferte præputia cordium vestrorum] quæ sunt propria voluntas, sensus singularis, amor domesticus. Simile *Deut. decimo* d. Circumcidite præputium cordis vestri. Quæ omnia tanquam spinæ suffocant semen gratiæ, vel verbi Dei, vt dicitur *Matth. decimo tertio* c. Quia autem dicit.

k Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas] bonum est thema in capite ieiunij. Quando enim ager diu fuit incultus, debet ibi fieri nouale; pro quo ponitur ignis ad comburendum, & consumendum stuttera; sic primò debet esse ignis indignationis contra peccatum, ita quòd homo, qui priùs fuit incultus ab omni poenitentia, disciplinâ possit coli, *infrà vndecimo* c. Ad vocem loquelæ grandis exarsit in ea ignis, & combusta sunt fruteta eius. Et ideo ibidem dicitur. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum. Ager enim sic purgatus, & combustus valdè benè postea fructificat. Et hæc est consolatio magna peccatoribus, quia nouale, quanto plures spinas habuit, tanto plures fructus afferet, si benè colatur, & purgetur. *Romanor. quinto* d. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Frustra serit, qui super spinas serit, id est, qui cum peccato vult facere bonum. Vndè *Isaia* 28. f. Nunquid tota die arabit arans, vt serat, proscindet, & sarriet humum suam? Nonne cum adæquauerit faciem eius, seret Gith? quasi dicat, tunc primò seret postquam proscinderit & arauerit. Simile *Osea* 10. d. Seminate vobis in veritate iustitiam, & metite in ore misericordiæ, & innouate vobis nouale. G

m Et auferte præputia cordium vestrorum,] contra Hypochritas, qui non mundant nisi quod exterius est calicis, cùm interiùs sint pleni omni spurcitiâ, vt dicitur *Matth. vigesimo tertio* c. *Ecclesiastic. decimo* d. Est qui exteriùs se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Et ideo non Domino, sed mundo, vel vanæ gloriæ circumciduntur, *infrà nono* g. Omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde. 1. *Mach. primo* b. Fecerunt sibi præputia, & recesserunt à Testamento sancto.

n Ne fortè egrediatur, vt ignis indignatio mea, & succendatur,] i. valde feruens, & omnia consumens persecutio.

o Et non sit qui extinguat,] i. possit extinguere. *Isaia* 1. g. Erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla, succendetur vtrumque simul, & non erit qui extinguat. Et hoc.

p Propter malitiam cogitationum vestrarum.] In hoc enim maximè peccabant, scilicet in cogitatione, quia ex infidelitate multa infima de Deo putabant, vel cogitabant, & falsa esse omnia verba Prophetarum de captiuitatis comminatione. Vel, malitiam cogitationum, vocat adinuentiones nouæ idololatriæ. Vel de Inferno expone, vbi erit ignis, qui extingui non poterit. Vndè *Isaia* 30. f. Ardens furor eius, & grauis ad portandum. Labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum. *Et* 34. b. Erit terra eius in picem ardentem, nocte ac die non extinguetur in sempiternum. Ascendet fumus eius à generatione in generationem, & desolabitur in sæcula sæculorum. *Et* 65. a. Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. *q* Annunciate in Iuda, & in Ierusalem, &c.] Hîc subdit, quæ sit hæc indignatio, quæ vt ignis egredietur, scil. aduentus Babyloniorum, quem præcipit Prophetis, vt annuncient populo. Vndè, Annunciate in Iuda, & in Ierusalem. O vos Prophetæ ideo prædicite captiuitatem, quia non poenitebunt, cùm tamen possent si vellent. Vel hoc dicit, vt audità asperitate captiuitatis, sic saltè poeniterent. Non enim nisi coactus eos Dñs puniet. Vndè *Thren.* 3. d. Non ex corde suo humiliauit, & abiecit filios hominum. Et ideo omnib⁹ modis quibus

Moraliter.] Dicit Dominus Prædicatoribus. *q* Annunciate] peccatoribus crudelitatem iudicij futuri. Et hoc. *Moraliter.*

r In Iuda & in Ierusalem,] i. tam clericis quàm laicis. Laicorum enim est confiteri, & ideo per Iudam intelligûtur. Clericorum autem habere pacê, & facere inter alios, & ideo per Ierusalem. Vndè *Is.* 40. b. Ascende in montem tu qui euangelizas. Sion, i. lucis exalta, in fortitudine vocem tuam

a modis quibus potest reuocat eos, scilicet, vel promissis, vel monitis, vel comminationibus.

a Auditum facite, loquimini] quasi, sic clamare vt omnes audiant.

b Et canite tuba in terra,] id est, habere vos ad modum speculatoris videntis venientem exercitum. *Isaia* 58. a. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.

c Clamate fortiter,] *Isaia* 40. b. Exalta in fortitudine vocem tuam.

Al. † leuauit. *d* Et dicite,] quasi per vocem præconis, vt facilius ab omnibus audiatur aduentus Chaldæorum.

e Congregamini] ad vos defendendum.

a auditum facite, loquimini, & *b* canite tuba in terra, *c* clamate fortiter, *d* & dicite *e* Congregamini & *f* ingrediamur *g* ciuitates munitas, *h* leuate signum in Sion. *i* Confortamini & *k* nolite stare, quia *l* malum ego adduco ab Aquilone *m* & *n* contritionem magnam. Ascendit *o* Leo de cubili suo *p* & *q* prædo gentiũ se † leuabit, *r* egressus est de loco suo, vt *s* ponat terram tuam in solitudinẽ. *t* Ciuitates tuæ vastabũtur remanentes absq; habitatore. Super hoc *x* accingite vos ci-

f Et ingrediamur.] Ideo in prima persona loquitur, quia ipsi Prophetæ erant de populo.

g Ciuitates munitas] sicut fit cum exercitus contrarius appropinquat.

h Leuate signum in Sion,] i. vexillum in turre Sion, quæ est super montem, vt speculator vertat illud signum versùs illam partem, in qua debet esse insultus, vt populus de ciuitate illuc confluat, sicut fit in multis locis.

i Confortamini,] scilicet, vos inuicem, & vnus alium animet ad se defendendum. Vel, Confortamini, ad currendum & fugiendum.

k Nolite stare,] quasi non eritis ociosi, quia magnum bellum imminebit vobis. Et loquitur ironicè, loquens eis quasi ipsi deberent esse victores, & ideo subdit.

l Quia malum ego, &c.] *m* Et] pro, id est.

n Contritionem magnam,] i. exercitum qui vos conteret. De qua contritione subdit.

o Ascendit Leo, &c.] id est, Nabuchodonosor de Chaldæa vt vastet Iudæam, sicut Leo exit de cubili vt prædetur. *p* Et] pro, idest.

q Prædo gentium, &c.] id est, mouebit vt veniat ad vos deprædandum.

r Egressus est de loco, &c.] id est, sine cultu, sine fructu, sine habitatione. Vndè.

t Ciuitates tuæ vastabuntur, &c.] Simile. *Isaia* 1. b. Terra vestra deserta est, ciuitates vestræ succensæ sunt igni. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant.

Moraliter. * cem tuam qui euangelizat Ierusalem.

a Auditum facite, loquimini,] per verborum conculcationem & iterationem. Hic notatur quòd debet esse prædicatio, non tantùm opportuna, sed & instans & importuna, vt etiam prædicetur inuitis & inuitè audientibus, sicut infirmo inuito datur cibus & medicina. 2. *Tim.* 4. a. Insta opportunè, importunè, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.

b Et canite tuba.] *Num.* 10. a. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, &c. Et dicitur ibi quòd tuba ad quatuor incitabat, scilicet, ad prælia, ad mouenda castra, ad nuptias, ad epulas. Sic Prædicator debet animare homines ad pugnandum contra carnem, mundum, diabolum. *Ephes. vlt.* c. Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo. Item debet mouere ad nuptias, i. ad pœnitentiam de peccatis factis, in qua desponsatur anima cum Deo. *Matth.* 1. c. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Maria significat pœnitentiam. Deinde debet mouere ad castra mouenda, i. ad perfectum de bono in melius. 1. *Petr.* 2. a. Rationabiles sine dolo lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Vltimò ad epulas æterni conuiuij. *Luc.* 14. d. Beatus qui manducabit panem in regno Dei.

Al. † bono. *c* Clamate fortiter,] vt loquamini de † altitudine æternæ gloriæ, & hoc significat clamor prædicationis. Vel, vt loquamini de asperitate pœnarum, quibus nihil poterit resistere, & hoc significat fortitudo clamoris. *Osea* 8. a. In gutture tuo sit tuba.

e Congregamini.] Prædicator non debet dicere, congregemur, quia prius debet esse congregatus Domino quam alios congreget, sed dicere debet.

f Ingrediamur ciuitates munitas,] id est, claustra. Debet enim Prædicator verbo prædicare, & exemplo monstrare quod docet *Rom.* 2. c. Qui prædicas non furandum furaris. Vel ciuitates munitæ sunt munimenta fidei Christianæ, quæ debemus intrare cùm insurgunt bella hæreticorum. Omnes enim qui inuenientur extra hanc ciuitatem peribunt diluuio æterno, sicut omnia extra arcam reperta diluuio perierunt, vt dicitur *Gen.* 7. d. Hæc est ciuitas, de qua dicitur *Ezech.* 40. a. Quod ciuitas vergebat ad Austrum, i. tendit ad habendam vitam æternam, vel ad habendum Spiritum S. *Supr.* 31. d. Reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Vsquequo delitiis dissolueris filia vaga? *h* Leuate signum in Sion,] quod interpretatur specula, vel speculum, i. crucem, vel signum pœnitentiæ in Clericis & Prælatis Religiosis, vt peccatores aspicientes in eos quasi in speculum, & sic proprias maculas videntes, tergant & lauent se. Ideo vt dicitur *Exod.* 38. a. Mare æneum factum erat de speculis mulierum, vt lauantes sacrificia ibi maculas respicerent, & abluerent. *Psalm.* 109. Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Sion. *Psalm.* 95. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, quasi per conspectum Prælati debent alij accipere pulchritudinem & decorem.

i Confortamini,] hoc dicit ne desperent propter asperitatem pœnitentiæ. *Eph. vlt.* b. Confortamini in Domino & in potentia virtutis eius.

k Nolite stare] ociosi, sed magis ambulate de virtute in virtutem.

l Quia malum ego adduco ab Aquilone, &c.] i. tentationem. Et ideo ea adueniente non debetis stare ociosi, sed magis occurrere armati, quia permitto venire contra vos tentationes, vt probetur fortitudo vestra. Vndè *Eccl.* 2. a. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

o Ascendit Leo de cubili suo, &c.] i. de malis hominibus exit ad tentandum bonos, qui est tanquam Leo qui circuit quærens quem deuoret. 1. *Petr. vlt.* b. Dicitur enim Leo propter crudelitatem. Vndè *infr.* 6. f. Crudelis est & non miserebitur. Et propter potentiam, quia non est potestas super terram quæ possit ei comparari, vt dicitur *Iob* 41. d. Qui & dicitur Prædo propter rapacitatem. Omnia enim bona animæ deprædatur qui eam per peccatum intrat. Vndè *Isa.* 33. a. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? *Thr.* 1. d. Misit hostis malum suam ad omnia desiderabilia eius. Vndè & dicit diabolus in persona Sennacherib. *Isaia* 10. c. Abstuli terminos populorum, & Principes eorum deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes, & inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum.

r Se leuabit, egressus est de loco suo.] Dicit *Gloss.* de abysso, in qua est religandus, in quam ne mittatur exorat. Si ergo secundùm hoc non est in abysso, quomodo se ab ea leuat? Solutio. Dicitur ab ea leuare se, quia quantùm potest ab ea se elongat. Vndè etiam dicunt dæmones. *Matt.* 8 d. Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Cur venisti huc ante tempus torquere nos?

s Vt ponat terram in solitudinem.] Vndè *Ioël.* 2. a. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, neque est qui effugiat eum.

u Super hoc,] id est, propter hoc malum vobis imminens nisi pœnitueritis.

x Accingite vos ciliciis. Sicut modo propter mala imminentia sæpè inducuntur ieiunia, sic tunc accingebant se ciliciis. Et dicit, accingite, scilicet, quasi pugnaturi contra tentationes. Cinguntur enim operaturi. *Eccl.* 9. c. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud Inferos quo tu properas. Accingitur pugnaturi. *Gen.* 49. c. Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. Succingimur ituri, vt peregrini proficiendo de bono in melius. *Prou.* 30. d. Gallus succinctus lumbos suos. Sicut enim longæ vestes succinguntur ne pedes impediant ad eundem, sic fluentia desideria restringenda sunt. Ideo dicitur *Deut.* 22. a. Non induetur vir veste muliebri. Mulier enim solet habere vestes longas. *Ioan.* 21. b. Petrus tunicâ succinxit se ad veniendum ad Christum. Præcingimur ministraturi, scilic. ministrando cor nostrum Deo. *Prou.* 23. c. Præbe fili mi cor tuum Deo, proximo temporalia. *Isa.* 58. c. Frange esurienti panem tuum. Sic Christus ministraturus discipulis præcinxit de linteo. *Ioan.* 13. a. Homo qui est sine cingulo, sinum non habet. Sic qui profluit per carnalia desideria spem gloriæ habere non potest. *Iob.* 19. d. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

x Accingite ergo vos ciliciis,] contra carnis concupiscentias.

a Plangite,] contra luxum carnis per terrenam ambitionem, vel auaritiam.
b Et vlulate,] contra peccatum oris. Quoad primum, satisfacite, quoad secundum, continemini, quoad tertium conuertimini. *Ioel.* 2. c. Conuertimini ad me in ieiunio & planctu & fletu, &c. *Ioel.* 1. c. Accingite vos & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris, ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei, quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium & libatio.

litiis *a* plangite & *b* vlulate, quia non est *c* auersa ira furoris Domini à vobis. Et *d* erit in die illa dicit Dominus, *e* peribit cor Regis & cor Principum, & *f* obstupescent Sacerdotes & *g* Prophetæ consternabuntur. Et dixi. *h* Heu! heu! heu! Domine Deus. Ergo, *i* ne decepisti populum istum & Ierusalem, *k* dicens. *l* Pax erit vobis. Et *m* ecce peruenit gladius vsque *n* ad animam. In *o* tempore illo dicetur populo huic & Ierusalem, *p* ventus vrens in viis quæ *q* sunt in deserto viæ filiæ populi

c Quia non est auersa, &c.] i. furens ira Domini. *Isaiæ* 9. c. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, & i. quia populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum non exquisierunt. Ideo dicit *Psalm.* 84. Conuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Ita etiam furoris Domini satis aperta est, quando ciuitates Ecclesiæ, vel diuersarum Religionum vastatæ sunt per defectum verbi Dei, vel dissensionem Prælatorum. Vndè *Ieronym.* Dum vastatur Ecclesia, ira Dei aperta est.

d Et erit in die illa dicit Dominus.] Comminatur aduentum Nabuchodonosor & exercitus sui. Sed quia possent Iudæi respondere. Benè habebimus Regem & Principes qui defendant nos, & Sacerdotes & Prophetas qui nos consolentur & prædicent quid habeamus facere. Hic respondet Dominus quod non sic erit.

e Peribit cor Regis & cor Principum,] i. audacia eorum ad bellandum, & ad resistendum hostibus & liberandum vos ab eis.

f Et obstupescent Sacerdotes,] nescientes apponere consilium.

g Et prophetæ consternabuntur,] scilicet, pseudo, i. erubescent, vel confundentur, qui prosperitatem promiserant, quam tunc videbunt non euenire, vt sic nec loqui amodo audeant sicut solebant, quia tunc falsitas eorum apparebit. Ideo dicitur *Isaiæ* 1. b. Omne caput languidum & omne cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem, non est in eo sanitas. Quia & sapientia mundi & superbia Principum periit per stultitiam crucis Christi, vt iam non valeat ad resistendum hæresibus, vel erroribus Ecclesiæ. Ideo dicitur *Iob* 12. c. Adducet consiliarios in stultum finem & iudices in stuporem, baltheum Regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum, ducit Sacerdotes eorum inglorios, & optimates supplantat, commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens, effundit despectionem super Principes, & eos qui oppressi fuerant reuelans, qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.

h Et dixi, Heu, heu, heu Domine Deus.] Ecce quia puer erat vt puer loquitur vrens istis interfectionibus. Et turbatum se dicit, quod putasset Deum in se fuisse mentitum. Promiserat enim pacem futuram in terra Iudæorum si pœniterent. Vndè videns in speculo æternitatis aduentum Nabuchodonosor ad destruendum eos imminentem esse, dicit quasi desperatus & turbatus.

i Ergo-ne decepisti populum istum & Ierusalem?] Nonne intelligit Propheta quod promissio Domini de pace futura, quam *supr.* 3. f. promisit dicens. In tempore illo vocabunt Ierusalem solium Domini, &c. non sit implenda donec post multa tempora, vt scilicet, post reductionem? Ergo-ne decepisti, &c.

k Dicens] per me.

l Pax erit vobis,] si pœnitere velitis? Vel in veritate siue ad literam Nec decepisti, scilicet permissiuè, scilicet, per pseudoprophetas qui promittebant eis pacem ex parte Domini. Vndè *Infr.* 6. c. A propheta vsque Sacerdotes cuncti faciunt dolum, & curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes: Pax pax, & non erat pax. Vndè.

m Et ecce peruenit gladius, &c.] i. vsque ad mortem, quasi non solùm vulnerans, sed etiam interficiens. Vndè.

n Vsque ad animam.] scilicet, à corpore tollendam. Sed nonne Ieremias hic fuit infidelis secundùm primam opinionem, credendo, scilicet, Deum fuisse in se mentitum? Videbat enim Iosiam interfectum fuisse, & tamen pœnituisse, & propter hoc credebat promissionem Dei esse falsam, quod malè credebat, quia non propter vnius pœnitentiam Dominus parcet multitudini. Ad hoc dicendum quòd sic loquendo non exprimit proprium affectum, sed illorum qui sic æstimabant, scilicet populorum, sicut Salomon in lib. Ecclesiastes, qui concionator dicitur, in plerisque locis assumit personam stulti, in aliis autem personam sapientis. Tamen credo secundam expositionem esse veriorem, vt exponatur. Ergo ne decepisti? quasi dicat, non sed ipsi pseudoprophetæ. Sed nota quod dicit ter: heu! heu! heu! eadem ratione qua prius dixit ter: A, a, a, vt *suprà* 1. b. scilicet, propter pœnam inflictam pro tribus peccatis, scilicet cordis, oris, operis. Vel quia mali punientur in tribus, scilicet in perpetuis tenebris, & odio Dei, & pœna exteriori, sicut boni remunerabuntur in tribus contrariis, scilicet in cognitione, dilectione, fruitione. Propter hæc tria dicitur *Iohel.* 1. d. A, a, a, diei, quia prope est dies Domini, & quasi vastitas a potente veniet.

m Ecce perueniet gladius, &c.] scilicet, culpa, vel reatus occidens animam, quia dicit *Gloss.* vbi est infidelitas, nihil vitale in anima remanet; quod intelligendum est, scilicet, quod possit animam viuificare, sed tamen ibi remanet vitale quod non possit viuificari, scilicet, synderesis. Hæc enim est scintilla conscientiæ, quæ nec in Cain fuit extincta.

n Vsque ad animam.] Persecutio vel tribulatio temporalis, est gladius tantùm pertingens vsque ad corpus, sed peccatum vel Infernus vsque ad animam. Iste autem gladius est tempus pacis præsentis amarissimus. Vndè dicitur *Isa.* 38. d. In pace amaritudo mea amarissima. Quod expone, quia in tempore martyrum fuit Ecclesia amara. In tempore hæreticorum amarior. Nunc autem quando non sunt martyricidæ & destructæ sunt hæreses, & est pax magna, est amaritudo amarissima, quia magis nunc peccant homines quam tunc. Ideò loquens de hac pace dicit.

i Ergo-ne decepisti, &c.] Pax enim præsens est quasi decipula diaboli ad capiendas animas. *Psalm.* 27. Zelaui super iniquos pacem peccatorum videns. Et post. Verumtamen propter dolos posuisti eis, *Lucæ* 19. g. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te vndique.

o In tempore illo dicetur populo huic, &c.] id est, afferentur tunc rumores de aduentu Chaldæorum, sicut solet fieri in tempore belli. Ecce iam hostes in loco isto. Et loquitur de Nabuchodonosor & exercitu sub metaphora Austri. Vndè.

p Ventus vrens,] id est, Nabuchodonosor, qui omnia terræ nascentia Iudææ destruet, sicut talis ventus solet destruere virorem herbarum & arborum & frugum.

q In viis quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei.] Nota quod desertum est inter Ierusalem & Ægyptum immeabile, sed inter Ierusalem & Chaldæam arctum est, quia ibi terminatur, & ideò ibi est meabile, quia ex parte Chaldææ illud desertum est terminabile & arctum, licet non ex omni parte Ægypti. Et est ibi via per quam venit Nabuchodonosor, & per illam erat transitus de vna ciuitate ad aliam, vel ad alias terras, quæ ciuitates dicuntur filiæ Ierusalem vel filiæ populi Domini, quia sub dominio eius erant, sicut filia sub dominio matris.

Vel quod dicit In viis quæ sunt, &c. metaphora est, quia sicut ventus, maximè Auster, qui valdè est vrés, impellit in deserto sine obstaculo, quia ibi non habet obstaculú arborum, vel domorú, vel huiusmodi, sic Nabuchodonosor vos

a impellet

Moraliter.

p Ventus vrens in viis quæ sunt in deserto, &c.] Viæ in deserto sunt diuersi modi viuendi in mundo. Per ventum tentationes, detractiones, adulationes, quæ exterminant omne quod est virens in homine, id est, omne bonum. *Psal.* 13. Contritio & infœlicitas in viis eorum. *Amos* 4. c. Percussi vos in vento vrente, & in ærugine multitudinem hortorum vestrorum & vinearum vestrarum, oliueta vestra & ficeta vestra comedit eruca, & non redistis ad me, dicit Dominus. *Moral.*

a Non ad

△ impellet sine obstaculo, quia ei non poteritis resistere.
* a Non ad ventilādum, &c.] sicut aliquando ventilantur segetes cum vento, vt sic à paleis purgentur, quia nihil vtilitatis afferet vobis Nabuchodonosor, sed multùm nocumenti, quia totum destruet. Vndè *Isa.*10. b. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit, sed ad conterēdum erit cor eius & ad internecionem Gentium non paucarum.

D mei, non a ad ventilandum, & ad purgandum. Spiritus b plenus ex his c veniet mihi. Et nunc d ego, e sed f loquar iudicia mea cum eis. g Ecce quasi nubes ascendet, & h quasi tempestas currus eius, i Velociores aquilis equi illius. Væ k nobis quoniam vastati sumus. l Laua à malitia cor tuum m Ierusalem vt salua fias. n Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? o Vox enim annunciantis à Dan, & p notum facientis idolū de monte Ephraim:

b Spiritus plenus, &c.] quasi per hoc plenè de populo meo vindicabor, quia plenissimè hoc facere disposui ex spiritu, id est, indignatione quam habeo ad vos. Vndè dicitur *Gen.*6. a. Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, id est, indignatio mea. Vel est vox Prophetæ, id est, spiritus prophetiæ in me adimplebitur & magis confirmabitur per hoc, quia ego per talem tribulationem purgabor, non populus. Per hoc enim quod vidit impletum quod prædixit, magis purgatus est, & spiritus prophetiæ in eo confirmatus est, & virtutes eius magis per hoc probatæ sunt. Vel.
b Spiritus plenus ex his,] id est, hæc indignatio Nabuchodonosor vel Domini.
c Veniet mihi,] id est, ad vtilitatem meam non populi. Vel, Spiritus plenus ex his veniet mihi, id est, meæ dispositionis de his quæ prædixi hæc ventura plenitudo veniet mihi, & etiam actu implebitur.
d Et nunc ego.] Defectus est in sermone, quod est Aposiopisis. Vndè supple, quomodo possum hæc pati, vel quid dicam, quasi parcam eis. e Sed,] tamen prius. f Loquar iudicia, &c.] id est, ostendam quod pœna quam passuri sunt iusta erit, & ex iudicio meo iusto. g Ecce quasi, &c.] id est, citò & subitò ascendet in Ierusalem, vt ducat eos in captiuitatem. Nubes enim subitò apparet, & subitò disparet, & citò à vento impellitur.
h Et quasi tempestas, &c.] scil. veniet, quasi nulli parcens, sed totum consumens. i Velociores Aquilis, &c. Vndè *Abac.*1. b. Suscitabo Chaldæos gentem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribilis est, ex seipsa iudicium & onus eius egredietur. Leuiores Pardis equi eius, & velociores Lupis vespertinis.
k Væ nobis quoniam, &c.] Vox est Prophetæ in persona populi dicentis sic, quia iam videbat in spiritu quasi iam præsentia & non futura. Se autem connumerat cum eis, ad innuendum se compati afflictioni populi sui. Simile *Isa.*3. a. Væ animæ illorum, quoniam reddita sunt eis mala.
Moral. * a Non ad ventilandum & purgandum,] quia mali cùm deberent emendari & corrigi ex his, scilicet detractionibus & tentationibus, magis peiorantur & deteriores fiunt. Concipiunt enim ex adulationibus vanè gloriam, ex detractionibus rancorem, ex tentationibus peccatum. Sed boni per hæc purgantur. Sciunt enim hoc ventilabrum & purgatorium hic esse. Vndè & in persona bonorum dicit.
b Spiritus plenus ex his, &c.] quasi ex hoc vento acquiram mihi plenitudinem gratiarum. Vndè *Osee* 13. d. Adducet Dominus ventum vrentem de deserto ascendentem, & siccabit venas eius & desolabit fontem eius, id est, omnem affectionem terrenitatis & carnalitatis. Sed magis inde euacuantur à spiritu quàm repleantur. Vndè *Psal.*88. Destruxisti eos ab emundatione, id est, per hoc vnde debe ent mundari. Vel ventus vrens est diabolus, qui non habitat nisi in viis desertis à gratia Dei, in quibus nullum hospitium inuenit Dominus, *Soph.*2. c. Moab vt Sodoma erit & filij Ammon vt Gomorra, siccitas spinarum & acerui salis, & desertum vsque in æternum. Per primum significatur sterilitas bonorum operum, per secundum sitis peccandi, per tertium defectus gratiæ.
d Et nunc ego] scilicet, taceo in præsenti dissimulando peccata hominum propter pœnitentiam.

e Sed loquar iudicia mea cum eis] in futuro iudicio. Vndè *Eccl.*3. b. Tempus tacendi & tempus loquendi. Vndè *Isa.*42. c Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum. Vociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Dissipabo & absorbebo simul.
g Ecce quasi nubes, &c.] quasi subitò veniet diabolus cum exercitu suo vt auferat omnia bona in quibus homo modò confidit & ducat eum in captiuitatem Inferni. Modò enim florent mali, sed subitò diabolus desiccabit eos omninò. *Luc.*12. c. Cùm diceret ille diues cuius ager multos fructus attulit. Anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus. Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, Quæ autem parasti cuius erunt? *Sap.*1.a. *infr.*48. b. Date florem Moab, quia florens egredietur quasi ante messem, quia illam nunquam habebit. Non erit impius. *Isa.*18. c. Ante messem totus efflorebit, & immatura perfectio germinabit.
h Et quasi tempestas, &c.] Vndè *Prou.*10. d. Quasi tempestas transiens & non erit impius. Tunc enim in tempestate veniet omnia subuertens, quia hic venit in rore & vt pluuia in vellus, ad pœnitentiam benignè vocans. *Naum.*1. a. Dominus in tempestate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius, quia omnia subuertet quasi in cinerem redigens.
i Velociores Aquilis, &c.] id est, prædicatoribus, quia Dæmones cum maiori desiderio & importunitate incitant homines ad peccandum quam Prædicatores ad benè agendum. Semper enim circumit diabolus quærens quem deuoret. De quibus Aquilis, *Exod.*19. a. Vos ipsi vidistis quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos super alas Aquilarum & assumpserim mihi De hoc *1.Pet.*5.b. *Thren.*4. d. Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis cœli, super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.
l Laua à malitia, &c.] quasi dicat, prædixi vobis ante captiuitatem, sed adhibeo remedium quo illam potestis euadere si vultis. *Isa.*1. c. Lauamini, mundi estote.
n Vsquequo morabuntur, &c.] tanquam mali hospites omnia furantes & vastantes? Insanus esset qui talem hospitem libenter vellet morari in suo hospitio. *Sap.*1. a. Peruersæ cogitationes separant à Deo. *Ibid.* b. Auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. *Isa.*1. c. Auferte malum cogitationum ab oculis meis dicit Dominus.
m Ierusalem,] id est, ô plebs Iudæorum, vel omnium confitentium Deo. Ideò autem oportet vt laueris per pœnitentiam.
o Vox enim annunciantis à Dan,] scilicet aduentum Chaldæorum, quasi dicat. Ecce iam veniet nuncius de Dan dicens ipsum oppidum iam esse destructum à Chaldæis, & ideò laua te ne & tu in proximo destruaris. Ideò enim castrum, scilicet Dan, Nabuchodonosor primò destruxit. Et hoc dicit, quia Nabuchodonosor venit à parte Aquilonari, & primò intrauit per terram tribus Dan, & deinde venit per terram Ephraim.
p Et notum facietis, &c.] id est, ecce vox nuncij nunciantis idolum, id est, manifestantis peccata idololatriæ per pœnam pro peccato inflictam. Vel emphaticè vocat Nabuchodonosor idolum, quasi qui erat summè idololatra, quasi princeps idololatrarum. Et hoc nunciat de monte Ephraim, id est, per pœnam quam inflixit iam in terra Ephraim postquam inflixit eam in tribu Dan, vel in illo oppido quod dicitur Dan. Vel sic. Ego ipse vobis prædico quòd ita adueniet, vt ita nomine nunciantis intelligatur Propheta. Et dico hoc totum accidere pro peccato idololatriæ. Vndè dicit. Et notum facietis idolum de monte Ephraim. Sed quia decem tribus hoc peccatum committebant, præcipuè in monte Ephraim, quia de Ephraim primus Rex eorum fuit, ideò dicit de monte Ephraim.
Mysticè. Dan interpretatur iudicium, Ephraim vbertas, quia iudicium imminebit diuitibus huius mundi Vndè *Luc.*6. d. Væ vobis diuitibus. *Iac.*5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris quæ aduenient vobis. Et post. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Dicit autem quod vox annunciantis veniet à Dan, quia vox prædicationis debet incipere ab incussione terroris iudicij. Et dicit: Annunciantis idolum de monte Ephraim, quia debet ostendere in prædicatione, quòd omnes potestates & honores & delitiæ huius mundi, non sunt nisi quædam somnia, sicut idolum nihil est. *Psal.*75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. *Mysticè.*

a Concitate gentes,] id est, Iudæos vt eant vobiscum ad tormentum ciuitatem Ierusalem. Et est quasi irrisio. Vel sic, quasi vos faciatis talia, vel facietis propter quæ Gentes, id est, Chaldæi concitabuntur contra vos b Ecce auditum est, &c.] quasi rumores venerunt quod veniant Chaldæi, vt obsideant Ierusalem, & custodiant, ne quis de vobis inde exeat, vel custodiant vos in carcere.

Al. † Dicite gentib.

† a Concitate gentes, ecce b auditum est in Ierusalem, custodes venite de terra longinqua, & c date super ciuitates Iuda vocem suam. d Quasi custodes agrorum facti sunt e super eam in gyro, quia f me ad iracundiam prouocauit, dicit Dñs. Viæ g tuæ & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi. h Ista malitia tua, quia i amara, quia k tetigit † os tuum. Ventrem l meum, ventrem meum doleo, sensus m cordis mei turbati sunt in me. n Non tacebo, quoniam o vocem † buccinæ audiuit anima mea, p clamorem prælij. q Contritio super contritionem r vocata est, & vastata est omnis terra. f Repentè vastata sũt tabernacula mea, t subitò pelles meæ.

Al. † cor.

Al. † tubæ.

c Et date super, &c.] Clamabunt enim ad mortem, ad mortem, ad gladium, ad gladium, ad arma, ad arma.

d Quasi custodes agrorum, &c.] quasi ita custodient ciuitatem, sicut qui custodiunt agros vel vineas, ne quis ingrediatur, vel egrediatur. e Super eam.] Et, super, notat oppressionem, quasi vndique spectabunt si quis egrediatur. Vel.

d Quasi custodes, &c.] quia vestra bona colligent & auferent. Sic enim custoditur ager ab aliquo vt nonnisi ipse inde fructus colligat. Quod autem hic patiantur Iudæi, non hoc faciet potentia hostium, sed tantùm culpa ipsorum. Vndè.

f Quia me ad ira. &c.] Vndè Gloss. Quicquid nobis malè accidit, vitij nostri est, non Dei; qui ipsum nobis dulcem vertimus in crudelem & amarum. Peccata enim nostra cogunt eum sæuire contra nos. Sed quomodo hoc dicit, cùm dicatur. Iob 17.a. Non peccaui, & tamen in amaritudinibus moratur oculus meus. Ibi Gloss. Non peccauit, vt hæc flagella mereretur. Præterea distinguit. Beda in 4. Sent. Quædam mala infligi ad correctionem, quædam ad initium pœnæ æternæ, quædam ad custodiam virtutum, quædam ad gloriam, vel augmentum gratiæ. Sol. Intellige sic, quicquid patimur, vitij nostri est, id est, ex vitio Adæ est, nihil enim nocere posset homini nisi peccatum Adæ præcessisset, quo tota natura humana corrupta est & passibilis facta ab infimis creaturis. Vel loquitur. Gloss. vt in pluribus.

g Viæ tuæ, &c.] scilicet, malorum operum.

h Ista est malitia tua,] id est, pœna pro malitia, scilicet, idololatriæ.

i Quia amara,] id est, quia est contra Deum directè, nec habet colorem excusationis, & ideò valdè amaricat animam. In alijs enim peccatis, vt in peccatis carnis, videtur esse delectatio sine amaritudine, sed in peccato idololatriæ & infidelitatis non apparet nisi amaritudo, & semper est cum remorsu conscientiæ, quia fomes non ita instigat ad hoc vitium sicut ad alia vitia.

k Quia tegitur, &c.] scilicet, os ossis. Tunc mortifera & consummata est ægritudo, quando attingit os, quasi dicat, malitia tua consummata est & mortifera, & omnem fortitudinem in te destruxit. Vel, os oris. Tunc malitia dicitur tangere os, quando prorumpit in iactantiam, vel in excusationem. Alia litera habet, scilicet, litera Ieron. Quia tetigit cor tuum, quasi malitia tua penetrauit vsque ad interiora, scilicet, medullam animæ destruens, quod fit per infidelitatem. Vndè sup. c. Gladius peruenit vsque ad animam. Et sup. 2. c. Constuprauerunt te vsque ad verticem.

Mysticè.

Mysticè. a Concitate gentes, &c.] Sic pagani & hæretici concitantur contra Ecclesiam, & laici contra Clericos Isa. 9. c. Eleuabit Dominus hostes Rasin super eum & inimicos eius in tumultum vertet, Syriam ab Oriente & Philisthiim ab occidente & deuorabunt Israël toto ore. Per Rasin, id est, picturam, mundani vel auari significantur, qui ponunt spem in figura huius mundi quæ præterit. Per Syriam, id est, sublimes, superbi. Per Philisthiim, id est, potione cadentes, luxuriosi. Per Israël, Clerici vel religiosi.

d Quasi cust. agr. &c.] qui non custodiunt agros nisi quando in eis sunt fructus, sed postea dimittunt eos conculcari à feris & ab eis depasci. Sic Prælati alio modo non custodiunt Ecclesias nisi propter fructum. Et tunc tantùm veniunt ad eas quando colliguntur fructus. Psal. 78. Posuerunt Ierusalem quasi pomorum custodiam. Tales possunt dicere illud Cant. 1. b. Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui, supple, nisi quando in ea erant fructus. Et tunc eam custodiui, non propter se, sed propter fructus. Vndè 2. Cor. 12. e. Non quæro quæ vestra sunt, sed vos. Philip. vlt. d. Non quæro datum, sed fructum abundantem in ratione vestra.

l Ventrem meum, &c.] Quia prædixit eis mala eorum futura, ne videatur hoc dicere ex odio vel appetitu vindictæ exercendæ in eos, innuit hic se eis compati. Et quia duæ sunt ventris passiones, scilicet Iliaca passio, & illa quæ est parturientis, quibus nulla maior. Vt ergo ostendat se summè dolere, bis dicit, Ventrem meum, quasi tantum habeo dolorem pro vobis ac si me ambæ hæ passiones torquerent. In quo ostenditur magnitudo suæ compassionis. Vndè 2. Mach. 15. c. Hic est fratrum amator & populi Israël, hic est qui multùm orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta Dei. Vel, ideò bis dicit: Ventrem meum, propter destructionem duorum Regnorum, scilicet, duarum tribuum & decem. Et sic Prælati deberent lugere peccata subditorum, & damnationem eorum. Psal. 30. Turbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus. Gloss. super Psalm. Peccata proximorum sunt fixoria iustorum. Sicut autem mulier tunc maximè dolet ventrem in partu quando patitur abortiuum, sic Prælatus qui sperabat quòd aliquis per eum deberet conuerti, & sic ab eo generari, & reuertitur ad peccatum maximè dolere debet. Vndè Isa. 37. a. Dies tribulationis, & angustiæ, & correptionis, & blasphemiæ dies hæc, quia venerunt filij vsque ad partum & non est virtus pariendi. Psal. 118. Vidi præuaricantes, & tabescebam. Hæc compassio significata est Ioan. 11. e. in hoc quod Dominus super Lazarum infremuit & gemuit. Et Luc. 19. f. vbi fleuit super ciuitatem. m Sensus cordis mei, &c.] Exponit dolorem, quia sicut in ventre proles concipitur, sic in mente dolor concipitur per cogitationes malas torquentes cor.

n Non tacebo,] quasi dolor non permittit me tacere.

o Quoniam vocem buccinæ, &c.] quasi in spiritu prophetiæ, vel in speculo æternitatis vidi clamorem exercitus Nabuchodonosor, non hortantis ad epulas sed ad bella & pugnas. Vnde.

p Clamorem prælij.] Expositio est præcedentis, quasi non ad iocunditatem audiui buccinam, sed ad hortandum ad prælium contra vos.

q Contritio super contritionem,] scilicet contritio animalium super contritionem ciuitatis & possessionũ. Vel contritio terræ super contritionem ciuitatis. Vel contritio duarum tribuum super contritionem decem tribuum.

r Vocata est,] à Domino, id est, veniet citò, sicut nuncius vocatus non moratur, sed statim obedit, sic hostes in hoc mihi obediunt. Vndè Isa 10. b. Assur virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eius mea indignatio, ad gentem fallacem mittam eum.

f Repentè vastata sunt, &c.] Loquitur in persona populi, sibi attribuens quod est populi præ magnitudine compassionis. Tabernacula, ad literam, ciuitatum.

t Subitò pelles meæ.] In Hebræo habetur, cortinæ, vbi nos habemus, pelles. Tabernacula protendebantur à summo ad imum, cortinæ ex transuerso. Et hoc dicit, quia cortinæ quæ fiebant de pellibus, & tabernacula quæ faciebãt Iudæi propter intemperiem aeris, quasi omnia tunc destruentur.

Vel ideò vocat

Mysticè. o Quoniam vocem buccinæ, &c.] scilicet voces detractionum, vel adulationum, vel cantantium in choreis, vel mendacia, quæ omnia impingere faciunt equos diaboli in prælium contra Dominum. Vndè. Mysticè.

p Clamorem prælij.] Iob. 39. c. Vbi audierit buccinam, dicit Vah. Deridet enim diabolus tales, & maximè in choreis exultantur ambulantes. Vndè ibidem. Terram vngula fodit, exultat audacter. De pellibus enim suis faciunt sacrificia diabolo.

q Contritio super contritionem,] id est, pœna corporis super pœnam animæ. Vel, Contritio Inferni, super contritionem pœnæ præsentis.

f Repentè vastata sunt, &c.] id est, diuersæ Ecclesiæ mundi, in quibus vix vnus bonus Sacerdos vel Canonicus inuenitur, infr. 10. d. Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt, non est qui vltra extendat tentorium meum, & erigat pelles meas, quia stultè egerunt Pastores & Dominum non quæsierunt, propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est. Vndè.

t Subitò pelles meæ,] i. religiosi qui debẽt esse ornatus Ecclesiæ tãquã eius cortinæ. Cant. 1. b. Nigra sũ, sed formosa,

sicut tabernacula

h Vel ideò vocat eorum domos tabernacula & pelles, quia ita facilè destruentur, sicut tabernacula, vel vmbracula de pellibus. Vel loquitur Dominus in persona sua: Vastata sunt tabernacula mea,] id est, Iudæi in quibus soleo habitare per fidem, & cultum legis & intelligentiam. Et ideò dicit, pelles, in quibus scribitur.

Visquequo videbo fugientes, sudiam vocem buccinæ? Quia b stultus popolus meus c me non cognouit. Filij d insipientes sunt & væcordes. e Sapientes sont vt faciant mala, f benè autem facere nescierunt. g Aspexi terram & h ecce vacua erat i & nihil, & k cœlos & non l erat lux in eis. Vidi m montes & ecce mouebantur, & omnes n colles conturbati sunt. o Intuitus sum & non erat homo, & omne p volatile cœli recessit. Aspexi, & q ecce Carmelus desertus, & omnes r vrbes eius destructæ sunt à f facie Domini, & à facie iræ furoris eius. t Hæc enim dicit Dominus. Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam. u Lugebit terra, & x mœrebunt cœli y desuper, z eo quòd locutus sum.

Sup. 9.7. c. & hoc diximus. a Visquequo videbo fugientes] scilicet, Iudæos regem Babylonis, dicit Propheta, eis compatiens. Vel, fugientes, id est, à suo seruitio recedentes.

b Quis stultus, &c.] Responsio Domini ad Prophetæ interrogationem, quasi ideò hæc mala eis eueniunt. Quia stultus populus, quasi peccata eorum hoc exigunt, nec mutabitur Dei sententia de pœna eis infligenda nisi mutentur eorũ peccata. Et verè stultus, quia.

Esa.8.a. c Me non cognouit,] cùm tamen bos cognoscat possessorem suum, & asinus præsæpe Domini sui. Simile *Isa.5.* d. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, *infr.8.* c. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, Turtur, & Hirundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui; populus autem meus non cognouit iudicium Domini. Vbi nos habemus. Quia stultus populus meus me non cognouit, *Septuag.* habent. Quia Principes populi mei me non cognouerunt. Et est hic argumentum quod supponit hic Propheta, ignorantiam esse peccatum, scilicet, ignorantiam eorum qui scire nolunt, vt dicitur *sup.* Rom. 2. Siue voluntas ignorandi. Vndè *Osea* 4. b. Quia tu scientiam repulisti, non dicit, non habuisti, ego te repellam vt non fungaris sacerdotio mihi.

d Filij insipientes, &c.] id est, sine corde vel sine intelligentia. *Osea* 7. c. Ephraim quasi columba seducta non habens cor, quasi non considerantes quod malum sequatur eos ex peccato eorum.

e Sapientes sunt, &c.] id est, astuti malitia.

f Benè autem facere, &c.] id est, non approbauerunt. *Luc.16.* b. Filij huius sæculi sapientiores sunt filiis lucis in generatione sua, quia dolosi sunt, & astuti ad facienda mala & temporalia acquirenda; sicut & villicus iniquitatis, secundum quod & dicitur serpens callidior fuisse homine. Hæc autem sapientia non est desursum descendens à Patre luminum, sed terrena, carnalis & diabolica, vt dicitur *Iac.3.* d. Et 1. *Cor.2.* d. Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Vt autem dicit hic Ieron. vera sapientia est quæ Dei timori iungitur. Vera enim scientia addit dolorem. Vndè *Eccl.1.* Qui apponit scientiam, apponit & dolorem.

Mysticè. ⊖ sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. In religiosis enim est albedo propter contemplationem, in Prælatis Ecclesiæ nigredo propter actionem. Tamen dicitur *Abac.3.* b. Turbabuntur pelles terræ Madian, quod interpretatur ex iudicio, scilicet, iudicio suipsios, quia iustus in principio accusator est sui. Et hoc significat habitus monachorum, qui factus est in modum crucis.

Prou.18.c. Ad literam. g Aspexi terram.] Hæc est visio destructionis Ierusalem, vbi vidit captiuitatem futuram, quasi dicat, ne dicatis, quando veniet Nabuchodonosor, nihil mali faciet nobis, quia vidi quid facturus est. Aspexi terram, per spiritum prophetiæ.

h Et ecce vacua erat,] ab habitatore.

i Et nihil] in valore quia tota consumetur.

k Et cœlos, & non erat lux in eis] secundùm opinionem positorum in captiuitate. Tantum enim terrorem & dolorem habebant & ita turbati erant, quòd videbatur Sol obtenebratus, sicut homini multum dolenti & lachrymas effundenti apparet.

m Vidi montes, &c.] Hoc etiam videbatur eis ex nimia perturbatione & dolore, & stupore. Montes, id est, montium summitates. n Colles, id est, latera montium. o Intuitus sum, & non erat homo,] quia terra vastata est ab habitatoribus suis.

p Et omne volatile cœli recessit.] Aues enim & pisces & bestiæ etiam siluestres quæ solent habitatores sequi, abierunt & perierunt. Et in hoc innuit quòd propter hominem factæ sunt,

q Aspexi, & ecce, &c.] qui est mons fertilissimus, in quo notat omnem fertilitatem esse destruendam.

r Et omnes vrbes eius, &c.] id est, à iustitia exercitata per Nabuchodonosor & eius exercitum.

f Et à facie iræ, &c.] id est, ab instantia vel aduentu Chaldæorum, quæ omnia fient propter offensam quâ Deum offenderunt, quam quia Dominus vindicabat, dicitur iratus.

t Hæc enim dicit Dominus: Deserta, &c. sed tamen consummationem non faciam,] terræ, quia adhuc inhabitabitur & coletur, vel non omninò destruam Iudæos, quia quidam de captiuitate redibunt.

u Lugebit terra] in sterilitate, quia dicitur ridere in fertilitate. Simile *Osea* 4. Lugebit terra & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri & in volucre cœli, sed & pisces maris congregabuntur. Ibi *Gloss.* Naturale est vt habitatore sublato, bestiæ quoque, & volucres, & pisces deficiant. Vel, Lugebit terra, id est, amatores terrenorum pro illorum amissione.

x Et mœrebunt, &c.] id est, viri sancti, vt Ieremias & Baruch eis compatiendo.

z Eo quod locutus sum,] id est, quia faciam ea quæ dixi. Sed ideò sic dicit, quia loqui Domini, facere est. Vndè: Dixit & facta sunt. Alia *littera* habet, cœli nigrescent, id est, videbuntur nigrescere præ maximo dolore, timore, & & stupore.

Mysticè. g Aspexi terram,] i. laicos. i Et nihil,] propter peccata quæ faciunt *infr.50.* d. Vox belli in terra & contritio magna. In eis enim sunt rixæ, discordiæ, & iræ.

k Et cœlos,] clericos, in quibus debent esse luminaria vitæ & scientiæ, sed.

l Et non erat lux in eis.] *Apoc.6.* d. Et Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus *Isa.50.* b. Induam cœlos tenebris. Vel.

g Aspexi terram, &c.] id est, temporalia, quæ reuera vacua & nihil, Vndè *Gen.1.* a. Inanis & vacua, quia satiare non possunt, ideò inanis, & nihil, quia nihil inde auferre possumus nobiscum, & ideò vacua. *Act 9.* b. Paulus apertis oculos nihil videbat. Vndè qui hic aliquid se esse putant, patet quod cordis oculos clausos habent. o Intuitus sum & non erat homo,] quia *sup.2.* a. Abierunt post vanitatem, & vani facti sunt. Et ideò qui sequitur ea quæ nihil sunt, de iure non esse homo dicitur. *Isa.50.* a. In sceleribus dimisi matrem vestram & veni, & non erat vir. Sed magis est bestia, quia facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt, abalienati sunt de confusione. *Osea* 9. c. p Et omne volatile cœli recessit.] *Iob.5.* b. Homo natus est ad laborem, auis ad volandum, quasi, non sunt actiui, & non sunt contemplatiui. Non sunt ergo aues in terris, sed multa sunt reptilia & serpentes, scilicet, peccatores, qui non possunt volare ad cœlum.

q Aspexi, & ecce Carmelus desertus] quod interpretatur scientia Circumcisionis, vel tenellus, & significat Religionem, in qua est regula circumcidens vitia, quod si faciant, tenerrimè diliguntur à Deo.

r Et] ideò, omnes vrbes eius destructæ sunt, i. Ecclesiæ. *Isa.29.* f. Chermel in saltum reputabitur. Chermel, i. Carmelus. Per saltum homines mundani, infructuosi. Iam enim omnes ferè religiosi conantur viuere sæculariter.

t Sed tamen consummationem non faciam.] Cùm enim flagellat Dominus in præsenti, non consumit, quia ad correptionem hoc facit, non ad condemnationem, sed in futuro in malis pœnam consummabit. *Isa.30.* g. Erit transitus virgæ fundatus quam requiescere Dominus faciet super eum. Sed dicit *Psalm.129.* Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum; modò enim in præsenti non continet in ira misericordias suas.

u Lugebit terra.] Terreni de terrenorum amissione, quod est tristitia sæculi, quæ operatur mortem, dicitur 2. *Cor.7.* c. Simile *Isa.24.* a. Luxit & defluxit terra.

x Et mœrebunt cœli] sancti viri.

y De super,] i. pro supernorum gaudiorum dilatione, quasi non pro damno temporalium. Vndè deorsum luget, & non desursum, qui luget pro temporalibus. *Eccl.35.* c. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum, & Dñs exauditor non delectabitur

⊖ in illis Cogitaui

a & stupore. a Cogitaui & non pœnituit me,] id est, deliberaui apud me. Pœnitere dicitur Deus quando aufert sententiam suæ comminationis, sicut per Ionam minatus est destructionem Niniue, sed mutauit sententiam,
Ionæ 3. c. illis mutantibus merita. b Nec auersus sum,] Secundum retractionem.

c Ab eo] quod cogitaui. d A voce equitis, &c.] Hoc dicit, quia Chaldæi & Medi, & Persæ boni equites sunt, & boni sagittarij sunt, qui cum Chaldæis venient.
e Fugit omnis ciuitas,] id est, habitatores ciuitatum.
f Ingressi sunt ardua, &c.] id est, Iudæi timentes hostes.
g Vniuersæ vrbes, &c. & non habitat in eis homo,] id est, non habitabit.
Al. † inter morientes expandentesque.
Mysticè.
m in illis. a Cogitaui & nõ pœnituit me] quia ipsi non pœnitent.

a Cogitaui & non pœnituit me, nec b auersus sum c ab eo. A d voce equitis & mittentis sagittam fugit e omnis ciuitas. f Ingressi sunt ardua, & ascenderunt rupes. Vniuersæ g vrbes derelictæ sunt, & non habitat in eis homo. Tu autem h vastata quid facies? Cum i vestieris te coccino, cum k ornata fueris monili aureo, & l pinxeris stibio oculos tuos, m frustra componeris. n Contempserunt te amatores tui, o animam tuam quærent. p Vocem enim quasi parturientis audiui q angustias vt puerperæ. r Vox filiæ s Sion † t inter morientes, u expandentésque manus suas. Væ mihi x quia defecit anima mea y propter interfectos.

Vndè infr. 18. b. Si pœnitentiam egerit gens ista à malo suo quod locutus sum aduersus eam, id est, de quo reprehendi eam, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui, vt facerem ei.

d A voce equitis & mittentis sagittam] eques est diabolus, sicut & equus dicitur peccator. Vndè Exod. 15. a. Equum & ascensorem proiecit in mare. Iste eques emittit sagittam detractionis per hominem quasi per arcum suum, infr. 9. c. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est.

e Fugit omnis ciuitas] quia multi propter detractiones bonum quod inceperant, dimittunt, vel propositum non audent ad effectum deducere.

f Ingressi sunt ardua, &c.] Ecce remedium contra detractiones. Quando enim detrahitur homini benefacienti, & dicitur, simulator est, vel papelardus, tunc intret religionem, & tunc cessabit omnis detractio, tunc enim apparebit quòd non erat hypochrita. Sic Iudæi in aduentu Holofernis, qui interpretatur infirmans vitulum saginatum, & significat detractorem, ascenderunt in montana, vt dicitur Iudith. 5. d. Iob. 39. d. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila, & in arduis ponet nidum suum?

h Tu autem vastata, &c.] loquitur ad totam plebem sicut ad quandam meretricem. Per coccinum & monile, & stibium, significatur cultus idololatriæ, de cuius pulchritudine & sumptu se iactabant & credebant propter ornatum quem exhibebant idolis, omnes gentes sibi fore pacificas. Hanc ergo vanam confidentiam hic eis improperat. Tu autem vastata quid facies? Alia litera habet. Tu misera, quæ, scilicet, Deum clementiæ fontem amarum reddidisti, dicit Ieron. Sed quomodo hoc dicit, cùm potiùs homo per peccatum seipsum reddat amarum, quam Deum, & palatum cordis sui inficiat? Præterea Deus in infinitum est dulcior quam aliquod peccatum sit amarum, ergo illud non potest Deum amaricare. Solut. Dicitur amaricari non in se, sed in nobis, quia scilicet, per peccatum nostrum ad iracundiam prouocatur. Vel quia videtur amarus peccatori propter timorem pœnæ, sicut bono dulcis est iustitia, sed cum malus ineat, tunc ei est amara propter pœnam quam timet: sicut oculus clarus delectatur videndo lucem, sed oculus æger contristatur.

i Cum vestieris te coccino, &c.] Per hæc tria vt dixi, intelligitur cultus idololatriæ, per quem Iudæi credebant omnibus gentibus placere, & habere illarum amorem, sicut meretrix per talem ornatum quærit placere hominibus. Sed talis cultus non profuit Iudæis quin captiuarentur, & ideò dicit. Frustra componeris. Quare?

n Contempserunt te amatores tui,] i. Assyrij & Chaldæi quibus aliquando te confœderasti, vel quibus per hunc cultum placere credebas. Vel, amatores, id est, Dæmones, secundùm Gloss. Vndè.

o Animam tuam quærent,] id est, animæ tuæ interitum per peccatum in his, non tuam placentiam. Sic & illi, scilicet, Chaldæi quærunt te interficere, & non tuam idololatriam. Sed quomodo vocat Dæmones amatores: ipsi enim non amant, sed oderunt? Vnde vocatur diabolus inimicus homo, Matth. 13. d. Eccl. 18. d. Ne dederis animæ tuæ concupiscentias eius, ne faciat te in gaudium inimicis tuis. Ibi Gloss. id est, Dæmonibus. Solut. Dicuntur amatores, id est, corruptores. Et ponitur antecedens pro consequente. Vel dicuntur amatores secundùm opinionem illorum qui credunt, quod ille qui suggerit eis furari vel fornicari, diligat eos, licet enim non credant diabolum esse dilectorem, tamen faciunt ac si crederent. Mysticè.

p Vocem enim quasi parturientis, &c.] quasi benè scio quòd te quærunt interficere, quia iam spiritu prophetiæ audiui vocem tui clamantis, & eiulantis præ dolore & afflictione quam habebis in aduentu Chaldæorum.

q Angustias vt puerperæ] quæ multum dolet in parturiendo. Puerperam vocat mulierem quæ primò parturit, & nunquam aliàs parturiuit: Talis magis affligitur quam illa quæ consueuit parturire.

r Vox,] hæc vox supple.

s Filiæ Sion,] id est, populi Ierusalem. Et dicitur filia Sion, quia est sub monte, vel arce Sion, à quo protegitur tanquam à matre filia. Filiæ dico, existentis supple.

t Inter morientes] & ita exponit, quid vocauit puerperam, scilicet, filiam Sion.

u Expandentesque manus suas] præ dolore mortis. Percussi enim præ dolore extendunt se. Et quæ est ista vox, subdit.

x Væ mihi quia defecit anima mea,] quasi tunc ita dicet populus, vel hoc dicit Propheta populo compatiens.

y Propter interfectos.] Hic Hebræus habet propter interfectores.

Mysticè, id est, Cùm vestieris te coccino.] Pugiles consueuerunt indui coccineis ne percipientes proprij sanguinis effusionem, pertimescant. Talibus induuntur mulieres ad propugnandum pro diabolo contra Dominum. Et diabolus vult eas talibus indui, ne percipiant suum sanguinem, id est, peccati turpitudinem, vel mortis æternæ. Credunt enim quòd diabolus non odiat eas, cùm ita benè eas induat. Mysticè.

k Cùm ornata fueris monili aureo] quod claudit collum, ne peccator ponat manum suam in sinum eius, vndè dicitur à monendo. Sed in fatua muliere significat, quod ita diligit fornicarium suum, & ille eam quod ad inuicem se tenent in peccato & amore malo.

l Et pinxeris stibio oculos tuos.] Sed timere debent ne accidat eis sicut accidit Iezabel. De qua 4. Reg. 9. f. dicitur, quòd cùm audiret ipsa, quod Hieu veniret in Iezrael, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum & respexit per fenestram ingredientem Hieu per portam, & cum Hieu leuans faciem suam videret eam, dixit. Præcipitate eam, & ita fecerunt, & sic mortua est. Et tamen Regina erat quæ magis debet benè ornari quam alia mulier. Vel loquitur cuique se a Deo alienanti per peccatum, cùm tamen fuerit ei iunctus per matrimonium spirituale.

i Cùm vestieris te coccino,] id est, sanguinis Christi habueris fidem.

k Cùm ornata fueris monili aureo,] id est, habueris corporis virginitatem.

l Et pinxeris stibio oculos tuos [per cognitionem secretorum.

m Frustra componeris,] quia scientia magis nocet peccanti quam iuuet, quia per illam occultat malitiam suam.

n Contempserunt te amatores tui.] Postquam enim diabolus iam duxit hominem ad peccandi consuetudinem, tunc contemnit, licèt priùs blandus fuerit alliciendo eum ad peccatum. Sicut Amnon contempsit Thamar postquam amauerat eam. 2 Reg. 13. c. Et Ezech. 16. d. Et dabo te in animas odientium te filiarum Palestinarum quæ erubescunt in via tua scelerata.

p Vocem enim quasi parturientis audiui, &c.] Ecce post eorum ornatum sequitur dolor quasi parturientis: Nullus tantus est dolor vt dolor parturientis, & maximè puerperæ. Sic erit dolor talium. Extrema enim gaudij luctus occupat. Prou. 14. b.

r Vox filiæ Sion, &c.] quasi hæc dicit Ecclesia dolens de filiis suis. Vndè dicit.

x Væ mihi, &c.] Psalm. 118. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam, infr. 9. a. Quis dabit capiti meo aquam & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei, 1. Mach. 2. a. Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ?

EXPOSITIO CAP. V.

CIrcuite vias Ierusalem, &c.] Enumerauit Propheta mala quæ facturus est duabus tribubus. S.d ne diceret aliquis quòd Dominus esset crudelior quam olim, qui propter decem volebat parcere ciuitatibus Sodomorum, vt legitur *Genes.* 18. d. Ideò hoc remouet hic Propheta, quia si essent aliqui iusti in Ierusalem, propter illos parceret Dominus ciuitati. Diuiditur autem hoc capitulum in tres partes. Primò ostendit nullos esse iustos in tota Ierusalem propter quos debeat parcere ciuitati: Omnes enim mali sunt, vel apertè, vel occultè, tam maiores quàm minores. Secundò, ostendit Iudæam propter hoc iam in parte vastatam ab Assyriis, & adhuc omnino vastandam à Chaldæis, *ibi* Idcirco percussit eos. In tertia describit ferocitatem Chaldæorum, enumerans etiam malitiam Iudæorum propter quam meritò patiantur à Chaldæis, *ibi*: Ecce ego, &c. Dicit ergo.

CAP. V.

a CIrcuite vias Ierusalem & b aspicite & c considerate & d quærite in plateis eius an e inueniatis virum f facientem iudicium, & g quærentem fidem, h & propitius ero eis. Quia si i etiam, viuit Dominus, dixerint & k hoc falsò iurabunt. l Domine oculi tui respiciunt fidem. m Percussisti eos & n non doluerunt, o attriuisti eos & renuerunt accipere disciplinam. p Indurauerunt facies suas supra petram, & q noluerunt reuerti. Ego r autem dixi. s Forsitan t pauperes sunt, & u stulti, x ignorantes viam Domini, & iudicium Dei sui. y Ibo igitur ad z optimates, & a loquar eis. Ipsi b enim cognouerunt viam Domini & iudicium Dei sui. Et ecce magis hi simul confregerunt d iugum, e ruperũt vincula.

a Circuite, &c.] quasi benè meruistis talem pœnam, quia inter vos nullus est iustus. b Et aspicite] oculis. c Et considerate] corde. d Et quærite in plateis eius] vbi solent esse plures.

e An inueniatis virum.] Nonne ad minus ibi erant duo, scilicet, Baruch, & Ieremias? Solut. Dominus loquebatur hæc ad illos duos: & ideò de illis non intelligebat, vel ipsi non erant Ierosolymitæ, sed de Anathot. Sed si obiiciatur de Eunucho qui Ieremiam extraxit de lacu *inf.* 38. d. Dicit quòd ille erat Æthiops, vt ibidem dicitur. Virum, non dicit, viros, in quo notatur maxima Domini clementia. Iam enim non quærit si ibi inueniantur decem viri iusti, vt fecit *Gen.* 18. sed si vnus.

f Facientem iudicium,] iustum & rectum, sine personarum acceptione, & sine dolositate se habentem ad proximum.

g Et quærentem fidem,] id est, fidelitatem vel credulitatem in Deum. h Et propitius ero eis] quasi omnis aliis propter illum. Vel.

f Facientem iudicium,] quo se districtè iudicet.

g Et quærentem fidem,] id est, fidelitatem vt iudicium exequatur per iustitiam, secundùm illud. Feci iudicium & iustitiam, 1. *Corinth.* 11. g. Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. De hoc *Luc.* 18. b. Filius hominis veniens, putas inueniet fidem super terram? Et notatur hic defectus bonorum in Ecclesia. *Psal.* 11. Saluum me fac Domine quoniam defecit sanctus. *Alibi.* Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. *Isa.* 59. a. Non est qui inuocet iustitiam, nec qui iudicet benè, sed confidunt in nihilo & loquuntur vanitates. Vel.

d Quærite in plateis eius,] id est, in lata via huius mundi. Vndè *Isa.* 9. c. Corruit in plateis veritas. *Psal.* 54. Non defecit de plateis eius vsura & dolus.

h Et propitius ero eis,] quasi pro vno saluabo alios. Sic *Act.* 27. e. Paulo nauigio Romam venienti datæ sunt omnes animæ quæ cum eo erant in naui. Sed quia possent respondere, immò aliqui sunt inter nos fideles, qui iurant in Domino, & nullo modo iurarent per idola, parce nobis propter illos. Ideò respondet Dominus. Verum est, sed totum faciunt simulatoriè. Vndè i. Quia si etiam, &c.] id est, si prætendant fidem vel iustitiam. k Et hoc falsò iurabunt,] id est, simulatoriè, & ideò non hoc reputo iustitiam, nisi cum labiis corda consentiant. Et hoc est.

l Domine oculi tui, &c.] quasi dicat Propheta, Domine opera exteriora videmus, sed fidem non nouimus, sed tu benè potes illam videre, quia scrutaris cor, *Prouerb.* 11. a. Omnes viæ hominum patent oculis eius. *Heb.* 4. d. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Vel. Prospiciunt, id est, approbant fidem, quasi Dei gratiam, non legalia opera quæ iam reprobata sunt, quia fide iustificati sumus, vt dicitur. *Rom.* 3. sed ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Illa autem fides prospicitur à Domino, quæ est operans per dilectionem, alia non. Vndè super illud *Psal.* 77. Nec fideles habiti sunt in Testamento eius. *Gloss.* Aug. Fideles non erant, quia fidei opera non habebant. *Isa.* 11. b. Erit fides cinctorium renum eius, quasi, fides habet opera continentiæ, similiter & alia, si vera est, quia fides sine operibus mortua est. Quasi ergo diceret. Domine tibi placent cordis ornamenta, non corporis, vt sunt coccinum, stibium, & alia prædicta. Multum ergo dissimiles sunt oculi Dei, oculis mundi, quibus tantùm placent ornamenta exteriora.

m Percussisti eos] vt ad fidem conuerterentur per correptionẽ flagellorum, vt sic ad eos respiceres, quia sine fide nihil tibi placet. Vt frequentius enim Dominus quos percutit, ad hoc percutit vt corrigat, vt Mariam percussit leprá. *Num.* 12. c. quæ ideò reuersa est. Aut ad initium damnationis, vt Herodem, *Act.* 12. d. Aut vt manifestet gloriam suam, vt cæcum natum. *Ioan.* 9. a. Aut vt probet, vt *Iob.* Aut vt humiliet, vt Paulum.

n Et non doluerunt.] *Psalm.* 34. Dissipati sunt, nec compuncti. *Prouerb.* 23. d. Verberauerunt me, & non dolui, traxerunt me, & non sensi. o Attriuisti eos, &c.] Conculcat verba ad maiorem affirmationem.

p Indurauerunt facies,] &c.] id est, plus quàm petram, scilicet, per inuerecundiam & impudentiam peccandi. *Ezech.* 3. b. Attrita fronte & duro corde.

q Et noluerunt reuerti] saltem pudore. *Aggæi.* 2. b. Percussi vos vento vrente & aurugine, & grandine omnia opera manuum vestrarum, & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me *Isa.* 1. b. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Triplici remedio, quasi triplici funiculo solent emendari peccantes. Primus est, eruditio per Scripturas, quasi fascia qua ligatur vulnus, quoad hoc, non est circumligata. Secundus est correptio per flagella, quasi medicina mordens, quoad hoc, nec curata medicamine. Tertius est consolatio per beneficia, quasi oleum mitigans & suaue, quoad hoc, nec fota oleo. De hoc *Eccl.* 4. c. Funiculus triplex difficilè soluitur. Hæc remedia mali quasi furiosi non curant, & ideò non sanantur. Sed quoad bonos. *Psal.* 93. Qui fingis laborem in præcepto. Quod fit, cùm à malo cohibetur quis labore tribulationis quasi præcepti vice. In aliis autem qui per flagella non corriguntur, mutabuntur flagella in æternam damnationem. Vndè *Deut.* 32. c. Ignis exarsit in ira mea, & ardebit vsque ad Inferni nouissima.

r Ego autem dixi] exprimit in se affectum infirmorum, qui cogitabant verum esse quod Dominus dicebat, scilicet, multos esse peccatores in populo, sed hi erant stulti, & idiotæ, sed Principes & Sacerdotes credebant esse bonos. Vndè, Ego autem dixi, mecum cogitans.

s Forsitan.] Verbo ambiguo vtitur non, vt dubietas notetur, sed vt liberum hominis ostendatur arbitrium.

t Pauperes sunt] in plebe.

u Et stulti] scilicet, scientia. Et ideò hi.

x Ignorantes viam, &c.] id est, hæc mala non sunt nisi idiotis & simplicibus de plebe.

y Ibo igitur] Ego Ieremias.

z Ad optimates] qui præsunt populo.

a Et loquar eis,] i. inquiram vtrum faciant hæc mala.

b Ipsi enim cognouerunt, &c.] i. sensum Dei, & scientiam, & eius voluntatem tanquam docti per legem.

c Et ecce magis, simul confregerunt iugum] concordes in malo. *Isa.* 34. d. Illic congregati sunt milui alter ad alterum.

d Iugum] legis & præceptorum.

e Ruperunt vincula] institutionem Ecclesiæ, vel legis diuinæ, vel legis naturalis, quasi inueni magistros peiores discipulis. Tales sunt optimates nostri temporis. Vndè *Iob.* 40. c. Huic, scilicet, Behemoth montes herbas ferunt. *Eccl.* 43. c. Frigidus ventus Aquilo flauit & congelauit crystallus ab aqua super omnem congregationem aquarum, i. super laicos requiescet, & sicut lorica induet se aquis, & deaurabit montes. *Amos* 6. a. Væ vobis qui opulenti estis in Sion, & in monte Samariæ, optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Israël. *Abac.* 1. d. Incrassata est pars eius, cibus eius electus: Ruperunt vincula, quia nulli volunt subesse nec etiam Deo. *Eccl.* 6. d. Vincula illius alligatura salutaris.

a Idcirco,] quia

a Idcirco] quia tales sunt, percussit eos de silua,] id est, percutiet, & iam percussit in parte. Leo est & audax & superbissimus. Vndè *Prouerb.* 30. d. fortissimus animalium, ad nullius pauebit occursum. Talis fuit Nabuchodonosor qui venit de silua, i. de Chaldæis, qui erant ferocissimi & inculti quasi siluestres, sicut in silua sunt feræ.

Idcirco a percussit eos Leo de silua, b Lupus ad vesperam vastauit eos, Pardus c vigilans super ciuitates eorum. Omnis d qui egressus fuerit ex eis capietur, quia e multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, f confortatæ sunt auersiones eorum. Super g quo propitius tibi esse potero? Filij h tui dereliquerunt me, & i iurant in his qui non sunt dij. k Saturaui eos, & mœchati sunt, & in l domo meretricis luxuriabátur. Equi m amatores in fœminas, & n emissarij facti sunt; vnusquisque o ad vxorem proximi sui hinniebat. p Nunquid q super his non visitabo, dicit Dominus, & in r gente tali non vlciscetur s anima mea? t Ascendite muros eius & u dissipate, consummationẽ autẽ nolite facere. x Auferte † propugnationes eius, y quia non sunt Domini

B

b Lupus ad vesperam vastauit eos] qui tunc sc. in vespere, est velocissimus ad prædam capiendam propter noctem instantem. Hi sunt Medi & Persæ qui fuerunt tempore Assueri post Nabuchodonosor. Et ideò dicit, ad vesperam.
Vel sicut dixi, quia tunc Lupus est famelicus, in quo innuitur desiderium quod ipsi habebant de destruendo eos. *Abac* 1. b. Suscitabo Chaldæos gentem amaram & velocem. leuiores Pardis equi eius, & velociores Lupis vespertinis.

c Pardus vigilans, &c.] qui est varij coloris. Per hunc Alexander magnus significatur, qui omnes varietates gentium subiugauit, etiam Occidentales, quos nullus alius subiugare potuit.

c Vigilans ad destruendum eos. In vigilantia significatur impetus eius, quia velociter multa Regna destruxit.

Mysticè. Mysticè. Leo est diabolus, inquantùm est superbus, & inquantùm de superbia tentat. Lupus, ipse idem, inquantùm de luxuria, quia lupus gaudet de effusione sanguinis. Pardus inquantùm de auaritia, quia variat & turbat cor, & inquantùm de dolositate & fallaciã. *Eccl.* 28. d. Exardebit in illis, & non extinguetur & immittetur in illos quasi Leo & quasi Pardus lædet eos.

d Omnis qui egressus, &c.] Sicut Lupus, Leo & Pardus rapiunt egredientes de ciuitatibus de nocte, vel de vespere. Et in hoc etiam fortè notat Romanum exercitum. Sic omnis qui inuentus fuerit extra Ecclesiam, capietur in diabolo. Sicut omnes inuenti extra Arcam, perierunt diluuio. Sic & ipse Nabuchodonosor per hæc tria potest significari, scilicet, per leonem propter eius superbiam & fortitudinem, per Lupum propter eius fraudulentiam; per Pardum propter eius malitiosam sollicitudinem. e Quia multiplicatæ, &c.] scilicet, peccata, inquantùm contra præcepta Dei sunt.

f Confortatæ sunt, &c.] scilicet, peccata quoad damnum, quia scilicet, separant ab incommutabili bono.

g Super quo, &c.] quasi tot mala fecisti quod non habeam occasionem quâ possim tui misereri. Vel [Super quo;] scilicet peccato vel propter quod bonum. *Isa.* 1. b. Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem.

h Filij tui dereliquerunt me.] Loquitur ad totum populum.

i Et iurant in his qui non sunt dij] In hoc eis honorem Dei tribuentes. *Sap.* 1. a. Extendam manum meam super Iudam & super omnes habitatores Ierusalem, & disperdam de loco hoc, reliquias Baal, & nomina, æditorum cum Sacerdotibus & eos qui adorant super tecta militiam cœli, & adorant & iurant in Domino, & iurant in Melchon, & qui auertuntur de post tergum Domini, & qui credunt se posse simul adorare Deum, & Melchon, quod non potest esse, quia pallium breue est, nec vtrumque cooperire potest, vnde necesse est, vt alter decidat, vt dicitur *Isa.* 28. c.

k Saturaui eos & mœchati sunt ad literam, vel cum idolis. Hæc enim sunt duo vitia annexa, quia venter & genitalia vicina sunt. *Exod.* 32. b. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Sic clerici saturati patrimonio Crucifixi, suam luxuriam vbique extendunt. *Deuter.* 32. b. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Et *Ezech.* 16. b. Tulisti vasa decoris tui de auro meo & argento meo quæ dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. *Osea* 8. a. Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola vt interirent.

l Et in domo meretricis luxuriabantur,] ad literam, vel in phano idolorum cum idolis. Sic diuites luxuriantur, quia diuitias in luxuriis expendunt, vt ille filius prodigus omnia bona sua expendit viuendo luxuriosè, *Luc.* cap. 15. c.

m Equi amatores in fœminas,] id est, ipsi sunt amatores in fœminas, quasi equi in equas, supple scilicet, non discernentes aliquam, nec erubescentes. Vndè: Homo cùm in honore esset non intellexit, &c. Vndè de clericis dicit laicè quòd ideò nolunt habere vxores, quia volunt habere omnes. Vndè significantur per gallum, quia gallus plures fœcundat gallinas. C

Ezech. 22. c.

infr. 9. c.

n Et emissarij facti sunt.] In Hebræo dicitur trahentes, id est, citò ad hoc prompti sunt sine discretione, & verecundia cum omnibus luxuriantes. In quo notatur magnitudo, & impetuosus ardor libidinis eorum. *Ioel.* 1. d. Computruerunt iumenta in stercore suo. *Ezech.* 23. c. Quorum carnes vt carnes asinorum, & fluxus eorum sicut fluxus equorum. *Apocal.* 9. d. Potestas equorum in ore eorum, & in caudis eorum, id est, in gula, & luxuria, in quibus sunt similes equis.

Al. † progenies.

Al. † dij.

o Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat.] Seruat metaphoram equorum feruentium ad libidinem. Equus enim aliquando insanit præ ardore libidinis. Sic ipsi, ad literam, concupiscebant vxores proximorum, vel cum idolis vniuscuiusque gentis volebant mœchari. Vndè luxuriam, literalem, vel mysticam, vbique sine verecundia effundebant. Vndè *Sapien.* 2. b. Nullum sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra, vbique relinquamus signa lætitiæ, nemo vestrûm exors sit luxuriæ nostræ.

p Nunquid,] quasi cùm hæc feceritis.

q Super his non visitabo?] quasi immò, id est, vlciscar. Vndè exponit se.

r Et in gente tali non vlciscetur,] vt sic visitatio sumatur hic in malo. Vt ibi. Visitabo in virga iniquitates eorum. *Isa.* 14. d. Post multos dies visitabuntur, scilicet, in Inferno. *Et* 27. a. Visitabit Dominus super Leuiathan in gladio suo duro & grandi & forti.

s Anima mea,] id est, voluntas mea, quæ ab eis recessit, quia à me recesserunt. Sicut illud intelligitur, *Isaia* 1. b. Neomenias vestras & sabbata vestra odiuit anima mea. *Ezech.* 23. c. Recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea a sorore eius: multiplicauit enim fornicationes suas. Vel.

p Nunquid,] quasi vix hoc faciam, & quasi coactus, quia dolet quotiens cogitur esse ferox. Vndè *Isaia* 1. f. Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor sic de inimicis meis.

t Ascendite muros eius.] Hic dirigit sermonem suum ad Chaldæos, inuitans eos ad inuasionem ciuitatis. Sed prohibet ne omninò faciant consumptionem. Vndè.

u Et dissipate, consummationem autem nolite facere.] Quasi non omninò interficite. Vndè *Isaia* 10. b. Ego mandabo vt auferat spolia & diuidat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, sed ad conterendum erit cor eius.

x Auferte propagationes eius,] vel [propagines,] quasi non radices. Volo enim radices seruari, vt aliqui remaneant, vel vt affligantur, non consummantur, sed aliquando fructificent. Et loquitur de captiuitate eorum sub metaphora destructionis vineæ.

In hoc mysticè notat, quod non omnes Iudæi perditi sunt, sed quædam remanserunt reliquiæ, vt Apostoli, ad annunciandum gentibus gloriam Dei. Vndè *Isa.* 1. c. Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. Reliquiæ etiam in fine saluæ fient.

Vel per hoc intelligit, quod licèt Ecclesia multis tribulationibus exponatur, vt nauicula Petri iactabatur fluctibus, tamen non submergitur, quia Ecclesia nunquam deficiet, immò vt dicitur *Matt.* vlt. d. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. y Quia non sunt Domini,] i. eius cultores, vel ab

a cultores, vel ab eo possessi, quia sibi, non Deo sunt obedientes.

a Præuaricatione enim, &c.] In quo notatur duplex præuaricatio, scilicet, legis naturæ, & legis scriptæ, vel legis Moysi & Euangelij, vel commissio, & omissio. Vel per ipsam geminationem notatur pertinacia, & confirmatio malitiæ.

a Præuaricatione enim præuaricata est in me b domus Israël m c domus Iuda, ait Dominus. d Negauerunt Dominum, & e dixerunt. Non est ipse, f neque veniet super nos malum, g gaudium & famem non videbimus. h Prophetæ fuerunt in ventum locuti & i responsum non fuit in eis. k Hæc ergo euenient illis. l Hæc dicit Dominus Deus exercituum. m

b Domus Israël] decem tribus.

c Et Domus Iuda,] id est, duæ tribus, vel clerici, & laici, vel Iudæi, & gentiles.

d Negauerũt Dominum,] verbis & factis.

e Et dixerunt. Non est ipse] creator omnium, vel redemptor, vel cuius iudicio omnia fiunt, & dispositione omnia reguntur non est ille à quo hi loquuntur scilicet, Prophetæ. *Psal.* 52. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

f Neque veniet super nos malum,] vt Prophetæ minantur.

g Gladium & famem, &c.] quasi per obsidionem non erit fames, nec gladius per hostium persecutionem. Sic dicunt multi increduli, sibi impunitatem promittentes, nec credentes Infernum fore.

h Prophetæ fuerunt in ventum locuti,] id est, inaniter, quia irrita sunt & falsa, quæ dixerunt. Vndè dicunt tales prædicatoribus illud *Iob.* 6. d. Ad increpandum tantùm eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis. Ventus enim pro mendacio vel vanitate sumitur. Vndè *Prou.* 10. a. Qui innititur mendaciis hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aues volantes.

i Et responsum non fuit in eis,] quasi à responso Domini non habuerunt hæc quæ ipsi dixerunt, quasi, Spiritus sanctus non est in eis locutus.

k Hæc ergo,] dicit Propheta, scilicet quia non credunt hæc quæ priùs comminatus sum, vel Dominus, [euenient n illis.

l Hæc,] id est, sequentia quæ subdit.

m Quia locuti estis verbum illud] scilicet, Prophetas non in ventum esse locutos, nec euenire quæ dicunt.

n Ecce] ô tu Propheta, ô Ego do verba mea, &c.] i. quæ ignis habeant potestatem vt vertant populum in ligna. Vndè.

p Et populum istum, &c.] quasi verba mea cremabunt eos, quia quod per verba mea comminatus sum, veniet super eos, & sic ignis concomitabitur verba. Et est idem sensus, quasi, quod dico fiet. Vndè subdit. [Ecce

Mysticè. ego super vos, &c.] Vel in bono expone mysticè, vt verba dicantur ignis, scilicet, consumens vitia incredulorum, in eis consumens omne peccatum. Vndè *Deuter.* 4. d. Deus noster ignis consumens est. Consumit enim in homine, ligna, fœnum, stipulam, per quæ quandoque mortalia, quandoque venialia intelliguntur, *infr.* 23. f. Verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram. *Psalm.* 118. Ignitum eloquium tuum vehementer. Sicut enim ignis incinerat ligna, sic Prædicator debet facere, vt faciat eos recognoscere cinerem suæ fragilitatis. Ideò in linguis igneis datus est Spiritus sanctus. *Actor.* 2. a. *Sapient.* 3. b. Tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Scintillæ discurrendo arundinetum in cinerem conuertunt & incendunt; sic verba Prædicatorum humiliant, & incendunt corda auditorum, scilicet, si illa verba quæ impendunt, sint ignis, scilicet, ex compassionis zelo, & charitatis prolata. *Eccles.* 48. a. Surrexit Elias Propheta quasi ignis ardens, & verbum ipsius quasi facula ardebat, *Zachar.* 12. b. In die illa ponam duces Iudas sicut caminum ignis in lignis, & sicut facem ignis in fœno, & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu. Si autem excuset se homo, dicens Domine frigidus sum, non mittas ergo me, quia quomodo verba ignita proferam qui ignem non habeo, quia qui non ardet quomodo incendet? Sed respondeo. Frater collide lapidem ad lapidem, & habebis ignem. Sic collide te durum ad Christum lapidem angularem, & habebis verba ignita. Præterea etsi verba te non calefaciunt, tamen ex his exire potest ignis ad succendendum alios, sicut calculus non calefit, nec calefacit, tamen ex illo exit ignis. Vndè auditores non debent indignari contra Prædicatorem malum, quia licèt malus & frigidus sit, tamen ex verbis eius poterunt calefieri. Sed multi auditores sunt sicut ligna putrida, quæ ardere non possunt, sed tantum fumare, sic multi ex prædicatione fiunt peiores, & detrahunt prædicationi & Prædicatori. Sed dicitur Prædicatori *Isaiæ* 7. a. Noli timere, & cor tuum non formidet a duabus caudis titionum fumigantium istorum.

Quia locuti estis verbum illud. n Ecce ego o do verba mea in ore tuo in ignem, & p populum istum in ligna & vorabit eos. Ecce ego adducam super vos q gentem de longinquo Domus Israël, ait Dominus, r gentem robustam, s gentem antiquam, t gentem cuius ignorabis linguam, u nec intelliges quid loquatur. x Pharetra eius quasi sepulchrum patens,

Ad litteram. q Gentem de longinquo domus Israel,] id est, Babylonis de Chaldæa, quæ triginta dietis distat à Ierusalem, quasi, si propinqui essent propter affinitatem, vel familiaritatem possent eis, vel aliquando misereri. Et in hoc notat, quoniam immisericordes erunt persecutores.

r Gentem robustam,] quasi eis non poteritis resistere.

s Gentem antiquam,] cui quondam dominatus est Nembroth gigas. De quo *Gen.* 10. b. qui fuit non multum post Noe. Et ita patet, quòd antiqui sunt, quia non sunt ignari bellorum. Vndè *Iob.* 12. b. In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.

t Gentem cuius ignorabis linguam, quasi precibus non poteris eos flectere ad misericordiam.

u Nec intelliges quid loquatur.] Vndè nec te excusare poteris, vel emere aliquo precio impunitatem. Sed ne dicant, nos fugiemus, subdit.

x Pharetra eius quasi sepulchrum patens,] quasi optimi sagittarij sunt. Vndè etsi fugias, te sagittando interficient. Vndè & dicit,] sepulchrum,] quod nunquam mortuis satiatur; sic nec Chaldæi occisione. Patens,] dicitur quia tunc horribile est visu propter carnes semiputrefactas; sic Chaldæi multos occiderunt & sagittas cruentatas in pharetra reposuerant, quæ sunt horribiles visu. Et dicitur, [patens sepulchrum, quia ita patet, vt possit statim extrahi sagitta ad occidendum, post & quod sequitur sepulchrum vt vbi intumulentur. Vel. [Patens sepulchrum,] id est, certi sunt de morte inferendâ post sagittationem, sicut certum est sepulchrum esse mortui. Sequitur.

y Vniuersi fortes:

Mysticè.

Mysticè. q Gentem de longinquo, &c.] Gentes de longinquo sunt Dæmones, qui de cœlo in Infernum lapsi sunt.

r Gentem robustam.] *Iob* 41. d. Non est potestas super terram quæ comparetur ei, qui factus est, vt nullum timeret. *Abacuk.* 1. c. Super omnem munitionem ridebit & comportabit aggerem, & capiet eam.

s Gentem antiquam,] Et ideò callidus est diabolus, quia in antiquis est sapientia.

t Gentem cuius ignorabis linguam.] Sed nonne peccatores linguam diaboli cognoscunt, & linguam Dei ignorant? Vndè *Genes.* 11. b. illi superbi gigantes confusas linguas habuerunt, in quo notatur, quòd Deum non intelligebant. Confusio enim linguæ ex cordis oritur confusione. Solutio. Licèt peccator credat se intelligere linguam diaboli, tamen non intelligit. Dicit enim diabolus delectandum esse in diuitiis, honoribus, & huiusmodi. Et hoc credit peccator per diaboli suggestionem, sed in veritate non est verum. Difficile est enim cognoscere astutias diaboli. Sed Paulus cognouit. Vndè dicitur. 2. *Corinthior.* 2. c. Non enim ignoramus astutias eius.

x Pharetra eius quasi sepulchrum patens.] Pharetra diaboli est lingua detractoris, ex qua, quasi ex pharetra sagittas extrahit, quibus interficit innocentes, quæ dicuntur sepulchrum propter fœtorem verborum qui inde exit. *Psalmus* 5. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant, iudica illos Deus. Eorum lingua non satiatur interfectis, quia semper vellent plora mala in hominibus inuenire, vt magis possent detrahere.

A *a* Vniuersi fortes.] Quia possent dicere, aliqui ex illis sunt fortes, sed aliqui debiles, vnde benè poterimus eos superare, Vndè dicit.
b Et comedet.] scilicet, gens prædicta. *c* Segetes tuas, &c.] quasi & vos destruent, & omnia bona vestra diripient. *m* Gladio,] hostium.

a vniuersi fortes. Et *b* comedet *c* segetes tuas, & *d* panem tuum, deuorabit *e* filios tuos *f* & filias tuas, comedet *g* gregem tuum & armenta tua, *h* comedet vineam tuam, & *i* ficum tuam, & conteret *k* vrbes tuas munitas in *l* quibus tu habes fiduciam *m* gladio. *n* Veruntamē in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem. Quia si *o* dixeritis, quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? *p* Dices ad eos. Sicut *q* dereliquistis me & seruistis Deo alieno, in terra vestra, sic *r* seruietis

n Veruntamen in diebus, &c.] quia non omnes cōsumētur. Quidam enim illorum relicti fuerunt à captiuitate in Iudæa, vt terram illam colerent, vt vinitores & agricolæ, & alij plebei. Ita exponit *Ieronym.* Vndè 2. *Machab.* 1. a. Fratribus qui sunt per Ægyptum Iudæis, salutem dicunt fratres qui sunt in Ierosolymis Iudæi. Sed contra *infr.* 22. a. Omnes viri qui posuerunt faciem suam, vt ingrediantur Ægyptum vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peste, & nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego afferam super eos. Sed constat, quod illæ reliquiæ quæ remanserunt ad cultum terræ, voluerunt ire in Ægyptum, & iuerunt contra præceptum Ieremiæ. Solutio. Reuera omnes multa mala passi sunt, sed non omnes fuerunt occisi. Multi enim in suis persecutionibus fidem Christi non dimiserunt, & hi redierunt, vel non contriti sunt, alij etiam per fugam euaserunt.

inf. 16. b

Mysticè. ☉ *a* Vniuersi fortes.] Quomodo, cum dicat Ieronymus. Debilis est hostis qui non vincit nisi volentem. Solutio. In se fortis est, sed debilis in conspectu Dei, quia nihil potest nisi permissus, & non permittitur nocere nisi volenti.
b Et comedet segetes tuas,] virtutum. *d* Panem tuum,] robur sacramentorum.
e Filios tuos,] opera bona perfectorum.
f Et filias,] opera imperfectorum.
g Gregem tuum, &c.] compositionem rectam tam hominis interioris quam exterioris.
h Comedet vineam tuam,] vinum compunctionis.
i Et ficum tuam,] delectationem de æternis.
k Et conteret, &c.] diuitias & honores & delicias mundi.
l In quibus tu habes fiduciam,] quæ sæpè per peccatum committuntur. Hæc omnia conteret gladius extremæ persecutionis, vel diabolus, de quo *Iob.* 19 d. Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium. *Osea* 7. c. Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit.
o Quia si dixeritis, &c.] quod stultum est quærere, cum tanta & tot feceritis mala. Vndè.
p Dices ad eos,] in persona mea ô tu Propheta.
q Sicut dereliquistis me, &c.] id est, idolis.
r Sic seruietis diis alienis,] id est, Babylonis & Chaldæis, quorum iugo subiiciemini. Vel [diis] idolis Chaldæorum. Ex quo enim eorum ritum sequimini, sequamini & cohabitationem, vt sitis cum illis, immo sub illis, quorum Deos colitis. Et hoc est.
s In terra non vestra] scilicet, Chaldæa, quasi dicat, propter, peccatum Idololatriæ hoc patimini. Sic peccatores, quia hic seruierunt diabolo, erunt sub eo, vel cum eo in Inferno, vbi erit terra non sua, quia ibi non facient voluntatem suam, *infr.* 16. c. Ecce vnusque ambulat post prauitatem cordis sui, vt me non audiat; & eiiciam vos de terra hac in terram quam ignoratis vos, & patres vestri, & seruietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Modò enim isti mali sunt cum bonis in terra Ecclesiæ, sed tunc eiicientur omnes qui non de ea sunt nomine, vel merito, in tenebras exteriores, quasi in terram non suam. De quibus *infr. Ioan* 2. e. Ex nobis exierunt, sed ex nobis non erant, Nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum.
t Annunciate hoc domui Iacob, &c.] Idem intelligit per Iudam & Iacob, scilicet, duas tribus. Non enim loquitur de decem tribubus quæ iam ante in Assyriis captiuitate erant.

u Audi popule stulte, &c.] id est, vsum rationis obscuratum habes, per quem sine præcepto vel lege scripta naturaliter posses intelligere quæ recta sunt, Deum creatorem esse tuum, quod naturaliter dictat conscientia.
x Qui habentes oculos, &c.] quasi similes estis vestris idolis. De quibus dicitur. Oculos habent & non videbunt, aures habent & non audient; similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidūt in eis. Sed non vident, neque audiunt, ergo non habent peccatū. Item *Ioan.* 9 g. Si cæci essetis, peccatum non haberetis. Solutio. Sic intelligitur illud. Si vos cæcos reputaretis, vel ignorantes: tunc enim mihi crederetis: vel peccatum non habuissetis, id est, tantum. Dicuntur ergo idololatræ oculos habere & non videre, quia rationem habent cuius vsum in discernendis veris & falsis, bonis & malis non habent, quia nolunt discernere cum possent ex lege naturali. Similiter aures habent exteriores, sed non interiùs audiunt.

† diis alienis In *s* terra non vestra, *t* Annunciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicentes. *u* Audi popule stulte qui non habes cor, qui *x* habentes oculos non videtis, & aures, & non auditis. *y* Me ergo non timebitis, ait Dominus, & *z* à facie mea non dolebitis? Qui *a* posui *b* arenam terminum mari, præceptum sempiternum quod non præteribit, & *c* commouebuntur & non poterunt, & intumescent *d* fluctus eius & *e* nō transibunt illud. *f* Populo autē huic factum est cor incredulū & *g* exasperans.

Al † non habet diis.

Mysticè.] Non habet cor, qui non habet audaciam resistendi cuilibet tentationi, sed statim in tempore tribulationis recedit. Sed dicitur *Prou.* 30 d. Leo fortissimus animalium, ad nullius pauebit occursum. Sicut autem homo patitur ab humoribus vsque ad cor ascendentibus, vt ex hoc homo quasi mortuus mouere se non possit, sic mali motus & desideria euntia ad cor, non permittunt hominem ad bonum moueri, nec videre gloriam quam amittit, nec pœnam quam acquirit. *Osea* 7. c. Ephraim quasi columba seducta non habens cor. *Isai.* 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. &c. — Mysticè.
y Me ergo non timebitis,] qui tanta vobis præstiti: quasi dicat, Non dilectionem desidero perfectorum, sed timorem incipientium. Vel, Qui iam mali estis, si non vultis á vitio cessare amore, saltem cessate timore. *Malachia* 1. b. Si ergo Dominus, vbi timor meus? *infr.* 10. a. Quis non timebit te ô Rex gentium?
z Et a facie mea non dolebitis,] id est, vultuositate iræ & furoris mei. Vndè *Psalm.* 33. Vultus autem Domini super facientes mala. *Malach.* 3. a. Quis stabit ad videndum eum?
a Qui posui, &c.] Ecce narrat beneficia & potentiam suam, vt arguat ingratos, & timeatur.
b Arenam terminum Mari, præceptum sempiternum quod non præteribit,] quasi mirum est, quòd vos qui estis rationales non timetis me, cum etiam Mare mihi obediat! Vt enim littora non egrediatur, conclusi illud talibus terminis. Vndè *Iob.* 38. a. Quis conclusit ostiis Mare? Ibidem. Circumdedi illud terminis meis, & posui vectem, & ostia, & dixi, vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Vndè narrat Solinus quandam esse insulam, quâ mare est multo altius, tamen nunquam supergreditur insulam, Sic *Matt.* 8. c. Præcepit ventis & mari, & cessauit tempestas.
d Fluctus eius,] id est, maris. *c* Et commouebuntur & non poterunt, &c.] quasi litoribus refrænatis intumescentes fluctus maris vt propter quamcunque fluctuationem non exeant terminos suos. *Psal.* 103. Terminum posuisti quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram, Vndè. *e* Et non transibunt illud,] præceptum quod illis posuit.
f Populo autem, &c.] quasi mare mihi obedit, & non populus iste. *g* Et esperans,] id est, ad iracundiam me ☉ prouocans per peccata

Mysticè.] Mare est elementum per se instabile, ex se motum habens, tamen non nisi ad voluntatem Dei mouetur, & terminum sibi à Deo positum non trāsgreditur. sed homo qui factus est immobilis & stabilis, recessit à Deo, & non secundùm voluntatem eius mouetur per omissiones, & transgreditur per præceptorum transgressiones. Vel per mare intelligitur peccator. Vndè *Isa.* 57. d Cor impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Huic posuit Dominus terminum. *b* Arenam,] id est, mortis memoriam, ☉ per quam conuertitur — Mysticè.

a prouocans per peccata sua, & contemptum.

a Recesserunt, à me, relinquendo me fontem aquæ vitæ.

b Et abierunt, post idola, fodientes sibi cisternas dissipatas.

c Et non dixerunt in corde suo] quasi conscientia eorum posset eos retrahere à malo secundùm legem naturalem, non tamen retraxit. Non dixerunt inquam.

B

a Recesserunt & b abierunt, & non c dixerunt in corde suo. d Metuamus Dominum Deum nostrum e qui f dat nobis pluuiam temporaneam, & g serotinam in tempore suo, h plenitudinem annuæ messis custodiẽtem i nobis. k Iniquitates nostræ declinauerũt hæc, & l peccata nostra prohibuerunt bonũ à nobis, quia m inuẽti sunt in populo meo impij, n insidiantes quasi aucupes, o laqueos ponentes, & p pedicas ad capiendos viros. q Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo. r Ideò magnificati sunt, & s ditati, t incrassati sunt, & u impinguati, & x præterierunt sermones meos y pessimè. z Causam viduæ non iudicauerũt. a Causam pupilli non direxerũt, & b iudicium pauperum non iudicauerunt. c Nunquid super his non visitabo, dicit Dñs, e aut super gentẽ huiusmodi non f vlciscetur anima mea? g Stupor & h mirabilia facta sũt in terra. i Prophetæ prophetauerũt mendaciũ.

d Metuamus Dominum, &c.] Duo sunt quæ incutiunt timorem, scilicet consideratio potentiæ, de qua priùs actum est, & consideratio beneficiorum collatorum ne auferantur à datore. Vndè de hoc hic dicit. [Metuamus Dominum. e Qui,] id est, quia.

f Dat nobis pluuiam temporaneam] quæ fouet semina iacta.

g Et serotinam in tempore suo] quæ facit ea maturescere, quæ scilicet, pluit versus Autumnum. Magnum autem est beneficium in terra illa, quia terra illa valdè calida est. Vndè etiam dicitur, quòd in Ægypto quæ est ei vicina, nunquam pluit, sed abundat riuis; Ierosolymitana autem terra non habet aquam nisi de cœlo, id est, per beneficium pluuiæ. Vndè *Deut.* 11. b. Terra ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra Ægypti, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ, sed montuosa est, & campestris de cœlo expectans pluuias.

h Plenitudinem annuæ messis, &c.] Sic lege. Pluuiam dico, [custodientem plenitudinem annuæ messis] quia temporanea pluuia custodit semen à putrefactione, serotina autem ab ardore, vt per primam habeamus, sicut dicit Hebræus, spicam in Pascha, & panem in Pentecoste.

i Nobis,] id est, ad nostram vtilitatem.

Mysticè. ⊖ per quam conuertitur homo in arenam. Hæc arena intumescentes fluctus confringit, vt dictum est *Iob.* 38. b. quia per hanc memoriam cessat omnis superbia. Vndè præceptum est *Leuit.* 1. d. quod vesiculæ auis & plumæ proiicerentur in locum vbi cineres effundi solebant.

e Qui dat nobis, &c.] id est, legem.

g Et serotinam,] id est, Euangelium. Vel. [Pluuiam temporaneam] gratiam præuenientem. [Serotinam] cooperantem, & consummantem. Vel. [Pluuiam temporaneam] doctrinam in iuuentute. [Serotinam] doctrinam in senectute. Vel, benè morientes in iuuentute, & benè morientes in senectute. Idem enim præmium datur operantibus in vinea à prima horá, & ab vndecima horá.

Matth. 20. a. h Plenitudinem annuæ, &c.] quasi per vtranque pluuiam habemus plenitudinem gloriæ. 2. *Timoth.* 4. b. De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Et hoc dicit, quia vtraque ducit ad consummationem perfectionis. *Zach.* 10. a. Petite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues & pluuiam imbris. *Ad literam.*

k Iniquitates nostræ, &c.] scilicet, à nobis. Et verè [declinauerunt] transitiuè, id est, repulerunt.

l Et peccata nostra, &c.] temporale vt pluuiam, & alia. Non enim est abbreuiata manus Domini, vt dicitur *Isa.* 52. a. vt non faciat hoc semper si vellet, sed peccata nostra hoc impediunt. Propter quod dicitur *Isa.* 5. b. Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Et *Amos.* 4. b. Ego prohibui à vobis imbrem. *Isa.* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, id est, misericordiam eius.

m Quia inuenti sunt in populo meo impij] contra Deum, id est, negantes Deum. Pietas enim est Theosebia, iniquitas autem dicitur peccatum contra proximum, quod facilius est & remissibilius. Vndè 1. *Reg.* 2. b. Si peccauerit vir in virum placari ei potest Deus, si autem peccauerit in Deum, quis orabit pro eo?

n Insidiantes quasi aucupes,] id est, latrones qui inter eos abundabant, vel illi qui per blanda verba decipiebant simplices vt idola colerent; sicut auceps dulci cantu decipit volucres.

o Laqueos ponentes,] id est, deceptionem per pulchritudinem verborum, vel simulationem religionis.

p Et pedicas ad capiendos viros.] Construebant enim phana dolorum, & pulchra idola, per quorum pulchritudinem multi decipiebantur, credentes, quòd per tam pulchra possent iuuari, & deberent adorari, sicut pedica tegitur stramine vel aliquo tali, propter quod decipitur homo, ibi figens pedem.

q Sicut decipula, &c.] id est, diuitiis acquisitis per dolum. Per dolũ enim simulationis religionem simulant, & vera falsis permiscent in doctrinis suis, & impunitatem promittunt, & diuitias acquirũt dolosè, & animas simplicium decipiunt, vt cum eis trahantur ad interitum. Sic & multi, vt Clerici in Capitulis, & mercatores in negotiationibus suis, & milites in tallijs per verba blanda & falsa, apparentia vera decipiunt simplices vt emungant pecunias. Sed 1. *Thess.* 4. b. dicitur. Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est Dominus de omnibus his. Vel hi sunt illi, qui per verba blanda ad peccandum alios alliciunt. 1. *Machab.* 1. b. Exierunt de Israel viri iniqui & suaserunt multis, dicentes. Eamus & disponamus testamentum cum gentibus quæ circa nos sunt, quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos mala multa; & visus est bonus sermo in oculis eorum. *Isa.* 2. f. *Infr.* 9. a.

r Ideò magnificati sunt] in honoribus *infr.* 12. a. Quare via impiorum prosperatur? benè est omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt, plantasti eos & radicem miserunt, proficiunt & faciunt fructum.

s Et ditati] in possessionibus multis.

t Incrassati sunt] in multa familia.

u Et impinguati] in multis delicijs.

x Præterierunt sermones meos.] Vndè in cantico *Deut.* 32. b. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, &c. *Osea* 13. b. Adimpleti sunt & saturati, & leuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.

y Pessimè,] id est, malè, non faciendo præceptum.

z Causam viduæ non iudicauerunt,] id est, ad vtilitatem viduæ, vt sit viduæ datiui casus. *Isa.* 1. f. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. a Causam pupilli non direxerunt,] id est, non fuerunt aduocati pro eis, sed magis pro diuitibus & nobilibus. Vndè.

b Et iudicium pauperum non iudicauerunt,] sed magis diuitum, eos iustificantes pro muneribus, & iustitiam iusti auferunt ab eo, vt dicitur *Isa.* 5. f. Ideò dicitur *Prou. vlt.* b. Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt. Aperi os tuum, decerne quod iustum est, & vindica inopem & pauperem. Ibi *Beda.* Pro causa pauperis qui pro se in iudicio loqui non valet, ipse loqui memento.

c Nunquid super his] peccatis, [non visitabo.]

e Aut super gentem huiuscemodi,] tam malam.

f Non vlciscetur anima mea?] quasi voluntas, vel affectus meus. Vel.

c Nunquid super his] oppressis à tam malis iudicibus.

d Visitabo] restituendo quicquid eis ablatum est, vel in eis damnificatum.

e Aut super gentem huiuscemodi,] id est, tam iniustos iudices. Simile *suprà* eo. c.

g Stupor,] id est, peccata pro quibus stupendum est, quia non fecerunt iustum.

h Et mirabilia, &c.] quia fecerunt malum. Peccata Prælatorum dicuntur mirabilia, quia tanquam monstrum speculum peccandi facta sunt subditis & minoribus. Vndè *Eccles.* 10. a. Qualis est rector ciuitatis, &c. Vel, quia res miranda est quod peccant cum scientiam legis habeant, quæ prohibet eis malum facere, & docet bonum tenere. Vndè *supr.* 2. b. Tenentes legem nescierunt me. Sic ergo patet, quòd in hoc præterierunt sermonem Domini malè, in hoc, scilicet, quod præceptum non fecerunt, peius autem in hoc, quod alios ad malum incitauerunt, Vndè. i Prophetæ prophetauerunt mendacium] quia dicebant simplicibus, si immolaueri-

A tis Baal, non sentietis malum. Vndè dicuntur Prophetæ, quia futura populo prædicebant, scilicet, impunitatem eis promittentes si sequerentur idola. Sic & multi falsi Prædicatores, sicut & pecuniarij qui pro Ecclesiis suis prædicant, multas falsas admirationes admiscent, & dicunt. Pessimè autem errauerunt errorem confirmando Sacerdotes. Vndè sequitur.

& a Sacerdotes applaudebant manibus suis, & b populus meus dilexit talia, c quid igitur fiet in nouissimo eius?

a Et Sacerdotes, &c.] Pessimum enim est illos confirmare errorem, & inter alios seminare, & de illo gaudere, quos magis illuminare deberent. *Osea* 4. b. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Sacerdotes enim illius temporis confirmabāt sententias falsorum Prophetarum, quod pessimum erat cum magis deberent eorum sententiis cōtradicere.

CAP. VI.

d Confortamini filij Benjamin in e medio Ierusalem, & in f Thecua clangite buccina, & super g Bethacarem leuate vexillum, quia h malū visum est ab Aquilone & contritio magna, i Speciosæ & k delicatæ l assimilaui filiam Sion, ad m eam venient Pastores & greges eorum, n fixerunt in ea tentoriū in circuitu, o pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt.

b Et populus meus dilexit talia] scilicet, impunitatem quam illis prædicebant illi Prophetæ, & quam Prædictam Sacerdotes confirmabant esse veram. Sic populus peccat sæpè ad exempla Prælatorum, & ea diligunt quæ vident eos diligere, quia.

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Ezech. 16. e. Sicut mater ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu.

b Et populus, &c.] *Ieron.* Qui meus esse desiit, quando talia dilexit.

c Quid igitur fiet, &c.] scilicet, in captiuitate, vel in iudicio? quasi quæ propter hæc mala habere meruerunt. Et ideò in sequenti capitulo enumerat pœnam quam propter hoc assequentur.

EXPOSITIO CAP. VI.

Confortamini, &c.] Enumeratis peccatis populi, propter quæ meruit captiuari, describit pœnas propter illa infligendas. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. In prima describit exercitum Chaldæorum contra Ierusalem venientem, & eam in circuitu obsidentem & vastantem. In secunda tangit quædam peccata populi propter quæ affligi meruit, scilicet, calumniam, & contemptum audiendi verbum Dei, & auaritiam Sacerdotum, & dolum, *ibi.* [Omnis calumnia.] In tertia iterum connumerat aduentum Chaldæorum contra Ierusalem, excitans Iudæos vt se in munitionibus tueantur, *ibi.* [Hæc dicit Dominus] Dicit ergo Propheta ad populum.

d Confortamini filij Benjamin.] Loquitur duabus tribubus ironicè, sicut quando in ciuitate sunt multa cibaria, & multi defensores, & ciuitas est fortis, & munita, tunc confortantur ciues. Sic dicit eis ironicè. [Confortamini filij Benjamin,] quasi dicat. In veritate non potestis confortari, quia hæc non habetis. Et nota quòd tota ciuitas Ierusalem erat diuisa duabus tribubus, quia mons Sion in quo erat arx, erat in tribu Iudæ. Ciuitas autem quæ in decliui montis erat, erat in tribu Benjamin. Et ita in diuersis sortibus erat sita, secundùm diuersas sui partes. Et ideò dicit.

e In medio Ierusalem] per hoc tangens tribum Iuda, quia mons erat quasi in medio ciuitatis, qui erat in tribu Iuda.

f Et in Thecua clangite buccina.] Thecua quoddam castrum erat, quod erat in via per quam venit Nabuchodonosor in Ierusalem, quod erat situm, vt dicit *Ieron.* 12. milliaribus à Ierusalem, inter quod & Ierusalem Iosias fuit victus, vt dicitur.

g Et super Bethacaren, &c.] Bethacaren alius est viculus situs inter Ierusalem & Thecuam, secundùm Ieronymum, qui erat similiter in via per quam venerunt Chaldæi. Quasi ergo diceret Iudæis, arma capite ad vos defendendum contra hostes per hunc locum venientes, & clangite tubis, & vexilla leuate ad vocandum populos vestros, vel in signum victoriæ. Et est totum hoc Ironia.

h Quia malum visum, &c.] oppressionis infligendum ab hostibus.

Moraliter. *Moral.*

d Filij Benjamin,] id est, ô vos omnes boni qui estis filij dexteræ, id est, filij Dei per creationem & gratiam, sed tantùm filij sunt sinistræ, qui non nisi per naturam sunt filij. Vel, [Filij Benjamin,] id est, filij Christi, qui est filius dexteræ, id est, Dei Patris, ad cuius sedet dexteram. Vel filij sunt dexteræ, qui in tribulatione sunt, filij sinistræ, qui in prosperitate. Et ideò illi sedebunt, ad dexteram iudicis, qui hic dexteram dilexerunt, illi autem ad eius sinistram, qui eam amauerunt. Et ideò ita charè debet homo amplecti dexteram, & contemnere sinistram, sicut charè vellent transire si possent illi qui tunc erunt in sinistra ad dexteram. Vndè *Sap.* 4. d. Venient in cogitatione peccatorum timidi, & traducent illos ex aduerso, scilicet, ad dexteram, ne ad eam possint transire, iniquitates ipsorum.

d Confortamini] ad præliandum contra mundum, carnem, diabolum, qui significantur per tres hostes Salomonis. 3. *Regum.* 11. Item 1. *Machabæorum* 11. g. Vos ergo filij confortamini & viriliter agite in lege. Et 1. *Machabæorum* 3. g. Accingimini & estote filij potentes, & estote parati in manè vt pugnetis aduersus nationes has quæ conuenerunt disperdere nos & sancta nostra, quoniam melius est nos mori in bello quàm videre mala gentis nostræ & Sanctorum.

f Thecua] interpretatur tuba, per quam significantur Prædicatores, & Doctores qui vocant ad præliandum.

h Bethacarem,] interpretatur villa vineæ, & significat Religionem, quæ putatur, & excolitur magno labore, per disciplinarum, & ieiuniorum asperitatem. Continuè enim in ea fiunt putationes, cum in materialibus vineis non fiant nisi semel. A Religione etiam debet exire vinum, vt omnino inebriet per prædicationem & exemplum. Tubā vel buccina clangitur ad educendum exercitum. Inde eleuatur vexillum ad quod se congregat; quia per Prædicatores debent tanquam per tubam educi, & conuocari exercitus, & ad hoc inuitandi sunt Prædicatores vt hoc faciant. Religio autem est locus ad quem debent conuocari *Isaia* 13. a. Super montem caliginosum leuate signum, tanquam, scilicet, ad quod debet conuocari exercitus, exaltate vocem, leuate manum, quasi hoc opere & prædicatione aliis nunciate.

h Quia malum visum est ab Aquilone,] id est, à diabolo, à quo dependet omne malum, vt dicitur *suprà* 1. c. Vel super Thecuam & Bethacaren leuandum est signum, & tubā clangendum, id est, Clericis, & laicis prædicanda est pœnitentia, vt per eam pugnent contra diabolum.

i Speciosæ,] propter pulchra valdè ædificia quæ ibi erant.

k Et delicatæ,] quæ molestius fert tribulationes quàm non delicata. Sic Iudæi propter abundantiam quam habuerant, molestius tulerunt captiuitatem. Vndè dicitur delicata, propter temporalium abundantiam quam habuerunt.

l Assimilaui filiam Sion,] id est, Ierusalem, quæ erat sub protectione montis Sion, sicut filia sub protectione matris. Hanc ergo assimilat speciosæ & delicatæ mulieri ad quam tanquam ad mulierem corrumpendam, & polluendam amatores accedunt Chaldæorum exercitus, vt eam conculcent & deuastent. Vndè.

m Ad eam venient Pastores,] id est, Principes Chaldæorum.

n Et greges eorum,] id est, eorum exercitus, qui dicuntur greges, quia sicut Pastor vbi vult gregem suum ducit, & ab eo facit depasci quam vult partem pascuæ. Sic Principes vbi volebant suos subditos ordinabant, & faciebant ab eis obsideri, & violari quam partem ciuitatis volebant, & depascebant, vel auferebant omnia bona ciuitatis.

o Fixerunt in ea tentoria in circuitu; Ierusalem, scilicet, ad obsidendam vrbem; sicut pastores inuenientes locum aptum pascuis, ibi faciunt tentoria, & maximè qui non habitant in domibus.

p Pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt,] i. sub potestate sua, quasi dabit eis stipendia vel sumptus quod nō oportebit eos recedere ab obsidione propter victualiū penuriā. Vel sic. Ducet quilibet Princeps illos qui sub potestate sua sunt ad vastandum ciuitatem quacumque parte volet, sicut Pastor qua parte vult ducit gregē ad pascendū pratum, quā si diuersi in diuersis partibus expugnabāt, qui Principes siue Pastores ita dicēt gregibus siue familiis suis.

A Sanctificatæ super

a Sanctificate super eam bellum: *b* consurgite & ascendamus in meridie. Væ *c* nobis, quia declinauit dies, quia *d* longiores factæ sunt vmbræ vesperi. *e* surgite & ascendamus in nocte: & *f* dissipemus domus eius: Quia hæc dicit Dominus exercituum: *g* Cædite lignū eius: & † *h* fodite circa Ierusalem aggerem. *i* Hæc est ciuitas visitationis: *k* omnis calumnia in medio eius. *l* Sicut frigidā

C

Al. † *fundite.*

▲ *a* Sanctificate super eam bellum,] id est, sanctum dicite hoc bellum esse: eo quod iustè impugnemus hanc terram. Vndè sic dicentes, magis animans subditos ad bellandum, quia ostendunt se iustè bellare, & tamen peccauerunt mortaliter destruendo ciuitatem, quia malo fine hoc fecerunt sicut qui honorat patrem propter vanam gloriam solùm, peccat mortaliter, licet præceptū sit patrem honorare. Et hoc dico ideò, quia dicit. *Gloss.* ideò dicent sanctum bellū, quia Domini imperiū est. Sed contra videtur per *Gloss.* quæ dicit super *Isa.* 36. quòd Domino permittente venit, & ipso præcipiente recessit, ergo similiter & Nabuchodonosor. Solutio Non valet, quia ipsi Nabuchodonosor fuit inspiratum, quòd veniret, quod non Rapsaci, sed magis Sennacherib. Vndè *Isa.* 13. a. vbi loquitur de Babylonis: Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea. Vel potest dici, quod vterque venit Domino permittente, non præcipiente. Quòd autem dicitur hic: Domini imperium est, intellige, vt, scilicet, Iudæi patiantur, sed non quod illi eos destruant, vel puniant: Sicut voluntas Patris fuit Christum pati, vel mori, sed non Iudæos illum occidere. Vel dic, quòd Domini præceptū fuit, vt Chaldæi venirent, & punirent Iudæos, nec in hoc peccauerunt, sed in hoc, quòd ex impietate, & zelo vindictæ hoc fecerunt. Similiter sumitur sanctificare, vt hic *Mich.* 3. b. Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificabunt super eum prælium. Dicentes.

b Consurgite, & ascendamus in meridie,] id est, non in dolo, sed apertè, & in luce, non in nocte insultum faciamus, quasi, fortes sumus, non oportet nos dolosè eos decipere ad capiendam ciuitatem: Vel sic, aperta est iustitia, quia debent destrui Iudæi, & ideò securè eos impugnemus.

c Væ nobis, quia declinauit dies.] Vox est Iudæorum timentium propter noctem, & ideò nescimus quò fugere possimus. Vel [quia declinauit dies] quasi, si tanta patimur per diem, quanta patiemur in nocte, vbi nullum remedium defensionis, vel fugæ inuenire poterimus? Vel est vox Chaldæorum dolentium, quòd non potuerunt continuare obsidionem propter noctem.

d Quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi.] In manè enim & in vesperè longiores sunt vmbræ. Et iterum supple dicent.

e Surgite, & ascendamus in nocte] quasi etiam nocte impugnemus, quia impugnationem non perfecimus de die. Vel per hoc, quod dicit, [in meridie] notat insultum, & impugnationum manifestationem. Per hoc quod dicit [in nocte] notat eorum continuationem.

f Et dissipemus domus eius] quasi hoc præcepit nobis, & ideò de victoria securi sumus. Vel per hoc, quod dicit [in nocte] ostendunt suam audaciam, vt sic notent, non beneficio temporis, sed magis proprijs viribus se vincere, quasi vi capiemus ciuitatem. Multi enim Gentiles multùm confidunt in tempore: Vndè in plenilunio libentius obsident ciuitates, credentes, quòd tunc eis non possit resisti. Sed isti non in tempore, sed in virtute confidunt magis.

g Cædite lignum eius,] id est, arbores, quæ sunt circa ciuitatem ad faciendum machinas, & habitacula ad manendum.

h Et fodite circa Ierusalem aggerem,] id est, qui est circa ciuitatem, super quem est murus, vt cum fosso aggere possint muri ruinari, id est, terra, quæ sub eis est fodi, & sic murus habeat separari, & sic ruat. Alia *litera* habet [fundite] quasi, portate terram ad implenda fossata, vt sic ad muros liberè possitis accedere. Et per hoc notatur non statim esse captam ciuitatem, sed longam præcessisse obsidionem. Non enim fiunt talia, nisi longa credatur esse obsidio.

i Hæc est ciuitas visitationis,] id est, digna visitatione, quasi digna est, vt visitetur per pœnam, vel tribulationem, Vel est ibi [visionis] quasi coram omnibus destruetur.

k Omnis calumnia in medio eius,] id est, apertè, id est, falsa accusatio, vel incerta oppressio. *Eccl.* 7. b. Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis eius. Sed super illud *Isa.* 33. c. Qui proijcit auaritiam ex calumnia, dicit *Gloss.* quod calumnia est maximum peccatum, quod intellige, est valde magnum, quia idololatria est maius. Vnde super illud *Ioan* 16. b. Arguet mundum de peccato, dicit. *Gl.* scilic. infidelitatis, quo manente cætera manent.

l Sicut frigidam, &c.] In cisterna sunt aquæ pluuiales, quæ semper magis, ac magis frigescunt, sic & ipsi in peccatis magis ac magis, quia omnis calor charitatis per peccatum consumitur. Vnde *Matth.* 24. b. Refrigescet charitas multorum. Vndè boni & charitatiui vocantur spiritu feruentes. *Rom.* 12. c. Benè autem comparat malos cisternæ, siue lacui, quia in profundum peccatorum merguntur. *Psal.* 27. Assimilabor descendentibus in lacum. Et *alibi*. Infixus sum in limo profundi, &c. Et de hoc lacu ad lacum Inferni profundissimum descendent. Vndè *Isa.* 14. d. Veruntamen detraheris in profundum laci. *Exod.* 15. b. Submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. Peccatores enim relicto fonte aquæ vitæ, fodiunt sibi cisternas dissipatas, vt dicitur *sup.* 2. c. Hæc frigiditas maximè locum habet in hæreticis, qui vtinam essent aut calidi, aut frigidi, aut crederent, aut omninò non crederent, sed magis tepidi sunt, quia se bonis, & Christianis assimilant, vt eis magis credatur. Sed quomodò hic malitia vocatur frigiditas cum sit ignis? Quia *Iob.* 31. b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans; quod dicitur de luxuria. Et *Iob.* 15. d. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui libenter munera accipiunt. Et *Ioël.* 1. d. Ignis deuorauit speciosa deserti. Et *Psalm.* 79. Incensa igni, & suffossa, Ibi distinguit. *August.* duas esse radices peccatorum. Solutio, peccatum dicitur frigus, vel gelu, quia sicut gelu ▵ eterogenea *Psal.* 68.

⊖ *a* Sanctificate super eam bellum.] Cùm enim certant pro decimis habendis, & bonis pauperum rapiendis, dicunt se defendere ius Ecclesiæ suæ, vnde hoc bellum reputant sanctum. *Mysticè.*

b Consurgite, & ascendamus in meridie] temporalis abondantia: Ideò David timet sibi ab altitudine diei, quia perflant altissima venti: Sic etiam maximè insidiatur illis, qui feruent in charitate. Vndè *Abacuc.* 1. d. Cibus eius electus. *Iob.* 41. d. Sub ipso erunt radij solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. *Psal.* 55.

c Væ nobis, quia declinauit dies, &c. Vmbra vesperi est vanitas mundi. *Sap.* 5. b. Omnia transierunt sicut vmbra. Quam quidam prolongant vsque ad mortem, & quanto morti propinquiores, tanto ipsi fiunt vaniores, sed iam morientes, dicunt: Væ nobis, quia declinauit dies vitæ nostræ. *Ouidius de remedio, amo.*

d Quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi, i. magis amplexati sumus vanitatem mundi. *Psal.* 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? *Thren.* 4. a. Filij Sion incliti amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea? *Ibidem.* Qui vescebantur voluptuosè, & nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Hoc ergo dicitur de iis, quanto magis senescunt, vel ad mortem tendunt, tanto magis inhærent temporalibus. Quando dormiens in die surgit, respicit vmbram suam, & quando magna est, tunc, scit, quod parum ei restat de die, sic senibus quando videntur temporalia magis bona, signum est, quod propè mortem sunt. Vel. *c* Væ nobis, quia declinauit dies] gratiæ, id est, Christus.

d Quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi,] i. quia creuit in nobis amor vanitatis sæculi. Quanto Sol magis declinat, tanto maior est vmbra. Vndè & Luna quantò a sole remotior, tanto apparet maior, & quantò propinquior, tanto minor, & ideò Luna sub pedibus eius. Vndè *Apoc.* 12. a. Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius.

g Cædite lignum eius,] id est, arbores fructuosas, i. bonos: ita dicit diabolus. Scit enim diabolus, quod arbor cæsa fructum non fert, sic homo à Deo separatus, vel à fide.

h Et fodite circa Ierusalem aggerem,] id est, temporalium congregationem. Qui fodit aggerem, terram terræ accumulat. Vndè fodere aggerem est amorem temporaliū terrenæ mēti imprimere, vel diuitias diuitijs, & redditus redditibus coniungere. Per talem aggerem capitur ciuitas Dei. *Abac.* 1. c. Super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam Ideò dicit *Isa.* 5. c. Væ qui cōiungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis.

l Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, &c.] Aqua pluuialis non omninò est frigida cum cadit, sed in cisterna per moram temporis magis infrigidatur; sic homo diu in peccato morando penitus congelatur. Et sicut aqua per motum incalescit, sic homo per bonorum operum exercitium. Vndè: *Et capiunt vitium ni moueantur aqua.*

A heterogenea conglutinat, & quasi congelat: sic peccatum animam cum temporalibus, sicut gelu lignum cum lapide, vel aqua. Sicut autem ignis homogenea dissoluit, vt ceram, vel metalla, sic peccatum animam à spiritualibus frigidam, id est, congelatam, & induratam. *a* Iniqui-

facit cisterna aquam suam: sic frigidam fecit malitiam suam. *a* Iniquitas, & *b* vastitas audietur in ea: *c* coram me semper infirmitas & plaga. *d* Erudire Ierusalem, *e* ne fortè recedat anima mea à te, ne *f* fortè ponam te desertam terram *g* inhabitabilem. *h* Hæc dicit Dominus exercituum: Vsque *i* ad racemum colligent *k* quasi in vinea reliquias Israël. *l* Conuerte manum tuā quasi vindemiator ad cartallum. *m* Cui loquar, & quem contestabor, vt audiat? *n* Ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt. *o* Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium: *p* & non suscipient illud. *q* Idcirco furore Domini plenus sum: & *r* laboraui sustinens. *s* Effunde *t* super paruulum † foris, & *u* super † concilium iuuenum simul. Vir enim *x* cum † vxore capietur, & senex cum pleno dierum. Et *y* transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter:

tas & vastitas audietur in ea. Iniquitas] in Deum. *b* Et vastitas] deprædatio ad proximum. Vel, [Iniquitas] aperta deprædatio per potestatem [& vastitas] latens destructio per calliditatem. Vel, [Iniquitas & prava vastitas] quia iniquitas omnia vastat.

C

c Coram me semper infirmitas & plaga,] i. semper considero pœnas quibus affligam Ierusalem. Iniquitas enim conuertetur in infirmitatem: vastitas in plagam quibus percutiam Ierusalem.

Al. † furorem. Al. † consilium. Al. † muliere.

d Erudire Ierusalem,] id est, per infirmitatem & plagam eruditionem accipe. Vnde *Septuaginta*, habent, Per omnem dolorem & flagellum erudire Ierusalem. *e* Ne fortè recedat anima mea à te,] id est, dilectio. Flagella enim & correptiones signa sunt paternæ dilectionis. Vndè *Apoc.* 3.d. Ego quos amo, arguo & castigo. *Hebr.* 12.b. Flagellat Deus omnem filium quem recipit. Ideò dicitur *Ezech.* 16.e. Zelus meus recessit à te: non irascar tibi in perpetuum

f Ne fortè ponam te desertam terram] ab omni fertilitate. *g* In habitabilem] ab omni homine.

Mystice. ⊖ moueantur aquæ. *Apocal* 17.d. Aquæ multæ populi multi. *Ioan* 5.a. Angelus Domini descendebat in piscinam, & mouebatur aqua, & qui prior descendebat in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat quacunque detinebatur infirmitate. *c* Coram me semper, &c.] Dominus enim tribulatos habet ante oculos suos sicut pia mater filium infirmum. Vndè beatus Egidius petiit, quod nunquam ab eo recederet quædam infirmitas quam habebat, vt Dominus in eum respiceret. Vndè *Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione. *Eccl.* 11.b. Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum.

d Erudire Ierusalem] *Iud* 4.a. Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit vt erudiret in eis Israël.

e Ne fortè recedat anima mea à te] per subtractionem omnis boni. *f* Ne fortè ponam te desertam terram inhabitabilem] per inflictionem omnis mali, propter quam non posset ibi esse habitatio, id est, quies, quia erit in inferno.

Ad literam. *h* Hæc dicit Dominus exercituum, vsque ad racemum colligent.] Sicut locutus fuerat sub metaphorâ pastorum & gregum, sic hic de eis loquitur sub metaphorâ vindemiatorum. Sicut enim vindemiantes vindemiant pro posse suo, nec grana aliqua dimittunt nisi vilia, & inutilia: Sic Chaldæi non dimiserunt in vrbe nisi pauperes & viles. Vndè.

i Vsque ad racemum colligent] quasi sicut in vindemia relinquuntur aliqui racemi, vt viles, & quasi inutiles: sic viles & pauperes relicti sunt à captiuitate, vt vinitores quidam & agricolæ, vt dicitur 4. *Reg. vlt.* c.

k Quasi in vinea reliquias Israel.] Vel reliquias vocat duas tribus, quæ sunt quasi reliquiæ respectu decem tribuum, vel, vsque, est exclusiuum, vt intelligatur, quod sicut nec racemus relinquitur in vinea: sic nec maiores solùm, sed & minores capti sunt. Vndè.

l Conuerte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum.] Loquitur ad exercitum Chaldæorum. Cartallus est vas paruum quod fit de asseribus flexis ad modum dolij, in quo deferuntur racemi calcandi ad torcularia, vel ad quadrigas. Si enim deferrentur in calathis, qui fiunt de virgis, vel iuncis, vinum efflueret, quia calcatæ sunt vuæ, tamen in calathis prius ponuntur, cum scilicet, abscinduntur de vite. Tunc enim non sunt calcatæ, sed adhuc duræ, vnde non fluit vinum. Sic Chaldæi prius vindemiauerunt eos in Ierusalem quasi in calathis. Deinde duxerunt in captiuitatem quasi vindemiam cum cartallis ad torcular. Et intellige quod dixit, quasi vindemiator, sicut intelligitur illud. [Vsque ad racemum] quasi sicut vindemiatoris manus non effugiunt, nisi racemi inutiles, sic Nabuchodonosor non dimisit in Iudæa nisi inutiles, & debiles. [Conuerte ergo, manum tuam quasi vindemiator ad cartallum] vt sicut ille racemos ad torcular trahit in cartallo, sic tu Ierusalem captam trahe in Babylonem.

m Cui loquar & quem contestabor, vt audiat?] id est, adiurabo, quasi sæpè & pluries dixi eis, & adiuraui, & tamen nolunt me audire.

n Ecce incircumcisæ aures eorum, & audire non possunt,] id est nolunt, sed contemnunt. Incircumcisas aures habere, est non intelligere præcepta Domini, vel intellecta non velle opere implere, quasi, aures habent surdas, vel peccatis velata. *Act.* 7. f. Dura ceruice & incircumcisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto restitistis. diabolus autem est quasi vindemiator in vinea Domini, sed Dominus non est nisi quasi grapator. Ille enim accipit integras vuas, id est, maiores & plures, sed Christus non nisi reliquas, & viles, & paucos. *Abdia* 1. b. Si vindemiatores introissent ad te, nonne saltem racemum reliquissent tibi? *Mich.* 7. a. Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum. Diabolus enim accipit magnos, & grossos, id est, diuites, & potentes, qui in facie mundi videntur meliores; sed Domino remanent pauperes, & abiecti. *Isa.* 24. c. Quomodo si paucæ oliuæ, quæ remanserunt excutiantur ex olea, & racemi cum fuerit finita vindemia: hi leuabunt vocem suam, & laudabunt. Per cartallum significatur obstinatio, qua portatur peccator ad torcular æternæ damnationis.

o Ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium] quia illud contemnunt quod derident, dicentes, *Isa.* 28. c. Manda remanda, *infr.* 20. b. Factus est sermo Domini in opprobrium, & derisum tota die, maximè verbum Crucis quod pereuntibus stultitia est. 1. *Corinth.* 1. c. Sic & Psal. 106.
verbum pœnitentiæ, quia omnem escam abominata est anima eorum.

p Et ideò, non suscipient illud] scilicet, intellectu & affectu, qui sunt duæ tabulæ cordis carnales in quibus debent inseri verba Domini. *Prouerb.* 3. a. Misericordia & veritas non te deserant, circunda eas gutturi tuo & describe eas in tabulis cordis tui, & inuenies gratiam & disciplinam bonam coram Deo & hominibus.

q Idcirco furore Domini plenus sum,] id est, furorem Domini plenè præuideo. Vndè dicit se plenum furore, non quo crucietur, sed quem effundat in alios. Vndè.

r Et laboraui sustinens] scilicet, furorem, quasi, non possum continere quin furorem in eos effundam, vel in eis effundendum enunciem, quia plenissimè hoc præuideo, & cogit me spiritus, vel veritas hoc enunciare quòd video. Vel exponitur de Christo, secundùm illud *Isa.* 43. d. Laborare me fecistis in iniquitatibus vestris.

s Effunde, &c.] Loquitur Dominus Prophetæ, quasi ex quo verba mea contemnunt, abundanter effundendum esse in eis furorem meum per Chaldæos enuncia. Vel dicit hoc Dominus exercitui Chaldæorum. *Psalm.* 78. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, &c.

t Super paruulum foris] quasi super eos, qui sunt extra ciuitatem morantes.

u Et super concilium iuuenum simul] quasi super eos, qui sunt in ciuitate, quasi dicat, nec multitudo siue concilium, nec iuuentus eos defendet; quanto ergo super Reges, & inueteratos effundet furorem suum? Vndè.

x Vir enim cum vxore capietur, & senex cum pleno dierum] quasi nulli sexui, nulli ætati parcet. Per hoc, quod dicit [& senex cum pleno dierum] patet quod senectus non est vltima ætas, sed sequitur decrepita ætas. Simile in Cantico *Deut.* 32. d. Foris vastabit eos gladius & intus pauor, iuuenem simul, ac virginem, lactentem cum homine sene. Sic hodie caro cum spiritu, Prælatus cum Ecclesia, heu, descendunt ad Inferos. Vndè *Matth.* 15. Si cæcus cæcum ducat ambo in foueam cadunt. *y* Et transibunt domus

A eorum

a eorum ad alteros, &c.] *Threm. vlt.* 2. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Quia ex tendam manum meam.] Qui manum eleuat nondum percutit, sed minatur, & quantò magis eleuatur manus, tantò fortius percutit; sic Dominus tota die nobis comminatur, sed non propter hoc a peccato recessimus. Ergo tantò artius percutiet, quanto magis hic minatur. Vel. [Extendam manum meam.] Iam securis ad radicem posita est, quasi nondum secat, sed tamen minatur *Isaia* 9. c In omnibus his nō est auersus furor eius, sed ad huc manus eius extenta est. *Ezec.* 20.f. Manu forti, & brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.

Infra 8. *d.* *Isaia* 56. *d.* D *Al.* † *videte.*

a quia extendam manum meam super b habitantes terram, dicit Dominus. c A minore quippe vsque ad maiorem omnes auaritiæ student, d & à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. Et e curabant contritionem filiæ populi mei cum f ignominia, g dicentes, pax h pax, & non erat pax, i Confusi sunt, k quia abominationem fecerunt? l Quin potius confusione non sunt confusi, m & erubescere nescierunt. n Quamobrem o cadent inter ruentes, in p tempore visitationis suæ q corruent, dicit Dñs. Hæc dicit Dñs: r State super vias, & † f audite, s & interrogate de semitis u antiquis quæ sit via bona, & ambulate in ea,

b Super habitantes terram, &c.] Vndè *Apoc.* 8. d. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Tales autem sunt isti. Vndè sequitur. c A minore quippe, &c.] quæ est radix omnium malorum, vt dicitur. 1. *Tim.* 6.b. Vt sumatur auaritia non tantum pro amore pecuniæ, sed pro quacunque concupiscentia illicita. Duo enim sunt in peccato, scilicet, auersio ab incommutabili bono, secundùm quòd superbia dicitur initium omnis mali. *Eccl.* 10. b. Et conuersio ad commutabile bonum: sic concupiscentia, siue auaritia dicitur radix omnis mali. Vndè *August.* Omne malum est ex concupiscentia. Vndè super illud *Eccl.* 10. b. Initium omnis peccati est superbia, dicit *Gloss.* Caueamus superbiam, & cupiditatem, non duo mala, sed vnum. Dicit autem *August.* differentiam horum duorum principiorum in Enchiridion, dicens cupiditatem esse radicem omnis mali origine, & causalitate, superbiā vero tempore, & actione. *Amos* 9. a. Percute cardinem, & commoueantur superliminaria Auaritia enim in capite omnium est, i. in eis qui sunt capita. *Isaia* 56. d. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam a sommo vsque ad nouissimum. Et hoc dicit, quoad laicos.

d Et à Propheta, &c.] hoc quoad clericos, qui prophetant mendacium, & peruersè exponunt legem quæ quæritur à Sacerdotibus. *Malach.* 2. b. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem de ore eius requirunt. *Aggai* 2. b. Interroga Sacerdotes legem. Prius autem ponit Prophetam, & post Sacerdotem, quia vt *suprà* 5. g. Dicitur Sacerdotes dictis illorum applaudebant, quando, scilicet, Prophetæ prophetabant mendacium. Vndè de mendacio eorum subdit.

e Et curabant contritionem filiæ populi mei,] i. Ierusalem, quando dicebant quòd non contererentur ab hostibus, vel faciebant per dicta sua quod non contererentur de peccatis suis, propter, scilicet, suas falsas promissiones. Vel,] Curabant contritionem,] i. faciebant, vt non timerent. Timore enim conuertebantur quidam Iudæi, quando audiebant comminationes Domini, ipsi autem per adulationes suas, & falsas promissiones suas faciebant, vt non timerent. Et hoc faciebant.

f Cum ignominia] quæ secuta est, quando accidit oppositum suarum falsarum promissionum.

g Dicentes pax] in præsenti.

h Pax] in futuro. Sic multi mali Prælati, vsurariis, & aliis malis diuitibus promittunt bona, scilicet, & pacem temporalem: & pacem æternam, viuificantes animas quæ moriuntur propter pugillum hordei, & fragmen panis, mentientes populo credenti mendaciis, vt dicitur *Ezech.* 13. c. i Confusi sunt] cum interrogatione, quasi non, quia non sunt contriti in sceleribus sunt. Vndè.

k Quia abominationem fecerunt,] & ideo confundi, vel erubescere deberent. *Ezech.* 43. c. Ostende domui Israel templum, & confundantur in abominationibus suis. Vel lege assertiuè.

i Confusi sunt,] id est, digni sunt confundi.

k Quia abominationem fecerunt] *Rom.* 6. d. Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Vel ponitur antecedens pro consequente, i. audiunt propter quæ deberent confundi. Secundùm primam expositionem loquitur de bona confusione. Secundùm duas alias, de mala, quia *Eccl.* 4. c. Dicitur. Est confusio adducens gloriam, &c. Vel quòd dicit [confusi sunt] loquitur ironicè de bona confusione. Vndè ironiam exponit dicens.

l Quin potius confusione non sunt confusi.] Debet enim verè poenitens confundi interiùs, & exteriùs, vt operiatur, sicut diploide confusione sua. *Psalm.* 108.

m Et erubescere nescierunt,] i. noluerunt, siue approbauerunt, secundum illud. Noluit intelligere, vt benè ageret; imò contemnunt omne bonum propter nimiam mali sui consuetudinem. *Suprà* 3. b. Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, Philosophus, erubuit, salua res est. Durum ergo nescire erubescere, quia sensum non habuerunt mali, i. non senserunt quòd malum erubescendum sit. Ideo enim peccatum eis placet, quia tantùm superficiem eius exteriorem lingunt. Vndè *Mich. vlt.* d. Lingunt puluerem, sicut serpentes. Sed si interiùs morderent, scilicet, aspicientes & peccati foeditatem, & damnositatem, & sequentem poenalitatem, benè sentirent quid in eo displiceret. Tales ergo dati sunt in reprobum sensum, quia nec foetorem sentiunt in eo quod summa immunditia est. Cuius ratio *Ezech.* 8. g. Replentes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me, & ecce applicant ramum, scilicet, temporalium, ad nares suas. Nec dolorem sentiunt vbi tot sunt puncturæ, & percussiones quas infert diabolus in peccato. Vndè *Prouerb.* 23. d. Eris quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dicens, verberauerunt me, & non sensi. Nec dulcedinem in eo quod summè saporabile est, & dulce, scilicet, in Deo. Vndè Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Cuius ratio. Quia corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis. Nec timorem sentiunt vbi tot, & tanta supplicia imminent. Vndè *infrà* 20. c. Confundentur, quia non intellixerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur. n Quamobrem] scil. propter hæc omnia mala. *Psalm.* 33. *Psalm.* 13, & 52.

o Cadent inter ruentes] quasi, licet primum stare viderentur, scilicet, secundum opinionem suam, & falsorum Prophetarum adulationem, tamen cadent verè inter ruentes, i. inter eos, qui peccatis irruunt.

p in tempore visitationis suæ] scilicet, captiuitatis, & iudicij futuri.

q Corruent] in captiuitatem, vel in Infernum de quo non poterunt surgere, quasi, ruentibus associabuntur non stantibus, & sic falsum esse repetient quod promittebant eis falsi Prophetæ.

r State super vias, &c] Quia possent aliqui dicere, non est mirum si nos peccemus, & erremus, cum tot habeamus falsos Prophetas, & non Prælatos bonos, vel Prædicatores. Ideo respondet quod imò, quia boni Prophetæ benè dicebant eis veritatem. Vndè. [State super vias] sicut dicitur illi qui non vadit viam rectam, siste, attende quid facis, quasi considerate quo tenditis per ea quæ facitis dum colitis idola, quasi antequam voluntatem opere impleatis, videte quæ sit bona voluntas, annon.

f Et audite,] i. diligenter attendite. s Et interrogate de semitis antiquis, &c.] quasi bonam inueniatis viam, & ad inuentam ambuletis, prius ad modum viatoris quærite viam. Vel. r State, & interrogate de semitis antiquis, &c.] quasi quæ sit via strata, vel semita antiquitus facta, quasi & vestras conuersationes considerate, & conuersationes antecessorum, si parentes vestri sic fecerunt, vt ex consideratione illorum viā melius dirigatis. *Isaia* 30. e. Audiunt vocem post tergum monentis, hæc est via ambulate in ea. Citò enim inuenietur bona via eam quærenti, quia multorum Sanctorum trita vestigiis. Hoc est quod dicitur *Matth.* 13 f. Quod bonus negociator quærit margaritas, & inuentā vnā preciosā, i. recta, & certa via ad Paradisum, pro illa comparanda sua omnia dimittit. *Threm.* 3. e. Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominum: *Aggai* 1. b. Ponite corda vestra super vias vestras

s Et interrogate.] A quibus debeant interrogare viam, dicit *Iob* 21. d. Interrogate quemlibet de viatoribus vt ab illis qui velociter currunt ad Dominum, eam velociter sciatis. Non debet autem dedignari homo viam quærere à cæcis, vel contractis, licet non videant, vel nunquam per viam eant, tamen docere eam sciunt. u Antiquis,] quia vt dicitur vulgariter. Antiqua via melior est, & securior. Contra illa qui semper adinuētiones vanas in poenitentia, vel in Religione adinuenerūt, & fabricāt nouas Religiones. Sed propter hæc nouæ Religiones iam factæ quasi odio habentur. Dicitur. *Leu.* 26. b. Vetustissima veterum comedetis, & nouis superuenientibus vetera proiicie-

A tis Religio. enim, B Augustini, & B. Benedicti nouæ fuerunt, & nouitatem retinuerunt quamdiu fundamentum paupertatis habuerunt, sed prosperitate adueniente factæ sunt veteres. Vndè modo iterum adueniente statu paupertatis, illæ sunt proiiciendæ quæ fundamentum suum proiecerunt, & nouæ, siue vt melius dicam, innouatæ accipiendæ. Non enim nouæ, sed quæ veteres fuerunt per eas innouatæ sunt. Hoc *Eccl. 9. c.* Ne derelinquas amicum antiquum, nouus enim non erit similis illi. Vinum enim nouum amicus nouus, inueterascat, & cum suauitate bibes illud. Vndè *Deut. 32. a.* Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas. *1. Mach. 2. f.* Mementote operum patrum quæ fecerunt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.

Al. † speculatores.
Al. † Et dixi.
E
Al. † cognoscite.
Infrà 19. a.

& *a* inuenietis refrigerium animabus vestris. Et *b* dixerunt, non ambulabimus. Et *c* constitui super vos † speculatorem. † *d* Audite vocem tubæ. Et *e* dixerunt, Non audiemus. *f* Ideo audite gentes, & *g* cognosce congregatio, *h* quanta ego faciam eis. Audi *i* terra. *k* Ecce ego adducam *l* mala, *m* super populum istum *n* fructum cogitationum eius, quia *o* verba mea non audierunt, & *p* legem meam proiecerunt. Vt quid mihi *q* thus de Saba affertis, & *r* calamum suaue-olentem de terra longinqua? *s* Holocaustomata vestra non *t* sunt accepta, *u* & victimæ vestræ non *x* placuerunt mihi. Propterea hæc dicit Dominus. *y* Ecce dabo in populum istum ruinas & *z* ruent in eis patres, & filij simul, vicinus & proximus peribunt.

a Et inuenietis refrigerium, &c.] Sicut homo qui diu deuiauit, cum viam inuenit, consolationem recipit propter spem veniendi citò ad finem, quasi, bene erit vobis, & veniet vobis prosperitas, & temporalis, & spiritualis. *Matth. 11. d.* Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. *b* Et dixerunt, &c.] per rectam viam, scilicet, per viam fidei, & charitatis. *Isaia 33. a.* Angeli pacis amarè flebant, quia dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitas. *Exod. trigesimo b.* Qui dicunt videntibus, nolite videre, & aspicientibus nolite aspicere nobis quæ recta sunt, auferte à me viam, declinate a me semitam, cesset à facie mea sanctus Israel. *c* Et constitui super vos speculatorem,] vel † speculatores,] id est, multos veros Prophetas qui rectam vobis ostendant viam. Vel singulariter Ieremiam, supple, præcepi vobis per illum speculatorem.

Isaia 58. a.

d Audite vocem tubæ,] i. Prophetæ apertè, vel Spiritus Sancti qui per Prophetam quasi per tubam loquitur. *Isaia 40. b.* Exalta sicut tuba vocem tuam, qui annuncias Ierusalem. Sic & quilibet Prædicator speculator Ecclesiæ dicitur, & maximè Apostoli. Vndè *Ezech. 3. d.* Speculatorem dedi te domui Israel.

e Et dixerunt, non audiemus.] Hoc est quod dicitur *Luc. 14. d.* Quòd Dominus misit seruos ad inuitandum ad nuptia, sed inuitati noluerunt venire, quod exponitur de Iudæis. Sed quomodo, cum significâtur per illum secundum filium qui patri suo dicenti ei. Vade operare hodie in vineam meam, dixit, eo Domine, sed non iuit. *Matth. 21. c.* Et *Exod. 19. b.* Dixerunt. Omnia quæ locutus est Dominus faciemus, & audiemus. Solutio. Dixerunt, scilicet, opere, licèt non voce. Vndè præferuntur Gentiles Iudæis, qui significantur per primum filium qui dixit, nolo, sed pœnitentia motus iuit. Ideo] scilicet, ex quo Iudæi nolunt audire [Audite gentes.] Vndè. *Act. 13. g.* Dicunt Apostoli Iudæis. Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad Gentes.

g Et cognosce congregatio] quasi non solùm singuli, sed omnes. *i* Audi terra,] i. totus orbis.

h Quanta ego faciam eis,] scilicet, malis. Simile *Isaia 1. a.* Audi cœlum, & auribus percipe terra, scilicet, quæ Dominus facturus est populo Iudæorum. Ideo autem omnes gentes, & totum mundum ad audienda quæ inflicturus est populo suo, & causam inflictionis, inuitat, ne per potentiam, & iudicij inæqualitatè se oppressos causarentur. *k* Ecce ego, &c.] Ecce quam verus speculator iste, qui nō ridet, sed lacrymis monet, qui non adulatur peccatoribus, sed veritatem nudam dicit. Vndè *Isaia 3. c.* Popule meus qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. *Prou. 27. c.* Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte consurgens, maledicenti similis erit. Tales ergo non docent rectam viam, quia recta via est per tribulationes, & angustias, & asperitates, & per timorem, & comminationem. Angusta est enim via quæ ducit ad vitam, vt dicitur, *Matth. 7. b.* Sed amanti, & ab omni onere peccatorum alleuiato, lata & suauis est. Talibus enim fiunt praua in directa, & aspera in vias planas. *Isaia 1. d.*

l Mala,] id est, pœna, vel supplicia.

m Super populum istum] qui dixit, non audiemus.

n Fructum cogitationum eius,] i. tormenta quæ originem habent ab eis, & eis aduenient ab iniquis eorum cogitationibus, i. propter malas cogitationes suas, id est, propter peccata idololatriæ, vel infidelitatem, quæ maximè consistit in mentis cogitatione. Alia *littera.* [Fructum auersionis eius,] quia, qui seminauerit homo hæc & metet, vt dicitur *Galat 3. b.* Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala, dicite iusto quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Væ impio in malum, retributio manuum eius fiet ei. Et hoc *Isaia 40. a.*

o Quia verba mea non audierunt,] i. dicta Prophetarum non audierunt corde.

p Et legem, &c.] contemptu, vt nec etiam aure cordis audire vellent, vel si audierunt, deridebant. *Psalm. 49.* Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum.

q Vt quid] quasi ex quo me non vultis audire [vt quid mihi thus de Saba affertis ?] Quamuis enim Deo nolent credere, vel Prophetis Domini, tamen in duas partes claudicantes volebant Deo seruire, & idolis, quandoque Deo munera offerentes, quandoque idolis. [De Saba] ad literam de illa regione afferebatur thus.

r Et calamum suaue-olentem de terra longinqua, quia de India de qua per mare afferebatur calamus, cinnamomum, & aliæ species aromaticæ, ex quibus conficiebantur vnguenta suauissimi odoris, vt & dicitur *Exod. 30. c.*

s Holocaustomata] quæ tota comburebantur.

t Non sunt accepta,] scilicet, ex quo me audire non vultis, vel verba mea. Simile *Isaia 1. c.* Quò mihi multitudo victimarum vestrarum, dicit Dominus. Plenus sum: holocausta Arietum, & adipem pinguium, & sanguinem Vitulorum, & Hircorum, & Agnorum nolui. Calendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea, facta sūt mihi molesta. Et intelligitur de operibus operatis, quæ nunquam absolutà voluntate præcepit Dominus, sed quasi coacta, quia scilicet, videbat Iudæos pronos ad sacrificandum idolis, propter quod dicitur *Ezech. 20. d.* Dedi eis præcepta non bona.

u Et victimæ) de quibus Sacerdotes habebant partem & aliam partem ipsi offerentes. Et sic dictæ sunt, quia offerebantur pro hostibus victis.

x Non placuerunt mihi,] quia in mortali hoc faciebant, & magis ex timore quàm amore. Et est hoc apertè contra quosdam Religiosos, qui præ magnitudine, vel longitudine seruitij, & suarum regularum, obseruantia, nolunt audire prædicationes, vel si volunt, non nisi paruas. Sed melius esset, quòd mediam partem seruitij rescinderent. Melius enim appreciat Dominus sermones suos audiri, quam thus & holocausta offerre. Per quæ etiam intelliguntur cantus vocales, & Ecclesiæ solemnitatem. Vel hoc dicitur contra illos, qui de rapinis pauperum credunt se posse facere elemosynas Deo gratias, & per hoc redimere peccata sua, cum potiùs dicatur *Prou. 13. b.* Redemptio animæ viri propriæ diuitiæ. *Eccles. 34. c.* Immolantis ex iniquo oblatio est maculata. *Ibidem d.* Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris. *Isaia 1. c.* Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustū. Sed secundū hoc videtur, quòd vsura nō transit in dominiū, quomodo ergo audent homines ab eis mutuare, secūdū hoc enim videtur, quòd tenerentur restituere, cum illi denarij non sint illius qui mutuat, nec illius à quo mutuatur, sed secundùm hoc ager quem emit iste de vsura non est suus. Solutio. Reuera non transeunt vsuræ in dominium, nec possunt inde facere eleemosynas, nisi ipsi alia habeant de quibus possint soluere vsuram, sed aliter peccarent, quia sic facerent se impotentes restituere. Ad aliud dico, quod non est simile de denariis, & aliis rebus, aliud est enim de equo furato, & huiusmodi aliis, pecunia enim communis est, & ideo illi soli à quo accipit homo pecuniam tenetur restituere. *y* Ecce ego dabo in populum istum ruinas] quasi in præcipitium, vt ruant de peccato in peccatum, vel de captiuitate in captiuitatem, vel quia vnus ruit ad exemplum alterius. *z* Et ruent in eis patres, & filij simul, vicinus & proximus,] quasi & consanguinei carne, & affines in ciuitate, & propterea sicut in culpis associantur, & sic in pœnis. Vndè dicere possent tales.

a tales. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Filij enim qui sequuntur patrum culpas, sequentur, & eorum pœnas. Per quos autem fient hæc mala illi populo subdit.

Hæc dicit Dominus. a Ecce populus venit de terra Aquilonis, & b gens magna consurget a finibus terræ. c Sagittam, & scutum arripiet, d crudelis est & non miserebitur. Vox e eius f quasi mare sonabit, & super g equos ascendent præparati quasi vir ad prælium h aduersùm te filia Sion. i Audiuimus famam k eius, l dissolutæ sunt manus nostræ. m Tribulatio apprehendit nos, n dolores vt parturientem, o Nolite exire p ad agros, & in † q via ne ambuletis, r quoniam gladius inimici f pauor in circuitu, t Filia populi mei, u accingere cilicio, & x cõspergete cinere. y Luctũ z vnigeniti fac tibi planctũ amarũ, a quia repentè veniet vastator super vos, b Probatorẽ dedi te in populo meo robustũ

Al. † vineam.

Matth. 17.c. a Ecce populus venit, &c.] scilicet, exercitus Chaldæorum. b Et gens magna] numero & potestate, & statura. c Sagittam & scutum arripiet] quasi, & a remotis, & de prope pugnabit. d Crudelis est, &c.] parcendo pro quantiscunque precibus, vel

F muneribus.

e Vox eius,] i. vlulatus illius exercitus. f Quasi mare sonabit] quod magnum tumultum facit cum intumescit fluctus eius, quasi præ impetu & multitudine magnum tumultum faciet.

G g Et super equos, &c.] quasi non erũt pedites nec lassi. h Aduersũ te] ô filia Sion.] Ecce quod ita terret eos, vt saltem timore concussi agant pœnitentiam quã Dominum eis offensum placent, & mutent eius propositum de captiuitate tanta infligenda. Vndè *infrà* 18. b. Si pœnitentiam egerit gens ista à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei.

Moraliter. Moraliter. a Ecce populus, &c.] Vndè, *suprà* 1. c. Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ.

b Et gens magna, &c.] numero. Vndè *Psalm* Multiplicati sunt super numerum. Et potestate. Vndè *Iob* 41. d. Non est potestas super terram quæ comparetur ei. [Sagitta] est illata tẽtatio. [Scutum] peccatoris obstinatio, quã peccatum suum defendit contra prædicatorem. De primo *Psalm.* 7. Sagittas suas ardentibus effecit. Has enim proferet de olla succensa, quam vidit, *suprà* 1. c. Vndè & significatur per iacula ignea diaboli, quæ omnia extinguit scutum fidei, vt dicitur *Ephes.* 6. c. De secundo *Iob* 40. a. Corpus eius quasi scuta fusilia, compactum squamis sese prementibus, & vna vni coniungitur, & nec spiraculum quidem incedit per eas.

d Crudelis est, & non miserebitur.] *Greg.* Quanto magis homo se ei subijcit, tanto eum sibi intolerabiliorem reddit. *Idem.* Graue est seruire offenso, qui nullo placatur obsequio.

f Quasi mare sonabit] quasi sicut illi qui primò vident mare, ad fremitum eius pauent; sicut innocentes timent suggestionem diaboli, sed assueti non. Vndè Balaam ad vocem asinæ non pauit, quia assuetus erat monstris.

g Et super equos, &c.] quia illos qui in equis, & curribus confidunt & gloriantur, i. in honoribus, & pompis sæculi, obsidet, & impugnat diabolus.

Ad litteram. i Audiuimus famam.] Responsio est populi, cui locutus est Dominus per Prophetam, & comminatus.

k Eius,] i. exercitus Babylonici.

l Dissolutæ sunt manus nostræ] quasi adeo timore magno pressi sumus, quod leuare non possumus manus nostras, quasi, tanta erit illa captiuitas, quòd etiam antequam veniat, fatebuntur ipsi Iudæi saltem facto non posse se eleuare contra hostes, & se superandos esse, & destruendos.

m Tribulatio, &c.] vt parturientem] quo dolore nullus est grauior. Hoc enim dicent ipsi Iudæi quando videbunt eos venire super se etiam antequam illi peruenerint. Vel vox sit eius exercitus, & in hoc notatur magnitudo destructionis, vel captiuitatis, ex quo etiam extranei, & hostes ita eis compatientur, & præ admiratione tormentorum timore, & dolore ita perturbabuntur. Et possent respondere Iudæi. Verum est, quòd fortes sunt Babylonij, tamen etsi non possumus eis resistere, poterimus tamen eos fugere. Ideo dicit, quod non. Vnde.

o Nolite ad agros] quasi non fugietis, sed clausi tenebimini in ciuitate obsessa totus.

f Pauor in circuitu,] scilicet, ciuitatis, & ideo fugere non auderetis, nec possetis. Vel vt sit consilium cum Ironia, quasi magis consulerem, quòd clauderetis vos in ciuitate & munitionibus muniendo quam extra vagaremini. Vel quia supra dixerat eis. State super vias, &c. Et dixerunt, quod ipsi hoc non facerent, nec per rectas vias ambularent, ex iusto Dei iudicio dicit eis, quòd quia noluerunt hoc facere cum potuerunt, tunc non potuerunt cum vellent. Et hoc est. o Nolite exire ad agros] scilicet, à peccato ad benè agendum.

q Et in via ne ambuletis,] id est, qui tunc contemnitis pœnitere, non poteritis cum velletis, quia tunc omnino a Dæmone possidebimini. Et hoc est. [Pauor in circuitu.]

Moraliter. i Audiuimus famam eius] scilicet, de detractione, vel quod aliquis detraxit nobis. Et ideò. l Dissolutæ sunt manus nostræ.] Loquitur eis qui impatienter sustinent, quòd de eis mala dicantur, vel quòd eis improperia inferantur, vel correctiones. m Tribulatio apprehendit nos impatientiæ, vel murmurationis, vel rancoris. *Moraliter.* Vel. i Audiuimus famam eius] dicunt meretriculæ] famam eius,] i. amici nostri formosi. l Dissolutæ sunt manus nostræ] quasi statim dissolutæ sumus ad minus per cogitationem luxuriæ *Isaiæ* 35. b. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. n Dolores vt parturientem.] Sicut enim ante emissionem partus habent mulieres maximum dolorem, ita etiam, quòd aliquando statim post partum moriuntur; sic peccator aliquando † post *Al.* † ante. peccati perpetrationem in magno est dolore, sed post ad vltimum erit in maximo dolore, scilicet, Inferni, *Boetius*. Quid dicam de voluptatibus huius mundi, quarum appetitus in anxietate est, & satietas, famem parit? *Thren.* 1. a. Migrauit Iudas, &c. o Noli exire] à claustro. p Ad agros,] i. ad mundum. r Quoniam gladius inimici pauor in circuitu] mundi. *Eccl.* 9. d. In medio laqueorum ingrederis, & super dolentium arma ambulabis, *inf.* 14. d. Cum egressus fuero ad agros, &c. Vnde, Dina, quia egressa est foras, vt videret, &c. corrupta est, vt dicitur, *Gen.* 34. a. Qui super tectum est, non descendat aliquid tollere de domo. *Matth.* 24. b.

t Filia populi mei, &c.] quasi pœniteas, ne ea quæ comminatus sum tibi eueniant, cinis, & ciliciũ, arma sunt pœnitentium. u Accingere cilicio] contra luxuriam, eam affligendo. x Et conspergere cinere] contra superbiam, mortem iugiter cogitando.

y Luctum] per oculorum lacrymationem, contra auaritiam, vel oculorum concupiscentiam.

z Vnigeniti] quasi luctum qui fit de morte vnigeniti, quo dolore nullus est maior. Ergo ad hoc, quòd sit vera contritio, oportet, quòd tantus sit ibi dolor, quantus sit pro morte vnigeniti. Præterea plus tenetur quilibet diligere vitam spiritualem, quàm corporalem, vel suam, vel vnigeniti. Ergo plus dolere debet de morte sua spirituali, quam de morte vnigeniti. Sed cum de morte vnigeniti ploret abundantissimis lacrymis, ergo similiter debet pro peccatis flere. Solutio. Cùm dolor sit passio, vel significet passionem, non est sub libero arbitrio nostro, vnde nec passionibus meremur, vnde non tenemur ad plus dolendum, sed tenemur plus velle dolere, vel magis. Vel dic, quod quælibet etiam quantulacunque contritio maior est quantocumque dolore qui fit pro morte vnigeniti. Sed ideò ostenditur lacrymis, ille non, quia hic videmus, quod flemus oculis corporis, ibi non, & ideò oculi nostri non possunt hic continere sicut ibi. Vel, [Luctum vnigeniti,] id est, pro peccatis tuis plora quibus tu te occidisti filium Dei vnigenitum. *Ioel.* 1. b. Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. Tunc enim maximè dolet mulier. Vndè præmia huius puellæ. *Isa* 61. a. Dabo coronam pro cinere, id est, Regni perpetuitatem, quia vitam hanc momentaneam reputauit mortis memoriam, quæ per cinerem designatur; oleum gaudij pro luctu, id est, gaudium iocundum in Regno æterno, quod gaudium erit in mente, & dicitur oleum, quia gaudium mentis omni gaudio alteri supernatat. Et quomodo oleum in lampade exterius refulgentiam emittit, sic ex gaudio mentis exibit refulgentia, quæ erit stola corporis. De qua subditur. Et pallium laudis pro spiritu mœroris. Hoc autem ideò facias. a Quia] nisi hoc feceris [repentè veniet vastator super vos.] Connumerat se eis Propheta, vt ostendat se eis compati reputans pœnam suam pœnam illorum. [Vastator,] id est, Nabuchodonosor, vel mysticè diabolus. Vel quòd dicit. Filia populi mei, &c.] non est hortatio ad pœnitentiam, sed prædictio quid facient in captiuitate, quasi, hæc facies in signum doloris maximi. b Probatorem dedi te in populo meo robustum.] Loquitur ad Nabuchodonosor

chodonosor, & exercitum eius, quia sicut ignis probat metallum, vbi quod purum est purgatur, sed quod immundum est consumitur, sic mali absumpti fuerunt à Nabuchodonosor, sed boni non, sed magis in magno honore habiti, vt Ieremias, Baruch, & alij boni. Vel. [Probatorem, &c.] sicut probatur moneta. Illis enim qui probare volunt monetam antequam dimittant aliquam currere, accipiunt portionem, & ponunt in ignem, vt videant si tantum est ibi de argento quantum debet esse, & aliam retinent; sic & Nabuchodonosor quosdam retinuit siue dimisit in Ierusalem, alios autem quasi posuit in fornacem, ducens eos in captiuitatem.

Al.† declinantium.

& *a* scies, & probabis vias eorum. Omnes isti *b* Principes † declinantes, *c* ambulantes *d* fraudulenter, *e* æs *f* & ferrum *g* vniuersi corrupti sunt *h* Defecit sufflatorium, in *i* igne consumptum est plumbum. Frustra conflauit conflator. Malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. *k* Argentum reprobum vocate eos, *l* quia Dominus proiecit illos.

CAP. VII.

A Verbum, quod factum est ad Ieremiam à Domino dicens. *m* Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum istud, & dic. Audite verbum Domini omnis Iuda, qui *n* ingredimini per portas has vt adoretis Dñm. Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israël *o* Bonas facite vias vestras, & *p* studia vestra, & *q* habitabo vobiscũ in loco isto.

a Et scies, & probabis vias eorum,] scilicet, quantum sit mala vita illorum. Aliter enim nisi esset malus populus, non te faceret eius probatorem, scilicet, per pœnas. Vel loquitur Dominus ad Prophetam, quasi dicat, volo quod tu probes quam malus est populus meus. Sed quia possent dicere. Benè volumus, quod purgemur, vt sic inter nos separentur boni a malis. Ideo dicit, quod hæc separatio non fit, quia inter eos nullus est bonus, quia qui meliores deberent esse, mali sunt. Vndè. *b* Omnes, isti, &c.] & per omissionem *c* Ambulantes] per transgressionem.

d Fraudulenter,] quia non solùm per potentiam manifestè opprimunt alios, sed & occultè per fraudem. Vel, quasi dicat, de omnibus illis qui declinant, scilicet, à mandatis Dei, & fraudulenter ambulant, agendo contra proximum, isti sunt maximè principes eorum.

e Æs] quod percussum remurmurat, & raucè sonat, in quo notatur eorum impatientia. *Iob* 40. b. Ossa eius velut fistulæ æris. *f* Et ferrum] quod indomabile, & inflexibile est, & ad incudem magis induratur, & in igne magis denigratur, significat obstinatos in peccatis.

g Vniuersi corrupti sunt] per culpam, & ideò fornax tribulationis non purgat eos, sed magis nocet eis. Vndè. *h* Defecit sufflatorium] quasi non profecit eis, quia materiam purgabilem non inuenit, & ideo de talibus nihil potest fieri quod Domino placeat: sicut nec de ferro indurato quandiu induratum est, nisi per ignem fiat molle, & tractabile. Vndè *infrà* 15. c. Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs, quasi de infrigidato, & indurato in peccatis? quasi dicat, non, sed magis de resoluto per ignem Spiritus Sancti. Vndè *Iob* 28. a. Lapis calore solutus in æs vertitur.

i In igne, &c.] Quando metalla adulterata sunt aliena materia, tunc eis immiscetur plumbum, vt in conflatione separetur aliena materia. Si autem separata, vel purgata non fuerint metalla, tunc plumbum omnino consumitur, & in nihilum redigitur; sic omnis disciplina, omnis prædicatio, omnis correptio adhibita his qui contemnunt, & in peccatis persistunt, perit, & inutiliter exponitur: quasi ergo dicat, sicut quando deest sufflatorium, & plumbum, non potest purgari argentum, sic nec isti.

Mysticè. Mysticè. Natura plumbi est, vt dixi, quod metallum adulteratum purgat, purum ab impuro separans, & metallum bonum seruat à combustione; sic humanitas Christi, quæ per plumbum designatur, in fornace Passionis consumpta est, vt omne impurum à nobis separaret, & nos conseruaret à combustione æterna, *Zach.* 4. c. Videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel, i. diuinitatem humanatam in filio, quæ est manus Patris. Conqueritur ergo Dominus hîc quod humanitas sua consumpta est, & tamè pauci purgati. Vndè *Is.* 49. a. In vacuũ laboraui, sine causa consũpsi fortitudinem meã. Vndè sequitur. [Frustra, &c.] quia [malitiæ, &c.] Vel per sufflatoriũ ignis, tribulatio per plũbum, cõsolatio tẽporalis significatur, quę omnia cõsumpta sunt, pura nec per tribulationes resipiscunt à peccatis, nec per prosperitates. Vtrũq. enim est probatio, & prosperitas, & aduersitas. De primo *Pr.* 27. c. Quomodo in conflatorio probatur argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantium. De secundo. *Eccl.* 2. a. In igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. *Ec* 27. a. Vasa figuli probat fornax. Ad hoc ergo, quod probetur homo & non deficiat, oportet quod sit aurum, quod valdè ductibile est, & per tunsiones dilatatur, & de quo fiunt vasa pretiosa. *Iob* 23. c. Ipse scit viam meam, & probabit me quasi aurum quod per ignem transit, quasi, non in igne deficit, sed transit, scilicet purum & purgatum. Sed hodie magis sunt quidam æs per impatientiam, qui imitantur argentum per hypocrisim; ferrum quod omnia metalla domat, per aliorum oppressiones, plumbum quod coinquinat & citò in igne defluit, per malum exemplum, & inconstantiam. Ideo dicit. In igne consumptum est plumbum.] De his quatuor dicitur *Ez.* 22. d. Versa est mihi domus Israel in scoriam, & omnes isti æs, & stannum, & plumbum & ferrum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. Vndè. *k* Argentum reprobum vocate eos.] Si enim essent verum aurum, vel argentum igne non consumerentur, sed purgarentur. *Isaa.* 48 b. Excoxi te, sed non quasi argentum, quia non es purgatus, scilicet. *l* Quia Dominus proiecit illos] longè à se, & ideo nullus ignis tribulationis potest illos purgare. Sola enim gratia Dei est locus in quo conflatur aurum, vel argentum, quam qui non habet ignem, potest incendi, non purgari. Vndè 1. *Cor.* 13. b. Si tradidero corpus meum, &c. charitatem autem, &c. Ideo dicitur *Iob* 28. a. Auro locus est in quo conflatur. Et locus iste est vnitas Ecclesiæ, in qua sola locus est purgationis.

Infrà 26. *d.*

EXPOSITIO CAP. VII.

Verbum quod factum est, &c.] Ostendit hîc Dominus Prophetæ quomodo posuerit eum probatorem populi sui. Missus est enim Ieremias vt populo nunciaret comminationes, qui non audierunt eum, sed contempserunt, & in hoc satis probauit malitias eorum. Hoc autem capitulum diuiditur in quatuor partes. In prima iubetur Ieremias stare in porta per quam multitudo populi ingreditur ad orandum, vt sic saltem audiant eius prædicationem. In secunda ostendit, quæ mala euenient Iudæis, quia Prophetas ad se missos audire noluerunt, sed potius contempserunt, propter quod iubetur Prophetæ non orare pro illis, *ibi* [Et nunc quia fecistis.] In tertia ostendit holocausta, & sacrificia Iudæorum in quibus confidebant, nunquam Deo placuisse, nec ea fieri præcepisse, quæ ipsi faciebãt, magis ne eis idololatrarent, & vt vix Deũ eis honorarent, *ibi.* [Hæc dicit Dominus Deus, &c.) In quarta monet populum ad planctum super peccatis quæ fecit, & miseriis quæ euenient eis, *ibi.* [Tonde capillum.] Ad literam ergo hîc præcepit Ieremiæ stare in porta domus Dñi, vt qui verbum Dñi nolebant audire, saltem intrando per portam audirent in porta prædicantem. Sic & Dñs fecit frequenter. Legitur enim prædicasse in Sabbatis in Synagogis, quando conueniebat populus, idem docens nos facere pro tempore, & loco. Vndè 2. *Tim.* 4. a. Insta opportunè, importunè. Vndè. *m* Sta in porta, &c.] vbi omnes conueniunt, vt sic audiant, velint, nolint. Et priùs monet eos cum mansuetudine, vt sic magis attenti redderentur. Erant enim eorum corda dura, & obstinata, & ideo multis attrectationibus, & attentis hortationibus erant mollienda. Moraliter Prædicatorem stare in porta domus Dñi, est ingressum suum, & egressum in hac vita attentè considerare, & idem aliis annunciare. Vndè Agar fugienti dicit Angelus, *Gen.* 16. b. Agar ancilla Sarai: vnde venis? aut quò vadis? *Gen.* 49. c. Isachar asinus fortis accubans inter terminos, vidit requiem, quod esset bona & terram, quod optima, supposuit humerum suum ad portandum. Duo termini sunt initium vitæ, & finis. Vel stare in porta est se reputare semper esse in introitu boni, vt dicitur, *Eccl* 18. a. Cum consummauerit homo, tunc incipiet. Et *Psal* 76. & 37. Dixi nunc cœpi. Et *alibi*. Tota die contristatus ingrediebar. Vel prædicare in porta domus Dñi, est prædicare ingressum in domum Dñi. *Isa.* 2. a. Venite ascendamus ad montem Dñi, & ad domum Dei Iacob. *n* Qui ingredimini, &c.] Templi ad litteram, vel Ierusalem, *Ps.* 9. Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. *o* Bonas facite vias vestras,] id est, voluntates, id est, corrigite eas, quia peruersæ sunt & malæ, quia non ad dexteram tendunt, sed ad sinistram. *Prouerb.* 4. d. Vias quæ à dextris sunt nouit Dominus, peruersæ vero sunt quæ à sinistris sunt. *Ibid.* Dirigit semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur. *p* Et studia vestra,] id est, operationes. *q* Et habitabo vobiscum in lo-

Moraliter.

A co isto]

A co isto,] id est, in patria vestra. Alia *littera*. Confirmabo vos in loco isto & habitationem vestram faciam stare vt nullus hostis possit ei nocere. [Vobiscum,] quia *Matth*. 18.c. dicitur: Vbi duo, vel tres sunt congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. *a* Nolite confidere in verbis mendacij,] i. in verbis pseudoprophetarum mendacibus.

B

Al. † benedixeritis.

b Dicentes Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini, est] apud nos, scilicet, non possumus capi. Ter dicit: [Templum,] quia ter in anno ascendebant in Templum ad adorandum. Quando autem veri Prophetæ dicebant eis,

23 q. 5. cap. Regum.

a Nolite confidere in verbis mendacij, *b* dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini est: Quoniam si † *c* benedixeritis *d* vias vestras & *e* studia vestra, si *f* feceritis iudicium inter virum, & proximum eius, *g* aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, *h* nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & *i* post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis, *k* habitabo vobiscum in loco isto in terra quam dedi patribus vestris a sæculo vsque in sæculum. *l* Ecce vos confiditis vobis in † verbis mendacij quæ non proderunt vobis, *m* furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & † ire *n* post deos alienos quos ignoratis. Et venistis & *o* stetistis coram me in domo hac in qua inuocatum est nomen meum, *p* & dixistis, liberati sumus eo quòd fecerimus omnes abominationes istas.

Al. † sermonibus.

Al. † ambulare.

quod Nabuchodonosor veniret, non est verum dicebant, quia non dimittet Dominus Templum suum, quod ita pulchrum, ita preciosum & sanctum est, est destrui & conculcari, & maximè, quia ibi ter in anno cultum & honorem exhibemus. Non enim Templum suum reputat Dominus Templum manu factum, nec laquearia & splendida & aurata ædificia, sed animam in qua habitat morum & virtutum & sanctitatis decor. Vel ter dicit, propter tres vires animæ. Vndè *Matth*. 24.a. Videtis has omnes ædificationes, amen dico vobis non remanebit lapis super lapidem qui non destruatur. Hoc etiam dicitur cótra quosdam, qui nimis confidunt de religionibus suis & sanctitate loci in quo sunt, vt quia ibi sunt multæ reliquiæ. Vel dicitur ter [Templum,] quia iactant se, vel gloriantur, quia tria vota Religionis emiserunt ibi: Et allegant illud quod dicitur eis. 1. *Cor*. 3. d. Templum Dei sanctum est quod estis vos. Vndè & quidam dicunt præsumptuosè, ex quo Templum Dei sumus, & fecit nos Deus, non damnabit nos, quia non fecisset nos si deberemus damnari. Contra autem gloriantes de loco quod scilicet propter sanctitatem eius non posset destrui si habitatores eius peccent, dicitur 2. *Mach*. 5.c. Non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit Dominus, ideoque & ipse locus particeps factus est malorum populi. *Et ibid*. Propter peccata hominum cohabitantium iratus fuit ciuitati Dominus, propter quod & accidit circa locum despectio. Non ergo sic confidatis in Templo vestro, sed confidere poteritis. *c* Si benedixeritis vias vestras,] id est si tales eas feceritis, scil. declinando à malo & faciendo bonum, vt sint dignæ benedictione. *d* Vias] scilicet, operum. *e* Et studia] scil. cogitationum, vt nec opere, vel cogitatione eatis post idola, vel peccata, quasi, si mundè vos habueritis & interiùs in mente, & exteriùs in corpore & opere, secundùm illud, Benedic anima mea Dominum, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Vndè potest exponi [benedixeritis] scil. Deum, i. benedixeritis mente & operatione. *f* Si feceritis iudicium, &c.] quasi si iustum iudicium & iustitiam æquam in omnibus secuti fueritis erga proximum, *Ezech*. 18. b. Si iudicium verum fecerit inter virum & virum, & iudicia mea custodierit vt faciat veritatem, hic iustus erit & vita viuet.

Psalm. 102.

g Aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam] quia maximè tales non possunt se defendere. *Leuit*. 19 c. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. *Exod*. 24. a. Peregrino molestus non eris, scitis etenim peregrinorum animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti *h* Nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc] ad litteram per homicidium. Quia *Gen*. 9.a. Dicitur: Quicunque effuderit sanguinem humanum fundetur sanguis eius. Vel [effuderitis] vt dicit hic *Gloss*. proximum scandalizando. Et est argumentum quod qui malo exemplo alios ad peccatum trahit, quòd eos occidit. *Leuit*. 19.c. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ideo ad malos Prælatos qui ad bonum exemplum tenentur, dicitur *Ezech*. 3. c. Sanguinem eius de manu tua requiram. *Gen*. 4. d. Occidi virum in vulnus meum, id est, exemplo vulneris mei. *Rom*. 13.c Noli cibo perdere illum pro quo Christus mortuus est. Vel [effuderitis] per odium fraternum, quia qui odit fratrem suum homicida est. Vel per rapinam bonorum eius. Vndè dicitur *Eccl*. 34. d. Panis egentium vita pauperis est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Item occidit eum qui vitam subtrahit ei, non dando ei in necessitate: Quia dicit *Ieron*. Pasce fame morientem, &c. *Prou*. 28. d. Qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est, scilicet, aliquid de necessarijs exhibendis. *Ambr*. Non est minoris dereliċti cum possis & habeas indigentibus non dare, quam sua homini tollere. *i* Et post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis,] id est, quod cedet vobis in pœnam & culpam, deos alienos, scilicet, idola adorando, vel peruersa dogmata sectando, vel temporalium cupiditatem in miseriam, quæ est idolorum seruitus.

1.Ioh 3. c.

k Habitabo vobiscum in loco isto, &c.] quasi securè possidebitis tunc locum vestrum & Templum. Sicut enim propter peccata habitantium Deus quandoque locum eorum inhonorat, ita si boni fuissent locum eorum honorasset. Vndè *Mach*. 5. c. Ipse locus factus est particeps populi malorum, postea autem fiet socius bonorum, & qui derelictus est in ira Dei omnipotentis, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. Hoc etiam potest dici contra illas virgines fatuas quæ habent lampadem sine oleo, id est, corporis castitatem sine mentis munditia, vel continentia. Tales gloriantur in Templo secundum superficiem eius exteriorem, cum intus sit plenum omni spurcitia. Vndè Apostolus solam illam virginem esse describit. 1. *Cor*. 7. f. Quæ casta est corpore & spiritu. Ideo 2. *Cor*. 7. a. Dicitur: Has habentes promissiones mundemus nos ab omni inquinamento carnis ac spiritus, perficientes sanctificationem in timore Domini. *l* Ecce vos confiditis vobis in verbis mendacij, &c.] quasi dicat, frustra confiditis in Templo vestro & gloriamini in ædificiis terræ vestræ, credentes quod Deus habitet in eis, cùm ipsum expellatis de cordibus vestris, quæ debent esse eius templa, quia ea polluitis furtis, mendacijs, homicidijs, & huiusmodi. Vndè [Confiditis in verbis mendacij,] i. in falsis verbis falsorum Prophetarum, qui promittunt vobis pacem. Vel confiditis in mendacijs, ac sine vindicta possetis mentiri, & alia mala agere, quæ hic enumerat. Vel [in verbis mendacibus] vos supple, dicentes. *m* Furari, occidere, &c.] supple bonum est Vel loquitur hic Propheta [Furari, occidere,] vt sit antiqua grammatica, scilicet, infinitiuum pro indicatiuo, id est, furamini, & occiditis. Vel pro imperatiuo, i. furamini, & occidite, supple sic dicitis proximis vestris & vobismetipsis. Hæc sunt verba mendacia, quia non hæc facienda sunt. Hæc etiam dicuntur contra eos qui in Templo vocaliter orant & flectunt genua Crucifixo sicut Iudæi Christo, & tamen hæc omnia mala occultant. Ille libat Baalim, qui seruit ventri, quia Baalim interpretatur vorator. Talium Deus venter est.

Phil. 3. d,

n Et ire post deos alienos, &c.] i. post idola, vel concupiscentiam temporalium. *o* Et stetistis coram me, &c.] i. in Templo vbi me adorant fideles. Sed dicitur *Isaia* 1.d. Cùm extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cùm multiplicaueritis orationem, nec exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. *p* Et dixistis, liberati sumus, &c.] Li eo est ablatiuus, i. liberati sumus à peccato, quod contraximus faciendo abominationes istas. Vel ad litteram ideo credunt se liberatos, quia idolis seruiunt, quod est abominationem facere. Vel [dixistis,] i. fecistis, ac si putaretis quod propter hoc liberati essetis à persecutione Nabuchodonosor, quia hæc facitis quæ in virtute sunt abominationes. Sic etiam multi adhuc faciunt, qui ita fœlicitate & prosperitate mundi obcæcati sunt, quod putant, vel faciunt, ac si putarent se peccatum agere impunè, vel ocû non videre peccata sua, & ideo, quia Deus patiéter expectat peccatores, nec statim punit. Vndè *Eccl* 8.b. Quia non profertur cito contra malos sententia, filij hominum absque timore perpetrant mala. Et quia etiá vident sibi prospera succedere, in hac falsa conscientia, magis peccant. Ideo dicitur *Eccl*. 5.a. Ne dixeris, peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est pa-

tiens

tiens redditor, quasi dicat, licet si misericors, nihilominus est iustus.

a Nunquid ergo spelunca, &c.] quasi qui cum furto, vel post furtum intratis in eam, videtur quod reputetis eam speluncam latronum, qui a in ea conuenitis cum latrones sitis.

C *Isaia* 56. c. *Matth.* 21. b. *Infrà* 32.

Al. † opera.

Nunquid *a* ergo spelunca latronum facta est domus ista in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? *b* Ego ego sum, *c* ego vidi dicit Dominus. *d* Ite ad locum meum in Silo vbi habitauit nomen meum à principio, & *e* videte † quid fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. Et *f* nunc quia fecistis omnia † hæc dicit Dominus, & *g* locutus sum ad vos manè consurgens, & *h* loquens, & non audistis, & *i* vocaui vos & non respondistis, faciam *k* domui huic in qua inuocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam, & *l* loco quem dedit vobis & patribus vestris *m* sicut feci Silo, & proiiciam *n* vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros *o* vniuersum semen Ephraim. Tu *p* ergo noli orare pro populo hoc, nec *q* assumas pro eis laudem & *r* orationem, & non *s* obsistas mihi, quia nō exaudiam te.

In spelunca conueniunt latrones. Hoc etiam dicitur de Ecclesiis in quibus recipiuntur res, vel eleemosynæ fœneratorum, vel raptorum: Latrones enim spolia sua reponunt in speluncis. Vel, quia secundùm *August.* furtum est attrectatio rei alienæ inuito Domino, cùm omnes animæ sint Domini, vt dicitur *Ezech.* 18. a. Ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita & filij mea est; furtum ergo faciunt mali Prælati malo exemplo, vel doctrina animas Domino auferentes. *Os.* 6. c. Galaad ciuitas operantium idolum supplantata sanguine, & quasi fauces virorum latronum, participes Sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem. Hæc est Ecclesia in qua filij eius operantur idolum, id est, malum eligunt Prælatum. Vndè *Zach* 11. d. O pastor & idolum! Hæc supplantatur sanguine, quia talis Prælatus supplantat eam, i. defraudat eam sanguine, scilicet, in ea promouendo suos, ædificando eam in sanguinibus: Et participes Sacerdotum, i. eorum vicarij & collaterales magnorum Prælatorum, sunt fauces latronum per rapinam bonorum pauperum quos spoliant, quia ad nihil aliud accipiunt Ecclesias, vel per receptionem oblationum vsurariorum. Et interficiunt pergentes de Sichem, i. subditos volentes egredi de peccato suo malo exemplo perdunt. Sichem enim interpretatur labor, quia in peccato est labor magnus. Et de hoc loco sumptum est illud *Matth.* 21. b. Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum, scilicet, quantum ad hanc vltimam partem. Sed quantùm ad primam, ab illo *Isaie* 56. c. Domus mea domus orationis vocabitur cunctis populis. Sed magis est hodie domus negotiationis, vt dicitur *Ioan.* 2. c. Ibi enim sunt venditores columbarum, i. Sacramentorum, quæ sunt vasa gratiarum Spiritus sancti; & ouium & boum, quia nisi propter terrenas possessiones hodie accipiuntur, vel appreciantur Ecclesiæ, vel Præbendæ. & sunt ibi nummularij, quia pecunijs simoniacè acquiruntur Ecclesiæ & Ordines. *b* Ego ego sum] qui possum omnia.

c Ego vidi, dicit Dominus] omnia quæ putatis à me occultari, & ideo non dicatis quod ego puniam vos pro re quam nescio. Per verbum essendi notatur quod ipse est iudex. Per verbum videndi, quod idem ipse erit testis. Vndè *infrà* f. Ego sum testis & iudex, dicit Dominus. *Malach.* 3. b. Accedam ad vos in iudicio & ero testis velox.

d Ite ad locum meum in Silo vbi habitauit nomen meum à principio,] scilicet, à principio habitationis eorum terræ promissionis vsque ad Dauid, quia ibi tabernaculum Domini in principio positum fuit, vt habetur 1. *Reg.* 3. quod apparuit Dominus in Silo, & ibi erat Arca testamenti.

e Et videte quid fecerim, &c.] quasi ne confidatis in Templo vestro, quia propter peccata vestra destruetur. Sicut enim propter peccata filiorum Eli destruxi Tabernaculum quod erat in Silo, & Arcam Dei capi permisi, & Sacerdotes occidi, scilicet, Ophni & Phinees, vt dicitur 1. *Reg.* 4. Sic propter peccata vestra destruam Ierusalem templum. Vndè *Psalm.* 77. Repulit tabernaculum Silo.

Mysticè. Mysticè. Sicut destructio Silo exemplum fuit destructionis Ierusalem, vel Templi, sic destructio Templi destructionis Ecclesiæ. *Rom.* 11. c. Si enim naturalibus ramis non pepercit timendum est ne fortè nobis non parcat.

f Et nunc, quia fecistis omnia hæc] mala prædicta.

g Et locutus sum ad vos manè consurgens,] scilicet, per Prophetas, qui ad litteram manè consurgebant, vt volunt prædicarent & maximè Ieremias, qui non manebat in ciuitate, per hoc innuens quod de tenebris peccatorum & captiuitatis volebat eos liberare, monens illa facere per quæ liberarentur si vellent. Et dicitur hoc contra pigros qui nolunt manè surgere ad orandum, vel operandum, quando & anima perspicacior est & liberior ad intelligendum & ad meditandum habilior, & ipse sensus humanus minùs occupatus exterioribus, & à cibis & à voluptatibus magis abstractus, vt dicit *Io an. Psalm.* 5. Manè astabo tibi & videbo. *Alibi* Manè exaudies vocem meam Non enim nisi in manè colligebatur manna, *Exod.* 16. c. Et non nisi in manè cadit ros de cœlo. *Isaie* 26. b. Anima mea desiderabit in nocte, sed & spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te. *Eccl.* 11. c. Manè semina semen tuum. Iacob manè consurgens lapidem tulit sub capite suo, & erexit illum in titulum, quod est in manè vacare orationibus, & vigiliis. Sic & Moyses manè ascendit in montem ad rapiendum legem: *Exod.* 19. s. Si propter hoc obiicias quod non est prædicandum post prandium. Dico quod imò, sed meliùs debet prædicari in mane. *Psalm* 54. Vesperè & meridie narrabo opera Domini. *h* Et loquens & non audistis. *Prou.* 1. c. Quia vocaui & renuistis.

Prou. 1. *b.* *Isaia* 65. *b.* *Genes.* 28. *d.*

D *Infrà* 14. *b.*

i Et vocaui vos & non respondistis] obediendo præceptis, vel consiliis. *Prou.* 1. c. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.

k Faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meum,] i. in Templo in quo confiditis & gloriamini.

l Et loco, &c.] scilicet, Ierusalem.

m Sicut feci Silo,] scilicet, destruendo locum illum, expellendo tabernaculum, quasi. sic etiam destruam Templum Et sicut proieci decem tribus, sic & proiiciam duas. Vndè. *n* Et proiiciam vos à facie mea, sicut proieci omnes fratres vestros,] scilicet, decem tribus. Vndè. *o* Vniuersum semen Ephraim.] Decem tribus vocat Ephraim, quia primus Rex eorum, scil Ieroboam fuit de Ephraim. *p* Tu ergo noli orare pro populo hoc.] Hoc dicit Dominus ex magna liberalitate: Sicut aliquis volens omnibus modis aliquid facere, quia videt sic expedire, & alio modo non posse fieri, dicit amico suo, noli me rogare super hæc vt aliter faciam, quia nullo modo facerem, & ideo hoc dico vobis, quia nolo vos confundere vi repellendo. Sic Deus dicit idem Prophetæ, ne fortè illum rogantem, & non impetrantem quod rogaret, videretur Dominus offendere, vel despicere, iustum est quod non exaudiatur orans pro populo peccante. *p* Noli orare] sponte nisi te rogent super hoc proponentes pœnitere. *q* Nec assumas pro eis laudem,] i. ne mihi proponas bona eorum opera, vel patrum suorum, credens quod per hoc possis me flectere. *r* Et orationem] pro malis remouendis, vel bonis apponendis. Vel (laudem] vocat captationem beneuolentiæ quam facias vt melius me te exaudire deprecantem credas. Vnde in illa oratione prius captatur beneuolentia, cùm dicitur: Deus cuius proprium est misereri semper & parcere. Et post sequitur oratio: Suscipe deprecationem nostram, &c. *s* Et non obsistas mihi.] Vt dicit *Ieron* Sanctorum preces iræ Dei sæpè obsistunt, vt preces Moysi furori Domini obstiterunt volenti perdere populum, sed preces illius eius furorem tenuerunt, vt dicitur *Exod.* 32. c. Et *Sap.* 18. d. De Aaron dicitur: Properans homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans restitit iræ. Vndè dicitur *Num.* 16. g. Cùm Aaron cucurrisset ad mediam multitudinem quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama & stans inter mortuos & viuentes pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Vndè *Psalm.* 105. Stetit Phinees, & placauit, & cessauit quassatio. Vnde conqueritur Dñs, qui non est Prælatus qui ei obsistat: Vnde dicitur *Isai.* 64. e. Non est qui inuocet nomen tuū, qui consurgat & teneat te Et *Ezec.* 13. a. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis vos murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Dñi. Sed quomodo iræ Dei resistere quis potest, cùm dicatur *Iob* 9. b. Deus cuius iræ nullus resistere potest? Sol. Sic intellige, i. nullus cui Deus sit iratus, sed sanctus homo bene potest. Vel dic quod duplex est ira. Vna sc. sententialiter determinata, sc. ad illos qui iam damnati sunt. Huic reuera nemo resistere potest. De hac intelligitur in *Iob*. Et est ira cōditionata, qua

Dominus

Dominus iratus fuit inimicis, quod scilicet, eos puniret si non pœniterent: de hac intelligitur hic: sicut quidam sunt damnati simpliciter, vt Pilatus & Iudas, quidam sub conditione, scil. nisi oretur pro eis, vt fuit Traianus. Vnde Sancti obsistentes iræ Domini per orationes suas dicuntur ædificatores sepium auertentes semitas iniquitatum. *Isa.* 58. d. Vbi nos habemus, ædificator sepium, dicit alia *litera.* murū opponens cedendi. Et vbi habemus, auertens semitas iniquitatum *ibi,*

Ier. 44. e.

a Nonne vides, quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalē? Filij *b* colligūt ligna, & *c* patres succendunt ignem, & *d* mulieres conspergunt adipē, vt *e* faciāt placētas *f* Reginæ cœli *g* & libēt diis alienis, & *h* me ad iracūdiā prouocent. Nunquid *i* me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? Nōne *k* semetipsos in cōfusione vultus sui? Ideo hæc dicit Dñs *l* Deus: Ecce furor meus, & *m* indignatio mea *n* conflatur super locum istum, *o* super viros, super iumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ,

conuertens semitas in quietem. Dicit autem super hunc locum *Ieron.* duo esse quæ obsistunt orationibus ne exaudiantur à Domino. Primum est, pertinax infidelitas. Talis enim secundum *Ieron.* non meretur veniam, eo scilicet, quod extinguit fundamentum merendi, id est, fidem. Et ideo sic expone, ne opponatur illud. 1. *Tim.* 1. c. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci: licèt enim fuit ignorans, non tamen errans scilicet, errore pertinaci, vel continuato. Et reuera non loquitur de quocunque errore, sed tantùm de illo qui est in via fidei, qui est infidelitas, vbi verum pro falso, vel econuerso pertinaciter asseritur. Secundum est cor impœnitens, id est, ex desperatione vel præsumptione, habens propositum non pœnitendi. Talis enim impœnitentia est peccatum in Spiritum sanctum, vt dicit *Ieron.* sicut & blasphemia, scilicet, verbi, vel cordis, quā scienter quis impugnat Dei bonitatem ex certa malitiā. De quo peccato dicitur *Mar.* 3. c. quòd non habet remissionem in æternum. Vnde de hoc intelligitur illud. 1. *Ioan.* 5. d. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Quod quadrupliciter exponitur. Primò sic: est peccatum ad mortem? id est, quod ducit vsque ad mortem inclusiuè, id est, in ipsā morte. Pro tali enim nullus exauditur, tunc enim est finalis impœnitentia, quæ facit peccatum in Spiritum sanctum esse irremissibile. Vel sic: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis, id est, non quicunque sed aliquis magnus. Vel non pro illo dico vt roget quis solùm publicè, sicut pro aliis peccatis. Vel non dico, id est non præcipio. Et secundum tres vltimas rationes dicitur peccatum in Spiritum sanctum non remissibile, non propriè, sed quia non habet colorem excusationis, & ideo nihil meretur habere excusatoriæ remissionis. Hoc peccato impugnat homo fraternam charitatem, & Dei bonitatem. Item quia nec in tali peccato existens homo se potest humiliare ad pœnitentiam. Vnde *Aug.* tanta est labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem non possit subire.

a Nonne vides] quasi non putes me crudelem, quia non exaudiam te pro eis rogantem, sed magis imputes eis. Libenter enim exaudirem si illi pœnitere vellent, sed nolunt, Imò in peccatis persistunt. Vnde:

a Nonne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem?] quasi & in ciuitate, & extra ciuitatem, mala hæc faciunt quæ sequuntur. Vel, id est, occultè &

Matth. 9. *Luc.* 7. c.

apertè. *Thr.* 1. g. Foris interficit gladius & domi mors similis est. Peccatum occultum significatur per mortem puellæ suscitatæ in domo; apertum per mortem iuuenis in porta suscitati. *Isa.* 3. b. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.

b Filij colligunt ligna] quasi fortiores robore, quia in iuuentute homo habet suam fortitudinem.

c Et patres succendunt ignem] quasi magis prouecti, & ideò melius scientes ordinare struem lignorum ad faciendum ignem.

d Et mulieres conspergunt adipem] vt meliùs ardeat ignis, quasi dicat, sicut ad faciendum ignem isti omnes cooperantur, sic omnes in quacunque ætate, in quocunque sexu consentiunt idololatriæ. Vnde ad literam filij qui erant robustiores, colligebant ligna ad ignem sacrificij Idolorum, Patres verò qui magis discreti erant, faciebant ignem, struem lignorum super carbones accendentes, & mulieres adipem in ignem ponebant, sic quòd solius Dei erat idolis immolantes. *Leu.* 3. d. Omnis adeps Domini erit iure perpetuo. *e* Vt faciant placentas,] id est, oblationes quibus placerent idolo, tamen placenta est propriè panis factus de simila, qui dicitur Gallicè *fouace.* *f* Reginæ cœli,] i. Lunæ, eo quod de nocte lumen confert, & ideo eam adorabant. Vel, Reginæ cœli, id est, militiæ cœli, id est, omnibus stellis. *g* Et libent diis alienis,] i. libamina offerant, scil. Idolis, quæ vocant deos, sed non sunt.

h Et] sic me ad iracundiam prouocent, non quòd ira in mente afficiar, quæ me lædat per conturbationem. Vnde.

i Nunquid me ad iracundiam prouocant, dicit, Dominus] scil. vt ira cadat in me, qua perturbet? quasi dicat, non.

k Nonne semetipsos in confusione vultus sui?] quasi magis se prouocant, scil. per causam quia faciunt vnde punientur æterna confusione, quia per peccata sua Deum non perturbant, sed sibi æternum interitum præparant, thesaurizantes sibi iram in die iræ, vt dicitur *Roman.* cap. 2. a. Vbicunque legitur quòd peccatores Deum ad iracundiam prouocant, vt maximè *Osea* 12. d. Ephraim prouocauit me ad iracundiam in amaritudinibus suis, intelligitur, quia faciunt, quòd scilicet, Deus in eos vindictam exerceat, quod consequi solet hominem iratum aduersùs alium.

Moraliter. *b* Filij colligunt ligna,] Per ligna significantur malæ concupiscentiæ, quibus succenditur ignis Diaboli in cordibus peccatorum per consensum, & opus exhibitum illis concupiscentiis. *Isa.* cap. 30. g Nutrimenta eius ignis, & ligna multa. Nutrimenta ignis eius, scilicet, ignis Inferni, sunt ligna multa. *Num.* c. 15. d. Lapidatus est ille qui colligebat ligna in sabbato. Peccatores enim maximè huiusmodi ligna colligunt in diebus festiuis, & ideo sabbata eorum, & solemnitates eorum odiuit anima mea, dicit Dominus. *Isa.* 1. b. Viderunt eam hostes, id est, Dæmones, & deriserunt Sabbata eius. *Thren.* 1. c. *Moral.*

c Et patres succendunt ignem,] quia non corrigunt filios suos, sed magis dant eis vestes, & denarios, & alias occasiones quibus faciliùs colligunt hæc ligna, id est, nociuas concupiscentias. 1. *Reg.* 3. c. Iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis, & muneribus vsque in æternum, eò quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos.

d Et mulieres conspergunt adipem,] delitiosè filios suos nutriendo, & superfluè ornando, & nimis delicatè eos amando. *Thren.* 4. b. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, id est, quæ nimis sunt misericordes filiis, & ideò in eis accendunt ignem noxiæ concupiscentiæ.

e Vt faciant placentas Reginæ cœli,] per peccatum luxuriæ corpus suum sacrificantes Lunæ, id est, omni temporali gaudio se exponentes, vt non sit pratum quod non pertranseat eorum luxuria.

i Nunquid me ad iracundiam prouocant?] quasi dicat, non. Vnde *Sap.* 12. e. Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos.

l Ecce furor meus,] quem habeo contra eos in dispositione & cogitatione, quomodo me de eis vindicabo.

m Et indignatio mea] qua furorem conceptum vel dispositum per vindictæ illationem exerceo.

n Conflatur super locum istum] siue stillauit, secundùm aliam literam. Non dicit effusus est, sed stillauit, vel conflatur, quasi moderatè, & infra merita pœnam infligam. Si ergo in stilla furoris tanta est duritia, vt dicit *Ieronymus*: Quanta esset si totus effusus esset? Simile *Iob.* cap. 26. d. Cùm vix paruam stillam sermonum eius sustinuerimus, tonitruum magnitudinis quis poterit sustinere? Vel conflatur, quia quod diu facere nolui vos expectans patienter ad pœnitentiam, peccatorum vestrorum multitudine, & prolongatione compellor facere, vt me sentiatis iratum quem benignum suscipere noluistis. Vnde non ego me facio vobis iratum qui naturaliter mansuetus sum, sed vosmetipsi me mutatis in crudelem. *Iob.* cap. 30. e. Mutatus es mihi in crudelem. *Thren.* cap. 3. d. Non enim ex corde humiliauit, & abiecit filios hominum.

o Super viros & super iumenta, & super lignum regionis & super fruges terræ] vt destruantur, & ipsi possessores, & eorum possessiones, vt similem iram sentiant homines, & ipsorum res in quibus ipsi peccauerunt, secundùm illud *Eccles.* cap. 14. c. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur ibit cum illo: Ideò Rex Niniue indixit ieiunium, & hominibus, & iumentis: *Ionæ* cap. 3. c. Et ideo consecutus est misericordiam.

A a Succendetur, & non extinguetur, &c. scilicet, furor, & indignatio mea super eos. Et non extinguetur, quia non agunt vel agent per quod possit extingui, scilicet, pœnitentiam. *Isa.* 1.g. Erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur vtrumque simul, & non erit

E qui extinguat.

a Holocaustomata vestra] Ironicè loquitur, quasi hæc omnia sacrificia vestra nihil proderunt vobis, sicut enim templi eorum Templum, sic & sacrificia eorum non curat ex quo Deum à se abiecerunt. Holocaustomata, quæ tota Deo offerebantur, victimæ, de quibus partem habebant Sacerdotes, & aliam partem offerentes. b Et comedite carnes,] de sacrificijs vestris, quasi non in mei venerationem sacrificatis mihi, sed magis epularum auiditate.

& a succendetur, & non extinguetur. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel. a Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & b comedite carnes, quia c non sum locutus cum patribus vestris, & non d præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocaustomatum, & victimarum, e sed hoc verbum præcepi eis, dicens; Audite vocem meam, & f ero vobis Deus, & g vos eritis mihi populus, & h ambulate in omni via quam mandaui vobis, vt bene sit i vobis. Et non k audierunt nec inclinauerunt aurem suam, sed l abierunt in voluptatibus suis, & in m prauitate cordis sui mali, n factique sunt retrorsum, & non in ante, à o die qua ingressi sunt patres eorum de terra Ægypti vsque ad diem hanc. Et misi p ad vos omnes seruos meos Prophetas per diem q consurgens diluculo, & mittens, & non audierunt me, r nec inclinauerunt aurem suam, sed s indurauerunt ceruicem suam & t peius operati sunt, quàm patres eorum. Et u loqueris ad eos omnia verba hæc, & non audient te, & x vocabis eos, & non y respondebunt tibi. Et dices ad eos: Hæc z est gens; a quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, b nec recepit disciplinam. c Perijt fides, & d ablata est de ore eorum.

c Quia non sum locutus cum patribus vestris, &c. de verbo holocaustomatum, & victimarum] Contra *Exod.* 20.d. Dedit eis præcepta. *Gl.* id est, multiplices legis ceremonias. Ergo præcepit. Solue. Non dedit eis hæc præcepta in die qua eduxit eos de Ægypto, sed post. Et hoc innuitur hic per textum, & *Glo.* Vnde. d. Non præcepi eis, &c.] scilicet, primò, Immò dedi eis decalogum præceptorum, vt dicitur *Exod.* 20.a. Sed mandatum de ceremonijs, & sacrificijs faciendis non dedit eis, nisi post peccatum idololatriæ eorum, quod commiserunt in vitulo, occasione cuius tantùm dedit eis præcepta sacrificiorum, malens ea sibi offerri, quàm idolis. Vnde & potest exponi: Non præcepi, scilic. spontaneè, vel ex corde, sed quasi coactus ne peius facerent. Vel Non præcepi, nisi propter mysterium, & in signum, non propter se. Vel. Non præcepi, id est, non dedi eis hoc in præceptum sed in onus superborum. e Sed hoc verbum præcepi eis dicens: hoc, scilicet, Audite vocem meam] id est, præcepta mea quæ dedi eis in tabulis lapideis, Quæ principaliter volui ab eis obseruari, & in quibus erat vera Religio. Quæ si feceritis.

f Et ero vobis Deus] vos mihi protegens, & fouens, & saluans.

g Et vos eritis mihi populus, mihi soli seruiens, & obediens.

h Et ambulate in omni via, &c.] proficiendo magis, ac magis in custodia præceptorum, & in dilectione.

i Vt bene sit vobis] In præsenti per gratiam, in futuro per gloriam. Vnde benedictiones pronunciantur super obedientes mandatis Domini. *Deut.* 28.a. Quasi, hoc solum vobis præcepi propter commodum vestrum, non propter meum, quia bonis vestris non indigeo, nec seruitijs vestris, & ideo hæc magis volui præcepta seruari, quàm mihi sacrificia immolari.

k Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam,] id est, attentè non audierunt, scilicet, corde memorando, & opere obediendo. *Ios.* 22.a. Custodiatis attentè, & opere compleatis mandatum, & legem. *Deut.* 8.a. Omne mandatum, quod præcepi tibi, caue diligenter, vt facias, vt possitis viuere, & multiplicari.

l Sed abierunt, in voluptatibus suis] eas ad consensum, & opus pertrahendo: contra illud *Eccl.* 18.d. Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.

m & in prauitate cordis sui mali] id est, per errorum infidelitatem.

n Factique sunt retrorsum, & non in ante] id est, peiores quàm ante, quasi magis recesserunt, scilicet, in peccata ante facta recidiuantes vel etiam deteriora quàm ante perpetrantes, quam antecederent, scilicet, proficiendo ad meliora contra illud *Phil.* 3.c. Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ priora sunt me extendo, simile. *Inf.* 11.b. Dixi, audite vocem meam, & non audierunt, nec inclinauerunt, aurem suam, sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali: Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, & post Deos alienos abierunt, vt seruirent eis, *sup.* 2.f. Verterunt ad me tergum, & non faciem. *Iud.* 2. c. Citò deseruerunt viam per quam ingressi fuerant patres eorum, & audientes mandata Domini omnia fecerunt contraria. Et hoc. o A die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti vsque ad diem hanc,] quasi, in toto tépore illo medio nō profecerunt, sed séper magis deteriorata sunt. Et hoc dico de pluribus eorum, non de bonis qui in eis fuerunt. Et ne forte excusarent se Iudæi propter defectum prędicationis, vel admonitionis addit.

p Et misi ad vos omnes seruos meos Prophetas,] per quos vobis locutus sum. q Per diem consurgens] diluculò quasi attentè monui vos, & sollicitè. Hæc eadem *sup.* 10.c. Vel loquitur contra adulatores, quorum minores, scil. filij, adulari incipiunt, maiores autem verba eorum, & mulieres peccatum perficiunt & cōsummant. r Nec inclinauerunt aurem suam] vt *sup.* s Sed indurauerunt ceruicem suam] per obstinationem & contemptum præceptorum meorum, *sup.* 5.a. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. *Deut.* 31.g. Ego scio contentionem tuam durissimam. Omnis quippe domus Israel attritâ fronte, & duro corde est, vt dicitur *Ezech.* 3.b. *Inf.* 16.c.

t Et peius operati sunt quàm patres eorum;] Iusta est ergo ira Domini super eos, & furoris, & indignationis cōflatio, quia anima quę peccauerit ipsa morietur. *Ezec.* 18.a.

u Et] tamen vt minùs sint excusabiles, & vt magis videar eos affligere, non spontaneus, sed magis coactus, quia non ex corde meo abieci filios hominum, loquens ad eos omnia verba hæc, vt moneas eos ad pœnitentiam, tamen nō audient te iterum & iterum loquentem. Vnde non propter hoc debet Prædicator dimittere prædicare, licet videat auditores esse inobedientes, nec debet indignari, si illi non obediant ei, nec propter hoc reputare se indignum. Magis enim Dominus in hoc sibi imputat iniuriam esse factam quàm prædicatori. Vnde *Ezech.* 3.b. Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Et 1. *Reg* 8.b dicit Dominus ad Samuelem, cui displicebat quod populus petierat Regem: Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur, non enim te abiecerunt. sed me ne regnarem super eos. x Et vocabis eos] ad pœnitentiam.

y Et non respondebunt tibi] obediendo: Vel etiam cùm vocaueris eos ad audiendum, tantæ sunt superbiæ, quòd non dignabuntur respondere tibi. Posset ergo mirari Propheta, quare Dominus mittit eum, cùm ipse ei dicat, quòd sermo suus non proderit eis. Sed magis volebat obtemperare consilio diuino, quam secundum suum humanum respuere præceptum Domini. Vnde & Dominus cùm diceret Moysi, vt ipse iret ad Pharaonem, & diceret ei: Dimitte populum meum · Ipse idem Dominus dixit Moysi: Ego tamen scio, quòd non dimittet, nec audiet te, & tamen nihilominus iuit, quia cogitabat *Exod.* 3.f. quòd si non statim dimitteret, tamen sæpius compulsus dimitteret. Sic non potest esse quin frequens prædicatio conuertat aliquos, vel saltem in hoc proficit quod Prædicator se liberat, & subditos reddit inexcusabiles.

z Hæc est gens,] id est, gentiliter viuens, & talis qualis genita, scilicet, in peccatis permanens. Vnde non est populus Dei. a Quæ non audiuit vocem] mandatorum. *Rom.* 10. b.

b Nec recepit disciplinam] consiliorum. Vel. a Quæ *Psal.* 13. non audiuit vocem] vt faceret quod Dominus præcepit. b *&* 52. Nec recepit disciplinam,] vt non faceret, quæ prohibuit. c Perijt fides] à corde, quia corde creditur ad iustitiam. d Et ablata est de ore eorum] quia ore confessio fit ad salutem. Omnes enim declinauerūt, simul inutiles facti sūt. In Hebręo habetur fidelitas, quæ hodie in multis perijt. *Pr.* 10.a.

A Multi viri

▲ Multi viri misericordes, virum autem fidelem quis inueniet? *Luc.* 18. b. Filius hominis veniens, putas inueniet fidem super terram? *a* Tonde capillum tuum, & proijce.] Quia eos monuerat verbo, sed nec audierant: Ideo iubetur eos monere facto, quia rudes erant, & simplices, vnde præcipit Propheta, vt tondeat se, & proijciat capillos, ad innuendum, quod prius inhærebant Domino per amorem, & cultum, & ad ornatum ipsius erant, sicut capillus capiti, sed Dominus proiecit eos.

G

Tonde *a* capillum tuum & *b* proijce, & *c* sume in directum planctum, *d* quia proiecit Dominus, & *e* reliquit *f* generationem furoris sui, *g* quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus. *h* Posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatum est nomen meum, & polluerunt eam, & *i* ædificauerunt excelsa Tophet, *k* quæ est in valle filij Hennon, vt *l* incederent filios suos, & filias suas igni, *m* quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo.

c Et sume in directum planctum] quasi tonsus capillos proijce in directum coram te, & illos respiciens plores, & doleas, & hoc est flere in directum capillorum tonsorum. Tonsio ergo capillorum & proiectio, significat proiectionem Iudæorum à Domino, vt iam non hæreant ipsi tanquam capiti. Et sicut funere præsente, ille qui plorat, oculos habet directè ad funus, sic dicitur isti, vt capillos proiectos directè respiciat tanquam illos deplorans, ad innuendum quòd quamuis Iudæos Dominus proiecerit, tamen illos deflebat. Proiecit in culpa: Reliquit in pœna: Vnde. *d* Quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui.] In quempiam furit, vel furorem extendit. Et præterea, quia apud antiquos erat consuetudo, scilicet, lugentes tondere cæsariem, sicut Iob, scilicet, auditâ nece filiorum, tonso capite corruit in terram. *Iob* 1. d. Vnde & tonsio ipsa designat luctum.

Psal. 50. *g* Quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus] quia eum nihil latet. Vnde, tibi soli peccaui, Vel. In oculis meis, id est, in Templo meo, vbi apparebat gloria eius.

h Posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est Nomen meum, vt polluerent eam,] id est, idola quæ fuerunt eis causa ruinæ.

i Et ædificauerunt excelsa Tophet.] Tophet locus est iuxta Ierusalem, valde amœnus, & nemorosus, & aquis Siloe irrigatus. Vnde ibi sunt delitiosi horti.

k Quæ est in valle filij Hennon] scilicet, cuiusdam hominis qui sic vocabatur: In quo loco erant tophi, vel cophi, id est, lapides spongiosi, & concaui, in quibus dicitur fuisse ignis perpetuus, & ideo translatum est hoc nomen, secundùm Hebræos ad significandum ignem æternum. Vnde *Isa.* 30. g Ab heri præparata est Tophet. Et inde dictam esse gehennam, à ge quod est terra, & Hennon. quia ibi populus Iudæorum offendens Dñm perijt. Sed cum esset quædã vallis, vt hic dicitur, videtur esse oppositio in adiecto, quod dicitur, ædificauerunt excelsa in valle. Sol. Excelsa dicuntur, non propter loci altitudinem, sed arborum quæ ibi erant. Vel ædificauerunt excelsa, id est, ibi faciebant quæ solebant facere in excelsis. In montanis enim, & delitiosis locis & frondosis solebant antiqui huiusmodi facere, & ideò ab illa consuetudine dicuntur idola excelsa, quia in excelsis, vt frequentius idolis sacrificabant.

l Vt incenderent filios suos, & filias suas igni.] Eos per ignem traijciendo, & non penitus comburendo. Vnde 4. *Reg.* 17. c. Non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam, iuxta ceruicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo. Et *Infrà* Fecerunt sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuersam militiam cœli, seruierúntque Baal, & consecrauerunt filios suos, & filias suas per ignem. Sicut modò pueri per aquam baptismi traijciuntur, sic tunc per ignem ab idololatris. *Psal.* 105. Immolauerunt filios suos, & filias suas Dæmonijs.

m Quæ non præcepi, nec cogitaui in corde meo.] Nulli enim legi Dei hic concordat. Sed nonne Iepte obtulit sine immolauit filiam suam Domino vt dicitur *Iud.* cap. 11. g. Quia hoc voto promisit Domino: Fuit ergone idololatra? Et soluit Ieronymus, quòd non. Nec tamen propter hoc in oblatione sua placuit Domino, quia ▲ vt ipse dicit...

Mysticè. Mysticè. *a* Tonde capillũ tuum, & proijce.] Contra. *Leu.* 21. a. Capillos & barbã non radent: Hoc præcipitur Sacerdotibus, sed constat quòd Ieremias fuit Sacerdos, vt habetur, *suprà primo* a. Sol. Ipse est Dominus legis & præcepti, vnde potuit legem præcipere, & contra legem præcipere, nisi illud desormitatem importaret, vt fornicari, & huiusmodi, vndè hoc non posset præcipere, quia nihil est malum prohibitum secundùm suam opinionem. Secundùm alios dic, quòd illa sola potuit præcipere quæ non sunt mala in se.

Moraliter. Moraliter. Tondere capillos, est erogare temporalia. *Luc. septimo.* f. Maria rigauit lachrymis pedes Domini, id est, compassa est pauperibus, & capillis tersit, id est, refrigerium de suis superfluis illis præbuit. *Isaia quinquagesimo-octauo.* c. Si effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris. Ecce duo prædicta, scilicet, compassio, & temporalium refrigerium. De hoc. *Num. octauo.* b. Leuitæ radent omnes pilos carnis suæ: Contra illos qui non omnia temporalia, sed pauca relinquunt cùm intrant religionem, vel qui pauca dant pauperibus. Quantò magis raduntur capilli, tantò magis multiplicantur, sic est de temporalibus, *Luc.* 6. f. Date & dabitur vobis. *Prouerb. tertio.* b. Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperibus, vt impleantur horrea tua saturitate. Non dicit, euelle, sed tonde: In tonsura enim non est dolor. Ideò dicitur 2. *Cor.* 9. b. Non ex tristitia, aut necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. *Ecclesiastic. trigesimo-quinto.* b In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. *Ecclesiast. quarto.* a. Inclina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde illi debitum tuum. Dicit capillum non capillos, cùm tamen capillos totondit, quia quantumcunque det homo, debet ei videri, quod nihil det. Nihil enim est respectu illius quod Dominus promittit dantibus.

b Proijce] quasi procul extraneis eroga, non solummodò vicinis, vel cognatis tuis. Multi enim ita propè proiiciunt, quod quasi de vna manu in aliam. Non enim dant nisi illis à quibus credunt aliquid accipere, vel temporalia, vel laudem, vel aliquod temporale emolumentum. Ideò dicitur *Matthæi sexto.* a. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. *Psalm.* 25. Dextera eorum repleta est muneribus. *Ecclesiast.* 29. b. Perde pecuniam propter fratrem & amicum. *c* Et sume in directum planctum.] Osea. 5. a. Quasi propter Deum tantùm, non propter fauorẽ humanum quod est flere in obliquum. *Isa.* 15. c. Per ascensum Luith flens ascendit, quod interpretatur genæ, vel maxillæ, per quas licet visibiliter descendant lachrymæ, tamen inuisibiliter ascendunt. Vndè *Eccl.* 35. c. Nonne lachrymæ viduæ à maxilla descendunt, à maxilla ascendunt vsque ad cœlum? *Isa.* 15 a. Ascendit Dybon vsque ad excelsa in planctum Dybon interpretatur sufficiens ad intellectum tentationis, vel abundanter intelligens latrunculum accinctum.

d Quia proiecit. In culpa. *e* Et reliquit.] In pœna.

f Generationem furoris sui] Scribas, & Pharisæos, vel Clericos, qui dicuntur generatio praua, & peruersa *Matth.* 12. c. De quibus *Isa.* 1. a Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. *g* Quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis.] *Inf.* 11. c. Quid est quòd dilectus meus in domo mea facit scelera multa? sic & malum Clericorum est in oculis Domini, quia tota die Sacramenta eius administrant, imò ipsum Dominum manu & ore tangunt.

h Posuerunt offendicula sua in domo, in qua inuocatum est Nomen meum, & polluerunt eam.] Hæc sunt peccata Prælatorum, ad quæ offendunt alij, qui sunt de domo Domini, i. de Ecclesia, scil. per illorum imitationem. Sunt enim Prælati laqueus speculationis, & sicut rete expansum super Thabor: Thabor interpretatur veniens lumen. Ab eis enim deberet venire lumen in Ecclesia, sed ab eis magis venit nox.

Vel offendicula in domo, sunt Prælati in Ecclesia. *Oseæ* 6. d. In domo Israël vidi horrendum, ibi fornicationes Ephraim. *i* Et ædificauerunt excelsa Tophet] id est, mortem æternam acquisierunt peccatis suis *Sap. primo* d. Iniustitia mortis est acquisitio: Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam. Contra *Isaia trigesimo.* g. Parata est ab heri Tophet, à Rege præparata. Item *ibidem* Flatus Domini, sicut torrens sulphuris succendens eam. Solut. Reuera Dominus præsciuit eam futuram esse, & etiam curauit, scilicet, illam gehennam, sed illam non fecisset, nisi peccata præcessissent, vndè propriè homines fecerunt eam. Sicut dicitur puero malè facienti, tu facis virgam vndè verberaberis. Hennon interpretatur fons tristitiæ, vel mœroris. Ibi traiicientur mali per ignem, id est, per diuersa tormenta ignis. Sequitur liberaliter.

A vt ipse dicit hic, non sacrificium Deo, sed animus placuit offerentis. Neque enim si canis, vel aliud animal immundum ei primò accurrisset, debuit propter hoc Domino illud offerre, quia secundum hoc esset transgressor legis: *Leu.* 11. Sed si animus eius placuit Deo ergo voluntas eius fuit bona, ergo & fructus eius bonus, quod probatur per *Aug.* qui dicit super. *Hebr.* c. 11. Quod Iephte laudatur de immolatione filiæ suæ, quod & pa- *Ezech. 16. c.* tet per hoc quod dicitur. *Iud.* 11. c. Irruit Spiritus Domini super Iephte: Ergo videtur quod operatio illa à Spiritu Sancto exierit. Sed contra *Mich.* 6 b. Nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? quasi, non. Sol. In Iephte fuit triplex voluntas, scilicet, vouendi propter victoriam, & vouendi quòd offerret quicquid occurreret, & implendi votum. Prima bona, quia animus vouendi communiter Deo placuit, quo animo credidit Deo iuuante se victurum hostes, aliæ autem duæ fuerunt malæ.

a Ideo *b* ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicent *c* amplius Tophet & vallis filij Hennon, sed *d* vallis interfectionis, & *e* sepeliẽt in *f* Tophet, *g* eo quod non sit locus. Et *h* erit morticinum populi huius in cibum volucribus cœli, & bestiis terræ, & non erit qui abigat: Et quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem *i* vocem gaudij,

Ad literam. ⊕ *a* Ideò ecce dies veniunt, &c. Ideo] propter hæc mala.

b Ecce dies veniunt] obsidionis, quam perpessi sunt Iudæi à nono anno regis Sedechiæ vsque ad vndecimum, vt 4. *Reg.* 25. a.

c Et non dicent ampliùs Tophet & vallis filij Hennon] scilicet, non tantùm hoc nomine vocabitur, sed.

d Vallis interfectionis,] id est, mutabitur nomen illud in istud, scilicet, propter interfectionem multorum, quæ ibi fiet a Chaldæis. Vnde.

e Et sepelient Chaldæi.

f In Tophet] scilicet, cadauera Iudæorum ibi occisorum, ne fœtore corrumperentur. Vel. Sepelient, scilicet, illi qui remanebunt in ciuitate post destructionem, vt quidam ignobiles, & pauperes, scilicet, vinitores & agricolæ.

f In Tophet] scilicet, in loco quid ad religionem eis deputatus erat.

g Eo quòd non sit locus] sc. ita promptus ad sepeliendum, quia, scilicet, ibi fuerunt occisi, vnde graue esset eos portare alibi. Vel quia vt dicitur, locus ille profundus erat nec habebat fundum. Vnde tradunt Hebræi, quòd ibi est quædam fouea, quæ dicitur os Inferni, quia nunquam impleri potuit, & miserunt corpora. Tædio enim multitudinis affecti non poterant facere foueas. Vel. Eo quod non sit locus, quasi cœmeteria non sufficerent multitudini occisorum. Dicitur. n. quòd cùm Nabuchodonosor vellet venire ad destruendum Ierusalem, Iudæi sunt confœderati cum Pharaone Rege Ægypti, Qui cum magna multitudine venit eis in auxilium. Vnde venientibus Chaldæis, exierunt obuiam contra eos ad præliandum, vbi maxima multitudo Iudæorum, & Ægyptiorum occisa est. Et hoc fuit in Tophet, Pharao autem fugit in Ægyptum. Vnde Nabuchodonosor partem exercitus sui duxit secum, vt destrueret Ægyptum, & aliam partem dimisit cum Nabuzardan in obsidionem ciuitatis, qui Iudæos, & Ægyptos occisos sepelirent in Tophet, ne fœtore corrumperentur exercitus, & quos sepelire non potuerunt præ paruitate loci, aues & bestiæ deuorauerunt. Vnde.

h Et erit morticinum populi, &c. de plateis Ierusalem,] id est, quæ in ciuitate illa erant, & quæ ciuitati illi adiacebant.

i Vocem gaudij, & vocem lætitiæ,] id est, auferam omnem lætitiam à loco illo, & cantilenas quæ solent fieri in nuptiis, scilicet, locus eorum delitiosus, vbi peccata sua perpetrabant, versus fuit in sepulchra, vt in eo puniantur

Mysticè. in quo peccauerant. Mysticè. Tophet, interpretatur fomes tristitiæ, & significat peccatum, quia non ampliùs mali habebunt potestatem, vel spatium peccandi, sed erunt in valle interfectionis, quia tantùm pœnam habebunt, non peccati delectationem, & ibi deuorabuntur cadauera à Dæmonibus. Vel.

Moraliter. Moraliter, per volucres quidam Clerici currentes de Ecclesia in Ecclesiam ad acquirenda beneficia significantur. Per bestias, residentes qui malo exemplo suo totum consumunt. Isti comedunt morticinum populi, id est, oblationes, & redditus Ecclesiæ quæ data sunt pro mortuis. *Psal.* 78. Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus coeli, carnes Sanctorum tuorum bestiis terræ. *Osea* 4. b. Peccata populi mei comedent. *i* Vocem gaudij,] scilicet, spiritualis interioris.

k Lætitiæ,] id est, hilaritatis, vel exultationis exterioris, scilicet, bonæ, per bonam conuersationem.

& vocem *k* lætitiæ. *l* Vocem sponsi, & vocem sponsæ, In desolatione enim erit terra.

l Vocem sponsi, &c.] quasi deficiet cantilena spiritualis matrimonij, quia deficient spirituales nuptiæ in Ierusalem, id est, in Ecclesia, de quibus nuptiis, 2. *Cor.* 11. a. Desponsi vos vni viro virginem castam exhibere Christo, &c. Spirituale enim coniugium, quod fit per pœnitentiam, gaudium habet spirituale, quod tamen non multis videtur propter pœnitentiæ amaritudinem: Sed reuera in principio videtur amara pœnitentia, sed post iocunda fit. Vnde *Prou.* 4 b. Ducam te per semitas æquitatis, quas cùm ingressus fueris non arctabuntur gressus tui. Vnde in nuptiis quibus interfuit Dominus, dicit Maria: Vinum non habent, & mutata est ibi aqua in vinum. *Ioan.* 10. a.

CAP. VIII.

IN tempore *m* illo ait Dominus: Eijcient *n* ossa Regis Iuda, & *o* ossa Principum eius, & *p* ossa Sacerdotum, & ossa Prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem de sepulchris suis A *Al.* † Regum.

EXPOSITIO CAP. VIII.

IN tempore illo ait Dominus, &c.] Adhuc prosequitur pœnam eorum: Primò determinans quòd cadauera Regum, Principum, Prophetarum, Sacerdotum, & totius populi de sepulchris eijcientur. Secundò, post prædictionem huius confusionis inuitat eos ad pœnitentiam, *ibi*: Nunquid qui cadet, ibidem enumerans eorum peccata à quibus debent conuerti. Tertiò, eorum ignorantiam, & stoliditatem animalibus irrationalibus comparat. Immò illa eis præfert, *ibi*: Miluus in cœlo. Quartò, Prælatos illorum arguit de mendaci doctrina, & de radice omnium vitiorum, scilicet, auaritia, & subdit eorum, & populi eos imitantis destructionem: *ibi* Quomodo dicitis. Quintò, quòd generaliter comminatus fuerat, specialiter determinat, modum afflictionis, & casus eorum ponens, *ibi*: Congregans congregabo. Sextò, vocem populi pœnitentis introducit, & nihilominus prosequitur ibidem pœnam impœnitentium, introducens Dominum compatientem eis, & admirantem super tanta populi destructione, *ibi*: Quare sedemus. Quia ergo possent dicere Iudæi, non curamus, &c.

n Eijcient ossa.] Hoc factum est in captiuitate Babylonica, & in Romana, secundùm *Ieron.* *m* In tempore illo.] Quia possent dicere Iudæi, non curamus, si destruamur, quia post mortem erimus extra laborem quiescentes in sepulchris nostris. Respondet Dominus, quod non. Immò Chaldæis eos sepultos effodient proijcientes ossa. Sicut. n. dicitur super *Ioan.* 19. Iudæi cum magno sumptu vestium, & ornamentorum aureorum & argenteorum sepeliebant mortuos suos, propter quæ habenda Chaldæi effoderunt illos. *n* Eijcient ossa regis Iuda.] Contra. Sedechias ipse ductus fuit in Babylonem, & regio honore, ibi sepultus est. Solutio. Non intelligitur hoc de Sedechia, sed de prædecessoribus Regibus. *o* Et ossa Principum, & ossa Sacerdotum, &c.] vt omnes qui in culpa fuerunt, similes sint.

Moraliter. Per Regem & Principes sæculares, Docto- *Moraliter.* res, & Prædicatores significantur. Per Prophetas & Sacerdotes, Prælati Ecclesiæ, per habitantes Ierusalem, Religiosi. *n* Eijcient de sepulchris.] Carne putrefacta in terra ossa arida remanent; sic post mortem Prælatorum durant eorum peccata aliis in exemplum peccandi. Diabolus autem nititur effodere hos mortuos sicut Hyena quæ sæuit in mortuos, & hoc facit per detractores, qui per detractionem aperiunt fœtorem peccatorum aliorum. *Ier.* 12. c. Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? Ibi alia *littera*. Nunquid spelunca Hyenæ hæreditas mea mihi. Ideò exẽplo Tobiæ propter periculum detractionum, & odiũ proximorum vitandum, debemus magis sepelire mortuos, & etiã propter hoc facta prandia nostra dimittere, & periculo mortis nos exponere, sicut ipse fecit, vt dicitur. *Tob.* 2. a. Sepelire mortuos, est abscõdere peccata proximorũ, vt sea per detractionem non propalemus aliis. *Eccl.* 19. b. Audisti verbũ aduersùs proximum tuum, commoriatur in te, fidens, quòd nõ te dirũpat. Sic Moyses percussum Ægyptiũ
* absconditi in sa-

les sint, & in pœna. a Et expandent, &c.] Nota, quòd sicut priùs eos sepeliendos in Tophet dixit vbi idolis, immolauerunt, vt ibi punirentur in quo deliquerunt, ita hic dicit cadauera illorum ponere Soli, & Lunæ, & Stellarum aspectui, vt quibus seruierunt derelicto Deo, eorum patterent aspecti-bus relicti à Deo, & proiecti

al. † pandent.

al. † proiicerentur,

B

& † a expandent ea ad Solem, & Lunam, & b omnem militiam cœli, quæ c dilexerunt, & quibus seruierunt, & d post quæ ambulauerunt, & quæ e quæsierunt, & f adorauerunt. Non g colligentur, & non h sepelientur, in i sterquilinium super faciem terræ erunt. Et k eligent magis mortem, quàm vitam l omnes, qui residui fuerint de cognatione hac pessima, in vniuersis locis, quæ derelicta sunt, & ad quæ eieci eos, dicit Dominus exercituum. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: m Nunquid qui cadit non n resurget, o & qui auersus est non p reuertetur? Quare ergo auersus est populus iste in Ierus. auersione cõtentiosa? r Apprehẽderunt mendaciũ, & f noluerunt reuerti. s Attendi, & a auscultaui

b Et omnem &c.] id est, stellas, vt quæ hic illi adorauerunt, quasi in conspectu eorum † proferrentur, vt omnes videntes, quòd illa, quę adorauerunt, non possent eos iuuare, magis resilirent à peccato idololatriæ; vel vt inueniretur, quòd alij Deo in vita non seruierant.

c Quæ dilexerunt, &c.] mente seruierunt culturæ mancipatione.

d Et post quæ ambulauerunt [responsa ab eis quærendo, & eis obediendo, & in eis confidendo.

e Et quæ quæsierunt] de ciuitate in ciuitatem, adinuentiones nouas idololatriæ quærendo, quasi industria, & sollicitudine.

f Et adorauerunt] quod solius Dei est, eis attribuendo.

g Et non colligentur, &c.] quasi inhumati remanebunt tanquam excommunicati à Christianorum consortio. Sicut dicitur de Nabuchodonosor. *Isa.* 14. e. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis, pollutus & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum non habebis consortium, neque cum eis eris in sepultura.

i In sterquilinium] quasi erunt in sterquilinium putridum & fœtidum, quia in cumulum redigentur.

k Et eligent magis mortem, &c.] quasi, si qui effugere potuerunt, & ad loca ad quæ non peruenerunt hostiles exercitus, peruenerint, ibidem tot mala pestis, & famis, & confusionis sustinebunt quòd mortem præferent tali vitæ.

l Omnes qui residui fuerint &c.] In vniuersis, &c.] id est, eis reseruata ad fugiendum.

Moral.

abscondit in sabulo, vt dicitur *Exod.* 2. b. Propter hoc quasi tota deleta est in vna die fere tribus Beniamin, quia ille Leuites vxorem suam mortuam, & interfectam à Beniamitis, non abscondit, nec sepeliuit, sed cadauer cum ossibus in frusta concidens, detulit in omnes terminos Israel, vt dicitur *Iud.* 19. g. i In sterquillinium, &c.] quod congregatum & fœtet, & corrumpitur, & sparsum super terram excultam, eam impinguat, & fructificare facit. Sterquilinium spargitur minutatim quando singula peccata confitemur, quæ confessio terram liberi arbitrij per contritionem excultam, valde impinguat ad bona opera producenda. Sed peccata accumulata, & in superficie terræ eleuata per malum exemplum corrumpunt. *Iob.* 20. a. Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, scilicet per superbiam, & mundi fastum, quasi sterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant dicent: vbi est? velut somnium auolans non inuenietur, transiet sicut visio nocturna, oculus qui eum viderat non videbit, nec vltra intuebitur eum locus, id est, Deus, in quo solo est quies, quare nec a Deo, nec ab hominibus talis reputabitur in fine.

k Et eligent magis mortem, quàm vitam] Hoc erit in Inferno: Ibi enim illud magis desiderabitur, quod hic magis timebatur, & odio habebatur. *Apoc.* 9. b. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, & desiderabunt mori, & mors fugiet ab eis. Item ossa mortuorum, & potentum, & Doctorum effodere, & de sepulchris eorum exteriùs dealbatis, & interiùs fœtidis eiicere, est Magnorum huius mundi putridam eorum fortitudinem & vanitatem considerare, vel infirmitatem suam, & mori necessitatem. Ille ergo sepulchra effodit, alios morientes intuendo, & suam in eis infirmitatem cogitando, cum, scilicet ea quæ sunt in homine fortiora, scilicet ossa, ita videt putrescere, & ad nihilum redigi, *Iob.* 3. d. Qui expectant mortem & non venit, quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer, cum inuenerint sepulchrum. Qui. n. sic effodit sepulchrum, inuenit thesaurum timoris. *Eccles.* 7. a. Meliùs est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, &c. *Eccl.* 28. a. Memento nouissimorum, &c. Et dicit: Eiicient ossa Regum, & Principum, & Sacerdotum, nullum

excipiens, quia mors est omnibus communis. Sine enim differentia accipit omnes. Vnde *Eccl.* 9. a. Communionem mortis scito. *Ecclesiast.* 2. c. Moritur doctus similiter, & indoctus.

a Et expandent ea ad Solem, & Lunam] quod fit quando claro intellectu discutimus opera malorum vel eorum † mores. Vel hoc faciunt qui de operibus suis bonis, vel malis gloriantur. Gloria eorum claritas est. Sed dicitur *Iob.* 31. c. Si vidi Solem cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meum, &c. quæ est iniquitas &c. Et tales ossa propria ad Solem extendunt. Illi autem ossa aliorum ad Solem extendunt eorum vanitatem ad detractionem in se conuertere, & considerare.

al. † mortes.

C

g Non colligentur] velut digna imitatione.

h Et non sepelientur, id est, non abscondentur, ita vt nulla omnino sit memoria.

i In sterquilinium] vt inde stercoremus agrum mentis nostræ. Vnde *Prou.* 21. b. Mulctato pestilente &c. *Psal.* 82. Disperierunt in Endor, facti sunt vt stercus terræ. Hi sunt luxuriosi, quorum consideratio ad dolendum multum impinguat mentem.

m Nunquid qui cadit.] Post tanta mala eos ad pœnitentiam prouocat, qui potuerunt remanere; siue priùs quàm veniant quæ comminatus est, hortatur eos ad conuersionem, & dat locum pœnitentiæ, dicens.

m Nunquid qui cadit peccando, & ad creaturas inferiores se conuertendo. Ad literam.

n Non resurget] pœnitendo.

o Et qui auersus est] a me contemnendo.

p Non reuertetur] ad me? quasi etsi, humanum est cadere, & peccare, sed diabolicum est in peccato persistere. *Psal.* 40. Nunquid qui dormit non adiiciet, vt resurgat? Ponit autem duo hic, quæ sunt in omni peccato, scilicet conuersionem ad creaturas. *Ibi*: Cadit, & auersionem a Deo. *Ibi*: Auersus. Quia dicit *Aug.* peccatum est spreto incommutabili bono, &c. vbi nos habemus. Qui auersus est non reuertetur. In Hebræo habetur: Qui auersus est non auertetur, quin immo, qui auersus fuerit à culpa, auertetur ab iræ Domini perpessione. Vel. Qui auersus est non auertet, quasi immo, scilicet, auertet à se iram Dei, qui auersus fuerit à culpa per pœnitentiam. Dicit autem: Nunquid, quasi admirans, quasi mirum est, ex quo ita sæpè vocaui vos, quòd non venitis ad me. Vel loquitur quasi confidens, quasi vix erit quin aliquis pœniteat, ex quo ita sæpe eos voco: sicut cum aliquis sæpè vocat aliquem fugientem, vix accidit quin ille reuertatur. Sed dicitur *Amos* 5. a. Domus Israel cecidit, & non adiiciet, vt resurgat. Vel potest esse interrogatiuis, id est. Nunquid resurget?

q Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalẽ auersione contentiosa] Auersione contentiosa auertitur, qui toties vocatus, ad Deum venire dedignatur, quasi auersi sunt à me contentiosè, quia quantò magis eos ad pœnitentiam prouocaui, tantò illi plus recesserunt à me, non tam peccandi studio, quam me subsanandi, & contemnendi. Sed *Isa.* 30. e. dicitur: Aures tuæ audient verbum post tergum monentis.

r Apprehenderunt mendacium,] id est, ideo contentiosè auersi sunt, quia apprehenderunt mendacium, vel quodlibet peccatum, quasi citò ei adhæserunt, & firmiter illud tenuerunt, quia proni sunt ad peccatum, & difficiles ad bonum. Mendacium est vanitas temporalium. *Ps.* 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? *Eccl.* 34. a. Vana spes, & mendacium viro insensato, & somnia extollunt imprudentes; quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum; sic, & qui attendit ad visa mendacia.

f Et noluerunt reuerti.]

Non dicit, non potuerunt, sed noluerunt, quasi cum omni studio mala amplexati sunt *sup.* g. a. Indurauerunt facies suas supra petram & noluerunt reuerti.

s Attendi] quasi dicat, quia ipsi contemnunt me, nec volunt attendere ad me, sed ego non contemno eos, immo attendi ad cor eorum, verum contritionem cordis in eis inuenirem. a Et auscultaui

a ad verba eorum

A ad verba eorum verum peccatorum confessionem audire. a Nemo quod bonum est loquitur]& ita perit ab eis confessio. Nullus est qui agas, &c.]& ita perit contritio, quia in eis non est pœnitentia, nec operis satisfactio. Non enim est inter eos qui eam exequatur, cùm tamen maximus sit fructus contritionis, vel pœnitentiæ. Vnde 2. *Cor.* 7. c. Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristatui vos quantam in vobis operatur sollicitudinem, de quærenda salute, defensionem veritatis, contra vosmetipsos in vera confessione, sed indignationem cōtra peccatum, sed timorem cautelæ; ne iterum cadatis, sed desiderium bene agendi, & in melius proficiendi, sed æmulationem imitandi bonos, sed vindictam puniendi in vobis, quod commisistis per iustam satisfactionem.

nemo quod a bonum est loquitur, b nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, c dicens, quid d feci? Omnes e cōuersi sunt ad cursum suum, f quasi equus impetu vadens ad præliū. g Miluus in cœlo h cognouit tēpus suum, i Turtur, & Hirundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem k meus non cognouit l iudicium Domini. m Quomodo dicitis, sapientes, nos sumus, & n lex Domini o nobiscum est? p Verè mendacium operatus est stilus mendax scribarum. q Confusi sunt sapientes, r perterriti, & capti sunt. s Verbum enim Domini proiecerunt, & t sapientia nulla est in eis. u Propterea dabo mulieres eorum exteris, x agros eorum, y hæredibus. z Quia à minimo vsque ad maximum, omnes auaritiam sequuntur:

c Dicens quid feci, Dicens,] ore, vel corde. d Quid feci.] In delicti perpetratione, id est, quam vile & ignominiosum. Vnde *Thren.* 5. b. Recessit à filia Sion omnis decor eius, scilicet, Imago Dei, cui successit in anima per peccatum imago Diaboli. Item quàm momentaneum. Momentaneum enim est quod delectat, æternum quod cruciat. 1. *Ioan.* 2. c. Transit mundus, & concupiscentia eius. Quia inutile. Imò quam nociuum, & damnosum, quia Deum amisit, in gehennam incurri, corpus & animam perdidi. Vult ergo dicere, quod nullus est, qui in dolore vel contritione cogitet de peccatis suis, sicut ille, qui facit contra se impium loqui, & rixari, & sibi obiicit bona, quæ ab eo accepit, & quæ mala reddidit. e Omnes conuersi sunt, &c.] quasi omnes malum sequuntur, ad quod proni sunt: Non enim solum vadunt, sed & currunt post concupiscentias suas. Contra illud *Eccl.* 18. d. Post concupiscentias tuas non eas. *Gen.* 8. d. Sensus & cogitatio hominis proni sunt in malum ab adolescentia sua.

f Quasi equus impetu vadens &c.] id est, sine dicussione & recognitione, quia cum tanta celeritate, & feruore, cum quanta equus currit ad prælium. *Iob.* 15. c. Cucurrit aduersus Deum extento collo, & pingui ceruice armatus est. Per extentum collum audax, & superbus animus, per pinguem ceruicem elatio pro temporali abundantia, siue opulenta superbia Sed dicitur peccatori. *Act.* 9. a. Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Peccator enim voluntariè impingit in peccatum sicut equus contra armatos in prælium. *Greg.* Erecto collo aduersus Deum currit, qui ea quæ creatori displicent cum audacia perpetrat. Contra illud *Eccl.* 6. a. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut Taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam. Et dicit: omnes, quia *Psal.* 13. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt &c. id est, fere omnes. *Ps.* 15. Saluum me fac Domine, quoniam defecit Sanctus. g Miluus &c.] Hic eorum stultitiam ostendit, quòd maior est, quàm stultitia auium. Aues enim recognouerunt serenitatem temporis, vel intemperiem aeris, scilicet quando debet esse frigidum tempus, vel tempestuosum, declinare, & ad alias regiones transire; sed homo factus perditus, Iudium Dei non recogitat, & negligit sibi prouidere in futurum. Vnde Miluus, qui est in cœlo, id est, in aere.

h Cognouit tempus suum] scilicet coeundi, & generandi, & ad alias regiones veniendi, & intemperiem aeris declinandi. *Ecc.* 3. a. Omnia tempus habent.

i Turtur & Hirundo, & Ciconia custodierunt tempus aduentus sui] Suis etenim temporibus veniunt ad aptas regiones, & recedunt. Est autem duplex genus Turturis. Omni tempore vnum præsens est, aliud pro diuersitate temporis aduenit, vel recedit, sic & pisces in vno tempore, in vna aqua, alio in alia.

k Populus autem meus non cognouit,] id est, scire & recogitare contempsit.

l Iudicium Domini] scilicet futurum, scilicet Iudicium condemnationis, vel mortis, quasi, noluerunt cogitare de iudicio futuro, vel de morte, quæ venit insperatè. *Eccl.* 7. e. Fili memorare &c. Vel. Iudicium discussionis, id est, noluerunt pœnitere, nec conscientias discutere. Vel. Iudicium Domini,] id est, legem Domini, quam iudicant esse tenendam, siue voluntatem Domini, quam iudicant esse faciendam. *Isa. primo*, a. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. *Iob.* 12. b. Interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi, loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Vbi nos habemus, Miluus, alia litera habet, Herodiana. Vbi habemus, Hirundo, Septuaginta habent, agri passeres, Vel, Iudicium Domini,] id est, tempus oppressionis suæ à Nabuchodonosor ex Iudicio Dei peruenientis. D

m Quomodo dicitis &c.] Postquam arguit populi stoliditatem, arguit hic Doctorum, & Prælatorum, eorum doctrinam mendacem, & auaritiam tenacem qui seducebant populum. Et loquitur ad Prophetas Pseudo, & Scribas, & Pharisæos, & Sacerdotes, Prælatos nostri temporis. Sup. 6. b. Isa. 56. d.

n Et lex Domini,] id est, iactatis vos de scientia.

o Nobiscum est] per operationem, quasi, quomodo iactatis vos de scientia, & de vita, cum nec scientiam legis habeatis, nec custodiam operis? Sapientiores enim sunt aues, quàm vos, & diligentiores in præcauendo sibi, & necessaria prouidendo.

p Verè mendacium operatus est, &c.] id est, scriptitauit, & statuit mendacem legem, & statutum fallax, quasi iactatis vos de legis notitia, & tamen scribitis iniquitatem, & mendacia, & sic subuertitis populum per expositiones, & traditiones vestras, & pauperes opprimitis per statuta vestra; vnde *Isa.* 10. a. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. *Mat.* 15. a. Quare transgredimini mandatum propter traditiones vestras? q Confusi sunt sapientes,] i. confundentur tempore captiuitatis Doctores eorum, & Sacerdotes, quorum erat, & scire, & docere legem Domini. Et ideo dicuntur sapientes, non quia essent, sed quia esse debuerunt, vel se esse æstimabant. Vel sapientes, id est, astuti in malitia, & traditionibus & statutis faciendis. Sapientia autem illorum conuincitur propriè esse stultitia, vt dicit *Ieron.* quia sua propria scientiâ; vel suo proprio Iudicio se condemnant, vt illi qui prædicant non furari, furantur, quibus dicitur, Alium doces, teipsum non doces. *Rom.* 2. c.

r Perterriti, & capti sunt,] id est, perterrebuntur in hostium aduentu, & vrbis obsidione, & tandem capientur in vrbis destructione. Et hoc quia.

s Verbum Domini proiecerunt] ne illud opere custodirent.

t Et sapientia nulla est in eis] quia legem Domini non reuoluunt in mente. Falsò ergo dixerunt se esse sapientes, & legem Domini secum esse. Frustra enim vt dicit *Iero.* iactant legis notitiam, qui destruunt operibus doctrinam. Vnde *Eccl.* 34. d. Vnus ædificans, & vnus destruens, scilicet exemplo, vel vitâ, quid prodest eis, nisi labor, id est gehennæ cruciatus? *Aug.* Bene loqui, & malè viuere, nihil aliud est, quàm se sua voce damnare. Bene dicit: In eis, quia alios docent, se non. Vnde non sibi, sed aliis sciunt. *Os.* 4. b. Quia tu scientiam repulisti a te, ecce ego expellam te ne fungaris sacerdotio. Ideo dicit, proiecerunt, quia aliis effundunt, nihil sibi retinent. Vnde *Isa.* cap. 47. c. Sapientia tua, & scientia tua hæc decepit te.

u Propterea dabo mulieres eorum exteris,] id est, vxores eorum extraneis, scilicet, hostibus eorum tradam eas, vel filias eorum, vt eas violent, quod est maxima confusio viris.

x Agros eorum,] i. possessiones quascunque eorum.

y Hæredibus,] id est, alienis, qui eas in perpetuum teneant, quasi iure hæreditario eas possidentes, & non tantum ad tempus. Sic Ecclesiæ, & animæ subditorum tradentur Dæmonibus propter pigritiam, & auaritiam Prælatorum.

z Quia à minimo vsq; ad maximum omnes auaritiam sequuntur,] & ita per consequens omnia alia mala. 1. *Tim.* c. 6. b. Radix omnium malorum est cupiditas, & c. *su.* b. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. *Amos.* 9. a. Percute cardinem, & commouebuntur superliminaria: Auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum

A in gladio interficiam

a in gladio interficiam *Isa.* 1. b. Omne caput languidum, id est, Prælati, & Principes, & omne cor mœrens, id est, Prophetæ, & sapientes, a planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Vnde. a A propheta vsque ad Sacerdotem, &c.] id est, fingunt mendacia, & componunt detractiones fraudulenter, siue fallaciter aliena rapiendo decipiunt alios. *Ieron.* Qui alios peccantes prohibere deberent, primi sceleribus subiacent. Vel cuncti faciunt mendacium, id est, loquuntur. Vel faciunt mendacium, id est, peccata, maximè adorando idola, quæ non nisi mendacia & falsa figmenta sunt.

a à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt mendacium: & b sanabant contritiones filiæ c populi mei d ad ignominiam, e dicentes, pax, pax, cum non f esset pax. g Confusi sunt, quia abominationem fecerunt? q quinimino confusione non sunt confusi, & i erubescere nescierunt? k Idcirco cadent inter corruentes, in l tempore visitationis suæ m corruent, dicit Dominus. n Congregans o congregabo eos, ait Dominus, p Non est vua in q vitibus, & non sunt r ficus in s ficulnea, t folium defluxit, & u dedi eis, x quæ prætergressa sunt.

b Et sanabant, &c.] Id est, comminationem, Prophetarum, & legis factam in Ierusalem, contra transgressiones mollebant, & sic sanabant contrionem, id est, sanandam dicebant, vel de facili eis veniam obtinendam prædicabant, dicentes: Nolite tristari, Deus misericors est.

c Filiæ populi mei,] id est, Ierusalem, dicentes, quòd non contereretur ab hostibus & ita sanatam, vel sanandam, dicebant: Sed hæc sanatio, vel promissio est.

d Ad ignominiam,] id est, ad deceptionem, vel confusionem eorum qui in talibus verbis confidunt, vel eorum qui hoc dicunt, cum viderint oppositum euenire, Sanabant dico.

e Dicentes pax, pax,] id est, firma est pax, vt repetitio sit firmitatis ostensio.

f Cum non esset pax. Immo imminens bellum Chaldæorum. Vel, pax, in præsenti, & pax in futuro. Vel pax mentis, & pax corporis. Vel, secundùm *Ieron.* Sanabant contritiones, post prædicta mala, quasi essent boni Medici, id est, sicut viri sancti, aliena vulnera verbis sanare curabant, quia ipsi erant omnium scelerum retinacula. Sed dicit *Greg.* Mundus debet esse à sordibus, qui aliena corrigere curat. Quod est in ignominiam, vel eorum qui decipiunt, vel eorum qui decipiuntur per ipsos. Tales dicunt, pax, pax, cum tamen nec ad Deum, nec ad proximum pacem habeant. *Ose.* 4. b. Peccata populi mei comedent, id est, annihilabunt, & nulla esse dicent, & sic ad iniquitatem sublevabunt animas eorum, i. pronoseos facient ad maiora peccata. Ecce quomodo sanant ad ignominiam. Dicunt enim se sanaturos vulnera eorum per orationes, sed non sanantur. De hoc *inf.* 41. b. dicitur: quòd octoginta viros rasos barba venientes ad Godoliam, Ismael promittens eis pacem occidit: sic Sacerdotes fœneratoribus, & luxuriosis licentiam fœnerandi & fornicandi concedunt pro anniuersariis, tricennariis, & aliis oblationibus, quas eis iniungunt, palpando eorum vitia, & quasi dissimulando, quod est licentiam peccandi dare. Et hoc faciunt ad ignominiam suæ auaritiæ, & dicunt Pax, pax, quasi, date mihi hoc, & Deus propitius erit vobis. *Mach.* 7. b. Conuenerunt ad Alchimum, qui volebat fieri summus Sacerdos, congregatio Scribarum, qui volebant require, quæ iusta sunt, & exquirebant ab eo pacem: Dixerunt enim, homo Sacerdos de genere Aaron venit, non nos decipiet, & locutus est cum eis verba pacifica dicens: Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris, & crediderunt ei, & comprehendit ex eis sexaginta viros, & occidit eos: vnde incubuit timor, & tremor in omnem populum, r Quia dixerunt, non est in eis veritas, & iudicium, transgressi sunt enim constitutum, & iusiurandum, quod iurauerunt. Alchimus interpretatur fermentum vani consilij. Hi iustificant impium pro muneribus, vt dicitur *Isa.* 5. f. Viuificant animas, quæ moriuntur propter pugillum hordei, vt dicitur *Ezech.* 13. c.

g Confusi sunt, quia abominationem fecerunt.] Secundùm Ieron. legitur hoc interrogatiuè: quasi, erubuerunt-ne in sceleribus suis, intellexerunt abominationes quas fecerunt? quasi non, sed in tantam eruperunt amentiam, vt nec confusione corrigerent vitia, nec spe veniæ scelera sua confiterentur. Vnde.

h Quinimmò confusione non sunt confusi,] salubriter ad pœnitentiam.

i Et erubescere nescierunt,] inoluerunt *sup.* 3. b. Frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, scilicet, confusione, quæ adducit gloriam, vt dicitur *Eccl.* 4. c.

k Idcirco cadent inter corruentes,] id est, morientur inter morientes de populo.

l In tempore visitationis suæ,] id est, captiuitatis eis pro meritis competentis.

m Corruent,] id est, simul cum minoribus maiores ruent, & econuerso, id est, toti, & omnino ruent. Ecce isti magni, quia sua dignitate abusi sunt, cùm minimis de populo in pœna associabuntur, immo inferiorem in pœna gradum tenebunt, tanto quanto à maiori dignitate descendunt. Inde ad Principem Angelorum dictum est *Isa.* 14. d. Veruntamen ad Infernum detraheris in profundum laci. Quia enim vitio sunt similes, & erunt omnes similes in tormento. Omnes enim a minimo vsque ad maximum auaritiæ student, & ideo simul omnes corruent. Vocat autem aduentum Nabuchodonosor visitationem, quia Papa visitans prouinciam per Legatos suos, alios sublimat per illos, alios deponit, & deprimit: sic Dominus visitauit Iudæos per Nabuchodonosor, qui quosdam deiecit, quosdam etiam sublimauit,

n Congregans. Hic post redargutionem eorum de peccatis, & comminationem captiuitatis, determinat modum casus, & afflictionis eorum.

o Congregabo eos] scilicet, in Ierusalem, vt ibi à Chaldeis obsideantur longo tempore. Imminente enim obsidione, congregauerunt se vt possent ciuitatem munire. Ibi enim famis inopiam sustinebunt, quia.

p Non est vua in vitibus, & non sunt, &c.] scilicet, vobis, sed hostibus, quasi non capietis fructus vinearum vestrarum, & aliarum arborum, sed hostes vestri capient tempore collectionis, & vindemiæ.

t Folium defluxit] quasi tempus transibit, & autumnus succedet æstati, & hyeme aduenente folia defluent, & illos videbitis fructus terræ vestræ colligere, & ex eis non capietis vobis cibum. Vnde.

u Et dedi eis, &c.] id est, dedi Iudæis ad videndum, quæ præterierunt ab eis, id est, dedi ipsos videre, quomodo hæc præterierint ab eis, & darentur eorum inimicis, quod erat eis maximus dolor, scilicet, cernere bona sua, vnde nihil capere auderent, sed transire ea in manus hostium. *Isa.* 1. c. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, sicut dicitur: Hoc transibit ante oculum tuum, vel nasum, & non gustabis. Vel.

u Dedi eis,] id est, in terra sua dedi eis copiam omnium bonorum.

x Quæ tamen prætergressa sunt,] id est, quæ præterierunt ab eis, & ab hostes deuenerunt. Vel.

u Dedi eis quæ pretergressa sunt,] i. quæ dedi eis aliis annis iam præterierunt, quia iam omnia commederunt, & expenderunt, quæ prius dederam eis, ita quòd in obsidione nihil habebunt ad comedendum, nec de præteritis annis, nec de futuro, quia agros, & vineas eorum demetent hostes, quæ valde fertilia tunc erant, vt magis dolerent Iudæi, videntes hostes omnia diripere. Moraliter. p Non est vua, id est, peccati memoria ex qua exprimatur vinum compunctionis, *Ps.* 59. Potasti nos vino compunctionis.

q In vitibus,] id est, in pœnitentibus. r Neque, ficus,] id est, dulcedo animi, & suauitas spiritus, siue dulcis, & hilaris voluntas bene agendi. s In ficulnea,] id est, in proficientibus, vel perfectis, vel religiosis, & contemplatiuis. In vtrisque enim hodie magis inuenitur spina per auaritiam & cupiditatem, & tribulus, per carnalem concupiscentiam. Et ideo nec vuam habent, nec ficum, id est, pœnitentiam pungitiuam, vel animi delectationem. *Matt.* 7. c. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? *Moraliter.*

t Folium defluxit,] id est, verbum eorum tanquam inane, & siccum humore gratiæ, & ideò defluit, id est, deorsum fluit, quia sine deuotione, & vtilitate est, vel non nisi vanitatem quærens. Sed 1. *Reg.* cap. 3. d. dicitur. Creuit Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. *Prou.* cap. 11. d. Qui confidit in diuitiis suis corruet; iusti autem quasi virens folium germinabunt, *inf.* cap. 17. b. Non timebit cùm venerit æstus, & erit folium eius viride. Et *Eccl.* cap. 21. d. Verba iustorum statera ponderabuntur.

u Et dedi eis, quæ prætergressa sunt, id est, dedi eis hæc temporalia transitoria, quæ non esse præsentia, sed præterita dici debent. Ista ergo est ratio quare defluxerunt folia spiritualia, quia, scilicet, superueniunt temporalium

a abundantia, quæ est prætergressio, quia in transitu est rota. a Quare sedemus.] Vox est populi cohortantis se mutuò; vt ciuitates ingrediantur munitas, vel vnam, scilicet, Ierusalem, quia præter illam iam captæ erant cæteræ. Vnde dicit b Conuenit e, & ingrediamur, &c.] omnes nos.

a Quare sedemus] scilicet, in domibus nostris extra loca munitionum, & in villis quasi securi existentes, cum hostium aduentus ita sit imminens? Vnde hoc dicunt illi, qui manebant extra ciuitatem.

Isa. 14. d.

a Quare sedemus? b Conuenite c & ingrediamur ciuitatem munitam, d & sileamus ibi, e quia Dominus noster silere nos fecit. f & potum dedit nobis aquam fellis. g Peccauimus enim Domino: h Expectauimus pacem, & non i erat bonum; k tempus medelæ, & l ecce formido. A m Dan auditus est n fremitus equorum eius à o voce hinnituum pugnatorum eius p commota est omnis terra. Et q venerunt: & r deuorauerunt f terram, & t plenitudinem eius, vrbem & u habitatores eius, quia x ecce ego mittam vobis serpentes † pessimos

d Et sileamus ibi.] id est, sine murmure obsessionem, & famem in ea substineamus. Vel, sileamus, sicut obsessi in ciuitatibus de die silent, vt audiant ex qua parte sit insultus, & illuc currant; de nocte autem clamant, ne dormiant, & vt videantur non timere hostes. Vel, sileamus ibi, id est, non præsumamus voce aperta orare Deum, sed silenter in corde peccata nostra cogitemus ibi.

e Quia Dominus, &c.] id est, tot flagella nobis intulit, quòd iam non habemus fiduciam deprecandi, vel iactandi de legis scientia. Alia *litera* habet: Abiiciamur ibi, siue proiiciamur, Ita, scilicet, instar stercorum, quia Dominus abiecit nos à se.

f Et potum dedit, &c.] id est, aquas amaras dedit nobis in obsidione, & putridas. Vel dedit nobis amarissimam tribulationem, quasi tribulatio erat vita nostra, quia in miseria viuebamus. Et quare?

g Peccauimus enim Domino,] id est, ipso vidente, vel contra ipsum.

h Expectauimus pacem,] id est, temporis tranquillitatem, qui tamen nihil boni feceramus.

i Et non erat bonum] scilicet expectare. Vel. Non erat bonum, id est, bonum expectatum non suberat nostræ expectationi.

k Tempus medelæ] scilicet, expectauimus. l Et ecce formido.] In aduentu hostium, quia quasi vulnerati fuerunt Iudæi tempore Sennacherib, sed postea pacem habuerunt, vnde tempus illud quo sub Ezechia fuerant in pace, tempus reputabant medelæ, & credebant in pace perseuerare, & quod haberent abundantiam temporalium, quod esset quasi medela respectu priorum malorum. Vel dic, quòd tempore quo recessit Nabuchodonosor à Iudæa in Ægyptum, dicebant Iudæi, quod iterum non reuerteretur, & promittebant sibi pacem temporis, & medelam prioris afflictionis. Sed iterum in aduentu exercitus eius in Iudæam, aduenit eis formido subitò, & bonum, quòd sperabant, defuit.

Moraliter. Moraliter. a Quare sedemus,] id est, per peccandi consuetudinem quiescimus, quasi, quid nobis ad vltimum proderit superbia, aut diuitiarum iactantia quid conferet nobis? *Sap.* 5. b. Nam stipendia peccati mors: *Rom.* 6. d.

b Conuenite] quasi in conuentum, vel religionem venite. c Et ingrediamur ciuitatem,] id est, religionem in qua secure viuitur, sicut in ciuitate munita. d Et sileamus ibi.] Ad literam teneamus ibi silentium nostrum. *Ps.* 140. Pone custodiam ori meo, &c. *Isa.* 32. d. Cultus iustitiæ silentium. *Ibid.* 30. d In silentio, & spe erit fortitudo vestra.

e Quia Dominus noster silere nos fecit] quasi, dedit nobis occasionem silendi, id est, non murmurandi, scilicet, memoriam peccati, quæ valde facit hominem esse in pace, vt scilicet, non loquatur, vel murmuret in flagellis. Bene autem dicitur in silentio, & spe fortitudo vestra, quia spes, scilicet, æternæ mensæ est fortitudo hominis contra illa quæ patitur in se, & à se, scilicet, contra ieiunium, & alias carnis macerationes; silentium autem contra ea, quæ patitur ab alio, ne scilicet murmure contra obedientiam prelatorũ, vel vituperia, & opprobria sibi ab aliis illata. Vel potest hoc dici ad Theologos studentes nimis diu Parisiis.

Aliter. a Quare sedemus? conuenite, & ingrediamur ciuitatem.] scilicet, ad prædicandum. *Ps.* 126. Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris, qui est sacra Scriptura, quæ tota est plena dolore, id est, Christi passione irrigata. *Genes.* 3. d. In sudore vultus tui, &c. *Isa.* 21. b. Pone mensam contemplare in specula, comedentes, & bibentes surgite, Principes arripite clypeum, i. verbum quod est clypeus ignitus, vt dicitur. *Prou.* 30. a. Sed dicitur *Genes.* 38. c. Thamar quæ vidua erat absque viro sedit in biuio itineris, eo quod creuisset Sela, & non accepisset eum in maritum. Vnde ibi sequitur, quod fornicata est, dixerat tamen ei Iudas: Esto vidua in domo patris tui donec crescat Sela filius meus.

f Et potum dedit nobis aquam fellis] id est, aquam pristinæ, delectationis nobis reuocat ad memoriam, vt habeamus amaritudinem mentis. Vel aqua quæ refectionem facit, significat beneficia data religiosis & clericis, quæ debent accipere quasi fel, id est, cum luctu, & amaritudine. Vnde *Ps.* 79. Cibabis nos pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Vel aqua fellis est delectatio cordis spiritualis, quæ habetur cum amaritudine carnis & maceratione. Et hoc est comedere agnum cum lactucis agrestibus. Vel aqua fellis est pœnitentia, quæ est dulcis cordi sano, sed ægro est horribilis, in qua tanquam in potu debet homo delectari. Vnde *Ps.* 101. Cinerem tanquam panem manducabam, quæ tamen horribilis est peccatori. Vnde *Eccl.* 1. d. Execratio peccatori cultura Dei.

Al. † regulos.

g Peccauimus enim Domino] *Luc.* 15. c. Pater peccaui in cœlum, & coram te. *Ps.* 50. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.

h Expectauimus pacem] tempus, scilicet, veniæ vel æternitatis.

i Et non erat bonum] scilicet, mundanæ prosperitatis, simul enim debent iungi expectatio bonorum æternorum, & carentia præsentium: Quia beati pauperes spiritu, &c.

Matt. 5. a.

k Tempus medelæ] scilicet, in futuro, quando absterget Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum suorum vt dicitur *Apoc.* 21. a. Quando Dominus alligabit vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanabit, vt dicitur *Isai.* 30. f.

l Et ecce formido] scilicet, timoris in præsenti, quo timetur pœna gehennalis, simul enim debent copulari spes præmii, & timor supplicii, *Ps.* 85. Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.

Ad literam. m A Dan auditus est fremitus &c.] Tribus Dan habuit sortem ab Aquilone, & per eam transiit exercitus Nabuchodonosor ad Ierusalem. Vel, Dan, quoddam est castrum sic dictum quod erat in sorte Dan. In quo loco, vt dicit *Ieron.* oritur fluuius Iordanis, sed contra super illud *Matt.* 16. b. Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi. Ibi dicit *Gl.* quòd Iordanis oritur ad radices montis Libani. Sol. Non est contrarietas, iuxta illum montem est oppidum Dan.

n Fremitus equorum eius,] id est, Nabuchodonosor, vt *sup.* 4. d. Vox annunciantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim.

o A voce hinnituum pugnatorum eius,] id est, exultantis clamoris pugnatorum. Vel clamore hinnitus equorum, per quos, vel super quos pugnabant equites.

p Commota est omnis terra. Hyperbole est, quasi tanta erat multitudo pugnatorum, vt quando exultando clamarent, vel equi eorum hinnirent, terra videretur moueri. Vel, Commota est omnis terra, id est, habitantes in tota Iudæa terrebuntur quicunque audierint sonitum eorum. Hyperbole, dicitur ab hyper quod est super, & bole, vel bolus, quod est iactus, vel est sententia, quia minus dicit, cùm maius dicere videatur. q Et venerunt] pugnatores.

r Et deuorauerunt terram] siue venient, & deuorabant terram. t Et plenitudinem eius,] id est, ea quæ implent terram, sc. homines, vel fructus, vel alia terræ; & non solùm terram circumadiacentem vastabunt, et in solitudinem redigent, sed etiam. u Vrbem & habitatores eius] scilicet Ierusalem.

x Quia ecce ego mittam vobis serpentes pessimos] vel [mortiferos] secundùm *Septuaginta*, vel [regulos] vt transtulit *Aquila*

Moraliter. Moraliter m A Dan] quod interpretatur Iudicium n Auditus est fremitus eorum,] i. suggestio satellitum Diaboli. Iudicium enim, siue iudicii timor aperit aures ad intelligendum persuasiones & tentationes Diaboli. o A voce hinnituum pugnatorum,] i. suggestione Dæmonum. p Commota est omnis terra,] i. terreni ad peccandùm *inf.* 11. c. A voce loquelæ grandis exarsit ignis in ea. q Et venerunt,] i. venient Dæmones. r Et deuorauerunt,] id est, deuorent.

f Terram, &c.] id est, quicquid in ea est u Vrbem & habitatores eius,] i. animam inquinant, & bona naturalia corrumpunt, & virtutes in ea destruunt. Hos autem suggestores, i. Dæmones vocat y Serpentes pessimos,] id est,

* Regulos qui solo flatu

a vt transtulit Aquila, id est, Chaldæos qui insanabiliter percutient vos, & qui nullo modo persuadeantur ad pacem. Vnde. a Quibus non est incantatio, quia non audient persuasionem, vel supplicationem. Vnde. *sup*. 5. d. Gentem cuius ignorabis linguam. Vnde in hoc notatur crudelitas.

G

a quibus non est incantatio, & b mordebunt vos, ait Dominus. c Dolor meus, super d dolorem: in e me cor meum mœrens. f Ecce vox clamoris filiæ populi mei g de terra longinqua. h Nunquid Dominus non est in Sion, aut i Rex eius non est in ea? k Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, l & in vanitatibus alienis? m Transijt messis, n finita est æstas, & nos saluati non sumus. p Super contritione filiæ populi mei q contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me. r Nunquid resina non est in Galaad, f aut medicus non est ibi? t Quid igitur non est obducta u cicatrix filiæ populi mei?

b Et mordebunt, &c.] i. vastabunt, & occident. In morsu enim serpentium est horror & periculum mortis, sic & in aduentu Chaldæorum *Deu*. 32. d. Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium. Vel ad literam, serpentes qui expellent vos de cauernis, ita vt non possitis latitare, sed hoc non legitur.

Moraliter. a Regulos qui solo flatu mortiferæ suggestionis deijciunt aues volantes. Dæmones enim flatu suggestionis deiiciunt contemplatiuos pennis virtutum alta petentes, vel Prælatos pennis vitiorum ad Prælationes, & dignitates ascendentes.

a Quibus non est incantatio; Diabolus enim est crudelis, quia non miserebitur. Vel serpentes flatu interficientes, sunt detractores quibus non est incantatio, qui in omni sermone suo aliis detrahunt, qui ad modum Regulorum omnem virorem bonorum iuxta se in aliis existentes, vel diminuunt, vel annihilant per detractionem, & inuidiam. *Eccl*. 12. e. Quis medebitur incantatori, id est, Prædicatori

Ad literam. à serpente percusso? Prædicatores enim maximè grauat detractio.

c Dolor meus.] Hic magna Domini clementia ostenditur, euersionem Ierusalem, & eius miserias ex compassione non ferentis, vt non tantùm dolorem, sed vt dolorem super dolorem dicatur habere pro eis. Vnde *Isa*. c. f. Heu consolabor super hostibus meis. Vel sunt verba Prophetæ Iudæorum captiuitatem plangentis. Dolor meus de destructione duarum tribuum accumulatus est.

d Super dolorem] de destructione decem tribuum.

e In me cor meum mœrens,] id est, mente doleo pro destructione populi mei. *Septuaginta* sic habent. Mordebunt vos, ait Dominus, insanabiliter cum dolore cordis vestri deficientes.

Moraliter. Moraliter. Quælibet iusta anima in exilio posita, debet habere dolorem super dolorem, id est, cumulatum dolorem, vel dolorem irrigui superioris, & dolorem irrigui inferioris, vt dicat. e In me cor meum mœrens,] id est, dolorem habeo pro peccatis interiorem, quem non exteriùs ostento, vt hypocritæ vani qui ostentant pœnitentiam, & lacrymas suas. Vel in se cor habet mœrens, non extra se, qui pro defectu interiori virtutum luget, non pro exteriori temporalium. *Psal*. 142. Anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. *Gen*. 6. b. Tactus dolore cordis intrinsecùs dixit, delebo hominem. Dominus enim dolet pro defecto nostro interiori, non exteriori. f Ecce vox clamoris, &c.] quasi valde ex intimo doleo pro populo meo. Quia f Vox clamoris, &c.] id est, cuiuslibet personæ de populo meo, quæ est in Ierusalem, audita

Ad literam. est. g De terra longinqua,] id est, tanta est, quòd potest audiri de terra remota à loco, in quo est fletus, scilicet, à Ierusalem. Vel de terra longinqua propter ingressum Chaldæorum, qui veniunt de terra longinqua, quia multùm remoti sunt à Ierusalem, qui clamant præ gaudio de futura victoria quam spectant. Vel vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua, quia materia, siue occasio clamoris, vel causa fletus eius fuerunt Chaldæi venientes de terra longinqua. h Nunquid Dominus non est in Syon, &c.] quasi non habent Dominum defensorem, aut eorum rectorem contra hostes, imò recessit ab eis, & ideò pro nihilo confidunt de liberatione cum sine me non possint se defendere. *Mich*. 4. c Nunquid Rex non est tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia cōprehendit te dolor, sicut parturientem? sic ipsi ideò clamāt, quia non est, qui defendat eos.

h Dominus] pater. i Rex] filius. k Quare ergo, &c.] id est, idolis. l Et in vanitatibus alienis,] id est, in ritibus, & cæremoniis Gentilium. Ab alienis enim gentibus idola, & cultum idolorum acceperant. Et dicit: Quare ergo, quasi dicat, equidem ex hoc, quòd idola coluerunt prouenit eis, vel accidit hoc, quod dictum est, quod scilicet, Dominus non est in eis, sed recessit ab auxilio eorum, quia dicit Dominus, me qui Rex eorum eram, per idolorum cultum ad iracundiam prouocauerunt. Vel. Quare ergo, scilicet, ab eis recessit, quia supple ad iracundiam, &c. m Transijt, &c.] hic populus loquitur qui in Ierusalem longâ obsidione conclusus est. Transijt messis, finita est æstas, quasi mutata sunt tempora, reuoluti sunt annorum circuli. o Et] tamen nos saluati non sumus, id est, ab obsidione liberati, sicut promiserant pseudo-prophetæ, sed spes nostra irrita est.

Moraliter. m Transijt messis,] id est, Quadragesima, in qua anima debet metere, & horrea sua, id est, vires suas bonis fructibus replere. n Finita est æstas,] id est, tempus caloris gratiæ, vel tempus præsentis vitæ, in quo colligere debemus, quod in futura vita comedamus. Sicut facit formica, cùm non habeat ducem, nec Principem, nec præceptorem, parat æstate cibum sibi, &c. *Prou*. 6. a. o Et nos saluati non sumus] quia tempore salutis, salutem non quæsiuimus, quia nunc est tempus acceptabile, nunc sunt dies salutis, vt dicitur 2. *Cor*. 6. a. Vnde hic possunt dicere damnati in Inferno. *Moraliter.*

p Super contritione, &c.] Antropopathos. Inducit enim Propheta Dominum dolentem de contritione filiæ populi sui, & præ incurabilitate eius admirantem. Vnde. *Ad literam.*

q Contritus sum, &c.] Pro plaga populi mei, quia non sanatur cum habeat medicos, & medicamina multa. Vnde.

r Nunquid resina, &c.] Duo ponit quæ sunt infirmo necessaria, scilicet, medicina, & medicus. Vnum enim sine alio parum prodest. Hæc duo erant in Galaad, id est, in Iudæis quibus aceruus testimoniorum Prophetalium creditus erat. Habebant enim resinam, id est, legem, vel purificationes legales, & Circumcisionem maximè, & pœnitentiam, & habebant medicos, id est, Prophetas, & Sacerdotes. Vnde. Nunquid, &c. quasi, imò legem habent Iudæi pro medicina si volunt. Sed secundum *Hiero*. per resinam in Galaad. significatur pœnitentia, siue facultas pœnitendi. Ad litteram enim resina medicinalis est, fluens à Terebyntho, quæ abundat in Galaad: Per Galaad intelligitur Ierusalem. f Aut medicus, &c.] id est, Propheta, vel Sacerdos, quorum orationibus, vel prædicationibus populus valeat curari, quasi imò. *Luc*. 16. g. Habent Moysen & Prophetas, audiant illos.

t Quare igitur, &c.] id est, curata. u Cicatrix filiæ, &c.] id est, plaga peccati, vel flagelli, sicut cutis est obducta, quando vulnus sanatur. Tunc enim cutis superducitur, & obducitur.

Moraliter. r Resina est pœnitentiæ medicina, quæ est in Galaad, id est, in Ecclesia, vbi est aceruus testimoniorum, scilicet, veteris, & noui Testamenti, & aceruus testium, scilicet, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, *Hebræo*. 12. a. Habentes itaque impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum per patientiam curramus, &c. Vel. Resina, sunt Sacramenta, quæ perfluxerant à terebyntho, id est, a Christo. *Ecclesiast*. 24. b. Ego quasi terebynthus expandi ramos meos, & rami mei honoris, & gratiæ. Dicitur enim, quòd licet resina communi nomine dicatur quodlibet gumi, à reein, quod est fluere, tamen resina terebynthina preciosissima est, maximè illa, quæ sponte fluit. Terebynthus enim sub qua Iacob idola abscondit. *Genes*. 35. a. significat Crucem, sub cuius vmbrâ, & protectione abscendere debemus peccata nostra. Et ab hac arbore sponte resina fluit, quando ad Crucis Christi imitationem pœnitentiam voluntariam assumimus, & hæc est valde preciosa. Sed sicut resina nihil est in comparatione Terebynthi ex qua fluit, sic ferè nihil est, quod agimus in respectu Dominicæ Passionis. Omnes enim iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ: *Isa*. 44. b. Et dicit *Greg*. quod omnis iustitia nostra iustitiæ Dei comparata, iniustitia est. Ideo non dicit Apostolus, quòd credere Abrahæ sit iustitia, sed reputetur ei ad iustitiam, vt dicitur. *Rom*. 4. d. Magna misericordia Dei est, quod aliquod opus hominis vult dici iustitiam. *Moraliter.*

f Aut medicus, &c.] quasi imò est. Ecclesia enim habet Doctores, & Sacerdotes vulneribus peccatorum medelam adhibentes; Sed Heu dicere verè possunt illud. *Isa*. 3. b. Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum. Quomodo enim sanabunt qui infirmi sunt? Dicitur enim eis. Medice cura teipsum, vt dicitur, *Luc*. 4. d.

Quis dabit capiti meo

EXPOSITIO CAP. IX.

QVis dabit capiti meo aquam. Adhuc hic in principio capituli, populi sui interfectionem Propheta in persona Domini, lugenti, & compatienti animo recolit. Secundò, facultatem vitandi consortia istorum petit propter malitias, & iniquitates eorum: *Ibi*: Quis dabit me in solitudinem? Tertiò Propheta qui ante contritionem populi planxerat, iterum terræ vastitatem, & ciuitatum destructionem plangit. *Ibi*: Super montes assumam fletum. Quartò, inuitat Sacerdotes vt causam tandem tanti flagelli considerent, & intelligant, quia, scilicet, legem populi dereliquerunt, & alia idola fecerunt, quæ ibi addit. *Ibi*: Quis est vir sapiens? Quintò, lamentatrices vocat ad fletum assumendum. *Ibi*: Contemplamini, & vocate lamentatrices. Sextò, ne sapientes, & fortes, & diuites prædictam calamitatem se posse euadere putent, sapientiam eorum, & fortitudinem, & diuitias confundit. *Ibi*. Non glorietur, &c. Septimò, in consolationem gentis suæ vastationem aliarum gentium inimicarum describit. *Ibi*: Ecce dies veniunt. Dicit ergo Propheta in persona sui, vel Domini plangens.

A

CAP. IX.

QVis *a* dabit capiti meo aquam, *b* & oculis meis fontem *c* lacrymarum? Et *d* plorabo die ac nocte, *e* interfectos filiæ populi mei. *f* Quis dabit me in solitudinem † *g* diuersorum viatorum? Et *h* derelinquam populum meum, & recedam ab eis, quia omnes *i* adulteri sunt, & *k* cœtus præuaricatorum, & *l* extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij, & non veritatis. *m* Confortati sunt in terra, quia *n* de malo ad malum *o* egressi sunt,

al. † diuersoriorum.

a Quis dabit capiti meo aquam.

b Et oculis meis fontem lacrymarum,] id est, abundantiam?

d Et plorabo, die ac nocte,] id est, assiduè.

e Interfectos filiæ populi mei,] id est, Ierusalem, quasi dicat, si totus vertar in fletum, & nequaquam guttæ cessent lacrymarum, quasi in abundantiam fluminis decurrentes, tamen interfectos filiæ populi mei de Ierusalem dignè flere non potero. Tanta enim sunt mala, vt omnem vincant dolorem sui magnificentia, 1. *Mach*. 2. a. dicit Mathathias: Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & Ciuitatis sanctæ, & sedere illic cùm datur sanctum in manus inimicorum? Hic ergo ostenditur Ieremias fuisse miræ compassionis, qui tam assiduum, tam copiosum, & affectuosum luctum assumit pro populo suo, dans formam sic faciendis Prælatis pro populo sibi commisso. Vnde *Thren*. 2. d. Defecerunt præ lachrymis oculi mei. 2. *Mach*. *vlt*. c. Hic est fratrum amator, & populi Israel, qui multùm orat pro populo, & vniuersa sancta ciuitate Ierusalem, Ieremias Propheta Dei. Hic est notandum, quantùm sit lugendum ipsi peccatori, cùm tantùm lugeat iustus compatiens ei. Hic autem duplicem fletum, scilicet, interiorem, & exteriorem ostendit. Aqua enim capitis est dolor interior mentis: Fons oculorum, est abundantia lacrymarum exterior. Sunt enim quidam, qui oculos suos producere lacrymas docuerunt, cùm tamen interiùs cor habeant aridum, & siccum. Vel duplex est fletus. Vnde dicit.

a Quis dabit capiti meo aquam.] Aquam, scilicet, torrentis, siue aquam pluuialem, pro irriguo superiori: Torrens enim qui ex aquis pluuialibus desursum venientibus est, est luctus pro irriguo superiori.

b Et oculis meis fontem,] id est, abundantiam.

c Lacrymarum] pro irriguo interiori: Aqua enim fontis ex imo scaturiens sursum ascendit. Irriguum inferius est luctus pro suis, & alienis peccatis, & pro incolatu miseriæ præsentis. Quæ aqua sursum ascendit, quia facit salire in vitam æternam, vt dicitur *Ioan*. 4. b. Item per torrentem lacrymarum significatur violentia, qua Deum lacryma pœnitentis compellit: Torrens enim violenter currit. Vt enim dicit *Glos*. super Tob. oratio lenit, lacryma cogit, hæc vngit, illa pungit. Et sicut torrens diuersa obstacula diruit, sic lacryma feruentis desiderij omnia peccata diluit, omnia tormenta contemnit; & cursum suum ad Deum peragit vsque perueniat ad spectum Dei. *Eccl*. 35. c. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis. Item per fontem lacrymarum, copia, & assiduitas fletûs significatur. Fons enim copiosè, & assiduè fluit, & ex interioribus visceribus terræ nascitur. *Bern*. si de corde istæ lacrymæ procederent, non ita facile in risum soluerentur, *Psal* 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. *Cant*. 7. b. Oculi tui sicut piscinæ in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. Lacrymæ bonorum sunt in porta filiæ multitudinis, quia omnibus sunt communes, & ad ablutionem sordium & ad refrigerationem tentationum cedunt in populo, pro quo flent. Lacryma est salsa, humida, pura, calida. Salsa pro peccatis proprijs. Humida pro alienis, vt scilicet, duritia cordis proximi emolliatur. Pura pro incolatu huius miseriæ. Calida pro desiderio æternæ patriæ.

f Quis dabit me in solitudinem diuersorum viatorum?] Optat fugere consortia eorum propter mala eorum.

g Diuersorum viatorum,] id est, per quam transeunt viatores, qui veniunt ex diuersis partibus, vel loco solitario, & secreto, ad quem solent viatores diuertere, vt securius pausent.

h Et derelinquam populum meum? & recedam ab eis.] Quasi meliùs est habitare in extremâ solitudine, quam inter tanta hominum scelera habitare, & commorari. Et hoc.

i Quia omnes adulteri sunt.] Ecce quod post fletum sequitur desertio malæ societatis, ne iterum per eam in peccatum decidat. Vnde 1. *Cor*. 15. d. Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Hoc est, quod *Matt*. 4. a. Post baptismum Dominus ductus est in desertum. *Isa*. 52. c. Recedite, recedite, exite inde pollutum nolite tangere, exite de medio eius, mundamini, qui fertis vasa Domini. *Inf*. 15. d. Non sedi cum concilio ludentium, & gloriatus sum a facie manus tuæ. Solus sedebam, quoniam amaritudine repleſti me. *Thren*. 3. d. Sedebit solitarius & tacebit. *Psal*. 101. Factus sum, sicut passer solitarius in tecto. *Bern*. O desertum, Christi floribus vernans, ô Heremus familiarius Deo gaudens, quid agis frater in sæculo, qui maior es mundo? In hoc deserto sunt viatores, qui non habent hic manentem ciuitatem. Quia omnes adulteri sunt. Ideò fuge, quia qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. *Eccl*. 13. a. Adulteri. Adulterant enim in vxores proximorum suorum: Ideo bonum est tales deserere, & dicere cum Domino: *Matt*. 17. c. O generatio incredula, & peruersa quandiu vobiscum ero, quandiu vos patiar? Adulteri, quoad peccatum luxuriæ.

k Et cœtus præuaricatorum] contemnentes obseruantiam legis, & mandatorum Dei, quoad peccatum contemptus & superbiæ,

l Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij,] & non veritatis, dolosè, & fallaciter loquendo cum proximis suis, vt mercatores, & auari, vt sibi accumulent terrenas opes. Arcus mendacij, siue dolosus videtur iacere sagittam extra arcum, sed non iacit, ad minus ad directum: sic aliud ipsi verbis suis prætendebant, & aliud faciebant. Et extendere linguam in cœlum, est os ponere, & loqui blasphemiam, vel in Deum, vel in Prælatum vel in proximum. Hoc propriè dicitur detractoribus, quorum lingua est arcus valde longè iaciens, quia transit bene vsque ad quadraginta leucas. Est enim lingua vniuersitas iniquitatis, vt dicitur *Iacob* 3. b.

Hic est arcus, qui non fallit, quia ad minus se interficit, & ideo dolosus est. *Psalm*. 56. Dentes eorum arma, & sagittæ. *Prou*. 25. c. Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.

m Confortati sunt in terra,] id est, multiplicati sunt in terrenis per linguam mendacij, sicut mercatores, & dolosi, & auari. Et sic sumitur hic terra, sicut ibi: Terra es *Genes*. *tertio*, d. Sæpe enim, qui peiores sunt, magis florent in temporalibus. *Infrà duodecimo*, a. Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui iniustè agunt: Proficiunt & faciunt fructum.

n Quia de malo ad malum egressi sunt.] Quasi: Ideo dico eos præuaricatores, quia de malo ad malum transeunt, post vnum idolum aliud idolum colendo, vel peccata peccatis addendo, vel de malo obsidionis ad malum captiuitatis.

o Egressi sunt,] id est, transierunt. Sed de Sanctis dicit: *Psalm*. 83. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum, &c.

Et in hoc tangit eorum iniquitatem, vel culpam, scilicet, cum dicit: De malo ad malum. Eorum autem infidelitatem, cum subdit.

A Et me non cognouerunt

A a Et non cognouerunt,] id est, me cognoscere contempserunt. Vel, De malo ad malum, quia de aliquibus periculis eos erui aliquando, sed tantò peiores facti sunt. b Vnusquisque se à proximo suo custodiat.] Hoc dicit, quia quilibet fratrem suum ad idololatriam inuitabat, & proximus proximum ad alia mala, & vnus alium dolo decipiebat in cō-

B tractibus suis. c Et in omni fratre suo, &c.] Vnde *Micha*. 7. a. Vir fratrem suum venatur ad mortem. *Ibidem*. b. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, quia filius facit contumeliam patri, & filia consurgit aduersus matrē, nepus contra socrum suam, & inimici hominis domestici eius.

& a me non cognouerunt, dicit Dominus: b Vnusquisque se à proximo suo custodiat, c & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia d omnis frater e supplantans supplantabit, f & omnis amicus fraudulenter incedet, g & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur. Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium, vt h iniquè agerent laborauerunt. i Habitatio tua in medio doli, in k dolo l renuerunt scire me, dicit Dominus. m Propterea hæc dicit Dominus exercituum, n Ecce ego conflabo, & probabo eos: o Quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei? p Sagitta vulnerans lingua eorum, q dolum locuta est. In r ore suo pacem cum amico suo loquitur, s & occulte ponit ei insidias. t Nunquid super his u non visitabo dicit Dñs, x aut in gēte huiuscemodi y nō vlciscetur anima mea?

Greg. Callidus hostis cum à bonorum cordibus repelli se conspicit, eos à quibus valde diliguntur exquirit, & per eorum verba blandiens loquitur, qui plus cæteris amantur, vt dum vis amoris cor perforat, facilè persuasionis gladius ad intimæ rectitudinis
Boëtius de conso. lib. 1. prosa 5. munimina irrumpat. Vnde *Boet*. Nulla pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus. Vnde Sathan, cum abstulit Iob filios suos & omnia bona sua, vxorem reliquit intactam, vt quem per alia damna mouere non poterat, per familiarem subuerteret inimicum. Sic duorum iuuenum bonorum, scilicet Marcellini, & Marci corda quæ per tormenta flecti non poterant, audito parentum vlulatu flecterentur. Poëta.

Cognatum fratremque caue charumque sodalem.

Hoc autem dicit hic, ne fortè se excusarent, dicentes: quomodo ego dimitterem illos adulteros cum sint parentes mei? *Ieron*. Per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem.

d Quia omnis frater.] Id est, qui omnino videbatur esse frater, sc. carne, & amore. e Supplantans supplantabit.] Id est, valdè supplantabit. f Et omnis amicus fraudulenter incedet.] Id est, qui omnino videbatur esse amicus, sed non erat amicus verus, sed simulatorius. Vnde *Micha*. *septimo* a. Nolite credere amico, & nolite confidere in duce.

g Et vir fratrem suum deridebit, &c.] quasi mentietur, & mentiendo deridebit, id est, deludet, & decipiet eum. Et nota, quod supplantatio pertinet ad operationem, fraudulentus incessus ad cordis excogitationem, quando, sc. homo contra amicum suum deceptionem excogitat, derisio autem mendax, quæ idem est quod dolus, pertinet ad oris locutionem. Et ne credatur hoc fieri ex surreptione, & non ex studio, & consuetudine mentiendi, quam iam quodammodo in naturam conuerterunt, vt enim hic dicit *Glo*. vsus facit magistrum, & consuetudo altera natura est, scienter & ex præmeditatione fingebant mendacia, vt non apertis verbis ea dicerent, sed fictis & simulatis. *Ps*. 11. Diminutæ sunt veritates à filiis hominum. Sed *Eph*. 4. f dicitur Deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo.

h Vt inique, &c.] id est, cum studio, & labore iniqua peregerunt. In actione enim peruersa est labor. Vnde *Isa*. 1. a. Quiescite agere peruersè. *Sap*. 5 b. Lassati sumus in via perditionis. i Habitatio tua in medio doli] Vel secundùm *Iero*. In dolo, id est, in medio populi dolosi. Et hoc dicit Dominus Prophetæ, vel propheta populo, quasi, tu habitas in medio populi dolosi, & mentientis. *Isa*. 6, b. In medio populi polluta labia habentis ego habito.

k In dolo] Id est, in medio populi, dolo dolum addentis. Vnde dicit littera *Septuaginta*. Vsura sub vsura, & dolus in dolo, siue vsura super vsuram, & dolus super dolum. Vel In medio doli, secundùm aliam litteram, id est, in aperto cultum idolis exhibes.

l Renuerunt scire me,] quasi prædicta mala fecerunt, & peccata peccatis accumulauerunt, & me qui hoc eis prohibebam, & quæ facienda eis docebam, scire contempserunt. *Iob* c. 21. b. Qui dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Aliqui sic punctant.

i Habitatio tua in medio doli] & post subdunt. In dolo renuerunt scire me, id est, per dolum. Dicebant. n. nolumus audire verbum eius, quia sic peioraremur illud non faciendo, secundum illud: Noluit intelligere, vt bene ageret. *Psal*. 35.

m Propterea,] scilicet, propter prædicta mala, quæ fecerunt.

n Ecce ego conflabo eos] in fornace, & ardore tribulationis, & captiuitatis, vel obsidionis.

n Et] sic probabo eos.] Id est, probos eos faciam purgando eos. Vel secundùm aliam literam: ecce ego examinabo eos, sicut examinatur argentum, vel sicut lutum solidatur & purgatur in igne. *Eccl*. 27 a. Vasa figuli probat fornax, C & homines iustos tribulationis tentatio. *Ieron*. Quotiescumque angustiis subiacemus, mala à Deo recipimus & examinamur *Psal*. 27.
persecutionibus, vt quicquid in nobis adulterinæ materiæ est, tribulationum, & miseriarum exuratur igneis *Sup*. 5. 6.
ardoribus. Argentum enim Domini examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.

o Quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei?] *Psalm*. 11.
Id est, pro impudentia filiæ populi mei, id est, Ierusalem, in qua habitat populus ille, qui quondam erat meus propter specialem cultum ab eis mihi exhibitum, quasi dicat. Quid aliud potero populo illi facere, quam per flagella purgare, & per ignem conflare? *Mal*. 3 a Sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Quod enim flagellum grano, & lima ferro, hoc facit tribulatio viro iusto.

p Sagitta vulnerans lingua eorum] tangit peccatum linguæ in quo illi abundabant, & quod maximè indiget flagello, & examinatione. Lingua detractoris maximè dicitur sagitta vulnerans, quia tres vno ictu vulnerat, proferentem, audientem, & illum ad quem postmodum deuenit. Ille primus est qui materiam inuenit detrahendi, & qui fingit; secundus, qui multiplicat referendo, & addit, tertius qui auctoritatem præstat, & assensum præbendo corroborat. *Ps*. 56. Lingua eorum gladius acutus. Item *Prou*. cap. 25. e. Iaculum, gladius, & sagitta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Vnde detractor significatur per illam bestiam, quæ similis erat Vrso, quæ tres ordines dentium habebat in ore, & in dentibus: *Dan*. cap. 7. b. Sancti autem sunt maximè qui ab hac sagitta vulnerantur. Vnde *Thren*. cap. 3. b. Posuit me quasi signum ad sagittam.

q Dolum locuta est.] Id est, dolosè: Quia.

r In ore suo pacem cum amico suo loquitur,] Id est, superficialiter habet pacem cum illo, qui illum amat, & loquitur pacem cum eo, & promittit tantum in ore eam habens, non in corde. Vnde de Iuda dicitur, quod pacem in osculo ferebat, quam in pectore non gerebat. Vnde.

s Et occultè ponit ei insidias] *Ps*. 11. Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. *Ps*. 27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. *Ps*. 13. Venenum aspidum sub labiis eorum. Mel enim in labiis, sed sub labiis est venenum, id est, in corde. Et *Eccl*. cap. 2. c. Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis.

t Nunquid super his,] id est, tot, & tantis malis? Vel Super his,] i. qui sic dolosè loquuntur, vt ponatur his, masculinè.

u Non visitabo] eos puniendo?

x Aut in gente huiuscemodi,] Id est, tam iniquâ.

y Non vlciscetur anima mea] quasi immò attentè, & ex animo puniam eam. In quo notatur magnitudo scelerum eorum, quæ requirit exquisitionem, & studium tormentorum. Vnde *Isai*. cap. 1. b. Super quos percutiam vos vltra addentes præuaricationem: quasi genus tormenti exquiro & studeo ad puniendum vos, quia quotidie peccata peccatis additis, *sup*. 5. c. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus, & in gente tali non vlciscetur anima mea? Ideo autem hoc dicit, vt ostendat se eos iustè punire meritis eorum exigentibus.

A super montes

a Super montes.] Hic vastitatem terræ, & ciuitatum destructionem deplorat. b Assumam,] vel assumite, secundùm *Ieron.* c Fletum ac lamentum] id est, super terram Iudæ, quæ montuosa est flebo, & lamentabor, vt fletus referatur ad lacrymas, & lamentum ad voces querulosas, siue ad euulsionem membrorum, Vel Assumam, id est, assumi faciam.

a Super montes) quasi vt etiam à longè audiant. c Fletum] pro malis. d. Ac lamentum] pro bonis amissis. Vel a Super montes,] id est, maiores, quasi, non solùm minores, & stulti peccant, sed & maiores, & illi qui videntur esse sapiẽtes. *Ezech.* 6. a. Fili hominis, pone faciem tuam ad montes Israel, & dices: Hæc dicit Dominus montibus & collibus, rupibus, & vallibus: Ecce ego inducam super vos gladium, & dispergam excelsa vestra.

a Super montes b assumã c fletũ ac d lamentum, e & super speciosa deserti planctum, quoniam f incensa sunt, g eo quod non sit vir pertransiens, h & non audierunt vocem possidentis. A i volucre cœli vsque ad k pecora l transmigrauerunt, & recesserunt. Et m dabo Ierusalem in aceruos arenæ, n & cubilia draconum, & o ciuitates Iuda dabo in p desolationem, q eo quod non sit habi-

e Et super speciosa deserti planctum.] Id est, super speciosa, & fertilia loca plangam, eo quod versa sunt in desertum. Vel, speciosa deserti vocat pulchra pascua, quæ sunt iuxta desertum. *Ioël.* 1. d. Ignis deuorauit speciosa deserti. f Quoniam incensa sunt] exercitu Babylonico omnia vastante. g Eo quòd non sit vir pertransiens.] Terra enim redigitur in solitudinem, quando non est per eam homo gradiens. h Et non audierunt vocem possidentis.] Id est, nullius habitatoris, vel rari vox audietur, sed omninò terra in solitudinem redigetur. *Soph.* 3. a. Desolatæ sunt ciuitates non remanente viro, nec habitatore. *inf.* 12. a. Lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea; consumptum est animal, & volucres. Vnde. i A volucre cœli vsque ad pecora, &c.] quasi dicat. Nihil remansit. *Osea* cap. 4. a. Infirmabitur terra, & omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cœli. Et dicit ibi *Gloss.* quòd solitudinem hominum sequitur solitudo animalium. m Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ.] Quasi, non solùm vastabitur terra, sed etiam ciuitates destruentur, & etiam Ierusalem. *Michea* 3. d. Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa siluarum.

n Et cubilia draconum,] id est, serpentum. In ciuitatibus enim desertis solent habitare serpentes. *Isa.* 13. d. Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus. o Et ciuitates Iuda, &c.] Quod est magna desolatio in ciuitatibus. Ciuitates Iuda, id est, ciuitates duarum tribuum alias à Ierusalem, non solum ciuitates decem tribuum, quæ iam captiuatæ erant.

Mysticè.

Mysticè. a. Super montes.] Id est, super Prælatos, qui plus, quàm alij radios veri Solis suscipiunt, ad minus ratione ordinis, & dignitatis, & in eminentiori loco constituti sunt. e Et super, &c.] Id est, super eosdem Prælatos, qui debent esse species & ornatus deserti, id est, huius mundi. Vnde dicuntur lux mundi, & sal terræ: *Matt.* 5. b. Qui cum deberent esse montes per vitæ eminentiam, & tanquam speculatores in alto positi, aliis pericula sua nunciare, & eos morum, & doctrinæ honestate ornare. f Incensa sunt,] igne concupiscentiæ & luxuriæ: de quo *Iob.* 31. b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans, &c. *Ps.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. Sed sicut isti præ aliis suscipiunt radios diuinæ cognitionis, ita præ aliis suscipient in iudicio radios suæ indignationis. Ideo specialiter Propheta pro eis fletum assumit. Eos enim crudelior exspectat ira Dei. Vnde *Sap.* 6. a. Potentes potenter tormenta patientur, & iudicium durissimum his qui præsunt fiet. Vnde *Eccl.* 43. a. Tripliciter Sol exurens montes radios igneos exsufflans. Vel per speciosa deserti claustrales significantur. Super quos assumendus est fletus, lamentum, planctus, quia triplici vitio laborant, scilicet concupiscentia oculorum, concupiscentiâ carnis, superbiâ vitæ. Propter primum sunt lugendi; propter secundum lamentandi; propter tertium plangendi. *Ioël.* cap. 1. d. Ignis deuorauit speciosa deserti, id est, claustrales, quorum conuersatio debet esse decor mundi.

1. Ioan. 8. *c.* g Eo quòd non sit vir pertransiens.] Id est, aliquis virtuosus, vel rationalis, vel discretus, hæc temporalia, contemnendo perfectè transiens. Omnes enim adhærent huic mundo, tanquam non sit vltra progrediendum, cum tamẽ veris Iudæis in Ægypto non sit immorandum. Vnde. *Heb.* 13. c. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Luxuria ergo est prima causa fletus, vnde dicit: Incensa. Secunda est auaritia, vnde dicit. Non est vir pertransiens. Tertia est superbia, vnde dicit. h Et non audierunt vocem possidentis,] id est, admonitionem Dei contempserunt reuocantis eos, & post tergum monentis, quod pertinet ad superbos. Superbia enim claudit auditum siue intellectum, sicut humilitas aperit. Vnde *Ps.* 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Et ideo tripliciter Sol vrere dicitur montes in Iudicio, triplici de causa prædicta. *Osea* 14. *d.*

tator. r Quis est vir s sapiens qui t intelligat hoc, u & ad quem verbum oris Domini fiat vt annunciet istud x quare perierit terra, & y exusta sit quasi z desertum, a eo quod non sit qui pertranseat. Et dixit Dominus. b Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, c & non audierunt vocem meam, d & non ambulauerunt in ea, & e abierunt post prauitatem cordis sui,

l A volucre cœli.] Id est, ab homine spirituali, vel contemplatiuo.

k Vsque ad pecora.] Id est, vsque ad bestialiter viuentes, vel vsque ad actiuos, vel simplices laicos. l Transmigrauerunt] scil. contemplatiui, & actiui à Deo recesserunt, quasi, & maiores, & minores, & clerici, & laici, *Ps.* 13. Omnes declinauerunt, &c. m Et dabo Ierusalem, &c.] Id est, in multiplicationem temporalium, & redditiuum, quæ qui multiplicat, arenam sibi coaceruat. Temporalia enim sunt quasi arena, quia sunt labilia, & ad casum impellentia, & sterilia, id est, sterilem facientia, & incompactum. n Et cubilia draconum,] id est, spirituum malignorum, qui hodie quiescunt in Ecclesia propter temporalium abundantiam. Vnde quando dignitates, & facultates collatæ sunt Ecclesiæ à Constantino, audita est vox dicens. Hodie venenum diffusum est in Ecclesia Dei. *Isa.* 13. d. Replebuntur domus eorum draconibus & habitabunt ibi Struthiones, & pilosi saltabunt ibi. *Isai.* 34 c. Erit cubile draconum, & pascua Struthionum, & occurrent Dæmonia Onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum, quia Ecclesia abundat monstris, scilicet, peccatorum enormitatibus. o Et ciuitates Iuda,] id est, claustralium conuersationes. p In desolationem] scilicet, spiritualium. q Eo quod non sit habitator,] claustrorum. Licet enim in claustro sint corpore, non tamen mente. Vel, habitator Deus, scilicet, qui dicit. *Ezech.* 37. g. & *Leu.* 26. b. Inhabitabo & ambulabo in eis, & ero illorum Deus. r Quis est vir.] Interrogat Propheta, si quem sapientem in Ierusalem valeat reperire, & aliquem eorum ad quem fiat sermo Dei, & qui possit enunciare Domini voluntatem, & causas reddere cur Iudæa sit redacta in solitudinem, & omnibus interfectis nullus per eam transeat, qui remanserit in Ierusalem? r Vir] id est, virtuosus, s Sapiens.] Id est, discretus. t Qui intelligat hoc] id est, causam huius, quod sequitur, & huius etiã quod prædictum est. u Et ad quem, &c.] dignè, sc. id est, qui sit dignus audire de ore Domini, id est, de Propheta, vel de reuelatione, & inspiratione diuina, & annunciare quod prædictum est, & quod sequitur, sc. x Quare perierit terra,] & quo ad habitatores homines, & quo ad pecora. y Et exusta sit] Id est, desolata & vastata. z Quasi desertum] quo ad fructus, & arbores. a Eo quod non sit qui pertranseat,] omnibus interfectis, tam hominibus quam animalibus. *Ps.* 106. Quis sapiens & intelliget hæc? quasi nullus est inter vos qui credat, vel attendat causas propter quas Dominus hoc facere velit, nec aliquis inter vos qui sciat verbum Dei annunciare, vel intelligere. Sed ecce causa destructionis eorum. b Quia dereliquerunt legem meam] & respondet Dominus ad interrogationem positam, reddens causam tanti flagelli. Dereliquerunt legem meam non amando corde, vel affectu. c Et non audierunt vocem meam] aure exteriori, vel interiori, id est, intelligere eam contempserunt. d Et non ambulauerunt in ea] per operis impletionem. Sed dicit *Ps.* 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, id est, hilariter & strenuè mandata tua impleui. e Et abierunt, &c.] Id est, operati sunt secundùm suggestionem, & concupiscentiam cordis sui mali, Contra illud *Eccl.* 18 d. Post concupiscentias tuas ne eas, &c. Prauum enim est cor hominis, vt dicitur *inf.* 17. b. De corde enim exeunt cogitationes malæ, vt dicitur. *Mat.* 15. b.

Ad literam.

A Et post

E a & post Baalim † b quos c didicerunt à patribus suis. Idcircò hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: d Ecce ego cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis, e & dispergam eos in gentibus quas non nouerunt ipsi & patres eorum, f & mittam post eos gladiũ g donec consumantur. Hæc dicit Dominus exercituum. h Contēplamini, i vocate lamentatrices, & veniāt, k & ad eas quæ sapiētes sunt mittite, l & properent. festinent m & assumant super nos lamentum. n Deducant oculi nostri lacrymas, & palpebræ nostræ defluāt aquis, o quia vox lamentationis audita est de Sion. Quomodo p vastati sumus, q & confusi vehementer? Quia dereliquimus terram, r quoniam † deiecta sunt tabernacula nostra. ſ Audite ergo mulieres verbum Domini.

al. † quod.

A a Et post Baalim,] id est, post idola. b Quos,] id est, quorum cultum. c Didicerunt à patribus suis,] quasi secuti sunt prauitatem cordis sui, idola noua. adinueniendo & noua peccata, & sequuntur errorem patrum suorum, idola, quæ illi coluerunt colendo. Baal, idolum est Sydoniorum, secundùm Ieron. & est numeri singularis: Baalim autem est pluralis. Tamen super illud Matt. 10. c. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius dicit Gloss. quòd Baal est idolum Philistæorũ. Solut. Palæstina, siue Philistæa aliquando large sumitur, vt etiá cōplectatur vicinas ciuitates, vt Sidonē & alias circūiacētes quinque principalibus ciuitatibus Philistæorum. Propter hæc ergo peccata, & pauci sunt qui verbum Dei velint audire & si aliqui audiesint, non tamen sic vt annuncient. Multi enim audiũt Parisius, sed alii nolunt enunciare, cū tamen dicatur Apocal. vltim. d. qui audit, dicat, veni. Talentum enim Domini magis abscondunt in terra. Ideo Matth. 14. b. Dominus dedit panem discipulis, & illi dederunt turbis. Ideo dicitur Prouerb. 11. d. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis, benedictio autem super caput vendentium. Quare autem exusta sit terra & perierit, subdit: Eo quòd non sit qui pertranseat: Moraliter enim omnes sunt habitatores quærentes hic sibi mansionem: Et ideo exustum est desertum, id est, claustrum per cupiditatem. Quia enim doctrina defecit, id est, aqua, ideo igne totum exustum est. Ioel 1. d. Exsiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti. Vnde Thren. 5. b. Pellis nostra exusta est quasi clibanus à facie tempestatum, famis, sc. quia ibi est defectus verbi Dei.

Infr. 23. e.

Moral.

d Ecce ego cibabo populum istum absinthio, &c.] id est, abundanter dabo ei angustias & amaritudines ad eorum purgationem, sicut absinthium ad purgationem valet, quod intelligitur factum in captiuitate Babylonica, vel Romana, vt dicit Ieronymus. Vel in obsidione, quando amarus fuit et cibus, & potus.

e Et dispergam eos in gentibus quas non nouerunt ipsi & patres eorum,] quod factum est per Chaldæos, & maximè per Romanos, quando per diuersas gentes & nationes dispersi sunt. Sed ne etiam ibi se esse securos credant, subdit.

f Et mittant post eos gladium donec consumantur,] sc. illi qui remanserant à gladio, vt qui fugerant vel latitauerant, non tamen penitus omnes, sed pro maiori parte, quia consummationem non facit, vt supr. 4. f. Hoc factum est quando fuerunt reliquiæ Iudæorum in Ægyptum, & & exercitus Chaldæorum eos ibi destruxit.

Mysticè. d Ecce ego cibabo, &c.] Peccatum est absinthium & fel, licet enim in superbia sit ibi delectatio, tamen intus habet venenum interficiens. Act. 8. d. In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis video te esse, Iob sexto b. Animæ esurienti amara etiam dulcia videntur: sicut mulier imprægnata concupiscit etiam carbones. Hoc autem absinthium purgatiuum est, nam boni inde purgantur vnde alij damnantur, s. per exemplum illorum, quia videntes illorum pœnam cauent ne patiantur similem per eorum culpam. Vel absinthium sunt omnes amaritudines & tribulationes quæ dantur in cibum illis qui in tribulationibus sunt gaudentes. Vnde Thren. 3. d. Saturabitur opprobriis. Ibid. b. impleuit me amaritudinibus, inebriat me absinthio.

Mysticè.

Ad literam.

e Et disperdam eos in gentibus quas, &c.] Tales sunt illi qui conuertuntur ad hæreticos. Ioan. 5. g. Ego veni in nomine Patris mei, & non recepistis me, si alius venerit in nomine meo illum accipietis. Et Dominus tamen mittit gladium, id est, difficultatem peccandi, vel aliquas spirituales inspirationes, quibus tamen nolunt credere.

g Donec consumantur,] id est, ne consumantur, sc. in Inferno, quasi propter hoc mitto eis gladium, qui diuidat eos à consensu peccati. Vel, donec, i. vt cōsumātur, i. pereant in eo quòd mali sunt. De hoc gladio Ezech. 5. a. Sume tibi gladium acutum radentem pilos, post illos qui fugerunt a Deo in Infernum. Ibidem, scilicet, Ezech. 5. Gladium nudabis post eos. h Contemplamini.] Hic propter captiuitatem futuram, & euersionem Ierusalem lamentatrices vocari iubet, quæ solent in luctu voce flebili & humeros manibus verberando ad lacrymas populum prouocare, qui mos manebat in Iudæa antiquitus. Mulieres enim sparsis crinibus & nudatis pectoribus flebant & ad fletum alios incitabant. Vnde dicit. h Contemplamini,] id est, considerate, vel intelligite captiuitatem vestram, quæ vobis imminet. i Vocate lamentatrices & veniant,] vt sc. vos incitent ad plorandum. k Et ad eas quæ sapientes sunt] in carmine lugubri, quæ facilius vos moueant ad fletum, mittite.

l Et properent, festinent] venire.

m Et assumant super nos lamentum] propter magnitudinem malorum quæ nobis imminent. n Deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluant aquis,] id est, abundantissimè ploremus, & assiduè, id est, incessanter. Coniungit autem se Propheta, vel Dominus flentibus ex compassione, vt dicat sustinere mala quæ populus sustinet. o Quia vox lamentationis audita est de Sion, quomodo vastati sumus, & confusi vehementer?] quasi hæc est vox lamentantium Sion. Solent enim ibi lachrymando cantare, & carmina lugubria dicere, vt magis ad lugendum inuitent. p Vastati,] quoad ciuitatum destructionem & animalium, & fructuum terræ direptionem, & dissipationem. q Confusi,] quoad personarum deiectionem, & ignominiosam tractationem. Ideo sic sumus. r Quoniam deiecta sunt tabernacula nostra,] id est, quia propter peccata nostra meruimus terram nostram amittere: Et mansiones quas vocabat tabernacula, quia citò erant destruendæ, & de facili sicut tabernacula. Vel quia ad literam, secundùm morem Palæstinæ manebant in tabernaculis & tentoriis. Vel deiecta sunt tabernacula nostra, id est, festa nostra. In festiuis enim diebus Scenophegiæ habitabant in tabernaculis, secundùm quod præcipitur in lege.

Mysticè. i Et vocate lamentatrices, &c.] id est, ô vos peccatores rogate Sanctos viros vt lamententur, ad Dominum defleant pro vobis peccata vestra. Talis lamentatrix erat Samuel, vnde dicit ei Dominus 1. Reg. 16. a. Quousque luges Saul, cùm ego proiecerim eum? Talis etiam fuit Dauid, qui lamentum sumpsit pro fortibus Israel in monte Gelboe interfectis. 2. Reg. 1. c. Vnde. Mysticè.

n Deducant oculi nostri lachrymas, &c.] id est, in diuersa ducant, quia diuersæ sunt causæ quibus debet homo flere, scil. nunc pro culpa sua, vnde Ps. 6. Lauabo lectum meum. Nunc pro aliena culpa, vt sup. 2. Quis dabit capiti meo, &c. Hoc est quod Magdalena incessanter lacrymis suis lauabat pedes Iesu, vt dicitur Luc. 7. f. Per pedes possunt intelligi plorantes nunc pro incolato huius miseriæ. Ps. 119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est! Nunc pro dilatione Patriæ, sup. 7. f. Tonde capillum tuum, & proiice, & sume planctum in directum. Capillus tonsus proiicitur cùm lacrymæ pro dilectione patriæ funduntur. De vtroque Iud. 1. c. Axa petiit irriguum superius & inferius: Nunc autem pro vitanda gehenna. Thr. 2. f. Deduc quasi torrentem lachrimas per diem & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Propter omnes has causas dicit: Deducant. Ps. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei. Sed Apoc. 21. a. dicitur; Absterget Deus omnem lachrymam, i. omnem causã lacrymandi & omnem fletum. Vbi est deductio, ibi est lusus, & delectatio, sic & lacrymæ deducendo vadunt Paradisum. Psalm. septuagesimo secundo. In voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Sapient. decimo b. Iustum deduxit Dominus per vias directas,

ſ Audite ergo mulieres verbum Domini.] Supra dixerat quod ad eas quæ sapientes sunt mitterent, à quibus, s. melius ad flendum commouerentur, nunc hic Propheta quasi præsentibus loquitur condemnationem Doctorum & Sacerdotum, vt illis cessantibus à doctrina, illæ audiant verbũ Dñi, & audiant sermones oris eius, doceãtque filias suas & vicinas planctum causamque plãctus. Vnde dicit: Ad literam.

Δ Audite mulieres, quasi ex quo Sacerdotes & Doctores nolunt audire nec viri: Audite mulieres. Vel adhuc conuertit se ad lamentatrices, vt augeant lamentum suum.
a Et assumant aures vestræ [scilicet, interiores] [sermonem] id est, ad te sumant, vt non elongare, vel præterire permittant.

a & assumant aures vestræ sermonem b oris eius, c & docete filias vestras lamentum, d & vnaquæque proximam suam planctum, e quia ascendit mors per fenestras f vestras, g ingressa est domos vestras h disperdere paruulos de foris, iuuenes de k plateis. Loquere: Hæc dicit Dominus m Et cadet morticinum hominis n quasi stercus super faciẽ † regionis o & quasi fœnũ post tergum metentis, & non est qui colligat. Hæc dicit Dominus. p Non glorietur sapiens in sapientia sua, q & non glorietur fortis in fortitudine sua, r & nõ glorietur diues in diuitiis suis

b Oris eius] id est, Prophetæ. c Et docete filias vestras lamentum] pro peccatis, & calamitatibus, & miseriis, quod ad literam est contra mulieres quæ magis docent filias suas cantilenas, & ducunt eas ad choreas, & ludus sic immolantes filios suos, & filias Dæmoniis.

Psal. 105. al. † terræ.

d Et Vnaquæque proximam suam planctum.] Lamentum refertur ad voces flebiles, planctus ad corporis tunsiones.
2. Reg. 1. c. Planxit Dauid planctum magnum super Saul & super Ionatham, præcepit vt docerent filios Iuda planctum. Et ibid. Filiæ Sion flete super Saul, qui vestiuit vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro
e Quia ascendit mors per fenestras vestras.] id est, Chaldæi occidentes.
g Ingressa est domus vestras disperdere,] id est, ad disperdendum. i Paruulos de foris, iuuenes de plateis; quod de Babyloniorum impetu intelligi potest, quod tanta sit fortitudo & velocitas præliandi, vt non expectent reserare fores, sed per fenestras & tecta conscendant & domos vastent: Et tanta sit crudelitas, vt paruulos occidant, & iuuenes de plateis Ierusalem disperdant educendo eos in captiuitatem, & seruitutem. Simile Iohel. 2. b. Vrbem ingredientur, in muro current, domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur.

Moraliter.

Moraliter. e Quia ascendit mors.] Mors, id est, peccatum ascendit vsque ad cor. f Per fenestras, id est, per sensus nostros. Cùm enim nobis dati sint sensus tanquam portæ ad recipiendum lumen diuinum, vt per auditum verbi diuini recipiamus intellectum, & obedientiam, per visum oculorum, compassionem & congratulationem proximis, per os confiteamur peccata, & proximos exhortemur, & in laude Dei, & in oratione iugiter commoremur, & manibus proximis subueniendo misericordes simus, per has tamen fenestras mortem cum ministerio sensuum propositum peccandi concipimus. Thren. 3. f. Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ. Ideo dicitur Iob 31. a. Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec cogitarem de virgine. Ibi Gloss. Visum sequitur delectatio: delectationem consensus: consensum, opus: opus, consuetudo: consuetudinem, necessitas: necessitatem, desperatio: desperationem, damnatio. Gregorius: Deprimendi sunt oculi quasi quidam raptores ad culpam. Nec enim Eua lignum vetitum contigisset, nisi prius illud intentè respexisset. Gen. 3. b. Vidit mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectúque delectabile, & tulit de fructu eius & comedit. Ibidem Gregorius: Non licet intueri, quod non licet concupisci. Item: Qui incautè exterius respicit, plerunque in delectationem peccati cadit. Vnde 2. Reg. 11. a. Vidit Dauid vxorem Vriæ se lauantem ex aduerso, & ideo concupiuit eam. Ibidem Gloss. Plerunque mulier innocenti mente conspicitur, sed ipso aspectu quasi gladio animus effoditur: nõ enim Dauid in coniugem. Vriæ studiosè conspexit quia cupiebat, sed potius cupiebat quia incautè conspexit: Iusto verò iudicio qui oculo exteriori negligenter vtitur, interiori oculo excæcatur. Ieronym. Periculosè tibi ministrat, cuius faciem libenter intueris. Ideo dicitur. Eccl 9. a. Virginem ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore eius.
g Ingressa est domos vestras,] id est, vires animæ. Sed contra Matth. 15. b. De corde exeunt cogitationes malæ: ergo peccatum exit de corde ad sensus, & non è conuerso. Sol. Mors, id est, mortis occasio ingreditur per sensus ad animam, sed ipsum peccatum de cogitatione exit in opus per membra. Ideo dicitur Iob. 31. a. Si secutus est oculus meus cor meum. Vnde de Sanctis dicitur Isa. 60. b. Qui sunt isti qui vt nubes volant? id est, à terrenis contagiis se subleuant, & quasi columbæ ad fenestras suas, i. conuertentur non egredientes videre vanitates exteriores, secundum illud Ps. 118. Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Isa. 26. d. Popule meus intra in cubicula tua, claude ostia tua super te.
h Disperdere paruulos de foris, & iuuenes de plateis. Illos enim disperdit peccatum qui sunt paruuli sensu, non malitia, vt dicitur 1. Cor. cap. 14. d. Et qui de foris sunt quærentes forinseca. Vel, id est, qui sunt extra aliorum conuictum, vt sunt superbi, & singulares. Vel, id est, extra Ecclesiam, extra quam qui est disperditur. Vnde sup. Quomodò vastati sumus, & confusi, vehementer, quia dereliquimus terram, id est, Ecclesiam.
k De plateis,] Hi sunt illi qui ambulant spatiosam viam huius mundi quæ ducit ad mortem, vt dicitur Matth. septimo b. Cor. 1. d. Cor. 10. d.
l Loquere.] In Hebræo secundùm Ieronymum ponitur hic quoddam verbum quod tribus literis secundùm varios scribitur, scilicet, Daleth, Beth, Res. Vnde secundùm arbitrium legentis potest dici, quod ibi est Daber, & idem est quod loquere, & tunc præcipit Dominus Prophetæ narrare ea quæ sequuntur. Vel potest dici quòd ibi est dabar, & significat sermonem. Vel ibi est deber, quod idem est quod mors. Vnde secundùm Theodotionem, & Septuaginta debet hoc iungi præmissis, sic. Disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. m Et cadet morticinum hominis] id est, cadauera mortuorum.
n Quasi stercus super faciem regionis] vel [terræ] quasi quando omnes interfecti fuerint in captiuitate, tunc cadauera eorum erunt in sterquilinum super faciem terræ, quia insepulta erunt.
o Et quasi fœnum, &c.] id est, sicut stipula quæ post tergum metentium dimittitur, & vt inutilis non colligitur, ita ipsi post tergum hostium mortui, & inutiles dimittentur, nec erit qui eos colligat, id est, sepeliat Vel, id est, sicut qui metit vel colligit fœnum, vno abscisso non respicit illud, sed procedit ad aliud; sic præ auiditate Chaldæi vnum Iudæum occidentes, non respiciebant eum, sed procedebant ad occidendum alios.

Moraliter.

Moraliter. Peccatores comparantur stercori propter fœditatem; & stipulæ propter sterilitatem & inutilitatem, Psalm. 128. Fiant sicut fœnum tectorum, quod prius quam euellatur exaruit, de quo non implebit manum suam qui metet, & sinum suum qui manipulos colliget: Quia Dominus malos, qui sunt paleæ, non colliget, se in horreum suum cœleste eos reponendo, sed magis comburet igne inextinguibili, vt dicitur. Matth. 3. c. Sed de granis, id est, Sanctis implebit manum suam. Iustorum enim animæ in manu Dei sunt, vt dicitur Sap. 3. d. Et eos reponet in horreum suum, i. cœlum. Licet autem mali fœtidi sint & detestabiles in se sicut stercus, habent tamen vim fœcundandi iustos, quibus omnia in bonum cedunt, vt dicitur Prou. 21. b. Mulctato pestilente sapientior erit paruulus. De hoc sup. 8. a. Non colligentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt. Eccl. 9. b. Omnis mulier quæ est fornicaria quasi stercus in via conculcabitur. Et ideo tanta est mortalitas in Ecclesia Dei, sicut in locis corruptis propter cadauera insepulta solet accidere mortalitas magna.
p Non glorietur, &c.] Hic remouet confidentiam in sapientia, & potentia, & diuitiis admonens magis in Deo esse confidendum, quem nosse & scire gloria est, quod facit, ne potentes, & sapientes, & diuites Iudæorum [p]utent se euadere prædictam calamitatem.
p Non glorietur sapiens in sapientia sua,] id est, non de sapientia eleuetur, nec quærat habere scientiam, vt inde habeat gloriam.
q Et non glorietur fortis, &c.] quia fortitudo hominis nulla est. Isa. 1. g. Erit fortitudo vestra quasi fauilla stupæ.
r Et non glorietur diues in diuitiis suis.] Omnes enim diuitiæ mundanæ putrefactioni & corruptioni subiectæ sunt. Iacob. 5. a. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt. In his enim tribus solent confidere præcipuè obsessi in ciuitate, cum, s. sunt magnæ prudentiæ, & magnæ fortitudinis, & quando diuites. Hic autem confundit triplicem superbiam, s. primam quæ nascitur de scientia, quæ oritur in Doctoribus & Clericis, quia 1. Cor. 8. a. scientia inflat. Et alias quæ nascuntur ex potentia & dignitatibus, in Prælatis & Principibus sæcularibus, tam nobilibus, quam ignobilibus. Vermis enim diuitum est superbia, vt dicitur

Δ super

A super 1. *Tim.* 6. Salomon in sapientia confusus est, Samson in fortitudine, diues Epulo in diuitiis suis. Non ergo per hoc putent se euadere boni Iudæi, sed magis per Dei cultum, & legis eius studium, & diligentiam. Vnde. *a* Sed in ho. glorietur, &c.] quasi in bonitatis meæ, & legis meæ scientia, & notitia gloriam conscientiæ quærat, & in me quem noscit, bonum, & in me quem noscit bonum, & mansuetum confidat. Ex hoc sumitur illud. 2. *Cor.* 10. d. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Hæc est enim vera, & sola gloriatio, vt dicit *Gloss.* scire Deum, & intelligere. Vnde sola Dei visione erit tota merces in patria. Non propter hoc excluditur dilectio: quia vbi vnum propter alterum, A vtrobique vnum: Nō enim diligetur nisi quia cognoscetur.

al. † incircumcisi.

a sed in hoc glorietur qui gloriatur, *b* scire & *c* nosse me, quia *d* ego sum Dominus qui facio misericordiam *e* & iudiciū, *f* & iustitiam in *g* terra. Hæc enim *h* placent mihi ait Dn̄s. *i* Ecce dies venient, dicit Dn̄s, *k* & visitabo *l* super omnem qui † circumcisum habet præputium, *m* super Ægyptū, & super Iudā & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab *n* & super omnes qui attonsi sunt in comā, habitantes in deserto, *o* quia omnes gentes *p* habent præputium, *q* omnis autem domus Israel incircumcisi *r* sunt corde.

CAP. X.

AVdite *f* verbum quod locutus est Dn̄s super vos domus Israel. Hæc dicit Dominus

b Scire, per intellectum, quoad cognitionem simplicem. *c* Nosse] per affectum, per approbationem. Vel, scire, in præsenti, per fidem. Nosse, in futuro per speciem. *Sap.* 15. a. Nosse enim Deum iustitia est consummata, & scire iustitiam, & virtutem suam radix est immortalitatis. Vnde *Ioan.* 17. a. Hæc est vita æterna, &c. Vel, scire, quid credendum, nosse voluntatem suam, id est, quid agendum. *Deut.* 4. a. Scitis quod docuerim vos iustitias, & mandata sicut mandauit mihi Dominus Deus meus, sic facietis in terra quam possessuri estis. Hæc enim est vera sapientia, & intellectus. *Sap.* 6. c. Cogitare de illa sensus est consummatus. Hoc autem debes scire, & intelligere de me.

d Quia ego sum Dominus qui facio misericordiam] cum bonis, & pœnitentibus.

e Et iudicium] cum malis, & rebellibus. *f* Et iustitiam] cum vtrisque. Et hæc omnia facio.

g In terra] id est, in hominibus mortalibus. *h* Hæc enim, &c.] scilicet, misericordia, & iudicium, & iustitia, scilicet, vt hæc in hominibus faciam, & hæc mihi exhibeant, scilicet, misericordiam in corde, iudicium veritatis in ore, iustitiam in operatione. Hæc autem omnia ipse facit in hominibus, quia omnia opera nostra operatus es in nobis, vt dicitur *Isa.* 26. c. Vel, misericordia ad proximum: iudicium, ad seipsum: iustitiam, per rectitudinem operum ad Deum. Vnde *Mich.* 6. c. Indicabo tibi, ô homo, quid sit bonum: Facere iudicium, quoad primum; diligere misericordiam, quoad secundum; sollicitè ambulare cum Deo tuo, quoad tertium. Sed quomodo dicit, quòd in hoc solo sit gloriandum, cum dicat *Apost.* 2. *Cor.* 12. c. Gloriabor in infirmitatibus meis. 2. *Cor.* 1. c. Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ? Solut. Verum est, quòd in omnibus his est gloriandum, sed tamen in vno solo, scilicet, Deo, quia hæc sunt via ad Deum.

i Ecce dies venient.] Hic ad consolationem gentis suæ, comminationem infert, & destructionem aliarum gentium. Solatium enim est afflictorum participes habere suarum pressurarum, scilicet, quia similes fuerunt in culpa, & maximè illarum gentium, quæ inimicæ fuerunt Iudæis, & lætatæ sunt in destructione Iudæorum. In hoc etiā tollit confidentiam Iudæorum, quòd scilicet, non poterunt imminente captiuitate sua confugere ad auxilium vicinarum gentium: quia destruerentur. *k* Et visitabo] quasi dicat, in proximo erit, quòd affligam, & destruam eos. *l* Super omnem, &c.] quasi non solùm super Iudæos, sed & super alias nationes quæ habent consuetudinem Circumcisionis faciendæ sicut & Iudæi. In quo superbiā confundit Iudæorum qui gloriabantur de Circumcisione, sicut de sapientia, & fortitudine, & diuitiis. Cum enim alias gentes circumcisas dicat, sicut & Iudæos, eos etiam ipsis pariter in pœna sociat. Illæ enim gentes quæ Iudææ, & Palæstinæ, erant vicinæ, circumcidebantur ex consuetudine sicut & Iudæi, vt dicit Ieronymus, vt Ægyptii, & illi qui erant in Ægypto Iudæi, Idumæi, Ammonitæ, Moabitæ. Vnde.

m Super Ægyptum, &c.] Ægyptius enim specialiter decepit Iudam, & Iudas confisus est in Ægypto contra Dn̄i prohibitionem *Isa.* 31. a. Væ qui descendunt in Ægyptū ad auxilium in equis sperantes. Vel, super Ægyptū, i. super Iudæos qui illuc fugerunt. *n* Et super omnes, &c.] id est, super Arabes: quia omnes erant tonsi in rotundum. Sicut adhuc est in aliquibus partibus, quod vsque ad aurium reuelationem solent tonderi. Vel quasdam alias gentes quæ hanc habuerunt consuetudinem. Non ergo glorietur Iudæi in circumcisione, cùm & alij hanc facientes, mandata Dei non seruant, & Deum ignorant, & captiuitatem non euadent. Non enim prodest circumcisio exterior sine mandatorum Dei obseruatione. *Rom.* 2. d. Circumcisio quidem prodest si legem obserues. Sicut nec comæ attonsæ in quibusdam gentibus aliquid conferunt sine Dei cognitione. Vel hoc dicit secundùm consuetudinem athletarum qui solent altè tonsorari, vt expeditius pugnent. *o* Quia omnes gentes, &c.) quasi dicat, bene dico, quòd prædictæ gentes circumcisæ sunt sicut & Iudæi, & bene posui exemplum de his gentibus: Quia omnes gentes aliæ ab istis. *p* Habent præputium] carnis ad literam. Et non propter hoc dicas ipsas esse puniendas, & non te ô tu Iuda: quia etsi carnis præputium non habeas, habes tamen cordis præputium. Vnde. *q* Omnis autem domus Israel, &c.] & ita ipsi non sunt meliores aliis gentibus: quia incircumcisi sunt corde, vt illi carne, maximè cum Deus magis requirat circumcisionem cordis, quam carnis. *Deut.* 10. d. Circumcidite præputia cordium vestrorum. Et *sup.* 4. a. Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem.

Moraliter. *n* Et] visitabo [super omnes qui attonsi sunt in comam habitantes in deserto.] Hi sunt Religiosi habitantes in Claustro, qui sunt attonsi vsque ad aures, & desuper in signum quòd aurem obedientiæ debent habere expeditam. Et desuper rasi, & attonsi sunt, in signum quòd voluntatem & mentis intentionem ad præmia cœlestia nudam habere debent, & immediatè coniunctam, non perplexam & inuolutam capillis voluptatum, vel temporalium. Sed hodie isti multum indigent visitatione correctionis. *Psal.* 88. Visitabo in virga iniquitates eorum & in verberibus peccata eorum. Sed heu visitatores eorum non visitant eos, in virga ad corripiendum, sed in lingua ad comedendum. Non enim veniunt nisi vt comedant vt tamen dicatur *Isa.* 60. d. Ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam. Quare autem visitatione indigeant, subdit. *o* Quia omnes gentes] vt laici. *p* Habent præputium] id est, laborant vitiis, quod humanum est, sed tamen graue. *q* Omnis autem, &c.] i. Clerici vel Religiosi, qui contemplatione debent Deum videre. *r* Incircumcisi sunt corde, i. laborāt vitiis spiritualibus, quod significatum est in templo, *Ezech.* 8. d. vbi omnium reptilium abominatio interiùs erat depicta per totum, cum tamen exteriùs esset pulchrum. Vnde sunt similes sepulchris dealbatis repletis intus omni spurcitiâ, vt dicitur. *Matth.* 23. c. Et vt dicitur. *Ezech.* 8. f. quanto magis Propheta ingrediebatur ad interiora Templi, tanto maiores reperiebat abominationes. Moraliter.

EXPOSITIO CAP. X.

AVdite verbum, &c.] Hic Primò reprobat, & reprobandos demonstrat falsos deos Gentium, quos etiā colebant plurimi Iudæorum. Secundò calamitatem, & captiuitatem Iudæorum, qui prædictos deos colebant ostendit, *ibi*: Congrega de terra, Tertio, orationem pœnitentium inducit, *ibi*: Scio Domine, quia non est hominis. In prima autem parte, quæ est de reprobatione falsorū deorū. Primò signa cœli, siue soli malitiā, Solē. Lunā stellas, timenda non esse siue adoranda dicit. Secundò, idolorum fictitiorum materiam vilem, & fragilem, & ipsorum idolorum impotentiam, ostendit, *ibi*: Quia lignum de saltu. Tertiò, Dei potentiam, & magnitudinem subiungit, comparando, eam idolorum fragilitati, & inutilitati, *ibi* Non est similis tui. Quarto, ex prædictis idola esse anathematizanda, & detestanda concludit, *ibi*: Sic ergo dicetis eis. Quintò, ad Dei sapientiam, & potentiam prosequendam redit, *ibi*: Qui fecit terram Sextò, ostensa Dei potentiā, & sapientiā, stultas ostendit esse omnes gentium nationes ab eo recedētes confitentes in sculptili & veros Iudæos qui sapientes sunt, non hanc partem elegisse, subdit, *ibi*: Stultus est omnis homo. Dicit ergo. *f* Audite verbum quod locutus est Dominus super vos] id est, contra vos, & in vestram ignominiam, qui colitis idola, & malitiam cœli.

a Dehortatur autem hic eos Dominus ab idololatria, propter idolorum impotentiam, & vilitatem, prouocans eos ad cultum Dei propter eius potentiam, nobilitatem, & sapientiam quam ostendit, dicens. a Iuxta vias Gentium nolite discere,] i. iuxta eorum consuetudines, siue

a Iuxta vias Gentium nolite discere, b & à sanguis cœli c nolite metuere, d quæ timent gentes, e quia leges populorũ vanę sunt. f Quia lignum de saltu g præcidit h opus manuum artificis in i ascia. k Argento, & auro decorauit illud, l clauis & malleis compegit, m vt non dissoluatur. n In similitudinem palmæ fabricata sunt, o & non loquentur, p portata † tolluntur: q quia incedere non valent. r Nolite ergo

iuxta ea quæ addiscunt, & docent. b Et à signis cœli,] i. à signis cælestibus, i. a Sole, Luna, & stellis quæ sunt posita in signum annorum, temporum, mensiũ, & dierum, vt dicitur *Gen.* 1.b.

Al. † tollentur.

c Nolite metuere] tanquam habeant aliquid in se, quod sit diuinum, quod sit metuendum. non enim sunt dij, licet hoc credant Gentes, qui dicunt deos esse talia. Timenda sunt autem hæc quantùm ad hoc quòd sunt signa tempestatis, frigoris, serenitatis, & caloris, sicut dicitur super illud. *Luc.* 21.c. Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, &c. Et etiam super. *Gen.* 1. Ideo dicit.

d Quæ timent gentes] quasi nolite ea timere illo modo quo timent gentes, scilicet, reuerendo, & colendo. Ab eis enim æstimant regi genus humanum, & ex causis cœlestium terrena moderari. *Deut.* 4.c. Caue ne fortè oculis eleuatis ad cœlum videas Solem, & Lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea, & colas quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cœlo sunt. Ideo autem hoc nolite facere.

e Quia leges, &c.] i. ritus eorum de idolis colendis. Exponit tamen *Ieron.* sic, i. omnis humana sapientia futilis est in se, nullam habens vtilitatem. Contra *Eccl.* 1.a. Omnis sapientia a Dño Deo est. Sol. Non sumitur hic sapientia pro cognitione, sed pro cultu idolorum ab homine inuento, siue pro legibus, & consuetudinibus gentium de idololatria, sicut cultus Dei dicitur sapientia, & pietas.

f Quia lignum de saltu præcidit.] Describit materiam idolorum, quasi, ideo leges Gentium vanæ sunt: quia docent colere idola quæ vana sunt, quod ostendo per materiam idolorum, & artificem. Vndè, lignum de saltu præcidit, homo scilicet, ad idolum faciendum, & ita materia idolorum est vilis, & corruptibilis.

h Opus manuum, &c.] dolatum, quia in illo ligno operatur artifex. In hoc ergo notatur mortalitas, & temporalitas idoli, cùm artifex sit mortalis, mortalia sunt illa quæ fabricat: non enim potest facere maius se, sed ille qui est immortalis potest facere mortalia quæ sunt minora ipso. *Sap.* 15. d. Nemo sibi similem homo poterit Deum fingere: cùm enim sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis, melior est ipse his quos colit, quia ipse vixit cum esset mortalis, illi autem nunquam. Vel sic iunge: Lignum de saltu præcidit opus manuum artificis, i. artifex operans, siue operosus, præcidit, &c. & hoc, in ascia. Et ita notatur auctor, & instrumentum, & materia. Sed quia lignum non de facili crederetur esse Deus si appareret sicut est, ideo dicit.

k Argento, & auro decorauit illud] vt sic fulgor deciperet simplices. Non solùm autem pulchros faciebant, sed & fortes, & stabiles. Vndè.

l Clauis, & malleis compegit,] i. per clauos ictu malleorum infixos. De hac materia satis habetur *Sap.* 13. 14. & 15. ferè per totum. Et *Isa* 44. b. Plastæ idoli omnes nihil sunt; & alia multa ibidem. De hoc *Baruch.* 6. a. Ligna expolita à fabro, ipsa etiam inaurata, & argentata falsa sunt, & non possunt loqui. Et *infr.* b. Hi non liberantur ab ærugine, & tinea: Extergent faciem eorum propter puluerem domus. *Ibidem*: Sine pedibus in humeris portantur, oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium, &c. *Isaia* 40. e. Forte lignum, & imputribile elegit artifex sapiens, quærit quomodo statuat simulachrum, vt non moueatur. *Isaia* 41. b. Confortauit eum clauis, vt non moueatur.

m Vt non dissoluatur] à pariete cui infigitur, vel ne compactio membrorum soluatur. In hoc notatur idolorum impotentia, quæ nec per se stare possunt, nisi clauis, & malleis compinguantur. n In similitudinem, &c.] i. artificiosè, & subtiliter, quia sicut palma arbor est pulchra, & quandoque pingitur artificiosè, & subtiliter decoratur, ita sculptura idoli honesta est & formosa. Vel hoc dicit quantùm ad hoc, quòd de palma fiunt idola. Vel, in similitudinem palmæ, i. similia sunt palmæ depictæ, quæ superinductis coloribus preciosis exteriùs, interiùs nihil veritatis, vel fructuositatis habet; ita idola habent pulchritudinem metallorum, & picturæ arte decorata sunt, sed vtilitatem non habent quæ fructum præbeat artifici, sicut nec palma depicta habet vtilitatem fructus, sed speciem. Non pinguntur palmæ, vt fructum habeant, sed vt pulchræ sint visu.

o Et non loquentur.] Nihil enim in se vitale habent. Vndè, *Psalm.* 113. Os habent, & non loquentur, &c.

p Portata tolluntur:] Vndè fortior qui portat.

q Quia incedere non valent. Vndè *Psalm.* 113. Pedes habent, & non ambulabunt. r Nolite ergo, &c.] Hoc dicit contra quorundam errorem, quia quidam solent Dæmones colere, & illos exorare, vt beneficia præstent, sed nec possunt iuuare eos, nec nocere. Vndè *Sap.* 13. d. Non erubescet loqui cum illo qui sine anima est, & pro sanitate, &c. Vndè dicitur idolis, *Isaia* 41. f. Benè quoque aut male si potestis facite, quasi nihil potestis facere.

Mysticè. f Quia lignum de saltu præcidit.] Arbores in saltu infructuosæ sunt: Hi sunt Canonici in Capitulis vbi vix reperitur vnus bonus. Tunc præciditur lignum de saltu, quando de tali infructuosa congregatione aliquis ad Prælaturam eligitur. *Iudic.* 9. b. Ierunt ligna, vt eligerent super se Regem. Verè enim Regem eligunt, non patrem, vel Prælatum, quia nostri Prælati in omnibus se gerunt ac si Domini, & Reges essent: Totum enim ius Regis faciunt, sicut describitur ius Regis. 1. *Reg.* 8.c. Hoc erit ius Regis qui vobis imperaturus est: Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque equites, & præcursores quadrigarum suarum: Agros vestros, & optima quæque vestra tollet. Et cætera quæ ibi ponuntur. *Isaia* 44. b. Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum quæ steterat inter ligna saltus. Istæ duæ arbores fructum, vel cibum portant bestiis, vel porcis vtilem. Vnde si quæreretur à porcis quem Regem vellent sibi eligere, non eligerent nisi quercum, vel ilicem. Tales sunt illi qui non eligunt aliquem nisi, quia ille benè pascit eos. *Isaia* 3. a. Apprehendet virum fratrem suum domesticum patris sui, & dicet, vestimentum tibi est, Princeps noster esto. Isti ergo ædificant Ecclesiam de lignis infructuosis Domino, sed non sibi. Sed 3. *Reg.* 6. dicitur: Ædificauit Salomon Templum de lignis Libani, quæ fructifera erant per bonam vitam, & odorifera per bonam famam. Et vt dicitur *ibidem*, ostia Templi fecit de lignis oliuarum, quia Prælati Ecclesiæ visceribus misericordiæ debent affluere, & totam Ecclesiam doctrina, & exemplo illuminare.

Mysticè.

g Præcidit.] In quo notatur quòd tales quando electi sunt peiores fiunt quàm ante.

h Opus manuum artificis.] In hoc notatur calliditas & dolositas eligentium eos. Multi enim electi non sunt nisi opere hominum, & nõ Dei voluntate, sed hominum fraudulenta dolositate electi sunt. Sed dicitur in *Psalm.* 27. Opera manuum eius destrues illos, & non ædificabis eos. Sed *Psalm.* 101. Opera manuum tuarum sunt cœli, id est, illi de quibus alius *Psalm.* 18. Cœli enarrant gloriam Dei, &c.

i In ascia.] In hoc intelligitur litigatio in qua eliguntur. Ascia enim est instrumentum formam habens malleoli, ad religanda dolia vacua, sed nisi interponatur lignum dum ea percutitur, ligaturas dolij frangit. Sed hi nullam memoriam lignum ligni crucis habent. *Psalm.* 73. In securi, & ascia deiecerunt eam, i. Ecclesiam. Sed 3. *Reg.* 6. a. In ædificatione Templi non sunt audita securis, malleus & ferramentum, i. oppressiones, & schismata.

k Argento & auro decorauit illud,] i. sapientia, & eloquentia quibus fulget vt adoretur sicut Deus. Mos est rusticorum illas solas vocare reliquias sanctas quæ benè argentatæ, & inauratæ sunt, sed in his non est nisi species, & non veritas. *Zach.* 11.d. O pastor & idolum.

l Clauis, & malleis compegit,] i. appellationibus, & constitutionibus, & expensis multis.

n In similitudinem palmarum; nam, sicut dicitur, qui plantat, nunquam de fructu eius edit, quia ad minus quando eam plantat habet viginti annos, vel plus, sed ipsa non fructificat, nisi post centesimum annum: Sic qui talem eligunt, nunquam fructum ab eo accipiunt, nec in spiritualibus, nec in temporalibus, sed magis à Deo opprimuntur. Vndè *Iudic.* 9.b. Illi ligna de saltu elegunt rhamnum, sed de rhamno egressus est ignis qui ea combussit.

o Et non loquentur,] quia prædicare nesciunt. *Isaia* 56. d. Canes muti non valentes latrare. p Portata, & cætera] cùm prius fortè patres eorum vix possent habere

a iumentum

a iumentum ad aratrum. *Ps.* 19. Hi in curribus, & hi in equis. Hæc etiam omnia de hæreticis possunt exponi, qui speciem tantum veritatis habent, sed veritatem eius abnegant. a Non est similis tui.] Ostensâ idoli infirmitate, ostendit Dei potentiam, & fortitudinem, vt ex ea impotentiam idoli conuincat, dicens.

timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene. a Non est similis tui Domine, b magnus tu, c & magnum nomen tuum in fortitudine. d Quis non timebit te ô Rex gentium? e Tuum est enim decus inter cunctos sapiẽtes Gentium, f & in vniuersis Regnis eorum nullus est similis tui. g Pariter † insipientes, & fatui probabuntur, h doctrina vanitatis eorum i lignum est, † k argento inuolutum, l de Tharsis affertur, m & aurum de † Ophir n opus artificis, & o manus ærarij, p Hyacinthus; & purpura indumentum eorum. q Opus artificum vniuersa hæc, r Dominus autem Deus † verus est. s Ipse

Apoc. 15. *b.*

al. † sapientes, & fatui.
al. † argentũ.
al. † Ophaz.
Iona 1. *a.*
al. † verax.

a Non est similis tui Domine,] in dus Gẽtium, quia illi inutiles, vt dictum est. b Magnus tu,] *Baruch* 3. c. Magnus, & immensus, excelsus, & non habens finem. c Et magnũ nomen tuum,] i. potentia tuæ Maiestatis quã ostendis in operibus tuis, reddit te nominabilem & famosum. Cùm ergo tantus sis.

d Quis non timebit te, ô Rex gentium? quia nullus est, qui non debeat te timere, quia nullus sapientiam, & cognitionem tuam effugit: nullus potentiæ tuæ manum euadit. Tu enim es summè sapiens, & summe potens. *Iob.* 36. c. Ecce Deus Excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus, *inf.* 32. d. Fortissime, magne, & potens Dominus exercituum nomen tibi, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu, cuius oculi aperti super omnes vias filiorum Adam vt reddas vnicuique secundum vias suas.

e Tuum est enim decus inter cunctos sapientes gentium,] id est, super omnes habes honorem sapientiæ, siue omnes excedis in sapientia. *Ieron.* In veritate est decor, in mendacio turpitudo. Et est argumentum, quod omne mendacium est peccatum. Non enim loquitur hîc nisi de turpitudine spirituali.

f Et in vniuersis Regnis eorum nullus est similis tui.] quia omnes excedis in fortitudine, & sapientia, scilicet omnes Reges, & omnia Regna. Cùm ergo sis sapientior sapientibus, & potentior potentibus, quis non timebit te?

g Pariter insipientes, &c.] quasi in comparatione sapientiæ tuæ omnes probantur esse fatui, & insipientes, quantumcunque etiam sapientiã mũdi videantur habere. Excedis enim, immò deprimis omnem potentiam humanam, & sapientiam & omnium Philosophorum, & hæreticorum, & auarorum, scilicet, filiorum Agar, qui exquirunt sapientiam, quæ de terra est, vt dicitur *Baruch.* 3. c. & 1. *Cor.* 1. c. Perdam sapientiam sapientium & prudentiam prudentium reprobabo, quod sumitur de *Isa.* 29 c. secundum aliam *literam.* Omnes enim alij sapientes, siue Philosophi, siue quicunque alij dicentes se esse sapientes, id est, reputantes stulti facti sunt. Quia.

h Doctrina vanitatis eorum lignum est,] id est, de ligno, i. ligneo idolo colendo, quasi ideo fatui sunt, vel stulti. quia doctrina eorum docet colere idola lignea. Alia *litera* habet. Pariter sapientes, & fatui, quasi tui comparatione pares sunt omnes, scilicet, & sapientes, & insipientes. Respectu enim tui omnium sapientia insipientia est. Et in hoc confunditur sapientia sapientium, quæ æquatur insipientiæ, vel fatuitati. Vel.

g Pariter insipientes, & fatui probabuntur,] id est, examinabuntur a Deo, secundùm illud *Psal.* 10. Dominus interrogat iustum & impium. Et ideo timendum. Principium enim sapientiæ timor Domini. *Prou.* 1. a. & *Eccl.* 1. c. Timor Domini expellit peccatum. *Prou.* 14. d. In timore Domini fiducia fortitudinis. Ideo hoc considerans, dixit: Quis non timebit te, Rex gentium? Tria autem sunt, quæ timorem incutiunt, id est, iudicij districtio incertitudo veniæ, incertitudo finis, districtio iudicij in hoc est, quod nihil impunitum reliquit, nec etiam verbum otiosum. Vnde. *Eccl.* vlt. d. Cuncta adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit. De incertitudine veniæ. *Eccl.* 5. b. De propitiatu peccatorum noli esse sine metu, De incertitudine finis, id est, iustitiæ finalis. *Eccl.* 9. a. Sunt iusti atque sapientes, & opera eorum manu Dei sunt, & nemo scit, vtrum amore, vel odio dignus sit, scilicet, finaliter. Et ideo valde timendum est, quia si in tota vita sua homo iustus fuerit, in fine peccauerit omnium priorum iustitiarum eius ad Deum non erit recordatio, vt dicitur *Ezechiel* 18. e.

h Doctrina vanitatis eorum] id est, vana eorum doctrina.

i Lignum est argento inuolutum,] id est, de colendo idolo ligneo ob decorem, & fulgorem argento superuestito & inuoluto. Vnde autem illud argentum accipiunt, subdit.

l De Tharsis affertur,] illud argentum quo idola lignea superuestiuntur. Vel sic puncta.

h Doctrina vanitatis eorum, lignum est,] lege vt prius.

k Argentum inuolutum de Tharsis affertur] & quasi diligenter affertur argentum non apertum, sed inuolutum, sicut mercatores mercimonia sua benè inuoluunt. Secundum Iosephum, Tharsis est regio, vnde afferebatur autem Salomoni vt dicitur 2. *Paral.* 8. d. & 3. *Reg.* 9. d. Tamen prout sumitur in Iona, vbi dicitur. Vt fugeret in Tharsis, sumitur pro ciuitate ciliciæ, vbi dicit *Gl.* Vel, secundùm *Ieronymum*: Pelagus Tharsis] hic dicitur. Vnde secundùm hoc est sensus. De Tharsis,] id est, de mari, vel per mare, vel quia in arenis maris solet aurum reperiri. Vnde de Zabulon, qui habitabat in littoribus maris, dicitur *Deuteron.* 33. c. Inundationes maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum.

m Et aurum de Ophir,] vel Ophaz, Insula quædam est, ad quam mittebat Salomon pro auro afferendo. Vel secundùm *Ieronymum*, apud Hebræos appellatur aurum Ophaz, quod dicitur aurum obrizum. Vnde sic est sensus. Aurum de Ophir, id est, aurum obriaum, vt sit partitiua constructio Aurum autem obrizum dicitur aurum optimæ radicis, vel optimè radians. Et, vt dicitur super *Iob.* 31. aurum obrizum est rude aurum, siue rudis moles auri, quod licèt sit rude, tamen in visceribus terræ radios emittit, propter sui maximam puritatem. Præterea, aurum obriaum tale est intus, quale est extra, quando aurum † brunitum est, lucidius est extra, quàm intùs. *al.* † fornitum.

n Opus artificis & manus ærarij,] quasi dixi, quod doctrina eorum est lignum, quia docent colere lignum, quod lignum est opus artificis, id est, opere artificis decoratum auro obrizo, & argento.

o Et manus ærarij.] quia sicut auro & argento induebat quædam idola, ita & quædam ære. Vel, artificis dicitur, quantum ad lignum; ærarij, quantum ad aurifabrum. Vel, quia quædam idola de ære ornabat, ideo dicit ærarij.

p Hiacyntus, & purpura indumentum eorum.] Induebantur enim idola ad similitudinem hominum, vt magis propter superficiem homines deciperentur. *Ezech.* 16. b. Fecisti tibi idola hinc inde consuta, i. valdè strictè suta, sicut homines strictis vestibus induuntur ad decorem. Vel hoc dicit quia in similitudinem purpuræ, & Hiacynthi distinguebatur ibi aurum, & argentum.

q Opus artificium. vniuersa hæc,] idola, *Alia litera.* [Sapienter.] Et loquitur Ironicè, quasi hoc faciant sapientes Gentilium. Vel, artificum quasi dij creduntur esse, sed sunt opera manuum hominum.

Mysticè. h Doctrina vanitatis] id est, sapientia Philosophorum, vel inanium Theologorum, quæ dicitur lignum, quia, vile, & inutile. Tamen. *Mysticè.*

k Argento inuolutum] quia eloquentiæ venustate, & verborum artificio deceptionem doctrinæ suæ, & vanitatem tegunt. Non enim quærunt in doctrina sua, nisi vanitatem, & ideo tota doctrina eorum est in verborum compositione, & inuolutione. Sed dicitur *Eccl.* 4. c. Non abscondes sapientiam in decore eius. Ideo dicit, inuolutum, quia verbis compositis eam inuoluunt, vel quia diuina sapientia obscura est, & occulta. Vnde *Iob.* 28. c. Traditur sapientia de occultis, sed expositionibus sit aperta.

l De Tharsis, affertur.] Tharsis est mare. Mare autem speciem cœli habet, sic doctrina eorum vana, est similis Catholicæ, & cœlesti doctrinæ.

p Hiacynthus, & purpura indumentum eorum] id est, idolorum, quæ significant Prælatos, qui mollibus induuntur. Mollia enim indumenta mollitiem animi declarant. Sed dicit *Ieron.* ad Rusticum. Sordes vestium candidæ mentis indicia sunt.

r Dominus autem Deus verus est] quasi idola mendaciter vocantur dij, sed Dominus est Deus verus. s Ipse,]

a Deus viuens] sed illa mortua. a Et Rex sempiternus,] sed illa transitoria. b Indignatione commouebitur terra] i. qui terrena habent opera, & terrena fingunt simulacra. c Et non sustinebunt gentes comminationem eius :] id est, non poterunt sustinere poenam, quam Deus eis comminatur, sed deficient omnino ad tactum eius gẽtes, id est, idola colentes, sed populus Domini potest sustinere manum Domini, quia Dominus eum percutiet ad correctionem, non ad interitum. Si ergo non poterunt mali sustinere eius comminationem, quomodo sustinebunt ipsius poenæ comminatæ inflictionem?

Deus viuens a & Rex sempiternus. b Ab indignatione eius cõmouebitur terra, c & non sustinebunt gentes comminationem eius. d Sic ergo dicetis eis. e dij qui cœlos, & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his f quæ sub cœlo sunt. g Qui facit terrã in h fortitudine sua: i præparat Orbẽ in k sapientia sua: l & prudentia sua extendit cœlos m Ad vocẽ suã n dat multitudinẽ aquarũ o in cœlo, p & eleuat † q nebulas r ab extremitatib⁹ terræ

al. † nubeculas.

d Sic ergo dicetis eis] id est, artificibus, vel cultoribus idolorum. Ex prædictis infert, quod idola sunt anatematizanda.

e Dij : qui cœlos, & terram non fecerunt, pereant de terra & de his,] supple locis.

f Quæ sub cœlo sunt] quasi nusquam sint, & ille solus appelletur Deus, qui fecit cœlum & terram.

Mysticè. Mysticè. e Dij] dicuntur Prædicatores, qui cooperatione suæ prædicationis gratia Dei adiuuante faciunt homines esse cœlos per cœlestium contemplationẽ, & terram per stabilem, & perseuerantem in bono conuersationem. Nota quod hanc vltimam clausulam habent Hebræi scriptam Chaldaicè, quod ideo fecit Ieremias, vt hanc Hebræi sententiam, quando Chaldæos corriperent, vel quando ab eis ad idololatriam inuitarentur, ad manum haberent, & Chaldæi suum idioma intelligerent.

Ad literam. g Qui facit terram] quasi illa nihil sunt, sed iste est verus Deus qui facit terram creando.

h In fortitudine sua,] quia potentiæ, quæ Patri tribuitur, opus creationis appropriatur.

i Præparat Orbem in sapientia sua,] disponendo. Sapientiæ enim, quæ Filio appropriatur, attribuitur dispositio.

l Et prudentia sua extendit cœlos] Sole, Luna, Stellis ornatos. In quo notatur ornatus, vel ordinatio, quæ attribuitur Spiritui sancto, cui attribuitur bonitas siue prudentia, quasi omnia, tam superiora, quam inferiora ipse fecit continentia, & contenta, potenter, sapienter, prudenter. Vel fortitudinem, & prudentiam, & sapientiam Dei Patris qui fecit omnia, vocat filiũ, qui est virt⁹, & sapiẽtia Dei Patris, vt dicitur 1. *Corinth.* 1. d. In quo & per quem Deus Pater omnia fecit, disposuit, & ornauit. Vnde *Ps.* 103. Omnia in sapientia fecisti, *Genes.* 1. a. In principio creauit Deus cœlum, & terram, id est, in Filio, & per Filium, *Origen.* autem sic exponit: Qui facit terram in fortitudine sua, id est, qui sua fortitudine terram solidauit, & stabilem super nihilum sedere fecit. Alia enim super terram fundata sunt, sed terra super nihilum, vt dicitur *Iob* 26. b. Quod autem dicitur in *Psalm.* 135. Qui fundauit terram super aquas, non hoc dicit, quod super aquam sit terra fundata, sed quia aqua est ei adiacens, sicut castrum dicitur fundari super fluuium. Aliter enim, si terra super aliquid fundaretur, mobilis esset. Vnde ideo immobilis, quia super nihilum fundata est. Vnde, Qui fundasti terram super stabilitatem suam. In medio enim mundi, id est, aliorum elementorum terra sita est, & ideo infima est inter alia elementa. In omni enim corpore sphærico, quod medium est, infimum est. *Psal.* 103.

Moraliter. Gen. 3. *d.* Moraliter. g Qui facit terram in fortitudine sua, id est, carnem nostram cui dicitur: Terra es, & in terram ibis, corroborat ad vincendum tentationes. *Coloss.* 3. a. Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, scilicet, vt subiiciantur voluntati spiritus. *Rom.* 8. c. Si spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

i Præparat orbem in sapientia sua] quia non solum terram carnis corroborat per flagellorum castigationem, sed orbem, id est, animam præparat, id est, ad cœlestia erigit per sapientiam, id est, cœlestium contemplationem. Orbis enim Græcè dicitur. Oigumive inhabitatio, hæc est anima quæ est Dei habitatio, vt *Ioan.* 14. c. Mansionem apud eum faciemus, dicit Trinitas. *Ps.* 50. Spiritu principali confirma me, id est, in Patre, Spiritum rectum innoua in visceribus meis, id est, Filium; Spiritum sanctum tuum ne auferas a me, quoad tertiam personam.

l Et prudentia sua extendit cœlos] id est, Christus qui est prudentia sua extendit animas quas inhabitat, in anteriora posterioribus oblitis. Vel, Qui facit terram in fortitudine sua, id est, qui iustificat peccatorem terrenis omnino deditum, & hoc quasi cum violentia quem Dæmones terrere, & comprimere, sicut terrã cõsueuerant. Licẽt autem iustificatio sit misericordia Dei, tamen potentia eius dicitur esse quantũm ad hoc, scilicet, vt homo illectus peccandi consuetudine, quasi vi abstrahatur à peccatis. Propter hoc dicit *Aug.* Quòd maius est, de impio facere pium, &c. Vnde *Ioan.* 6. e. Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum. *Ps.* 67. Qui eduxit vinctos in fortitudine. *Inf.* 51. *b.*

i Qui præparat Orbem] id est, Ecclesiam, extra quam nihil viuit spiritualiter. *Sap.* 1. b. Spiritus Dominus repleuit Orbem terrarum

k In sapientia sua,] quia de Dæmonibus sapienter triumphauit, cum in Cruce pendens, Ecclesiam sibi copulauit.

l Et prudentia sua extendit cœlos] id est, viros perfectos, vt essent Dei capaces. *Isaia* 40. e. Qui extendit quasi nihilum cœlos, id est, sine difficultate, & espandit eos, quasi tabernaculum ad habitandum. Vel, Extendit cœlos, id est, sacram Scripturam, apertè eam omnibus prædicando. Vnde, Qui extendit cœlos, sicut pellem. *Psal.* 103.

m Ad vocem suam] id est, ad imperium suum.

n Dat multitudinem aquarum] id est, copiosè pluuias effundit.

o In cœlo] aërio, à quo descendunt, & in quo concrescunt ipsæ aquæ.

p Et eleuat nebulas ab extremitatibus terræ.] Loquitur secundùm opinionem hominum, quibus ab extremis terrarum finibus nebulæ surgere videntur. Vel extrema terræ vocat imas terrarum valles, vel aquas terrarum oras ambientes, à quibus videntur oriri nebulæ. *Psal.* 134. Producens nubes ab extremo terræ, vel à circundatione finium terræ, vt dicit ibi *Gl.* Hoc autem dicit, quia calor solis attrahit sibi fomentum ab extremo terræ, i. ab aquis, quæ dicuntur extrema terræ, quia eam totã ambiũt. *Ad literam.*

a & inde

Mysticè. Mysticè. m Ad vocem suam,] quâ loquitur ad cor interiùs inspirando scientiam, vel infundendo gratiam.

n Dat multitudinem aquarum] expositionum, vel doctrinarum.

o In cœlo] sacræ Scripturæ Vel,

m Ad vocem suam] prædicationis.

n Dat multitudinem aquarum, id est, copiositatem lacrymarum in cœlestibus prædicatoribus. Vel,

m Ad vocem dat multitudinem,] quando dat Prædicatori gratiam cum verbo. Nihil enim proficit exterius vox doctoris, nisi intus operetur gratia conditoris. *Psal.* 67. Dabit voci suæ vocem virtutis.

p Et eleuat, sursum ad cœlestia, per desiderium, vel spem Vel, eleuat indignitatem, vel prælationem.

q Nebulas,] vel nubeculas, id est, sanctos Prædicatores.

r Ab extremitatibus terræ] ad literam, de vltimis finibus terræ, vt Apostolos. Vel, Ab extremitatibus, terræ, id est, de maximis peccatoribus, maximos fecit Prædicatores, vt Paulus de persecutore factus est Prædicator, *Act.* 9. Matthæus de Telonæo assumptus est in Apostolum. *Matth.* 9. Prædicatores autem dicuntur nubes, vel nubeculæ, quia pluunt doctrinis, coruscant miraculis, intonant minis circumferuntur ventis, id est, persecutionibus impiorum. Vnde *Matth. vigesimo* c. Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Vel quia per ventum Spiritus sancti feruntur, vt dicitur *Iob.* 37. c. Nubes spargunt lumen suum, & illustrant cuncta per circuitum quocũque eas voluntas gubernantis duxerit Et sicut ex nubium collisione fulgura procedunt, & sicut ignis exit ex duris lapidibus simul complosis, sic ex Sanctorum collisione, id est, mutua collocutione coruscans, & illuminans doctrina procedit. Moyses enim, & Iosue, tanquam nubes colloquentes, Pentateuchum, & librum Iosue, tanquam micantia lumina ediderunt. Sic Ieremias, & Baruch sibi colloquentes rutilantia fulgura micant, id est, verba, & scripta lucentia, & micantia dicuntur autem nubeculæ propter humilitatem & suæ fragilitatis considerationem. De his nubibus *Isaia* 60. b. Qui sunt isti, qui vt nubes volant? *Isaia* 5. b.

a Mandabo

b & inde concrescunt, & creantur nubes. *a* Fulgura in pluuiam facit.] id est, fulgurationes conuertit in pluuiarum inundationes. Statim enim deficiunt, vel cessant fulgura per pluuias. Secundùm *Origenem*, fulgura ex nubium collisione generantur, vel ex nubibus de quibus fiunt imbres, sicut ex duris lapidibus sibi
C complosis generatur ignis; collisæ autem nubes resoluuntur, & sic fulgura deficiunt. Vel, Fulgura in pluuiâ facit, quia fulgura sine pluuia terrerent, & nihil darent. Fulgur enim terroré facit: & pluuia gaudium. Qui ergo terruit fulgure, reficit pluuia.

a Fulgura in pluuiam facit, *b* & educit ventum de *c* thesauris suis. *d* Stultus factus est omnis homo *e* à scientia sua, *f* confusus est omnis artifex in sculptili, *g* quoniam falsum est quod conflauit, *h* & non *i* est spiritus in eis. *k* Vana sunt, *l* & opus risu dignum. *m* In tempore visitationis suæ peribunt.

b Et educit ventum de thesauris suis; id est, de secretis suis. Vndè enim veniunt, vel oriantur nescimus, sed scimus, quòd
Psalm.134. iussu Dei fiant, vt dicit *Glos.* super illud *Psalm.* 134. Qui producit ventos de thesauris suis; sed quâ causâ venti flant, nescimus. Vel, De thesauris, id est, de occultis naturæ sinubus. Occultum enim est vndè in aere illi motus fiant, qui ventum procreant. Hebræi autem dicunt vnum cœlum esse per se, in quo tanquam in thesauro dicunt ventos esse repositos: quos Dominus, cùm opoportunum visum fuerit, educat. Et idem dicunt de niue, & grandine. Quibus consentire videtur illud *Iob* 38. c. Nunquid ingressus es thesauros niuis? aut thesauros grandinis aspexisti? Tamen contra has expositiones videtur esse. *Origenes*, qui dicit hic in *Glos.* Venti qui terras perflant, in thesauris Dei non sunt, quia natura eorum manifesta est, scilicet Philosophis, sed sunt thesauri, vt Spiritus sapientiæ, & Spiritus intellectus, & sic de aliis. Qui thesauri sunt in Christo absconditi, vt dicitur *Coloss.* 2. a. Quod hic intelligitur non ad literam de ventis, qui terram perflant, sed de spiritualibus. Solut. Natura ventorum ad literam ignota est simpliciter, tamen quoad quid manifesta, scilicet, respectu donorum Spiritu sancti, quæ mentem perflant, quæ omni humano sensui sunt ignota, quia nescit homo vnde veniat Spiritus sanctus, aut quò vadat, vt dicitur *Ioan.* 3. a.

Mysticè. ⊕ Mandabo nubibus, &c. *a* Fulgura in pluuiam facit.] Prædicatores sunt fulgura comminando, sunt pluuia mulcendo, & fœcundando. Fulgura autem comminationum pro loco, & tempore, & personis, conuertenda sunt in pluuiam consolationis. Fulgur magis solet cadere in montibus, & capitibus Ecclesiarum, id est, super superbos Prælatos, tam Ecclesiasticos, quàm sæculares, sed modò cadunt in vallibus, & regulis, quia Prælati modò faciunt omnes comminationes super minores. Vel fulgura sunt minæ, & flagella, quæ mali inferunt bonis, sed Dominus hæc flagella bonis conuertit in pluuiam gratiæ amplioris, vel æternæ retributionis. *Psalm.* 59. Da mihi auxilium de tribulatione. *Dan.* 3. e. Fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flagella enim sunt, quasi stimulus iustorum, vt strenuè currant per viam mandatorum. *Psalm.* 32. Congregans, sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Mare, sunt potentes, & persecutores. Aquæ, siue fluctus maris, sunt vexationes tribulationum, quibus iustos impellunt. Has aquas Dominus in vtre congregat, vt inde potentur, & reficiantur iusti in æterna beatitudine, vel in præsenti per gaudium conscientiæ. Ponens in thesauris abyssos, quia iustis reseruat præmij thesaurum, per fluctus, i. tormenta abyssorum, id est, persecutorum, qui sunt sine candore virtutum. Vel congregat Dominus aquas maris, quasi in vtre, cùm vagos, & inquietos ad statum transfert tranquillitatis. Et ponit in thesauris abyssos, cùm iustificatos in æterna beatitudine, tanquam in thesauris reponit.

b Et educit ventum de thesauris suis,] id est, Prædicatores, qui sunt venti propter velocitatem, & strenuitatem discurrendi, & quia leues debent esse, pondere peccatorum non depressi. Hos de thesauris suis, id est, de secretis contemplationis educit Dominus ad publicum prædicationis. In contemplatione enim hauriunt, quod postmodum per prædicationem effundunt: Vndè *Psalm.* 47. Circumdate Sion, & complectimini eam, id est, siris assidui in studio, & contemplatione, & postea narrate in turribus eius, scilicet, in prædicatione. De his ventis *Iob vigesimo-octauo.* d. Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura. Pondus ventorum, est charitas Prædicatorum. Vel,

b Educit ventum,] id est, flatum inspirationis gratiæ.

c De thesauris suis,] id est, de se, in quo sunt thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi. *Coloss.* 2. a. De plenitudine eius nos omnes accepimus, vt dicitur *Ioan.* 1. b. Vel, *b* Educit ventum,] id est, dat Spiritum sanctum.

c De thesauris,] id est, de occultis suis, quia nemo scit vndè veniat, aut quò vadat, vt dicitur *Ioan.* 3. a. & *Iob.* 9. b. Si venerit ad me, non videbo eum, si abierit, non intelligam. De hoc vento *Osea* 13. d. Adducet Dominus ventum vrentem, & siccabit venas eius, scilicet, vrentem vnia. Vndè *Deut.* 4. d. Dominus noster ignis consumens est. Hic ventus desiccat venas mortis, id est, vires animales, per quas omnes operationes currunt, sicut sanguis per venas. Vel,

b Educit ventum,] id est, quatuor virtutes Cardinales. De quibus *Zachar. sexto.* b. Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, vt coram Dominatore vniuersæ terræ, id est, faciunt hominem paratum stare ad voluntatem Dei faciendam. *Ezech. trigesimo-septimo.* c. A quatuor plagis terræ veni spiritus, & insuffla super interfectos istos. Fortitudo flat ab Aquilone, quia ab Aquilone panditur omne malum, contra quem fortitudo habenda est. Tem- Sup. 1. 6.
perantia à Meridie, id est, à feruore prosperitatis, contra quem temperantia est habenda. *Eccl.* 31. b. Qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit. Prudentia ab Oriente, id est, de futuris, quæ possunt oriri, & euenire, quia qui prudens est à longè prouidet futura. *Prouerb. quarto.* d Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Iustitia ab Occidente, id est, à peccatis. *Psalm. centesimo decimo-octauo.* Feci iudicium, & iustitiam, &c. Hi venti educuntur de thesauris Domini, id est, de occultis eius, quia nobis ab eo occultè veniunt. Nemo enim scit, vtrùm sit dignus ira, vel odio, vt dicitur *Eccl. nono.* a. Thesaurus enim tripliciter accipitur. Aliquando pro pretiositate, vt *Prouerb. vigesimo-primo.* c. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Aliquando pro reseruatione, vt *Matth.* 6. c. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Aliquando pro occultatione, vt hic.

d Stultus factus est omnis homo.] Priùs ostendit im- Ad literam.
potentiam, & vilitatem idoli, & potentiam, & dignitatem, & sapientiam Dei, ex quibus hic concludit stultitiam eorum qui derelicto Deo idola colunt.

e A scientia sua,] id est, propter scientiam suam, & studium quod conuertit in facturam idoli. Vel, A scientia sua, qua sciunt facere pulcherrimum idolum. Illa infatuauit eum in tantùm, vt propter pulchritudinem illud crederet esse Deum, & adoraret. Vel, Stultus à scientia sua, id est, si scientiam suam scientiæ Dei comparet, eam stultitiam reputabit. *Iob* 4. 1.Cor.1.d.
d. Nunquid homo comparatione Dei iustificabitur? Quia sapientia huius mundi, & cuiuscunque hominis, stultitia est apud Deum, id est, sapientiæ Dei comparata. Quod enim stultum est Dei, sapientius est hominibus. *Psalmo centesimo trigesimo-octauo.* Mirabilis facta est scientia tua ex me. *Eccl. septimo.* e. Dixi, sapiens efficiar, & ipsa longiùs recessit à me multò magis, quàm ante erat. Vel.

e A scientia sua, quia scientia multos obcæcat, & inflat per elationem, vt dicitur 1. *Cor.* 8. a. *Iob.* 8. c. Per diem incurrent tenebras. *Isaia* 47. c. Scientia tua hæc ipsa decepit te, *inf.* 49. b. Periit consilium a filiis; inutilis facta est scientia eorum.

f Confusus est omnis artifex in sculptili,] id est, in confidentia habita in sculptili frustratus est, vel confusus in factura sculptilis, vel in cultu eius.

g Quoniam falsum est, quod conflauit,] quia non habet illam potentiam, quam videtur habere, vel quia aures habet, & non audit, oculos, & non videt, & huiusmodi. Vndè.

h Et,] id est, quia.

i Non est spiritus in eis,] id est, vita, vel anima.

k Vana sunt,] idola, & sculptilia.

l Et opus risu dignum,] id est, irrisione. Finem autem eorum subiungit breuiter, dicens.

m In tempore visitationis suæ peribunt,] id est, idola, & cultores eorum tempore aduentus Chaldæorum.

Moraliter *f* Confusus est omnis artifex in sculptili,] Per Moralis
sculptile Prælatus Ecclesiæ significatur, quia à multis adoratur, & conflatur, vel sculpitur, id est, eligitur à voluntate multorum. Sed dicitur in *Psal.* 96. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, &c. *h* Et non est spiritus in eis] id est, benignitas, quam credebant in eo esse illi qui eum conflauerunt. *Abac.* 2. d. Ecce iste coopertus est

* auro & argento: & omnis spiritus non est in visceribus eius. Sic omnia falsa dogmata hæreticorum per speciem eloquentiæ exterioris, vel falsam, & apparentem similitudinem veritatis, exteriùs argentea sunt, sed interiùs vacua ab omni sapientia aurea. Peribunt.] Ps. 145. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. a Non est his similis pars Iacob] i. Deus, quem Iacob, & eius successores, & imitatores elegerunt pro parte sua. Vel, Non ex his similis, id est, idolis prædictis, quæ sunt mortua, id est, sine spiritu, & vita. Num. 18. c. Ego pars, & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Psal. 72. Pars mea Deus in æternum.

Ad literam.

al. non habet † non.

D

a Non est his similis pars Iacob. b Qui enim formauit omnia, c ipse est, d & Israël virga hæreditatis eius, e Dñs exercituum nomen illi. f Congrega de g terra h confusionem tuam, i quæ habitas in k obsidione, quia hæc dicit Dñs. l Ecce ego longe proiiciam m habitatores terræ, n in hac vice, o & tribulabo eos, ita vt † non inueniantur. p Væ mihi super contritione mea, q pessima plaga mea. r Ego autē s dixi, t Planè hæc infirmitas mea est, u & portabo illam. x Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt,

b Qui enim formauit omnia, tā in anima, quàm in corpore, siue tam corporalia, quàm spiritualia, contra Manichæos, scilicet, Deus Iacob.

c Ipse est,] id est, verum esse habet, quod non habent idola. Exod. 3. d. Qui est, misit me ad vos.

d Et Israel virga hæreditatis eius,] id est, hæreditas eius, id est Dei populus Israel, populus eius, quæ hæreditas solet virga mensurari, & ideo dicitur virga. Deut. 32. a. Pars Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Vel, Israel est genitiui casus, & præmittitur, vt locum habeat sequens relatio. Vndè [Israel] Deus est [virga hæreditatis eius] id est, Israëlis, id est, pars eius populus Domini dicitur Iacob per vitiorum supplantationem, Israel per Dei contemplationem. De hoc Num. 23. c. Non est idolum in Iacob, neque videtur simulachrum in Israel, Dominus Deus eius cum eo est.

e Dominus exercituum nomen illi.] In Hebræo habetur, Dominus Sabaoth, id est, virtutum, vel exercituum, quasi, nomen meum est Dominus. Vnde mihi soli hoc reseruatur. Vndè nihil aliud debet dici Deus, vel Dominus. Vndè Isaia 42. b. Ego Dominus, hoc nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. f Congrega.] Post reprobationem idolorum, hic pœnam Iudæorum, qui pro maiori parte idola coluerunt, subiungit. Et loquitur Propheta populo Israelitico, quod scilicet quicquid habet foris rerum, vel substantiarum, in vrbem munitissimam congreget, & longæ obsidioni alimenta paret, quia prædicit captiuitatem imminentem, & quasi proximam. Vndè, Congrega, ô Ierusalem. g De terra,] id est, de agris.

h Confusionem tuam] siue [substantiam] secundùm Sept. Quicquid enim habes, confusione dignum est.

i Quæ habitas in obsidione [id est, quæ in proximo habitatura es ibi, scilicet, in ciuitate obsessa, & ideo congrega victualia, quæ vocat confusionem tuam, quia talis congregatio victualium vertetur ei in confusionem, quia licet in victualibus confidas, nihilominus tamen destrueris. Vel sic, Omnia tua congrega, si potes, & pone in locum munitissimum, ne hostes ea rapiant. Et secundùm hoc loquitur eis ironicè. Ita enim Iudæi confidebant in munitione ciuitatis, quòd pro nihilo reputabant aduentum hostium, & ideo nitentur eis resistere, & hoc erat eis ad confusionem, quia ab eis destruentur. Vndè.

l Ecce ego longè proiiciam habitatores terræ, id est, Iudææ, scilicet, à terra sua in Chaldæam, quæ valdè remota est à Iudæa.

n In hac vice,] id est, in instanti tempore. Hoc dicit, quia alia vice Iudæos puniuit per Sennacherib, & commouit eos, & postea per Pharaonem Nechao, & tertiò per Chaldæos, in primo eorum aduentu. Sed in his omnibus ciuitatem eorum non destruxit, sicut hac vice in vltimo aduentu Chaldæorum. Vbi nos habemus, longè proiiciam, alia litera habet: Instar fundæ cum omni impetu abiiciam.

p Et tribulabo eos, ita vt non inueniantur] quasi tanta erit tribulatio, & afflictio, & occisio, vt non inueniantur propter paucitatem relictorum. Secundùm Hieronym. & secundùm Septuaginta non est ibi, [Non] sed sic Tribulabo eos, vt inueniantur, quasi sic angustabo eos in obsidione, & coangustabo, vt omnes in vrbe reperiantur, & fugere non possint inde, vel se abscondere. In Hebræo habetur, vt inueniant] scilicet, mala, quæ comminatus sum eis.

Moral. Moraliter. f Congrega de terra confusionem tuam,] id est, aceruа thesauros, & diuitias, quæ vertantur tibi, ô auare, in æternam damnationem, vel confusionem. Philipp. tertio. d. Gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt.

i Quæ habitas] tanquam hæres, & mansionarius, non tanquam aduena, & peregrinus.

k In obsidione,] id est, in hoc mundo, qui vndique obsidetur ab hostibus. Apocalyps. 8. d. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Abac. secundo. c. Væ, qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali, cogitasti confusionem domui tuæ.

l Ecce ego longe proiiciam] à terra viuentium.

m Habitatores terræ,] id est, peregrinos.

n In hac vice] scilicet, perfectè, scilicet in morte. Et hic notatur magna ira Dei, qui quasi cum impetu fundæ dicitur eos a se proiicere. Qui enim lapidem fundâ proiicit, longè diu ante circumrotat, & circumuoluit, sic temporalium amatores modò per diuersas curas circumrotantur, vt tandem longius a Deo proiiciantur. 1. Reg. cap. 25. e dixit Abigail ad Dauid: Si surrexerit homo aliquando persequi te quærens animam tuam, erit anima Domini mei custodita quasi in fasciculo viuentium apud Dominum Deum tuum. Porrò inimicorum tuorum anima rotabitur quasi impetu, & circulo fundæ. Anima enim amicorum Domini, ne per peccatum, vel illicita desideria defluat, circumligatur, quasi fasciculus; sed anima inimicorum, vt longius proiiciatur, rotatur. Vnde Psalm. 11. In circuitu impij ambulant. Sicut autem fit strepitus in iactu lapidis à funda: sic in morte auarorum est strepitus, quia statim commouetur terra erga eos, dicens: multa mala fecit, & repetuntur debita, & vsuræ, & non possunt haberi. Vndè Psalm. 9. Periit memoria eorum cum sonitu.

o Et tribulabo eos, ita vt inueniantur.] In iudicio enim effugere non poterunt, quia vndique circumdabit eos tribulatio. Tunc enim inuenietur iniquitas eorum ad odium. Nihil enim fecerunt, quod non puniatur.

p Væ mihi super contritione mea.] Loquitur in persona Ierusalem quam introducit loquentem, & plangentem captiuitatem suam, quasi esset præsens. Ad literam.

q Pessima plaga mea,] id est, desperata, & insanabilis, quasi vehementer affligor pœnam sustinens insanabilem. Alia litera habet: Væ super contritione tua, pessima plaga tua, infr. 30. c. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Et paulò post: Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua feci tibi hæc.

r Ego autem] videns plagam meam, & cognoscens culpam meam.

s Dixi] confitendo iustam Dei vindictam.

t Planè hæc infirmitas mea est,] id est, mihi competens secundùm merita peccatorum meorum, quasi plenum est, & euidens, quòd hæc pœna mihi debuit infligi, quia eam merui.

u Et] ideo [portabo illam.] id est, patienter sustinebo. Mich. 7. b. Iram Domini sustinebo, quoniam peccaui ei, quasi pœnam hanc mihi acquisiui. Vndè litera Sept. est: Planè hoc vulnus meum, quod apprehendit me, quasi hoc vulnus mihi procuraui, & iustè apprehendit me, quasi iam cepit, & diu tenebit, infr. 15. d. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? Plaga corporis est mala, peccati peior, sed plaga Inferni pessima, ideo dicit, pessima.

x Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt] Siue, [Omnes pelles meæ concisæ sunt] secundùm aliam literam, quasi de facili omnes muri, & omnia mœnia, & præsidia eorum destruentur, ac si tabernaculi, vel tentorij, non ciuitatis esset destructio. Et ideo habitationem eorum vocat tabernaculum. Turres autem, & alias munitiones, quæ sustentant ciuitatem, vocat funiculos, quia sicut funiculi tabernaculum tenent. Dico autem facilem fuisse illam destructionem, non quia non fuisset longa obsidio, quia in tribus annis, & dimidio obsessa fuit, sed loquitur de dirutione murorum, & aliarum munitionum iam capta ciuitate, quæ tanta fuit, vt nec vestigia remanerent.

a Filij mei exierunt à me, *b* & non subsistunt: *c* Non est, qui extendat vltra tentorium meum, & erigat pelles meas, quia stultè egerunt *d* pastores, *e* & Dominum non quæsierunt: *f* propterea non intellexerunt, *g* & omnis grex eorum dispersus est. *h* Vox auditionis ecce venit, *i* & commotio magna *k* de terra Aquilonis, *l* vt ponat ciuitates Iuda in *m* solitudinē, *n* & habitaculum draconum *o* Scio Domine, *p* quia nō est hominis *q* via eius, *r* nec viri *ſ* est, vt ambulet, *t* & dirigat *u* gressus suos. *x* Corripe me Domine, *y* veruntamen in iudicio.

A *a* Filij mei exierunt à me,] ducti in captiuitatem. *Sept.* habent: Oues meæ exierunt, & pecora, quòd secundùm *Ieron.* stare non potest secundùm historiam. Tandiu enim fuit illa ciuitas obsessa, quia tanta ibi fuit famis angustia, quòd nullo modo credibile est, quòd duxarent ibi pecora vsque ad ciuitatis captionem.

b Et non subsistunt] filij, id est, non comparent, quia mortui sunt. Nec enim omnes translati sunt in Chaldæam, sed magna eorū pars interfecta est, & deleta. *c* Non est, qui extendat vltra tentorium meum, &c.] Seruat metaphoram Tabernaculi, quasi ita sunt destructi omnino, vt nec habeat spē reædificationis, quia non est qui extendat, &c. id, qui mihi præparet habitationem, vel instauret muros, & alia, quæ habebam. Vel ad literam loquitur secundùm morem Palestinæ, in qua tabernacula de pellibus eriguntur, quibus solent vti propter aeris intemperiem. Vel, Non est, qui extendat, &c. Tentoria, & tabernacula sunt pauperum habitationes, quasi, non est etiam aliquis qui pauperem, & fragilem habitationem mihi ædificet. Causam autem tantæ desolationis, & frustrationis omnis spei subdit esse tantum in pastoribus eorum.

d Quia stultè egerunt pastores,] quasi in pastoribus non confido, quod me reædificent, qui destructionis meæ causa fuerunt.

d Pastores,] id est, Reges & Sacerdotes, [stultè,] idola colendo.

e Et Dominum non quæsierunt,] post peccata pœnitendo & bona opera multiplicando.

f Propterea non intellexerunt] Deum, vel mala eis venientia. Ità infatuati erant propter mandatorum Dei transgressionem, vt sibi de malis imminentibus non prouiderent, nec Deum comminantem cognoscerent. Sicut enim à mandatis Domini illuminatur intellectus ad cognoscendum, vt dicit *Psalm.* 118. A mandatis tuis intellexi; ita à negligentia, & contemptu eorum sequitur infatuatio, & ignorantia cognoscendorum.

g Et omnis grex eorum dispersus est,] id est, populus eis subditus in captiuitatem translatus est. Cuius translationis causa fuit peccatum Prælatorum, quod de facili imitantur subditi, Vndè *Zachar.* 13. c. Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. *Amos* 9. a. Percute cardinem, & commoueantur superliminaria. Auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam, *infr.* 50. a. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos.

Mysticè. Sic autem, & Mysticè deplorat Ecclesia, videns totius ruinæ suæ esse causam peccata Prælatorum, qui Dominum non quæsierunt, sed magis mundi gloriam, & vanitatem. Quæ Ecclesia vocat se tabernaculum, quia in ea accipiuntur arma, scilicet Sacramentorum, & virtutum ad pugnandum contra diabolum. Vndè *Thren.* 2. b. Dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum. Sicut fructibus bonis collectis dimittitur hortus sine spe; sic Prælati collectis fructibus decimarum, & redituum suorum in Ecclesia, de omnibus alijs, scilicet spiritualibus non curant, sed omnino derelinquunt, quia aliud, quam temporalia ibi non quærunt. *Isaia* 1. c. Derelinquetur filia Sion, sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas, quæ vastatur. Dicit etiam funiculos suos dirutos, id est, præcepta & prohibitiones, *sup.* 2. d. Confregisti iugum, rupisti vincula, dixisti, non seruiam. His enim funiculis tenetur Ecclesia ne cadat. *a* Filij mei exierunt à me, & non subsistunt,] quia non sunt reuersi per pœnitentiam. *Thren.* 1. f. Idcircò ego plorans, & oculus meus deducens aquas, quia factus est à me longè consolator conuertens animam meam, facti sunt filij mei perditi quoniam inualuit inimicus, *infr.* 31. c. Rachel plorans filios suos, noluit consolari, quia non sunt.

c Non est, qui extendat vltra tentorium meum, &c.] cùm tamen dicatur Prælatis *Isa.* 54. a. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim, & ad sinistram penetrabis, & semen tuum gentes hæreditabit, quasi dicat. O Prælati per prædicationem, & exemplum multiplicate filios Ecclesiæ.

h Vox auditionis, ecce venit.] Vox est Prophetæ prædictam sententiam, quam dixerat de Ierusalem confirmantes, Vox auditionis ecce venit, quasi, ecce rumores iam venerunt de exercitu Babylonis cum impetu veniente, vel sonitus, & fremitus Babylonici exercitus venientis super vos auditur.

i Et commotio magna,] venit.

k De terra Aquilonis,] i. cum tanto exercitu & impetu veniet, vt quasi terra videatur moueri à fragore eius.

l Vt ponat ciuitates Iuda,] non solùm Ierusalem, sed, & omnes alias.

m In solitudinem,] habitatoribus interfectis.

n Et habitaculum draconum.] Vel secundùm *Septuag.* Cubile struthionum. Vel secundùm Symmachum, Sirenarum, quasi pro hominibus feciet ibi dracones, & alia venenosa animalia habitare. Struthio enim sæpè habitat in locis desertis, & ibi oritur, & maximè in calidis regionibus habitant dracones, & alia venenosa animalia.

Sic Moraliter, exercitus diaboli venientis contra Ecclesiam, ponit eam in solitudinem, vt iam ibi ferè nulli boni inueniantur. *Thren.* 1. a Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. Facit etiam eam habitationem draconum. Draco est animal intus † venenosæ naturæ, & tamen habet pellem quasi auream, & fumum, quasi ignis videtur emittere, & valdè sitibundum est animal; sic multi exteriùs apparent boni, sed intus sunt venenosi, & alios corrumpentes, & cupidi. *Isa.* 13. d. Non pastores requiescent ibi, sed bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi struthiones.

Al. † valdè frigidæ.

o Scio Domine.] Priùs ostendit obsidionem, & captionem ciuitatis, & dirutionem omnium ciuitatum, & desperationem reædificationis, & draconum, & animalium venenosorum habitationem. Hic autem Propheta in persona sui, vel populi pœnitentis ad preces se conuertit. Sic enim dicendo docet populum formam orandi.

p Quia non est hominis via eius,] vt scilicet, prosperè incedat.

r Nec viri est, vt ambulet, & dirigat,] id est, ambulando dirigat.

u Gressus suos.] id est, propositum suum, vel ad literam, iter certum compleat, quasi dicat, quicquid à Babylonijs sustinemus, non est tantùm eorum sapientiæ, & fortitudinis, sed magis ex permissione tua Domine, peccatis nostris exigentibus, id est, Chaldæi non nos possent destruere, nisi propter peccata nostra esses nobis iratus. Vel sic:

p Non est hominis.] quasi etiam quantumcunque rationalis, & discreti.

q Via eius,] id est viæ, vel vitæ bonæ electio per mentis discretionem.

r Nec viri,] id est virtuosi, vel virilis.

ſ Vt ambulet,] per bonam operationem.

t Et dirigat gressus suos,] per bonam intentionem, quia nec discretio hominis sufficit ad eligendum bona, nec eius potentia ad exequendum; sed Dominus, qui operatur in nobis, & velle, & perficere, vt dicitur *Philip.* 2. b *Isa.* 26. c. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. *Psalm* 36. Apud Dominum gressus hominis dirigentur. *Prouerb.* 16. a. Hominis est animum præparare, & Domini est gubernare linguam. *Ibid.* b. Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. Sicut in naui vnus nauigat, & alius remigat; Sic Dominus gubernat nauem nostram, tamen nostrum est eam præparare, vel mouere ad bonum.

x Corripe me Domine.] Hæc oratio tria complectitur.

Primò enim confitetur suam scientiam, & potentiam esse insufficientem, vt dictum est *ibi*: Non est hominis.

Secundò, petit misericordem correptionem, *ibi*: Corripe me. Tertiò hostium subuersionem, *ibi*: Effunde indignationem.

x Corripe me] flagellando pro peccatis.

y Veruntamen in iudicio,] id est, in pœna ad correptionem secundùm iudicium misericordiæ tuæ, pro mea possibilitate discretè mensures afflictionem, vt cum ex des mihi prouentum, vt possim sustinere, vt dicitur 1. *Corinthior.* 10. c. Vel ideò talis pœna dicitur iudicium, quasi non ad iudicium damnationis me punias, sed temporalis diiudicationis, vel discretionis. Per eā enim discernuntur, vel disgregantur boni à malis, sicut granū à paleis

A distinguitur

a distinguitur per flagella. *Psal.* 42. de hoc iudicio. Iudica me Deus, & discerne causam meam, &c. De iudicio autem condemnationis. *Psal.* 142. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine. Vel. In iudicio, quasi sicut in diuino iudicio suo concurrunt misericordia, & veritas, sic hic reperitur misericordia. *a* Et nō in furore tuo] id est, non ad interitū damnationis, vel caritatis nullæ perpetuâ, & omnimodâ destructionem. *b* Ne fortè ad nihilum redigas me,] si omnino districte me, & mea iudicare volueris. Si enim iniquitates obseruaueris Domine, Dñe quis sustinebit? *Isa.* 64. c. Ne irascaris Domine satis, id est, nimis, secundùm *Sept.* & ne memineris iniquitatis nost. *z.* *Psal.* 6. & 37. Domine ne in furore tuo arguas me. Ibi *Aug.* Hic vre, hic seca, vt in futuro parcas. *Abac.* 3. d. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis. Quasi ergo diceret. Corripe me, vt pater, non vt aduersarius. Castigas enim filium quem recipis. *Hebr.* 12. b. Sed in hostes non iudicium moderatæ correptionis, sed omnimodam.

a & non in furore tuo, *b* ne forte ad nihilum redigas me. *c* Effunde indignationem tuam super gentes, *d* quæ non cognouerunt te, *e* & super Prouincias, *f* quæ nomen tuum non inuocauerunt, *g* quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, *h* & consumpserunt illum, *i* & decus eius dissipauerunt.

CAP. XI.

VErbum *k* quod factum est *l* ad Ieremiam à Domino, dicens. *m* Audite verba † *n* pacti huius, *o* & loquimini ad viros Iuda, *p* & habitatores Ierusalem, & dices ad eos. *q* Hæc dicit Dñs Deus Israël. *r* Maledictus vir, qui nō audierit *s* verba pacti huius, quod *t* præcepti patribus vestris, in *u* die qua eduxi † vos *x* de terra Ægypti, de fornace ferrea,

al. † testamenti.

al. † eos.

c Effunde indignationem tuam,] id est, pœnam. Non est autem imprecatio, sed prædictio, vel diuinæ iustitiæ assertio, & congratulatio. Simile in *Psalm.* 78. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in Regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt.

d Quæ non cognouerunt te] per fidem.

e Et super Prouincias] id est, regiones.

f Quæ Nomen tuum non inuocauerunt] per orationem, & adorationem. *g* Quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum] id est, omnino vastauerunt.

h Et consumpserunt illum] populum.

i Et decus eius dissipauerunt) id est, Templum, & omnia vasa Templi, & omnem decorem ciuitatis, & munitionem; quasi, ita aggrauauerunt iugum super eos, quòd nulli ætati, nulli sexui, nulli dignitati, nulli loco pepercerunt, cùm tamen Dominus non tradidisset Iudæos Gentibus, nisi ad hoc, vt illi eos purgarent, & non omnino destruerent. Ita exponit hic Ieronymus. Sed illi eos punierunt extra meritum. Sed contra. Idem *Ieron.* dicit hic: Quæ patimur magna sunt, & maiora meremur. Solut. In hoc, quod dicit Ieronymus, quòd iugum suum super eos aggrauauerunt, intelligitur non grauauerunt supra meritum, sed supra formam meriti Mandabo ei, vt auferat spolia. & diripiat prædam, ipse autem non sic arbitrabitur, sed. &c. *Isa.* 10. b. Sic hodie milites, & præprædones, & Prælati comedunt, & deuorant Iacob, id est, subditos, qui sunt in labore acquirendi sibi victum.

EXPOSITIO CAP. XI.

VErbum, quod factum est, &c.] Hoc capitulum in octo partes diuiditur: Primò, dicit Dominus Prophetæ, vt pactum legis per Moysen eis exhibitum ad memoriam reuocet, monens, vt illud impleant, vt benè sit eis. Secundò, iniungit Dominus Prophetæ, vt prædicti pacti contestationem sæpiùs per Prophetas factam a patribus eorum neglectam, & contemptam ab eis fuisse ostendat, *ibi*: Vociferare omnia verba hæc. Tertiò, ipsos esse imitatores patrum suorum malorum, & inobedientium, & idola colentium demonstrat *ibi*: Inuenta est coniuratio. Quartò, pœnam infert à qua non poterunt eos liberare dij sui quos multiplices habuerunt, nec Deus liberabit eos, *ibi*: Ecce ego inducam super eos. Quintò, sublata fiducia idolorum suorum, subtrahit eis confidentiam orationum, *ibi*: Tu ergo noli orare. Sextò, aufert eis confidentiam Templi, & sacrificiorum, in quibus, & contra quæ peccauerunt, quia in ipso Templo idolis immolauerunt, *ibi*: Quid est, quod dilectus meus. Septimò, sublata iam omni spe, & confidentia liberationis, dicit totam terram, & ciuitatem Ierosolymitanam de statu pulchritudinis, & speciositatis conuertendam in statum desolationis, & combustionis, siue per Chaldæos, siue per Romanos, secundùm diuersas expositiones. *ibi*: Oliuam vberem. Octauo, Ieremias insidias eorum contra se sibi manifestatas à Deo ostendit, quomodo, scilicet, ei pro comminatione, & correctione prophetali mortem parauerant, & ideo de eis precatur vltionem, maximè autem de viris Anathot, qui ei prophetare prohibebant, & ei per alios mortem procurabant, & hoc secundùm literalem, & fabulosam intelligentiam Iudæorum, sed secundùm veram sanctorum expositionem mors Christi innocentis prophetatur, & pro eius crucifixione pœna Iudæorum per Romanos infligenda subinfertur, *ibi*: Tu autem Domine Sabaoth. Dicit ergo.

k Verbum, quod factum est, &c.] Non dicit quo tempore, vel sub quo Rege, & quoto eius anno hæc prophetia facta sit, ideo intelligendum est, vel priori prophetiæ, & tempori hæc esse iungenda, vel certè post aliquod temporis interuallum prioris prophetiæ, hunc sermonem Domini factum esse ad Prophetam.

l Ad Ieremiam a Domino] id est, hoc est verbum, quod Dominus locutus est ad Ieremiam, vel inspirando ea, quæ dicenda sunt, vel per subiectam creaturam proferendo. Et nota, quòd est verbum inspiratum, quod fit ad Prophetas in corde. Et est verbum prolatum, quod fit ad Prophetas in aure. Et est verbum operatum, quod fit ad Prophetas in manus eorum, quando, scilicet, per opera Prophetarum aliquid futurum significatur, sicut Isaias prophetauit opere saccum lumborum dissoluendo, & nudus incedendo. *Isai.* 20. a. Vndè *Osea* 12. c. In manibus Prophetarum assimilatus sum. Et est Verbum æternum, quod factum est ad Prophetas, quando eis innotuit illud esse incarnandum.

m Audite verba pacti huius.] Secundùm Hebræos alloquitur hic Dominus Ieremiam, & Baruch, & Ieremiam principaliter. Vndè sequitur singulariter: Et dices ad eos.

n Pacti] vel testamenti, secundum aliam literam.

o Et loquimini ad viros Iuda] id est, de tribu Iuda.

p Et habitatores Ierusalem] qui erant de tribu Benjamin, quasi ad duas tribus sermonem dirigite.

q Hæc dicit Dominus Deus Israël.] Quia suprà dixerat: Audite verba pacti huius. Non determinat quid sit illud pactum. Poterant enim dicere, nos faceremus quicquid Dominus præciperet, nisi impossibilia præciperet & ideo non debet Dominus nos punire. Ideo respondet, quòd illud non est verum, quia non præcipit eis, nisi vt legem obseruent.

r Maledictus vir, qui non audierit] id est, audire contempserit per attentionem, & executionem.

s Verba pacti huius] id est, legis, quam si obseruassent, Dominus pepigit eis, quòd eos non puniret.

t Quod præcepi patribus vestris] per Moysen, qui fuit minister ipsius legis.

u In die qua eduxi vos] in patribus vestris, id est, patres vestros. *x* De terra Ægypti de fornace) id est, de dura, & intolerabili pressura. Caminus enim, & fornax ferrea atque succensa significat tribulationis, & pœnæ magnitudinem. Vel dicitur Ægyptus

a fornax pro-

Mysticè. *k* Verbum, quod factum est ad Ieremiam] id est, Verbum æternum innotuit Ieremiæ incarnandum, per quod Verbum instructus est ad loquendum sequentia. *Mysticè.*

o Ad viros Iuda] id est, pœnitentes & actiuos.

p Et habitatores Ierusalem] id est, ad innocentes, & contemplatiuos.

o Ad viros Iuda] id est, Clericos.

p Et habitatores Ierusalem,] id est, Religiosus quibus fit contestatio Testamenti Dei, quòd in transgressione eius sunt primi. Vndè *primo Esd. primo.* 2. Manus Principum, & Magistratuum fuit in transgressione hac prima

r Maledictus vir, qui non audierit, &c.] Christus per pretium sui sanguinis in Passione sua eduxit nos.

x De terra Ægypti de fornace ferrea,] id est, de pœna Inferni, vel de statu peccati. *Zach.* 9. c. Tu in sanguine Testamenti tui, & cætera. Status autem peccati dicitur fornax, quia ascendit, scilicet per delectationem. Dicitur

a ferrea, quia

A fornax propter eius calorem immensum.

a Dicens: Audite vocem meam,] attentas aures præbendo ad verba mea.

b Et facite omnia, quæ præcepi vobis,] id est, opere, quæ auditis implendo.

c Et,] sic, [eritis mihi in populum] peculiarem, vel specialē, vt mihi seruiatis tanquam populus meus.

d Et ego ero vobis in Deum,]

a Dicens. Audite vocem meam, *b* & facite omnia quæ præcepi vobis, *c* & eritis mihi in populum, *d* & ego ero vobis in Deu, *e* vt suscitem iuramentum, *f* quod iuraui patribus vestris, *g* daturum me eis terram fluentem lacte, & melle, *h* sicut est dies hæc.

specialiter, qui sum omnium Deus generaliter, quia specialiter vos defendam, & protegam. Eorum enim Deus specialiter est, quibus se per gratiam largitur. Vndè *Isaiæ quadragesimo-tertio.* a. Ego sum Dominus Deus tuus sanctus Israel, Saluator tuus. *Ezechiel. trigesimo-tertio.* f. Ego Dominus ero eis in Deum, & seruus meus Dauid Princeps in medio eorum. *Exod. tertio.* b. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob *Exod.* 4. f. Filius meus primogenitus Israel.

e Vt suscitem iuramentum.] Hoc dicit, quia promissio fertilitatis, & prosperitatis, de qua loquitur hîc, facta prius patribus eorum, quodammodò irrita fuerat meritis illorum exigentibus. Terra enim sæpè fuerat sterilis pro peccatis eorum. Ideo dicit, vt suscitem iuramentum, quod iuraui patribus vestris, hoc, scilicet.

g Daturum me eis terram fluentem lacte, & melle, id est, abundantem in omnibus pascuis, & herbis, quæ sunt materia copiæ lactis, & mellis.

h Sicut est dies hæc,] id est, sicut rebus ipsis hodie comprobatur. Promissio autem ideo additur post præcepta, ne graue eis videatur seruare legem. Consideratio enim præmij, minuit vim flagelli. De hac promissione lactis, & mellis, dicitur *Exod. tertio.* d. Educam illos de terra illa in terram bonam, & spatiosam, in terram, quæ fluit lacte, & melle. Idem *Exod. trigesimo-tertio.* a. & *Leuitici vigesimo.* d. Per lactis autem, & mellis abundantiam, intelligitur abundantia omnium rerum. Sed contra. Super illud *Isaiæ quadragesimo-nono.* d. In manibus meis descripsi te, dicit *Gloss.* quod Ierusalem sterilissima est, quæ saxosis montibus exasperata est, & fontium patitur penuriam. Ergo non est fertilis. Solutio. Quod ibi dicitur, respicit situm ciuitatis: in loco enim sterili sita est Ierusalem; quod autem dicitur hic, respicit terram adiacentem, quæ optima, & fertilissima est, quam eis promittit, vt leuius ferant onus præceptorum. Et vocat hanc promissionem iuramentum, id est, firmam, sicut iuramentum debet esse, vt melius credant.

A Et respondi, &

Mysticè.

Ferrea, quia retinet violenter, & stringit, scilicet, per consuetudinem. Hæc autem fornax, vt dicitur *Dan.* 3. e. Succensa erat napta, & stupa, & pice, & malleolis. Napta est amurca, siue fæx olei, & significat diuitias. Amurca enim tandiu, valet, quandiu continet oleum; sic diuitiæ prosunt, quandiu cum oleo misericordiæ, & pietatis tenentur; Sed expresso oleo, id est, operibus misericordiæ relictis, non sunt nisi materia ignis Babylonici, id est, cupiditatis. Per stupam, significantur præsumptiones, & ambitiones, & iactantiæ. Stupa enim in momento ad nihilum redigitur. Vndè *Isaia primo.* g. Erit fortitudo vestra sicut fauilla stupæ. Per picem, carnales concupiscentiæ. Malleoli, scilicet, sarmenta vinearum abscissa ab ipsa vite, significant malorum consortia, qui abscissi sunt vita, & merito de bonorum societate. Hi accendunt fornacem Babylonis, quia persuasionibus suis multos trahunt ad ignem Babylonis, vel ambitionis, vel cupiditatis. De hac fornace nos eduxit Dominus sanguine veri Agni, de quo *infrà.* d. Ego, quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. Pactum fœderis, quod tunc pepigit Dominus nobiscum, est Euangelium, quod in Passione sua consummatum reliquit. Tunc enim librum perfecit, quando id, quod scripserat in vita, rubricauit in morte. *Hebræor. nono.* f. Ipsum librum, & omnem populum aspersit sanguine, dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad nos Deus. Vel pactum fœderis factum in deductione de Ægypto, fuit consecratio & forma consecrationis Corporis, & sanguinis sui tradita ab eo in sua Passione. Inchoata enim Passione, terminans vetus Pascha, & incipiens nouum, dixit discipulis: Hoc est Corpus meum, & cætera. *Matthæi vigesimo-sexto.* c. Hic est Sanguis noui Testamenti, & cætera. Hanc ergo maledictionem, quam hic dicit Propheta, incurrunt ingrati, & indeuoti, & maximè Clerici, & Sacerdotes, qui non in commemoratione Dominicæ Passionis, sed propriæ cupiditatis conficiunt Sacramentum, cùm tamen dicat eis: Hoc facite in meam commemorationem. *Luc. 22. b.* Frequenter etiam dicitur comedentibus agnum, *Exod. duodecimo.* a. Mementote noctis huius, vel diei in qua eduxit vos de Ægypto *Ibidem* b. Habebitis hanc in monumentum. *Deuteron. quarto.* c. Tulit vos Deus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hæreditarium.

a Audite vocem meam, & facite omnia, quæ præcepi vobis, quia non auditores verbi, sed factores iusti sunt apud Deum, vt dicitur *Iacob.* 1. c. *Rom. 2. b.*

c Et eritis mihi in populum peculiarem.

d Et ero vobis in Deum,] specialem, & familiarem, quia non propter legalia, vel aliqua alia eius populi Deus, sed tantùm propter obedientiam, vt dicit *Ieronymus*: Tunc enim fit populi Deus, quando ab eis per gratiam possidetur, vt Deus sit possessus, populus possidens. Sed ipse ab æterno possidet nos per præscientiam. Vndè dicit: Ero vobis in Deum, siue Deus, quod videretur falsum esse, si Deus diceret personam possidentis.

Et nota, quod dicit: Audite, & facite, & eritis, & cætera. Qui autem audiunt, & faciunt amici sunt. Vnde *Ioannis decimo-quinto.* b. Vos amici mei estis si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Et post sequitur: Ero vobis in Deum, quasi ero pater vester. Ideo dicit hic Ieronymus, quod cùm amici fuerint, de amicis transeunt in filios. Sed nonne maius est esse amicum, quàm filium? Quia amicus dicitur, quasi animi custos, cui consilia referantur. Vnde: Vos autem dixi amicos, quia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis; filius autem est quicunque per gratiam adoptatus. Solut. Amicus hic dicitur quicunque per gratiam reconciliatus transit in filium, id est, in statum filiorum, vel statum filialem, qui est perfectorum. Vndè filiis dicitur *Matthæi quinto.* g. Estote perfecti, sicut pater vester perfectus est. *Io. 15. b.*

In lege enim per obedientiam operum exteriorum fiebant amici, sed in Euangelio per executionem operum interiorum. Per opera enim interiora Deo assimilamur, non per exteriora. Possunt enim fieri interiora malo fine, & sic non assimilant propriè Deo. Hæc autem assimilatio præcipitur modò omnibus, quæ consistit in virtutibus. Hæc est enim perfectio sufficientiæ, de qua *Matthæi quinto.* g. Estote perfecti, sicut pater vester perfectus est. Aliæ enim sunt quinque perfectiones quæ non sunt in præcepto, sed magis in consilio, & ad statum perfectionis pertinent. Comparationis, scilicet, respectu aliorum hominum, vt dicitur *Genes. sexto.* b. Noë erat perfectus in generationibus suis. Item sacri Ordinis, propter quem tenetur homo ad continentiam. *Matthæi decimo-nono* b. Sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter Regnum cœlorum. Item. Religionis. *Matthæi decimo-nono.* c. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Item Prælationis in qua tenetur Prælatus se morti exponere pro subditis. *Ioannis decimo.* b. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Item tranquillitatis, vel contemplationis. Hi habent vitam in patientia, ac mortem in desiderio. *Philipp. primo.* c. Cupio dissolui & esse cum Christo.

e Vt suscitem iuramentum,] id est, firmam promissionem, siue firmum pactum, quod mortuum est, & frustratum in peccatoribus. *Luc. prim.* g. Erexit cornu salutis nobis.

f Quod iuraui patribus vestris,] id est, Apostolis, & sanctis viris.

g Daturum me eis terram fluentem lacte, & melle,] id est, patriam cœlestem, quæ suos habitatores satiat lacte humanitatis, & melle diuinitatis. Hæc est enim vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. *Ioannis decimo septimo.* c. Mel enim est de rore cœli, & floribus, lac autem de terra nascentibus.

h Sicut est dies hæc,] quia etiam in præsenti stillat nobis Deus de dulcedine sua cœlesti. *Secunda pars.*

Vociferare omnia verba hæc]

al. † *eos.* *Secunda pars.*

a Et respondi, & dixi: Amen Domine. Et dixit Dominus ad me. b Vociferare omnia verba hæc c in ciuitatibus Iuda, d & foris Ierusalem, dicens: e Audite f verba pacti huius, & facite illa, g quia contestans contestatus sum patres vestros h in die qua eduxi † vos de terra Ægypti i vsque ad diem hanc. k Manè consurgens contestatus sum, l & dixi, audite vocem meam, & non audierunt, m nec inclinauerunt aurem suam, sed n abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali. o Et induxi super eos p omnia verba pacti huius, q quod præcepi vt facerent, & non fecerunt. Et dixit Dominus ad me, r Inuenta est coniuratio in viris s Iuda, t & in habitatoribus Ierusalem. u Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. x Et hi ergo abierunt

a Et respondi, & dixi, amen Domine,] id est, verè complesti Domine, quod pollicitus es patribus nostris. Vel secundùm *Septuaginta*: Fiat Domine, id est, semper maneat quod dedisti, id est, semper maneamus in hac terra, & habeamus abundantiam promissorum bonorum, & sic pactum tuum impleatur, sed nonne sciebat Propheta, quòd contra voluntatem Domini erat, vt impleretur? Solut. Volebat de vno quoque Propheta populo, quòd conuerteretur, quia nesciebat, vtrùm Dominus vellet illum conuerti, & hoc facto impleretur promissio.

b Vociferare omnia verba hæc,] prædicta, vel dicenda.

c In ciuitatibus Iuda,] id est, Iudææ, id est, duarum tribuum. Vndè sumitur hìc Iuda non pro tribu Regia, sed pro Regno duarum tribuum.

d Et foris Ierusalem,] id est, his qui sunt in agro extra vrbem.

e Audite, & facite,] quasi, auris sit prompta ad audiendum, & manus ad operandum.

f Verba pacti huius,] scilicet, legis, quam obseruanti pactum fecit Deus, quòd eum introduceret in terram fluentem lac, & mel. Similiter nobis dicitur de Euangelio, quòd, qui seruat pactum, simile facit de eo Dominus. *Isaia* 1. e. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comeditis.

g Quia contestaos] quasi, audite verba mea, & non contemnite ea, sicut fecerunt patres vestri.

g Quia contestans contestatus sum eos adiurando, vt pactum meum audirent, & facerent, id est, non anathematizando contemnerent.

h In die quà eduxi vos de terra Ægypti,] in patribus. Vel, eos.

i Vsque ad diem hanc,] quasi continuè monui eos vsque modò, nec cessaui contestari eos, scilicet, vt facerent, quæ præcepi eis. Non solùm continuè monui, sed & diligenter. Vndè.

k Manè consurgens contestatus sum,] id est, cum magna diligentia, & attentione monui vos, sicut attentus, & sollicitus de opere suo surgit manè. Vel, Manè consurgens contestatus sum per Prophetas, qui manè surgebant, vt vobis prædicarent, & maximè Ieremias, qui non ita manebat in ciuitate. De hoc *suprà* 7. e. Locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis.

l Et dixi, audite vocem meam, & non audierunt,] per animi attentionem.

m Nec inclinauerunt aurem suam] per obedientiam, & humilitatem. Vndè.

n Sed abierunt vnusquisque in prauitate,] *infr.* 17. b. Prauum est cor hominis. Sequi prauitatem cordis sui, est malas cogitationes exequi, siue mala cogitata opere implere. Contra illud *Ecclesiastic.* 18. d. Post concupiscentias tuas non eas.

o Et,] ideo, [induxi super eos, quasi in pondus, & in oppressionem,

p Omnia verba pacti huius, prædicti, scilicet, legis, id est, omnia, quæ comminatus sum eis in lege, super eos, scilicet, super transgressores eos hæc omnia impleui. *Malach.* 1. Mala comminatur Dominus super transgressores legis, vt dicitur *Deutr.* 27. Pacti dico.

q Quod præcepi, vt facerent, & non fecerunt,] quia pactum legis non solùm præcepta continebat, sed & pœnam & tormenta transgressorum. Præcepi, inquam & tamen non fecerunt, ideò iustè induxi super eos mala, quæ comminatus sum.

r Inuenta est coniuratio in viris Iuda,] id est, de tribu Iuda.

s Et in habitatoribus Ierusalem,] id est, qui sunt de tribu Beniamin, quasi pari mente, & studio mandata Dei contemnunt, & idolorum cultui insistunt. *Isaia* 8. c. Quæcunque loquitur populus iste, coniuratio est. Coniuratio enim in scriptura, secundùm *Ieronymum* propriè dicitur, quando non subitò, vel fortuito peccato, sed præparatis insidiis, & coniuratione tenditur ad delictum, & pari mente vnoquoque studio id agunt, vt mandata Dei contemnant. Coniurabant enim inuicem de ritu idolorum exequendo.

u Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores,] quia sicut patres, ita filij mandata mea contemnunt, & idola colunt, quę patres eorum priores in Ægypto coluerunt. Vndè.

x Et hi ergo abierunt] id est, filij sicut patres, vel duæ tribus, sicut decem, vel maiores, sicut minores.

o Post deos *Mysticè.* Mysticè. r Inuenta est coniuratio in viris Iuda,] id est, in clericis, quorum officium est Deum confiteri. t Et in habitatoribus Ierusalem,] i. clericis, vel laicis, vel religiosis quasi, pariter clerici, & laici coniurati sunt, & conspirauerunt contra Christum studiosè, & pari mente peccantes, & mandatis Dei resistentes. Vndè *Isaia* 24. a. Sicut populus sic Sacerdos. *Bernard.* Videtur bone Iesu aduersùm te coniurasse vniuersitas Christianorum, & illi in persecutione tua primi sunt, qui in Ecclesia tua primatum gerunt, & diligunt Principatum. Sic in Capitulis Clericorum fiunt coniurationes appellationum & litium contra Deum, & Ecclesiam. Alia *litera* habet: Inuenta est colligatio in viris Iuda. Et nota, quòd est colligatio errorum. Vndè *Prouerb.* 22. e. Colligata est stultitia in corde pueri, & virga disciplinæ effugabit eam. Item est colligatio, siue perplexitas sermonum, & quæstionum. Vndè *Eccl.* 7. d. Solummodò hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum, & ipse infinitis se miscuit quæstionibus. Item est colligatio pecuniæ, siue redditum, & diuitiarum. *Osea* 13. c. Colligata est iniquitas Ephraim, id est, iniquitas diuitum huius mundi, absconditum est peccatum illius, quia sub diuitiis latet peccatum cupiditatis. Item est colligatio iniquitatum & peccatorum. *Isaia* 58. b. Dissolue colligationes impietatis. Dicitur autem colligatio, quasi simul ligatio, scilicet per consuetudinem peccandi. Consuetudo enim hominem ligat. Et hac catena trahit Dominus hominem in Infernum. Vndè 4. *Regum vltimo.* b. Dicitur, quòd Nabuchodonosor occidit filios Sedechiæ, id est bona opera per culpam mortificauit, & oculos eius effodit, id est, per errorem intellectum obfuscauit, vinxitque eum catenis, id est, consuetudine, & perplexitate peccandi, & adduxit eum in Babylonem, id est, in æternam gehennæ confusionem. De hac catena *Isaia* 58. c. Si abstuleris de medio tui catenam, & desieris digitum tuum extendere, & loqui, quod non prodest, orietur in tenebris lux tua. Hanc catenam fabricat ille faber, de quo *Isaia* 54. d. Ego creaui fabrum sufflantem in igne prunas. *Psalm.* 128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, &c. 118. Funes peccatorum circumplexi sunt me. *Prou.* 5. d. Funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur. Vel iniquitas dicitur colligata; quasi collo ligata per vsum malè loquendi. Vndè sic constringit collum, quòd homo non audet Sacerdoti peccatum suum confiteri, *Thren.* 1. c. Vigilauit iugum iniquitatum mearum, & in manu eius conuolutæ sunt, & impositæ collo meo *Isaia* 52. a. Solue vincula colli tui. Item est colligatio malorum, qui coniurationes, & conspirationes contra maiores suos faciunt. *Eccles.* 51. b. Stupa collecta Synagoga peccantium. *Eccl.* 22. scil. Coniuratio Prophetarum in medio eius, sicut Leo rugiens, capiensque prædam, animas deuorauerunt, & opes, & pretium acceperunt. Istæ omnes coniurationes sunt: s In viris Iuda,] id est, in Clericis.

t Et in habitatoribus Ierusalem,] i. religiosis. u Reuersi sunt.] Benè dicit, quia duplices habent patres, scil. Dæmones, qui sunt primi patres nostri, quia omnes nascimur filij iræ. Vndè 1. *Ioan.* 3. b. Qui facit peccatum ex Diabolo natus est. *Ioan.* 8. f. Vos ex patre Diabolo estis.

Multiplex colligatio.

Est autem Deus alius pater, per quem secundò nascimur filij gratiæ. *Iacob.* 1. c. Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis. Illi ergo reuertuntur ad iniquitatem patrum suorum priorum, qui post habitam gratiam reuertuntur ad vomitum peccatorum. *Ephes.* 2. a.

o Post deos

a Post Deos alienos] sc. per affectum. b Vt seruirent eis.] per cultum. Hoc autem fecerunt non pauci de illis, sed omnes: Vnde. c Irritum fecerunt domus Israel,] id est, tribus.

2.Cor.3.a. d Et domus Iuda] id est, duæ tribus. e Pactum meum quod pepigi cum patribus eorum,] id est, pactum legis in quo prohibuit cultum idolorum: Exod. 20. a.

etiam erant in Ierusalem plateæ, vel viarum capita, tot habebant Aras, in quibus idolis victimas immolabant, vt dicit Ieron. Hoc enim maximè fuit tempore Manasse, vt dicitur 4. Reg. 32. a. & 2. Paral. 33. a. Et habetur Sup. 2. d. fere idem Osea 10 2. Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ exuberauit simulacris.

Mystice. ⊕ a Post deos alienos:] diuersis peccatis se subijciendo.
e Irritum fecerunt domus Israel, &c. pactum,] baptismale, vel pœnitentiale. Cum autem secundùm Origenẽ, malorum pater sit Diabolus, totiens homo ex Diabolo nascitur quotiens peccatum facit, sic & totiens ex Deo nascitur, quotiens bene agit; sicut filius semper de patre substantialiter nascitur, sicut de lumine semper splendor nascitur: Ipse enim est splendor lucis æternæ, vt Sap. 7. d. Vnde. Prouerb. 8. c. Ante omnes colles, &c. Dicit enim Origenes ibi esse generat. & non generauit. Sed contra Gregorius super Iob. Christus in hoc quod virtus. & sapientia Dei est, de Patre ante tempora natus est, vel potius, quia nec cœpit nasci, nec desijt, dicamus verius, semper natus. Non autem possumus dicere, semper nascitur ne imperfectum esse videatur. Solut. Verius intellige, id est, expressius, quod dicit contra quosdam, qui dicebant generationem Filij esse æternam. Ideo autem sic expressius dicitur, quia præsens est, cuius pars præterit, & pars futura est, & sic intelligeretur nunquam perfecta esse generatio si diceretur semper gignitur. Origenes autem habet respectum non ad hoc, quod præsens sic sumatur strictè, quod semper nascitur, ne generatio videatur non esse, sicut præteritum non est, vel futurum. Et post subdit Origenes. Tu ergo in similitudinem filij, si tamen spiritum adoptionis habes, semper filius per singula opera efficeris, id est, amplius efficeris.

a Post Deos alienos, vt b seruirent eis. c Irritum d fecerunt domus Israel, & d domus Iuda e pactum meum quod pepigi cum patribus eorum. Quapropter hæc dicit Dominus: f Ecce ego inducam super eos g mala, h de quibus exire non poterunt, & i clamabunt ad me k & nõ exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Ierusalem: & l clamabũt ad eos quibus libant, & non m saluabunt eos in n tempore afflictionis eorum. Secundùm o numerum enim ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda: & secundùm numerum viarum tuarum Ierusalem q posuisti aras confusionis r ad libandũ Baalim. ſ Tu ergo noli orare, t pro populo hoc, u & ne assumas pro eis, laudẽ, & orationẽ, x quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me: in y tempore afflictionis eorum. z Quid est quod a dilectus meus in b domo mea

p Et secundùm numerum viarum tuarum Ierusalẽ,] id est, secundùm numerum platearum, & capita viarum. Sup. 2. f. q Posuisti Aras confusionis] id est, altaria ad sacrificandum erexisti pro quibus confunderis. Aras dico. Sup. 7. e. & inf. 14. b.
r Ad libandum Baalim] id est, idolis diuersis. Sic multi Prælati in qualibet ciuitate pro posse suo multiplicant redditus, & præbendas. Vel illi secundùm numerum ciuitatum idola colunt, qui secundùm quod plus abundant in redditibus, & dignitatibus, secundùm hoc plus, & pluribus vitijs se subijciunt. Decret. dist. 2. c. qui scelerate.

f Ecce ego inducam super eos] id est, super patres, & filios de quibus prædixi.
g Mala] captiuitatis.
h De quibus exire non poterunt, id est, se expedire.
i Et clamabunt ad me] in tempore necessitatis & angustiæ. Ps. 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui. Osea 6. a. In tempore tribulationis suæ manè consurgunt ad me.
k Et non audiam eos] quia me audire noluerunt præcipientem, non exaudiam eos deprecantes. Ezech. 7. g. Angustia superueniente requirent pacem, & non erit. Sic, & Saul, quia Deum per peccata sua offenderat, cum consuleret Dominum non respondit ei, neque per Sacerdotes, neque per somnia, neque per Prophetas, & ideo ad Pythonissam se conuertit, vt dicitur 1. Reg. 28. a Sic isti ad idola sua, Deum contemnentes. Ezech. 7. g. Quærent visionem à Propheta, & lex peribit à Sacerdote, & consilium à senioribus. Vnde.
l Et clamabunt ad eos quibus libant] id est, ad deos suos implorandos conuertentur quando viderint proijci à Deo. Quod non est faciendum, sed semper insistendum est clamare ad Deum donec exaudiat, secundùm illud Eccl. 35. d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non discedet donec Altissimus aspiciat, & Dominus non elongabit.
m Et non saluabunt eos,] quia rogant Deum non saluantem. Vnde Isa. 45. d. Nescierunt, qui leuant signum sculpturæ suæ, & rogant Deum non saluantem. Et non saluabunt, dico.
n In tempore afflictionis eorum,] quando magis est salus opportuna, & ita deficiunt in necessitate. Sed è contra. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Et bene dico, Clamabunt ad eos, id est, ad idola, quia.
o Secundùm numerum ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda] id est, ò vos duæ tribus. Non enim leguntur decem tribus aliqua coluisse idola, sed tantum vitulos in Dan, & in Bethel, vt legitur 3. Reg. 12. g. Sed duæ tribus, quot habebãt vrbes, tot habebant idolorũ species. Et quotquot

ſ Tu ergo noli orare.] Tollit confidentiam orationum, sicut si amicus dicat amico. Nolite me rogare super hoc, quia nullo modo hoc facerem, & nolo vos confundere in repulsa.
t Pro populo hoc,] id est, tali manente, scilicet peccatore, & nullam pœnitentiam agente, sed gratiam impugnante. Si enim mutarent vitam, mutarem sententiam, vt feci Niniuitis. Vnde inf. 18. b. Si pœnitentiam egerit gens ista à peccato suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei.
u Et ne assumas pro eis laudem, & orationem,] vt me laudes in oratione tua. Laus de præteritis, oratio de futuris, vt primò per laudem captetur beneuolentia, quasi, non per aliquam laudem, vel beneuolentiæ captationem, meam putes mutare sententiam. Sicut in illa oratione. Deus cui proprium est misereri, &c. primò per laudem captatur beneuolentia; deinde subinfertur oratio. Item dicitur omnino sup. 7. d, Quare autem non debeat pro eis orare subdit.
x Quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me) facti, vel directi ad me,
y In tempore afflictionis eorum] quasi. ideò non exaudiam eos, quia me necessitatis tempore rogare coguntur. Ieron. Ex his discimus frustra aliquem rogare pro alio, cum ille non mereatur accipere pro quo rogatur Deus. inf. 15. a. Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Et est argumentum apertum secundùm Ieron. quòd non prosunt suffragia damnatis. Sed tamen soluunt illi qui sunt in contraria opinione, quia hîc loquitur tantum hoc de viuis.
z Quid est, quod dilectus meus.] Hic aufert ab eis confidentiam templi, & sacrificiorum, quia Templum violabant ibi idolis immolando.
a Dilectus meus.) scil. populus Iudaicus. b In domo mea] Δ id est, in Templo.
Secundùm Hebr. Hebræi sic legunt. z Quid est quod dilectus meus) id est, Ieremias.
b In domo mea,) scilicet stat ad orandum.

⊕ Quia fecit scelera multa

Moraliter. Moraliter. z Quid est quod dilectus meus, &c.) Sacerdoti enim, quasi quadam familiari dilectione concessit Dominus tractare Sacramentum corporis, & sanguinis sui. & conficere, quod nec Angelis, nec etiam Matri suæ concessit. Isa. 5. b. secundum aliam literam. Viri Iuda, id est, clerici, & Sacerdotes, plantatio eius nouella dilectissima. Verè, dilectus, quem creaui, sanguine proprio redemi, specialiter mihi assumpsi, & omnibus bonis, tam temporalibus, quam spiritualibus ditaui. Quid, lege admiratiuè, cum scilicet tam sit dilectus, & tamen omnibus bonis tam excellentibus sibi datis ingratus?
b In domo mea] i. in Ecclesia. Ezech. 43. b. Qui fabricati sunt limẽ suũ iuxta limen meũ, & postes suos iuxta postes meos, & mur⁹ erat inter me, & eos, & polluerũt Nomẽ sãctũ meũ in omnib⁹ abomination. suis. vel, In domo mea, i. in corpore, quod est domus

A *a* Qui plantauit te] id est, in terra tua firmiter, & securè collocauit. *b* Locutus est super te malum] id est, disposuit inferre tibi malum pœnæ, id est per me tibi nunciauit prædictam parabolam. Et hoc non iniustè, nec sine causa sed.

a qui plantauit te, *b* locutus est super te malum, *c* pro malis domus Israël, & *d* domus Iuda, *e* quæ fecerunt sibi ad irritandum me *f* libantes Baalim. *g* Tu autem *h* Dñe *i* demonstrasti mihi & *k* cognoui, *l* tu ostendisti mihi studia eorum, & *m* ego quasi agn⁹ mãsuetus qui portatur ad victimã. Et nũ *n* cognoui, quia cogitauerũt super me cõsilia, *o* Mittam⁹ lignũ in panẽ eius,

c Pro malis domus Israel] id est, decem tribuum, de quibus quidã cõfugerant ad Ierusalē tempore Ezechiæ. *d* Et domus Iuda] id est, duarum tribuum.

D *e* Quæ fecerunt sibi] id est, apud se diligenter, & studiosè. Vel, Sibi, id est, contra se. Ipsi dico.

f Libãtes Baalim,] quasi, diis alienis sacrificantes, & libamina offerẽtes. Quòd si hoc referatur ad tempus, tunc dicendum est, quòd obseruantia legalium post cognitam veritatem reputatur cultus idolorum, vt dicitur super illud *Gal.* 4. b. Nunc autem cum cognoueritis Deum, imò cogniti sitis à Deo, quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa quibus denuo seruire vultis? Galatæ per pseudo decepti, postquam à Paulo conuersi fuerant, legalia seruabant, quibus tamen ante suam conuersionem nunquam seruierant, quia Gentiles erant, non Iudæi. Sed tamen dicit iterum, quia idololatria reputatur legalium obseruantia, postquam iam veritas propalata est. Elementa enim ibi vocat legalia, in quibus populus Iudæorum initiatus fuit, sicut puer in elementis literarum.

Mystice. ⊕ *a* Qui plantauit te] in Prælatione. *b* Locutus est super te malum] pœnæ, per scripturas, per creaturas, per Prædicatores, quorum est officium excitare Prælatos, vt sint solliciti pro grege suo. *Ezech.* 3. d. Speculatorem dedi te, scilicet ad euigilandum dormientes. *c* Pro malis domus Israel, & domus Iuda] id est, clericorum, & laicorum. Illi idolis libamina conferunt, qui in diuersis peccatis delectationem quærunt & in eis faciendis faciendis, & attenti, & solliciti sunt. *g* Tu autem Domine.] Illud vsque ad finem capituli, secundùm Iudæos exponitur de Ieremia, secundùm autem sanctos de Christo. *De Ieremia.* Supra exprobrauerat Propheta populo peccata sua, & pœnam comminatus fuerat; & ideo volebant Iudæi eum occidere, & parabant ei insidias quas ipse nesciebat dum hoc agerent. Sed postea innotuit ei à Domino studium eorum, & machinatio ad eum occidendum. Vndè, vt in summa perstringamus expositionem Iudæorum, quia plana est. Primò dicit Propheta sibi reuelatas eorum insidias, & studia, & se quasi agnum mansuetum gessisse, qui nescius ad victimam portatur. Vndè *i* Demonstrasti mihi] illa quæ contra me cogitauerunt, quia voluerunt me interficere, quia odio habuerent arguentem in porta. *Amos* 5. c. *o* Mittamus lignum in panem eius] id est, confringamus eum, quasi hæc fuerunt consilia eorum, vt sicut vitrum ponitur in pane, vt canis inde edens moriatur. Vitrum enim cum transglutitur, dirumpit intestina, sic ipsi occultè mortem machinabantur Ieremiæ per alios, vt sic totum facerent, & nihil fecisse viderentur. Vndè.

o Mittamus lignum in panem eius] id est, occultè, occidamus. Simile *Sap.* 2. c. Circumueniamus iustum, &c. Vel sic. Lignum aliquod venenosum, & toxicatum, quòd si radatur, vel teratur, & ponatur, vel misceatur pani, vel vino, inde homo edens, statim moritur. Vel, Lignum, i. succum ligni, vel arboris alicuius venenosæ, vt Taxi. Hanc autem expositionem tenera Ieronym. non videtur acceptare. Dicit enim. Nescio quomodo Iudæi, vel nostri Iudaizantes, hic possint approbare Ieremiam esse crucifixum, cum hæc scriptura non memoret nisi fortè cogitauerint, & non fecerint. Tamen videtur postea consentire, quòd de eo possit exponi, maximè propter illud, quod hic subditur. Hæc dicit Dominus ad viros Anathot. Ibi enim iram superuenturam prædicit illis, quia consilia contra Ieremiam cogitauerant. Illi autem erant maximè Anathotitæ, scilicet, qui in villa eius erant. *De Christo.* Sed meliùs secundùm sanctos totum de Christo exponitur. Suprà dixerat Iudæorum destructionem, & combustionem Ierusalem per Romanos factam; hic autem causam illius tantæ desolationis ostendit, quia scilicet in mortem Christi machinati sunt, quem tamen latere suas insidias æstimabant. Vndè Christus loquens secundùm quòd homo, dicit. *h* Domine] pater.

i Demonstrasti mihi] secundùm quod homo sum.

k Et cognoui] perfectè. *Psalmo sexagesimo-tertio.* Scrutati sunt iniquitates. Iti *August.* Ita totum volebant facere, quod nihil facere viderentur. Sed *suprà septimo.* e. Ego ego sum, ego vidi. *Psalm. nonagesimo-tertio.* Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.

l Tu ostendisti mihi studia eorum] id est, machinationes, & insidias eorum contra me. Hæc enim omnia ostendit Pater Filio, inquantum homini. Solus enim Deus est magister, qui à nullo accipiat doctrinam, & communicet omnibus, etiam homini Christo. Vndè *Matthæi vigesimo-tertio.* a. Vnus est Magister, scilicet per doctrinam, & illuminationem; sed multi alij sunt magistri, scilicet aliis referendo, quod audierunt, vel didicerunt.

m Et ego, quasi agnus mansuetus] quasi, ipsi malitiosè tractauerunt contra me, sed ego mansuetè, & benignè sustinui. *Isaiæ cap. quinquagesimo tertio.* c. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit, & non aperuit os suum. Tonsus fuit, quando omnes relicto eo fugerunt.

n Et non cognoui] id est, dissimulaui, & tacui, ac si nescirem insidias eorum. Nec fugi ab eis, sed magis me quærentibus occurri dicens. *Ioan. octauo.* a. Ego sum, ac si nescirem, quæ contra me cogitauerunt. Vel secundùm *Ieron.* Et non cognoui,] scilicet peccatum, id est, nesciui, scilicet per approbationem, vel per experientiam, causam, id est, peccatum propter quod deberent contra me cogitare mortem. Et hoc est.

n Et non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia] id est, non cognoui peccatum quare deberent in me mortem machinari. Sicut dicitur. 2. *Cor.* 5. d. Qui cum non cognouisset peccatum, pro nobis peccatum factum est. Ita dicit alia *litera*, vbi nos habemus. Eum qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, scilicet. Deus Pater, id est, hostiam pro peccato, secundùm illud *Osea cap. quarto.* Peccata populi mei comedent, id est, oblata pro peccatis. *Psalm. trigesimo-quarto.* Quæ ignorabam interrogabant me. Consilia iniquam hæc.

o Mittamus lignum in panem eius] i. doctrinæ eius contradicamus, & offendiculum Crucis, siue crucifixionis doctrinæ suæ opponamus. Per lignum enim hic intelligitur Crucis offendiculum; per panem doctrina eius salutaris, quia homo viuit ex verbo, quod procedit ex ore Dei, vt dicitur *Matthæi quarto.* a. Sed lignum missum in panem meliorauit panem, quia eum, scilicet doctrinam dulciorem fecit, sicut lignum per Moysen missum in amaram aquam, fecit eam dulcem, vt dicitur *Exod. decimo quinto.* d. Ideo frequenter in prædicatione mors Christi admiscenda est, quia inde fit prædicatio suauior, & dulcior. Ideo 1. *Cor.* 2. a. Dicitur. Nihil iudicaui me scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Vel, Mittamus lignum in panem eius, id est, in corpus eius, quod sæpe dixit esse panem prædicando nobis, vt dicitur *Ioan. sexto.* e. Ego sum panis viuus, &c. Et si manducaueritis panem, &c. Affigamus, vel aptemus lignum Crucis. *Sapient. secundo.* d. Morte turpissima condemnemus eum. De hoc pane *Genes. quadragesimo-nono.* e. Aser pinguis panis eius, præbebit delicias Regibus, id est, bene se regentibus. De hoc ligno *Sapient. decimo-quarto.* a. Benedictum lignum, per quod fit iustitia, scilicet, de Dæmonibus, qui in Cruce appensi sunt. Ideo significatur Crux eius per illud lignum in quo suspensus est Rex Hai. *Iosue octauo.* f. Sed nonne magis deberet dicere è conuerso, scilicet, mittamus panem in lignum eius. Et est ibi Hypallage, id est, panem, scilicet, corpus in lignum. Sed potius dictum est è conuerso ad innuendum, quòd maiorem habebat potentiam ille panis super lignum, quam lignum super panem secundum illud *Abac.* 3. a. Cornua in manibus eius. Vel alia ratio moralis potest esse. Arbor enim ponitur in terra, vt fructificet & non è conuerso. Ideo ergo Crux in Christum dicitur posita, vt fructus Crucis ex tali terra procrearet. Ibi enim cecidit in terram bonam, imò optimam. Crux enim non erat fructifera antequam Christus in ea poneretur. Imò secundùm legem *Deut.* 21. d. Maledictus erat omnis, qui pendebat in ea. Vel: Mittamus lignum in panem eius] id est, famam eius per turpissimam Crucis mortem extinguamus, vt amplius nomen eius non memoretur. Vndè.

⊕ *a* Et eradamus

Moraliter. Moraliter. *o* Mittamus lignum in panem eius, &c.] Lignum in panem mittere, est memoriam Passionis Christi in lachrymis habere, quæ sunt panis lachrymarum, vt sic

a Et eradamus eum de terra viuentium] id est; penitus eum & eius memoriam de terra ista in qua viuimus deleamus, sicut quod radituř omnino deletur. Vndè. b Et nomen eius non memoretur amplius. Sed totum in contrarium cessit, quia qui ante Passionem erat notus in Iudæa tantùm, post Passionem in omnem terram exiuit sonus eorum. *Psalm. 75.* *Psalm. 18.* Nisi enim granum frumẽti cadẽs in terram mortuũ fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert: *Ioan. 12. d.* *Ieron.* Mors Iesu spica frumenti facta est, quæ septuplum, & multò amplius restituit, quàm fuerit seminatum. *Inf. 20. c.* Si autem mors tantas attulit fruges, resurrectio quantæ erit vbertatis?

& a eradamus eum de terra viuentium, & b nomen eius non memoretur amplius. c Tu autem Dñe Sabaoth, d qui iudicas iuste, e & probas f renes, & corda, g videam vltionem tuam ex eis. Tibi h enim reuelaui causam meam. i Propterea hæc dicit k Dñs l ad viros Anathot m qui quærunt animam tuam, n & dicunt: Non o prophetabis in nomine Domini, & non p morieris in manibus nostris, q propterea hæc dicit Dominus exercituum. r Ecce ego visitabo super eos, iuuenes s morientur in gladio, filij t eorum, & filiæ u eorum morientur in fame, & x reliquiæ non erunt ex eis. y Inducam enim malum super viros Anathot, z annum visitationis eorum.

Moral. * Iste panis sit suauior ad edendum. *Psalm. 41.* Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. *Ruth. 2. c.* Intinge buccellam tuam in aceto. Vel lignum in panem mittere, est imitationem Crucis Christi in corpore suo, & opere gerere, secundùm illud *Galat. vlt. d.* Stigmata Iesu Christi in corpore meo porto. Sequitur in persona Christi.

De Christo. c Tu autem Domine Sabaoth] id est, ô Pater qui es Dominus Angelicarum virtutum. Loquitur enim Filius secundùm carnem ad patrem, & iudicium eius imprecatur, dicens:

d Qui iudicas iustè] reddendo vnicuique quod meretur, vt dicitur *Rom. 2. a.*

e Et probas] id est, examinas, & iudicas.

f Renes, & corda] id est, eorum voluntates prauas, & desideria, & cogitationes scilicet de me interficiendo. Quòd autem Dominus intueatur renes, scilicet delectationum, & corda cogitationum, dicit *Psal. 7.* Scrutans corda, & renes Deus. *1. Reg. 16. b.* Deus intuetur cor.

g Videam vltionem tuam ex eis.] Videtur sibi contrarius petenti. *Luc. 23. e.* Dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt, Solutio, Duo fuerunt genera hominum contemnentium in mortem Christi, vel consentientium. Quidam enim in eam consenserunt ex inuidia, scientes, quòd Ipse erat Messias, & si nescirent ipsum esse Filium Dei. Vndè de Pilato dicitur *Matth. b.* Sciebat enim, quòd per inuidiam tradidissent eum. Et de his imprecatur hic vltionem, qui erant obstinati, nec pœnitere volentes, quod sciebat Dominus. Alij autem consenserunt ex ignorantia. Et de illis dicitur *Luc. 23.* Pater ignosce illis, &c. quia illi pœnituerunt.

g Videam vltionem tuam ex eis] id est, visibilem vindictam de eis exerce per Romanos, vel æternam damnationem infer eis.

h Tibi enim reuelaui causam meam.] Nunquam enim Pater Filij causam ignorauit, sed est modus loquendi, id est, causam meam omnino proieci super te & omnino eam tibi commendaui. Sicut homo loquitur Deo, & expandit ei cor suum, licet Deum sciat non ignorare, quod cogitat. Vel [Tibi reuelaui causam meam] id est, meis bonis operibus ostendi, quòd non merito meo, sed pro populi scelere crucifixus sum. Vnde *Ioan. 5. f.* Opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me. Item *Ioan. 14. d.* Venit Princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Vel. [Tibi reuelaui] id est, tu scis sicut per reuelationem reuelatur aliquid.

i Propterea hæc dicit Dominus, &c.] Plana est expositio vsque ad finem capituli, quomodo hoc intelligatur de Ieremia Propheta. Vidit enim diuinam vltionem de Anathot venturam propter machinationes quas in Ieremiam fecerant. Anathot quidam viculus est tribus milliaribus distans à Ierusalem, in quo natus fuit Ieremias. Ideo hanc expositionem, quia plana est, omittimus, & illam de Christo prosequimur. Post ergo filij orationem, hic subditur Patris responsio.

k Hæc dicit Dominus] Pater.

l Ad viros Anathot] id est, contra Iudæos, qui quondam fuerunt viri Anathot, id est, viri obedientiæ, & obedientes, vel qui tales deberent esse. Anathot enim interpretatur obedientia. *Ioan. 10. a.* m Qui quærunt animam tuam] id est, vitam tuam, ô fili; dicentes crucifige eum.

n Et dicunt, non prophetabis in nomine Domini] id est, non docebis nos de futuris, quæ tu dicis te dicere in nomine Domini, quasi dicat, ipsi volunt auferre vitam tuam & doctrinam tuam. Vndè ipsi dixerunt.] Eradamus eum de terra viuentium, &c.] Hoc autem faciebant insidiosè, & non apertè, ne fortè tumultus fieret in populo. Vndè dixerunt.

p Et non morieris in manibus nostris] quasi, non occidemus te manibus nostris, quasi magis occultè, & per alios mortem tuã procurabimus. Quod verum fuit. Non enim manibus, sed linguis eorũ eum crucifixerunt. Vndè *Matth. 26. a.* *Ioan. 18. f.* dixerunt. Non licet nobis interficere quemquam, quia scilicet tota auctoritas iam delata erat ad Pilatum. Aliter enim dicerent falsum, quia lex præcepit eis. *Exod. 22. c.* Maleficos non patieris viuere. Ipsi autem hunc maleficum reputabant. Vel non licet, scilicet in die festo. Vel.

o Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris] quasi cessabit doctrina tua quâ nos arguis, & nos cessabimus à morte tua. Hæc autem omnia plana sunt, & de Christo, & de Ieremia.

q Propterea] inquam. Hæc enim dixerat, sed repetit propter interruptionem, quam fecerat.

r Ecce ego visitabo super eos] visitatione pœnæ.

s Iuuenes morientur in gladio] scilicet Romanorum.

u Filij eorum, & filiæ eorum morientur in fame] quasi quidam eorum morientur in gladio, quidam fame, & hoc sine recuperatione. Vndè.

x Et reliquiæ non erunt ex eis] quasi nulli remanebunt à gladio, & fame, vel ita pauci, vel ita viles, quòd indigni erunt numero, & nomine.

y Inducam enim malum super viros Anathot,] id est, super Iudæos] qui mihi obedientes esse debuerunt, & non fuerunt. Ne autem credatur illud malum esse momentaneum, subdit.

z Annum visitationis eorum] id est, aduersitatem, vel captiuitatem longam, quæ per annum visitationis intelligitur, sicut breuis captiuitas per diem visitatis.

Moraliter. l Ad viros Anathot.] Viri Anathot hic dicuntur religiosi, qui obedientiam, quam vouerunt non tenent. Hi quærunt animam Christi. *Moral.*

n Et dicunt, non prophetabis in nomine Domini] quia & vitam Christi, & doctrinam in se extinguunt, quia mali, & immundi sunt in vita, & hebetes in scientia, & doctrina. De Christo enim dicitur *Luc. vltim. c.* Qui fuit vir Propheta, potens in opere, & sermone.

p Et non morieris in manibus nostris.] Sic dicunt multi mali Prælatis suis. Desiste à correptione, & prædicatione, & nos desistemus in tua persecutione, & dimittemus te in Prælatione. Poeta.

Obsequium amicos multiplicat, veritas odium parit.

Galat. 4. c. Factus sum vobis inimicus verum dicens vobis.

r Ecce ego visitabo super eos] quasi, quia contemnitis minorem correptionem, faciam fieri super vos duram inquisitionem à Papa, & ideo dicitur annus visitationis.

s Iuuenes] nouitij.

t Morientur in gladio] disciplinæ, per quam eorum lasciuia iuuentutis perimitur.

u Filij eorum, & filiæ eorum morientur in fame] quasi fortiores, & debiliores de nouitiis arctabuntur ciborum ariditate.

x Et reliquiæ non erunt ex eis] quasi ad literã ita arctabuntur in cibis, quòd in mensa paruas facient reliquias. Ita enim est in religione, quòd senes abundant cibis, & vestibus in cameris, sed iuuenes non habent, quid comedant in conuentu. Cùm enim visitantur religiones, plus arctantur minores, quàm maiores.

EXPOSI

EXPOSITIO CAP. XII.

IVstus quidem tu es Domine.] Hoc capitulum diuiditur in quinque partes. Primò, Propheta de prosperitate Iudęorũ eum odientium conquerendo admiratur, eum ipse è contrario affligatur. Secundò, prosperitatẽ eorum conuertendã esse in afflictionẽ ostendit, vndè occisionem illorum determinat, & terræ eorum vastationem, & duram eorum io Babylonem per violentiam ductionem, & vicinarum contra se gentium quasi sibi beneuolas æstimabant impugnationem, *ibi*: Congrega eos. Tertiò, diuinum auxilium ab eis recessurum in persona Domini dicit, *ibi*: Reliqui domum meam. Quartò, causam tanti excidij in Pastores Iudæorum refundit, secundùm vnam expositionem, secundùm autem aliam ipsos ministros destructionis determinat, scilicet, Princeps Chaldæorum, *ibi*: Pastores multi. Quintò, vicinis Gentibus genti suæ inimicantibus captiuitatem futuram denunciat, *ibi*: Hæc dicit Dominus aduersùm. Dicit ergo.

A — *Iob 21. a.* — *Abac. 1. a.*

CAP. XII.

IVstus *a* quidem tu es Domine *b* si *c* disputem tecum, *d* veruntamen iusta loquar ad te. *e* Quare via impiorum prosperatur, bene *f* est *g* omnibus qui *h* præuaricantur *i* & iniquè agunt? *k* Plantasti eos & *l* radicem miserunt, *m* proficiunt & *n* faciunt fructum. Propè es *o* tu ori eorum, & longè à renibus eorum. Et *p* tu Dñe *q* nosti me, vidisti *r* me, & *s* probasti cor meũ tecũ. *t* Congrega eos quasi gregem ad victimam, & *u* sanctifica eos in *x* die occisionis.

a Iustus quidem tu es Domine,] quasi, Domine tu comminatus es mala super eos qui contra me cogitauerunt mala, sed tamen adhuc video illos florere cum ego torquear. vnde admiror, & quasi de iustitia tua conqueror, non tamen præsumo tuam arguere iustitiam, quia iustus es in omnibus operibus tuis.

b Si] id est, quamvis.

c Disputem tecum,] id est, quamvis de factis tuis videar conqueri; tamen scio quòd iustus in omnibus inuenieris, & semper rectus apparebis. Vel, Iustus es si disputem tecum, id est, si discutiam opera tua, & ea intimâ cordis mei cogitatione inspiciam, eorum quærendo rationem: scio, quia in te nihil iniustum inueniam. Sed quia in superficie ea considero, ideo frequenter me inducunt in admirationem.

d Veruntamen iusta loquar ad te,] i. licet disputare tecum videar, & te arguere, tamen mihi cauebo à blasphemia, De quo autem velit disputare, subdit:

e Quare via impiorum prosperatur] in temporalibus.

f Bene est] id est, prosperè. Vel, bene est, secundùm hominum opinionem.

g Omnibus] Iudæis.

h Qui præuaricantur] in lege.

i Et iniquè agunt] in proximos, eos spoliando, & affligendo.

k Plantasti eos] in terrenis.

l Et radicem miserunt,] id est, stabiliti sunt & solidati in diuitiis. Et non solùm in his multiplicati sunt, sed & in filiis & filiabus. Vndè.

m Proficiunt] siue generant filios.

n Et faciunt fructum] scilicet in hæredibus. Simile, *Iob* 21. a. Ego quando recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem tremor: Quare impij viuunt, sublimati sunt confortatique diuitiis? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum securæ sunt & pacatæ, & non est virga Dei super illos. Et cætera multa quæ ibi dicit. Sed subdit: Ducunt in bonis dies suos, &c. Vndè & sequitur hic, Congrega, &c. Sicut autem exponitur hoc de Ieremia conquerente de prosperitate Iudæorum, Ita & de Christo exponi potest, conquerente apud patrem de Iudæis, vel hæreticis, vel quibuscunque peccatoribus, qui florent in temporalibus & multiplicantur in sequacibus eorum, cum ipse Christus in hoc mundo in se, & in membris afflictus fuerit, quod tamen non meruit. Vel hoc legitur in persona infirmorum conturbatorum præ admiratione de prosperitate malorum. Vndè *Psalm.* 72. Mei autem pene moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Et *Iob* 12. b. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cùm ipse dederit omnia in manibus eorum. Sed ne quis dicat quòd illi qui sic multiplicantur non sunt impij, quia legem & ea quæ sunt legis, sciunt, & de Deo loqui sciunt, & alios instruere, sicut ad literam erat in Iudæis, vndè & boni reputantur, & ideo homines dicunt eos iustè prosperari: Ideo subdit.

o Propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum,] id est, ab affectionibus cordis. *Isaiæ vigesimo-nono.* d. Populus hic labiis me honorat, &c. quasi non iniustè admiror, quia temporalibus prosperantur, & tamen mali sunt. *Matth. 15. a.*

p Et tu Domine nosti me,] quasi dicat, illi mali sunt, & tamen prosperantur, & tu scis quòd bonus sum, & tamen valdè affligor & angustor ab eis.

q Nosti me] in ore.

r Vidisti me] in operatione.

s Et probasti cor meum tecum] in cogitatione & affectione. Ecce triplex testimonium, scilicet, cordis, oris, operis, quod habeo coram te. Cum ergo noueris bonitatem meam in his tribus, quare semper sum in miseria? Ideo subditur hæc consolatio, quia scilicet, hæc prosperitas malorum non est diu permansura. Vndè.

t Congrega eos quasi gregem ad victimam] quasi, licet floreant modò & impinguentur, hæc floritio non est nisi quædam saginatio ad victimam, id est, ad mortem. Vndè, Congrega, &c.] Id est, tu congregabis eos in Ierusalem, sicut grex congregatur ad victimam. Quando enim venerunt Chaldæi, tunc omnes congregati fuerunt in Ierusalem propter solemnitatem Paschæ, vel vt inirent consilium quomodo se defenderent. Similiter & omnes congregati erant in Ierusalem propter solemnitatem Paschæ, quando ciuitas à Romanis fuit obsessa, in vindictam quia Christum occiderunt in tali festiuitate.

u Et sanctifica eos,] id est, serua eos tanquam animalia deputata sacrificiis, quæ sancta reputabantur. Et hoc:

x In die occisionis,] vt scilicet, post seruationem occisioni exponantur. Vel, Sanctifica eos in die occisionis,] id est, peccata eorum purga per occisionem exercitus Babylonis. Iudæi enim ad literam, per illam captiuitatem sunt purgati à multis peccatis. Occisio enim sanctificat, secundùm illud *Iob* 5. c. Ipse vulnerat & medetur, id est, vulnerando medetur. Vel, id est, sanctificabis quosdam illorum in tempore in quo alij interficientur, secundùm regulam Ticonij. Vel si intelligatur de destructione facta per Romanos, tunc sic lege.

u Sanctifica eos] id est, adduces eos in Ierusalem in Pascha, vt sanctificentur. *x* In die occisionis] Christi, id est, in diebus Paschæ. Tunc enim obsessi sunt à Romanis, quando conuenientes in Ierusalem voluerunt sanctificari, vel in ipso die festo occisi sunt, qui erat diès sanctificatus propter solemnitatem, sed occisionis ab euentu.

Moraliter. *t* Congrega eos, &c.] Competens est responsio ad querimoniam infirmorum præcedentem, quasi, videntur mali esse beati dum florent hic, sed hæc iocunditas & floritio per me vertitur ad hoc vt saginentur, & pingues interficiantur, quando simul congregabuntur ad æternam occisionem. Vndè. *Moraliter.*

u Et sanctifica eos] id est, firma eos, impingua in statu prosperitatis. Et hoc. *x* In die occisionis] quo eos occides sicut animalia quibus liberiùs indulgentur pascua vt ad immolandum fiant pinguiora. In hoc ergo pacatur conquestio infirmorum admirantium de malorum prosperitate, quia, scilicet, cedit eis ad pœnam. Vnde postquam dixit, *Psalm.* 72. Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum videns, subdit: Veruntamen propter dolos posuisti eis, deiecisti eos dum alleuarentur. Et *Iob* 21. a. Postquam dixit: Sublimati sunt, &c. subdit: Dicunt in bonis dies suos, &c. *Isa* 34. b. Dicitur de pœna malorũ diuitũ: Gladius Dñi repletus est sanguine, incrassatus est adipe de sanguine agnorum & hircorum, & de sanguine medullatorum arietum: Victima enim Dñi in Bosra, & interfectio magna in terra Edom, & descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus. Item *Gregorius* super illud *Iob trigesimo-primo.* a. Nunquid non perditio est iniquo & alienatio operantibus iniquitatem? sic dicit: Iniustus ad debitam mortem currens effrænatis voluptatibus vtitur, quia & vituli qui mactandi sunt in liberis pascuis relinquuntur. At contra iustus à delectationis transitoriæ iocunditate restringitur, quia & nimirum vitulos ad laboris vsum vitæ deputatus, sub iugo tenetur. Negantur electis in hac vita bona terrena, quia ægris.

a ab euentu. Vel scilicet, pro occides eos, in quo apparebis iustus, & sanctus, scilicet, per vindictam. Simile *Leuit.* 10. a. vbi filiis Aaron combustis, scilicet, Nadab, & Abiu dixit Moyses. Hoc est, quod locutus est Dominus, sanctificabor in his, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Iustus enim, & sanctus in hoc

B

apparuit, quod vindictam exercuit, & de propria familia.

a Vsqueqvo lugebit terra, & *b* herba omnis regionis siccabitur *c* propter malitiam habitantium in ea? *d* Consumptum est animal, & *e* volucre, quoniam *f* dixerunt, non videbit nouissima nostra. *g* Si cum † peditibus *h* currens laborasti. Quomodo *i* contendere poteris cum equis? Dum *k* autem in terra pacis † securus fueris, *l* quid facies in superbia Iordanis? Nam, & *m* fratres tui, & *n* domus patris tui.

al. † pedibus.

al. † secura.

al. † confisa.

a Vsquequo lugebit terra] Loquitur in persona ipsorum conquerentium de terræ sterilitate, quam magnã valde passi sunt in anno præcedente obsessionem, & subsequẽte, & concomitante, quia victualia non habebant in obsidione. Dicitur enim tunc lugere terra, quando sterilis est, & vacua. Vel lege hoc de tempore sequente Iudæorum destructionem, qua facta, terra in solitudinem redigetur, quam solitudinem ita longam hic admiratur Propheta.

b Et herba omnis regionis siccabitur,] id est, totius Iudææ, id est, Iudæi occidentur, & terra vastabitur, & desolabitur. Et hoc

c Propter malitiam habitantium in ea] scilicet, terra.

d Consumptum est animal, & volucre,] quasi, & terra desolata est, & omnia pecora inde recesserunt propter eorum peccata.

f Quoniam dixerunt, non videbit nouissima nostra,] siue, non videbit Deus vias nostras, quasi, ideo hæc eis contingent, quia in tantam blasphemiam proruperunt, vt dicerent Deum ignorare vias suas, id est operationes, & nescire quid vnusquisque sit passurus in futurum, siue in nouissimis. *Psal.* 72. Dixerunt quomodo scit Deus, & si est scientia in Excelso? *Eccl.* 27. c. Omnis homo qui transgreditur lectum suum contemnens in animam suam, & dicens, quis me videt, tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me; quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus, & non intellexit quoniam omnia videt oculus eius, quoniam expellit à se timorem. Dei. Sed *Ibidem.* Oculi Domini multo plus lucidiores sunt super Solem, circumspicientes omnes vias hominum. Vt enim hic dicit *Ieron.* omnia in prudentia Dei aguntur, Sed contra *Ieron.* Absurdum est ad hoc deducere diuinam Maiestatem, vt sciat per momenta singula quot, scilicet, muscæ moriantur, vel nascantur. Solutio. Scit quot moriantur, vel nascantur singula per momenta, sed nescit hæc per momenta singula, quia eius scientia non variatur per tempora.

Moral. *a* quibus spes viuendi est, nequaquam à medico cuncta, quæ appetunt conceduntur. Dantur autem reprobis bona, quæ in hac vita appetunt, quia desperatis ægris omne, quod desiderant, non negatur. Perpendantur igitur, quæ sint mala quæ iniquis imminent, & nequaquam eorum fœlicitati iusti inuideant, quæ præcurrit. Quid enim est, quod de eorum gaudiis admirantur, quando, & ipsi per iter asperum ad salutis patriam redeunt, & illi per amœna prata ad foueam tendunt? Vel, Sanctifica eos in die occisionis, quia tribulatio purgat, & sanctificat hominem. *Eccl.* 2. a. In igne purgatur aurum, & argentum, &c. *Et* 27. a. Vasa figuli probat fornax.

a Vsquequo lugebit terra] id est, Ecclesia. Quia,

b Et herba omnis regionis siccabitur] id est, flores virtutum, & operum bonorum, & doctrinæ, quia in ea non apparent, nisi spinæ, & vrticæ vitiorum, cum tamen dicat Sponsa de primitiua Ecclesia. *Cantic.* 2. c. Flores apparuerunt in terra nostra. Vndè *Psalm.* 146. Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum, quia per Prælatos bonos administrat doctrinam subditis. Vndè *Psalm.* 71. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.

d Consumptum est animal] id est, actiui, qui studere debent in depascendis pascuis scripturarum.

e Et volucre] contemplatiui. *Iob* 5. b. Homo natus est ad laborem, auis ad volandum.

g Si cum pedibus, &c.] Post terræ destructionem, & Iudæorum interfectionem, hinc ostendit diram hostium dominationem, cui non poterunt resistere, quare durè trahunt eos in captiuitatem in Chaldæam.

h Currens laborasti] lassitudine.

i Quomodo contendere poteris cum equis?] Ad literam, sic facere fatuum esset, scilicet, quòd aliquis, qui non posset currere cum homine eunte pedes, contenderet currere cum veloci equo, quasi, si molestum est tibi, & durum trahi pedes à pedite, quantò molestius tibi erit, quòd traheris pedes ab equite. Vel quasi, aliquando captiuati fuistis, & ducti in captiuitatem à peditibus quos sequi durum erat vobis, quando scilicet, multa passi estis ab Idumæis, & Ammonitis, & Moabitis, & aliis vicinis regionibus, qui in centuplum à Chaldæis exceduntur in velocitate, qui minoris sunt duritiæ, & potestatis, quam Chaldæi, quantum minoris velocitatis sunt in currendo pedes, siue pedites, quam equi, siue equites, quomodo ergo poteritis resistere ipsis Chaldæis? Vel.

g Cum pedibus,] id est, peditibus, & idem est sensus. Chaldæi enim, & Persæ, vt dicit *Ieronym.* gaudent in equitatu; sed istæ vicinæ gentes propter locorum suorum difficultatem, non tam pugnæ, & equitatui aptæ sunt, quam latrociniis. Est autem hæc vox Prophetæ respondentis populo, quòd imò Dominus videbit nouissima vestra, id est destructionem, quia, si cum pedibus, &c.

k Cum autem in terra pacis, &c.] quasi etsi in terra tua tempore pacis aliquam habuisti securitatem, quid acturus es cum Iordanem transieris, & gurgites illius sustinueris? Vndè.

l Quid facies in superbia Iordanis? Alia *litera*, in fremitu Iordanis,] id est, in tumore, & inundatione eius, quasi, multum fatigaberis in transeundo, & in eundo in captiuitatem, non solùm, quia durè te ducent, & velociter trahent iuxta equos suos, sed etiam, quia mala erit via propter Iordanis inundationem quæ totam viam, quasi inmeabilem reddit; Ad literam enim Iordanis intumuerat cum illum deberent transire. Per illum enim oportuit eos transire à terra sua in Chaldæam. Vel, Quid facies in superbia Iordanis? id est, quid facies quando non solùm hostilis exercitus te vastabit sed etiam inundatio Iordanis bona terræ tuæ operiet, & inutilia reddet? Sed ne respondere posset, scio quid faciam. Ego enim fugiam ad amicos, & cognatos meos, id est, Idumæos, Moabitas, & Ammonitas, qui iuuabunt me contra te. Vndè.

m Nam, & fratres tui,] i. Idumæi? *n* Et domus patris tui] i. Moabitæ, & Ammonitæ, qui de Abraham per Loth generati sunt. *Gen.* 18. g. Mysticè.

Mysticè. *g* Si cum peditibus currens laborasti.] Hoc dicitur ad nouitios, qui volunt excedere in abstinentia illos, qui diu fuerunt in religione. Vndè. Si cum peditibus, id est, cum bonis in sæculo.

h Currens laborasti,] non potens facere bona, quæ faciebant.

i Quomodo contendere poteris cum equis] id est, cum eis qui iam diu fuerunt in religione, & non iam euntes, sed currentes sunt, quasi equi, vel equites respectu sæcularium, & in semita † viuendi, tu autem es in via, & nondum in semita. Vndè *Ieron.* ad quendam religiosum. Non immoderata tibi ieiunia imperamus, quibus statim corpora delicata franguntur, & ante incipiunt ægrotare, quam sanctæ conuersationis iacere fundamenta *Ibid.* Sic debes ieiunare, vt non pipites, & respirare vix possis, & comitum tuorum, vel portens, vel traharis manibus.

al. † veniendi.

k Cum autem in terra pacis securus fueris] id est, in claustro. Mundus enim terra guerræ est. *Ioan.* 16. g. In me pacem, in mundo pressuram habebitis, scilicet, propter diuersas eius curas. Sed ex hac pace nascitur in eis quandoque pugna superbiæ, & contentionum, & discordiarum. Vndè.

l Quid facies in superbia Iordanis,] id est, in superbia, quæ nascitur ex Iordane, id est, ex humili descensu, quia enim omnia reliquerunt, & se aliis subiecerunt, ex hoc superbiunt. Ideo *Iob quadragesimo.* c. Absorbebit fluuium, id est, sæculares per varia peccata fluentes, & non mirabitur, & habet fiduciam, quòd desluat Iordanis in os eius.

m Nam, & fratres tui.] Hoc de Christo exponitur, quia Iudæi de quorum genere secundùm carnem fuit Christus, aduersùs eum pugnarunt, & dictis, & factis. In dictis enim sustinuit contradictores, in factis obseruatores, in tor-

a rati sunt *Gen.* 19. g. qui fuit frater Abrahæ : & Idumæi. & *Esau.* a Etiam ipsi] cum Chaldæis. b Pugnauerunt aduersum te,] id est, pugnabunt. c Et clamauerunt post te plena voce,] quasi non solum manu pugnabunt contra te, sed, & linguâ calamitati tuæ insultabunt apertè, qui ante contra te non audebant mutire. Vel. Clamauerūt. post te plena voce tangit nequitiam Idumæorum, qui post Iudæos fugiētes clamabant, redite ad nos, & occultabimus vos ; faeie Chaldæorū, & saluabimini quos redientes interficiebant, vel Chaldæis vendebant, vel probalabant, vt apertè improperat eis Abdias in prophetia sua. Vnde.

C

al. † Spelunca Hienæ.

a etiam ipsi b pugnauerunt aduersùm te, & c clamauerunt post te plenâ voce. Ne d credas eis e cum locuti fuerint tibi bona: f Reliqui domum meum, dimisi g hæreditatem meum. h Dedi i dilectam animam meam in k manus inimicorum eius l facta est mihi hæreditas mea, quasi leo in silua. m Dedit contra me vocem, n ideo odiui eā. o Nōquid † auis discolor p hæreditas mea mihi q Nunquid auis tincta pertotum

d Ne credas eis cùm locuti fuerint tibi bona] quasi noli confidere in sanguinitate eorum, licet bona tibi promittant, scilicet, auxilium, vel defensionem. Hic dicit *Gloss.* Nemo nocentior quam familiaris inimicus. Ideo *Mich.* 7. b. dicitur. Ab ea, quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. Et est contra eos, qui sine consilio parentum nolunt intrare claustrum. *Genes.* 31. d. Iacob recessit à Laban in nocte, nec indicauit ei consilium suum, qui secutus eum dixit ei. Quomodo sic fecisti? Quare non magis indicasti mihi, vt prosequererer te cum gaudio, & tympanis, & choris? Sic dicunt parentes illi, qui intrauit claustrum. Quare saltem non indicasti nobis? Vel hoc dicunt Abbati. Non deberetis recepisse filium nostrum sine nostra licentiâ. Sed Iacob duxit secum filias Laban sine illius licentiâ, & respondit ipsi Laban, quòd te inscio profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas. Ideo *Eccles.* 37. a. Noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium tuum.

e Cùm locuti fuerint tibi bona,] id est, sub specie boni promittant falsa bona *sup.* 9. c. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias.

Mysticè. Θ mentis illusores. c Clamauerunt post te plenâ voce] dicentes. Crucifige, crucifige eum. *Ioan.* 19. a. *Isa.* 5. b. Expectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas & iustitia, & ecce clamor. Vel expone, vt priùs de illis, qui intrare volunt claustrum. Talem enim impugnant magis parentes, quam alij retrahere volentes eum ab omni bono proposito dicentes. Nonne bene possumus saluari in sæculo, & facere eleemosinas de propriis redditibus, & dare bonum exemplum aliis? Et sequitur consilium.

d Ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona.] Sic, & Christus non credit Iudæis, quando locuti sunt ei bona, vt dicitur *Matth* 22. b. Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, &c. *Ioan.* 2. d. Ipse autem Iesus non credebat seipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Ad literam. f Reliqui domum meam.] Loquitur in persona Domini qui pro illorum crudelitate, & blasphemiâ dicit se eos deserturum, & auxilium suum ab eis abstracturum. Reliqui domum meam, id est, Templum destructurum apposui per Chaldæos.

g Dimisi hæreditatem meam,] id est, auxilium meum à Iudæis subtraxi, qui priùs erant hæreditas mea, quam colebam *Isa.* 19. d. Hæreditas mea Israel. *Deut.* 32. a. Iacob funiculus hæreditatis eius. *sup.* 10. c. Qui formauit omnia, ipse est, & Israel virga hæreditatis eius.

h Dedi dilectam animam meam, id est, plebem meam, quam præ nimiâ dilectione vocat animam suam, sicut de illo quem multùm diligimus, dicimus, quod anima nostra est. Vel Ierusalem, ideo vocat animam, quia ipsa fuit vita circumstantis, Iudææ, quia in illa erat templum, & extra illam non erat locus sacrificij. Vel, Dedi dilectam animam meam, id est, homines, scilicet, Iudæos mihi quondam dilectos, sicut illud *Ezech.* 18. a. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur, id est homo.

k In manus inimicorum eius,] id est, Chaldæorum. Et loquitur de futuris tanquam sint præterita prophetica certitudine. Ideo inquam hoc faciam, quia.

l Facta est mihi hæreditas mea, quasi Leo in silua] per crudelitatem mentis, & operis. m Dedit contra me vocem] id est, blasphemiam oris, quasi dicat, crudeles fuerunt Iudæi in proximos, & blasphemi contra me, scilicet, legem meam deserendo, & idola colendo.

n Ideo odiui eam] id est, abieci à me, vt quæ quondam fuit dilecta, & charissima, nunc sit odiosa. Et nequis dicat. Non est ita, nunquam enim Dominus destruet hæreditatem suam, quam sic variis donis exaltauit, & Doctoribus honorauit? Ideo subdit.

o Nunquid auis discolor,] id est, diuersorum colorum, quam Ieronymus vocat Pauonem.

p Hæreditas mea mihi] quasi, imo valde pulchra est hæreditas mea, & diuersis dignitatibus, & prosperatibus colorata.

q Nunquid auis tincta per totum ?] imo ita pulchra est hæreditas mea inter omnes nationes, sicut Pauo pulcher, & depictus diuersis coloribus inter alias aues.

Δ Et tamen licet ita

Secundùm Ieronymum meliùs exponitur hoc de Christo. f Reliqui domum meam] id est, populum Iudæorum qui erat mea propria familia Vnde *Ioan.* 1. a. In propria venit, &c. *Aliter, secundum Ieron.*

h Dimisi hæreditatem meam, deserendo eos & destruendo per Romanos. Vel per domum Templum, per hæreditatem, tota Iudæa, vel specialiter ipsa Ierusalem, quæ omnia Romanis vastata sunt. *Matth.* 23. d. Relinquetur vobis domus vestra deserta. *Ioan.* 14. Surgite eamus hinc. In quo significabatur Christum relicturum esse Iudæos, & expositurum eos captiuitati Romanorum. In Passione etiam Christi audita est vox Angelorum dicentium, quando Templum scissum est. Transeamus ab his sedibus.

h Dedi dilectam animam meam] id est, Synagogam, quam nimio amore aliquando dilexi.

k In manus inimicorum eius,] id est, Romanis eam exposui, vel Dæmonibus, quia quasi Leo crudeliter contra me rugiendo clamauit. Crucifige, crucifige eum, *Ioan.* 19 a. Vel.

f Reliqui domum meam] Id est, cœlestem Ierusalem, vel sinum Patris, siue Patrem, in Incarnatione, id est, formam assumpsi hominis, quam Pater non assumpsit. Cum enim dicat. *Ioan.* 14. b. Pater in me est, & ego in Patre nunquam ab eo separatus fuit. Vel sic, quasi talem naturam accepi, in qua, id est, per quam in mundo conuersatus sum, non in cœlo, quando scilicet, eam accepi, tunc enim Mundo visibilis factus sum, qui ante non eram visibilis, quando tantùm apud Patris maiestatem conuersabar.

m Dedit contra me vocem.] blasphemando. Vel Leo fuit persequendo factis, dedit vocem lingua blasphemando.

g Dimisi hæreditatem meam] id est, cœlestem Angelorum cohabitationem, quantùm ad præsentiam, scil. assumptæ formæ. Non enim erat in cœlo inquantùm homo.

h Dedi] in redemptionem, & pretium, quasi voluntariè posui. i Dilectam animam meam in manus inimicorū eius,] in passione, secundum illud *Ioan.* 10. d. Potestatem habeo ponendi animam meam, quasi ego tot, & tanta feci pro te Ecclesia, vt te haberem in vxorem, & tu quid fecisti mihi? Ecce.

l Facta est mihi hæreditas mea, quasi, Leo in silua] quasi beneficio meæ Passionis non fuisti grata, sed ingrata, Ibi enim agnum mansuetum in immolatione me exhibui, sed è contraria facta es, quasi Leo, scilicet ; superbiæ crudelitate, & dedisti contra me vocem blasphemiæ, & iactantiæ, & illusionum & falsorum testimoniorum. o Nunquid auis discolor, &c.] quasi imo, pulcherrime eam decoraui, scilicet, plebem Iudaicam. Vnde dicitur vitis frondosa. *Osea.* 10. a. Dicitur

Θ Oliua fructifera

Moral. Moraliter. f Reliqui domum meam] id est, meos.

h Dimisi hæreditatem meam] id est, mea. h Dedi dilectam animam meam] id est, me. Ideo dicitur *Matth.* 16. d. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, id est, suos, sua, se, id est, voluntatem suam, quæ per animam intelligitur. *Gen.* 12. a. Egredere de terra tua, &c. o Nunquid auis discolor] Color religiosi est honestas conuersationis eius, qui debet indui purpurâ, & bysso, i. exterioris carnis maceratione, & interioris mentis puritate. *Ezech.* 16. b. Vestiui te discoloribus. Sed *Thren* 4. a. dicitur Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? Vel illi sunt auis discolor in malo, qui exterius signa bonitatis habent, sed interiùs immundi sunt, vt hypocritæ. Contra illud *Leuit.* 19. d. Veste, quæ ex duobus contexta est non induceris Et hoc est. q Nunquid auis tincta per totum?] Tales enim

a Venite congregamini omnes bestiæ terræ, b properate ad deuorandum. c Pastores multi d demoliti sunt e vineam meam, f conculcauerunt partem g meam. h Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, i posuerunt eá in dissipationé, k luxitque super

△ Et tamen licet ita pulchra sit. a Venite congregamini omnes bestiæ terræ,] id est, multitudo diuersarum gentium crudelium venite cum chaldæis.

b Properate ad deuorandum] id est, omnino, & irrecuperabiliter, & celeriter vastate eam. Et loquitur ad modum alicuius; qui cum habet pulchram auem quam dilexit multum, si aliquid contra eam commiserit, dicit. Nunquid non pulcra est auis mea & tamen dabo eá escam catto, vel cani ad deuorandum? quasi dicat propter pulchritudinem, & dignitatem hæreditatis meæ, & licet sit hæreditas mea, non dimittam quin destruam eam. Vel ad literam sic est, quòd quando auis tincta est, vel auis discolor, id est, alterius coloris, quàm aliæ aues, vt dicitur, non quia diuersos habeat colores, sed quia diuersum habet colorem ab alijs auibus, contra inquam talem insurgunt aliæ aues, & eam deplumant; sic contra populum Iudæorum, qui alium Deum coluerunt, quam Gentes, & alij assignati erant, insurrexerunt omnes Gentes. Et hoc est. Nunquid auis discolor? quasi immo talis est Sed, quia colorem suum non honorat, nec se occultat ab alijs auibus, id est, gentibus, immo in eis consistit, & apud eas conuersatur per illorum idololatriam. Ideo. Venite, & congregamini, &c.

Secundum Ieron. ⊕ oliua fructifera, speciosa & pulchra. *Sup.* 11. e. Dicitur populus peculiaris: *Deut.* 7. h. Et tamen quia ingrata fuit bonis meis, & me est persecuta.

a Venite congregamini omnes bestiæ terræ] id est, omnes gentes cum Romanis venite ad vastandum eam. Hoc significatum est *Iudic. decimo quarto* a. vbi habetur, quod Samson reliquit patriam suam vadens in Thamnata Philistinorum, id est, mundum. Interpretatur enim Thamnata exploratores ascensionis. Ad hoc enim in mundum venit vt illos vinculo charitatis necteret, qui sunt solliciti ascendere in cœlum. Et ibi assumpsit vxorem, scilicet, Iudaicam plebem, sed dimisit eam, vt ibi dicitur, reuertens ad patriam suam. In cuius reuersu illa vxor copulauit se alij, & ideo quando rediit combussit terram eorum, vt dicitur *Iudic.* 15. a. Litera *Septuaginta* habet: Nunquid spelunca Hienæ hæreditas mea mihi? Hiena est nocturna bestia, quæ viuit de cadaueribus mortuorum. De sepulchris enim effodit corpora, & non est aliqua immunditiâ qua non vtatur. Et dicitur quòd est quidam serpens qui nascitur de putredine dorsi hominis mortui, & significat popolum Iudæorum qui in spurcitiis peccatorum suorum offendit. Nunquid spelunca Hienæ hæreditas? quasi, nunquid mortem meam intantum sitiunt Iudæi, vt in me mortuum desæuiant me lacerando, sicut Hiena cadauera mortuorum corrodit & dilaniat?

Moraliter. * tum?] Tales enim tincti sunt exteriùs: Non enim tincti sunt in lana, id est, interiùs, sed rantùm in signo extrinseco quod est in superficie exteriori, & ideo citò deletur color, scilicet, per modicum humorem superiectum, scilicet, persecutionis, vel blasphemiæ, vel vanæ laudis. Vel auis discolor & tincta per totum, possunt dici mulieres ornatæ diuersis gemmis, & coloribus meretricijs fucatæ. De quibus *Ieronymus* dicit, quarum facies nimio candore deformatæ idola mentiuntur. Tales non sunt hæreditas Domini, & si sint creatione, scilicet, & redemptione, tamen eas Dominus proijcit à se dicens.

a Venite congregamini. &c.] *Isa.* 56. c. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus. Et subdit causam. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia, & canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Sed dicit *Psal.* 73. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.

Ad literam. c Pastores multi demoliti sunt.] Hic ponit causam destructionis prædictæ, & secundum aliam expositionem ostendit, qui sunt ministri prædictę destructionis, Pastores multi demoliti sunt vineam meam,] id est, Prælati ipsorum Iudæorum, scilicet Principes, & Sacerdotes fuerunt causa demolitionis subditorum. Vel.

c Pastores multi] i. Principes Chaldæorum, de quibus *sup.* 6. a. Ad eam venient Pastores, & greges eorum, fixerunt in ea tentoria, quasi, Principes Chaldæorum cum suo exercitu eam obsiderunt.

d Demoliti sunt,] id est, demolientur.

e Vineam meam,] id est, plebem Iudaicam. Vnde *Isa. quinto* b. Vinea Domini exercituum domus Israel est.

f Conculcauerunt] id est, conculcabunt, & vastabunt, siue potentia oppriment.

g Partem meam] id est sortem, id est, populum Iudæorum, qui est pars mea, & hæreditas.

h Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis] id est, vt sit deserta, & solitaria, scilicet, deserta sine habitatore, solitaria sine Deo adiutore, vel solatium præbente.

i Posuerunt eam in dissipationem,] per omnem bonorum eius vastationem.

k Luxitque super me] id est, peccauit contra me. Simile *Apoc.* 1. b. Plangent se super eum omnes tribus terræ, id est, quia peccauerunt contra eum. Ideo, luxit, id est, in mœrore captiuitatis fuit. Vel, luxit super me, id est, de me, id est, quia auxilium meum perdidit, sicut mulier plorat super filio, id est, de filio. Vel, super me, i. ad me, vt vindicarem eam de hostibus, sicut aliquis plorat ad

△ amicum qui potest

Mysticè. Mysticè. c Pastores multi,] Priùs comparauerat Dominus Ecclesiam aui discolori, vel tinctæ per totum, & prædixerat eam ab omnibus bestiis deuorandam, id est, diuersis vitiis subijciendam, & Dæmonibus ad deuorandum, cuius rei causam in pastores refundit. Vnde. Pastores multi. Simile. *Isa.* 56. c. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum. Et subdit causam. Speculatores eius cæci omnes, &c. Illi autem Pastores sunt multi, qui in ouibus non vnum, sed multa quærunt, scilicet, non earum salutem, sed lac, & lanam, propter quod ab illo vno summo Pastore diuisi sunt, qui dicit *Ioan.* 10. c. Ego sum pastor bonus. Hi enim à fructibus frumenti vini, & olei sui multiplicati sunt. Vnde de his dicitur *Ezech.* 34. a Væ pastoribus Israel, qui pascunt semetipsos, &c. Vel Multi, id est, stulti, quia stultorum infinitus est numerus, vt dicitur. *Eccl.* 1. c. *Psal.* ◆

d Demoliti sunt vineam meam,] id est, Ecclesiam à mole sanctitatis & grauitatis morum, & bonorum operum diuiserunt.

f Conculcauerunt partem meam,] spiritualia in Ecclesiis suis vilipendendo. Non autem conculcant suam partem, quia de temporalibus congregandis tota est eorum sollicitudo. Vnde *Ezech.* 34. e. Cum limpidissimam aquam biberetis, id est, florem temporalium vobis retineretis, reliquam pedibus vestris turbabatis, id est, partem Domini, scilicet, spiritualia vilipendendo, & sic oues sine pastu dimittebatis. *Zachar.* 11. d. O pastor, & idolum derelinquens gregem. *Isa. tertio* c. Depasti estis vineam meam, cum magis eam pascere deberetis. Vel.

g Partem meam,] id est, religiosos, orphanos, pauperes, viduas, & pupillos. *Zach.* 11. a. Pasce pecora occisionis, quæ qui possidebant occidebant, & non dolebant, & vendebant ea.

h Dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.] Portio Domini, quam vult ipse habere, sunt animæ quas ipse redemit sanguine proprio. Tantùm enim emit, vt solus possideat, vt dicit *Aug.* Quæ portio est desiderabilis, quia desiderat animas, & affectat sibi deuotas. *Sap. vndecimo* d. Tua sunt Domine omnia quia amas animas. Hanc portionem in desertum, & in solitudinem ponunt, qui animas subditorum incultas, & desertas dimittunt in culpam eas deducendo, per quam à Deo deseruntur. i Posuerunt eam in dissipationem,] vt non tantùm vni vitio subiacerent, sed per diuersa distrahantur. Quodlibet enim vitium accipit vnum fructum, vt singula membra per singula vitia dissipentur. *Psalm.* 79. Exterminauit eam aper de silua, id est, Prælatus dente, scilicet, aduocationis, vel rapacitatis, vel mali exempli; & singularis ferus depastus est eam, id est, Ceruus, qui tempore amoris sui libidinosi singulariter vadit. Hi sunt Prælati, hi admodum Cerui venenum deberent extrahere de corde peccatorum, sed ipsi in terrenorum abundantia volunt soli esse. k Luxit super me] id est, ad me, vt de malis Prælatis eam vindicarem, qui eam diripiunt. Luget enim Ecclesia pro dissipatione sua a Pastoribus facta, Vnde clamat ad Deum. Vnde *Eccl.* 35. c. Non despiciet Dominus præces pupilli, ne viduam si effundant loquelam gemitus. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillâ descendût, & exclamatio eius

⊕ super deducentem eas?

a amicum cui potest eam vindicare de iniuria sibi illata. *a* Desolatione desolata est omnis terra,] id est, tota Iudæa omnino & perfectè desolabitur, & vastabitur. Et hoc est. *b* Quia nullus est, qui recogitat corde. i. ideo vastabitur populus, quia non est Prælatus, vel aliquis iustus, qui populo prouideat

super eum horribiles, & omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius. *d* Quia gladius, id est, eius vindicta. *e* Deuorabit ab extremo, i. a cogitatione, vel affectione animæ terrenæ vsque ad completionem operationis malæ. *Sap.* 4. d. Commouebit illos à fundamentis vsque ad

recogitando ex corde quomodo iræ Dei possint orationibus resistere. Vel ideo, quia nullus est qui affectuosè Deum recogitet ad eũ colendum, & ei deuotè seruiendo. Vel ideo quia nullus est, qui causã tantæ desolationis attendat, id est, peccata sua perpendat, & proponat emendare.

me. *a* Desolatione desolata est omnis terra, quia *b* nullus est, qui recogitet corde. *c* Super omnes vias deserti venerunt vastatores terræ, quia *d* gladius Domini *e* deuorabit ab *f* extremo terræ vsque ad extremum eius. *g* Non est pax *h* vniuersæ carni. *i* Seminauerunt triticum, & *k* spinas messuerunt, *l* hæreditatem acceperunt, & non *m* eis proderit. *n* Confundemini à *o* fructibus vestris *p* propter iram furoris Dñi. Hæc *q* dicit Dominus *r* aduersùm omnes vicinos meos pessimos, qui *f* tangunt hæreditatem; quam distribui populo meo Israel. Ecce *t* ego euellam eos de terra sua, & domum Iuda *u* euellã de medio eorũ. Et cum *x* euulsero eos, cõuertar, & *y* miserebor eorum, & reducã eos virum, *z* ad hæreditatem suam, & virũ in *a* terrã suã.

supremum, i. operum desolabitur, quasi à minoribus vsque ad maiores vindicta Domini se extendet. *g* Non est pax impiis, qui sunt versi in carnem, Pax i. pectoris in vita nec æternitatis in patria. *Is.* 57. d. Non est pax impiis dicit Dominus. *i* Seminauerunt] s. opera de genere bonorum, vel verbum Dñi

nat emendare. *sup.* 8. e. Nullus est, qui pœnitentiam agat super peccato suo, dicens, quid feci? Et ne credant quod possint euadere per fugam, scil. in loca deserta, & occulta. Ideo dicit. *c* Super omnes vias deserti venerunt vastatores terræ,] id est. per omnes. Vel dicit.

c Super omnes vias,] quia omnes vias operient, quasi tanta erit hostium multitudo & ita vbique diffusa, vt nullus eorum possit euadere fugiendo in desertum. In hoc etiam quod dicit, deserti tangit viam, quæ est de Chaldæa in Iudæam. Per desertum enim est via.

d Quia gladius Domini, id est, vindicta, vel sententia Domini quæ contra Iudæos iam data est. Vel gladius, ad literam exercitus hostilis à Domino missus.

e Deuorabit omnia vbique.

f Ab extremo terræ vsque ad extremum eius,] id est, à termino vsque ad terminum, ita vt nihil remaneat. Sed ne credant se posse sibi reconciliare, & placare hostes. Ideo dicit.

g Non est pax,] quasi quid per singula dicam, generaliter dico quod [non est pax.]

h Vniuersæ carni] id est, alicui viuenti in terra illa, scil. neque nobili, neque ignobili, iuueni, vel seni, diuiti, vel pauperi. Vel.

g Non est pax,] fugientibus de vrbe, scil. si etiam fugiendi inuenirent facultatem. Sed ne dicant, bene victualibus muniemus ciuitates nostras, ita quod in eis bene poterimus resistere hostibus. Sed dicit, quod non quia nec terra reddet semen suum. Et hoc est.

i Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt,] quasi loco tritici seminati non inuenerunt in messe, nisi carduos, & herbas spinosas & inutiles *l* Hæreditatem acceperũt] à Deo. *m* Et non eis proderit,] quia non eis, sed hostibus fructificabit. Vel sic. *i* Seminauerunt triticum, & spinas messuerunt:] id est, meliora expectauerunt, & venerunt pessima. Sperabant enim prospera seminasse, vel messuisse, & aduersa perpessi sunt.

l Hæreditatem acceperunt, & eis non proderit] id est, à Deo acceperunt rerum omnium abundantiam, quæ eis non proderit, quia, scilicet, ea abusi sunt.

n Confundemini] id est, vilificabimini ab hostibus.

o A fructibus vestris] id est, pro operibus vestris malis.

p Propter iram furoris Domini,] quia Dominus iratus vindicabit, & puniet vos, & peccata vestra, quasi erubescetis de peccatis vestris in vobismetipsis, quia videbitis, & sentietis iram Domini in vos. Vnde *Isa.* 1. g. Erubescetis super hortis quos elegeratis vobis cum fueritis velut quercus. Vel. *n* Confundemini, &c.] quasi cum tempus fructuum euenerit, nihil in agris reperietis qui semina iacta tempore messis vos collecturos sperabatis, & sic erubescetis.

Mysticè. *o* super deducentem eos? *a* Desolatione desolata] id est, Ecclesia, quæ † dupliciter est desolata, sc. à gratia, & doctrina, *Isa.* 24. d. Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra commotione commouebitur terra, agitatione agitabitur terra. *b* Quia nullus est] i. qui ex intimo cordis affectu curam habeat animarum Ecclesiæ, vel plebis sibi commissæ *Isa.* 57. a. Iustus perit, id est, in periculo est vel à iustitia cadit, & non est qui recogitet.

al. † quadrupliciter.

c Super omnes vias.] Viæ deserti sunt cogitationes, vel affectiones, & operationes peccatoris, quas omnes sibi subiiciunt Dæmones in præsenti per culpam, vt in futuro eas opprimant, i. pro eis malos opprimant per pœnã. Vnde de peccatore dicitur *Iob.* 20. d. Vadent, & venient

aliis prædicauerunt *k* Et spinas] temporalium mercedem quæsierunt, & habuerunt. Spinæ enim sũt diuitiæ, vt dicitur *Matth.* 13. c. *Matth.* 6. a. Receperunt mercedẽ suam. *Aggæi* 1. b. Seminastis multum, id est, spiritualia prædicauistis, vel bona opera fecistis, & intulistis parum, id est, temporalia, quæ nihil sunt in respectu vitæ æternæ, vel bonorum operum spiritualium. *l* Hæreditatem] id est, abundantiam temporalium, scil. manibus obuiis, & expansis, non ad dandum, sed ad accipiendum semper. *m* Et non eis] in futuro. Vnde *Prou.* 11. a. Non proderunt diuitiæ in die vltionis. *Ezec.* 7. c. Argentum eorum foris eiicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum, & aurum eorum non valebit eos liberare in die furoris Domini. *n* Confundemini] id est, erubescetis in diuitiis vestris quas tanto studio congregastis, & nimio affectu dilexistis, cum eas inutiles esse, & deficere videbitis in die furoris Domini, i. iudicii, vel mortis. *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies suos. Ecce fructus malorum. Et in puncto ad Inferna descendunt. Ecce eorum confusio. Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis? Vel per fructus, opera mala eorum, de quibus tunc erubescent. Alia litera habet, confundemini a gloriatione vestra, id est, à vestibus vestris ornatis, & domibus laqueatis, & dignitatibus, & nobilitatibus, de quibus superbitis *Gregor.* Non est gloriosa nobilitas, quæ in locis tam turpibus generatur. Rom. 6. d.

q Hæc dicit Dominus] Hinc Dominus in consolationem populi sui, sicut mos est in Prophetis, vastationem prædicit hostilium nationum. Dominus enim est tanquam pia mater, quæ cum filium suum iustè verberauerit, indignatur tamen virgæ, quæ filium læsit & ideo eam comburit. Ita Dominus cum per Idumæos, & alios Iudæorum hostes Iudæos iustè afflixerit, quasi tamen ex indignatione eos igne captiuitatis comburit. *q* Hæc dicit Dñs] Hoc dicit Propheta, sed tamẽ personã mutat in personã Dñi, dicens *r* Aduersùm] i. Idumæos, Moabitas, Philistæos, Ammonitas, qui ad literam, vicini erant terræ Sanctæ. Ad literam.

f Qui tangunt] id est, vastant Iudæos.

t Ecce ego euellam] quasi, vtrosque, scil. Iudæos, & illos vicinos captiuabo.

u Euellam] s. Iudæos de terra sua, vel Idumæos, *x* Et cum euulsero ad misericordiã. *y* Et miserebor eorũ, & reducã eos, i. misericorditer reducam eos. *z* Virũ ad hæreditatẽ suam, i. quemlibet ad hæreditatem propriam. *a* Et virum in terram] scilicet

Mysticè. *r* Aduersùm omnes vicinos, &c.] Licet Dominus per persecutores in præsenti sæpe puniat malos pro meritis eorum, nihilominus non obliuiscetur punire ipsos persecutores. *f* Qui tangunt hæreditatem.] Vnde *Isa.* 26. b. In terra Sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Domini, Ipsis enim non sufficit torquere malos, sed omnes indifferenter torquent, s. bonos, & malos. *Ps.* 104. Nolite tangere Christos Vnde *Zach.* 2. c. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. Item *Luc.* 10. c. Qui vos spernit, me spernit. Vel vicini pessimi sunt Sacerdotes, præcipuè, qui sunt vicini Christi, qui quotidie tangunt eius Corpus, & sanguinem. Sed sunt pessimi. Mali, populum sibi commissum non docendo, vel orationibus protegendo. Peiores in se malè viuendo, & Corpus Domini pollutis manibus & polluto ore, & sordido corde attrectando. Pessimi per malum exemplum totum mundum corrumpendo.

f Qui tangunt hæreditatem] pauperum bona diripiendo.

t Ecce ego euellam eos de terra sua,] proiiciendo in Infernum.

Hæc dicit Dominus

a in terram suam] scilicet, Iudæum in Iudæam, Idumæũ in Idumeam, Moab similiter in terram suam, & sic de alijs. Tamen dicunt quidam hoc tantùm esse verum de Iudæis, scil. qui redierunt post septuaginta annos, sed non sic alij, scil. Idumæi, & alij. *a* Et erit] id est, accidet hoc, quod sequitur

Et *a* erit si *b* eruditi didicerint vias populi mei, vt *c* iurent in nomine meo, *d* viuit Dominus *e* sicut *f* docuerunt populũ meũ iurare in Baal, *g* ædificabuntur in *h* medio populi mei. Quod si *i* non audierint, *k* euellam gentem illam *l* euulsione, & *m* perditione ait Dominus.

CAP. XIII.

HÆc dicit dominus ad me. *n* Vade, & *o* posside tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in *p* aquam non inferes illud. Et *q* possedi lumbare iuxta verbum Domini, & posui circa lumbos meos. Et factus est sermo Dñi ad me secundò, dicens. *r* Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & *f* surgens *t* vade ad Euphratem, & *u* abscõde ibi illud in foramine petrę

b Si eruditi didicerint vias,] id est, legitima, & cerimonias eius, & ritum colendi Deũ Ita. *c* Vt iurent in nomine meo, hoc, scil. modo. *d* Viuit Dominus, id est, si quando iurare oportebit per nomen meum, & nõ per nomen suorum idolorũ iurauerint. *e* Sicut] olim *f* Docuerunt populum meum iurare in Baal, i. per nomen idoli sui Baal, vt sicut populũ ad legitima sua & cultum idolorum suorũ traxerunt, & per nomen illorum iurare fecerunt, ita modò è contrario ad legitima populi mei conuertantur, & Nomen meum, non nomen idolorum ad affirmanda iuramenta sua assumant. Iuxta illud *Deut.6. c.* Dominum Deũ tuum timebis, & illi soli seruies; ac per nomen eius iurabis. Si vnquam hoc fecerint ædificabuntur, &c. Vbi nos habemus. Si eruditi alia *litera* habet, si eruti. Et tunc sic lege. Eruti, de captiuitate.

g Ædificabuntur. id est, habebunt ciuitates ædificatas.

h In medio terræ, populi mei. Et hoc erit. Si didicerint, ante captiuitatem suam. Vel lege, sicut iacet litera.

b Si eruditi, [scilicet de captiuitate, quasi si postquam redierint de captiuitate, non statim ad peccata suã reuersi fuerint. Vel, Si eruditi, à peccato idololatriæ.

g Ædificabuntur quasi ipsi erunt inter populos meos propriè, & erunt hæreditas mea, & multiplicabo eos in populis qui ante non erant populus, quando scilicet, idololatræ erant.

i Quòd si non audierint] verba mea aure attenta, & obedienti corde.

k Euellam gentem illam] quasi iterum captiuabo eos, scilicet, captiuitate per Romanos.

l Euulsione] quantùm ad illos, qui captiui ducentur, vel fugitiui per mundum vagabuntur.

m Perditione] quantum ad illos, qui occidentur.

EXPOSITIO CAP. XIII.

HÆc dicit Dominus.] Sicut supra Iudæis peccantibus, & pœnitere nolentibus, comminatus est futuram captiuitatem, vt sic, per terrorem pœnarum conuerterentur ad Deum. Ita adhuc hic comminatur, & apertè, & sub metaphora eandem captiuitatem. Et diuiditur hoc capitulum in quinque partes. Primò, sub metaphora lumbaris, quòd positum in Euphrate computrescit, Iudæorum captiuitas ostenditur qui tanquam lumbare Domini erant ei per familiaritatem coniuncti, sed ab eo in regionem Chaldæorum vbi erat ad literam fluuius Euphrates deiecti sunt, & ibi computruerunt, & viles facti sunt. Secundo, sub metaphora lagunculæ plenæ vino, repletio omnium dolorum, & amaritudinum, & tribulationum in eis complendarum ostenditur, *ibi*. Dices ergo. Tertio, prædicta eorum captiuitate, & calamitate, ad attentionem prædictorum eos inuitat, ad pœnitentiam, & correctionem delictorum antequam comminatio in eis compleatur, *ibi* Audite, auribus & percipite. Quarto, eorum inobedientiam, & rebellionem deplorat, & inobedientium pœnam, quam quia etiam supra per metaphoram dixerat, in qua apertiùs declarat prædicens omnis Iudaicæ præuaricationis, Regis, vel Regni detectionem, remouens ab eis Ægypti auxilium, & dicit superuenientium hostium maximam multitudinem ab Aquilone venturam, totiúsque Iudaici populi dolorem, quasi parturientis futurum intolerabilem *ibi*. Quod si hoc non audieritis. Quintò, causam prædictorum malorum determinat, scilicet, multitudinem iniquitatum illorum ac obstinationem, siue impœnitentiam illorum, & duram ceruicem, *ibi*. Quòd si dixeris in corde tuo. Dicit ergo.

n Vade] quasi ad forum, vt emas.

o Et posside tibi lumbare lineum,] quod delicatum est.

p Et in aquam non inferes illud] donec, scilicet, ad te loquar, & præcipiam tibi, quid de illo debeas facere. Vel, in aquã non inferes illud, id est, donec sis ad Euphratem. Et hoc dicit, quia fortè in via sua vsque ad Babylonem per ter fluebat Euphrates. *q* Et possedi lumbare iuxta, &c.] quasi, emi, vt esset meum. Per lumbare populus Iudæorum significatur. Ieremias, non mutuò accepit, sed possedit, lumbare, vt intelligas Dominum, non alienâ, sed propriâ curatione, & miseratione populum sibi coniunxisse, & conglutinasse. Dicitur autem lumbare lineũ.] Linum enim de terra oritur sine candore; sic populus ille non meritis suis Deo copulatus est, sed per Dei misericordiam. *r* Tolle lumbare,] i. à te separa, quasi factã figura, quod separatus est populus à me per peccata sua. *f* Et surgens,] facto figurãs, quòd surgã in vindictã cõtra eos quos diu expectaui ad pœnitentiam. *t* Vade ad Euphratẽ, & abscõde illud, &c.] i. in cauerna alicuius crepidinis riparũ Euphratis. In quo notat strictã, & firmã captiuitatẽ factã per assyrios, apud quos capt⁹ est populus propter peccata sua. Et ibi abscõditus est, quia ibi fuit in multitudine gen-
tium idololatrarum,

Mysticè. Mysticè *n* Vade, & posside tibi.] Lumbare Ieremiæ est quilibet iustus, quia sicut lumbare latet, sic iustus non manifestè, sed latenter Deo adhæret. Vnde comparatur iustus Thesauro abscondito in agro, *Matth. 13. f.* Nullo modo vellet homo esse sine lumbari, multùm offenderetur si auferretur ei violenter, sic multum debet dolere homo, quando a Deo separatur, quia multum Deus inde offenditur. Homo lumbare dicitur esse lineum, quia omnis homo de limo terræ factus est, sicut de terra nascitur linum, & multis tunsionibus peruenit ad candorem iustitiæ, & tunc perfectè adhæret Deo. 1. *Cor 6. d.* Qui adhæret Deo, vnus spiritus est, quando, scilicet, redit ad pristinæ innocentiæ candorẽ per multiplices contritiones. Hoc lumbare dicitur possidere Dominus, quia proprio iure, & propria miseratione nos possidet, scilicet, iustos. *Deut. 32. a.* Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?

p Et in aquam, &c.] carnalis voluptatis, vel abundantiæ temporalis, quia hæc memoriam Dei tollunt, a corde, si fixerint in illo radicem. Vnde *Deuter. 6. b.* Cùmque introduxerit te Dominus Deus tuus in terram pro qua iurauit patribus Abraham, Isaac, & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificasti; domos plenas multarum opum quas non extruxisti; cisternas quas non fodisti, vineta & oliueta, quæ non plantasti, & comederis, & saturatus fueris, caue diligenter ne obliuiscaris Domini Dei tui. *Sap 4. c.* Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum. Inferre ergo lumbare in aquam, est ire post concupiscentias, & vanitates mundi, quæ per varia vitia more feruentis, vel fluentis aquæ fluere faciunt. 1. *Tim. 6. b.* Qui volunt diuites fieri, &c. *Eccl 18. d.* Fili post concupiscentias tuas non eas, &c. Sed *Eccl. 1. b.* dicitur. Omnia flumina, id est, fluidi intrant mare. Sed magis dicitur vnicuique.

u Absconde ibi illud in foramine petræ,] id est, in Christi vulneribus per iugem meditationem. *Isaia 2. c.* Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo. *Canticor. 2. d.* Veni amica mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ Petra enim est Christus, vt dicitur 1. *Corinth. 10. a.* Vel in malo.

u Absconde ibi illud in foramine petræ] id est, in profunda obstinatione, vbi computrescit homo, ita vt nulli vsui bono aptus sit. In Euphrate autem abscondi, est in abundantia diuitiarum, & deliciarum absorberi, vbi penitus computrescit absconditus, vt nulli vsui bono sit aptus, quia quantò quis Deo familiarior, tantò cadens fit abiectior. Vnde *Ezech. 15. a.* Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum? Nunquid vtile erit ad opus, etiam cum esset integrum non erat aptum ad opus; quanto magis cum ignis illud deuorauerit, & combusserit, nihil ex eo fiet operis. *Isa. 30. c.* Conteretur sicut conteritur lagena figuli contritione præualida, & non inuenietur de fragmentis testa in qua portetur
igniculus de

a tilium idololatriam, & quasi absorptus est & nihil reputatus. a Et factum est, &c. Surge & vade ad Euphratem & tolle inde lumbare, &c., in signum reuersionis populi ab illa captiuitate facta post septuaginta annos. b Et ecce computruerat lumbare, scil. in captiuitate, quia omnes ibi fere mortui sunt qui illuc descenderunt, vel saltem omnes ferè mali id est, in malitia perseuerantes. Vel, Ecce computruerat, quoad quosdam qui ibi peccauerunt magis quam ante, illi autem qui emendati sunt & etiam filij defunctorum reuersi sunt.

c Ita vt nulli vsui aptum esset,] quia ibi per vtilitatem per. g omnino abiecti erant, vel quidam per culpæ ignorantiam. Vel loquitur secundùm

B *Ieron.* de quibusdã etiã reuersis, quia post reditum non sic cessauerunt à peccatis, imò & postea idola coluerunt, ad vltimò manus in Filium Dei miserunt; Vnde nulli vsui apti fuerunt nisi æternæ combustioni.

Et abij, & abscondi illud in Euphratem sicut præceperat mihi Dominus. Et a factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me. Surge & vade ad Euphratem & tolle inde lumbare quod præcepi tibi, vt absconderes illud ibi. Et abij ad Euphratem, & fodi, & tuli lumbare de loco vbi absconderam illud. Et ecce b computruerat lombare, c ita vt nulli vsui aptum esset. Et d factum est verbum Domini ad me dicens. Hæc dicit Dominus. Sic computrescere faciam e superbiam Iuda, & superbiam Ierusalem multam, populum istum pessimum qui nolunt audire verba mea, & f ambulant in prauitate cordis sui, abieruntque post Deos alienos vt seruirent eis, & adorarent eos. Et erunt sicut lombare istud, quod nulli vsui aptum est. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem g domum Israel, & omnem h domum Iuda, dicit Dominus, vt i essent mihi in populum & in k nomen & in laudem & in gloriam, & non audierunt. l Dices ergo ad eos sermonem istum. Hæc dicit Dominus Deus Israel. Omnis m lagungula implebitur vino. Et dicent n ad te. o Nunquid ignoramus, quia omnis p laguncula implebitur vino? Et dices ad eos. Hæc dicit Dominus. Ecce q ego implebo omnes habitatores terræ huius, & Reges qui sedent de stirpe Dauid super thronum eius, & Sacerdotes, & Pro-

d Et factum est, &c. Sic computrescere faciam] expositio similitudinis. Lumbare enim est populus Iudæorum, qui fide & dilectione prius adhæsit Deo, sed post dereliquit eum propter quod translatus est trans Euphrathem in Chaldæam; vbi maximè computruit & in peccatis & in pœnis, vbi abiectus est & ad nihilum vtilis, quod propter superbiam eorum fuit. Ideo dicit.

e Superbiam Iuda, &c.] i. duæ tribus propter superbiam.

f Et ambulant, &c. sic agglutinaui mihi] specialiter per legis dationem. *Deuteron.* 10. c. Patribus tuis conglutinatus est Dominus, & amauit eos, elegitque semen eorum post eos.

g Omnem domum Israel] id est, decem tribus.

h Et omnem domum Iuda,] id est, duas tribus.

i Vt essent mihi in populum] peculiarem, vt dicitur *Deuteron.* 7. b.

k Et in nomen & in laudem & in gloriam.] Ideo enim eum assumpsit, vt talia facerent in illo populo propter quod nomen eius dilataretur & laudaretur.

Mysticè. o igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Quod propriè dicitur de clericis, quia si sæculares milites, vel alij sæculares in peccatis computrescant, nihilominus apti sunt ad Ecclesiam defendendam, vel eam sustentandam in necessitatibus temporalibus, sed clerici vel religiosi ad nihilum vtiles. Cum ergo quilibet iustus sit lumbare, caueat ne veniat ad Euphratem, & computrescat; cum sit palmes vineæ, ne abscindatur & arescat, & sic in igne ardeat, cum sit lagena, caueat ne confringatur & irrecuperabiliter pereat. Sed quia dicit.

c Ita vt nulli vsui aptum esset,] videtur quòd per pœnitentiam non iustificabitur prior innocentia. Vnde hic ponendo hoc *Origenes* dicit.

d Sic computrescere faciam] & quamuis redeat in vsum Dei, tamen pristinam pulchritudinem habere non poterit. Contra *August.* Pœnitentia ablata restituit. Præterea *Ezech.* 18.

f Quacunque horâ ingemuerit peccator, &c. Præterea *Ezech.* 36. c. Ecce ego conuertar ad vos, & arabimini & accipietis sementem. Et habitare vos faciam sicut à principio, bonisque donabo maioribus quam habuistis ab initio. Solut. Quod hic dixit text. & *Gl ss* refertur ad statum priorem, s. ad gloriam conscientiæ, quã sibi dictabat conscientia se non cecidisse, vel corruptam fuisse. Vel ideo hoc dicit quod post hæresim, vel aliud peccatum notorium nisi per magnam dispensationem nõ reditur ad priorem dignitatem, sc. Ecclesiasticam quam ante habebat Vel quod dicit. Nulli vsui aptum,] intelligitur de diuitibus, qui in Euphrate computrescunt, qui ideo nulli vsui dicũtur apti, quia nomine non sunt digni. Soli enim nomine Christiano digni sunt, qui Christum pauperem imitantur. Ad quos inuenerunt, non exprimitur *Genes* 3. c. per quam terram transit Euphrates, Præterea ex quo transit Euphrates, id est, temporalis abundantia quæ transitoria est, non potest denominare illos super quos transit, sicut nemo ideo dicitur Gallicus, qui per Galliam transit, sed magis paupertas hominem nominat, vel denominat, quia in ea natus est homo & in ea moritur. Vel per lumbare continẽtia significatur, quia renes stringit quod possidetur cum perseueranter habetur, quæ non debet mutari in aquam, id est, exponi delitiis carnalibus ne ibi putrescat. Vnde *Ieron.* ad Eustochium. Vinum & adolescentia primæ arma sunt voluptatis. Ideo Christi virgo vinum & adolescentiam fugiat pro veneno Vnde *Ezech.* 29. a. Ecce ego ad te qui cubas in medio fluminum, i. delitiarum; & extraham te de medio fluminum tuorum, & proiiciam te in desertum, id est, in Infernum, vbi omnium bonorum penuria est. Omnia enim flumina delectationum intrant mare æternæ amaritudinis.

l Dices ergo ad eos, &c.] Prædicta Iudæorum reprobatione loquens iterum metaphorice, prædicit eorum excæcationem ostendens eos nec dicta, nec facta Prophetarum intelligere, nec propria flagella aduertere.

m Omnis laguncula implebitur vino,] quod ita solet esse ad literam, quòd vasa vinea continent vinum bonum vel malum. Est autem hæc expositio prædictæ parabulæ, quasi dicat, propones eis hoc metaphoricè. Omnis laguncula, &c. Sed.

n Et dicent ad te. Nunquid ignoramus, &c.] quasi aliter intelligent scilicet, in bono, quasi benè scimus, quod fertilitas erit nobis. Sed magis intelligit Dominus propositam parabolam de vino furoris, & captiuitatis, quam temporalis abundantiæ. Metaphoricè ergo laguncula est omnis homo, qui est vas fragile: quia habemus thesaurum animarum nostrarum in vasis fictilibus, vt dicitur 2. *Corinth.* 4 b. Quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum, *Roman.* 7. c. Id est, virtus quæ hominem roboret: quia, vt ibidem dicitur. Non enim quod volo bonum, hoc ago, sed quod odio malum illud facio. De hac laguncula, 10. d. Confringit Dominus lagunculam in terrorem, id est, corpus in morte.

p Quia omnis laguncula implebitur vino.] Quædam implentur vino amaro, quædam dulci. Mali enim homines hic implentur vino peccati, per quod tanquam ebriosi, Dei, & beneficiorum eius obliuiscuntur. De quo vino dicitur *Deuteron.* 32. c. De vinea Sodomorum vinea eorũ, vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. De hac vinea. *Ps.* 104. Percussit vineas eorũ, & ficulneas eorũ, & contriuit lignum finium eorũ Hoc est vinum noxiæ delectationis, in quo luxuria. Qui hoc vino hic inebriatur, in futuro replebitur vino æternæ confusionis: De quo *Apocal.* 14. b. Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit characterem eius in fronte sua, aut in manu sua, hic bibet de vino iræ Dei. Sed mali cæci facti ignorant, quod hoc vinum ducat ad vinum æternæ pœnæ considerantes tantùm præsentem delectationem. Vnde dicunt.

o Nunquid ignoramus: quia omnis laguncula implebitur vino.] S. d *Thren.* 4. d. Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus, ad te quoque perueniet calix. Inebriaberis atque nudaberis. Ideo exponit de quo vino intellexerit, dicens. q Ecce ego implebo omnes, &c

qui se-

qui ſedent, &c.] quaſi, & populos, & ſimplices, & maiores. *a* Ebrietate, id eſt, multitudine pœnarum. Vnde. *b* Et diſpergam eos, quaſi ſicut e... diſperguntur, ita vos diſpergam per Babylonios. Sicut etiam modò ſunt diſperſi Iudæi in nationibus, vt dicitur *Oſe.* 9. d. *c* Virum à fratre ſuo,] Ecce magna deſolatio, vt nec in miſeria captiuitatis habeãt facultatem alloquendi parentes,

C vel amicos ſuos, quod ſaltem eſſet conſolatio in tormentis. De hoc vino *inf.* 25. d. Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cũctis gentibus ad quas ego mittam te, &c. Et pòſt pauca. Et dices ad eos: Hæc dicit Domin9 exercituum Deus Iſrael: Bibite & inebriamini, & vomite, & cadite, neque ſurgatis à facie gladij quem ego mittam inter vos. *Iſa.* 29 c. Inebriamini & non a vino, mouemini, & non in ebrietate. quoniam miſcuit vobis Dominus vinum ſoporis, ſcilicet, æterni ſupplicij, vel captiuitatis.

phetas, & omnes habitatores Ieruſalem *a* ebrietate, & *b* diſpergam eos virum *c* à fratre ſuo & patres, & filios pariter, ait Dominus. Non *d* parcam, & non *e* concedam, neque *f* miſerebor, vt non diſperdam eos *g* Audite, & auribus percipite, *h* nolite eleuari, *i* quia Dominus locutus eſt. *k* Date Domino Deo veſtro gloriam *l* antequam tenebreſcat, & *m* antequam offendãt pedes veſtri ad montes caliginoſos. *n* Expectabitis lucem, & *o* ponet *p* eam *q* in vmbram *r* mortis, & in caliginem

d Non parcam] alicuius precibus, vel muneribus, quia ira, & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cuiuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima, vt dicitur *Prou.* 6. d. *e* Et non concedam] veniam de culpa. *f* Neque miſerebor] in pœna, quia ſecundùm merita puniam eos. Nec eſt hoc ex crudelitate Domini, ſed ex veritate Iudicij. Iudicium enim ſine miſericordia fiet illi qui non fecit miſericordiam, vt dicitur *Iacob.* 2. c. Tu autem, vt maior ſit deſolatio.

b Diſpergam virum à fratre ſuo &c. Heu quam magna deſolatio, vt qui ſe hic teneriſſimè dilexerunt, ita ſeparabuntur, quòd magnum chaos inter vtroſque ponetur, ita quod nec hi ad eos, nec illi ad hos poſſint remeare, vt dicitur *Luc.* 15. g. Ideo dicitur *Oſea.* 13. d. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet, ſcilicet, Infernus, de quo ibi ante loquitur. Vnde 1. *Reg.* 15. g. dixit ille Rex pinguiſſimus Agag. Siccine ſeparat amara mors! Si autem hæc ſit laguncula igne charitatis cocta, & tribulationum patientia ſolidata, tunc eſt fortis & bona laguncula, vt dicitur *Eccl.* 27. a. vaſa figuli probat fornax. Talis ergo implebitur vino bono, ſc. in præſenti vino compunctionis, vel iocunditatis cordis. Vnde *Cant.* 5. a. Bibite inebriamini chariſſimi. *Prou* 9. d. dicit Sapientia: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis. Hoc vinum eſt de vinea Domini electa, de vinea Soreth de qua *Iſa.* 5. a. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei, id eſt, in loco vberi. De hoc vino *Pſ.* 22. Calix meus inebrians quàm præclarus eſt! Gratia enim vel charitas in præſenti debet eſſe calix, per quem menſuratè debemus diligere proximum, & inebrians, vt ſine menſura diligamus Deum. Vnde 2. *Cor.* 5. c. Siue enim mente excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus vobis. De tali ergo vino veniet ad vinũ æternæ iocunditatis. Tunc enim omnis aqua momentaneæ tribulationis, vertetur in vinũ æternæ remunerationis, vt dicitur *Ioan.* 2. b De quo vino *Eſter.* 2 b. Vinum vt magnificentia regia dignum erat, abũdans, & præcipuum ponebatur. Tunc enim implebitur hoc, quando torrente voluptatis ſuæ potabit eos.

g Audite & auribus percipite, &c.] Ad attentionem prædictorum eos inuitat, & ad correctionem delictorum, & pœnitentiam antequã compleatur comminatio prædictæ calamitatis. Audite & auribus percipite, quaſi ex auditu exteriori per diligentem attentionem, & interiori per obedientiam, & crudelitatem audite quæ dixi *Matth.* 13. a. Qui habet aures audiendi audiat. Vel ſic: Quaſi locutus ſum metaphoricè, & ideo duplici auditu indigetis, ſ. vt non tantùm exteriori ſignificatione verba intelligatis, ſed & interiori per intelligentiam metaphoricè. Audite, quæ dixi de pœnis veſtris futuris.

h Nolite eleuari] in ſuperbiam, ſcilicet, mihi non credendo, & comminatam calamitatem vos poſſe fugere præſumendo.

i Quia Dominus locutus eſt] qui non poteſt mentiri. Mystic.
Hoc autem propriè dicitur Prædicatoribus, & Doctoribus. *h* Nolite eleuari, quia Dominus locutus eſt quaſi ne extollamini de ſcientia veſtra, quia ſcientia inflat. *Eccleſ.* 6. a. Non te extollas in cogitatione tua ne fortè elidatur virtus tua. *Eccl.* 32. a. Rectorem te poſuerunt, noli extolli, &c. Ideo autem. *h* Nolite eleuari] de ſcientia veſtra. *i* Quia Dominus locutus eſt] ſcilicet, in vobis, quia non vos. Vnde *Matth.* 10. c. Non enim vos eſtis qui loquimini, &c. Hoc autem bene iungitur poſt illud. *g* Audite & auribus percipite,] ſcilicet, pœnas æternas vobis comminatas. Et ideo. *h* Nolite eleuari.) Vnde *Iob.* 40. d. Memento belli, & non addas vltra loqui. 1. *Petr.* 5. b. Humiliamini ſub potenti manu Dei, &c. *Luc.* 18. c. Qui ſe 1. *Corin.* 3. a.
humiliat exaltabitur, &c. *k* Date Domino veſtro gloriam antequam tenebreſcat.] id eſt, pœnitentiam agite antequã veniant tenebræ captiuitatis. Facere enim pœnitentiã eſt dare laudem Deo. Vnde *Pſalm* 65. Date gloriam laudi eius. Quòd propriè facimus per humilitatem pœnitentiæ. Quantò enim nos magis deprimimus, tantò Deum in nobis exaltamus. Vnde dicit Ioſue ad Achor: *Ioſue* 7. a. Fili mi da gloriam Deo Iſrael, & confitere, & indica mihi quid feceris. Vel *l* Antequam tenebreſcat,] id eſt, ante mortem, quæ obtenebrabit omnes ſenſus. Et ideo ſanum conſilium dicitur *Eccl* 17. d. Sanus & viuus confiteberis. *Et* 18. c. Ante iudicium para iuſtitiam *Ioan.* 12. e. Ambulate dum lucem habetis, &c. *Eccl.* 12. a. Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni de quibus dicas. non mihi placent, antequam obtenebreſcat Sol, & lumen Stellæ, & Luna. Tunc enim, vt ibi dicitur, obtenebreſcunt videntes per foramina, *Ioan.* 9. a. Operamini dum dies eſt, venit nox quando non licet operari.

m Et antequam offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos,] i. antequam ducamini per captiuitatem in Babylonem. Terra enim Babylonica montuoſa eſt, & in montibus ſolent eſſe pruinæ, & fumoſitates ibi naſci. Vnde *Iſaia decimo tertio* a Super montem caliginoſum leuate ſignum. Vel. Antequam, offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos,] id eſt, ad Dæmones præſumptuoſos, qui & per ſuperbiam ceciderunt, & malis in tormentis præpoſiti ſunt, vt dicit hic Ieronymus; quod intelligendum eſt, quod ſcilicet torquebunt malos in Inferno, non miniſterio, vel pœnæ inflictione, ſed tantùm aſpectus ſui horribilitate. Aliter enim contrarium eſſet illi, quod dicitur ſuper 1. *Corinth.* 15. Ceſſabit omnis prælatio in die Iudicij, quia nunc quamdiu durat Mundus, Angeli Angelis, homines hominibus præſunt, & Dæmones Dæmonibus. Ab his ergo montibus offenduntur pedes noſtri in præſenti per conſenſum adhibitum eorum ſuggeſtioni; ſed in futuro offendent pedes malorum ad illos per tormentorum varios cruciatus quos ſuſtinebunt in viſione Dæmonum horribili. Qui dicuntur caliginoſi, quia in perpetuis tenebris ſunt concluſi, ipſi & omnes qui imitati ſunt eos, vel qui fuerunt ex parte eorum *Sopho.* 1. d. Dies tribulationis, & anguſtiæ, dies calamitatis, & miſeriæ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis. Tunc enim transferentur montes, id eſt, Dæmones in cor maris, id eſt, in profunditatem omnium amaritudinum. Tunc etiam tenebræ operient terram, & caligo populos, vt dicitur *Iſaia* 60. a. Vel dicuntur caliginoſi, quia omnis lux veræ intelligentiæ in eis obſcurata eſt. Vnde *Ezech. vigeſimo octauo* a. Perdidiſti ſapientiam in decore tuo, in terram proieci te, *Ibid.* Perdidi te ô Cherub, eieci te de monte ſancto Dei. Psal. 45.

n Expectabitis lucem] id eſt, proſperitatem.

o Et ponet] Dominus.

p Eam] id eſt, lucem.

q In vmbram] id eſt, ſimilitudinem. *r* Mortis,] id eſt, loco eius ponet ſimilitudinem mortis, id eſt, ita anguſtiabimini ac ſi videretis gladium acutum eleuatum ad vos occidendum, quæ eleuatio eſt ſimilitudo, & ſignum mortis.

ſ Et in caliginem) captiuitatis, vt in caliginoſis carceribus clauſi teneamini, vel captiuitatis, vbi eſt habitatio montium caliginoſorum, vt dictum eſt, ſcilicet in Babylone; Sic etiam die Iudicij omnis lux proſperitatis vertetur in tenebras æternæ damnationis. Quæ damnatio dicitur caligo, quia ibi erit abſentia omnis claritatis, & omnis boni. Et dicitur mors, quia ibi erit præſentia omnis mali, quæ quia nunquam deficiet, dicitur non ſolùm mors, ſed vmbra mortis. Simile *ſup* 8. f. Expectauimus pacem, & non erat bonum, tempus medelæ & ecce formido.

a Quod

a Quod si hoc non audieritis. Hic deplorat superbiam, & impœnitentiam Iudæorum. [Quod si non audieritis.] Secundùm Ieronymum sic lege. [Si non audieritis in abscondito,] i. in mysterio: Vel secundùm aliam litteram [in tenebris.] Vnde *Psalm.* 17. Dominus posuit tenebras latibulum suum, quia mysterium latet sub cortice litteræ. Vnde manifesta est auctoritas contra Iudæos, qui in Scripturis solam litteram, i. exteriorem recipiunt, non mysticam intelligentiam. Vel.

Infrà 31. c.
Thr. 1. a.
Al. † *educet.*

a Quod si hoc non audieritis, in *b* abscondito plorabit anima mea à *c* facie superbiæ. *d* Plorans plorabit, & † *e* deducet oculus meus lacrymam, quia *f* captus est grex Domini. Dic *g* Regi, & *h* dominatrici: *i* Humiliamini, sedete in *k* terra, quoniam descendet *l* de capite vestro

b In abscondito plorabit anima mea] vt hostes non videant me plorare, & sic offendamus in me, quasi, in corde gemam. Vel vt nemo consoletur me, vt *inf.* 31. c. Rachel plorans filios suos, &c. *Isaia* 22. b. Recedite a me, amarè flebo, nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei; dies enim interfectionis, & conculcationis, & fletuum.

c A facie superbiæ, i. propter vestram superbiam, quia impœnitentes vos video, & in peccatis vestris obstinatos.

d Plorans plorabit.] In hoc enim instruit Ieremias Prælatos. Acerrimè enim Ieremias populum arguebat, & tamen pro eo abundanter plorabat. Nec tantùm in abscondito, sed etiam in aperto, quod non valens retinere lachrymas, & gemitus. Vndè primò dicit: [In abscondito plorabit anima mea:] Et postea non valens dolorem intrinsecum retinere, subiungit] Plorans plorabit, & deducet oculus meus lacrymam.] Et hoc est.

f Quia captus, &c.] per laqueos peccatorum, scilicet, à diabolo, vel a Chaldæis, per captiuitatis iugum. Simile *sup.* 9. c. Quis dabit capiti meo aquam, &c. *Cor.* 11.

g Quis infirmatur, &c. Et nota quòd ter ponitur hoc verbum plorandi, propter triplex peccatum quo inuoluitur totus Mundus, scilicet, superbiæ, luxuriæ, auaritiæ. Debet ergo Prælatus increpare, & plorare peccata subditorum, & benignè debet arguere. 2. *Tim.* 4. a. Argue, obsecra, &c. 1. *Reg.* 17. e. Dauid contra Goliam pugnaturus posuit lapides in pera pastorali in qua solet lac mulgeri. Per quod significatur cor Prædicatoris, quod debet esse mansuetum, & dulce, & tamen ibi sunt lapides, id est, duræ increpationes. Ergo de pera extrahere lapides, est duras increpationes de dulci, & benigno corde emittere. Sed hodie vbique diripitur grex Domini, & non est qui curet. Vnde *Isaie* 57. a. Perit iustus, & non est qui recogitet corde. *Bernard.* Perit anima, non est qui curet, cadit asina, est qui subleuet. Duritia autem Prælatorum maximè est causa direptionis, & dispersionis gregis. *Ezech.* 34. b. Cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ, eo quod non esset pastor, sed depastor magis, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum, &c.

Mysticè.

e Et deducet, vel [educet,] quia diuersæ sunt causæ propter quas debet Prælatus flere super populum suum, scilicet, propter peccata eorum diuersa. *Isaia* 19. c. Mœrebunt piscatores, & lugebunt in flumine omnes mittentes hamum, & expandentes rete super faciem aquarum. Vbi nos habemus [Plorabit anima mea] dicit alia *littera*. [Plorabit anima vestra] quasi vos plorabitis. [A facie superbiæ] dicit alia *littera* [contumeliæ] quasi cum passi fueritis contumeliam, scilicet, Babyloniorum, vel Dæmonum in Inferno, tunc plorabitis, quia ibi erit fletus & stridor dentium.

Matth. 13. f.

g Dic Regi.] Dicit hîc Dominus Prophetæ, vt dicat Regi, i. Ioachim minori, qui erat filius Ioachim maioris, i. dic Ioachim Iechoniæ, sic enim vocabatur alio nomine.

4. Reg. 24. c.

h Et dominatrici, s. matri illius. Iste enim cum matre sua sponte reddidit se Nabuchodonosor. Vndè quoad illos qui sponte reddiderunt se, vocabatur transmigratio deductio eorum in Babylonem, quantùm ad alios autem captiuitas.

i Humiliamini, sedete in terra] quasi, omnes fastum superbiæ, & elationis auferatis.

l Quoniam descendet de capite vestro corona gloriæ vestræ] quasi citò perditis Regiam dignitatem, & Regi Babyloniæ trademini, quia & Regnum amittetis.

m Ciuitates Austri clausæ sunt] quasi, ne credatis, quòd Ægypti defendant vos, quia ciuitates Ægypti, quæ est ad Austrum respectu Iudææ, clausæ sunt, s. non egredientur inde Ægyptij, vt vobis ferant auxilium, quasi, cum ciuitates quæ sunt ad Austrum in respectu Ierusalem se contra Assyrios ad bellum præparent, scilicet, muniendo se, & claudendo propter aduentum hostium, multo fortiùs debes hoc facere ò Ierusalem, quæ media es.

coronæ gloriæ vestræ. *m* Ciuitates Austri clausæ sunt, *n* non est qui aperiat. † *o* Translata est *p* omnis † Iuda transmigratione perfecta. *q* Leuate oculos vestros, & videte, qui veniunt ab *r* Aquilone. *s* Vbi est *t* grex qui datus est tibi, *u* pecus inclytum tuum?

o Translata est,] i. transfertur.

p Omnis Iuda transmigratione perfecta] id est, sub Sedechia. Imperfecta enim fuit transmigratio sub Ioachim minore, siue sub Iechonia, quod idem est: sed consummata sub Sedechia. Illa enim fuit vltima captiuitas, vt dicitur 4. *Reg. vlt.* Secundum Glos. autem ciuitates Austri vocat ciuitates duarum tribuum, quæ sunt ad Austrum respectu Chaldææ, & Syriæ vnde venit Nabuchodonosor. *n* Et non est qui aperiat,] scilicet, ciuitates obsidione circumdatas.

Al. † *Translatus.*
Al. † *Iudæa.*

q Leuate oculos vestros, &c.] i. quales sunt qui veniunt quia crudeles, & fortes, *sup.* 5. f. Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ, sagittam & scutum arripiet, crudelis est, & non miserebitur.

s Vbi est] ò Ierusalem. *t* Grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?] quasi vbi est populus tuus, vbi tua inclyta multitudo Principum, sapientum, iuuenum fortium, & nobilium, in quorum

Mysticè *g* Dic Regi, & dominatrici,] i. effœminatis Prælatis Ecclesiæ, Abbatibus, & Abbatissis. *Isaia* 3. b. Mulieres dominatæ sunt eis. *Ibid.* a. Dabo pueros Principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.

Mysticè.

i Humiliamini.] Hoc præcipuè requiritur in Prælatis, scilicet, humilitas, & consideratio fragilitatis suæ. Vndè.

k Sedere in terra,] scilicet, in puluere, ne nimis indignemini contra subditos. *Isaia* 47. a. Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis, i. confusionis. Et hoc est.

l Quoniam descendet de capite vestro corona gloriæ vestræ] *Isaia* 28. a. Væ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti gloriæ exultationis eius, quasi dicat, gloria dignitatis vestræ momentanea est, non æterna, & ideo non debetis extolli. *Sap.* 6. a. Audite Reges, & intelligite, quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Et post pauca: Horrendè & citò apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his qui præsunt fiet. *m* Ciuitates Austri, &c.] Hæ sunt domus Religiosorum, quæ feruent, & perflantur Austro Spiritus sancti. *Cant.* 4. d. Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortũ meũ. Quæ olim apertæ fuerũt omnibus peregrinis, & aduenis, & pauperibus, sed modò clausæ sunt, nec aperiuntur nisi diuitibus. 1. *Ioan.* 3. c. Qui habuerit substantiam huius mundi, &c. Exemplum de quodam nobili, qui in paupere habitu venit in quandam domum Religiosorum, & noluerunt eum recipere postea venit in equis, & vestibus pulchris, & fuit optimè receptus, postea fecit sermonem in Capitulo, & finito sermone deposuit vestes suas in medio coram omnibus, & inclinans, dixit: Gratias ago vobis vestes meæ de bono hospitio meo: Et obstupuerunt omnes. *Iob* 31. b. Si despexi prætereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pauperem? *Iacob.* 2. a. Si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens, &c. Vel, [Clausæ sunt] per peccatum ad percipiendam gratiam. *Dan.* 11. c. Veniet Rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas, & brachia Austri non sustinebunt, & consurgent electi eius ad resistendum, & non erit fortitudo. *q* Leuate oculos vestros, & videte] quantus exercitus Dæmonum venit contra vos. *r* Ab Aquilone, i. de Inferno. *s* Vbi est grex qui datus est tibi.] Hoc dicetur in die Iudicij cuilibet Prælato, *inf.* 33. b. Adhuc transibunt greges ad manum numerantis. *u* Pecus inclytum tuum,] i. oues meæ pretioso sanguine meo redemptæ. *Ez.* 34. g. Vos greges mei greges pascuæ meæ homines estis, & ego Dñs Deus vester. *s* Vbi est grex, &c.] Vtinã possem respondere illud, quod dixit Iacob ad Labã, *Gen. c.* 31. e. Viginti annis fui tecum, oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestiis ostendi tibi, ego omne damnum reddebam: quicquid furtum peribat, à me exigebas, die noctúque vrgebat gelu, & æstu, fugiebátque somnus ab oculis meis.

& nobilium, in quorum congregatione, & concordi, & audaci societate gloriabaris contra omnes alias nationes *a* Quid dices cum visitauerit te; Dominus per Chaldæos visitatione pœnæ. *b* Tu enim docuisti eos aduersùm te; id est, hostes tuos. In hoc enim quòd confœderationem amicitiæ cum illis quærebas, ad eorum auxilia confugiendo, & idola eorum colendo, super hac occasione amicitiæ didicerunt venire ad te, & intrare latibula tua, vt sic, per quos peccasti, per eosdem puniris. *e* Et erudisti in caput tuum, i. contra caput tuum, vt maximè, quando Ezechias nuncijs Baladam ostendit quicquid erat in thesauris suis. *Isa.* 39. a. Vel ad auxilia eorum confugiendo, vt dictum est.
f Nunquid non dolores, &c.] id est, apprehendent te?
g Quasi mulierem parturientē.] Sicut mulierem subitò arripit partus, & dolor in hora qua nescit, sic captiuitas repentè tibi veniet. *Isaia* 13. b. Torsiones & dolores tenebunt eos, quasi parturientes dolebunt.

Al. † apprehendent.

a Quid dices cum visitauerit te? *b* Tu enim *c* docuisti eos *d* aduersum te, & *e* erudisti in caput tuum. *f* Nunquid non dolores † apprehenderunt te *g* quasi mulierem parturientem? Quod si *h* dixeris in corde tuo *i* quare venerunt mihi hæc? *k* Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua, *l* pollutæ sunt plantæ tuæ. Si *m* mutare potest Æthiops pellem suam, aut Pardus varietates suas, & *n* vos poteritis benefacere cum *o* didiceritis malum. Et *p* disseminabo eos quasi stipulam, quæ vento raptatur in deserto. Hæc sors *q* tua *r* parsque mensuræ tuæ à me, dicit Dominus, quia *s* oblita es mei, & confisa *t* es in mendacio. Vnde & *u* ego nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua, *x* adulteria tua, & *y* hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ.

Infrà 30.e.

Mysticè.

☉ *a* Quid dices cum visitauerit te,] scilicet, Dominus in morte tua, vel in die iudicij, dicens: Redde rationem villicationis tuæ: *Luc.* 16.a. *Osea* 9. a. Quid facietis in die solemni, in die festiuitatis Domini? Et post pauca: Venerunt dies visitationis tuæ, venerunt dies retributionis.

b Tu enim docuisti eos aduersum te.] Hoc contra illos dicitur, qui gestibus sensuum suorum exteriorum docuit diabolum, qui secreta cordis non potest cognoscere, nisi per signa exteriora. *August.* Impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Vel. *b* Tu] o Prælate.

c Docuisti eos,] i. subditos tuos.

d Aduersum te,] scilicet, per malum exemplum tuum propter quod peccata subditorum accusabunt Prælatum in Iudicio, quia hoc facere docuerunt.

g Quasi mulierem parturientem.] Talis erit pœna damnatorum. *Psalm.* 47. Ibi dolores, vt parturientis, in spiritu vehementi conteres naues Tharsis, i. spiritu indignationis tuæ. Vndè *Isaia* 30. f. Ardens furor eius, & grauis ad portandum, labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans, & spiritus velut torrens inundans. Et nota, quòd propter illud verbum. [Dic Regi, & dominatrici: Humiliamini & sedete in terra, &c. Et post sequitur [Ciuitates Austri clausæ sunt] habuit Origenes occasionem erroris sui, qui dixit, quòd Christus iterum pro Dæmonibus pateretur, & quòd illi incarnarentur, & in humilitate agerent pœnitentiam, & post nullus intraret Infernum.

h Quòd si dixeris in corde tuo.] Hic determinat caussam omnium prædictorum malorum.

i Quare venerunt mihi hæc?] Respondeo.

k Propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata sunt verecundiora tua,] i. peccata tua occulta. Pœna enim est indicium, vel ostensio pœnæ. Vel, quia ad litteram, nudi ducti sunt ad captiuitatem, & discalceati. Vndè *sup.* 2. e. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à siti. Hoc apertum est in die Iudicij, vbi omnia peccata, quæ hic per pœnitentiam non fuerint tecta, erunt omnibus manifesta, quia nihil opertum quod non reueletur, &c. *Matth.* 10. c. *Dan.* 7. c. Iudicium sedit, & libri aperti sunt *Psalm.* 31. Beati quorum tecta sunt peccata. Magna enim erit erubescentia, quando omnes videbunt peccata, quæ modo latent. *Nahum.* 3. b. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & Regnis ignominiam tuam

l Pollutæ sunt plantæ tuæ,] i. affectiones tuæ, & operationes. Et loquitur ei quasi meretrici publicæ, quæ spoliatis ornamentis suis ostenditur ad derisum, & confusionem cunctis gentibus. *Nahum.* 3. b. Proiciam super te abominationes tuas, & contumelijs te afficiam, & ponam te in exemplum, & erit omnis qui viderit te, resiliet a te, &c.

m Si mutare potest, &c.] Hic arguit eos de obstinatione & impœnitentia, quasi dicat, Propheta, pro nihilo hoc dico, quia non emendabuntur. Sicut enim Æthiops, vel Pardus non mutantur à colore suo, sic populus non mutabitur à consuetudine sua mala.

n Et vos poteritis;] quasi non poteritis. Per nigredinem pellis Æthiopis intelligitur eorum mala consuetudo, quæ vix, aut nunquam euellitur: Hoc est, quod Lazarus quatriduanus cum magnis lachrymis, & clamore, & gemitu valido suscitatus, *Ioan. cap.* 11. C. *Prouer. cap.* 22. a. Prouerbium est, adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. Per Pardi varietatem, designatur hypocritarum duplicitas, quæ vix, aut nunquam auellitur. Hoc enim peccatum maximè adhæret ossibus, quia homo qui videtur sanctus exterius, erubescit interiorem turpitudinem confiteri. Et ideo Dominus tam crebrò dicit. *Matth.* 23. & *Luc.* 11. Væ vobis hypocrytæ. *Eccles.* 2. c. Væ duplici corde. Ideo conqueritur Dominus contra tales, *Amos vlt.* b. Nunquid non, vt filij Æthiopum vos estis mihi domus Israel? Serpens autem tunc pellem suam deserit, quando ponit se in arcto; sic per arctum Religionis potest homo dimittere vetustatem suam. Bene autem per Pardum notatur hypochrisis, quia quando Pardus depingitur, coronatus depingitur, Leo autem non sic, nec tamen Pardus rex est animalium, sed Leo: Sic hypocritæ credunt in futuro regnare, qui tamen non regnabunt: Et ideo dicuntur sepulchra dealbata: *Matth.* 23. c. Et hoc loco surgit error quorundam dicentium peccatum consuetudinis, vel obstinationis, vel aliquod peccatum non posse dimitti, & esse à natura. Contra quos est ipse textus qui dicit.

o Cum didiceritis malum] quicquid enim discitur, non naturæ est, sed vitij: Ideo dicitur *Isaia* 1. c. Si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerint rubra sicut vermiculus, quasi lana alba erunt. Tamen peccata ex peccati consuetudine quasi in naturam conuertuntur. Consuetudo enim est altera natura. Et ita propriè est verum, quod dicitur, quod homo est spiritus vadens, & non rediens, scilicet, per se, quia Dominus propriè in talibus operatur, quando conuertuntur. *Thren.* 1. c. Dedit me Dominus in manum, de qua non potero surgere, scilicet, per me. Dicit autem *Ieron.* quod hoc non posse habet anima non vitio conditoris, sed studio inoliti sceleris.

p Et disseminabo eos quasi stipulam, &c.] quæ secundùm vnam sui partem fertur ex vna parte, secundùm aliam ex alia, sic de istis dicitur, quod fiet eis· *sup.* eo. l. b. Dispergam eos, virum à fratre suo, & patres, & filios pariter, In hoc notatur moraliter leuitas multorum, qui cuilibet vento tentationis cedunt. *Psalm.* 82. Ponam eos, vt rotam, &c. *Psalm.* 1. Tanquam puluis quem proiicit ventus a facie terræ.

q Hæc sors tua,] i. hoc accidet tibi propter peccata tua o tu Ierusalem.

r Parsque mensuræ tuæ,] i. iuxta quantitatem peccati tui. *Isaia* 27. b. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabit eam. *Deut.* 25. a. Iuxta mensuram peccati, erit & plagarum modus. *Matth.* 7. a. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis.

s Quia oblita es mei,] & ideo sic dispergeris in captiuitatem.

t Et confisa es in mendacio,] id est, in promissionibus pseudo, vel in idolis, vel in Ægyptiis. *Isaia trigesimo sexto* b. Ecce confidis super baculum arundineum, & cætera. Vel in temporalium abundantia, & cætera inopia tibi veniet. *Ecclesiast.* 34. a. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic qui attendit ad visa mendacia.

u Vndè & ego nudaui femora tua contra faciem tuam.] Loquitur ad populum idololatram, quasi, ego manifestabo idola tua quæ colis, & omnia alia peccata tua aperta faciam per pœnæ afflictionem quam modò ignoras. *Psalm.* 49. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. *x* Adulteria tua apparebunt, i. ad ignominiam Sed dicitur. *Ezec.* 18. [Quacunque hora ingemuerit peccator, &c. *y* Et hinnitus tuus, &c.] i. impetus in idololatriam, sicut equus cum hinnitu fertur in libidiné, & quasi cũ insania, *sup.* 5. c.

Vnusquisque

Vnusquisque ad vxorem proximi hinniebat. *a* Super colles in agro vidi abominationes suas] scilicet, idololatriæ, quasi non solum in ciuitatibus, sed in campis, & collibus. Et ideo.

b Væ tibi Ierusalem: Non mundaberis,] i. quia non es mundata.

a Super colles in agro vidi abominationes tuas *b* Væ tibi Ierusalem: Non mundaberis *c* post me. *d* Vsquequo adhuc?

C A P. XIV.

A QVODE factum est *f* verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis. *g* Luxit Iudæa & *h* portæ eius *i* corruerunt, & *k* obscuratæ sunt in terra, & *l* clamor Ierusalem *m* ascendit. *n* Maiores *o* miserunt minores suos *p* ad aquam, venerunt ad *q* hauriendum, non inuenerunt aquam, *r* reportauerunt vasa sua vacua. Confusi sunt, & afflicti, & *s* operuerunt capita sua propter *t* terræ vastitatem, quia non *u* venit pluuia in terram. *x* Confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua. *y* Nam & Cerua *z* agro peperit, & *a* reliquit, *b* quia non erat herba.

c Post me,] i. me sequendo.

d Vsquequo adhuc] quasi quamdiu te expectabo, quasi non spero amplius tuam mundationem, ex quo adhuc non es mundata. Sic mysticè, ille in collibus fornicatur, vt non videatur, qui per superbiam elatus ad humilitatem non inclinatur. *Iob* 15. c. Cucurrit aduersus Deũ erecto collo, & pingui ceruice armatus est.

EXPOSITIO CAP. XIV.

QVod factum est verbum, &c.] Hoc capitulum in quinque partes diuiditur. Primò, comminatur de futura siccitate tanta, vt lugeant homines in ciuitatibus, etiam maiores, vt Duces, Principes & diuites, & non solùm pauperes præ defectu aquæ, & terra quæ siccitate vastetur a fructibus, & herbis, & viri agricolæ vacui sint à fructibus, & animalia à pastu. Secundò, post Dominicam comminationem subiungit orationem quã in persona sui, vel populi petit misericordiam, & quærit causam quare Dominus alienet se à peccato suo, & à terra sua, & quasi peregrinans ab eis se transferat ad auxilium aliarum gentium, *ibi.* [Si iniquitates nostræ. Tertiò, causam prædictæ desolationis, & alienationis suæ ab eis Dominus determinat, quia scilicet, populus dilexit mouere pedes instabiles in cultu suo, & in confidentia auxilij sui non persistens; sed ad alias gentes confugiens, vnde propter hoc præcedentem, & Prophetæ, & populi orationem non exaudiendam, prædicit, sed eos gladio, peste, fame perituros, ostendit, *ibi:* [Hæc dicit Dominus populo huic, &c.] Quartò, audita, & intellecta sententia Domini in malum Iudæorum, conqueritur Propheta de pseudo prophetis, qui contrarium prædicabant, & ideo à Domino tam eis, quam populo vindictam futuram prædicit, ita vt in agris moriantur gladio, in ciuitatibus peste, & fame, vel in longinquam terram captiuentur, *ibi.* [Et dixit Dominus ad me.] Quintò, iterum Propheta in persona sui, vel populi pœnitentis inter flagella, ad orationem se conuertit, peccasse se denuncians, fœdus secum factum in patribus, & Deo, & beneficia sibi præstita ab ipso commemorans, & idolorum inutilitatem, & impotentiam confitens, quia cunctam prædictam siccitatem, pluuias, & nubes dare non possunt, sed Deus solus qui omnia fecit, *ibi.* [Nunquid proiiciens.] Dicit ergo. *e* Quod factum est, &c.] quasi verè tibi contingent hæc prædicta mala. *e* Quod,] i. quia.

f Factum est verbum Domini de sermonibus siccitatis,] i. comminantibus siccitatem. *g* Luxit Iudæa.] Sicut dicitur pratum ridere cùm floret, sic terra lugere præ siccitate, & ariditate. Vel, [Luxit terra,] i. habitatores eius lugebunt siccitatem, & ariditatem, quam sustinebunt in obsidione.

h Portæ eius corruerunt,] id est, conclusi intra portas, vt sumatur continens pro contento. Vel. [Corruerunt,] i. solutariæ factæ sunt, quia non est qui ferat per eas cibaria. Vel ad litteram, disruptæ sunt per exercitum Chaldæorum. *k* Obscuratæ sunt in terra,] i. spurcæ factæ sunt per ruinas, quæ prius lucebant per pulchram compositionem. *l* Et clamor Ierusalem ascendit.] Clamabunt enim valde præ famis angustia, & anxietate, & præ siccitate potus, vel terræ. Vndè. *n* Maiores miserunt minores, &c.] præ dolore.

t Propter terræ vastitatem] quæ facta est propter tantam sterilitatem, & ariditatem. Quæ tanta erat. *y* Nam & Cerua in agro peperit, & *a* Reliquit,] s. fœtum suum. *b* Quia non erat herba] quam sumeret ad pastum, & ideo non habebat lac quo aleret fœtum.

Δ Et Onagri steterunt

Mysticè. *g* Luxit Iudæa,] i. Ecclesia, quæ luget pro incolatu præsentis miseriæ, & pro dilatione patriæ. Vnde significatur per Axam, quæ sedens super asinam flens, & eiulans petiit à patre suo irriguum superius, & inferius, vt dicitur *Iudic.* 1. c. Vel, [Luxit Iudæa] propter defectum, & arefactionem fontium, id est, Doctorum, & Prædicatorum. *Iohel.* 1. d. Exsiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti. *h* Portæ eius.] Prælati. *Psalm* 86. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Per quos tanquam per portas deberent intrare subditi ad vitam. *Mysticè.*

i Corruerunt] in terram per cupiditatem. *k* Obscuratæ sunt in terra] amissâ luce gratiæ, & intelligentiæ per terrenorum amorem, ita etiam nulli per ipsos mutantur ad vitam. *Matth.* 23. b. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi qui habetis clauem scientiæ, nec intratis, nec alios intrare sinitis. *l* Et] ideo [clamor Ierusalem,] i Ecclesiæ. *m* Ascendit] ad Deum pro casu Prælatorum. *Thren.* 1. b. Viæ Sion lugent, eo quòd non sint qui veniant ad solemnitatem, omnes portæ eius destructæ, Sacerdotes eius gementes. *Thren.* 2. c. Defixæ sunt in terra portæ eius, perdidit & contriuit vectes eius. De hac Prælatorum obscuratione. *Thren.* 4. a. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Lux enim antiquitus erant in mundo vt dicitur *Matth.* 5. b. *n* Maiores] Prælati.

o Miserunt minores suos,] i. subditos.

p Ad aquam] doctrinæ verbi Dei, quos inuitant ad audiendam doctrinam, & cum venerunt, nullam doctrinam, aut eruditionem inueniunt. Vndè. *q* Venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquam,] quia cum faciunt suas visitationes, nec ipsi prædicant, nec alios pro se prædicare faciunt. *Isaia* 41. d. Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt, lingua eorum siti aruit. *Thren.* 4. a. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. *r* Reportauerunt vasa sua vacua,] i. corda sine doctrina. *s* Et operuerunt capita sua,] dolentes, quia non inuenerunt aquam doctrinæ.

t Propter terræ vastitatem,] i. Ecclesiæ destructionem, quæ fit propter defectum Prælatorum qui non docent, vt deberent. *Prou.* 28. b. Regnantibus impiis, ruinæ hominum. Et 29. c. Cum defecerit prophetia dissipabitur populus. Vndè *Iob* 12. c. Si continuerit aquas omnia siccabuntur. Vndè. *u* Quia non venit pluuia in terram] doctrinæ. Et ideo. *x* Confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua,] scilicet, mitris, vel capillis, nolentes discooperire ad prædicandum, vel celebrandum, cum tamen dicatur 1. *Cor.* 11. a. Omnis vir orans, aut prophetans velato capite deturpat caput suum. *y* Nam & Cerua,] i. Ecclesia, transiliens lutosa luxuriæ, spineta auaritiæ, montuosa superbiæ. Ceruæ autem maximè sunt Prælati, quia inter omnia animalia hoc tantum animal lachrymatur, ad innuendum, quòd inter omnes homines Prælati debent effluere visceribus misericordiæ, & pietatis: Iuxta illud, quod dicitur ad Ecclesiam. *Cant.* 7. b. Oculi tui sicut piscinæ in Esebon, quod interpretatur cingulum mœroris. *z* In agro peperit.] Parit enim Cerua in via strata, quia scit, quod ibi non vadit lupus, qui rapiat fœtum: Sic Prædicatores, & Doctores debent ducere conuersos ad vitam communem, non ad inconsuetos mores, ne diabolus eos deuoret per recidiuum. *Iob* 39. a. Nunquid parturientes Ceruas obseruasti? dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum? Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt, quasi, ad hoc, vt pariant oportet eas incuruari per doctrinæ humilitatem, & rugire per compassionem.

a Reliquit] vt faciunt illi qui semel prædicauerunt aliquibus, postea ad eos nunquam redeunt. Vel vt faciunt illi qui parochias suas dimittunt. *Iob.* 39. b. in terra derelinquit oua sua, obliuiscitur, quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat. Vel.

z In agro peperit,] id est, in aperto aliqua bona opera fecit.

a Reliquit,] id est, bene operari cessauit. *b* Quia non erat herba,] id est, doctrina quâ reficiatur & percipiat lac ad alendum se, vel alios. Dicitur, quod Cerua odore narium attrahit serpentes de cauerna: sic Prælati odore verbi Dei, & exempli debent fugare diabolum de cordibus peccatorum. *Isaia.* 11. b. Qui ablactatus fuerit manum suam mittet in cauernam Reguli, & super foramina

a Et Onagri steterunt in rupibus] ne caperentur à venatoribus.

d Traxerunt ventum] præ nimia siti, vt saltem è vento haberent refrigerium, quia Onagri maximè sitibundi sunt.

Et *a* onagri *b* steterunt in *c* rupibus, *d* traxerunt ventum *e* quasi dracones, *f* defecerunt oculi eorum, *g* quia non erat herba. Si *h* iniquitates nostræ responderint nobis *i* Dñe fac propter nomen tuum quoniam *k* multæ sunt auersiones nostræ. Tibi *l* peccauimus *m* expectatio Israël, *n* Saluator eius in *o* tempore tribulationis *p* Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi *q* viator declinãs *r* ad manendum? *ſ* Quare futurus es velut vir vagus, & *t* fortis *u* qui non potest saluare? *x* Tu autem in *y* nobis es Domine, & *z* nomen tuum *a* inuocatum est super nos, ne *b* derelinquas nos.

e Quasi Dracones] qui etiam maximè sitibundi sunt. Non enim possunt satiari aqua, vnde aperiunt os vento, vt sic extinguant ardorem sitis suæ. Vndè cùm vident naues in mari, quia maximus est ventus circa velum, volant ad
B velum, vt ibi sitim extinguant, & quandoque præ magnitudine sua euertunt nauem. Vnde cùm vident nautæ prope se esse Draconem in aqua, quod percipiunt ex tumore aquæ super ipsum, statim deponunt velum. Et propter hoc habitant Onagri in solitudinibus, vt propter beneficium ventorum diu sine potu viuant. Quomodo autem serpentes, vel Dracones attrahant ventum, dicunt Physici naturales, quia angusta intestina habent, vnde frequentius attrahunt aera, & hoc maximè propter sagacitatẽ narium, quam ad hoc habent. Vndè & maximè Draco attrahit odorem, in quo tangitur angustia tribulationis Iudæorum, quasi, cum hæc animalia, quæ maximè potu viuunt, ita præ sitis magnitudine attrahunt ventum, multo fortius tunc alia animalia non poterunt viuere.

f Defecerunt oculi eorum] præ dolore, & turbatione. ⊕ Aspidum.

Mysticè.

a Et Onagri] qui in aliis locis habitant, & sine potu diu viuunt, hi sunt claustrales. *Iob* 39. a. Quis dimisit Onagrum liberum, & vincula eius quis soluit? cui dedi in solitudine domum, & tabernaculum eius in terra salsuginis? contemnit multitudinem ciuitatis, clamorẽ exactoris non audiuit, circumspicit montes pascuæ, & virentia quæque perquirit.

b Steterunt] non egredientes à claustro.

c In rupibus,] i. in duritia, & austeritate vitæ claustralis. Sed propter defectum pluuiæ, i. spiritualium.

d Traxerunt ventum,] i. temporalia desiderauerunt, quæ vana sunt, & inflant quasi ventus, vel fumus. *Osea* 12. a. Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum.

e Quasi Dracones,] i. quasi seculares, imò frequentius, vel ardentius inhiant ipsis congregandis, vel multiplicandis temporalibus, quàm sæculares. *Osea* 5. c. Facti sunt Principes Iuda quasi assumentes terminum. *Osea* 4. b. Erit sicut populus sic Sacerdos. *Bernard.* Vtinam non peior, quàm popolus sit Sacerdos. Sed de bonis Onagris, scilicet, de Religiosis, dicit *Psalm.* 103. Expectabunt Onagri in siti sua, donec inebrientur ab vbertate domus Domini. Vndè *Matth.* 5. a. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, &c. Miserum est talibus inhiare, & tamen in rupibus stare, i. in duritia Religionis, vt faciunt Cistercienses.

f Defecerunt oculi eorum] contemplationis.

g Quia non erat herba,] i. doctrina, quæ virore spei promissionum æternarum reficeret oculos spirituales.

h Si iniquitates.] Instruit populum quid debeat dicere in tempore siccitatis.] Si iniquitates nostræ responderint nobis] per pœnam, i. si omnium prædictorum malorum, & siccitatis terræ, causæ fuerunt malitiæ nostræ, quod verum est, secundum illud *Isaia* 3. b. Agnitio vultus eorum respondebit eis. Et *sup.* 2. d. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Ideo.

i Domine fac propter Nomen tuum] quasi non secundùm opera nostra agas in nos, sed propter misericordiam tuam, propter quam tanquam per nomen valde nominabilis es: Propter enim Nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim. Quia dicit *Psalm.* 7. Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit.

k Quoniam multæ sunt auersiones nostræ,] i. peccata quibus à Deo auersi sumus: Ideo non nos ea vincere possumus, quia eis onerati sumus, sed tu vince, cuius misericordia omne malum nostrum, vincit, & quæ superexaltat iudicium, vt dicitur *Iacob* 2. c. Quia misericordia eius super omnia opera eius.

l Tibi peccauimus,] i. contra te. Vel. [Tibi,] quia ab alio non possumus liberari, sicut infirmus aliquis in medico. *Psalm.* 50. Tibi soli peccaui. Vel. [Tibi,] i. te vidente. Vnde *Psalm.* 7. Scrutans corda, & renes Deus. Ideo dicitur *Isaia* 1. c. Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Sed ò tu Domine contra omnia peccata tu es.

m Expectatio Israel,] quia in te solum sperant omnes fideles, qui per fidem te vident. Vndè *Osea* 13. c. Perditio sua ex te Israel, tantummodo in me auxilium tuum. *Genes.* 49. b. Ipse erit expectatio gentium. *Isaia* 30. b. Beati omnes qui expectant eum. *n* Saluator eius,] i. Israel. *o* In tempore tribulationis,] scilicet, si salutem quærat in tempore prosperitatis. Vndè *Isaia* 21. d. Si quæritis quærite *Psalm.* 119. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit. *p* Quare quasi colonus futurus es in terra, &c.] Propriè dicitur colonus qui de vna terra ducitur ad aliam, vt eam excolat, quasi, quare vis deserere Iudæos, de quibus quasi genitus, cum quibus quasi semper fuisti per illorum saluationem, & legis dationem, & vis modò habitare apud alios eos saluando, & propriam hæreditatem tuam relinquendo? Dominus enim dicitur fuisse cum Chaldæis, & cæteris Iudæorum inimicis, quando dedit eis potentiam destruendi Iudæos. Sed paruo tempore fuit apud eos.

q Es] ideo dicitur fuisse ibi [quasi viator,] quia & dedit Medis potentiam destruendi ipsos Chaldæos. Vndè

ſ Quare futurus es velut vir vagus] qui sæpe mutat hospitium.

t Et fortis.] Sic lege, quasi & tu fortis es, quare futurus est vt [qui non potest saluare.] Sed melius exponitur hoc Christo in pauperum consolationem, qui non habent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt, vt dicitur *Hebr.* 13. c. Et in confusionem eorum qui tantùm de terrenis ædificiis cogitant: Ideo Christus sibi fecit tabernaculum, scilicet, virginis vterum. *Psalm.* 45. Sanctificauit tabernaculum suum Altissimus. Vndè.

p Quare quasi colonus, &c.] quasi non mansionarius. Vndè *Matt.* 8. c. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Item *Ioan.* 1. a. In propria venit, & sui eum non receperunt.

r Declinans ad manendum,] quia sicut hospes, vel peregrinus transit de loco ad locum, sic Christus de populo ad populum transiuit. *Isaia* 41. a. Transibit in pace, & semita non apparebit in pedibus eius. *t* Fortis] secundùm diuinitatem, quia ibi abscondita est fortitudo eius. *u* Qui non potest saluare] secundùm humanitatem, secundùm quam impotens est, & paruus. Vel fortis, miracula faciendo, sed infirmus iniurias patiendo. Vel fortis resurgendo, & infirmus moriendo, *Sept.* Nunquid eris quasi homo dormiens, & quasi vir qui saluare non possit? Illis dicitur Dominus dormire, quos deserit, vel cum peccatores in præsenti non punit.

x Tu autem, &c.] quasi non idem est de nobis Iudæis, & de aliis gentibus, quia nos soli inuocauimus nomen tuum in nobis, vt Rex in Regno, quia ipse Rex regnum. *Apoc.* 5. b. Qui fecit nos Regnum, & Sacerdotes. *Psalm.* 144. Regnum tuum Regnum omnium sæculorum. *Apoc.* 19. c. Rex regum, Dominus dominantium. Ita.

y In nobis es Domine] sicut hortulanus in horto, quia nos sumus eius hortus. *Cant.* 5. a. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. *Ioan.* 20. d. Maria vidit Iesum existimans, quia hortulanus esset. Ita vt pater in domo, quia ipse est pater, nos domus. *Hebr.* 3. a. Moyses fidelis erat in tota domo tanquam famulus in testimonium eorum, quæ dicenda erant, Christus vero tanquam filius cuius domus nos sumus, si fiduciam, & gloriam spei vsque ad finem firmam teneamus.

z Et nomen tuum inuocatum est super nos] vt vocemur Christiani à te Christo. *Isaia* 4. a. Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos? aufer opprobrium nostrum. *Isaia* 65. c. Suos vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo. Hoc enim est nomen quo non est aliud sub cœlo in quo oporteat nos saluari, vt dicitur *Act.* 4. c. Dicitur autem, nomen Christi inuocatum est super Iudæos, quia omnes Prophetæ eis Christum esse venturum prædixerunt, & ab eis transiturum ad nos, scilicet, ad gentes. Et ideo. *b* Ne derelinquas nos,] quia sumus illi specialiter quibus aduentus tuus promissus est. Vel.

z Nomen tuum,] id est, misericordia tua. *a* Inuocatum est, &c.] quia per eam solam operamur, & meremur salutem nostram. Nec est contrarium, quod dicitur 2. *Cor.* 5. b. Vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit,

gessit, siue bonum, siue malum. Per quod videtur haberi, quod quilibet saluetur suo proprio merito. Sed dicitur Deus tripliciter nos saluare, scilicet, per Incarnationem nos liberando, sic non ex merito nostro, neque ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm misericordiam suam saluos nos fecit, vt dicitur ad *Titul.* 3. b. *Sup.* 7. d. & 11.c. Item dicitur saluare nos gratiam dando, sic vt merito nostro non saluet nos. *De pœn. dist.* 1.c. *prædixerat.* Item C meritum conferendo, sic per meritum saluabit.

Hæc dicit Dominus populo huic *a* qui dilexit mouere *b* pedes suos, & non *c* quieuit, & *d* Domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & *e* visitabit peccata eorum. Et dixit Dominus ad me: *f* Noli orare pro populo isto in bonum. Cum *g* ieiunauerint non exaudiam preces eorum, & si *h* obtulerint holocaustomata, & victimas, non *i* suscipiam ea, quoniam *k* gladio, & fame, & peste

a Qui dilexit mouere pedes suos,] i. propter, quod moti sunt eorum pedes in captiuitaté. Vel.

b Pedes.] idest, affectiones eorum de bono in malum. Secundum *Ieron.* vt frequentius semper accipitur in malo Scripturis motus pedum, vt hic: Et *Genes.* 11.a. De illis qui mouerunt pedes suos ab Oriente, vt contra Deum turrim altissimam ædificarent. Et *Gen.* 4. b. De Cain, qui eiectus à facie Domini, vagus factus est super terram. Et Esau venator. *Genes.* 25.d. Et *Prou.* 7. b. Mulier garrula, & vaga, quietis impatiens, non valens consistere in domo pedibus suis. *Prou.* 1.b. Pedes eorum ad malum currunt. *Thren.* 1.c. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Sed stare in bono sumitur, vt in *Psalm.* 121. Stantes erant *Psalm.* 134. pedes nostri, &c. *Alibi.* Qui statis in domo Domini, &c. *Nahum.* 2.c. State, & non est qui reuertatur. Tamen stare aliquando sumitur in malo. Vndè *Matth.* 20. a. Quid hic statis tota die otiosi. *Exod.* 15.b. Fiant immobiles quasi lapis. Et de Domino dicitur malis, *Mich.* 2.c. Surgite & ite, quia non habetis hic requiem. Est enim duplex motus, scilicet, à centro, sic peccatores semper sunt mobiles. Et est motus ad centrum, sic semper sunt immobiles. Vndè.

c Et non quieuit,] scilicet, in Deo, qui est vera animæ quies, *August.* Inquietum est cor nostrum, &c. Simile *Ezech* 2. [Et] ideo [Domino non placuit.

d Nunc recordabitur, &c.] scilicet, per pœnæ inflictionem, qui quasi obliuisci dicitur cum peccatum nô punit, sicut & dormire, & tacere dicitur eadẽ ratione. Modò enim quasi non est tempus Dei, sed dicit: Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Ideo dicitur *Isaia* 42.c. Silui, semper tacui, patiens fui, vt parturiens loquar.

Psalm. 74. *e* Et visitabit peccata eorum) sicut Medicus visitat ægrotum, vt per artem obsistat ægritudini. *Psalm.* 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, vt sic saltem propter pœnam peccare desistant.

f Noli orare pro populo, &c.] i. vt eis donem bonum, quia nihil faciunt, quod mihi placeat. Idem habetur *suprà* 7.d. Et 11 c. In quo ostenditur grauitas peccati populi, vt etiam sancti prohibeantur pro eo orare. Ipsi enim peccabant peccato ad mortem; De quo 1. *Ioan.* 5. d. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis. Peccatum ad mortem dicitur, cùm post Dei agnitionem, quæ per gratiam datur, gratiam eius impugnamus, scilicet, in ipso, & hoc præsumendo, vel desperando; vel in alio, & hoc per fraternitatis impugnationem, vel veritatis agnitæ rebellionem, vel in nobis per propositum non pœnitendi, vel pœnitentiam de pœnitentia facta. Tunc autem propriissimè ad mortem est, cum hoc peccatum concomitatur finalis impœnitentia, & ideo pro eo non est orandum. Vel. [Pro populo isto,] scilicet, existente malo, quia tali existenti nihil impetrares. Vndè.

g Cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorum,] scilicet, dum tales exstant, nec à malis desistant.

h Et si obtulerint holocaustomata, & victimas] quæ etiam in lege digniora erant, quam aliqua alia opera exteriora.

i Non suscipiam ea.] *Isaia* 1. d. Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem non exaudiam: Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. *Malach.* 1.c. Non respiciam vltra ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra.

k Quoniam gladio, & fame, &c.] quasi nulli cuiuscunque sit conditionis, parcam, si pauper est, fame peribit, si mediocris, gladio exponetur; si magnus, in carcere peste morietur, vel in ciuitate. Moraliter. *Moraliter.*

k Quoniam gladio, &c.] Gladius est luxuria. *Prou.* 5.a. Lingua eius acuta quasi gladius biceps. Fames est auaritia, quæ satiari non potest. *Eccles.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia. Pestis, est superbia, quia nobiles moriuntur *Ezec* 5.c. Qui lõgè est, peste morietur. Lõgè est superbus. Vndè † *Psal.* 137. *Sup.* 1.a. Et alta à longè cognoscit. Hoc triplici malo cõsumitur mundus. Vndè 1. *Ioan.* 2.c. Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, *Infrà* 23. d. & 37. a. & 39.b. & superbia vitæ.

ego consumam eos. Et dixit: *l* A a a Domine Deus: *m* Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & famés non erit in vobis, sed *n* pacem veram dabit in loco isto. Et dixit Dominus ad me: *o* Falsò prophetæ vaticinantur in nomine meo: *p* Non misi eos, & non præcepi eis, nãque locutus sum ad eos. *q* Visionem mendacem, & *r* diuinationem fraudulentam, & *s* seductionem *t* cordis sui prophetant *u* vobis.

De hoc, *Ezech.* 5.c. Tertia pars tui peste morietur, & tertia fame consumetur in medio tui, & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo. Vel gladius est persecutio Tyrannorum. Fames defectus verbi Dei ex vitio Prælatorum. Pestis corruptio hæreticorum. Huic triplici pœnæ subjacet totus Mundus. De prima: *Ezech.* 21.c. Percute manum ad manum, & dupliciter gladius ac tripliciter gladius interfectorum, hic est gladius occisionis magnæ. De secunda, *Amos* 8. d. Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei. De tertia. 2. *Regum* 24. c. Immisit Dominus pestilentiam in Israel, de manè vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan vsque Bersabee septuaginta millia virorum.

l Et dixi: A a a Domine Deus.] Conqueritur Propheta *Ad litteram.* ad Dominum de pseudo prophetis, quasi dicat, Domine tu vis, quòd prædicem captiuitatem, sed alij Prophetæ prædicant prosperitatem. Dicit autem ter, a a a, contra prædicta tria, scilicet, gladium, famem, pestem.

m Prophetæ] pseudo [dicunt eis: Non videbitis gladium, &c.] Quare non resumit tertium flagellum, scilicet, pestem? Respondet Hebræus, quòd gladius & fames manifesta sunt flagella Dei, sed non sic pestis, quia aliquando prouenit ex sola aeris corruptione sine aliqua Dei ira. Vel dic, quòd ideo sic dicit, quia ista duo magis timebat populus. Vndè Dauid propositis sibi tribus, scilicet, fame septem annorum, & gladio inimicorum per tres menses, & peste trium dierum, elegit pestem, quia communis erat, vt dicitur 2 *Reg. vlt.* b. Et in hoc patet, quòd isti prophetæ erant adulatores Dei, cum ea quæ magis ipsi timebant, promittebant non futura.

n Sed pacem veram dabit vobis in loco isto] in Ierusalem.

o Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo,] id est, falsa.

p Non misi eos, & non præcepi eis, &c.] & ideo audiendi non sunt. Vnde *Rom.* 10. c. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur, scilicet, interiori, vel exteriori missione?

q Visionem mendacem] qui dicebant se videre spiritu Prophetico, quæ dicebant, sed non videbant.

r Et diuinationem fraudulentam,] quia sic decipiebant populum, & firmabant eum in peccatis suis. *Mich.* 3. c. Confundantur qui vident visiones, & confundantur diuini, & operient omnes vultus suos, quia non est responsum Dei.

s Et seductionem cordis,] scilicet, blanditiis sermonum, vel promissis allicientes sibi corda simplicium. *Prou.* 19 a. Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. *t* Cordis sui,] quia non ex spiritu Domini, sed suo hæc falsa dicebant. Vndè *Ezech.* 13.a. Hæc dicit Dominus Deus: Væ prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum. *u* Prophetant vobis] de corde suo. Similiter hoc dicitur contra omnes adulatores falsos, qui quia in tribus damnificant audientes, quia sc. timorem Dñi abiiciunt a cordibus eorum, & in pigritiam eos inducunt ad benè agendũ, & minùs cautos eos reddunt. Ideo dicit ter A a a Contra quos *Ez.* 13.c. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas, & cum caperent, viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillũ hordei, & fragmen panis, vt interficerent animas, quæ nõ moriuntur, & viuificarent animas, quæ non viuunt. Isti di-

cont. *a* Gladius & fames, &c.] quasi nequaquam perdet vos Dominus in Inferno vbi erit gladius, i. præsentia omnium malorum, & fames, i. carentia omnium bonorũ. De primo, *Iob* 19 d. Fugite a facie gladij, quoniam vltor iniquitatum est gladius. De secundo, *Isaia* 65. c. Serui mei comedent, & vos esurietis Sed. *b* In gladio & fame, &c.] scilicet, qui illis acquieuerũt. Simile, *Isaia* 9. c. Erunt qui beatificant populum istum seducẽtes, & qui beneficatur præcipitati. *Matth.* 15. b. Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam caduñt. Ideo dicitur *Pr u.* 1. b. Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. *Thren.* *Thren.* 4. a. Lamiæ nudauerunt mãmam, lactauerunt catulos suos. Hoc est lac mulieris Ægyptiacæ quo vti non potuit D Moyses, sed magis lacte Hebrææ, vt dicitur *Exod.* 2. b. *Eccles.* 12. b In labiis suis indulcat inimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam.

c Erunt proiecti, &c.] scilicet, insepulti, vt ab omnibus conculcentur qui legem Dei per † contemptum calcauerunt. Vel, [Mysticè] *Mysticè.*

Idcirco hæc dicit Dominus de Prophetis qui prophetant in nomine meo quos ego non misi, dicentes: *a* Gladius & fames non erit in terra hac. In *b* gladio, & fame consumentur Prophetæ illi, & populi quibus prophetauerunt, erunt *c* proiecti in *d* viis Ierusalem præ fame, & gladio, *e* & non erit qui sepeliat eos, ipsi & vxores eorum, filij, & filiæ eorum, & effundam super eos malum suum. Et dices *f* ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lacrymam per noctem, & diem, *g* & non taceant, quoniam contritione *h* magna *i* contrita est virgo filia populi mei, *k* plagâ pessimâ vehementer. Si *l* egressus fuero ad agros, ecce *m* occisi gladio, & si *n* introiero ciuitatem, *o* ecce attenuati fame. *p* Propheta quoque, & Sacerdos *q* abierunt in terram, quam ignorabant, *r* Nunquid proiiciens abiecisti Iudam, *s* aut Sion *t* abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos, ita vt nulla sit sanitas? *u* Expectauimus *x* pacem, & non est *y* bonum, & tempus *z* curationis, & ecce *a* turbario.

d In viis Ierusalem,] i. in statibus Ecclesiæ, qui sunt tres, scilicet, Virginum, coniugatorum, viduarum.

e Proiecti] vt ab omnibus hi contemnantur, qui in his non reperientur. *Eccl.* 9. b. Mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur.

e Et non erit, &c.] in sepulchro pœnitentiæ vbi teguntur peccata, quæ sunt veteris hominis membra. De quo *Iob* 3. d. Qui expectant mortem, & non venit, quasi effodientes thesaurum, gaudẽmque vehementer cum inuenerint sepulchrum, quasi dicat, peccata eorum erunt tunc aperta, quia non fuerunt hic tecta per pœnitentiam.

f Et dices ad eos verbum, &c.] i. assiduè. Sed contra. *Bern.* Dolor est bonus si non sit continuus: Mel enim absinthio addendum est Et 1. *Ioan.* 4. d. Perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Sed contra *August.* Hic semper homo doleat, & de dolore gaudeat, quid enim restat nobis nisi dolere in vita? Vbi enim dolor finitur, finitur & pœnitentia. Solutio. Intellige, assiduè, i. horis debitis, quod est, quotiescunque homo reuocat ad memoriam peccatum suum, & videt illud non penitus esse deletum, vel timet recidiuare. Simile 1. *Thess.* 5. d. Sine intermissione orate. *Gloss.* id est, certis horis. Vel [Per noctem, & diem] tempus aduersitatis, & prosperitatis. *Thren.* 2. f. Deduc quasi torrentem lacbrymas per diem, & noctem, & non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. Loquitur autem hic Dominus in persona sua, vel Prophetæ, vel populi, cui præcipit flere propter mala superuentura. Lachrymæ enim interiores sunt in potestate nostra, & ideo in præcepto est flere, sed non exteriores. De primis, *suprà* 13. c. In abscondito plorabit anima mea.

g Et non taceant.] Et dicit *Gloss. lachrymæ pondera vocis habent.* Vndè *Psalm.* 38. Auribus percipe lachrymas meas. *Psalm.* 6. Et *alibi*: Exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Quare autem sit flendum subdit.

h Quoniam contritione magna, &c.] i. plebs mea, quæ secundùm *Gloss.* non modò, sed quondam fuit virgo, scilicet, non polluta per idololatriam. Sed contra, *Ezech.* 16. a. In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Præterea *Ezech.* 23. a. In adolescentia sua fornicatæ sunt, ibi subacta sunt vbera earum, & fractæ mammæ pubertatis earum. Loquitur enim sub persona duarum mulierũ de duabus, & decem tribubus. Solutio Adolescentia ibi dicit, egressus de Ægypto, dies ortus, legis susceptio. Quod autem dicit hic *Gloss.* quondam virgo, intelligitur de tempore Patriarcharum: vel virgo in malo, i. sterilis in bonis operibus. Ponit autem tria verba, scilicet, virgo, filia, populus, ad aggrauationem doloris. Naturaliter enim condolere solet filiæ, & virgini, & toti populo.

l Si egressus fuero, &c] & ita erat in obsidione, ad litteram, quia in ciuitate defectus erat cibi, & potus. Sed si aliquis euasisset famem, gladio occidebatur.

p Propheta quoque, & sacerdos, &c.] i. alienam, & ignotam per captiuitatem. Et quid mirum hoc de minoribus cùm etiam de maioribus sit hoc verum Sic mysticè *Mysticè.* pro contritione Ecclesiæ in membris flendum est, quia in eis est sterilis ab operibus bonis.

i Contrita est, &c.] peccatorum multitudine.

k Plaga pessima, &c.] eorundem magnitudine. Mala fuit plaga Ecclesiæ tempore martyricidarum, peior tempore hæreticorum, pessima tempore falsorum fratrum, sicut modò. Ideo dicit *Isaia* 38. d. In pace amaritudo mea amarissima. Sed pessima vehementer tempore Anti-christi, quod erit in fine mundi, quando erit tanta tribulatio, qualis vnquam non fuit, propter quæ nisi abbreuiati essent dies illi, non esset salua omnis caro, vt dicitur *Matth.* 24. b.

l Si egressus fuero ad agros,] i. sæculares.

m Ecce occisi gladio,] i. luxuriæ, inuidiæ, discordiæ, & rapinæ, vel manifestis peccatis. *Isaia* 21. d. A facie enim gladiorum fugerunt, a facie gladij imminentis, a facie arcus extenti, a facie grauis prælij.

n Et si introiero ciuitatem,] Religionis.

o Ecce attenuati fame] Dei, vel cupiditate, vel fame Dominici panis, scilicet, spiritualis refectionis, & pinguedinis charitatis: De qua *Psalm* 62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Sed magis igne abundat qui nunquam dicit sufficit: *Prou.* 30. c. Id est, cupiditate habendi. Sed tamen dicitur *Thren.* 4. b. Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame, quoniam illi citò, isti morosè consumpti sunt. Maior enim est spes de conuersione laici mali, quam Religiosi mali. De hoc *Deut.* 32. d. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor. *Thren.* 1. g. Foris interficit gladius, & domi mors similis est. In Prælatis malis, & intus, & foris mors est, quia per eos qui extra Ecclesiam sunt, scandalizantur, quia vita mala eorum exteriores detinet in errore. Qui autem in Ecclesia sunt, moriuntur fame verbi Dei. *Thren.* 4. a. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

p Propheta quoque, & Sacerdos,] scilicet, mali, & pseudo-prophetæ, vel Prælati. Vndè *suprà* 6. c. A Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum.

q Abierunt in terram, &c.] id est, in Infernum, quem ignorare videntur, dum sic peccant ac si non crederent ire illuc, ac si cum morte, & Inferno fecissent pactum, vt dicitur *Isaia* 28. d. Id est, ac si crederent illa sibi non posse nocere. Sed vt *ibid.* e. Dicitur. Non stabit pactum vestrum cum morte, sed flagellum inundans cùm transierit, eritis ei in conculcationem. Vel dicuntur ignorare, quia si scirent per experientiam qualis est, non ita illuc irent. Est enim ibi terra horroris, & vastæ solitudinis. *Deut.* 32. b. *Iob* 10. d. Terra miseriæ, & tenebrarum, &c.

r Nunquid proiiciens abiecisti Iudam,] i. duas tribus cum in eis fuerit Templum, & Religio cultus diuini?

s Aut Sion;] i. in quo erat Templum. *t* Abominata est anima tua, &c.] i. voluntas tua ò Domine, vt ita repentè, & tanta plagâ percusseris eos, vt nulla possit adhiberi medicina. Vndè. *u* Expectauimus pacem] prosperitatis.

z Et tempus curationis,] i. liberationis ab his tot malis, quæ iam intumuerunt. Sed è contra. *a* Et ecce turbario,] scilicet, seductionis, & fremitus hostium. Mysticè. Miratur Propheta, quòd Dominus Prophetas, & Sacerdotes, *Mysticè.* i. Prælatos, & Ductores, ita abiecerat. Sed non est mirandum, quia iustus est Dominus. Qui enim primi sunt in culpa, primi erunt in pœna. *Sap* 6. a. Discite iudices finium terræ, &c. Ibi iudicium durissimum his qui præsunt fiet.

u Expectauimus pacem] cum carne, Mundo, & diabolo. *Matth.* 10. d. Non veni pacem mittere, sed gladium. Vel. *u* Expectauimus] nimis diu. *x* Pacem,] i. facere pactum cum Deo, sc. vsque ad mortem *y* Et non est bonum] tam diu expectare.

z Et tempus curationis,] id est, pœnitentiæ expectauimus vsque ad senectutem, quæ non sinit nos facere pœnitentiam. Non ergo miremur de Dei iustitia, sed eius

eius magis misericordiam postulantes dicamus. a Cognouimus Domine,&c.] in Deum. b [Iniquitates] in se, vel in proximum. c Patrum nostrorum, &c.] quasi nos, & patres nostri peccauimus,& vtrosque expectauit Dei patientia longanimis. Impleuimus enim mensuram patrum nostrorum. *Matt.* 23. d. scilicet, faciendo mala, quæ illi fecerunt, & addendo, ea quæ non fecerũt. Hoc autem ideò dicit, quoniam aliquãdo sic est, quod aliquis multum peccauit, nec tamen adhuc meruit amissionem temporaliũ. Vndè *Gen.* 15 d. Nondũ impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum. Ibi *Gl.* vt mererentur adhuc à terra sua euelli. Sic illi Iudæi nõdum meruerant captiuari.
A
Sed si peccata patrum numerantur cum peccatis filiorum, bene meruerunt, quia sæpe pro peccatis patrum puniuntur filij temporaliter,cum scilicet eos imitantur. *Psal.* 108. In memoriam redeat iniquitas patrum eius,&c.

a Cognouimus Domine impietates nostras, b iniquitates c patrum nostrorum, quia peccauimus tibi. Ne nos d des in opprobrium propter nomen tuum, neque e facias nobis contumeliam. f Solij gloriæ tuæ recordare, g ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. h Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant, aut cœli possunt dare imbres? Nonne i tu es Dominus Deus noster k quem expectauimus? Tu enim fecisti omnia hæc.

CAP. XV.

Et dixit Dñs ad me. Si l steterint Moyses, & Samuel corã me,

d Ne nos des,&c.] id est, propter misericordiam tuam, quæ nominabilem te facit,& laudabilem. e Neque facias, &c.] quod dimittas affligere, non propter nos qui non benè viuimus, sed propter alias gentes, ne scilicet, superbiant contra nos, & contra te hostes nostri dicentes: Manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia: *Deut.* 32. d.

f Solij gloriæ tuæ recordare,] id est, Templi tui in quo iudicas per Sacerdotes, & gloriosus appares. Vel Ierusalem in qua erant Reges, & Principes, per quos gloriosus apparuisti aliquando.

g Ne irritum facias, &c.] quod fecisti nobis in patribus nostris antiquis. Simile deprecatur Moyses. *Exod.* 32. c. Ne quæso dicant Ægyptij, callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret è terra, quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui: Recordare Abraham, & Isaac,&c. Mysticè.

Mysticè. De clericis & Religiosis. f Solij gloriæ] Solium gloriæ Domini sunt Clerici, & Religiosi. *Psal.* 79. Qui sedes super Cherubin: Qui significantur per thronum Salomonis, quem fecit de ebore grandi, 3. *Reg.* 10. c. Elephas est castum animal, & ebur conseruat pannum à combustione: Sic tales debent esse insecati, & ad hoc alios prouocare, scilicet verbo,& exemplo. Luxuria enim est adustio, quia est ignis vsque ad consumptionem deuorans,& omnia eradicans genimina: *Iob.* 31. b. 1. *Cor.* 7. b. Melius est nubere, quam vri. *Cant.* 3. d. Ferculum fecit sibi Salomon de lignis Libani, quia debent esse immunes ab omni putredine peccati, & per bonam famam odoriferi, & odore suo fugare serpentes, id est, peccata, hæreticos,& Dæmones. Et dicitur ibi, quòd illum thronum vestiuit fuluo auro nimis, quia pleni debent esse charitate. Tunc Dominus horum recordatur, vt irritum non faciat pactum suum, quando se opposuerint Domino per orationes,& gemitus pro peccatis populi, sicut Moyses iram Domini placauit: *Exod.* 32. c. Fœdus fecit Dominus nobiscum, quando per sanguinem Passionis confirmauit Testamentum nouum, vnde dicitur calix Testamenti. Tunc autem Dominus huius fœderis recordaretur, vt non irritum faceret illud, per diluuium populum suum dispergendo, si arcus eius poneretur in nubibus, vt dicitur *Gen.* 9. b. id est, scriptura, vel vita Christi in Prælatis luceret. Vel solium gloriæ est Beata Virgo, quæ significatur per matrem Salomonis: De qua dicitur 3. *Reg.* 3. d. quòd thronus eius positus erat iuxta thronum Regis, quando ipsa venit ad eum postulare pro Adonia. Et dixit ei Salomon: Pete mater mea quod vis, non enim fas est, vt auertam faciem tuam. Cum ergo ipsa sit aduocata nostra, ostendens filio pectus,& vbera: O tu Domine [Recordare solij gloriæ tuæ] quasi audi eam pro nobis orantem. Simile: *Memento salutis auctor*, &c. Hoc est solium excelsum,& eleuatum, super quod vidit Propheta Dominum sedentem: *Isa.* 6. a. 2. *Reg.* 23. a. Dauid sedet in cathedra sapientissimus. *De B. Virgine.*

h. Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant,&c.] quasi siccitas, quam prædixi venturam non poterit tolli ab idolis, quæ Iudæi coluerunt, vt eis dent de cœlo pluuiam, & ideo Domine qui solus hoc potes, hoc fac. Vndè.

i Nonne tu es Dominus Deus noster,] scilicet, tu solus: Omnes enim falsi dij non hoc possunt. Ideò *sup.* 10. b. Dij qui non fecerunt cœlum,& terram, pereant.

k Quem expectauimus,&c.] quia in te solùm est sperandum,& ideo a te solum petendum est auxilium, quia nec etiam cœli sine te pluere per se possunt; sic nec hæretici, vel falsi prædicatores pluuiam doctrinæ dare non possunt, quia solus Deus pluuiam voluntariam segregat hæreditati suæ. Et si enim Prælati mali se putant esse cœlos per scientiam, tamen sunt magis sculptilia, quia per multas malleorum tunsiones sunt Prælati, id est, per multas allegationes, ideò ab eis non potest descendere pluuia doctrinæ. sicut si cœlum esset ferreum, vel fortiter malleatum, non posset pluere. Et hæc est maledictio, quam comminatur Dominus, *Deut.* 28. c. Sit cœlum, quod supra te est æneum, & terra quã calcas ferrea, det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cœlo descendet super te cinis donec conteraris.

EXPOSITIO CAP. XV.

Et dixit Dominus ad me: Si steterint, &c.] suprà in fine capituli Propheta in persona sua, & populi misericordiam, & liberationem a Deo postulauerat: Hic autem respondet Dominus præcedenti orationi, dicens: quod nec Moysen, nec Samuelem super hoc exaudiret. Diuiditur autem hoc capitulum in nouem partes. Primò Dominus orationem Prophetæ, & populi repellit, nec Moysen, nec Samuelem super hoc exaudiendos asserit, sed populum orantem a facie sua iubet egredi tanquam indignum exaudiri. Secundò, determinat quo sint egressuri, scilicet, ad mortem bestiarum, ad gladium, & famem, & captiuitatem, *ibi*: [Quòd si dixerint ad te.] Tertiò, ne ipsi aliquam misericordiam, & compassionem gentium sibi promitterent in terra captiuitatis, ideò excludit ab eis remedium hoc dicens, alienas gentes potiùs indignari, & commoueri contra eos, quam eorum misereri, *ibi*: [Et dabo eos in feruorem.] Quartò, causam tantæ calamitatis, & vindictæ demonstrat, quia scilicet, Dominum dereliquerunt, nec verberati, & flagellati ab ipso sæpiùs pœnituerunt, nec a vijs suis sunt reuersi, & ideò ampliora mala eis comminatur, scilicet, viduarum viris occisis multiplicationem; matrum occisis filiis luctum, & desolationem; ciuitatum, & populorum subitam, conturbationem & terrorem; & lucis, id est, prosperitatis in tenebras captiuitatis, & desolationis, insperatam mutationem, reliquiarum interfectionem, vt si qui ab occisionis fame euaserint, gladio deuorentur, *ibi*: [Tu reliquisti me.] Quintò, conqueritur Propheta, quòd factus sit occasio iræ,& discordiæ in tota terra Iudæa, nec profuerit eis prædicando, nec populus ei deuotè obediendo, sed omnes ei maledicunt, *ibi*: [Væ mihi mater mea.] Sextò, Dominus ei respondet, reliquias eius fore in bonum, licèt in præsenti ipse torqueatur, & in ipso tempore tribulationis ei suum promittit auxilium, *ibi*: [Si non reliquiæ tuæ.] Septimo Propheta rediens ad Iudæorum vastationem, crudelitatem hostium, scilicet, Chaldæorum ostendit, & duritiam dicens quòd nullo modo ferrum ferro Aquilonari, id est, Iudæus Chaldæo fœderabitur, *ibi*. [Nunquid fœderabitur ferrum ferro.] Octauò, Propheta iterum ad orationem se conuertens etiam liberationem a tribulatione in qua erat, petit, se dignum exaudiri in hoc ostendens, quia, scilicet, sermonem Domini deuotè,& gaudenter suscepit, & expulsus a consortio malorum, gloriatus in tribulatione iam diu fuerit, vnde admirando de tanta tribulatione videtur conqueri, dicens: [Tu scis Domine.] Vltimò, in consolationem Prophetæ respondens, et fructum ostendit sui laboris, quia si conuerterit alios prædicando, conuertetur & ipse ad melius se promouendo, & ideò familiariter astando in oratione,& inseparabiliter, sicut os non separatur ab homine, *ibi*: [Si conuerteris, conuertam te.] Dicit ergo.

l Si steterint Moyses, & Samuel coram me] quorum vtrumque legimus iræ Dei pro populo restitisse, *Exod.* cap. 32. De Samuele 1. *Regum* cap. 12. d. Absit à me hoc peccatum, vt cessem orare pro vobis. Ideò autem hos solos duos patres nominat, quia hi soli in veteri Testamento pro inimicis orasse leguntur, quia Moysen voluerunt lapidare Iudæi. Vndè dixit Moyses Domino: *Exod.* 17. b. Quid faciam populo huic, adhuc paululum, lapidabit me. Samuel etiam ab illorum princi-

a non est anima mea ad populum *b* istum, *c* Eiice illos a facie mea, & *d* egrediantur. Quòd si dixerint ad *e* te, quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus; *f* Qui ad mortem, ad mortem, & qui ad gladium, ad gladium, & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et *g* visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus. *h* Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cœli, & bestias terræ ad deuorandum, & dissipandum, & *i* dabo eos in feruorem vniuersis Regnis terræ propter *k* Manassem filium Ezechiæ Regis Iuda *l* super omnibus, quæ fecit Ierusalem. *m* Quis enim miserebitur tui Ierusalem? Aut *n* quis contristabitur pro te? *o* Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?

pars deiectus est pro quibus orabat, vt quando illi petierunt Regem, 1. *Reg.* 8. a.

a Non est anima mea ad populum istum] vt etiam pro amicis eos exaudiam quos tamen scio tantæ esse charitatis, vt pro inimicis aliquando orarent. Hic dicit *Gregor.* Virtus veræ orationis est celsitudo charitatis: & tunc quisque, quod rectè petit adipiscitur, cum eius animus non in petitione odio inimici fuscatur. Ideò *Matth.* 5. g. Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. *Zachar. 11. b.*

b Istum] quia enim eius sunt impletæ iniquitates, meritò captiuitatis etiam est tempus impletum: Sicut è contrario dicitur, *Genes.* 15. d. Nondum impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum. Ideò pater, quòd pœnitentia populi præmissa, non vera sed ficta fuit & ideò exaudiri non meruit. Vndè *Matth.* 7. c. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in Regnum cœlorum. Simile, *Ezech.* 14. e. Si bestias pessimas præmisero super terram vt vastent eam, & fuerint in ea tres viri isti: Noe, Daniel, & Iob, viuo ego, dicit Dominus, non liberabunt filios, neque filias, sed ipsi soli liberabuntur. Ideò autem tres illos tantùm ponit ibi, propter exemplum rei de qua agitur, quia nec Noe oratione sua Diluuium differre potuit; nec Daniel imminentem populi sui captiuitatem vllis fletibus mitigauit, immò & de captiuis fuit; nec Iob domum suam, & filios, & res suas à consumptione liberauit. Vel ideò tres illos nominat, vt habeant spem Iudæi de liberatione si pœnituerint, quia & Noe post Diluuium consolationem in prole sua suscepit, quæ conseruata est. Et Daniel lætitiam in populi liberatione, quam oratione sua impetrauit. *Dan.* 9. Et Iob, in Regni sui, & diuitiarum restitutione: *Iob. vlt.* Si ergo tam sancti populum peccatorem orationibus, & lachrymis liberare non potuerunt, non credat quis in peccatis existens, quantiscunque meritis parentum carnalium, vel spiritualium posse saluari, quia anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius enim non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij, vt dicitur *Ezech.* 18. e.

c Eiice illos à facie mea,] id est, prædic eiiciendos, vel ostende abiectos, scilicet, non loco, quia Deus vbique est, sed voluntate, & misericordiæ impensione *Genes.* 4. b. Ecce hodie eiicies me à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra. Vndè *Psalm.* 50. Ne proiicias me à facie tua, quæ est tanquam Sol cum lucet in virtute sua, vt dicitur *Apocal* 1. d. Et ideò in tenebris erit qui ab eo eiicietur, quæ eiectio propriè fiet in Iudicio. Vndè *Isa.* 26. b. Tollatur impius ne videat gloriam Dei.

d Et egrediantur] in tenebras exteriores.

e Quod si dixerint ad te, &c. Qui ad mortem, ad mortem, & qui ad gladium, ad gladium, &c.] Priùs ponit commune, scilicet, mortem, postea per species diuidit, quasi quidam morientur, in agro, gladio; quidam in ciuitate, fame; quidam autem ibunt in captiuitatem.

g Et visitabo super eos quatuor species,] id est, contra eos, vt licet super dicat oppressionem, quia non poterunt se defendere.

h Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, &c] Hic non ponit nisi duas species, scilicet, gladium, & bestiarum vorationem, aliæ duæ sunt fames, & captiuitas, quas prædixit. Sub qua etiam fame prius comprehendit pestilentiam, quia vt frequentius famem sequitur pestilentia. Vndè *Ezech.* 14. g. dicit se Dominus immittere quatuor Iudicia pessima super populum, & tamen ibi quinque enumerat, scilicet, famem, gladium, bestias, captiuitatem, pestilentiam. Sed famem, & pestilentiam pro eadem sumit. Bestias autem vocat canes, & volatilia, vt hic dicitur, quibus tradita sunt corpora Iudæorum deuoranda. Vt enim hic dicit *Ieronym.* offenso creatore contra suos offensores insurgit omnis creatura. Vndè *Sap.* 5. d. Pugnabit cum illo Orbis terrarum contra insensatos.

i Et dabo eos in feruorem vniuersis Regnis,] id est, in rancorem feruentem in odium. Et hoc dicit ne promittant sibi prosperitatem in terra captiuitatis suæ

k Propter Manassem, &c.] quem imitati sunt in culpa: ipse enim ciuitatem Ierusalem repleuit cruore occisorum multorum, vt dicitur 4. *Reg.* 21. & 2. *Paralip.* 33. e. Et Isaiam etiam serra lignea serrauit, & filium suum ad honorem idolorum per ignem Tophet traiecit. Sed postea de his omnibus pœnituit in captiuitate. Ipsi ergo imitati sunt eum in culpa, sed non in pœna. Vndè.

l Super omnibus quæ fecit in Ierusalem,] id est, propter omnia mala in quibus eum imitati sunt. Et habetur exemplum hic quomodo subditis immittat Dominus incommoda propter Prælatorum peccata, sicut sæpè in libro Regum reperitur, Dominus populum suum deleuisse propter peccata Regum præcedentium.

Mysticè. *f* Qui ad mortem, &c.] Per mortem significatur luxuria. Reddit enim hominem fœtidum, & abominabilem, vt mors. *Eccles.* 9. b. Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur. Vndè de muliere adultera dicitur *Eccles.* 23. d. Derelinquent in maledictum memoriam eius, & dedecus illius non delebitur. Per gladium, superbia, quæ est gladius bis acutus, id est, ex vtraque parte scindens, quæ primò scindit se, & post alios, *infrà* 47. d. Vsquequo conciderìs ô mucro Domini, vsquequo non quiesces? Per famem, auaritia. *Eccles.* 5. d. Auarus non implebitur pecunia. Per captiuitatem, tristitia, vel acedia, quæ captiuat, & comprimit cor hominis. *Psal.* 118. Dormitauit anima mea præ tædio. Per occisionem, ira: quia qui odit fratrem suum, homicida est. Per canes, inuidia ex qua procedit detractio. Per volatilia, inanis gloria. De his *Galat.* 6. a. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. Per bestias terræ, gula. *Mysticè.* *1. Ioan. 3. c.*

m Quis enim miserebitur tui Ierusalem] scilicet, ex quo tui non misereor, quis potest tui misereri? Non ergo confidas in regionibus alienis, non enim tam misericors potest esse creatura sicut creator. Deo ergo nobis offenso nullus contra eum potest nos iuuare; sicut illi nemo potest iam misereri, vel eum defendere quem Rex suspendio adiudicauit, sic maximè apud illum, scilicet, Deum qui est summè misericors, ita etiam, quod promptior sit suis misereri, quam eis irasci, nullus iuuare potest suis orationibus eos quibus irascitur, dum perseuerant in peccatis. *Iob.* 9. b. Deus cuius iræ nemo resistere potest. *Eccles.* 7. b. Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit. *Ad literam.*

n Aut quis contristabitur pro te] compatiendo? quia nullus.

o Aut quis ibit, &c.] quasi dicat, omnes derelinquent te, quod maximè factum est per destructionem Romanorum, quando pro peccato, quod commiserunt Dominum suum crucifigendo, dicitur eis, *Matth.* 23. d. Relinquetur vobis domus vestra deserta. Angeli enim qui eam custodiebant, reliquerunt eam. Vndè dixerunt: Recedamus ab his sedibus. Quando enim tantùm peccabant in proximum, orari poterat pro eis, sed quando in Deum, quis misereri posset? 1. *Reg.* 2. e. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus? si autem in Deum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Iam enim non contristamur super Iudæo, sed gaudemus, & propter Christi passi compassionem, & quia eorum perditio salus nostra facta est, vt dicitur *Rom.* 11. b. Ideò *Thren.* 2. d. dicitur: Cui comparabo te, & cui adæquabo te virgo filia Sion? &c. Vel in malo expone.

m Quis enim miserebitur tui?] quasi, de hoc dolent pauci, vel nulli, quòd terra sancta Christi sanguine dedicata à Gentibus conculcatur, cum Eli licet malus esset, auditâ captione Arcæ expirauit præ dolore, 1. *Reg.* 4. d. Priùs autem audita morte filiorum non mouit se, sed tunc post quando audiuit captam Arcam. Capta autem Ierusalem captum est Templum Domini, quod in infinitum maius est, quam Arca. Sed Mathathias de hoc dolebat, 1. *Machab.* 2. a. Vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, &c.

o Aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?] Aliquando

pro

Tu *a* reliquisti me dicit Dominus, *b* retrorsum abiisti. Et *c* extendam manum meá super te, & interficiam te. *d* Laboraui † rogans. Et *e* dispergam eos ventilabro in *f* portis terræ. *g* Interfeci, & † disperdidi populum meum, & tamen à viis sues non sunt reuersi. *h* Multiplicatæ sũt mihi viduæ eius super *i* arenam maris. *k* Induxi eis super *l* matrem adolescentis vastatorem *m* meridie, *n* misi super *o* ciuitates *p* repentè terrorem. *q* Infirmata est quæ *r* peperit septem, *s* defecit anima eius. Occidit *t* ei Sol cum adhuc esset dies, *u* confusa est, & erubuit. Et *x* residuos eius in *y* gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus. væ mihi *z* mater mea, quare ge-

Sup.6.e.
Al. † rogatus.
Al. † perdidi.

pro pace illius terræ petenda, solebat fieri processio quolibet mense, maximè in primitiua Ecclesia, *Psal.*121. Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem. Item *Psalm.*136. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero, &c. *a* Tu reliquisti me] auertendo te ab incommutabili bono, quod est causa tantæ calamitatis prædictæ.

b Retrorsum abiisti] conuertendo te ad bonum commutabile, id est, ad idola quæ olim abieceras. 2. *Petr.*2. d. Si refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Tales enim sunt canis reuersus ad vomitum. Sicut Iudæi carnes derelictas in Ægypto desiderauerunt in deserto, & perierunt, *Num.* 11. b. Sed dicitur *Philip.*3. c. Posteriorum oblitus, &c. Vndè *Luc.*9. g Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est Regno Dei. Vel, [Retrorsum,] id est, ad ea quæ debent esse retrò, scilicet, temporalia, *sup.*2. f. Verterunt ad me tergum, & non faciem.

c Et extendam manum meam super te, &c.] Extensio manus, significat iram Dei consummatam ad disperdendum, *Ezech.*20. f. In brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos, *Isa.*9. c. In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.

d Laboraui rogans] quasi sæpissimè ad salutem prouocaui eos, in qua frequentatione alius fessus esset. *Psal.*68. Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ. Vel ad *literam*, multum laborat in discurrendo, & prædicando Iudæis. Alia *litera* habet, [Laboraui rogatus:] Sicut vir qui ad multas, & instantes preces multorum dimisit peccatum suæ vxori adulteranti, ad vltimum potest dicere. Laboraui rogatus. Vndè *Luc.*11. b. Ille si perseuerauerit pulsans, dico vobis, etsi non dabit illi surgens, eo quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Vel, [Laboraui] per Prophetas exhortantes sæpè eos ad dimittendum peccata.

e Et dispergam eos ventilabro,] id est, per exercitum Chaldæorum, qui erit ventilabrum in manu Domini, quia per eum Dominus eos disperdet, sicut & Assur dicitur virga furoris in manu Domini *Isa.*10.b.

f In portis terræ.] id est, in Chaldæa, quæ est quasi extrema pars terræ, quia in finibus eius est, quasi porta est extrema pars ædificij, vt sic saltem necessitate pœnæ coacti, dimitterent malè agere.

g Interfecit, &c. & tamen à viis suis non sunt reuersi] quasi multa mala intuli eis, vt pœniterent, & tamen non pœnituerunt. Vel lege præteritum pro futuro, *supr.*5. a. Percussisti eos, & non doluerunt. Cor enim talium induratum est quasi lapis, vt *Iob.*41. c. quod de diabolo dicitur. Vndè cor diaboli habent, qui per flagella non corriguntur.

Mysticè. Mysticè. Ventilabrum est sententia iudicij. Vndè *Luc.* 3. d. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & Congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Per portas dies Iudicij, in qua aperietur porta Paradisi bonis, & porta Inferni malis. *Prou. vlt.* c. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum Senatoribus terræ. Vel quia per portam in domum intratur, & exitur, per portas natiuitas, & mors significantur, in quibus ventilatur homo, quia in eorum recordatione separatur à paleis vanitatis, & leuitatis, retinens sola grana virtutum. *Genes.*49. c. Isachar asinus fortis, habitans inter terminos.

h Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius] interfectis, scilicet, viris suis. Et ita verum est quod dixi. [Interfeci, &c.

i Super arenam maris] quæ innumerabilis, & sterilis est, sic ipsæ remanserunt steriles a conceptu, quia non erant viri. Vndè.

k Induxi eis,] id est, ad eorum damnum. *l* Super matrem adolescentis vastatorem:] Quasi interfeci filios matrum. Et hoc non in nocte, quasi per insidias. Sed. *m* Meridie] quasi apertá luce, vt sic appareat maior violentia vastantium. Quod enim aliquando solet homo insidiose agere, hoc facit ex timore.

n Misi terrorem] hostium. *o* Super ciuitates] Iudææ. *Isa.*1. b. Ciuitates vestræ succensæ sunt igni, &c.

p Repente,] id est, subito, vt non sit spes de effugio.

q Infirmata est,] id est, liberis orbata.

r Quæ peperit septem,] id est, multos. Vel, [Infirmata est,] id est, timuit quæ ante non timebat quando habebat [septem,] id est, multos filios, qui iuuare eam poterant. Verbum enim Hebræum, Saba, vbi habemus septem filios, vt dicit *Ieron.* potest sonare, & iuramentum, & septem, & plurimos.

s Defecit anima eius,] id est, omne gaudium, omnis consolatio, omnis audacia fortitudinis, 1. *Reg.*2. a. Quæ multos habebat filios infirmata est.

t Occidit ei Sol cum adhuc esset dies] secundùm eius æstimationem, & hoc præ dolore, & nimia lachrymarum effusione, quasi, quod debuit esse consolatio, quæ intelligitur per Solem, versum est in causam doloris, scilicet, multiplicatio prolis.

u Confusa est, & erubuit] videns se solam, & vacuam, quæ ante erat plena liberis. *x* Et residuos eius] si aliqui erunt.

y In gladium dabo, &c.] vt nullus possit euadere iram Dei, & mortem.

Mysticè. Mysticè. *h* Multiplicatæ sunt, &c.] Per viduas significantur animæ à vero sponso diuisæ per peccatum. Vndè *Isa* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum. *Sap.*1.a. Peruersæ cogitationes separant a Deo. Vel viduæ sunt Ecclesiæ suis Pastoribus viduatæ, quæ hodie multiplicatæ sunt, quia Prælati dant eis libellum repudij, quando vocantur ad maiora beneficia; vel cum beneficia recipientes, nunquam ibi resident, quod peius est, *Prou.*7. c. Non est vir in domo sua, abiit via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ Lunæ reuersus est in domum suam, id est, in Autumno qui est plenitudo fructuum.

l Super matrem adolescentis vastatorem.] Sæpè mens tanquam mater, bona proposita concipit, sed sæpè si pariat, opus non confirmat per stabilitatem perseuerantiæ. diabolus enim qui est vastator horum puerorum, interimit.

m Meridie,] id est, per tentationem apertam, vel per tentationem prosperitatis, vel vanæ gloriæ, quæ est sagitta volans in die, vel per peccatum Prælati apertum, quod est Dæmonium meridianum. De his *Psalm.*108. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua.

q Infirmata est quæ peperit, &c.] Hoc factum est quando populus Iudæorum est obcæcatus, Sole iustitiæ ei occidente, vt plenitudo Gentium intraret. Vndè illo populo facto sterili, gentium populus factus est fœcundus. Vndè *Isa* 54. a. Lauda sterilis, &c.] De hac obcæcatione Iudæorum, *Iob.*5. c. Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie, quia in ipsa præsentia veritatis, & luce obcæcati sunt. Vndè *Ioan.*15. c. Quia si non venissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent. Vndè ipsi dicunt, *Isa.*59. b. Palpauimus, sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus, impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Ipsi enim aperta Christi miracula videbant, & adhuc tamen eum quasi palpantes inquirebant cùm dicebant: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus dic nobis palam, vt dicitur *Ioan.* 10. c. Vndè *Isa.*21. c. Custos quid de nocte, custos quid de nocte? Et dixit custos. Venit manè, & nox, quia Christo veniente facta est nox Iudæis, & lux Gentibus. Vel.

t Occidit ei Sol, &c.] omnis Prosperitatis spiritualis, & consolationis Ecclesiæ, quod fit quando.

q Infirmata est quæ peperit septem,] id est, quando prædicator qui alios debet generare, infirmatur peccato mortali. *Amos* 8. c. Occidet Sol in Meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Vndè *Psal.*57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. Vel.

q Infirmata est quæ peperit septem] quia dicitur *Isa.*9. a. Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam.

z Væ mihi mater mea, &c.] Ad exprimendum dolorem suum maximum quem habebat Propheta de popu-
Δ li sui

De Christo. *z* Væ mihi, &c.] De Christo planior est expositi, vt ly [væ]
⊖ non sonet in

a In sui calamitate, scilicet, peccati, vel pœnæ superuenturæ, conqueritur ad modum pueri conquerentis contra matrem, quia se non potest vindicare. Et loquitur ad literam, matri suæ.

nuisti me virum rixæ, a virum discordiæ in b vniuersa terra? Non c fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam. Omnes d maledicunt mihi, dicit Dominus. Si e non reliquiæ tuæ in bonum, si f non g occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis, & angustiæ aduersùs inimicũ. Nunquid h fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs?

a Virum discordiæ:] omnes enim eum deridebant quando prædicabat eis, magis quam ei obedirent.

b In vniuersa terra] synagogæ, id est, in Iudæa, vbi iudicor a Iudæis.

c Non fœneraui;] quasi, nullos contractus cum eis inij, nec aliqua negotia cum eis tractaui, vnde nescio quare me persequuntur. Aliquãdo enim viuræ sunt causa litis, vel odij. Alia litera habet; [Non profui, nec profuit, &c.] Alia litera. Non debui, nec debuit mihi quisquam] quasi, mandata mea, dicit Dominus, eis tribui, sed ipsi ea non receperunt per obedientiam, & ideò eis non profecerunt, & per hoc nec mihi. Quodammodo enim Dominus lucrum, & profectum suum reputat, cum ad eum conuertimur, vt medicus in ægrotantis curatione fructum laboris sui conspiciens. Vel, [Non debui, &c.] Nemo enim mihi dedit se, id est, cor suum, vel aliquid pauperibus propter me, quibus benefacere reputo mihi fieri, vt sic in aliquo me sibi constitueret debitorem. Sic enim mihi fœneraretur quod pro minimo suo dato infinitum bonum ei daretur. Vndè Prou. 19. c. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis. Item nulli fœneraui. Nullus enim tantum voluit accipere quantum paratus fui ei dare. Omnia enim bona sua promittit Deus conuertentibus se ad eum. Vel.

c Non fœneraui] fœnerator non potest fœnerare nisi aliquis accipiat aliquid ad fœnus. Sic nullus voluit accipere talentum verbi Dei vt cum eo fœnus bonorum Domino redderet, vt sic à Deo fœnus vitæ æternæ omni bono præponderans acciperet, & sic Dominus fœneraret. Vndè Dominus arguit seruum pigrum qui pecuniam Domini sui abscondit, nec eam multiplicauit, vt fœnus Dominus reportaret. Vndè dicit ei Dominus Matth. 25. c Oportuit te committere pecuniam meam nummulariis, & ego veniens recepissem quod meum est cum vsuris. Quod ergo Iudæi non fecerunt Ieremiæ, Dominus sibi non factum reputat. Vndè Luc. 10. c. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit.

De Christo. Θ non sonet in maledictionem culpæ, sed pœnæ, qua plenus fuit Christus inquantum homo. Vndè Isa. 4. a. Apprehendent septem mulieres virum vnum, id est, pœnarum vniuersitas, Christum. Iste fuit vir rixæ, & discordiæ in vniuersa terra, quia vsque hodie quidam ei adhærent, licèt pauci, & quidam, id est, multi contradicunt ei. Vndè Luc. 2. c. Positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Ioan. 7. f. Dissensio facta est in turba propter eum, quia quidam dicebant, quia bonus est, alij autem quòd non, sed seducit turbas. Vndè.

d Omnes maledicunt mihi:] vt Iudæi blasphemando, hæretici non credendo, peccatores mandatis non obediendo, vel peruerse viuendo. Simile viæ, scilicet pœnæ, & doloris dicit Dominus. Mich. 7. a. Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, [Mater mea,] i. Synagoga, de qua secundùm carnem natus sum, Vel ò sapientia æterna, siue Pater, Mich. 7, a. habet litera alia. Væ mihi anima mea, quia periit reuertens de terra, vbi nos habemus. Periit sanctus de terra. Et loquitur ibi secundùm humanitatem, Vel, [In vniuersa terra] quia quicumque persequitur Christianos, Christum persequitur & maledicit. Vndè Act. 6. a. Saule Saule, quid me persequeris? Eum etiam persequuntur, qui signa contraria vitæ Christianæ gerunt. Qui dicunt, Isaiæ 53. b. Reputauimus eum virum leprosum, scilicet, qui vitam eius abominantur.

e Si non reliquiæ tuæ in bonum, &c.] Hic respondet Dominus Ieremiæ, promittens ei auxilium suum in tempore tribulationis, quasi noli conqueri contra me de hoc quod illi ad quos te misi ita tibi discordant, & maledicunt, quia in hoc ipso tempore quo te persequebantur, dedi tibi auxilium, scilicet, patientiæ, & spem præmij æterni. Quia: [si non reliquiæ tuæ in bonum, &c.] quasi tribulatio tua quidem in principio est amara, sed in fine quæ per reliquias intelligitur, erit dulcis, cum videbis me tibi occurrere ad auxilium.

f Si non] quasi, si hoc non fecero, non credas mihi amplius.

g Occurri] tanquam consolator, & protector ne in tribulatione deficeres. Ecce quod Dominus qui suos in tribulatione videtur deserere, duo promittit eis, scilicet, occurrere in ipso tribulationis tempore & extrema eorum fore in bonum, licet principium videatur amarum. De 1. Isa. 54. b. Ad punctum in modico dereliquite, & in miserationibus magnis congregabo te. Ps. 90. Cum ipso sũ in tribulatione, &c. De secundo, Hebr. 12. d. Omnis disciplina in præsenti videtur non esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet Iustitiæ. Ioan. 16, d. Tristitia vestra vertetur in gaudium. Psalm. trigesimo sexto, Reliquiæ homini pacifico, id est patienti, 2. Cor. 1. 2. Deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Editio vulgata sic habet: [Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt mihi, fiat Domine dirigentibus illis, si non astiti tibi in tempore afflictionis eorum, & in tempore tribulationis eorum in bona contra inimicum.] Hic dicit Filius, vel propheta, quia eius fortitudo defecit illis, quia non intellexerunt, quod ibi in infirmitate abscondita fuit fortitudo eius: Nam virtus in infirmitate perficitur. Vel 3. Cor. 12. c. dicitur virtus eius deficere, vel minus in peccatoribus, sicut crescere in iustis. Vnde Luc. 2. g. Proficiebat Iesus sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines. In se enim nunquam proficiebat, sed apud nos, cùm eius fides in nobis augetur, & multiplicatur. Sicut enim in iusto crescit lux iustitiæ vsque ad perfectum diem, vel profectum in bono, vt Prouerb. 4. e. ita & in malis semper magis deficit, & sic deficiunt à fortitudine Dei, quæ maxime apparet in iustificatione, quia magis est de impio gaudendum, &c. [Fiat Domine, &c.) quasi maledicta quæ loquuntur inimici eueniant mihi, & illi dirigantur in bonum, siue in tempore tribulationis, quando vastabat eos inimicus, steti, in conspectu tuo rogans te pro illis. Dixi enim Luc. 23. e. Pater ignosce illis, &c. 1. Ioan. 2. a. Verè enim in tempore afflictionis nostræ pro nobis stetit in conspectu Patris, factus nobis propitiatio, quia cùm adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, vt dicitur Rom. 5. b. In peccatis enim nostris nos affligebat Diabolus. Sic & Ieremias sæpe pro populo suo orauit.

h Nunquid fœderabitur, &c.] Hic ostendit Iudæos nullo modo posse confœderari, vel reconciliari Chaldæis, sicut ferrum ferro non potest conglutinari, vel eos non posse confœderari Ieremiæ, audiendo eius monita, quasi dicat, non doleas ò Propheta, vel mireris si populus tuus tibi inimicetur. Te enim eis dura nunciante, & aspera, ipsi non possunt te amare qui duri sunt, & congelati in peccati frigiditate, vt nec minis, nec promissionibus, vel infirmitatum necessitatibus emolliri possint, sicut nec ferrum, vel æs. Cor enim eorum est cor Diaboli: De quo Iob. 41. c. Cor eius indurabitur tanquam lapis. Vnde dicuntur esse ferrum, & æs ab Aquilone, quia in peccati frigiditate indurati sunt. Dicitur enim Aquilo, quasi ligans aquas. Vnde supra 1. e. Ab Aquilone pandetur omne malum. Vnde dicit Diabolus, Isa. 14. d. Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Et sic non potest ferrum frigidum ferro frigido conglutinari, multo minus ergo æs, cum sit alterius naturæ. Quasi ergo dicat, si Iudæi existentes in frigiditate peccati intra se non concordant, qui tamen sint similes, sicut ferrum ferro, multo minus ipsi tibi concordabunt, qui es eis dissimilis, scilicet, in vita. Tu es enim æs per prædicationis sonoritatem, ipsi autem sunt ferrum per duritiam. 1. Ioan. 3. c. Nolite mirari si odit vos mundus, quia si de mundo fuissetis, id est, mundo similes, mundus quod suum erat diligeret; sed quia de mundo non estis, propterea odit vos mundus, Ioan. 15. c. Quia volatilia ad sibi similia congregantur, vt dicitur Eccles. vigesimo septimo b. Ipsi enim sunt ab Aquilone, tu ab Austro, quia Dominus ab Austro veniet, sed Diabolus ab Aquilone, & ideo non possunt coniungi. Vnde Abac. 3. a. Matth. 6. Non potestis seruire Deo, & Mammone: Deus enim colligit, Diabolus autem dispergit quicquid ille colligit. Matth. 12. c. Qui non colligit mecum, dispergit. Quomodo autem Iudæi sint ferrum, dicitur sup. 6. g. Omnes isti principes declinantium ambulantes fraudulenter, æs & ferrum vniuersi corrupti sunt. Vel.

h Nunquid fœderabitur ferro ferrum ab Aquilone, id est, per frigiditatem? quasi, non, sed potius per ignem, vel

vel calorem, scilicet, charitatis, quæ facit subditos obedientes præceptis Prælatorum, & sic fœderatur ferrum ferro. Quia ergo possent desolari prædicatores quòd nihil prodesse poterint, cum non possit ferrum ferro fœderari, ideò dicitur eis *Ezech.* 3. b. Vt adamantem, & silicem posui faciem tuam, dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum. Vel per ferrum frigidissimum, & indomabile, Babylonij significantur, qui ad literam ab Aquilone venêrunt, qui sunt eis indomabiles, & omnia domantes. & Iudæis duris, & frigidis non poterunt amicitia copulari, vt parcant eis.

a Diuitias tuas, & thesauros tuos in *b* direptionem dabo gratis, in *c* omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis. Et *d* adducam inimicos tuos de terra quam nescis, *e* quia ignis *f* succensus est in furore meo, & super vos ardebit. *g* Tu scis *h* Domine, recordare mei, & *i* visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me. *k* Noli in patientia tua suscipere me. *l* Scito quoniam sustinui propter te opprobrium. Inuenti sunt sermones tui, & *n* comedi eos. Et *o* factum est mihi verbum tuum in *p* gaudium, *q* & in lætitiã cordis mei, quoniam *r* inuocatum est nomẽ tuũ super me, Domine Deus exercituum. Non *ſ* sedi in concilio *t* ludentium, & *u* gloriatus sum à facie *x* manus tuæ. Solus *y* sedebã quoniam amaritudine replesti me.

a Diuitias tuas.] Redit ad comminationem, & loquitur ad populum. vnde dicitur hostibus. *Nahum.* 2. c. Diripite argentum, diripite aurum.

Deut. 32. c. *b* In direptionem dabo gratis] quantùm ad Chaldæos, qui non meruerunt accipere, sed meritò quantùm ad Iudæos, qui meruerunt amittere.

c In omnibus peccatis,] id est, pro omnibus peccatis quæ exercuisti in cunctis terminis terræ tuæ. Ex quo patet quod non sunt veræ diuitiæ quæ cum peccato habentur. Vndè *Eccles.* 5. c. Est alia infirmitas pessima quam vidi sub Sole, diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui, pereunt enim in afflictione pessima. *Iob.* 21. a. Quare impij viuunt, sublimati confortatique diuitiis? Sed illæ sunt veræ diuitiæ, de quibus dicitur *Isa.* 33. a. Diuitiæ salutis sapientia, & scientia, timor Domini ipse est thesaurus eius [In direptionem inimicis, dicit *Gloss.* Sic multi congregant, quæ nunquam comedunt, vel non diu possidebunt. Vndè *Eccles.* 14. a Qui coaceruat ex animo suo iniustè, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. Vel per thesauros intelligentia sacræ Scripturæ intelligitur, quæ ablata fuit à Iudæis propter peccata eorum, & data gentibus. Vndè *Matth.* 21. d. Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. *Isa.* 3. a. Auferet Dominus à Ierusalem, & à Iuda validum, & fortem, & omne robur panis, & omne robur aquæ, & fortem, & virum bellatorem, & iudicem, & Prophetam, & Ariolum, & senem Principem, &c.

d Et adducam inimicos tuos, &c.] Chaldæos ad vastandum te.

e Quia ignis:] id est, omnimoda tribulatio.

f. Succensus est in furore meo, &c.] à vobis qui me prouocastis. Sicut dicitur. Tu paras tibi laqueum per quem suspenderis. Vel: [Ignis succensus:] Inferni. *Isa.* 50. Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis vobis. *Deut.* 32. c. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad Inferni nouissima.

g Tu scis.] Hic ostendit Propheta se dignum exaudiri, vt liberetur à tribulatione, quam patitur, quia sermones Domini deuotè suscepit, & in tribulatione pro Domino gauisus fuit [Tu scis,] scilicet, quare peto, vel iustam me habere causam precandi, vel impetrandi.

h Domine recordare mei] scilicet, hoc faciendo quod sequitur.

i Et visita me, &c.] Vndè *Iob.* 10. c. Visitatio tua custodiuit spiritum meum.

k Noli in patientia tua suscipere me;] ita, scilicet, quòd non vindices me de aduersariis. *supr.* 11. d. Videam vltionem tuam ex eis, Vel [Noli in patientia tua suscipere me,] id est, de meipso secundùm quod merui noli habere patientiam, quasi, noli ante pœnitentiam meam peractam terminare vitam meam. Desiderant enim Sancti pœnam temporalem, quia per hanc sciunt se euadere æternam. Vndè *supr.* 10. d. Corripe me Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore tuo. *Aug.* Hic vre, hic seca. Sic & petiit filia Iepte à patre suo. *Iudic.* 11. g. Dimitte me, vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam, scilicet, antequam finias vitam meam. *Iob.* 10 d. Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, &c. *Abac.* 3. d. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat. Vel potest hoc dicere Filius ad Patrem. Non enim Pater sustinuit in patientia mortem filij, propter quam Iudæi per Romanos subuersi sunt, & adhuc in miseria, & despectu vbique sunt. Dicit etiam Ieremias, vel filius.

l Scito quoniam sustinui propter te opprobrium,] scilicet, a contemnentibus sermones meos, & in Cruce super me capita sua mouentibus, & me ignominiosè conspuentibus, & vilissimè crucifigentibus. *Psalm.* 68. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. *Ieron.* Fœlix conscientia quæ propter Deum patitur opprobria. Ideò dicitur *Act* 5. g. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, &c. Vndè *Phil.* 1. d. Donatum est vobis pro Christo, non tantùm vt in eum credatis, sed etiam vt pro eo patiamini.

m Inuenti sunt sermones tui,] scilicet, esse veri, id est vera sunt verba quæ ex ore meo loquebaris, propter quorum veritatem, & bonitatem.

n Comedi eos,] id est, in cibum, & dulcedinem mihi sunt, vt mihi sint in gaudium, qui malis sunt in opprobrium. Et ideò debes me liberare, quia non sum talis, vt mali Iudæi. *Apoc.* 10. d. Accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo, tanquam mel dulce. *Gregorius* · Librum deuoramus, cùm verba vitæ cum dulcedine, & auiditate sumimus. *Ezech.* 3. a. Venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto quod ego do tibi. Et comedi illud, & factum est in ore meo, sicut mel dulce. *Psalm.* 118. Quàm dulcia faucibus meis, &c. *13. q. 3. c. quando ergo.*

o Et factum est mihi verbum tuum pro quo contumelias sustinui.

p In gaudium] quia in tribulatione consolatur.

q Et in lætitiam cordis mei] quia pro tribulatione momentaneâ promittit bona æterna. *Zach.* 1. c. Dixit Dominus Angelo qui loquebatur in me verba bona, verbaq; consolatoria, scilicet, positis in tribulatione captiuitatis. Ideò dicitur *Ioann.* 6. g. Verba quæ ego loquor spiritus, & vita sunt. Quare autem sint in consolationem, subdit.

r Quoniam inuocatum est nomen tuum super me, &c.] quasi, quia propter nomen tuum passus sum.

ſ Non sedi in concilio] siue secretò, dicit Ieronymus, quasi, ideò me debes exaudire, quia non fui in concilio.

t Ludentium,] id est, vana facientium. Vel, [concilio,] id est, congregationi, & machinationi eorum non acquieui. *Psal.* 25. Non sedi in concilio vanitatis, &c. Contra euntes ad choreas. Vndè de Nazaræis dicitur *Thren.* 4. b. Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. *Tob.* 3. c. Nunquam cum ludentibus miscui me, neque cum his qui in leuitate ambulant participem me præbui.

u Et ideò [gloriatus sum à facie,] id est, à præsentia.

x Manus tuæ] extensæ ad percutiendum me, scilicet, pœna temporali, sic patienter, & gaudenter in tribulatione expectando tuam liberationis meæ † sententiam. *Al.* † misericordiam.

y Solus sedebam, quoniam amaritudine replesti me,] quasi, dum considero amaritudinem tribulationis, quam nunc patior à præsentia manus tuæ extensæ super me, tamen adhuc solus sedeo, id est, à tumultu vanorum operum, & affectuum, tremens abstineo, quia magis timeo futura supplicia æterna quæ incurrerem si non ab his abstinerem: & ideò præsentia tormenta patiar in mei consideratione, & discussione totus tremens, *Seneca.* Nihil tamen damnosum bonis moribus, quam in spectaculis residere. Recede inde quantum potes, fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam vnum. Vnus mihi pro populo, populus pro vno, satis est vnus, satis est nullus. *Threnor.* 3. d. Sedebit solitarius, & tacebit. *Ieronymus* ad Eustochium. Nolo te videri frequenter, casus sit tibi egressus in publicum, zelotypus est Iesus, non vult ab aliis videri faciem tuam, stultæ virgines foris vagentur, tu intus esto cum sponso tuo. Hic instruuntur quidam, qui quando in tribulatione sunt, volunt recipere consolationes colloquiorum, Immò dicit *Ieremias*: [Solus sedebam, quoniam amaritudine replesti me.] Talibus enim dat Dominus consolationem. Intus enim inuenitur Iesus, non extra. *Psal.* 10. quia Dominus in templo sancto suo. *Psalm.* 84. Loquetur enim pacem in plebem suam,

suam,& in eos qui conuertuntur ad cor. *Osea* 2. c. Adducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. *Psal.*101. Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tales sunt Reges, & Consules terræ, qui ædificant sibi solitudines, vt dicitur. *Iob*.3. c. Vndè 1. *Reg*. 20. c. habetur quòd Ionathas exiuit cum Dauid in agrum, & ibi fœdus inierũt. Pax enim inuenitur in solitudine. Sic solus sedebat in amaritudine Elias, cum dicebat 2.*Reg*.19. b. Dereliquerunt pactum Domini filij Israël. Altaria tua destruxerunt, Prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam. Vel [Solus sedebam, &c.] Qui enim de hoc mũdo sunt, in delitiis sunt, sed qui mundum dereliquerunt, in amaritudine, & tribulatione sunt. Vndè *Ioan*.18. g. Regnum meum non est de hoc mundo; si enim de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent, vt non traderer Iudæis. Sed nonne Christus à facie manus Domini non sedebat solus, quando abscondit se, & exiuit de Templo, cum volebant eum Iudæi lapidare, vt dicitur *Ioan*.8.g. Præterea docet Christus cedere tribulationibus, siue eas fugere. *Matth*.10. c. Si vos persecuti fuerint, &c. Solutio. Duplex est cessio quâ ceditur tribulationibus, scilicet, corporalis, & spiritualis. Corporaliter aliquando est cedendum eis, scilicet, propter aliquam vtilitatem. Sic cessit Dominus, *Ioan*.8. Et sic docuit *Matt*. 10. Et sic intelligitur illud, *Eccles*.4. d. Noli resistere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluminis. Sed nunquam spiritualiter cedendum est, vt scilicet, propter eas vitandas dimittatur Deus, qui est locus noster. Vndè *Eccles*.10. a. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.

a Quare factus est dolor meus perpetuus, & *b* plaga mea desperabilis *c* renuit curari? *d* Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. *e* Propter hoc hæc dicit Dominus: Si *f* conuerteris *g* conuertam te, & *h* ante faciem meam stabis, & si *i* separaueris pretiosum à vili, *k* quasi os meum eris. *l* Conuertentur ipsi ad te, & tu non conuerteris ad eos. Et *m* dabo te populo huic in murum æreum fortem, & *n* bellabunt aduersum te, & non præualebunt, quia *o* ego tecum sum, vt saluem te, & eruam te, dicit Dominus: Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

a Quare factus est dolor meus perpetuus] quasi, nullam consolationem temporalem in tribulatione mea quæsiui, sed tantum futuram tuam expectaui [Tribulatio enim quæ habet remedia præsentium consolationum, non est perpetua, cum habeat interualla] vt sic saturarer in præsenti cum Domino opprobriis, vt in futuro cum eo satiarer æternis gaudiis, quando cumulus myrrhæ vertetur in cumulum gloriæ, & tristitia in gaudium.

b Et plaga mea desperabilis:] quia fortiores me erant qui me persequebantur, & confortati sunt super me.

c Renuit curari:] id est, in præsenti consolationem recipere. Vndè *Psal*.76. Renuit consolari anima mea, sciens quòd solum lugentibus promittitur consolatio, vt dicitur *Matth*.5.a. Sed in hoc est consolatio mea in tribulationibus meis, quod.

d Facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium.] Hæ sunt propriæ aquæ deficientes, non de fonte viuo manantes, quæ, scilicet, aliquando ebulliunt, & tempore caloris & siccitatis, quando magis essent necessariæ, tunc deficiunt, quasi sicut illæ defluunt, & deficiunt, sic omnis impetus tribulationum, & persecutionum peribit. Vndè *Isa*.54. d. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. 2. *Cor*.4. d. Id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, &c. Vel, [mendacium, &c.] est vanitas delitiarum præsentium. Sicut ergo fluunt illæ, & deficiunt in peccatoribus post hanc vitam præsentem, & succedunt æterna supplicia: sic à iustis transeunt tribulationes, & succedunt præmia æterna. Ideò dicitur *Roman*.8. d. Non sunt condignæ passiones huius temporis, &c.

e Propter hoc hæc dicit Dominus.] Hìc ostendit Dominus Ieremiæ fructum laboris sui, quia si conuerterit alios, conuertet eum Dominus, & coniunget eum sibi inseparabiliter, quòd est consolatio in tribulatione sua.

f Si conuerteris] populum à peccatis.

g Conuertam te] de tribulatione in lætitiam. *Prou*. 11. d. Anima quæ benedicit, impinguabitur, & qui inebriat, ipse inebriabitur. *Iacob*.5. d. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

h Et ante faciem meam stabis,] quasi mihi familiaris, & gratus, & quasi dapifer meus. *Ioan*.15. b. Vos autem dixi amicos, &c. Vel in futuro videbis me facie ad faciem, sicut Angeli semper vident faciem Patris, vt dicitur *Matth*.18. b. 3. *Reg*.10. b. Beati viri tui, & beati serui tui qui stant coram te semper, &c.

i Et si separaueris pretiosum à vili,] id est, per prædicationem tuam disiunxeris iustum ab idololatria, vt non commisceatur in cœtibus idololatriæ eius. Vel, [Separaueris pretiosum à vili,] id est, animam cuiusque quæ est pretiosa, quia sanguine Christi empta, & hæres paradisi, à terrenis affectionibus, vel errorem à veritate, quæ duo permiscent hæretici, secundùm illud *Isa*.3. f. Vinum tuum mixtum est aqua, argentum tuum versum est in scoriam. *Sup*.1.*b*.

k Quasi os meum eris] quia in te, vel per te loquor, & secreta mea reuelo quod magnum est. *Amos* 3.b. Non faciet Dominus verbum quod non reuelet ad seruos suos Prophetas. *Genes*.18. b. Num potero quicquam celare Abraham? Talibus dicit Dominus *Matth*.10.c. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. *Luc*.21. c. Ego dabo vobis os, & sapientiam, &c. Et sic sumitur os oris. Vel, [Quasi os meum eris,] id est, mihi firmiter, & inseparabiliter adhærebis. Et sic sumitur os ossis. *Psal*.24. Innocentes, & recti adhæserunt mihi. Alibi *Psal*.72. Mihi adhærere Deo bonum est. Prædicatores ergo cum sint ossa Ecclesiæ, non est mirum si eis confractis frangitur Ecclesia. *Psal*.41. Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me, &c.

l Conuertentur ipsi ad te, &c.] quasi bona eorum tibi attribuentur, non tu eis. Quicquid enim boni faciunt subditi per Prælatorum admonitionem, redundat in præmium Prælatorum. Vndè 1. *Thessal*.2. d. Quæ est spes nostra, aut gladium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum in aduentu eius? Vel, [Conuertentur ipsi ad te, quasi ipsi debent te imitari, non tu eos. Debes enim esse forma eorum, non ipsi tua. Ignis in omnia habet naturam conuertentem, quia omnia quæ attingit, conuertit in naturam suam, sed aqua habet naturam conuertibilem, quæ conuertitur in illud quod attingit, vt in panem, vel terram. Sic Prælati si essent ardentes per charitatem alios accenderent. Qui autem non ardet, non accendit. Sed sunt magis aqua, quia conuertuntur in vitam laicorum, licèt laici aliquando conuertantur ad bonum per illorum prædicationem. Vndè sic Prælati fiunt in caudam, & subditi in caput, vt dicitur *Deut*.28. d. Ipsi erunt in caput, & tu in caudam.

m Et dabo te populo huic in murum æreum,] quia quantò magis persequuntur te, tanto magis verba Domini resonabis, vt non solùm habeas præmium in his qui ad te conuertuntur, sed & in malis qui te persequuntur, vt contra eos in præsenti habeas potentiam resistendi per verba, quibus non poterunt resistere omnes aduersarij tui, & in futuro præmium patientiæ: Æs durum est, & durabile, & sonorum, sic Prædicator debet esse patiens in tormentis, constans per audaciam, & perseuerantiam in bonis, & sonorus per vocem prædicationis. Et debet esse murus, vt se opponat pro domo Israel per defensionem fidei, & scutum orationis, *supr*. 1. d. Dedi te in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æneum super omnem terram. Sed habetur *Ezech. Decimo tertio*, a. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis vos murum pro domo Israel.

n Et bellabunt aduersum te, & non præualebunt,] quia aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam, vt dicitur *Cant*.*vlt*.c.

o Quia ego tecum sum, vt saluem te, &c.] *Isa*.43.a. Cum pertransieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te, cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non nocebit ibi, quia ego Dominus Deus Saluator tuus, *supr*. 1. b. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum, vt eruam te, dicit Dominus.

EXPOSITIO CAP. XVI.

A ET factum est verbum Domini, &c. Hoc e In sex partes diuiditur. Primò iniungit Dominus Prophetæ, quod vxorem non accipiat, nec filios generet in signum quod filij, & filiæ, & vxores, & viri Iudæorum, gladio & fame, & peste consumentur, & dispergentur in captiuitatẽ. Secundò, dicit mortuos eorum nõ esse sepeliendos, nec plãgendos in cuius rei signum etiam Prophetæ insigit,

CAP. XVI.

Et factum est verbum Dñi ad me dicens: *a* Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij, & filiæ in loco isto. *b* Quia hæc dicit Dominus, super filios, & filias qui generantur in loco isto, & *b* super matres eorum quæ genuerunt eos, & super patres eorum de quorum

vt non ingrediatur domum vbi fiant conuiuia funebria, nec plangat mortuum, nec consoletur viuos desolatos pro morte suorum, *ibi*: Et erit cadauer. Tertiò, causam prædictorum malorum ostendit, scil. peccata patrum suorum, & sua, scilicet, cultum idolorum, & legis diuinæ contemptum, *ibi*: Et cùm annunciaueris. Quartò, misericordiam suam eis promittit, & reductiuum se eos de captiuitate prædicit, & illam reductionem fore † solamen, & memorabilem posteris suis, *ibi*: Propterea, &c.] Quintò, iterum ad ostendendum Iudæorum captiuitatem redit ad duplicem captiuitatem, primò per Chaldæos, secundò per Romanos, secundum Iudæorum expositionem, *ibi*: Ecce ego mittam. Sextò visa, & intellecta iustitia Dei in captiuitate populi, & misericordia in eiusdem liberatione de vtroque exclamat Deum auxiliatorem esse, & refugium in omnibus profitetur, fallaciam & deceptionem idolorum detestans, *ibi*. Domine fortitudo mea. Dicit ergo.

Al. † solemnem.

a Non accipies vxorem, &c.] Quærunt Hebræi, quare hoc Dominus Præceperit Prophetæ, cùm virgo fuerit, & in vtero sanctificatus, nec vnquam propositum habuerit ducendi vxorem? Et respondent quia in Ieremia præcipitur hoc omnibus Iudæis, vt imminente captiuitate non ducerent vxores. Sufficiet enim quilibet peccata sua lugere, & magis erit vacandum fletui, quam nuptui. Et maximè præcepit ei hoc signum prædictum, sc. quod omnes dispergentur, vel morientur per captiuitatem, scil. viri filij, & filiæ. Hoc etiam modo cuilibet consulitur ab Apostolo 1. *Cor*. 7. e. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem, & maximè in tempore fletus, & ieiuniorum Debent etiam vxorati ab amplexibus abstinere ad tempus, vt vacent orationi, vt sic qui habent vxores sint quasi non habentes. Nec propter hoc Ieremias incurrit legis maledictionem, in qua maledicebatur sterilis. *Deut*. 7. e. quia hoc ex præcepto Domini est, vel hoc prohibet Prophetæ, ne vxor, & filij, & filiæ essent nimia causa sollicitudinis, quæ impediret eum à negotiis spiritualibus. Vnde 1. *Cor* 7. f. Qui sine vxore est quæ Domini sunt: & cogitat quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ mundi sunt quomodo placeat vxori, & diuisus est.

b Quia hæc dicit Dominus super filios, &c.] Quare præponit matres patribus? Respondet Hebræus, propter maiorem in educanda prole afflictionem, quam habet mater magis, quàm pater.

c Mortibus ægrotationum morientur] id est, languoribus diuturnis, & prolixis, quos habebunt ex fame, peste, & aliis miseriis. *Eccl*. 10. b. Languor prolixior grauat medicum, breuem languorem præcidit Medicus. Ex hoc erat signum maximæ iræ Dei contra ipsos, quod ita longâ infirmitate consumebantur maximè ipsa impatientia consumebat eos, & quasi tabescere eos interiùs faciebat. De hac ira Dei dicitur ad Ioram filium Iosaphat, 2. *Paral*. 21. e. Quia, non ambulasti in viis patris tui, ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, tu autẽ ægrotabis pessimo languore vteri, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies. Hoc autem sæpè impletur in illis qui accipiunt vxores, non propter prolem multiplicandam ad Dei cultum, sed magis propter honores, & diuitias quærendas. Et ideo quia hæc mala sæpè concomitantur nuptias, consulit Apostolus virginitatem. Et Dominus dicit. *Luc*. 23. e. Ecce venient dies in quibus dicent, beatæ steriles, & ventres, quæ non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Quod etiam potest intelligi ad literam de captiuitate, quia magis dolent matres propter filiorum captiuitatem, quàm si eos non haberent. Ideo secundum consilium. *Eccl*. 18. c. Ante languorem humilia te, & tempore infirmitatis ostende conuersationem tuam, quasi, magis per humilitatem præpara te ante languorem, & ante mortem, quam per nuptiales honores.

stirpe sunt nati in terra hac. *c* Mortibus ægrotationum morientur. Non *d* plangentur, & non sepeliẽtur, in *e* sterquilinium super faciẽ terræ erunt, & *f* gladio & *g* fame consumentur, Et erit *h* cadauer eorũ in escã volatilibus cœli & bestiis terræ. Hæc enim dicit Dñs: *i* Ne ingrediaris domũ conuiuij, *k* neque vadas ad plangendum, neque *l* consoleris eos

d Non plangentur & nõ sepelientur] præ multitudine morientium. Et ideo.

e In sterquilinium super faciem terræ erunt.] Sic mali, quia non sepeliuntur hic in sepulchro humilitatis, vel pœnitentiæ, in sterquiliniũ sunt per fœtorem peccati, & malæ famæ. *Iob*. 20. a. Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Et ideo nec sepelientur postea in sepulchro gloriæ. De quo *Iob*. 3. b. Gaudent vehementer cum inuenerint sepulchrum. *Isa*. 11. c. Et erit sepulchrum eius gloriosum.

f Et gladio] in agris.

g Et fame consumentur] in ciuitate. Vel.

f Gladio diuinæ sententiæ in iudicio.

g Et fame] in Inferno. *Isa*. 55. b. Numerabo vos in gladio & omnes in cæde corruetis.

h Et erit cadauer eorum in escam volatilibus cœli, & bestiis terræ.] Ideo hoc ita cõculcat, quia maximè honores quærebant Iudæi in sepulchris. Simile *Isa*. 56. e Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus. Sic in Iudicio omnes Sancti gaudebunt de reuelatione ignominiæ peccatorum, & de vindicta eorum Vel per volatilia cœli intelliguntur sancti contemplatiui, per bestias terræ sancti actiui. Vnde *Isa vlt*. g. Egredientur, & videbunt cadauera eorum, qui præuaricati sunt in me, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

i Ne ingrediaris domum conuiuij] in signum captiuitatis futuræ, vbi nec plangentur nec sepelientur. In conuiuiis enim funeribus oporteret eum flere cum aliis, vel desolatos consolari.

k Neque vadas ad plangendum, &c.] quia indigni sunt & consolatione & compassione, quia nec planctum suscipiunt ad pœnitendum de malo, nec consolationem promouentem ad bonum. Vnde *Matth*. 11. b. Cecinimus vobis, & non saltastis, lamentauimus vobis, & non planxistis. Et ideo, quia digni sunt morte, propter hoc præcepit ei Dominus, vt non comedat cum eis, Vnde 1. *Cor*. 5. d. Si is qui frater nominatus inter vos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et 2. *Ioan*. 2. d. Nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. Et hoc figuratum est in hoc quod prohibuit Dominus Apostolis. *Luc*. 10. a. quod, scil. neminem salutarent in via. Quantum autem ad literam ibi ponitur antecedens pro consequenti, id est, pro confabulatione quæ aliquando intermiscetur salutationi, vel pro mora quæ impediret eos à cursu prædicationis. Vel sic: Nolite eos salutare illo more, illa consuetudine quâ solent se homines salutare in via, scilicet, ex occasione, vel non ex intentione, sed magis exoptare deberis eis salutem ex intentione.

Moraliter. *i* Ne ingrediaris domum conuiuij] id est, delicias epularum non quæras. *Eccl*. 7. a. Melius est ire ad domum luctûs, quam ad domum conuiuij. *Ibidem*. Cor stultorum vbi lætitia, cor sapientum vbi tristitia. Quæ enim pericula concomitentur huiusmodi conuiuia, habes *Mar*. 6. c. de prandio Herodis. Et *Gen* 40. d de prãdio Pharaonis, quorum vterque solennizabat in conuiuio natiuitatem suam. Et in prandio quod fecit Absalon, ad quod prandiũ veniens Amnon interfectus est, 2. *Reg*. 13. e. *Seneca*: Malo adolescentem tristem, quam hilarem, & amabilem turbæ. *Prou*. 23. c. Noli esse in conuiuio potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes conferunt ad vescendum. *Moraliter.*

l Neque consoleris eos.] Pœnitentes enim non debent accipere consolationem, scilicet, temporalem, quia de spirituali dicit Salomon. *Prou*. 31. a. Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, bibent & dolorum non recordentur ampliùs. Consolari enim tales spiritualiter, opus est misericordiæ.

a Quia abstuli pacem meam à populo isto] vt non pacificè eos dimittam, sed secundum merita eos torqueam.
b Misericordiam; habitu. *c* Et miserationes,] actu, quasi non in parte parcam, quod esset misericordia, nec in toto, quod esset miseratio. *Ier.* tamen sumit hoc pro eodem.

Et hoc ideo, quia misericordiâ meâ indigni sunt. Iudicium enim sine misericordia illi, qui non facit misericordiam *Iac.2.c.d* Et morietur grandes, &c.] quasi nulli parcam ætati. Vnde. *Sap.* 6. b. Nô verebitur magnitudinem cuiusque, &c. *e* Non sepelientur, &c.] Tantam enim oppressionē patiētur, quod nullus proximo suo côpatietur. *f* Et non, &c.] sicut erat mos quorundá Iudæorum in luctu funerum mortuorû suorum sic facere, vt *Iob* 1. d. scidit vestes, & tonso capite corruit in terram, quod bene licuit Iob, quia Gentilis erat, sed Iudæis non licebat hoc aliquo modo facere, sed quidam eorum hoc acceperant à ritu Gentium, quibus se commiscuerant. Et ideo prohibet hic Dominus Prophetæ illam consuetudinem, & maximè tûc sicut & in lege hoc prohibet omnibus Iudæis. *Deut.* 14. a. Non vos incidetis, neque facietis vobis caluitiem, &c.] Et *Leu.* 19. f. Super mortuos non incidetis carnes vestras, &c. *h* Et non frangent, &c.] sicut fieri solet secundum consuetudinem eorum, & hoc faciebant, vt consolarentur flentes pro mortuis suis. Hæc ad literam plana sunt.

quia *a* abstuli pacem meam à populo isto, dicit Dominus, *b* misericordiam & *c* miserationes Et *d* morientur grandes, & parui in terra ista: Non *e* sepelientur neque plangentur, & *f* non incidét, neque; *g* caluitium fiet pro eis. Et *h* non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo, & matre *i* domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas & bibas. Quia hæc dicit Dñs exercituum Deus Israel: Ecce *k* ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris, vocem gaudij, & *l* vocem lætitiæ & *m* vocem sponsi & vocē sponsæ. Et cû *n* annunciaueris populo huic omnia verba hæc

B

i Et domum, &c.] Repetit ad maiorem confirmationem. Distinguit autem *Iero.* duplicem mortem, scilicet, naturalem, quâ moritur homo lege communi; de hac non prohibet Dominus quin lugeant mortuos suos, & fiant eis exequiæ honorificè secundum Ecclesiæ consuetudinem, vnde *Eccl.* 22. b. Supra mortuum plora, defecit enim lux eius. *Ibid.* Modicum plora super mortuum quoniam requieuit. Alia autem est mors, quæ ex Dei sententia etiam in præsenti infligitur pro manifesto crimine, & incorrigibili. & de tali hic prohibet. Vel illud quod dicitur in Ecclesiastico præcipitur vt fiat ex compassione; quod autem hic dicitur ne fiat in signum captiuitatis futuræ, & ideo non est contrarium.

Moraliter. Vel moraliter. *f* Et non se incident] per contritionem.
g Neque caluitium, &c.] per confessionem.
h Et non frangent, &c.] per satisfactionem, vel operum multiplicationem, vel gratiæ Dei consolationem, vel verbi Dei prædicationem. Vnde *Matth.* 7. a. Nolite sanctum dare canibus, &c. Quæ prædicatio dicitur panis, vbi est difficilis dicitur potus, vel calix vbi est facilis. Prima significatur per cibum solidum, secunda per lac. 1. *Cor.* 3. a.
k Ecce ego auferam, &c. vocem gaudij interioris.
l Et vocem lætitiæ] exterioris. Vel quia duplicem fletum habebunt, scil. de amissione honorum suorum omnium & de inflictione omnium malorum.
m Et vocem sponsi, & vocem sponsæ] quasi non vacabunt gaudio nuptiali, vbi fiunt cantilenæ, & gaudia, sed magis luctui. Sic à peccatoribus aufert Dominus omne gaudium: scilicet, & spirituale viæ, & æternæ patriæ, vt nec gratiam Dei habeant per quam sponso copulentur, vel sponsæ Ecclesiæ per fidem, & meritum. Vnde *Isa.* 57. d alia *litera*. Non est gaudere impiis, dicit Dominus. *Osea secundo* b. Cessare faciam omne gaudium eius, & solemnitatem eius, & neomeniam, & sabbatum, & omnia festa eius. Sed bonis dicitur *Phil.* 4. a. Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete.
n Et cum annunciaueris, &c.] Hic ostendit causam omnium prædictorum malorum.
o Quia dereliquerunt, &c.] Ecce quomodo secundum mysterium Dominus totam culpam subditorum refundit in Prælatos: *Osea.* 5. a. Audite hæc Sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus Regis auscultate, quia vobiscum iudicium, &c. *p* Et abierunt, &c.] id est, idola, ad literam Vel peccata, quia & auaritia est idolorum seruitus, & venter Deus gulosorum, vt dicitur *Phil.* 3. d. Et vnusquisque quod magis diligit illud adorat, vt dicit hic *Gloss.* *Ephes.* 5. b.

& dixerint & tibi, quare locutus est Dñs super nos omne malum grande illud? Quæ iniquitas nostra, aut quod peccatum nostrum quod peccauimus Domino Deo nostro *o* dices ad eos. *o* Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus, & *p* abiērūt post deos alienos, & seruierūt eis & adorauerūt eos, & *q* me dereliquerūt, *r* & legem meâ non custodierunt. Sed & *s* vos peius operati estis quam patres vestri, *t* Ecce enim ambulat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, vt *u* me non audiat. Et *x* eiiciam vos de terra hac in *y* terram quam ignoratis vos, & patres vestri. *z* Et seruietis ibi diis alienis *a* die, ac nocte; qui non *b* dabunt vobis requiem. *c* Propterea ecce dies veniunt

q Et me, &c.] *sup.* 2. c. Duo mala fecit populus meus, *Sup.* 5. a. me dereliquerunt fôtem aquæ viuæ. & foderunt sibi cisternas dissipatas C
r Et legē, &c.] in se eâ implendo, & aliis verbo, & exēplo eâ ducēdo, ad quæ propriè tenētur Sacerdotes, vt dicit hic *Interl.* Et idem etiâ dicit super illud. *Agg.* 2. b. *Sup.* 7. Interroga Sacerdotes legem. Sed ne responderent. Iniuste arguit nos, quid enim possumus si patres nostri peccauerunt? Nonne dicitur *Ezec.* 18. c. Filius non portabit iniquitatem patris, *Infr.* 23. b. & *Gal.* 6. b. Vnusquisque onus suū portabit. Ibi *Gloss.* non alterius? Iniustam enim sententiam profitetur Dñs. *Ezech.* 18. a. Illorum qui parabolam hanc dicebant. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt, & *inf. trigesimo primo* c. Ideo subdit.
s Sed & vos, &c.] & ideo pœnam non euadetis, vt sitis socii in pœna, sicut in culpa Vnde *Exod.* 20. a. Ego Deus zelotes vindicans iniquitatem patrum in filios.
t Ecce enim ambulat, &c.] contra illud *Eccl.* 18. d. Post concupiscentias tuas non eas, &c.] De corde enim exeunt cogitationes malæ, &c. *Mar.* 15. b.
u Vt me non audiat] aure anteriori.
x Et] ideo, eiiciam vos de terra hac: Ad literam, de Iudæa.
y In terram quam ignoratis] in Chaldæam, cuius angustias quas ibi patiemini si intelligeretis, sic non peccaretis. Sic & peccatores de mundo proiiciet in Infernum, in terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, &c. vt dicitur *Iob* 10. d. Simile habetur d. *sup.* 14. d. *Ezech.* 32. f. Descenderunt, id est, descendent, incircumcisi in terram vltimam, qui posuerunt terrorem suum in terra viuentium, id est, qui superbi fuerunt in vita mundi, & portauerunt, id est, portabunt ignominiam suam cum his qui descenderunt, in lacum, id est, cum Dæmonibus, qui de cœlo in Infernum ceciderunt. Quâm ignoratis, quia qui pœnam sciret, peccatum euitaret.
z Et seruietis ibi diis alienis] id est, idolis qui putantur dij secundum eorum errorem qui ea colunt.
a Die ac nocte] quasi nunquam cessantes ab idololatria
b Qui non dabunt vobis requiem] quia idola vestra non liberabunt vos á captiuitate. Sic in Inferno mali continuè à Dæmonibus flagellabuntur quia ibi nulla est redēptio. Sic & qui in peccato dominio dæmonû se subiiciunt, ab eis impelluntur in perpetuam peccandi perseuerantiam; semper enim peccata peccatis accumulant. Et tunc per terram quam ignorant intelligitur comertatio malorum, quæ est terra tenebrarum inferiorum, ducens ad terram tenebrarum exteriorum. De hac inquietatione, qua Diabolus homines incessanter ad peccandum incitat, dicitur super *Exod.* 5. quod filij Israel ad imperium Pharaonis de nocte colligebant paleas, & de die conficiebant lateres: per paleas prauæ cogitationes, per lateres mala opera. *Thren.* 1. a. Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Vnde *Isa* 57. d. Non est pax impiis. De crudelitate autem Dæmonum quâ incessanter affligunt malos in Inferno, dicitur *Iudith.* 3. c. quòd honorati exibant cum populis obuiam Holoferni venientis excipientes eum cum coronis & lâpadibus ducentes choros in tibiis & tympanis, nec tamen ista facientes poterât ferocitatē pectoris eius mitigare. *Greg.* Graue est seruire offēso, qui nullo potest placari obsequio. *c* Propterea

dicit Dominus, & a non dicetur vltra, viuit Dominus, qui eduxit filios Iſraël de terra Ægypti, b ſed viuit Dominus qui eduxit filios Iſraël de terra Aquilonis, & c de vniuerſis terris ad quas eieci eos, & d reducam eos in terram ſuam, quam dedi patribus eorum. Ecce e ego mittam f piſcatores multos, dicit Dñs, & g piſcabuntur eos. Et h poſt hæc mittam eis multos venatores, & i venabuntur eos de omni monte, & k de omni colle, & l de cauernis petrarum, quia m oculi mei ſuper omnes vias eorum. n Non ſunt abſconditæ à facie mea, & non fuit occulta iniquitas eorum ab oculis meis. Et o reddam primum duplices p iniquitates, & peccata eorum, quia q contaminauerunt terram meam in morticinis idolorum ſuorum, abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatem meam. r Domine fortitu-

pterea ecce dies veniunt.] Hic promittit Dominus ſe Iudæos miſericorditer reducturum de Babylone, quod tantum erit beneficium, vt excludat memoriam reductionis de Ægypto. Vt ergo ſpem in Domino habeant ſperando liberationem, hic leuia triſtibus intermiſcet, ne in deſperationem caderent propter prædicta, & vt ſe ſubdant ex ſpe bonis operibus. a Et non dicetur, &c.] quaſi minus & antiquum miraculum obfuſcabitur adueniente recentiori & maiori, quia nouis ſuperuenientibus, vetera proiiciuntur, & non curantur. b Sed viuit, . &c. de
D terra Aqoilonis] per licentiam datam à Cyro rege Perſarum. c De vniu. &c.] Hoc reuera nunquam ſub Cyro factum eſt, ſub quo tantum de Chaldæa ad Iudæam, ſunt reducti Iudæi. ſed ſub Christo implebitur hoc in fine mundi, quando plenitudo gentium intrauerit, & tunc omnis Iſrael ſaluus erit, id eſt, omnis populus Chriſtianus, vt dicitur *Rom.* 11. f. Quando diſperſos Iſraelis congregabit, tunc reuera omnia beneficia terrena collata Iudæis nihil reputabuntur in reſpectu illius æterni beneficij. Vnde. d Et red. &c.] à qua eiecti fuerant per parentum inobedientiam. *Mich.* 2. d. Congregatione congregabo Iacob totum, in vnum conducam reliquias Iſrael, &c. *Ezech.* 34. c. Viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis, & educam eas de populis, &c. Vel per terram hanc ſignificatur Eccleſia militans, quæ
Myſticè. multũ eſt melior quàm terra Ægypti. Sancti enim Apoſtoli, & patres primitiuæ Eccleſiæ erant in terra Aquilonis, id eſt, Diaboli ante conuerſionem ſuam, ſed modo ſunt Principes Eccleſiæ noſtræ, quæ promiſſa fuit eis in patribus antiquis ſpiritualiter tanquam veris hæredibus Abrahæ. Hi enim ſunt filij promiſſionis. Vel terra Ægypti eſt tenebræ infidelitatis, & ignorantiæ. Interpretatur enim tenebræ. Hoc fecit Dominus in principio Eccleſiæ ſuæ, quando peccabant homines ex ignorantia, veritatem neſcientes, ſed modo neceſſe eſſet, quod eos educeret de terra Aquilonis, id eſt frigiditate, & duritia peccatorum, in quibus ex certa ſcientia obſtinati ſunt. Vel terra Ægypti eſt peccatum, terra Aquilonis pœnalitas, à qua nos eduxit in morte ſua, & iuſtificatione noſtra, à ſecunda nos educet in glorificatione æterna. e Ecce, &c.] quaſi, antequam reducantur de captiuitate, oportet quod captiuentur. Et oſtenditur hic duplex captiuitas. Prima per Chaldæos, ſecunda per Romanos.
f Piſcatores, &c.] ſcilicet, Chaldæi Iudæos, in primo aduentu quando venerũt ad Ieruſalem h Et poſt, &c.] i. Romanos, in vltima eorum captiuitate poſt Chriſti reſurrectionem. Vel dicit Chaldæos, qui ſecundò venientes in Ieruſalem, eam penitus deſtruxerunt. i Et venab. &c.] quia venati ſunt Iudæos, quoſdam in montibus, quoſdam in collibus, quoſdam in cauernis, & vbicunque latitabant. m Quia oculi, &c.] ſ. ad puniendum, vt ly, ſuper, notet oppreſſionem. Vel, i. conſideraui eorum peccata propter quæ eos puniam. Vnde. n Non ſunt, &c.] & ideo, reddam primùm duplices, id eſt, pœnam pro peccatis eorum, quæ fuerũt duplicia in reſpectu eorum, qui cognitionem Dei non habuerunt. Et hoc in eodem genere peccati dico: Primum, antequam beneficium reductionis præſtem eis. Vel, id eſt, infligam eis duplicem pœnam, vnam pro peccatis commiſſis, aliam pro contemptu pœnitentiæ, quia admoniti à Prophetis, & cognoſcentes peccatum ſuum, nolebant illud dimittere. Vel duplex iniquitas eſt quià peccauerunt contra legem naturalem, & contra ſcriptam. Vel quia peccauerunt in ſe, & contra Deum, & in proximum per malum exemplum. Et propter hoc dicit. p Iniquitates, &c.] i. in ſacrificiis immolatis ipſis idolis, quibus illa venerabantur, ſic corrumpentes omnes habitatores terræ meæ. Et hoc eſt: Et abominationibus,
Myſticè. &c. Myſticè exponitur hoc de Apoſtolis, quorum multi ad literam fuerunt piſcatores, vt Petrus, & Andreas, Iacob, Ioannes. Vnde.
e Ecce ego mittam piſcatores multos] *Mat.* 4. c. Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, erant enim piſcatores. Alij autem erant venatores, vt Philippus & Nathanael, qui erant de Bethſaida quod interpretatur domus venationis. Hos miſit Dominus piſcari & venari homines. Vnde *Mat.* 4. d. Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominũ. Hoc etiã exponitur de omnibus Prædicatoribus; quos mittit Dominus contra tres hoſtes principales extirpandos, ſcilicet, luxuriam, ſuperbiam, auaritiam, quibus Diabolus totum mũdum ferè illaqueauit, propter quod Diabolus tribus nominibus vocatur, *Iob.* 40. ſc. bos, vt ibi. Fœnum quaſi bos comedet, ſcil. quando tentat per luxuriam. Item ſerpens, quando tentat de auaritia. Vnde Nunquid poteris extrahere Leuiathan hamo. Item auis quando per ſuperbiam tentat. Vnde. Nunquid illudes ei quaſi aui? e Ecce ego mittam] non ibunt ſua auctoritate Vnde. *Rom.* 10. c. Quomodo prædicabunt niſi mittantur? g Et piſcabuntur eos.] de aquis diuitiarum & delitiarum eos extrahentes. Piſcatores ſunt parui Prædicatores, venatores magni Prædicatores, qui capiunt feras, id eſt, magnos peccatores. i Et venabuntur eos de omni monte] ſuperbiæ. k Et de omni colle] auaritiæ. l Et de cauernis petrarum] luxuriæ. Sed quia piſcatores & venatores parum capiunt, ideo conqueruntur, *Luc.* 5. b. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. Sed conſilium Domini eſt vt ducant in altum, vel mittant ad dexteram nauigij rete, vt dicitur *Ioan.* 21. b. Ducere in altum eſt in prædicatione non quærere niſi Dei gloriam. Mittere in dexteram nauigij rete, eſt nihil ſiniſtrum dicere, id eſt, nihil adulatorium, nullam veritatis palliationem, ſed purè dicere veritatem ſine appetitu placentiæ hominum. Sed ideo quia nullos, vel paucos piſcamur hodie, dicitur *Iſa.* 19. b. Mœrebunt piſcatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum. Plures enim hodie piſcatur Diabolus quam Deus. *Abac.* 1. d. Facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem, totum in hamum ſubleuauit. Diabolus etiam eſt venator. Eſt autem duplex venatio, ſcilicet, auium & ferarum. Venator auium eſt capiendo ſuperbos. Venator ferarum capiendo luxurioſos. *Eccl.* 13. e. Venatio Leonis eſt Onager in eremo. Sed dicitur bono venatori. 1. *Gen.* 27. a. Tolle arma tua, pharetram, & arcum, & affer mihi de venatione tua, vt benedicat tibi anima mea. Sicut & Angelico miniſterio fiet iudicium. i Venabuntur] Sanctos, de omni monte, id eſt, ſcientiæ eminentia. k De omni colle] operum bonorum. l De cauernis petrarum,] i. de humilitate, vel Paſſionis Chriſti memoria. Tales enim tranſferent Angeli in æternum palatium. Sed oportet quòd purgentur accipientes in præſenti, quæ meruerunt. Et hoc eſt. o Et reddam primum duplices,] quod exponitur de Clericis, qui quia ſcienter peccant. Errant enim corde, vt *Abac.* 2. e. Et peccauit anima tua, ideo dicuntur dupliciter peccare, ſc. in cõparatione laicorũ. Vnde *Luc.* 12. f. Seruus ſciẽs voluntatẽ Dñi, & non faciens, plagis vapulabit multis. *Heb.* 10. e. Voluntariè nobis peccantibus non relinquitur hoſtia pro peccatis. Et hoc. q Quia contaminauerunt terram, i. Eccleſiã. Vnde *ſup.* 2. b. Induxi vos in terrã Carmeli, & ingreſſi cõtaminaſtis eã. Ideo ſimus in mõte, & in colle, & in cauernis petrarũ, ſi volumus transferri ad gloriã. Oculi enim Dñi ſuper tales ſũt, ſecundùm illud, Oculi Dñi ſuper iuſtos. n Nõ ſunt abſconditæ a facie, &c.] Boni *Pſal.* 33.
enim ſunt corã facie Dñi, ſed mali non. Vnde Adam poſt peccatũ abſcondit ſe, quaſi ſc. quia cõſcientia ſua remordebat, ſed boni non. Vnde 1. *Io.* 3. d. Si cor noſtrũ non reprehẽdit nos, fiduciã habemus ad Deũ, vt quicquid petierimus accipiamus ab eo, quoniã mandata eius cuſtodimus. Cũ autẽ homo poſtquam ſemel peccauit, poſtea ad perfectam & obſtinatã malitiam tranſit, tunc nõ abſconditur à facie Dñi ſed omninò egreditur, vt de Cain. *Gen.* 4. c. Egreſſus eſt à facie Dñi. r Dñe fortitudo mea, &c.] Hinc viſa Dei iuſtitia in captiuitate populi & miſericordia in eiuſdẽ liberatione, exclamat Propheta de vtroque admirans.

a Fortitudo mea & robur meum,] in captiuando populum. b Et refugium, &c.] liberando. Vnde. c Ad te gentes venient] Sic Deus est nostra fortitudo protegendo contra hostes, & peccata, robur, virtutem conferendo, & operibus confirmando refugium, post peccata ad pœnitentiam reuocando

2. Reg. 22. a. Dominus petra mea, & robur meum, saluator meus Deus Dñs fortis sperabo in eum. c Ad te veniet gétes,] s. per fidem ad Christum Iudæis à Regno expulsis. Vnde dicitur ad Ecclesiam, Isa. 60. a. Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Isa. 2. a. Fluent ad eum omnes gentes. d Ab extremis terræ], id est, per extremos terræ, s.

A viles & abiectos Apostolos, Isa. 24. c. A finibus terræ audiuimus. Vnde Matth. 11. d. Abscondisti hæc à

a do mea & robur meum, & b refugium meum in die tribulationis. Ad c te gentes venient ab d extremis terræ, & dicent. e Verè mendacium possederunt patres nostri vanitatem, quæ eis non profuit. f Nunquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij? Idcircò g ecce ego ostendam eis pernicíem hanc, h ostendam eis manum meam & virtutem meam, & i scient quia nomen mihi Dominus.

CAP. XVII.

k PEccatum Iudæ l scriptum est stylo ferreo in m vngue Adamantino, n exaratum super o latitudinem cordis eorum,

sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis Ioan. sexto b. Fragmenta reposita sunt in cophinis, scilicet, subtilis sapientiæ intelligentia in humilibus & abiectis personis. Iob. 40. d. Nunquid alligabis eum ancillis tuis? Prou. 9. a. Misit ancillas suas, quasi non Episcopos, vel nobiles vt vocaret ad arcem. Vnde 3. Reg. 20. c. dixit Propheta ad Achab: Ego tradã hanc multitudinem in manu tua hodie. Et ait Achab. Per quem? Et dixit ei. Per pedissequos principum prouinciarum.

e Vere mendacium, &c.] id est, idola & falsa, & erronea dogmata. Vel hoc dicunt Iudæi postquam viderunt se per peccata abiectos: Mendacium, id est, spem falsam in promissionibus Pseudo. f Nonquid faciet, &c.] quasi stultum est hoc credere, quòd homo possit facere Deum, cum Deus magis sit omnium hominum creator. Adorant enim idololatræ opera manuum suarum, sic & omnes, qui creaturas illicitè diligunt.

g Idcircò ego ostendam, &c.] id est, potentiam, quia hac vice perfectè, & plenè captiuabuntur. Vel de gentibus conuersis.

h Ostendam eis manum meam,] id est, meipsum dicit Filius, per quem Pater omnia operatur, sicut homo per manum, vel brachium. Isa. 53. a. Brachium Domini cui reuelatum est, 1. Cor. 1. d. Christum Dei virtutem: Ostendam, per fidem in præsenti, & veritatis exhibitionem in futuro. Quicquid enim ostendi Iudæis, ostendi per vmbram & figuram. Vel, ostendam, in futuro per visionem manifestam, quia non se ostendit hic nisi per speculum, & ænigma. i Et scient.] Vnde 2. Cor. 3. d. Nos reuelatã facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem Vel: Manum misericordiæ, quæ est hic clausa bonis, sicut & manum iustitiæ ostendet malis, quæ hic clausa est eis, quando

Psal. 9. manus Domini erit super eos extenta. Tunc enim co-

Psalm. 10. gnoscetur Dominus iudicia faciens, & manus eius inuenietur inimicis suis.

EXPOSITIO CAP. XVII.

PEccatum Iuda, &c.] Hoc cap. in septem partes diuiditur. Primò, peccatum idololatriæ in cordibus eorum scriptum indelebiliter, & in aris eorum exaratum recitat. Secundò, peccatum vanæ confidentiæ eorum improbat, quia confidebant in homine, id est in Ægypto. Ægyptus enim homo & non Deus, vt dicitur Isa. 31. b. ibi: Maledictus homo qui confidit in homine. Tertiò, ne omnes hac maledictione credantur esse inuoluti, quosdã Iudæorum qui confidebant in Domino benedicendos, & & ad melius fructificandum, asserit eos transplantandos super aquas Babylonis. Boni enim adhoc captiuati sunt, vt postmodum amplius fructificarent, ibi: Benedictus vir. Quartò, ne omnes Iudæi hanc benedictionem promittant sibi pro eo, quod se confidere in Domino dicant, propheta in persona Domini respondet, [illegible] ita. Non enim possunt eum decipere, licet habeant cor profundum, & hominibus inscrutabile. Ipse enim cogitationes, & affectiones eorum cognoscit, vias eorum, & adinuentiones eorum prospicit quorum stultitiam perdici comparat, quæ fouit partum alienum, & ideo ab eo cùm adoleuerit, derelinquitur postmodum, sic ipsi congregabunt diuitias ad rapinam, quæ citò sunt ab eis auferendæ per Chaldæos, ibi: Prauum est cor hominis. Quintò, ostenso quid malis accideret sub figura perdicis propter stultitiam derelictis, dicit bonos ad pristinam gloriã templi, & ciuitatis Ierusalem quam expectabant reuersuros, sicut è contrario malos confusionem assecuturos, pro eo quod Dominum dereliquerunt, ibi: Solium gloriæ. Sextò, Propheta passus à populo opprobria, & crebro insidiis circumuentus, a Dño saluari, & curari cupit, cuius vera est salus, & vera medicina, suam quoque patientiam, & rectitudinem Domino ostendens, & eorum è contrario irrisiones & persecutiones, imprecatur eis duplicem contritionem ibi. Sana me Domine. Septimò; quia dixerant, vbi est verbum Domini? iniungit Dominus Prophetæ, vt pergat ad locum celeberrimum, vel portarũ vrbis, vel Templi, per quas Principes, & vulgus ingreditur, & egreditur, vt necessitate cogantur audire verbum Dñi, quod irrisoriè requirebant, primóque eis proponat legis & sabbati obseruantiam, & eorum è contrario transgressionem, præmiáque obseruantium, & pœnam transgredientium ostendat, ibi: Hæc dicit Dominus ad me. Dicit ergo. k Peccatum Iuda.] Quia priùs loquebatur de conuersione Gentium, posset quis quærere quare ita repellit Iudæos, & gentes assumit? Respondet, propter obstinationem ipsorum Iudæorum. Vnde

l Scriptum est stylo ferreo.] id est, non delebitur sicut illud quod scribitur stylo ferreo. Vnde Iob. 19. d. Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? Quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo, &c.

m In vngue Adamantino,] id est, diligenter & apertè, vel planè. Sed peccatum Gentium iam deletum est, quia conuersæ sunt ad Deum; sed peccatum Iudæorum obstinatum est, nec vnquam delendum, sicut Adamas indomabilis, & infrangibilis, & planiciem insuper habet, & ideo dicitur vnguis, vt in eo possit scribi stylo durissimo, i. ferreo, vt sic scriptura semper duret. Et loquitur metaphoricè, quasi dicat, Apud sententiam Dei peccatum Iudæorum sine fine manebit, vt nunquam ab eius memoria auellatur, scilicet, per districtionis irrecuperabilis inflictionem.

n Exaratum,] id est, scriptum vel expressum. o Super latitudiné cordis eorũ,] quoad peccatum intellectuale cordis,

a Et in cornibus

Mysticè. k Peccatum Iuda] id est, Clericorum, qui sunt pauciores quoad malos, quam laici. l Scriptum est stilo ferreo] quasi malitia indurata. m In vngue adamantino,] i. in obstinato, & infrangibili, & manifesto, ideo dicitur vnguis. Adamas autem durus est. Vnde Zach. 7. c. Aggrauauerunt aures suas ne audirent, & cor suum posuerunt, vt adamantem in quo nihil potest scribi Sed in corde carneo id est, dulci, & tractabili potest scribi. De quo Ezech. 36. f. Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum, Vnde. Audi Israel præcepta mea, & ea in corde tuo quasi in libro scribe. Liber fit de pergameno à carne separato, & in duo ligna extenso, & exsiccato, & depilato & raso, & pumigato, & sic fit aptum scripturæ recipiendæ. Sic cor hominis debet à carnalitate separari per contritionem, depilari per confessionem, extendi inter lignum Crucis, & feretrum mortis, & ibi desiccari à prauo humore concupiscẽtiæ; deinde debet radi per opera pœnitentiæ, vt sunt ieiunium, disciplinæ, & vigiliæ, & huiusmodi & pumicari per omnium terrenorum abiectionem, & sic in eo potest scribi lex. Sed cor nostrum durius est quàm adamas, quia etsi adamas tunsionibus non frangatur, tamen sanguine hirci frangitur, sed nos nec Christi Passionis memoriã emolliri possumus. Sed dicitur Exod. 32. d. quòd postquam scripta fuerunt verba Domini in tabulis lapideis, fregit eas Moyses, sic eos qui hic lapidei sunt, confringit Dominus in inferno, scilicet, virga ferrea. Sed 2. Cor. 3. a. dicitur de bonis. Vos epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui, non tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Stylus ferreus qui peccatum in corde scribit, est sensus in malum, qui edomat omnem bonam voluntatem.

n Exaratum, &c.] i. super cor eorum dilatatum omni malitiæ perpetrandæ, Isa. 5. d. Propterea dilatauit Infernus animam suam.

o Et in

A *a* Et in cornibus,&c.] quoad peccatum operum, qui sanguine hostiarum tangebant cornu altaris immolandis idolis. Quia notabilia & euidentia sunt eorum peccata, dicuntur scribi in cornibus altaris. Et nota eorum peccatum indelebile, non quia non possit deleri, sed quia vix, sicut peccatum in Spiritum S. irremissibile est. *b* Cū recordati, &c.] quasi hoc est causa propter quam destruentur, quia scil. recordabuntur ararum suarum, vt in eis sacrificent. *c* Et lucorum,&c.] i. nemorum condensorum in quibus sacrificabant. Hoc dicit, quia quando inueniebant platanū, vel alias pulchras arbores,& frondosas, & in loco pulchro, quasi pro Deo eas habebant, & sub eis sacrificabant, vel in honorem alicuius idoli. *d* Sacrificantes in agro,] quasi etiam sacrificantes in agro.

a Et in cornibus ararum eorum. Cum *b* recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & *c* lucorum lignorumque frondentium in montibus excelsis, *d* sacrificantes in agro *e* fortitudinem tuam, & *f* omnes thesauros tuos in direptionem dabo. *g* Excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. Et *h* relinqueris sola ab hæreditate tua quam dedit tibi, & *i* seruire te faciam inimicis tuis in *k* terra quam ignoras. Quoniam *l* ignem *m* succendisti in furore meo, vsque in *n* æternum ardebit. Hæc dicit Dominus. *o* Maledictus homo qui confidit in *p* homine & *q* ponit carnem *r* brachium suum, & *f* à Domino recedit cor eius. *t* Erit enim quasi myricæ in deserto, & non *u* videbit cum venerit bonum, sed *x* habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis; & *y* inhabitabili. *z* Benedictus vir, qui *a* confidit in Domino, & *b* erit Dominus *c* fiducia eius. Et *d* erit quasi lignum, quod transplantatur *e* super aquas,

e Fortitudinem tuā,] id est, fortia castra & fortes homines *f* Et omnes,&c.] *sup.* 15. e. Thesauros tuos in direptionem dabo. *Naum* 2. c. Diripite argentum, diripite aurum. *g* Excelsa tua,] id est, Phana quæ sunt in excelsis, supple dabo in direptionem. *h* Et relinqueris,&c.] quia non Iudæi, sed Chaldæi possidebunt eam. *Thren.* 1. a. Quomodo sedet sola ciuitas, &c. *l* Quoniam ignem,] id est, iram meam, vel tribulationem.

m Succendisti in furore meo] per peccata tua. *Isa.* 50. d. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis. *n* Vsque in æternum ardebit,] vobis.

Myst. *a* Et in cornibus,&c.] id est, in cornibus angulosis, vbi Dæmonibus sacrificatur. Vel hoc propriè dicitur contra illos, qui aurea faciunt altaria, & aureos calices de bonis pauperum. *Isa.* 30. c. Contaminabis laminas sculptilium argenti tui,& vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ. *b* Cum recordati, &c.] Per imitationem. *c* Ararum suarum,&c. id est, dignitatum quas appetunt vehementèr. *f* Fortitudinem tuam, &c.] Hoc dicitur contra Clericos in montibus, & in agris sacrificantes, id est, in magnis,& in paruis Ecclesijs, dignitates, & beneficia multiplicantes, quorum temporalia in futuro omninò diripientur. *Ezec.* 7. c. Argentum eorum foris proijcietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. *g* Excelsa tua,&c.] id est, dignitas Ecclesiastica propter peccatum Clericorum destruetur, *Rom.* 2. d. Nomen Dei per vos inter gentes blasphematur. *i* Et seruire,&c.] id est, carni, mundo, Diabolo. *k* In terra,&c.] scilicet, in terra peccati. Vnde *Baruc.* 3. b. Quid est Israel, quòd in terra inimicorum es? *l* Quoniam ignem,&c.] *Deut.* 32. c. Ignis succēsus est in furore meo, & ardebit vsque ad Inferni nouissima. *Isa.* 33. b. Concipietis ardorem,& parietis stipulam, spiritus vester, vt ignis deuorabit vos,] id est, mala voluntas vestra

o Maledictus homo qui confidit,&c.] Hic redarguit eos, qui cùm non essent idololatræ, consilium tamen dederunt, vt inirent fœdus cum Ægyptijs, & ideo quia confidebant in Ægyptijs propter Pharaonem Nechao, maledicti erant. *p* In homine,] scilicet, puro, ad differentiam Christi, vt scilicet, in puro homine ponatur spes veniæ, vel gratiæ impetrandæ, licet spes auxilij in sanctis possit
Ps. 120. poni. Vnde leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Vel. *p* In homine,] id est, in potentia,& sapientia humana. *q* Et ponit carnem brachium suum,] id est posse quod habet in operibus bonis sibi attribuit vel suæ potentiæ. Vel.

q Ponit carnem] id est, generis nobilitatem dicit.

r Brachium suum] id est, fortitudinem suam. Multi ergo maledicti sunt, quia confidunt in potentia, & sapientia humana,& nobilitate generis. *Bar.* 3. b. Vbi sunt principes gentium,& qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram, qui aurum thesaurizant,& argentum in quo confidunt homines,& non est finis acquisitionis eorum?

f Et à Domino,&c.] Non enim potest esse finis terrenorū cum Deo, vel cum spiritualibus. *Matt.* 6. c. Vbi est thesaurus tuus,&c. *Inf.* eod. b. Recedentes à te in terra scribentur. Ideóq; confidentia humana separat à Deo. Vnde *Mich.* 7. a. Nolite confidere in duce, & nolite credere amico *Psalm.* 117. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in Principibus. Vnde 1. *Machab.* 8. c habetur de Iuda, cui cum in omnibus factis suis prospere semper accideret, sed postquā confœderationē, & amicitiam fecit cum Romanis, nunquā ei benè postea accidit.

t Erit enim quasi, &c.] quæ fœtent, & sine fructu sunt, licèt habeant viriditatē, & quibus purgantur domus. Sic Iudæi fœtebunt propter malam opinionem,& inutiles erunt & sine fructu temporalium, & spiritualiū, licet antè habuerint prosperitatem transitoriam, & vilissimi reputabuntur, quasi purgamentum domus. Talis est homo carnalis florens hic in temporalibus, sed infructuosus in spiritualibus,& semper iuxta terram aridus versans, sicut myrica iuxta terram aridam semper serpit, nec in altum crescens, *Psalm.* 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram, *infra* 48 Date florem Moab, quia florens egredietur. Vnde. Inf. 58.

u Et non videbit,&c.] quia etsi in hyeme virens sit myrica, tamen cum venerit æstas non dabit fructum.

x Sed habitabit,&c.] quia in sabulo solent nasci, quæ terra valde infructuosa est, quia nimium arida.

y Et] ideo, inhabili propter bonorum inopiam. Sic peccator, non videbit cūm venerit bonum, scilicet, æternæ fælicitatis. Vnde *Isa.* 26 b. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Talis autem non videbit bona in terra viuentium, sed ipse erit in terra, non tantùm morientium, qualis est vita præsens, sed in terra mortuorum, id est, in Inferno, qui vocatur hic desertum, propter omnis boni carentiam, & inhabitabilis propter omnis mali præsentiam, propter quod erit horribilis. Et habetur hic argumentum, quòd inter omnia peccata, superbia magis damnosa est, quæ ita ab omni bono spirituali hominem euacuat. Superbia enim est non in Deo, sed in se, vel in aliquo temporali confidere. *Ez.* 28. c. Eleuatum est cor tuum in robore tuo, & in decore tuo. Et ideo vt ibi sequitur. In terram proieci te, ante faciem Regum dedi te. Dicitur, terra salsuginis, propter benè volendi vel operandi impossibilitatem, sicut myrica nihil valet nisi ad comburendum. De hac salsugine dicitur *Soph.* 2. c. Siccitas spinarum, & aceruus salis, & desertum vsque in æternum. Valet tamen myrica ad purgandum domum, & pueros verberandum, sic per malos cùm affliguntur boni inde purgantur.

B *z* Benedictus vir, &c.] quasi non omnes de Iudæis sunt maledicti, quia etsi omnes Iudæi ducantur in captiuitatem; tamen differenter, quia mali, vt consumantur, boni autem vt magis fructificent, sicut arbor transplantatur, vt magis fructificet. Præterea multi boni de captiuitate redibunt, sed non mali. Ideo dicitur *Prouerbiorum vndecim.* d. Qui confidit in diuitijs suis corruet, &c. Talis dicitur vir, id est, viriliter agens, scilicet, contra carnem, mundum, Diabolum.

a Qui confidit] toto corde, in Domino *Psalm.* 53. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. *Isa.* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, &c. *b* Et erit Dominus] non caro, non mundus. *c* Fiducia eius, tam in prosperis, quam in aduersis. *d* Et erit, &c. Omnis iustus antequam fructum faciat transplantatur de terra culpæ, in terram gratiæ. *Eph.* 5. b. Eratis aliquando tenebræ, &c. 1. *Pet.* 2. d. Eratis sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad Pastorem,& Episcopum animarum vestrarum. Qui sic modò transplantatur, postea transplantabitur de terra gratiæ in terram gloriæ, *Rom.* 6. a. Si complantati facti sumus,&c. *e* Super aquas gratiarum, vel doctrinarum, vel tribulationum. Nisi his aquis irrigemur non benè possumus fructificare. Psal. 1. *Ezech.* 47. c. Super torrentem orietur in ripis ex vtraque parte lignum pomiferum, non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius, per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur; & erunt fructus eius in cibum, & folia in medicinam.

a quod ad humorem mittit radices b suas, & non c timebit cũ venerit æstus. Et d erit folium eius viride, & in e tempore siccitatis non f erit sollicitum, nec g aliquando desinet facere fructum. † h Prauum est cor hominis, & i inscrutabile. Quis cognoscet illud? k Ego Dominus l scrutans cor & probans renes, qui m do vnicuique iuxta viam suam, & n iuxta fructum adinuentionum suarum. o Perdix p fouit quæ non q peperit. r Fecit diuitias & non in f iudicio. In † t dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in u nouissimo suo erit insipiens

al. † Profũdum.

al. † medio.

a Quod ad humorem] gratiæ Dei inquam sperat. *Iob.* 14. b. Lignum habet spem, si præcisum fuerit rursum virescit, &c. ad odorem aquæ germinabit. b Mittit radices suas,] bonæ cogitationis, vel propositi. d Et erit folium eius viride,] Id est, verbum efficax, & medicinale. *Ezech.* 47. c. Erunt fructus eius in cibum, & folia in medicinã *Psal.* 1. Et folium eius non defluet. Et hoc est, quia erat lignum plantatum secus decursus aquarum & ideo fructum suum dabit in tẽpore suo, scil. opportuno quando, scil. erit tempus quietis finito tempore laboris. Non enim venit æstas, vel fructꝰ nisi finita hyeme. c Et non timebit cum venerit æstus] scil. persecutionis præsentis, vel iudicij futuri furor, quia firmiter talis radicatus est ad humorem gratiæ, vt non ad quẽcunque ventũ moueatur ad æstum arescat. Non enim super petram, sed in terram bonam cecidit vt dicitur *Matt.* 13. e Et in tẽpore siccitatis] Tunc est siccitas, quando Dominus iratus populo suo mandat nubibus, id est, Apostolis, & Prædicatoribus ne pluant super illum imbrem doctrinæ, vt dicitur *Isa.* 5. b. Quia propter peccata populi sæpe claudit Deus ora prædicantium Vnde *Ezech.* 3. g. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris tacens nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est.

f Non erit sollicitum,] mũdana sollicitudine, quæ animam suffocat, sicut spinæ semen seminatum in terra bona. *Matth.* 6. d. Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.

g Nec aliquando desinet facere, fructum] bonorum operum, sicut ficus cui maledixit Dominus. *Matth.* 21. b. Per quam significantur Iudæi, & omnes hypocritæ. In ea enim non inuenit Dominus nisi folia, & ait. Nunquam ex te nascatur fructus in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea, vt ibi dicitur. Ideo tam Iudæi quam hypocritæ aridi sunt ab omni humore deuotionis. Iustus ergo magis est lignum pomiferum, quod per singulos menses affert primitiua, vt dicitur *Ezech.* 47. c. quia oritur super torrentem cuius aquæ egrediũtur de Sanctuario. *Apoc.* 22. Ostendit mihi flumen aquæ viuæ, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per singulos menses reddens fructum suum.

g Nec aliquando desinet,] quasi semper facit. Non est ergo bonum lignum, nec benè radicatum, qui in bono non perseuerat. Vel exponitur de fructu vitæ æternæ, qui nunquam desinet, quando Sancti in tempore famis, scilicet, in infernalium, saturabuntur, quam habebunt qui nunquam desinerit laborare. *Gal.* 6. b. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes.

h Prauum est cor hominis, &c.] Ne possint dicere, nos omnes sumus benedicti, qui confidimus in Domino. Ideo Dominus respondet, quia licet cor hominis sit profundum, & ideo homines sese inuicem decipere possint, me tamen non potest homo decipere, quia ego scrutor corda, *Luc.* 6. b. Ipse enim sciebat cogitationes eorum.

h Prauum] quoad affectum.

i Et inscrutabile] quoad intellectum.

k Ego Dominus] solus & non alius.

l Scrutans cor & probans renes] id est, sciens cogitationes, & examinans affectiones. *Prou.* 16. 2. Spirituum ponderator est Dominus. Tantæ enim tenebræ sunt positæ super faciem abyssi, id est, cordis humani, vt nec etiam homo propriam conscientiam possit scrutari, Vnde 1. *Corinth.* 4. a. Nihil mihi conscius sum. *Prou.* 20. b. Quis potest dicere, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Et post pauca. Quis hominum potest intelligere viam suam? Sed de Domino dicitur *Eccl.* 23. c. Oculi eius lucidiores Sole, circumspicientes omnes hominum. *Prou.* 24. b. Qui inspector est cordis, ipse considerat, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit. *Septuaginta* sic habent: Profundum est cor hominis, & inscrutabile. Quod exposuerunt quidam de Christo sic, id est, nemo mysterium natiuitatis Christi hominis potuit scire. Vnde *Isa.* 53. c. Generationem eius quis enarrabit? Sed solus Deus hoc nouit?

m Qui do vnicuique iuxta viam suam,] id est, iuxta opera sua, quibus itur ad Deum, vel a Deo receditur.

n Et iuxta fructum adinuentionum suarum,] id est, iuxta noua opera sua bona vel mala subtiliter cogitata. Sicut enim multum displicent Deo adinuentiones malorum, ita placent ei adinuentiones bonorum. Quod est contra illos qui reprehendunt noua bona facientes. *Isa.* 3. b. Dicite iusto quoniam benè, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet. Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei.

Apoc. 2. f.

o Perdix fouit, quæ non peperit] Ad literam oua aliena. scilicet, alterius perdicis.

r Fecit diuitias] id est, pullos, quasi, similiter ô vos Iudæi multa non vestra per rapinam congregastis, quæ Chaldæi rapient citò. Et hoc est.

t In dimidio dierum suorum derelinquet eas,] vel, derelinquet eam, scil. pulli perdicem.

u Et in nouissimo suo erit insipiens,) id est, apparebit quòd stulta fuit fouendo aliena oua, Sic apparebit Iudæis, quòd insipientes fuerunt rapiendo aliena quæ perdiderunt ita citò. Sic enim ad literam est de perdice, quòd oua surripit aliena, & incubat super ea, & fouet. Cuius vocem cum audierint pulli, quando fiunt adulti, statim fugiunt aduolantes ab alieno parente, quod videns perdix, se fatuam reputat, tunc magis tristis quam ante gaudens de partu illorum pullorum.

Mysticè.

Sic mysticè, Diabolus per hæreticos congregat, quæ non peperit,] id est, animas simplicium, quas laqueo prauitatis hæreticæ comprehendunt. Hoc autem faciunt non ex iudicio, id est, iusto Dei consilio, sed per Christi gratiam conuersi derelinquent hunc perdicem, vt in nouissimo suo sint insipientes, scil. per reputationem quia dicentes priùs se esse sapientes, stulti facti sunt. Vnde 1. *Cor.* 3. d. Si quis vult esse sapiens, stultus fiat, vt sit sapiens, quia sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Vel.

o Perdix) est fraudulentus, vel stultus auarus. Qui.

p Fouit) vel congregat.

q Quæ non peperit] aliena rapiendo.

r Fecit diuitias) falsas & transitorias, & non veras, & permanentes.

f Et non in iudicio] sed in iniustitia, & fraude, & violentia. *Abac.* 2. c. Væ qui congregat auaritiam malam domus suæ, *infra* 22. d. Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & coenacula sua non in iudicio, amicum suũ opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei t In dimidio dierum suorum derelinquet eas] Vnde *Psalm.* 54. Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Vnde *Luc.* 12. c. Stulte ac nocte animam tuam repetent à te, quia sæpè subita morte rapiuntur. *Eccles.* 4. b. Vnus est, & secundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec saturantur oculi eius diuitiis, nec recogitat dicens. Cui laboro & fraudo animam meam bonis? *Eccles.* 6. a. Est & aliud malum quod vidi sub Sole, & quidem frequens apud homines. Vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus, quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, vt comedat ex eo; sed homo extraneus vorabit illud. Ideo dicitur, 1. *Tim.* 6. d. Diuitibus huius sæculi percipe non sublime sapere neque sperare, in incerto diuitiarum. Medium dierum auari est in culpa, & aliud erit in poena.

u Et in nouissimo suo erit insipiẽs] qui congregando diuitias modò videtur sapiens, sed tunc quando videbit, quod diuitiæ suæ non poterunt eum iuuare, sed magis impedient, apparebit insipiens. Tunc enim dicet illud *Sapient.* 5. b. Lumen sapientiæ non luxit nobis, quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Vnde 2. *Reg.* 22. d. Filij alieni destruxerunt, & contrahentur in angustiis suis *Isa.* 7. a. Noli timere, & cor tuum ne formides à duabus caudis titionum fumigantium istorum. Titio in principio ardet sed in fine deterrimum fumum emittit. Sic modò auari ardent igne cupiditatis, sed in fine fumum auaræ compunctionis emittent, scil. intra se gementes, & præ angustia spiritus, scil. quando videbunt omnia in quibus hic delectati sunt, transire sicut vmbram. Ideo dicitur *Eccl.* 5. a. Noli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris, est mihi sufficiens vita, nihil enim proderit in die vindictæ, & obdurationis. *Eccl.* 9. c. Non zeles gloriam, & opes peccatoris, non enim scis, quæ sit futura illius subuersio.

a Solium gloriæ, &c.] Dicto quid malis accideat, dicit quid bonis accidet, quasi dicat, sic mali captiuabuntur, sed d Expectatio Israel, .i. bonorum videntium Deum, est. a Solium gloriæ,] id est, Ierusalem, quæ fuit Solium Dei, id est, boni Iudæi, expectant, quod Ierusalem restituatur,

a Solium gloriæ b altitudinis à principio c locus sanctificationis nostræ, d expectatio Israel Domine e omnes qui te derelinquunt f confundentur, g recedentes à te in terra scribentur, quoniam h dereliquerũt venam aquarum viuentium Dominum. i Sana me Domine, & k sanabor, saluum me fac, & saluus ero, quoniam l laus mea tu es. m Ecce ipsi dicunt ad me. Vbi est verbum Domini? n Veniat. Et o ego non sum turbatus te pastorem sequens, & p diem hominis non q desideraui, r tu scis. s Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit.

vt sit solium gloriæ Dei, sicut priùs fuit quando in ea habitabat super propitiatorium, & in fumo, & in nube apparebat in templo. Gloriæ dico. b Altitudini a principio, id est ipsi expectabunt quod ita alta & nobilis sit sicut fuit a principio.

c Locus,] id est,
C ipsi expectabunt, quod Ierusalem sit locus sanctificationis nostræ, id est, Dei sanctificantis ipsos, vel nos sicut fuit a principio, quando ibi habitabat per miraculorum ostensionem. Vel sic.

c Locus Sanctificationis nostræ,] id est, adorationis culturæ, per quæ Deus in nobis fuit quondam sanctificatus, id est, sanctus, & gloriosus ostensus, vt vocetur Ierusalem locus sanctificationis, quoad Sacerdotes, & Leuitas Templi ministros solium autem gloriæ, quoad Reges & Principes per quos tunc iudicium exercebat.

Mysticè. Et mysticè. d Israel) id est, videns Deum per fidem, debet expectare. a Solium gloriæ,] id est, vt sedeat Deus in eo exercendo per eum iudicia sua. Illi enim soli sunt digni iudicare alios, qui sunt solium Dei, quorum conuer-
Phil. 3. d. satio in cœlis est. Quia non nisi cœlum est sedes Dei, vt dicitur *Isa. vlt.* a. 1. *Cor.* 2. d. Spiritualis homo omnia diiudicat. Vel sic.

d Expectatio Israel] id est, omnium credentium, est.

a Solium gloriæ altitudinis] id est, ipse Christus, qui est thronus gloriosus, excelsus omnium Christianorum; id est, sustentator omnium sicut de Elia dicitur 4. *Reg.* 2. b. quod est ipse currus, Israel, id est, eius sustentator. Qui est, &c. c Locus sanctificationis nostræ,] id est, sanctificatio nostra, *sup.* 14. d. Solium gloriæ tuæ recordare, ne irritum facias pactum tuum nobiscum, id est, Christi recordare aduocati nostri te pro nobis interpellantis.

e Domine omnes qui te derelinquunt] per peccatum vel idololatriam. f Confundentur] confusione æternâ, nisi pœnituerint. *Psal.* 108. Operiantur sicut diploide confusione sua.

g Recedentes à te in terra scribentur] quasi de facili deleturi, quia terra mollis est naturæ, quasi dicat, citò peribit memoria eorum, & omnis eorum possessio. Vel, In terra scribentur, i. in terrenis ascribentur, quia per ea cognoscentur, tanquam aliquis per aliquam magnam domum suam, vel aliqua magna quæ fecit, vnde dicitur Dominus terræ illius, vel domus illius, sic nihil fecerunt nisi terrenum, nec aliquid quæsiuerunt. Sicut enim boni scribuntur in cœlo, vt hæreditatem cœli habeant sic isti dicuntur scripti in terra, quia nihil habent nisi in terra, & nihil in cœlo, *supr.* 12. a. Plantasti eos, & radicem miserunt, proficiunt & faciunt fructum. *Psal.* 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Literæ quibus scribuntur homines in terra, sunt diuitiæ, delitiæ, honores. quæ ostendunt quales, sunt, scilicet, auari, superbi, luxuriosi. Quantò autem magis homo sic scribitur in ter-
Phil. 3. d. ra, tanto magis deletur à scriptura quâ sancti scribuntur in cœlo, quibus dicitur *Luc.* 10. d. Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis; quod dicitur illis quorum conuersatio est in cœlis. Dicitur autem quis deleri de libro illo, non quoad scripturam, qua quis scribitur ibi per prædestinationem, illa enim indelebilis est, sed ab illa qua scribitur ibi per præsentem iustitiam. Vel dicitur quis deleri à scriptura prædestinationis, quando ostenditur esse deletus, id est, nunquam fuisse scriptus, quod fit quando homo non nisi ad terrena inhiat. Ideo dicitur *Matt.* 6. c. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur Quare autem scribantur in terra subdit.

h Quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum.] *sup. vlt* c. Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Dominus enim est fons aquarum. Vnde dicit *Ioan.* 7. f. Si quis sitit veniat ad me & bibat. Et *Ibid.* Qui crediderit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicit de spiritu quem accepturi erant credentes.

i Sana me Dñe] Hic petit Propheta liberari, & sanari, quasi dicat, parce mihi vt non permittas me captiuari. Vel Sana me Dñe] i. libera me ab ipsis opprobrijs, quæ patior, & ab insidijs quibus Iudæis sæpè circumuentus sum. A te enim solo peto medicinam, qui solus es vera medicina. Multi enim medici illam hemorroissam ad curam receperunt vt eam sanarent, sed non potuerunt, licèt illa multa expendisset, sed solus tu eam sanasti, vt dicitur *Luc.* 8. g. Sana, à pœna. Salua à culpa, *Psal.* 9. Miserere mei Domine quoniam infirmus sum, sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

k Et sanabor, &c. Tunc enim medicinam salus, vel sanitas, sequitur, quando Christus animam ad saluandum recipit.

l Quoniam laus mea tu es] id est, solus potes hoc dicere, quia relicta omni temporali gloria & delectatione, in solo Deo gloriam & delectionem habet, secundum, illud *suprà* 9. g. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me.

m Ecce ipsi dicunt ad me. Vbi est verbum Domini?] quasi non credunt eis, quæ dico eis. Non enim credunt venturam eis captiuitatem in diebus suis, licet sit ventura posteris eorum. Vbi est? quasi dicat.

n Veniat] quasi videamus si verum dicis. Sic multi dicunt non credentes comminationibus Prædicatorum. *Amos* 5. c. Væ desiderantibus diem Domini, ad quid eam vobis? *Isa* 5. c. Qui dicitis, festinet, & citò veniat opus eius, vt videamus, appropriet, & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud. *Isa.* 28. c. Erit eis verbum Domini, manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, vt vadant per delectationem, & cadant retrorsum, per consensum, & conterantur, per actum, & illaqueentur, per consuetudinem, & capiantur, per impœnitentiam in morte.

o Et] tamen illis sic dicentibus, & improperantibus; ego non sum turbatus te pastorem sequens, id est, tua sequens vestigia. Ille dicitur in via turbari, qui non potest inuenire viam per quam debet ire. Quasi ergo dicat, bonam viam iui, quia te non dereliqui. *Iob.* 23. c. Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui.

o Et) hoc ideo, quia, diem hominis non desideraui, i. laudem humanam, vel fauorem, vel quamcunque temporalem delectationem. Vnde *Gregor.* Qui laudem siue placentiam non quærit, contumeliam non sentit. Et ideo hoc faciens non fui turbatus ad contumelias 1. *Corin.* 4. a. Mihi pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Benè sic dicit, quia ipse humanus fauor est iudicij condemnationis causa, vel quia humanus fauor magis quærit iudicia hominum quàm Dei. Item. *Psalm* 55. Ab altitudine diei timebo. Alia expositio ponitur in Gloss.

p Diem hominis] id est, vitam longiorem quàm ægrotantes desiderare solent. Sic ergo secundùm hoc, longam vitam desiderare non est bonum. Sed nonne sciebat Ieremias Deum velle eum diu viuere? Sol. Licet Deus vellet hoc de sanctis, tamen Sancti hoc non desiderabant propter pericula huius vitæ. Et non dicit non volui, sed.

q Non desideraui] quia desiderium vix potest esse sine delectatione, sed velle quandoque sine ea est. Vnde non posset vitam præsentem longam desiderare siue præsentis vitæ delectatione.

r Tu scis,] ipsum eundem inuocat testem quem & iudicem.

s Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit) quasi iniustè dicunt mihi: Vbi est verbum Domini quia non sum mendax, *Iob.* 16. d. In cœlo est testis meus, & conscius meus in excelsis. Ibi *Greg.* Qui testem in cœlo habet, si ab omnibus in mundo reprehenditur, non curat. Illi propriè eum in cœlo testem habent, qui eum per imitationem sequuntur. Tales enim non turbantur in viis Domini, sed rectè vadunt, nec lassantur. *Num.* 23. c. secundùm aliam literam, quam ponit. *Gloss.* Non est lassitudo in Iacob, neque dolor in Israel. Vnde *Matth.* 11. d. Venite ad me, id est, post me. omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.

a Non sis tu mihi formidini, *b* spes mea tu in die afflictionis, *c* Confundantur qui me persequuntur, & *d* non confundar ego, *e* paueant illi, & non *f* paueam ego. *g* Induc super eos diẽ afflictionis, & *h* duplici contritione contere eos. Hæc dicit Dominus ad me, *i* Vade & sta in porta filiorum populi per quam *k* ingrediuntur *l* Reges Iuda, & egrediuntur, & cunctis portis Ierusalem, & dices ad eos. *m* Audite verbum Domini Reges Iuda, & omnis Iuda, cũctiq; habitatores Ierusalem qui ingredimini per portas istas. Hæc dicit Dominus, *n* Custodite animas vestras, & *o* nolite portare pondera in die sabbati, nec *p* inferatis per portas Ierusalem, & *q* nolite eiicere onera de domibus vestris in die sabbati, & *r* omne opus non facietis. *f* Sanctificate diem sabbati, sicut *t* præcepi patribus vestris. Et *u* non audierunt, nec *x* inclinauerunt aurem suam, sed *y* indurauerunt ceruicem suam ne audirent me, & *z* ne acci-

a Non sis tu mihi formidini,] & est Liptote, quasi da mihi fiduciam, vt confortet auxilio tuo, & viriliter agam. *b* Spes mea tu in die afflictionis,] sc. tu sis. *Septuag.* Non sias mihi alienus, parcens mihi in die mala, quasi non parcas mihi in die mala, scilicet in præsenti sæculo, vt sic magis parcas in futuro.

Iuxta illud. *Abac.* 3. d. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis. Tunc enim esses mihi alienus si mihi peccanti parceres, nec in virga tua corriperes, quia omnem filiũ quẽ pater recipit corripit. *Heb.* 12. b. *Apoc.* 3. d. Ego quos amo arguo, & castigo. *sup.* 15. *Abacu.* 3. *a.* c. Noli in patiẽtia tua suscipere me, quia cum in præsenti iratus fueris misericordiæ recordaberis. Et huc benè concordat nostra litera, quæ dicit, Non sis tu mihi formidini spes mea tu in die afflictionis. In die enim prosperitatis præsentis non est spes. Vnde *Luc.* 6. d. Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Sed magis spes in die tribulationis. Vnde *Matth* 5. a. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, &c. *c* Cõfundantur qui me persequuntur,] salubri confusione, quasi de peccatis conterantur. *Psalm.* 82. Imple facies eorum ignominia, &c.

d Et non confundar ego,] id est, non habeam causam confusionis. sc. peccatum vel confusionem sustinere non timeam, vt scil. confusio mea quã sustineam, non adducat ignominiam, sed magis gloriam. *e* Paueant illi] sc. Deum, vel comminationem eius, vt peccare desistant, & persequi me, & exprobare verbum Domini.

f Et non paueam ego,] id est, causam pauoris non habeam, scilicet, peccatum.

g Induc super eos diem afflictionis] siue vltionis, i. captiuitatis præsentis, vt sic saltem corrigantur & in illa captiuitate. *h* Et duplici contritione contere eos,] i. pro duplici eorum iniquitate eos contere, secundum illud, *supr.* 16. d. Reddam duplices iniquitates eorum, id est, pœnam pro duplici iniquitate, quia transgressi sunt legem naturalem & scriptam. Vel quia mala commiserunt, & bona omiserunt. Vel quia Deum offenderunt, & se, & proximum offenderunt, scilicet, malo exemplo. Vel,

h Duplici contritione] scilicet, fame, quoad obsessos in ciuitate, & gladio, quoad occisos in agro. Vel loquitur de malis, & afflictis, non imprecando, sed prædicando, quod in Inferno contererentur duplici contritione, scil. in anima & corpore quando suscipient de manu Domini duplicia pro peccatis suis, vt dicitur *Isa.* 40. a. Vnde cõtere, i. cõteres. *i* Vade & sta in porta filiorum populi.] Quia sic contemnunt verba tua, vade ad locum apertum, scil. ad portam Templi, vel vrbis. *k* Per quam ingrediuntur, & egrediuntur [vt sic tandem ex necessitate cogantur audire. *l* Reges Iudæ;] id est, Principes. Secundum illud 2. *Tim.* 4. a. Insta opportunè, importunè. Ibi *Gloss.* Opportunè, secundùm veritatem, importunè, secundùm eorum opinionem. Tu quidem opportunè agis, sed importunus videris, vt sic possint se excusare, quòd bonum non fecerunt, dicentes, quia non audiuimus, & ideo oportunè. *m* Audite verbum, &c. qui ingredimini per portas istas] Templi vel vrbis. *n* Custodite animas vestras] sollicitè, ne ibi intret Diabolus per peccatum, sicut custoditur domus à latronibus, & ideo clauditur. *Deut.* 1. b. Custodi temetipsum, & animam tuam sollicitè. *o* Et nolite portare pondera in die sabbati,] i. peccata. Et hoc maximè in die sabbati, quando ab omni opere seruili cessabunt homines, vnde multo magis à peccato tunc cessare debetis. Sic homo maximè in festis debet abstinere à peccato, quod est pondus graue. *Psalm.* 37. sicut onus graue grauatæ sunt super me. *Isa.* 58. b. Dissolue colligationes impietatis solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. *Heb.* 12. a. Habentes tantam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstans peccatum Vel ad literam præcepit eis seruare diem sabbati, secundum legem. *Exod.* 20. b. *p* Nec inferatis per portas Ierusalem,] ad literam. Vel mysticè, i. per virtutes. Ita exponit *Gloss.* Sed quomodo potest inferri peccatũ per virtutes, cũ virtus sit bona qualitas mẽtis quã Deus in nobis sine no. transfundit qua benè viuitur, qua nemo malè vtitur? Ergo virtute nullus potest male vti.

Solut. peccatum dicitur ingredi per virtutes cum sub specie virtutis malum fit, vel quando ex virtute, vel eius occasione surgit elatio superbiæ, quia sæpè de bono superbitur, vel quando bonum fit, non benè, id est, non ordinatè vel eo modo quo fieri debet, *p* Per portas Ierusalẽ, quasi per sensus, per quos ingreditur peccatum in animam. Mors enim intrat per fenestras, vt *sup.* 9. f. *q* Et nolite eiicere onera de domibus vestris in die sabbati.] Ad literam, quia hoc opus seruile erat secundum legem. Vel dicit onera pœnitentiæ, quæ etsi abiicienda non sint, nisi fortè ad tempus, tamen præcipuè in die sabbati, & festi non sunt abiicienda. Sed contra. Tunc enim ieiunamus, sed magis in vigiliis, & festis est gaudium non luctus. Vnde *Nehem.* 8. c. Nolite lugere, & nolite flere, &c. Ite, comedite pinguia, & bibite mulsũ, & mittite partes eis qui non præparauerunt sibi, quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari. Gaudium enim Domini est fortitudo vestra. Sol. Etsi aliquæ pœnitentiæ non sint faciendæ in festis, vt ieiunia, & huiusmodi, non tamen propter hoc sunt abiiciendæ quod si fieret peccatum resumeretur. Tunc enim fundamentum omnis pœnitentiæ abiiceretur. scilicet, propositum non peccandi, quod nunquam abiiciendum est, & sic nunquam pœnitentia abiicitur. Et præterea si tunc non sunt facienda ieiunia, nihilominus debent fieri aliæ pœnitentiæ. Vel onera eiiciuntur, quando de corde exit peccatum ad opus. Simile præceptum quantum ad literam sicut hic, habetur *Nehem.* vltim. c. Clauserunt ianuas, & præcepi, vt non aperirent eas vsque post sabbatum, & de pueris meis constitui super portas, vt nullus inferret onus in die sabbati.

r Et omne opus] seruile, non facietis, quale propriè est peccatum. Vnde *Ioann.* 8. d. Qui facit peccatum seruus est peccati. Sed semper illud opus faciendum est, de quo *Ioan. sexto* c. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Sed in festis malè magis operantur cibum qui perit, scilicet, qui gulæ tunc se exponunt, 1. *Corinth. sexto* c. Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc, & hanc destruet.

f Sanctificate diem sabbatum, &c.] id est, in honore, & sanctificatione habete, vel sanctum ostendite, tunc abstinentes ab omni opere seruili.

t Sicut præcepi patribus vestris) *Exo.* 20. b. Quod autem sit præmium obseruantium sabbatum, vel literaliter, vel spiritualiter dicitur *Isa.* d. Si auerteris à sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaberis sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua, & vt loquaris sermonem, tunc delectaberis super Domino, & sustollã te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Sed contra malos, dicitur *Isa.* 1. d. Solemnitates vestras odiuit anima mea. *Thren.* 1. c. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. Ideo dicitur *Exod.* 35. c. Videte vt sabbatum meum custodiatis, quia signum est inter me, & vos in generationibus vestris.

u Et non audierunt] aure exteriori.

x Nec inclinauerunt aurem suam) mentis.

y Sed indurauerunt ceruicem suam ne audirent, &c] tanquam animalia indomita, renuentes omnes iugum legis. *supr.* 7. f. Non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt, quam patres eorum. *Ezech.* 3. b. Omnis domus Israel attritâ fronte est & duro corde.

z Et ne acciperent disciplinam, &c.] id est, disciplinati fie-

A rent per

A rent per doctrinam meam. *a* Et erit si audieritis me, hic ponit præmium custodientium legem, & sanctificantium sabbatum. *b* Vt non inferatis, &c.] expone vt prius. *c* Ingredientur per portas ciuitatis, &c.] Ad literam, quasi honore & delicijs affluentes. Vnde : Ascendentes in curribus, &c. Vel :

perent disciplinam. Et *a* erit, si audieritis me, dicit Dominus, vt non *b* inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbati. Et si sanctificaueritis diem sabbati ne faciatis in eo omne opus, *c* ingredientur per portas ciuitatis huius, Reges & Principes *d* sedentes super solium Dauid, & *e* ascendentes in curribus & equis, ipsi & Principes eorum, viri *f* Iuda, & *g* habitatores Ierusalem, & *h* habitabitur ciuitas hæc in sempiternum. Et *i* venient de ciuitatibus Iuda & de circuitu Ierusalem, & de terra Beniamin, & de campestribus &

D Moraliter, id est, si benè custodieritis festa hæc, promitto vobis, quod bonos Principes sæculares habebitis, & bonos Ecclesiæ Prælatos. Ad hoc autem quod boni sint Prælati, oportet eos ingredi per portas, scilic. quod canonicè eligantur, Aut aliter, fures essent & latrones, quia per ostium non ingrederentur in ouile ouium, vt dicitur *Ioan.* 10.a.
Oportet etiam, quòd sint portæ, id est, alios introducentes in Ecclesiam per doctrinæ & exempli dilucidationem, & quòd sint Reges & Principes, id est, benè se regentes & carni suæ principantes, vt scilic. non regnet peccatum in corpore mortali eorum, vt dicitur *Rom.* 6. b. *Pro.* 21. Cor Regis in manu Dei, quocunque voluerit inclinabit illud.
d Sedentes super, &c.] id est Ecclesiam, quæ est solium Christi, qui per Dauid significatur. *e* Et ascendentes in curribus, &c.] id est, præerunt Ecclesiis, eas educentes & perducentes ad pastum verbi & exempli, ad colles Regni æterni. Prælatus enim est currus Ecclesiæ, qui infirmos debet supportare per compassionem. Est equus, quia debet subditos trahere per doctrinam & admonitiones & comminationes. Est & auriga, quia debet ducere & dirigere per bonæ vitæ exemplum, eis demonstrando rectam viam, vt sic ante eos vadat, quasi qui lucernam in manibus portat. Hi sunt currus ignei, quibus Elias raptus est in cœlum 4. *Reg.* 2. b. *Psalm.* 67. Currus Dei decem millibus multiplex, &c. *Abac* 3 b Quadrigæ tuæ saluatio. *f* Viri Iuda per fidei & operum confessionem. *g* Et habit. &c., per contemplationem.
h Et habitabitur ciuitas, &c.] id est, longo tempore. Vel. Mysticè de Ecclesia, quæ nunquam potest destrui. Vnde *Matt.* 28. d. Vobiscum sum omnibus diebus, &c.
i Et venient de ciuitatibus, &c. [sicut præceptum fuit, vt tribus festiuitatibus anni in Ierusalem congregarentur, & non apparerent vacui, vt dicitur *Exod. vigesimotert.* b. Vel de Ecclesia expone. Per Beniamin plaga Orientalis, per campestria Occidentalis, per montuosa Septentrionalis, per Austrum Australis, quæ est a Meridie, quasi de quatuor mundi partibus ad Ecclesiam confluent gentes, vt dicitur *Matth. octau.* b. Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac & Iacob in Regno cœlorum. Vel per Beniamin & Ierusalem, docti in lege, per campestria & montuosa indocti, quasi vtrique venient ad Ecclesiam. Vel per Beniamin, id est, filius dexteræ, Religiosi, qui offerunt holocaustum, omnibus renunciando, & seipsos seruitio Dei mancipando; per campestria, sæculares, qui victimas offerunt, quædam sibi retinentes, & superflua pauperibus erogantes. Primi, offerunt thus deuotionis in oratione, secundi sacrificium contritionis in pœnitentia. Vnde Religiosi sunt de Austro propter feruorem deuotionis; sæculares sunt montuosi, cùm luceant per exemplum. Vbi nos habemus. Sacrificium, secundùm Ieron. veritas Hebraica habet manaa, quod pessima consuetudine, vt dicit *Ieron.* imo scriptorum negligentia, Manna in libris nostris legimus Similiter *Baruch.* 1. b vbi habemus. Emitte holocausta, & thus, & facite Manaa, legitur Manna, vel magna, sed ibi debet esse manaa, quod idem est quod sacrificium.
k Si autem non audieritis me, &c.] Ecce pœna transgredientium.
l Succendam ignem in portis eius, &c.] Ad literam enim portas ciuitatis combusserunt hostes, Et si obiiciatur illud *Psal.* 73. Securibus exciderunt ianuas eius in idipsum, debet intelligi, ianuas eius, id est, Templi non ciuitatis.
m Et non extinguetur,] ab aliquo, sed ardere quantum poterit permittetur. Vel hoc dicit, quia pœna quæ tunc incœpit in malis fuit initium futuræ æternæ, & sicut adhuc est in multis. Vel ignem luxuriæ & cupiditatis, quo igne permittit Dñs comburi inobedientes sibi. De quo igne *Osee* 7. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. Vel, Non extinguetur, quia iste ignis ducit ad ignem æternum de quo *Iob.* 20. d. Deuorabit eum ignis qui non succenditur. Item nec extinguetur. *Matth.* 3. c. Paleas comburet igne inextinguibili, i. qui nec extinguet, nec extinguetur.

de montuosis, & ab Austro portantes holocaustum, & victimâ, & sacrificium & thus, & inferent oblationem in domum Domini. Si *k* autem non audieritis me vt sanctificetis diem sabbati & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem in die sabbati, *l* succendam ignem in portis eius, deuorabit domos Ierusalem, *m* & non extinguetur.

CAP. XVIII.

n VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens : *o* Surge & descende in domum, figuli

EXPOSTIIO CAP. XVIII.

VErbum quod factum est, &c.] Hic loquitur Dominus Prophetæ, docens eum de illis quæ futura sunt, non solùm verbo, sed etiam visibili signo, præcipiens ei vt descendat ad domum figuli Et sub metaphora figuli dissipantis vas, & post ad arbitrium suum reædificantis, ostendit Dominus Iudæos post dissipationem vastitatis & captiuitatis se reædificaturum si pœnituerint Et diuiditur hoc cap. in septem partes. Primò, sub metaphora figuli, ostenditur Dominus potens dissipare contemnentes, & reædificare pro sua voluntate pœnitentes. Secundò, contra populum fictilem diffinitiua datur sententia, pro eo quòd pœnitere noluit, *ibi:* Ecce ego fingo contra vos malum. Tertiò, mutat sententiam, si voluerint mutare culpam. *ibi.* Reuertatur vnusquisque. Et sic dupliciter eos attrahit, primò tormentis secundò promissis. Quartò, obstinationem & duritiem eorum ostendit, quia nec per tormenta redeunt timendo, nec per promissa amando, sed desperantes sequuntur cogitationes suas, *ibi* : Qui dixerunt desperauimus. Quintò, detestatur horribilia peccata eorum, quia scilicet, creaturis insensibilibus naturam suam non mutantibus, ipsi tamen naturam suam mutant, & Deum propter quem colendum & amandum facti sunt, obliuioni tradunt, legemque sibi datam vt in ea ambularent, & Deum colerent contemnunt, idola noua colendo, & sic viâ non tritâ deambulando, propter quod & pœnam eorum ibidem subiungit, *ibi* Interrogate gentes. Sexto, Propheta excogitationes illorum contra se enumerat, *ibi* : dixerunt, venite. Septimò, ad orationem se conuertens ostendit suam innocentiam, & contra eorum malitiam iustam eorum vindictam, *ibi.* Attende Domine. Dicit ergo.
n Verbum quod, &c.] Quia ergo Iudæi rudes erant, & non nisi per sensum cognoscentes, ideo per facta eis hic loquitur Dominus, Magis enim retinetur quod oculis cernitur.

A vt dicit hic *Gloss.* *Misticè;*

Mysticè. *o* Surge & descende in domum figuli.] Volens Propheta Dei ostendere potentiam, & hominis fragilitatem, comparat Deum figulo, & hominem luto, quia nihil potest aduersùs Deum, sicut nec lutum aduersùs figulum Vnde *Roman. nono* d. Nunquid potest figmentum qui se finxit dicere, quid me fecisti sic? *Isaia quadragesimo quinto* b. Væ qui contradicit factori suo, testa de Samiis terræ, Nunquid dicit lutum figulo, quid me fecisti sic? *Isa.* 64. c. Et nunc Domine pater es tu, nos verò lutum, & fictor noster tu, & nos opera manuum tuarum. Corpora autem nostra dicuntur vasa, quia continent liquorem siue thesaurum preciosissimum, scilicet, spiritum ad imaginem Dei creatum, 2. *Corinth.* 4. b. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Anima etiam est vas, in qua est liquor pretiosissimus, scilicet, gratiæ, & sapientia, & ita totus homo vas dicitur. Deus autem est figulus, qui coquit illud igne tribulationis, & roborat vt sit vtile ad ministerium Dei. *Ecclesiastic.* 28. 2. vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis, In domum figuli descendere, est considerare fragilitatem carnis suæ,

a vt dicit hic *Gl.* licet per omnes alios sensus ad intelligētiam possit animus duci. *a* Et ibi audies, &c.] quæ sequuntur. *b* Super rotam] sic ad literam fiunt vasa. *c* Et dissipatum est vas, &c.] propter rotæ cursum imperatum.

f Sicut placuerat, &c.] quasi dicat, ad libitum suum, sic Dominus pro voluntate sua omnia facit. *g* Nunquid &c.] qui primò fregit & post reædificauit quasi, imo maiorem habeo potestatem quam figulus, vt qui fregi Iudæos per captiuitatē, eos reædificare possim per reductionem de captiuitate. *h* Ecce sicut lutum, &c. in manu mea] id est, in potestate. Vnde *Rom.9.* e. Nonne potestatem habet figulus luti ex eadem massa facere aliud vas inhonorem, aliud in contumeliam? id est; Iudæos ignominiosè captiuare, & post honorificè reducere si pœnituerint? *Eccl.33.* b. Omnes homines de terra fecit vnde creatus est Adam, in multitudine disciplinæ Domini separauit eos, & immutauit vias eorum, & ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit, & conuertit illos ad separationem ipsorum, quasi lutum figuli in manu ipsius plasmare & disponere illud, omnes viæ eius secundum dispositionem eius, sic homo in manu illius qui se fecit. *i* Repentè] quasi sicut repentè contractum est vas. *k* Loquar aduersum gentem, &c.] Ad literam contra gentem quæ impugnauit Iudæos, quæ omnes quasi non sint, sic sunt coram Deo, vt dicitur *Isa.* 40. d. Vel gentem, vocat Iudæos, quos Dominus propter peccata sua per captiuitatem contriuit. *o* Si,] tamen pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, culpæ recedens.

Rom.9. c.

22.q.4.c. incommutabilis.

& ibi *a* audies verba mea. Et descendi in domu figuli, & ecce ipse faciebat opus *b* super rotam, *c* & dissipatum est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis. *d* Conuersusque fecit *e* illud vas alterum *f* sicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factum est verbum Domini ad me dicens. *g* nunquid sicut figulus iste non potero vobis facerē domus Israel, ait Dominus, *h* Ecce sicut lutū in manu figuli, sic vos in manu mea dom⁹ Israel. *i* Repentè loquar *k* aduersū gētem & aduersus regnū, vt *l* eradā *m* & destruam *n* & disperdam illud. Si *o* pœnitentiam egerit gens illa à malo suo *p* quod locutus sum aduersus eam, *q* agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei, & *r* subitò loquar de gente & de Regno vt ædificem & plantem illud. Si *s* fecerit malum in oculis meis vt non *t* audiat vocem meam, *u* pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt facerem ei. Nūc ergo dic viro Iudæ & *x* habitatori Ierusalē dicens: Hæc dicit. Dñs *y* Ecce ego fingo cōtra vos malū.

p Quod locutus sum aduersùs eam,] id est, de quo reprehendi eam.

q Agam & ego pœnitentiam super malo.] pœnæ, id est. ad modum pœnitentis me habeo, vt non inferam malum quod comminatus sum. Contra 1. *Reg.15* f. Non est Deus vt homo vt agat pœnitentiam, & pœnitudine non flectetur. Sol. Ibi *Gloss.* Non est Deus vt homo, quasi non pœniteat, vt homo qui per mutationem pœnitet, qui quia malè iudicauit pœnitet, Deus enim immutabilis est secundum iustitiam & veritatem, sed homo mutabilis.

r Et subitò loquar, &c.] quasi non contra gentem, id est, citò faciam, sicut vas subitò restitutum est. Sic autem Dominus loquitur, non quia hoc vel illud ignoret, scilicet, Regni destructionem, vel ædificationem, sed vt notetur libertas arbitrij hominis, in qua est vt merito suo pœnas vel † misericordiam recipiat, vt qualia merita permanserint, talis merces sequatur. Et secundū mutationem meritorum, sic & mutatio comminationis vel promissionis, quia nec comminatio implebitur sine perseuerantia malitiæ, nec promissio sine perseuerantia boni meriti. Et non nisi sub conditione perseuerantiæ sunt intelligendæ comminationes vel promissiones in quibus omnibus Dominus non est mutabilis sed tantum in homine est mutatio, scilicet, boni ad malum, vel è conuerso, quam mutationem sequitur sententiæ mutatio. Sed.

al.† prēmia.

s Si fecerit malum, &c.] quia *Heb* 4. d. omnia nuda sunt & aperta oculis eius ad quem nobis sermo. *t* Vt non audiat, &c.] *Prou.28.* b. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. *u* Pœnitentiam agam, &c.] id est, per modum pœnitentis agam, scil. non dando eis bonum quod promisi, non eis existentibus talibus; sed si pœnitens essem, quæ conditio in omni promissione Domini intelligenda est. Vnde mutatio promissionis non est ex parte Dei, sed tantùm ex meritorum mutatione. *x* Et habitatori Ierusalem,] id est, hominibus de tribu Beniamin.

y Ecce ego fingo contra vos malum.] Fingere propriè est figuli. Et sic loquitur, vt prosequatur metaphorā prædictā, cuius impletionem hic dicit, malū pœnæ, quasi citò vobis

A inferam pœnam

a gilitatem carnis suæ. Caro enim nostra quasi ex aqua & puluere coagulata est, id, est, sanguine & semine parentum. *Sap.7.* a. In ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine ex semine hominis & delectamento somni conueniente. Hanc domū intrare multum valet habentem humilitatem. Vnde *Mich.6.* d. Humiliatio tua in medio tui. *Nahum.3.* c. Intra in lutum & calca, &c. *Ezech.* 3. g. Ingredere & abscondere in medio dom⁹ tuæ. *Matth.9* a. Surge, tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Propter quid autem ibi descendendum sit subdit. *a* Et ibi auditus spiritualis. Memoria enim propriæ fragilitatis dat intelligentiam veritatis. *Thren.3.* c. Memoria memor ero & tabescet in me anima mea. *Eccl.7.* a. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij, in illa enim admonetur finis cunctorum hominum, & viuens cogitat quid futurum sit. Bene ingressus erat in domum hanc, qui dicebat. *Rom.7.* d. Quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic enim ibi ingressus intellexit corpus suum esse carcerem. *Act.9* a. Surge, ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Hoc autem vas rectè dicitur fieri.

De pœn.dist. c. si agamus.

b Super rotam] propter eius, scilicet, corporis instabilitatem. *Iob.* 14. a. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, &c. *Iac.3.* b. Lingua cōstituitur in mēbris nostris quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ inflammata a gehenna, id est, Diabolo. Vel dicitur rota, quia idem est principium & finis ibidem, secundū illud *Gen.3.* d. Terra es & in terram ibis. *Eccl.12.* c. Ibit homo in domum æternitatis suæ, & circumibunt in plateis flentes antequam rumpatur funis argenteus & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam, & reuertatur puluis in terram suam: vnde erat.

c Et dissipatum est vas] *Isa.30.* c. Subitò dum non speratur veniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione perualida. *Isa.* 38. c. Dum adhuc ordirer succidit me. Homo totus conteritur per peccatum. Sed.

d Conuersus, scilicet, Deus ad misericordiam, secundum illud *Zachar.* 1. a. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.

e Fecit illud vas alterum] quia de vase contumeliæ fecit vas honoris & gloriæ. *Rom.* 9. e. Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam. Primum vas quod dissipatum est, fuit primus Adam, qui displicuit Deo. Secundum quod reformatum est & integrum mansit, fuit Secundus Adam, id est, Christus, qui Patri per omnia placuit. Vnde *Matth.* 3. d. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui. Ideo dicit. *f* Sicut placuerat.] Homo ergo dicitur vas contumeliæ conuersus in vas gratiæ, & potest dicere illud *Gal.2.* d. Viuo ego iam non ego. Sic Saulus de vase reprobationis factus est vas electionis. Sic dicitur ad Saul, 1. *Reg.10.* b. Insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alterum. In signum huius dicit Dominus. *Ezech.* 12. a. Tu fili hominis sume vasa transmigrationis & transmigrabis per diem coram eis de loco tuo ad locum alterum.

l Vt eradicem] separando ab omni bono.

m Et destruam] exponendo omni malo.

n Et disperdam illud,] diuersis tormentis in Inferno affligendo.

q Agam & ego pœnitentiam,] quia nisi de culpis pœnituerimus, Deus de poena comminata infligenda non pœnitebit. Quomodo autē Deus, pœniteat, dicitur *Osea.* 11. c. Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea, non faciam furorem iræ meæ, non conuertar, vt disperdam Ephraim, quoniam Deus ego & non homo in medio tui sanctus.

A *p* Interrogate gentes

a inferam poenam *Isa* 45.a. Faciens pacem & creans malum. a Et cogito contra vos,&c.]id est,inferre sententiam quod est conterere vos b Reuertatur vnusquisque,,&c.] quasi vt mutetur sententia, mutent opera, id est, illud quod videor tenere. *Aug.* Muta cor & muta. itur opus, bona vis habere, & bonus non vis esse, vis habere mortem bonam, & non vis habere vitam bonam, plus ergo amas mortẽ tuam quã vitam tuam.

Inf. 15. *b.* & 35. *c.*

c Et dirigite vias vestras] id est, opera. d Et studia

C vestra] i. cogitationes quas declinastis ad peccatum. Vnde si hoc feceritis, tũc vos readificabo. Ideo *Ioel.* 2. c.

& a cogito contra vos cogitationem. b Reuertatur vnusquisque à via sua mala, & c dirigite vias vestras, & d studia vestra. e Qui dixerunt : Desperauimus. f Post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisq; prauitatẽ cordis sui mali faciemus. Ideo hæc dicit Dñs g Interrogate gẽtes. h Quis audiuit talia horribilia,i quæ fecit nimis k Virgo Israël?l Nũquid m deficiet de petra agri nix Libani,aut n euelli possũt aquæ erumpentes frigidæ,& defluentes? o Quia oblitus est mei populus meus frustra p libantes & q impingentes in viis & in r semitis sæculi, vt f ambularent per eas in itinere non t trito, vt u fieret terra eorum in x desolationem, & in sibilũ sempiternũ.Omnis z qui præterierit eam obstupescet, & a mouebit caput suũ.b Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico, c dorsum & non faciem ostendam eis

Conuertimini ad Dominum Deum vestrum,quia benignus & misericors est,patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitiam Qui mutat sententiam mutato merito. *Ezech.* 33.d.Si autem dixero impio,morte morieris, & egerit poenitentiam à peccato suo, feceritque iudicium & iustitiam, &c. vitã viuet & non morietur, omnia peccata eius,quæ peccauit, non imputabuntur ei. Et *ibid.* c. Si dixero iusto quòd vita viuat, & confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate sua quam operatus est in ipsa morietur.

e Qui dixerunt,&c]quasi dicat,nihil est quod promittit. Vel sic. Tantis sumus implicati flagitiis, & in tantum à Domino recessimus, quod ab ipso habere veniam desperamus,& ideo quod mones non faciemus, sed idola colemus, *sup.* 2. e. Et dixi, desperaui, nequaquam faciam, adamaui quippe alienos. f Post cogitationes enim, &c] id est,post prauitatem Contra illud *Eccl.* 18.d. Post concupiscentias tuas non eas. Ex corde enim exeunt cogitationes malæ,adulteria, &c. *Matth.* 15. b. Sequi ergo cor, malum est, quia ex nobis malum, sed ex Deo est tantum omne bonum,& ideo sequi eum debemus.Vnde 2 *Cor* 3. b. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Et hoc est contra Pelagium dicentem,liberum arbitrium sufficere ad iustificationem sine gratia. Sed dicit *Ieron.* Cum sit Dei offensa sequi cordis cogitationes, ergo non ex voluntate sine gratia potest esse iustificatio.

g Interrogate gentes.]Ecce ostendit quomodo ambulant post prauitatem cordis sui.

h Quis audiuit,&c.]quæ significantur per illas abominationes magnas, & maiores, quas inueniebat Propheta Ezechiel quando in Templum ingrediebatur *Ezech.* 8.*sup.* 11. c. Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa?

i Quæ fecit nimis]*sup.* 3 g. Quia vilis facta es nimis. Nimis id est,vltra etiam gentiles.

k Virgo Israël quondam , id est, quæ olim soli Deo desponsata erat, quia hæc sola Deum colebat , quia notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius.

l Nunquam deficiet , &c.] Tribus modis iungitur hoc præcedentibus.Primò,vt sit responsio ad illud supra.Desperauimus , quod admirans Dñs quòd ipsi desperarent , ait:Nunquid deficiet,&c.quasi non potest deficere nix in monte Libani,sic nec ego eis,& ideo desperare non deberent. Simile *sup.* 2. f. Nunquid obliuiscetur virgo ornamenti sui?aut sponsa fasciæ pectoralis suæ?Populus verò meus oblit⁹ est mei dieb.innumeris.Et *Isa*.49.d.Nunquid potest mater obliuisci infantem suum,vt non misereatur filio vteri sui ? & si illa oblita fuerit,ego non obliuiscar tui.Quare autem non obliuiscatur Dñs,dicitur *sup.*13 b. Agglutinaui mihi omnem domum Israël. Secundò sic, vt sit ostensio obstinatæ malitiæ Iudæorum,& perpetuæ derelictionis eorum,quasi dicat, sicut nix Libani indeficiens est , sic indeficiens est malitia Iudæorũ. Simile *sup.*13 c.Si mutare potest Æthiops pellem suam,& Pardus varietates suas , & vos poteritis benè facere cùm didiceritis malum.Vel iungit hoc *Glo.*vt sic ostendatur peccatum eorum esse oppositum omni creaturæ , & ideo horribile. Vnde. l Nũquid de petra agri]id est de summitate agri vbi solẽt esse petræ,vel de monte petroso,qui dicitur ager propter eius planiciẽ in sui sũmitate:petra autẽ propter eius crepidinem in eius decliuĩ. m Deficiet nix Libani] quasi etiam insensibilia non mutant naturam suam & tamen Israel mutat suam. Seruire enim Deo , est eis quasi naturale, & insitum est hoc hominis rationi. Vnde *Deut.* 30. c. Iuxta te est sermo valdè in ore tuo vt facias illum. Ipsi autem dereliquerunt Deum. n Aut euelli possũt aquæ erumpentes frigidæ & defluentes scil. semper quia de niue quæ in monte Libano est semper, nunquam cessãt fluere aquæ *Amos* 6. d. Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis ? quasi,res etiam inanimatæ non possunt mutare naturam suã.

Inf. 19. *c.* & 49. *d.* & 50. *c.*

o Quia oblitus est mihi poopulus meus frustra] quia inde non acquiritur bonum , nec vitatur malum , sed perditur omne bonum & acquiritur omne malum , quia,scilicet . me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.

p Libantes] idolis.

q sit impingentes in viis suis]id est, offendentes,vel offendicula inuenientes vt ruant. Nimirum quia viæ eorum tenebræ & lubricum. Et *Prou* 4.c.Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant *Isa* 59. b. Impegimus in meridie quasi in tenebris. Quia *Eccl.* 21. b. Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi , & tenebræ & poenæ.

r Et in semitis sæculi] in hoc , scilicet , in peccatis suis imitantes sæculum.

f Vt ambularent,&c.] id est, in cultu idololatriæ.

t Non trito,] id est,non assueto,scilicet,quantum ad Iudæos , qui non solebant adorare nisi vnum Deum , sicut via sæculi , id est , via mundana , licet sit trita mundanis. Vnde *Mat*.7.b.Speciosa est via quæ ducit ad perditionem. Quæ dicitur non trita , quoad vestigia Sanctorum , qui vitam Christi imitantes incedunt per arctam viam. quæ ducit ad vitam. Quæ trita est lapidibus Stephani. craticula Laurentii,, cruce Christi insignita, & quasi calcata. Vel dic quòd quia dixerat Deus priùs se mutare sententiam suam secundum meritorum hominum mutationem , ne propter hoc quis crederet Deum esse mutabilem , ideo ostendit per hoc suam immutabilitatem , dicens : Nunquid , &c.] quia sicut hæ in natura sua immutabiles sunt , sic & ego multò plus. Iudicium enim quod est secundum superiores causas immutabile est , licet sententia mea quæ est secundum inferiores sit mutabilis.

Moral.

Moraliter , siue Metaphoricè.Quasi vos desperatis, sed non de petra.

l Nunquid de petra]id est,firmo & constanti.

m Deficiet nix] id est , gratia refrigerans ab æstu peccati, quæ est , Libani quod interpretatur candidatio, per quod intelligitur munditia vitæ , *Psalm.* 50. Super niuem dealbabor. *Iob.*9. d. Si lotus fuero quasi aquis niuis , tamen sordibus intinges me.

n Aut euelli possunt aquæ erumpentes frigidæ & defluentes]quasi lacrymæ delectationis peccati ignem extinguentes in corde.Tunc autem maximè de niue exit aqua,quando calor Solis super niuem ascendit ; sic qui magis vero Sole irradiatur , citius in lacrymis dissoluitur.

u Vt fieret terra eorum] ecce poena subditur post culpam .

x In desolationem] vt sic Deum dereliquerunt , sic ibi sit solitudo perpetua.

y Et in sibilum, sempiternum] scilicet, derisionis & indignationis:Draco enim victus ab Elephante ex indignatione sibilat . sic Iudæi maximè indignabuntur præ stupore confusi. Et tota terra erit in sibilum.

z Omnis qui præterierit eam obstupescet] videns miseriam & eam comparans ad foelicitatem quam ante habebat.

a Et mouebit caput suum] sicut caput solet nobis tremere,cum videmus aliquid horribile.*Nahum* 3. b.Et erit omnis qui viderit te resiliet à te,& dicet , vastata est Niniue.

b Sicut ventus vrens dispergam eos coram inimico] qui dicitur rediget ad nihilum palmites & ex imperato.

c Dorsum, &c]scil.exponendo eos tribulationi. Per faciẽ eius misericordia significatur. Et meritò, quia verterũt ad

me tergum

me tergum & non faciem, vt *sup.* 2. f. Et hoc magis proprie intelligitur completum post captiuitatem Romanorũ quado dispersi, & vagi & profugi facti sunt in omnib. nationibus, vt dicitur *Osea* 9. d. Et hoc coram inimico scilicet, vastatore, vel Diabolo, cuius opera semper sequuntur.

Et Dominus nũquam modo. eis ostendit faciem, quia sicut ipsi ab eo semper recedunt, sic ad eos nunquam reuertitur. Vnde 1 *Par.* 28. c. dixit Dauid ad Salomonem. Si quæsieris eum inuenies eum, si autem dereliqueris eum, proijciet te
D in æternum.

93. dist. c. diaconi, ibi, nunc autem.

a In die perd. eo, &c.] i. captiuitatis vel iudicij futuri. Tũc enim vertet dorsum malis. *Matt.* 25. a. Amen dico vobis, nescio vos.

b Et dixerunt. Venite, &c.] Vnde *Amos* 5 c. Odio habuerunt corripientem in porta, &c. Vnde 3. *Reg.* 22. b. dixit Rex Israel de Michæa. Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum. Vnde vt ibidem dicitur, præcepit postea eum ligari & poni in carcerem. Et Sedechias etiam percussit eum in maxillam, & hoc fecit, quia dixit falsos Prophetas non loqui à Domino, sed magis habere spiritum mendacij, quia spiritum mendacij dederat Dominus in ore omnium Prophetarum. Sic sæpè silentium imponitur ei qui peccata arguit. Illi autem habent propriè in ore spiritum mendacij, qui præcepta Domini, vel prohibitiones & comminationes emolliunt, fouentes peccatores in peccatis suis, & loquentes eis placentia, diminuentes veritates à filiis hominum. *Sap.* 2. c Circumueniamus iustum. quoniam inutilis est nobis, &c.

c Non enim peribit, &c.] licet hoc ipse dicat. Vnde dicebant suos falsos Prophetas habere veram legis scientiam, cùm tamen dicatur, *Sap.* 1. a, In maleuolam animam non introibit sapientia, &c. Sed dicitur *Isa.* 29. e. Admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. Peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Sic autem est modò ad literam, quia hæc omnia remota sunt à Iudæis. Vnde Zacharias Propheta facto in spiritu Dei egressus est in occursum Asa, vt 2. *Par.* 15. a. & dixit ei. Transibunt multi dies in Israel absque Deo vero, & absque Sacerdote, & absque Doctore, & absque lege. *Ezech.* 7. g. Peribit lex à Sacerdote. & concilium à senioribus.

d Venite, & percutiamus, &c.] quasi imponamus ei silentium, mala de eo dicendo, & eum accusando. Ideo dicitur *Isa.* 29. e. Peruersa est hæc cogitatio, quasi lutum contra
Ioan. 19. a. figulum cogitet. De hac percussione *Eccl.* 28. e. Flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet ossa. Sic & contra Christum multa falsa testimonia adduxerunt Iudæi, & ad vltimum lingua crucifixerunt, dicentes. Crucifige eum.

e Et non attendamus, &c.] id est, non credamus ei. *f* Attende Domine ad me.] Hic conuertit se ad orationem arctius se contra eos protegens. Non enim petit vltionem de inimicis causâ vindictæ Quia dicitur *Eccl.* 28. a. Qui vindicari vult à Domino inueniet vindictam & peccata eius seruans seruabit. Sed tantum ostendit Deo suam innocentiam, vt sic eum liberet à pœna, & illi corrigantur per flagella.

g Et audi vocem, &c.] Simile *Isa.* 37. c. Aperi Domine oculos tuos. & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum viuentem.

h Nunquid redditur, &c.] *Ioan.* 10. f Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis. *Psalm.* 108. Posuerunt aduersùm me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea, &c. Quia scutũ orationis eis opposuit. Vnde 2. *Mach. vlt* b. Singulos illorum armauit non clypei, & hastæ munitione, sed sermonibus optimis & hortationibus.

i Quia foderunt foueam, &c.] Lupo foditur fouea & stramine supposito decipitur vt in eam cadat; sic per verba blanda, & per multas interrogationes attendebant decipere Ieremiam. Vnde. *i* Foderunt foueam] id est, deceptionem fecerunt. *l* Animæ meæ] tollendæ, id est vt eam tollerent. Vel ad literam dicit Christus. *i* Foderũt,] id est, clauis confixerunt & perforauerunt. *k* Foueam animæ meæ] id est, corpus quod est quasi fouea animæ meæ, id est, carcer. † *Psal.* 21. Foderunt manus meas & pedes meos.

in *a* die perditionis eorum. Et *b* dixerunt. Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes. Non *c* enim peribit lex à Sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à Propheta. *d* Venite & percutiamus eum lingua, & non *e* attendamus ad vniuersos sermones eius. *f* Attẽde Domine ad me, & *g* audi vocem aduersariorum meorum, *h* Nunquid redditur pro bono malum, quia *i* foderũt *k* foueam *l* animæ meæ? *m* Recordare quod steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis bonũ, *n* & auerterẽ indignationẽ tuã ab eis. *o* Propterea *p* da filios eorum in famem, & *q* deduc eos in man⁹ gladij. Fiant *r* vxores eorum absq; liberis & viduæ, & viri eorum interficiãtur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in prælio, *s* audiatur clamor de domib. eorũ. *t* Adduces enim super eos latronem repente, quia foderũt foueam vt caperent me & *u* laqueos absconderunt pedibus meis. *x* Tu autem Dñe scis omne consilium eorum aduersũ me in mortem. *y* Ne propitieris iniquitati eorũ & *z* peccatũ eorũ à facie tua non deleatur. Fiant *a* corruẽtes *b* in cõspectu tuo, in *c* tẽpore furoris tui abutere eis.

Quia ergo Dñe sic mihi reddunt mala pro bonis. *m* Recordare quod steterim in cõspectu, &c.] quia licet sic me persequerẽtur, nõ cessabam pro eis orare te, sicut & Christus in Cruce pro crucifixoribus orauit. *Luc.* 23. c. Stephanus pro lapidantibus. *Act.* 7. g. *n* Et] sic oratione mea, auerterem indignationẽ tuã ab eis] id est, auerti peterem magis quam vltionem, Simile *Isa.* 38. a. Memento quæso Domine quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim.

o Propterea] quia, scilicet, reddunt pro bono malum. *p* Da filios eorum in famem.] Prædictio est futuri, non imprecatio mali, quod tamen vult consentiens iustitiæ diuinæ. Vnde super illud *Act.* 8 d. Pecunia tua tecum sit in perditionem. *Greg.* Iusti cùm sententiam maledictionis proferunt, non ad hanc ex voto vltionis, sed ex iustitia erumpunt. Iudicium enim Dei intùs aspicientes, quo maledictio non peccant, quia à iudicio Dei non discordant. Cum ergo hic non sit imprecatio, sed prædictio, non est contrarium superiori petitioni, qua petiit pro eis bonum, licet bonum postulatum non meruerunt accipere, magis in malitia perseuerantes, vnde puniuntur in se & in filiis, scilicet, se imitantibus, vt sic exemplum cauendi à consimili daret posteris, & peccatum inultum non daret filiis exemplum imitandi patres.

q Et deduc eos, &c.] id est in potestatem.

r Fiant vxores eorum, &c.] Simile *Osea* 9. c Da eis Domine vuluam absq; liberis & vbera arentia. Hæc autem pœna manifestè apparet in crucifixorib. Christi, qui in se puniti sunt & in filiis. Vnde dicitur *Matt.* 27. c. Sanguis eius super nos, & super filios nostros, id est, pœna pro sanguinis effusione.

s Audiatur clamor, &c.] id est, vlulatus.

t Adduces enim super, &c.] Si prædicta exponas de Ieremia, per latronem Chaldæorum exercitus, si de Christo, per latronem Romanus exercitus significatur, quorum vterque & occidit, & spoliauit Iudæos, sicut latro. Ad hæc duo facit *Ioan.* 10. b. Fur non venit nisi vt furetur, & mactet, & perdat.

u Et laqueos absconderunt. &c.] id est, per blanditias verborum & interrogationum me nitebantur decipere, & etiam alios bonos. Vnde *sup.* 5. f. Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Vel de Christo.

u Et laqueos, id est, clauos pedibus meis.

x Tu autem Domine, &c.] aduersùm me in mortem, quia tractant de me occidendo, sic & Iudæi Christum quærebant sæpè interficere.

y Ne propitieris, &c.] Lege vt priùs, quod non est imprecatio, sed prædictio. Vel si sit imprecatio non est ex intuitu vindictæ, sed ex zelo iustitiæ, cui consentit Propheta. Simile *Isa. secund.* c. Non ergo dimittas eis.

z Et peccatum eorum, &c.] id est, habeas illud in memoria tua ad puniendum. *Psal.* 108. In memoriam redeat ini- Iob. 14. d.
quitas patrum eius in conspectu Domini, & peccatum matris eius non deleatur, &c. Quia abusi sunt misericordiâ Dei quâ dedit eis locum ad pœnitendum, & ipsi eo abusi sunt in superbiam.

a Fiant corruentes, &c.] Per omne enim peccatum cadit homo in conspectu Domini, quia omne nostrum peccatum est ei manifestum. Vel quasi à conspectu Domini, id est, à facie misericordiæ eius, id est. corruentes in ipsum tanquam offendentes ad lapidem offensionis, & petram scandali, vt dicitur *Isa.* 8 c.

b In tempore furoris tui, &c.] Populo enim suo, qui na-

tus erat ad

tus erat ad gloriam, abutitur Dominus illum captiuando quia illo vtitur ad aliud quam ad quod natus est. Sic erit de infernalibus quia enim abusi sunt rebus Domini, id est, corpore suo, & anima, exponendo ea in alijs vsibus quam in vsu Domini, ideo & Dominus eis abutetur in pœna, vt quos creauit ad gloriam, consumat ignominia.

CAP. XIX.

HÆc dicit Dominus. *a* Vade & accipe lagunculam figuli testeam de senioribus populi & de senioribus sacerdotũ, & *c* egredere ad vallem filiorum Hennon, quæ *d* est iuxta introitum portæ fictilis, *e* & prædicabis ibi verba, quæ ego loquar ad te, & dices. *f* Audite verbum Domini Reges Iuda & *g* habitatores Ierusalem. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel. *h* Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita vt omnis qui audierit illam *i* tinniant aures eius, eo quod *k* dereliquerunt me, & *l* alienum fecerunt locum istum, & *m* libauerunt dijs alienis quos nescierunt ipsi & patres eorum & Reges Iuda, & *n* repleuerunt locum istum sanguine innocentum, & *o* ædificauerũt excelsa *p* Baalim ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim, *q* quæ non præcepi, nec locutus sũ, *r* nec ascẽderunt in cor meũ Propterea ecce dies veniẽt, dicit Dñs, & nõ *f* vocabitur ampli⁹ loc⁹ iste Tophet, & vallis filij Henon, sed *t* vallis

A EXPOSITIO CAP. XIX.

HÆc dicit Dominus, &c.] Prius egit de laguncula confracta in domo figuli reparatione, & hoc in figura reductionis Iudæorum pœnitentium. Hic autem agit de omnis lagunculæ confractione quæ non restauratur, quod refertur ad malos, & impœnitentes de Iudæis qui in captiuitate mortui sunt. Vel primo refertur ad captiuitatẽ per Chaldæos factam, secundo ad vltimam per Romanos factam. Sup.6.c. Vel sic. In præcedenti cap. loquitur de figulo typum Domini gerente. in hoc principaliter de laguncula populum Iudæorum fictilem, & fictilia idola colentem significante. Diuiditur autem hoc capitulum in duas partes principales. In prima Propheta ex Dei præcepto lagunculam testeam accipiens pœnitentibus & videntibus senioribus populi, qui testimonium perhiberent de vasis, ad vallem egreditur filiorũ Hennon, vbi idola colebantur, & ibi mala ventura ciuitati & Templo denunciat, non solum verbo, sed & facto lagenam, scilicet, omnino conterendo, ostendens etiam causam tanti mali per locum illum, in quo idola colebant, & per seniores secum adductos, qui populum ad hoc inuitabant, & per situm loci, qui locus dicitur esse iuxta introitum portæ fictilis; in quo innuitur quod idola fictilia colebant, vel quod ipsi quasi fictiles & fragiles contritione captiuitati vicini erant. In secunda parte redit Propheta de Tophet ad ciuitatem, & quæ ibi dixerat coram senioribus replicat in atrio domus Domini coram omnibus, *ibi*. [Venit autem Ieremias.] Sic ergo in prima parte in loco, in quo peccabant mala eis ventura prophetat. In secundo, in loco contra quem peccabant, i. in Templo cuius cultum violabant, eadẽ replicat. In prima etiam parte sermo fit coram senioribus, in secunda coram omnibus. Vnde dicit. *a* Vade, & accipe, &c. in signum populi Iudæorum qui vicinus est captiuitati & contritioni tanquam fragilis & fictilis. Vel quia idola fictilia colit. *b* De senioribus populi, &c.] i. coram senioribus vel ab ipsis. *c* Et egredere ad vallem, &c.] quæ est cuiusdam hominis sic dicti, vbi erat locus amœnus fontibus siluæ irrigatus, vbi phanum Baal erat.

d Quæ est iuxta introitum, &c.] vbi, s. manent figuli propter copiam aquæ & terræ, apta ad facienda vasa talia, i. portæ iuxta quam vasa fictilia fiebant. Vnde ipsum loci situm causam destructionis eorum ostendit, s. idololatriam quæ in loco colebatur, & quia iuxta portam fictilem erat locus ille, in quo innuitur eos idola fictilia adorare. De senioribus autem facit mẽtionem tanquam de illis qui ad hæc mala eos inuitabant. *f* Audite verba Domini, &c.] quoad Principes & maiores. *g* Et habitatores Ierusalem,] quoad populum, vt sic omnes sint inexcusabiles. Sicut dicit Dominus Iudæis, *Ioan.* 15. c. Si non venissem & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. *h* Ecce ego inducam, &c.] Hic propheta existens in valle Hennon, habebat oculos versus Templum quod erat in ciuitate, sicut & Dominus sedens in montem Oliueti ostendebat discipulis templum. *Marc.* 13. a. *i* Tinniant aures eius,] præ dolore. *k* Eo quòd dereliquerunt me,] per idololatriam. *l* Et alienum fecerunt, &c.] ponentes, ad literam, ibi idolum Baal, & aram eius, & ibi sacrificantes & adorantes.

n Et repleuerunt locum, &c.] more Gentilium ibi traijcientes filios suos per ignem. Sicut hoc totum legitur esse factum in tempore Manasse. 4. *Reg.* 21. *Ps.* 105. Effuderunt sanguinem innocentem sanguinem filiorum suorum & filiarũ suarũ quas sacrificauerunt. *Ibid.* Immolauerunt filios & filias suas Dæmoniis. Vel ad literam, interficiebant bonos Prophetas, sicut Manasses sanguine interfectorum repleuit Ierusalem vsque ad os, vt dicitur 4. *Reg.* 21. c. *sup.* 2. g. In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperũ *inf.* 27. c. dixit eis *Iere.* Scitote & recognoscite quod si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos. *o* Et ædificauerunt, &c.] i. phana quæ frequenter fiebant in excelsis, i. in montanis.

q Quæ non præcepi.] Liptote est, i. quæ prohibui. *r* Nec ascenderunt in cor meum,] per approbationem. *f* Et non vocabitur, &c.] qualiter ante vocabatur, qui locus erat in valle hominis qui vocabatur Hennon, quæ Hebraicè, Gehennon, i. terra Hennon. *t* Sed vallis, &c.] quia ibi multos occidit Nabuchodonosor.

Mysticè. *a* Vade & accipe, &c.] Lagunculam quæ est vas fragile, vocat fragilitatem humanæ naturæ. Lagunculam ergo de senioribus accipere est fragilitatem suam per mortem & fragilitatem aliorum attendere, & maximè per mortem maiorum. Vnde *Eccl.* 10. b. Omnis potentatus breuis vita, *Eccl.* 38. c. Memor esto iudicij mei, sic erit & tuum, mihi heri, & tibi hodie. *Ibid.* In requie mortui quiescere fac memoriam eius, Et è contrario maiores ex consideratione suæ fragilitatis debent condescendere fragilitati minorum. Vnde *Eccl.* 31. b. Intellige quæ sunt proximi tui ex teipso. *Iob* 5. d. Visitans speciem tuam non peccabis. *Gal.* 6. a. Considerans teipsum ne & tu tenteris. *c* Et egredere ad vallem, &c.] quod interpretatur fons tristitiæ. Vallem autem delectationem miseriæ vel vilitatis vocat. Vallis ergo Hennon est præsens mundus vilitate & miseriá plenus & tristitiá indeficienti. Ad hanc vallem egredi, est mundi vilitatem considerare & miseriam, quam qui bene attenderet, fugeret & contemneret eam, vt dicitur *Nahum.* 3. b. Omnis qui viderit te. *d* Quæ est iuxta introitum, &c.] id est, natiuitatis cuiuslibet hominis, per quam in hunc mundum ingreditur, iuxta quam dicitur vallis Hennon, i. fons tristitiæ & miseriæ, quia cũ puer nascitur tanquã propheta suæ miseriæ, eiulat & vlulat. Vnde *Sap.* 7. a. Ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram & primam vocem similem omnibus emisi plorans. Ideo enim vt dicit *Ieron.* Dominus in suscitatione Lazari plorauit, quia ad præsentes miserias eum reuocauit. *e* Et prædicabis ibi verba, &c.] quia inter cætera talibus debet prædicator immorari, quæ maximè faciunt ad conuersationem humilitatis, & contemptum mundi. Vnde *Plato.* Summa Philosophia est assidua mortis meditatio. Vnde *Eccl.* 7. Memorare nouissima tua, &c. *i* Tinniant aures eius,] præ stupore & admiratione & timore, quia cum minores audiunt peccata maiorum debent timere & admirari. Vnde *Isai* 32. c. Super humum populi mei spinæ & vepres ascendunt, quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis. 1. *Petr. quarto* d. Tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? *Isa.* 19. c. Erit terra Iuda Ægypto in pauorem, id est, iusti magnis peccatoribus qui valdè timere possunt, cum pœnam iustorum audiunt, Vnde *Luc.* 23. c. Si in viridi, &c.

k Et eò quòd dereliquerunt me, &c.] Hoc est quod dicitur *sup.* 2. c. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, &c. *Deut.* 32. c. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Immolauerunt Dæmoniis & non Deo, diis quos ignorabant. Ideo autem dereliquerunt, quia *m* Et libauerunt diis alienis, &c.] Non enim simul potest haberi cultus Dei, & cultus Diaboli, virtus & vitium, cœlum & terra. *Matth.* 6. c. Non potestis Deo seruire & mammonæ. *Isai* 28. e. Coangustatum est stratum ita vt alter decidat

p Baalim] interpretatur superior vel vorator. Cui filios illi immolant qui gulæ & superbiæ student. *Osea* 2. b. Aurum & argentum multiplicaui eis quæ fecerunt Baal. *suprà* 7. d. Filij colligunt ligna & patres succendunt ignẽ, & mulieres conspergunt adipem vt faciant placentas reginæ cœli, & libent diis alienis. *f* Et non vocabitur amplius locus iste

occisionis. Et *a* dissipabo consilium Iuda & Ierusalem in loco isto, & *b* subuertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum, & in *c* manu quærentium animas eorum, & *d* dabo cadauera eorũ escam volatilibus cœli & bestiis terræ, & *e* ponam ciuitatem hãc in stuporem *f* & in sibilum. Omnis qui prætcrierit per eam obstupescet, & *g* sibilabit super vniuersa plaga eius. Et *h* cibabo eos carnibus filiorum suorum, & carnibus filiarum suarũ, & *i* vnusquisque carnes amici sui comedet in obsidione & in angustia in qua concludent eos inimici eorum, *k* & qui quærunt animas eorum. Et *l* conteres lagunculam in oculis virorum qui ibunt tecum, & dices ad eos. Hæc dicit Dominus exercituum. Sic *m* conteram populum istum & ciuitatem istam, sicut conteritur vas figuli, quod *n* nõ potest vltra instaurari. Et in *o* Tophet sepelientur, eo quod non sit alius locus ad sepeliendum. Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius, & *p* ponam ciuitatem istam *q* sicut Tophet. Et erunt domus Ierusalem & domus Regum Iuda, sicut locus Tophet immundæ omnes domus in quarum *r* domatibus sãctificauerũt *f* omni militiæ cœli, & libauerunt libamina diis alienis. *s* Venit autẽ Ieremias de Tophet quò *u* miserat eũ Dominus ad prophetandum, & *x* stetit in

C

Sup. 18. c. infra. 49. d. & 50. c.

Nabuchodonosor, vbi multos immolauerunt traiicientes per ignem, & idolis immolando.

a Et dissipabo consilium Iuda, &c.] quasi non erit sapiens inter eos. *Isa.* 8. b. Inite consilium & dissipabitur. Vndè *Psalm.* 32. Qui dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum. *Prou.* 21. d. Non est sapientia, & non est prudentia, & non est cõsilium contra Dominum.

b Et subuertam eos gladio, &c.] Chaldæorum, vel Romanorum.

c Et in manu quærentium animas eorum,] id est, vitam.

d Et dabo cadauera eorum, &c.] *Psalm.* 78. Posuerunt morticina seruorum tuorũ escas, &c. *Deut.* 32. d. Dentes bestiarum immittam in eos, deuorabunt eos aues morsu amarissimo. *Eccles.* 10. b. Cùm morietur homo hæreditabit serpentes & bestias & vermes.

e Et ponam ciuitatem, &c.] admirationis & confusionis. Dicetur enim illud *Isa.* 1. f. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ.

f Et in sibilum] derisionis.

g Et sibilabit, &c.] præ admiratione, vel vlulabit præ dolore.

h Et cibabo eos carnibus, &c.] Ad literam, sicut in illa maxima fame. 4. *Reg.* 6. f. vbi quædam mulieres inierunt pactum de comedendis filiis suis successiue. *Thren.* 4. b. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei. *Thren.* 2. g. Ergone comedant mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ.

l Et conteres lagunculam, &c.] figurando contritionem populi per Chaldæos vel Romanos.

m Sic conteram populum, &c. sicut conteritur vas figuli,] quod de facili conteritur, sed non de facili restauratur.

n Quod non potest vltra, &c.] sic contritio eorum nunquam restaurabitur, scilicet, quæ per Romanos facta est, vel illa quæ per Chaldæos, quoad malos. *Isa.* 30. c. Subitò dum non speratur veniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione præualidã, & non inuenietur de fragmentis eius testa in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.

o Et in Tophet sepelientur, &c.] id est, ibi mortui relinquentur. Aliter enim esset contra illud. *suprà.* [Et dabo cadauera eorum escam, &c.] vt ibi viliter proiiciantur, vbi suas delicias exercebant, vt vbi erat antiquius locus religionis, fiat tumulus mortuorum.

p Et ponam ciuitatem illam] quæ est propè locum illum, scilicet Ierusalem.

q Sicut Tophet,] quia sicut ibi erat occisio magna, sic erit in Ierusalem. Ideò dicitur *Amos* 6. c. Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. *Ibidem.* d. Ecce Dominus mandauit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus. Et per hoc quod hic dicitur, quòd illa ciuitas conteretur sine reparatione, satis apparet mendacium Iudæorum dicentium futuram auream Ierusalem, vbi fient sacrificia, & ducentur vxores, & alia quæ ibi scripta sunt. Et tamen dicit *Gloss.* quòd hæc, quæ dicunt, damnare non possumus, eo quòd multi Ecclesiastici hæc testantur. Sed in veritate vidi in originali & non reperi hæc. Vndè magistralis est *Gloss.* non alicuius sancti. Vndè super illud *Infr.* 31. a. Rursum ædificabo te Virgo Israel. Et super *Isa.* 60. a. Surge illuminare Ierusalem, dicit *Ieronym.* hoc esse deliramentum. Præterea textus iste huic sententiæ manifestè est contrarius, qui dicit lagunculam non posse reparari. Solut. Sic intellige, non possumus damnare, scilicet propria auctoritate, cum in scriptura non reperiatur expressa auctoritas super hoc. Vel hoc dicit, quia hoc loco non est expressè contra articulum fidei, licet sit contra consequentiam articulorum, sicut dicitur de hoc, fornicationem non esse peccatum mortale.

r In quarum domatibus,] id est, superioribus cœnaculis vel tectis [sacrificauerunt.] *Soph.* 1. b. Qui adorant super tecta militiã cœli.

f Omni militiæ cœli,] id est, Soli & Lunæ. Vndè quod dicit hic. [Immundæ omnes domus, &c.] causa est prædictæ captiuitatis.

o Tophet,] quod interpretatur silentium, vel oris protectio, hoc est oratio vel confessio. Hennon, interpretatur oculus mœroris, vel fons tristitiæ, & significat pœnitentiã. Mysticè.

d Et dabo cadauera eorum, &c.] id est, Dæmonibus qui pascuntur peccatoribus præ desiderio puniendi eos. Hanc pœnam minatur Dominus transgressoribus legis, *Deuter.* 28. c. Sit cadauer tuum in escam cunctis volatilibus cœli, & bestiis terræ, & non sit qui abigat. Vel per volatilia intelliguntur illi quorum conuersatio est in cœlis, quibus cadauera, id est, carnales homines sunt in escam per increpationem vitæ eorum. Vndè, [Cibabo, &c.] Per bestias terræ, Tyranni vel detractores, quibus datur cadauer, cum boni sunt esca eorum, & detractoribus per detractionem. *Iob.* 19. c. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini? D

h Et cibabo eos carnibus, &c.] Hoc fit cum quis carnalitatem aliorum, non fortia opera imitatur. Sed magis dicit Ioseph fratribus suis. *Gen vlt.* d. Efferte ossa mea hinc vobiscum, quasi à fortibus operibus non à carnalibus sumite exemplum. Sed vt dicitur *Eccles.* 32. Homo peccator vitabit correptionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem. *Prou* 23. e. Noli esse in comessationibus eorum qui carnes conferunt ad vescendum, id est, carnalia sanctorum opera recitant ad imitandum. Hoc autem malum suggerunt illi.

k Qui quærunt animas,] id est, Dæmones, qui dicunt *Gen.* 14. d. Da mihi animas, cætera tolle tibi. *l* Et conteres lagunculam in oculis virorum, id est, bona opera facies, & maximè carnis mortificationem in aperto, propter exẽplum aliorum. Vt legitur factum *Iudic.* 7. f. quòd in exercitu Gedeonis confractis lagunculis apparuerunt lampades. Vndè *Luc.* 12. e. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. *m* Sic conteram populum, &c. sicut conteritur vas figuli.] Quanto magis homo est fictilis, id est, carnalis, tanto magis habilis ad contritionem & magis passibilis est. *Thren.* 4. a. Filij Sion incliti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli. *Psal.* 2. Tanquam vas figuli confringes eos *Deut.* 32. f. Gladius meus deuorabit carnes. Ideò dicitur *Eccl. vlt.* e. Memento Creatoris tui antequam conteratur hydria super fontem. Item illud quod dicitur. *i* Et vnusquisque carnes amici sui comedet in obsidione,] potest dici hodie, quia ita Ecclesia est obsessa, quòd vnus comedit alium, Prælatus subditum diues pauperem. *Isa.* 9. d. Vnusquisque carnem brachij sui deuorabit. *Deut.* 28. f. In omni terra tua obsideberis & comedes fructum vteri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum in angustia, qua opprimet te hostis tuus.

o Et in Tophet sepelientur,] quod interpretatur latitudo, & significat viam latam mundi, vbi modo absconduntur mali. *Iob* 40. Protegent vmbræ vmbram eius.

s Venit autem Ieremias de Tophet,] vbi fregerat lagunculam factam, scilicet, prophetans prædictam captiuitatem. Vndè, *u* Quò miserat eum Dominus ad prophetandum, scilicet, facto & verbo. *x* Et stetit in atrio domus Domini.] In hoc notandum, quòd semper in eodem loco prædicandum est. Vndè *Matth.* 9. d. Circumiuit ciuitates &

castella. Hæc dici

a castella. a Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël, &c.] Quia locutus fuit in Tophet illis quos ibi inuenit, hoc idem dicit in Ieruſalem illis, qui eum noluerunt ſequi in Tophet. Non enim debet Prædicator dedignari prædicare eadem diuerſis.

imperabatis eis, & cum potentia, & diſperſæ ſunt oues meæ. Sicut *Ioh.* 11. g. habetur, quod illi qui tradiderunt Dominum fuerunt principes Sacerdotum & de Scribis, & Phariſæis. Sic *Matth.* 21. c. Domi. o interrogante, Baptiſmum Ioannis vnde erat, è cœlo an ex hominibus, non auſi ſunt negare quin eſſet de cœlo propter populum, ne eos lapidarent, vt ibi dicitur. In quo innuitur quod ſoli maiores & principes reſiſtebant † Ioanni. *Al.* † Domino.

b Quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, &c.] *ſupr.* 5. a. Indurauerunt faciem ſuam ſupra petram. *Iſa.* 48. a. Durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua *Deut.* 31. g. Scio contentionem tuam & ceruicē tuam duriſſimam.

atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum. Hæc dicit a Dominus exercituū Deus Iſraël. Ecce ego inducam ſuper ciuitatem hanc & ſuper omnes vrbes eius vniuerſa mala quæ locutus ſum aduerſus eam, quoniam b indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent ſermones meos.

CAP. XX.

Et c audiuit Phaſſur filius Emmer Sacerdos qui conſtitutus erat Princeps in domo Domini, Ieremiam prophetantem ſermones iſtos. Et percuſſit Phaſſur Ieremiam Prophetam, d & miſit eum in neruum quod e erat in porta Beniamin ſuperiori in f domo Domini. g Cūque illuxiſſet in craſtinū, eduxit Phaſſur Ieremiam de neruo, & dixit ad eum Ieremias. Non h Phaſſur vocauit Dominus nomen tuum, ſed i pauorem vndique, quia hæc dicit Dominus. Ecce k ego dabo te in pauorem, & omnes amicos tuos, & l corruent gladio inimicorum ſuorum & m oculi tui videbunt. Et n omnem Iudam dabo in manu regis Babylonis, & traducet eos in Babylonē & percutiet eos gladio. Et dabo vniuerſam ſubſtantiam ciuitatis huius, & o omnem laborem eius, omnéque pretium, & p cunctos theſauros Regum Iuda, dabo in manu inimicorum eorum, & diripient eos & tollent & q ducent in Babylonem. Tu autem Phaſſur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in r Babylonem venies, & ibi morieris, ibique ſepelieris ſ tu & omnes amici tui quibus prophetaſti mendacium.

EXPOSITIO CAP. XX.

Et audiuit.] Hic narrat quid ſuſtinuerit propter hoc quod verbo, & facto captiuitatē irremediabilē populi peccatoris prophetauit. Et diuiditur in ſex partes hoc capitulum. Primò, dicit quomodo Phaſſur Pontifex tēpli auditis prædictis verbis comminationis eum percuſſerit & in neruo poſuerit. Secundò, dicit quomodo eductus de carcere propter mala quæ ibi ſuſtinuerat, non timidior: ſed alacrior factus prædictum Pontificem increpans, in ſignum mutandæ fortunæ eius, & populi, nomen ei mutauerat, multa mala ſibi & amicis ſuis, totique ciuitati & omni populo ſuperuentura oſtendens, eos in Babylone captiuandos aſſerens, *ibi.* [Cúmque illuxiſſet.] Tertiò, Propheta ad Deum ſermonem dirigens, dicit ſe ſeductum à Domino & deriſioni expoſitum à populo, & ideò proponit ſe ſilere à bonis, *ibi.* [Seduxiſti me Domine.] Quartò, dicit quòd ſilendo à bonis, dolor eius aggrauatus eſt, & tacendo magis per zelum accenſus propter peccatum populi ſibi inſidiantis & eum perſequentis, ſed inter perſecutiones eorum in Deo fortè liberatore ſuam confidentiam ponit, hoſteſque ſuos confundendos aſſerit, quod & petit, *ibi.* [Et factus eſt in corde. Quintò, in ſpem liberationis ſuæ & vaſtationis hoſtium gratias agit, & alios ad gaudium inuitat, dicens. [Cantate Domino.] Vltimò, ad tempora periculoſa in quibus erat, & ad militiam pœnalem quam ſuſtinebat ſe conuertens, maledicit diei ſuæ, *ibi.* [Maledicta dies.] Dicit ergo.

c Et audiuit Phaſſur, &c. [qui erat Pontifex Templi nouiter factus, vnde non poterat audire Templi deſtructionem. Sic multoties per Prælatos impeditur magis prædicatio quàm per alios. Et hoc quia ſcriptura magis dicit eis contraria quàm aliis. Vndè *Actor.* 4. a Sacerdotes, & Principatus poſuerunt Petrum & Ioannem in carcerem. Sic & 3. *Reg. vlt.* d. Sedechias percuſſit Michæam qui ei contrarium prædicabat. Et Rex Iſrael illum eundem fecit mitti in carcerem, quia non prophetabat ei niſi malum, vt ibidem dicitur. *Amos* 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta. Sed dicitur *Prou.* 3. d. Noli prohibere benefacere eum qui poteſt, ſi vales & ipſe benefac.

d Et miſit eum in neruum.] Neruus genus tormenti eſt vel carceris. Iſte benè poterat dicere illud *Pſalm.* 16. Propter verba labiorum tuorum ego cuſtodiui vias duras.

e Quod erat in porta Beniamin ſuperiori,] quæ erat in atrio exteriori, vbi fortè ponebantur Leuitæ qui aliquid commiſerant, vel pſeudo-prophetæ. Et dicit [ſuperiori,] ad differentiam alterius portæ quæ erat inferior, & erat in muro ciuitatis, quæ etiam dicebatur porta Beniamin.

f In domo Domini] iuxta Templum, ſcilicet, iuxta portam templi. Et ibi propè erat carcer propter malefactores puniendos. Vel,] In domo Domini,] id eſt, in atrio exteriori, ſicut & dicitur *Ioan.* 2. c. Eiecit ementes & vendentes de templo, id eſt, de atrio Templi. In hoc ergo magis iſte peccauit quod Prophetam Domini in loco tam ſancto percuſſit. Sed hic reprehenditur crudelitas multorum Prælatorum, de quibus *Ezech.* 34. a. Cum auſteritate

g Cumque illuxiſſet, &c. eduxit Phaſſur Ieremiam, &c.] quia fortè ſuper hoc reprehenſus fuerat.

h Non Phaſſur vocauit Dominus, &c.] quod interpretatur nigredo oris; in quo notatur imperium iniuſtæ poteſtatis, id eſt, quā iniuſtè vſurpauit vel quâ iniuſtè abuſus eſt.

i Sed pauorem vndique.] Secundum *Ieronym.* vbi habemus pauorem, in Hebræo habetur, magur. *Septuag.* autem habent, Mechoon: quod idem eſt quod migrans. *Aquila* habet, peregrinum. *Symmach.* ablatum. Mutatio ergo nominis ſignificat eius ſupplicium, quia, ſcilicet, captiuus ducendus es in Babylonem, propter quod in pauore & in timore eris, nec à modo imperium vel poteſtatem exercebis. Et nota ſecundùm myſterium quod dicit. [In craſtinum.] Mali enim non habent poteſtatem perſequendi bonos niſi vſque ad iudicium, vel donec eis illuceſcat dies gratiæ. [Phaſſer] etiam quod interpretatur nigredo oris, ſignificat peccantes in lingua. Vndè dicitur, filius Emmer, quod interpretatur verbum. Qui ergo lingua hic abutitur, fiet in futuro pauor, quia quicquid videbunt in Inferno mali, erit eis pauor. Vndè. *Aliter.*

k Ecce ego dabo te, &c.] Secundùm Ieronymum ideò comminatur, non tantum iſti Phaſſur, ſed inuoluit totam cognationem ſuam, eo quòd totum populum ſuum verbis mendacibus proſpera pollicendo decepit, vnde ei crediderunt & peccatis imitati ſunt. *Secunda pars.* l Et corruent gladio, &c.] Ecce qualia comminatur Dominus impedientibus fructum prædicationis. Simile *Amos* 7. d. Tu dicis, non prophetabis ſuper Iſrael, & non ſtillabis ſuper domum idoli, propter hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris, & Iſrael captiuus migrābit de terra ſua. Hæc dicit Amos ad Amaſiam, qui prohibuerat eum Prædicare. m Et oculi tui videbunt.] Vndè dolebis. n Et omnem Iudam, &c.] i. duabus tribus.

o Et omnem laborem eius,] id eſt, omnia quæ labore acquiſita ſunt.

p Cunctos theſauros, &c.] Simile dicitur ad Ezechiam *Iſa.* 39. c. Ecce dies venient & auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, & quæ theſaurizauerunt patres tui vſque ad hanc diem in Babylone, & non relinquetur quicquam ex eis. q Et ducent, &c.) eos, ſcilicet, viros vel theſauros, *Thren* 1. d. Miſit manum ſuam hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. r Et in Babylonem venies, &c.] Sed quoad moralitatem dicitur contrarium *Mich* 4. d. Veniens in Babylonem ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manibus inimicorum tuorum. Babylone enim interpretatur confuſio. Quia ergo in Babylone quidam moriuntur, quidam liberantur, notat quod eſt duplex confuſio, Vna, ſcilicet, adducens gloriam, & alia ignominiam, vt dicitur *Eccl.* 4. c Vndè *Pſal* 67. Ex Baſan conuertam, cum, ſcilicet, quis confunditur de peccatis ſuis ſalubri confuſione, ſecundùm illud imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. ſ Tu & omnes amici tui quibus prophetaſti mendacium:] quia, Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. *Matth.* 15. b.

a Seduxisti me Domine & seductus sum, *b* fortior me fuisti & inualuisti. *c* Factus sum in derisum tota die. Omnes *d* subsannant me, quia iam olim loquor vociferans *e* iniquitatem, & *f* vastitatem *g* clamito. Et *h* factus est mihi sermo Domini in opprobriú, & in derisum tota die. Et dixi. Non *i* recordabor † eis: neque
Al.† eius. *k* loquar vltra in nomine ei⁹. Et *l* fact⁹ est in corde meo quasi ignis exæstuãs *m* claususque in ossibus meis, & defeci, ferre nõ sustinens

a Seduxisti me Domine, &c.] Hic Propheta dicit se à Domino seductum, quia dictum fuit a Domino *sup.1.b.* Prophetam in gentibus dedi te, & constitui te super gentes, & ideò credebat se nihil contra Iudæos dicturum, sed tantum contra gentes. Et ideò cum ei contrarium à Domino iniungatur, dicit se ab eo seductum, Captiuitatem enim in Iudæos prædicans, multas persecutiones patitur. Vel continua hoc ad illud quod immediatè prædictum est, prædicta enim continuatio nimis est à remotis, quasi dicat, in hoc seducis me, quia facis me prædicare talibus qui me malè tractant, vt Phassur. *b* Fortior me fuisti, &c.] quasi, tu tantus es quòd tuo præcepto contradicere non possum.

c Factus sum in derisum, &c.] ideò dicit se derisum à populo quia olim locutus est ei mala, & nondum aduenerunt, vnde tanquam falsum prophetam deridebant. Propheta enim credebat Dominum statim inferre comminata, & populus credebat malum nequaquam vltra venire, quod statim comminatum non veniebat. Vndè ideò.

d Omnes subsannant me, &c.] & nondum venit quod loquor. *e* iniquitatem,] scil. hostium. *f* Et vastitatem] populi Iudæorum.

g Clamito] iam olim & nondum venit, quasi, diu est quod dixi quomodo hostes per iniquam suam crudelitatem destruant Iudæos. Sed pari ratione videtur quod similiter alia quæ prophetauit credidit statim ventura esse. Ergo aduentum Saluatoris statim esse credidit postquam dixit *infr.31.* d. Mulier circumdabit virum. Solutio, Non est simile, quia illud videbat scriptum secundum causas inferiores, quas iam videbat existere, scil. peccata populi; illud autem videbat scriptum secundum superiores: ibi enim nihil videbat nisi diuinam prouidentiam.

g Clamito,] quasi surdis, qui me non poterant audire, vel non valebant, vel faciebant ac si non audirent. *Eccl.* 22. a. Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Qui narrat verbum non audienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno. Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam, & in fine narrationis dicit, quis est hic? *h* Et factus est mihi, &c.] Qui enim prædicat veritatem, deridetur & contemnitur. *Iob duodecimo*, a. Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum. Sed dicitur *Luc.6.* d. Beati estis cum vos oderint homines, & exprobrauerint nomen vestrum tanquam malum. *Act* 5. g. Ibant Apostoli gaudentes, &c. Sic etiam multi derident Prædicatorem, quia non vident Infernum quem comminatur. Vel quod dicit *a* Seduxisti me Domine, &c.] potest esse verbum Filij ad Patrem, vel Prædicatoris ad Deum. Vtrique enim commiserat Deus Pater. *Isa.53.* d. Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Sed è contra euenit, quia & Christus in Passione animam suam pro nobis posuit. Et similiter Prædicator in labore prædicationis animam suam ponit pro subditis, sed non venit fructus quem sperabat Christus, vel Prædicator. Vndè conqueritur vterque *Isa.49.* a. In vacuum laboraui, sine causa & vanè fortitudinem meam consumpsi. Si ergo iudicium meum cum Domino.

b Fortior me fuisti, &c.] id est, inquantum ego sum homo. Tibi enim.

c Factus sum] obediens [in derisum,] ad literam, in Cruce.

d Omnes subsannant me, &c.] *Psal.68.* In me psallebant qui bibebant vinum. *Psal 21* Omnes videntes me deriserunt me, &c. Sic Prædicatores derridentur. Vndè illi nuncij quos mittebat Ezechias ad conuocandum Iudæos ad faciendum Phase. 2. *Paral.* 30. b. multum deridebantur.
1.Cor.2.d. Vndè dicitur ibi. Cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim, & Manasse vsque ad Zabulon, illis irridentibus & subsannantibus eos, tamen non propter hoc desistebant à prædicatione, quia fructus inde sequitur in multis licet non omnibus. Vndè statim ibi subditur fructus. Attamen quidam viri ex Aser & Manasse & Zabulon acquiescentes consilio venerunt in Ierusalem. Vel potest esse vox Iudæorum pœnitentium de Christi morte ad Patrem dicentium. *a* Seduxisti me, &c.] quasi Domine, nisi misisses Filium tuum ad nos, in tam obscura forma, non peccassemus in eum. Si eum cognouissemus, nunquam Dominum gloriæ crucifixissemus, Ideò dicit *Ioan.15.* c. Si non venissem & locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Vel potest esse vox peccatoris ad Deum Sicut enim mulier quæ videns puerum suum habere cultellum, timens ne se eo lædat petit ab eo cultellum sub conditione quod dabit ei aliquid, vel quod reddat ei cultellum, & tamen non facit. Et tunc dicit puer. [Seduxisti me] mater mea. Sic & Dominus ab aliquibus petit in eorum corde temporalia, ne se per ea occidant, vt cùm dat voluntatem intrandi Religionem, & loco eorum dat eis spiritualem cordis consolationem. Sed ex quo iam intrauit, sæpè remouetur ab eo omnis consolatio, ne per eleuationem se interficiat. Vel sicut mater promittit magna filio pro cultello dimittendo, sic Dominus pro temporalibus æterna, quia dabit pro terra silicem, vt dicitur *Iob.22.d. Matth* 19. d. Qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, &c. Sed sæpè dicit homo se seductum, quando non videt statim præmium. Vndè *Prou.13.* b. Spes quæ differtur affligit animam.

b Fortior me fuisti, &c. *Genes.32.* f. habetur quòd Iacob luctans cum Angelo, benedictionem obtinuit, & hoc in mane & non in nocte. Per opera enim non meremur facta in nocte peccati sed cum est manè, id est, cum gratia in corde rutilat. Vndè *Luc.5.* b. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. Quando autem benedictionem illam accepit, tunc factus est debilior quam ante scilicet in terrenis vel carnalibus, licèt fortior in spiritualibus Vndè *Cant.5.* c. Amore langueo. *Gregorius*. Vilescunt temporalia cùm desiderantur æterna. Et hoc est post benedictionem marcescere neruum.

i Et dixi. Non recordabor eis,] quasi dicat Propheta, quia vidi sic me seductum, & multa mala me pati a Iudæis, & sine eorum fructu, apud me decreui non vltra eis loqui verba Domini.

k Neque loquar vltra in nomine eius,] quasi nec nomen eius vltra nominabo in prædicatione, Vix enim potest esse quin prædicator aliquando indignetur de contemptu prædicationis, Et potest hæc indignatio esse sancta & bona secundùm illud, Disce sanctam superbiam, quia non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus, vt dicitur *Matth.15.* c. id est, obstinatis & incorrigibilibus. *Matth.7.* a. Nolite sanctum dare canibus. Talem etiam indignationem videtur habuisse Dominus, Vndè *Psalm.38.* Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersum me. Tamen quia ex nimia indignatione posset impediri fructus si nimis taceret homo: Ideò dicit.

l Et factus est in corde meo, &c.] Dum enim sic apud me constituissem minus discretè fortè, propter nimium zelum cui necessariò miscenda est scientia, [Factus est in corde meo quasi ignis exæstuans,] id est, factus est in corde meo ignis, id est, zelus siue ira, vt per zelum & præ zeli magnitudine totus interiùs arderem: Sermo enim Dei in animo conceptus, nec ore prolatus in pectore ardet. Tacuit enim, quia fructum non vidit, sed cum crescentia mala continuè cerneret, intus exarsit zelo charitatis & compassionis, vt dicit *Gregorius*. Iusti enim malorum culpæ se participes credunt, cùm in eis iniquitatem crescere silendo permittunt. Vndè *Psalm.38.* Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Vndè etiam Paulus cum esset Athenis, videns ciuitatem deditam idololatriæ incitabatur spiritu, & tota mente fremebat, vt dicitur *Actor.17.* d. Expectabat enim Timotheum & Silam & cum venissent, verbo instabat Paulus testificans Iudæis esse Christum Iesum, licèt etiam illi essent obstinati. Vndè cum illi contradicerent verbo suo & blasphemarent, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos. Sanguis vester super caput vestrum, mundus ego ex hoc ad Gentes vadam, vt dicitur *Actor.18.* b. Ideò dicitur.

m Claususque in ossibus meis, & defeci ferre non sustinens.] quasi non potui continere, quin verbum ardẽter in me cõceptum propter zelum peccatorum exteriùs proferrem. Vndè *Iob.32.* d. Plenus sum sermonibus, coarctat me spiritus ventris mei. Et venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas dirumpit loquar & respirabo paululum. Et subdit causam: Nescio enim quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

Amos.3.b. Dominus

a *Amos* 3. b. Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? interroga. Vndè *Prou.*6.d. Nunquid potest homo ignem in sinu suo abscondere, id est, verbum, quia *Psal.*118. Ignitum eloquium tuum vehementer *supr.*5.d. Ecce ego do verba mea in ore tuo quasi ignem. *Thren.*1. e. De excelso misit ignem in ossibus meis, id est, in Prædicatoribus ardorem zeli. Causam autẽ zeli subdit, vbi sic ordina literam.

a Audiui enim b contumelias multorum c & terrorem in circuitu, d persequimini & persequamur eum ab omnibus viris qui e erant pacifici mei, & f custodientes latus meum si g quomodo decipiatur, & præualeamus aduersus eum, & consequamur vltionem ex eo. h Dominus autem mecum est quasi bellator fortis, i idcirco qui persequuntur me k cadẽt, & infirmi erunt & l confundentur vehemẽter, m quia non intellexerunt opprobrium sempiternũ quod nunquam delebitur. Et n tu Domine exercituũ probator iusti, qui o vides renes & cor, p videam quæso vltionem tuá ex eis. Tibi q enim reuelaui causam meam. r Cantate Domino, laudate Dominum, quia f liberauit t animam pauperis de manu malorum. u Maledicta dies in qua natus sum, dies x in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. y Maledictus vir qui annunciauit patri meo, dicens, natus est tibi puer masculus, z & quasi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille

a Audiui enim cõtumelias multorum, &c.] Viris dico dicentibus.

b Contumelias,] verborum. c Et terrorem] comminationũ, quibus mihi mortem comminabantur.

d Persequimini & persequamur eum] mortem, vel verbera inferendo.

e Qui erant pacifici mei,] id est, qui deberent esse pacifici mei. *Psalm.*40. Homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. *Psal.*54. Si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtique. Tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, scil. mihi aduersatus es, qui tamen simul mecum dulces capiebas cibos, ad literam, communicans Corpus meum, vt Iudas & sui similes. *Luc.*22. c. Manus tradentis me mecum est in mensa. *Abdia.*1.c. Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi, inualuerunt aduersùm te viri pacis tuæ, qui comedunt tecum, ponent insidias aduersùm te.

f Et custodientes latus meum,] id est, familiares, & quasi collaterales. Sic tales hodie sunt magis inimici Episcoporum per mala consilia & adulationes, & non intendunt nisi decipere ipsos. *Bern.* ad Eugenium Papam Bonus quidem es, sed mala habes latera. Vndè, de Paulo dicitur quod habuit dolorem laterum. Vnde [custodientes,] id est, qui deberent me custodire, vt illi de Anathot. Vel sic: Et ipsi erant [custodientes latus meum,] i. obseruabant me vt me deciperent, dicentes, supple.

g Si quo modo decipiatur,] vel persequamur si quo modo.

h Dominus autem mecum est, &c.] Sic debet homo dicere in persecutione. Vnde *Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione. Ideo dicitur. *Rom.*8.f. Si Deus pro nobis quis contra nos? Simile, *Isaia* 50. c. Faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me: Dominus Deus auxiliator meus, & ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? Vnde supra vbi habemus. Olim loquor vociferans iniquitatem, dicit litera *Septuag.* Amaro verbo meo ridebo præuaricationem & miseriam inuocabo, quasi ideo gaudeo in tribulatione & eam considero, quia scio eam in æternum gaudium mutandam. Vnde 2. *Cor.*4. d. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue, &c.

i Idcirco qui persequuntur me cadent.] Stare non poterunt contra me, cùm tam potens iuuet me. Plures enim sunt mecum quàm cum illis, vt dixit Elisæus. 4.*Reg.*6.d.

k Cadent] ad literam, per captiuitatem. Et confundentur vehementer,] quando videbunt adimpleri verba prophetæ, quibus ante non credebant *sup.*2. e. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel.

m Quia non intellexerunt opprobrium, &c.] Id est, quod captiuitas eis immineret propter quam in æternum confunderentur. Sic etiam qui æternam damnationem intelligeret per iugem cordis memoriam, sibi caueret ne in eam incideret. *Eccl.*7. d. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Quia. Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ. *Eccl.*11.d.

n Et tu Domine exercituum probator iusti,] neutri generis est, i. probator iustitiæ. Solus enim probare potest iustitiam, qui solus videt conscientiam. Ideò subdit.

o Qui vides renes & cor,] i. cogitationes & affectiones. Vel probator iustorum per tribulationes. Vndè *Eccl.*27.a. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis *Psal.*25. Proba me Domine & tenta me, &c.

p Videam quæso vltionem tuam ex eis.] Hoc dicit non amore vindictæ, sed zelo iustitiæ diuinæ, cui consentit & quam desiderat. Si enim peteret peccaret, secundum illud *Eccles.*28.a. Qui vindicari vult, a Domino inueniet vindictã. Quia dicitur. *Deut.*32.e. secundum aliam literã. Mihi vindictam, & ego retribuã. *Leuit.*19. d. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.

q Tibi enim reuelaui causam meam] *Gloss.* Fœlix conscientia cuius causa Domino reuelatur. Vndè *Eph.* 5. c. omne quod manifestatur lumen est. Illi enim soli debet reuelari causa, qui potest liberare pauperem à potente & pauperem cui non erat adiutor. Vndè 1. *Ioan.*2.a. Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, ita soli Deo attribuamus vindictam, qui probat iustitiam iusti, & considerat iniustitiam impij. Et est argumentum quod perfecti vt religiosi non debent litigare, vel habere causam aduersùs quenquam, sed Domino vel prælato, scilicet, Episcopo qui loco Dei est, causam suam ostendere. Vndè *Leuit.*19. d. Non quæras vltionem de inimicis tuis. Sup.11.d. Psal.71. Iob.3.a.

r Cantate Domino, laudate Dominum.] Videns Propheta spiritu prophetico populi liberationem futuram post captiuitatem, inuitat alios ad laudandum Deum.

f Quia liberauit,] id est, liberabit. t Animam pauperis,] id est, captiuorum pœnitentium [de manu malorum.] Sic & pauperes spiritu Dominus liberabit. Vndè *Ps.*71. Adorabunt eum omnes Reges: omnes gentes seruient ei, quia liberauit pauperem à potente, &c. u Maledicta dies, &c.] Hoc dicit Propheta conquerendo de Phassur, quasi, potiùs non fuissem natus, quia melius esset mihi non esse quam mala sustinere. Vel loquitur indicatiuè, nõ optatiuè, dicẽs, diem in qua natus est, esse maledictam, scil. maledictione pœnæ, quia in ea mala fient, scil. Templi destructio. y Maledictus vir qui annunciauit, &c.] supple est, scil. maledictus qui annunciauit, sicut malus nuncius quis dicitus, non quia sit malus in se, sed quia malum nũciat, sic & ille patri meo malum nũciauit, scil. me nasciturum, qui tot miserias patior. Vndè mali nũcius est, & ideò maledictus. z Et quasi gaudio, &c.] Dicit, [quasi] quia illud gaudiũ versum est in tristitiã, quia nõ patior nisi mala. Vnde melius fuisset mihi si natus nõ fuissem, vt dicitur de Iuda. Simile *Iob.*3.a. Pereat dies in qua natus sum, &c. Et hoc eodẽ modo exponendũ est verbũ Iob quo prius, quia dicit Ieronym. quod melius est non esse quam in suppliciis esse. Et hoc propter hoc dicit tantum, quia non esse damnum est tantum, sed in suppliciis esse, pœna est & damnũ. Vndè mors hominis dicitur eius requies, vt dicitur *Eccl.*22. b. Paululũ plora super mortuum quoniá requieuit. *Ap.*14.c. A modo iã dicit spiritus vt requiescat a laboribus suis ideò dicitur *Iob.*3.c. Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine sunt? Viro cuius abscõdita est via & circũdedit eũ De⁹ tenebris. Matth.16. b

Δ Vt sunt ciuitates

Mysticè. y Maledicta dies,] id est, temporalis prosperitas. Mysticè.

x In qua natus sum] scil ex patre diabolo & matre cõcupiscentia. *Ezech.*16 a. Pater tuus Amorrhæus & mater tua Cethea. Vel hoc possunt dicere magni Prælati, quorũ mater est Ecclesia, pater ille qui eos promouit. Legimus Ioannem exultasse in vtero matris suæ, sed nunquam legimus eum risisse inde exeuntem. Vel pater mundus est, mater caro, puer est opus bonum, vir annuncians est adulator, dicens, optimè fecisti. Hic est Pharao cuius consilio interficiuntur masculi. *Exod.*1. c. Hoc enim est filios immolari dæmoniis, sc. de bonis operibus fauorem appetere. z Et quasi gaudio lætificauit eum,] quia gaudium vanum est non verum. Vndè *Isa.*3. c. Popule meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt. *Ieronymus* ad Eustochium Adulator blandus est inimicus, & quanquam nos naturali indignemur malo, adulatoribus nostris libenter fauemus; & quamquam nos respondeamus nos indignos esse, tamen ad laudem suam intrinsecùs anima lætatur. Luc.1.d.

a Vt sunt ciuitates quas, &c.] scil. Sodomorum. *Gen.* 19. e. quasi homo ille destruatur in æternum. Propter hoc Iacob etiam dies suos quibus vixit in tribulatione & miseria, vocat dies paruos & malos. *Gen.* 57. b. Et similiter dicitur *Eph.* 5. d Quoniam dies mali sunt. Vt hæc omnia intelligantur, nō de malitia culpæ sed pœnæ. Si enim de maledictione culpæ intelligeret, peccaret maledicendo tempori & creaturis, cum nec diabolo sit maledicendum, secundùm illud *Eccl.* 21. d. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam. *Iob.* 3. b. & 10. d.

b Et non pœnituit eum,] id est, non restituit eas, sed in perpetuum subuertit, quod si fecisset, ad modum pœnitentis se habuisset.

c Audiat clamorem manè, &c.] quasi continuè in luctu sit.

vt a sunt ciuitates quas subuertit Dominus, b & non pœnituit eum. Audiat c clamorem manè & d vlulatum e in tempore meridiano, f qui non g me interfecit à vulua vt h fieret mihi mater mea sepulchrum, & i vulua eius conceptus æternus. k Quare de vulua egressus sum vt viderem l laborem & m dolorem, & n consumerentur in confusione dies mei?

C A P. XXI.

VErbum quod o factum est ad Ieremiam à Domino, quando misit ad eum Rex Sedechias Phassur filium Melchiæ & Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem, p dicens. q Interroga pro nobis Dominum quia r Nabuchodonosor Rex Babylonis præliatur aduersùm nos, si

Infr. 42. a f Qui,] i, quia. g Non me interfecit à vulua,] quod si fecisset non essem in tanta miseria. Nec est hoc similiter imprecatio, sed prædictio

h Vt fieret mihi mater mea sepulchrum, quasi, ita fuissem in conceptu quod nunquam processissem ad ortum.

i Et vulua eius conceptus, &c.] vt nunquam inde exissem: Quare autem hoc dicat subdit.

k Quare de vulua egressus sum, &c.] Simile. 1. *Mach.* 2. a. Vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & ciuitatis sanctæ. *Iob.* 10. d. Quare de vulua eduxisti me, qui vtinam consumptus essem ne oculus me videret, fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Quia vt *ibid.* 14. a. dicitur Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Vel dicitur quod Ieremias hoc dixit ex subdita animi conturbatione, vt sic sit operatio, quòd tamen scripsit ex deliberatione, vt sic non desperemus si aliquando ex conturbatione aliquid minus honestum dixerimus, vel si contemptus vir sic ex conturbatione dixerit. Hæc etiam non dixit tantum in persona sua, sed totius populi, quasi, modo solliciti estis, & gaudetis in generatione & educatione filiorum vestrorum, sed postea vlulabitis quando videbitis eos occidi coram oculis vestris. Tunc enim beatæ erunt steriles quæ non fuerunt prægnantes in diebus illis. Sicut Sedechias multum doluit quando vidit filios suos occidi coram se, vt dicitur. 4. *Reg. vlt.* b. Et nota quod ex his verbis & verbis Iob, errorem suum sumpserunt quidam hæretici, dicentes animas creatas esse ante corpora in cœlo, & sic præcipitatas in peiorem statum quando ad corpora venerūt, & ideo isti sancti sic maledicūt diei suæ.

Mystice. ✠ a Vt sunt ciuitates quas subuertit Dominus, &c.] quia adulator vix resilit à peccato suo. *Greg.* Cumque hostis malignus nos agere infirma conspexerit, ea quasi fortia fauoribus extollit, & quasi masculos natos loquitur siue annunciat, cum corruptores veritatis vel innocentiæ per mendacium nos extitisse gratulatur. Patri ergo ma culum natum denunciat quando huic mundo eum quem persuaserit factum innocentiæ corruptorem demonstrat. c Audiat clamorem manè,] id est, tempore mortis quando homo oritur ad vitam immortalem. Vel c Audiat clamorem manè,] Dæmonum. e In tempore meridiano,] id est, in iudicio, vbi nihil occultum quod non reueletur. d Et vlulatum] proprium. f Qui non me interfecit à vulua.] Magis debet quilibet alium interficere à vulua, quam permittere eum nasci, id est, vtilius esset ei vt eum peccatorem diceret, cum eum peccantem videt, quam eum laudare, vt dicat illud *Ioan* 9. f. In peccatis natus es totus h Quare de vulua, &c. Simile. *Iob.* 3. b. Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij? Quare exceptus genubus, cur lactatus vberibus? Per vuluam, cogitatio mala cum dilectione significatur: per vterum vbi se tem per vuluam intrans in puerum informatur consensus. Puer genibus excipitur, cum consensus ad opus exterius ducitur, qui vberibus lactatur, cum in peccato per consuetudinem mali & peccati ad gloriam fouetur. l Laborem] pro pœna peccati. m Et dolorem] pro damno peccati. n Et consumerentur in confusione dies mei] pro peccati vilitate & turpitudine.

forte faciat Dominus nobiscum secundùm omnia mirabilia sua & s recedat à nobis. Et dixit Ieremias ad eos. Sic dicetis Sedechiæ. Hæc dicit Dominus Deus Israël, t Ecce ego conuertam u vasa belli quæ in manibus vestris sunt, & x quibus vos pugnatis aduersùm Regem Babylonis, & y Chaldæos qui obsident vos in circuitu murorum, & congregabo † ea in medio ciuitatis huius, & z debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in a furore & in b indignatione & in c ira grandi, & d percutiam habitatores ciuitatis huius. Homines, & bestiæ pestilentia magnâ morientur. Et post hoc ait Dominus e dabo Sedechiam Regem Iuda & seruos eius & populum eius

Al. † eos.

EXPOSITIO CAP. XXI.

VErbum quod factum est, &c. Prædictum est de Phassur Pōtifice qui percussit Ieremiam, & incarcerauit, eo quod prædiceret mala futura ciuitati. Hic autem agit de Phassur quem tempore obsidionis misit Sedechias ad Ieremiam vt consuleret Dominum super euentu ciuitatis. Prædictus Phassur fuit filius Emmer, hic autem filius Melchiæ. Et diuiditur hoc capitulum in quatuor partes. Primò ostendit quid responderit Ieremias ex voce Domini ad nuncios Sedechiæ, scil. quòd frustra repugnent & arma bellica præparent, quia nunquā vsum armorum executi fuit, sed tamen in ciuitate armati incedebant. Secundò, dat Ieremias consilium populo ex voce Domini, vt fugiat ad Chaldæos, quia ciuitas capietur, & comburetur, *ibi.* [Et ad populum.] Tertiò, prouocat populum ad salutem iam imminente captiuitate, non quòd ignoraret ciuitatem capiendam, sed vt ostenderet liberum arbitrium hominum, qui etiam in ipso necessitatis articulo possunt pœnitere & misericordiam inuenire, *ibi.* [Audite verbum Domini.] Quartò, ostendit quod ciuitas capietur, licèt Iudæis videatur inexpugnabilis pro soliditate & magnitudine murorum, *ibi.* [Ecce ego ad te.] Dicit ergo. o Verbum quod factum est, &c.] occultè volens scire quid Dominus responderet super verbis & populi sententia, vtrum scil. destrueretur, vel non. Et patet hic quod propheticus sermo non seruat ordinem historiæ, quia hic agit de Sedechia qui fuit vltimus Rex in Ierusalem: postea enim narratur historia Ioachim maioris fratris eius, qui ante eum Rex fuit, & etiam Ioachim minoris filij primi Ioachim, id est, Iechoniæ, qui & ante Sedechiam Rex fuit. p Dicens] Ieremiæ per illos. q Interroga pro nobis, &c.] Loquitur enim pro tempore iam imminentis captiuitatis, quæ tempore Sedechiæ facta est. Interroga, inquam. r Si fortè, &c.] secundùm omnia mirabilia sua,] i. secundùm misericordiam suam quā mirabilia operatur. s Et recedat à nobis] Nabuchodonosor. Et est hic argumentum, quòd tempore aduersitatis etiam corporales requirendæ sunt orationes bonorum virorum. Vndè *Iac. vlt.* d. Multùm valet deprecatio iusti assidua. *Isa.* 37. a. Dies tribulationis & angustiæ & correptionis dies hæc. Leua ergo orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt si quo modo audiat Dominus Deus tuus. *Psal.* 119. Ad Dominum cū tribularer clamaui, &c. t Ecce ego conuertam] scil. ad Chaldæos, vt sint eorum, non vestra, quis non vtemini his contra hostes pugnando, licèt eis armati possitis incedere in ciuitate in qua eritis obsessi. u Vasa belli,] i. instrumenta bellica. x Et quibus vos pugnatis, &c.] i. pugnare meministis, vel vultis. y Et Chaldæos, &c.] i. aduersùs Chaldæos. z Et debellabo ego vos in manu extenta, &c.] i. vindicta aperta ad percutiēdū & destruēdū. *Isa* 9. c. In omnibus his non est auersus furor eius; sed adhuc manus eius extenta. a Et in furore] cōtra pessimos b Et in indignatione,] cōtra minus peccātes. c Et in ira grandi] cōtra mediocriter peccātes. d Et percutiā habitatores, &c.] sic & omnes qui mansionē terrenā quærunt disperdes. *Apoc.* 8. d. Væ væ væ habitantibus in terra. *Apoc.* 18. c. Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniā vna hora veniet iudicium eius. e Dabo Sedechiam Regem Iuda, &c.]

Moraliter iam illius vide in columna sequenti circa illud signum ✠

& qui derelicti

h a Et qui derelicti sunt, &c.] i. qui fuerint residui post pestem & famem, quia ii multi mortui sunt. [In manu Nabuchodonosor, &c.] *Deut.* 32. d. Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo, *Thren.* 4. d Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis.

stare, recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum. *Apoc.* 18. a. Cecidit, cecidit Babylon, facta est habitatio dæmoniorum, &c. Et audiui vocem dicentem. Exite de illa populus meus, & ne participes sitis delictorum illius. Per Chaldæos qui sunt & feroces & extranei, significatur vita religiosorum & à mundo sequestratorum. Per Ierusalem, vbi moritur homo fame, Ecclesia, vbi est fames, vel defectus, verbi Dei, & inde sequitur pestis & gladius, i. error hæreticus. Per Chaldæam, scientia sæcularis: *Ecclesi.* 15. d. Apposui tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam: ante hominem vita, & mors bonum, & malum, quod placuerit ei dabitur illi.

a & qui derelicti sunt in ciuitate hac a peste, & gladio & fame in manu Nabuchodosor Regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum, & b percutiet eos in ore gladij, c & non flectetur, d neque parcet, e nec miserebitur. Et ad populum hunc dices. Hæc dicit Dominus Deus. f Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. g Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peste, qui autem egressus fuerit & trásfugerit ad Chaldæos qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua quasi spolium. h Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Dominus. In manu Regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. Et i domui Regis Iuda. k Audite verbum Domini domus Dauid. Hæc dicit Dominus. l Iudicate manè iudicium, & m eruite vi oppressum de manu calumniantis, n ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea & o succendatur, & non sit qui extinguat propter p malitiam studiorum vestrorum. D

a Et in manu quærentiũ, &c.] i. vitam.
b Et percutiet eos in ore gladij,] i. vastatione.
c Et non flectetur, neque parcet.] Iustum enim est, vt nullam a Nabuchodonosor reciperet Sedechias misericordiam, cuius fœdus & necessitudinem periurio confirmatum deseruit, vt dicitur 4 *Reg.* 25. g. *Ezec.* 16. g. Faciam tibi sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum. Vbi dicit *Gloss.* quod etiam inter hostes fides seruanda est. Sed nonne præceptum fuit eis quod fœdus non inirent cum alienis gentibus, vt dicitur *Deut.* 7. a. Solutio. Ibi præcepit de septem gentibus, sed Nabuchodonosor non fuit de illis. Vel de diabolo exponitur. (*Aliter.*)

c Et non flectetur] compatiendo. d Neque parcet] pœnam mitigando. e Nec miserebitur] subueniendo, vel pœnam tollendo *suprà* 6. f. Crudelis est, & non miserebitur. Vel de Domino exponitur. Quia hoc tempus est tempus misericordiæ Domini, sed futurum erit tempus iustitiæ eius. Vndè *Prou.* 6 d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, &c. Vndè *Sept.* Sic habent. Non parcam neque miserebor, vt sic loquitur ipse Dominus. Ideo dicitur *Hebr.* 10. f. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Sed modò bonum est incidere in manus eius magis quàm in manus hominum, vt dicit *Dauid* 2. *Reg.* 24. c. Quia autem supra dicit. [Conuertam vasa belli,] exponitur moraliter, quod vasa belli sunt virtus, & scientia, quæ Dominus dat homini ad impugnandum tres hostes, i. carnem, mundum, & Diabolum. Hæc vasa debent esse in manibus per exercitium operum. Vnde dicit. [Quę in manibus vestris sunt.] Alioquin melius esset non habere, quam habere. Virtus enim ociosa, non est virtus, & plus nocet quàm iuuat. Vnde *Greg. in past.* Quia eximia dona virtutum susceperunt, sed vocati culmen regiminis suscipere renuunt, ind. sibi plurima dona adimunt, quæ non pro se tantummodo, sed pro aliis acceperunt, cumque sua non aliorum lucra cogitant, ipsis se quæ priuata habere appetunt, donis priuant. Virtute enim ociosa non terretur diabolus. Vndè *Matth.* 12. d. Veniens inuenit domum vacantem, scopis mundatam & ornatam, tunc vadit & assumit alios septem spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi. Tunc autem vasa belli conuertũtur ad inimicos, quando de virtute, vel scientia superbitur. Sed dicitur 2 *Reg.* 1. d. Sagitta Ionathæ nunquam abiit retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis. Ideo dicitur *Osea* 7. d. Facti sunt vt arcus dolosus, cadent in gladio Principes eorum, à furore linguæ suæ, i. iactantiæ. (*Moraliter.*)

f Ecce ego coram vobis, &c.] i. do vobis optionem eligendi quod vultis, vel remanere in ciuitate & moriemini, vel fugite ad Chaldæos & viuetis. Vndè.

g Qui habitauerit in vrbe hac, &c. quasi spolium] debebit reputare quod animam suã lucratus sit, vt verè dicat. Posui animam meam ad vitam, & non dedi in commotionem pedes meos. Et hoc dicit, non quod leue sit eis ire ad Chaldæos. Nisi enim graue esset, non prius dixisset. Maledicta dies, &c. Prophetans ibi de pœna eis futura in captiuitate. Sed minus graue est vtcunque ipsos captos viuere, quàm gladio, fame & peste consumi, quia inter flagella possunt pœnitere, & misericordiam Dei impetrare. Sic & omnibus proponitur via vitæ & morti. Ciuitas in qua moritur homo gladio, fame & peste, est mundus. Per gladium impugnatio hostis, per famem defectus eruditionis, per pestem pernicies exẽpli significatur. *Ezech.* 6. c. Heu ad omnes abominationes malorum domus Israel, quia gladio, fame & peste ruituri sunt. Qui ergo de hac ciuitate non fugerit, morietur, Vndè *Inf.* 51. f. Qui fugistis gladium, venite & nolite

h Posui enim faciem meam, &c.] quasi sine dubio ciuitas hæc destruetur, & ideo sapiens erit cuicunque effugerit. i Et domui Regis Iuda, scil. dices, ô tu Propheta, i. domui siue familiæ Regis. Primus enim fuit sermo ad populum minorem, propter enim domus Regiæ culpam maximè ciuitas hæc possessa erat.

k Audite verbum Domini, &c.] i. vos qui estis de domo Regia.

l Iudicate manè iudicium] Ecce monet eos ad pœnitentiam ad salutem, licèt sciret vrbem esse comburendam, & populum captiuandum. Loquebatur enim iam imminente captiuitate. Sic ergo facit, non quia ignoret quòd captiuitas veniet, sed vt populi ostendat liberum arbitrium, vt appareat omnibus quòd non propter ignorantiam veritatis perierunt, sed propter voluntatis malignitate. Sicut & Dominus eadem ratione monebat Iudæos sæpe ad pœnitentiam, & tamen non ignorabat quin Iudæi ipsum crucifixuri essent. Vel [Iudicate manè,] i. in euidenti, vt non inde postea oriatur lis, quod sæpe fit, quando cum scrupulo datur sententia, quasi iustè iudicate, vt iustitia in iudiciis vestris omnibus sit aperta. Vel, Manè,] i. citò, contra prolongantes sententias & causas Iudiciorum. Vel, [Manè,] i. ieiunè, vt discretius faciatis. Vel, Manè,] i. in luce gratiæ, vel iustitiæ, non in tenebris iniquitatis, quia *Ioan.* 3. c. Omnis qui malè agit, odit lucem. m Et eruite vi oppressum, &c.] vt sic in iudicio non accipiatis personam, iustificantes diuites pro muneribus & iustitiam iusti pauperis auferentes ab eo. *Isaia* 5. f. *Isaia* 1. c. Quærite iudicium, subuenite oppresso. De hoc *Iob* 29. c. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Causam quam nesciebam diligenter inuestigabam *Prou.* 24. b. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & eos qui trahuntur ad Interitum qui iniuriam patitur de manu superbi. De hoc *Isaia* 16. b. Sedebit super solium Dauid, iudicans & quærens iudicium, & velociter reddens quod iustum est. Et dicit, velociter, contra illos qui protelant sententias quæ sunt contra amicos suos, vel contra diuites. Ideo *Exod.* 23. a. Non declinabis in iudicio pauperis, i. à iudicio, sicut quidam iudices subtrahunt se quando pauper trahit diuitem in causam. Bene autem dicit, [vi oppressum,] quia dicitur *Eccl.* 13. c. Venatio Leonis Onager in eremo, sic pascua diuitum pauperes. n Ne fortè egrediatur, &c.] quasi si hoc feceritis, furor meus non comburet vos, quasi, non vastabo vos ex mea indignatione sicut malos.

o Et succendatur] contra vos. p Propter malitiam studiorum vestrorum,] i. peccatorum studiosè factorum. Vndè tantùm malitiá hominum est materia ignis furoris Domini. Ideo dicit *Bernard.* Tolle peccatum, & non erit Infernus. Vndè si anima esset in Inferno sine peccato, non combureretur. Vndè *Isaia* 50. d. Ambulate in flammis quas succendistis vobis: Ibi *Gloss.* Pro qualitate peccati vnusquisque ignem sibi accendit. Et sicut in eodem loco, alij sunt sani, alij febricitantes, ex diuersitate humorum diuersa supplicia sentientes, sic in peccatoribus diuersorum peccatorum materia plus minusvè succenditur.

A *a* Ecce ego ad te habitatricem vallis.] Despectiuè vocat eam vallem, sicut & Ierusalem. *Isaia* 22. a. Onus vallis visionis, licèt magis esset in monte, quasi, situs tuus non tibi competit, nec tibi proderit. Sicut & Dominus despectiuè vocat Ierusalem castellum. *Matth.* 21. a.

b Solidæ,] quia te robustam reputas, pro soliditate & magnitudine murorum, & ideo te credis inexpugnabilem.

c Atque campestris] quasi non es circundata stagnis, & paludibus, vt sic fortior esses. Vbi habemus [solidæ] *Septuaginta* habent, [sor,] quod idem sonat quod Tyrus. Vndè vult dicere, quod sicut Tyrus grandi mari cingitur, sic Ierusalem Babilonico exercitu, & euadere non potest. [Sor] etiam secundum Hebræos idem est quod petra. Et vult dicere, quod instar petræ durissimæ inexpugnabilem se putat.

a Ecce ego ad te habitatricem vallis *b* solidæ *c* atque campestris, ait Dominus. Qui dicitis, *d* quis percutiet nos, & quis ingredietur domus nostras? Et *e* visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus, & *f* succendam ignem in saltu eius, & deuorabit omnia in circuitu eius,

CAP. XXII.

A *g* HÆc dicit Dñs. *h* Descende in domum Regis Iuda, & loqueris ibi verbum hoc, & dices. *i* Audi verbum Domini Rex Iuda, qui sedes *k* super solium Dauid, tu & serui tui & populus tuus, qui ingredimini *l* per portas istas. Hæc dicit Dominus, *m* Facite iudicium *n* & iustitiam, & liberate vi *o* oppressum de manu calumniatoris, & aduenam & pupillũ & viduam, *p* nolite contristare, neq; opprimatis iniquè, *q* & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto.

e Et visitabo, &c.] *Greg.* In factis sæpe negligentia, vel infirmitate, vel ignorantia peccatur; in studiis vero semper maliciosa intentione; Vndè super illud. In cathedra pestilentiæ non sedit. *Gregor.* In peruersi consilij cathedra sedet, qui tanta iniquitatis elatione extollitur, vt implere malum etiam per consilia conetur, i. per magnam deliberationem. Et hi propriè erant conle.

f Et succendam ignem in saltu eius, &c.] id est, in domos Ierusalem, quæ sunt de lignis sumptis in saltu, & præcipuè illa domus quæ dicitur domus saltus. 3. *Reg.* 7. a. Vel quia in eis erant ligna depressa sicut in saltu. Vel eos vocat saltum, quia erant infructuosi in bonis operibus, propter quod ad nihil aliud erant apti nisi ad ignem.

Moraliter. [Moraliter.

a Ecce ego, &c.] Habitatrix vallis, est mundus, qui est in valle lachrymarum. *Psalm.* 83. In valle lachrymarum in loco quem posuit. Hæc est vallis siluestris, multos habens puteos bituminis, vt dicitur *Gen.* 14. b. Id est, multa peccatorum receptacula. Dicitur Siluestris, quia eius hæredes sunt feræ & bestiæ, i. crudeles, & irrationales, & carnales. Vel dicitur campestris, quia lata, & spatiosa est vita mundi, quia per eam currunt mali, quasi per campos licentiæ. *d* Quis percutiet, &c.] Contra eos qui non timent mortem, vel futurum iudicium.] Ignis in saltu,] i. luxuria, quæ est ignis vsque ad consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina, vt dicitur *Iob* 31. b. Saltus est congregatio arborum infructuosarum, i. malorum. *Eccles.* 21. b. Stupa collecta Synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis.

EXPOSITIO CAP. XXII.

g HÆc dicit Dominus, &c.] Priùs habitum est quid responderit Propheta nunciis Sedechiæ. Hic autem ostendit quid responderit ipsi Sedechiæ, & † nulla alia hic sine ordine historiæ narrantur. Diuiditur autem hoc capitulum in quatuor partes. Primò, præcipitur ei vt non iam per nuncios, sed per semetipsum loquatur Regi Iuda, scilicet, Sedechiæ, & qui per nuncios tristia nunciauit, per semetipsum non tristia, sed quid facere debeant, vt euadere sententiam Domini possint, ostendit. Secundò, comminatur domui Regiæ & ciuitati & Templo, quòd in solitudinem redigentur cum vniuersis vrbibus suis, *ibi.* [Quia hæc dicit Dominus.] Tertiò, comminatur Ioachim fratri Sedechiæ, qui ante Sedechiam regnauit, reprehendes eum de auaritia & crudelitate, propter quod insepultum eum fore ostendit, *ibi.* [Væ qui ædificat.] Quartò, vaticinatur contra Ioachim minorem filium Ioachim maioris, qui de consilio Ieremiæ se sponte reddidit Chaldæis cum matre sua & multis nobilibus, quos Nabuchodonosor duxit in Babylonem, quod vocatur transmigratio, *ibi.* [Viuo, &c.] Dicit ergo.

Al.] non nulla.

h Descende, &c.] Imo deberet dicere, ascende, quia erat in monte. Sed in hoc mysterium innuitur, quia scilicet, habitare in domibus Principum est descendere spiritualiter. Vndè Poeta.

Exit ab aula qui vult esse pius.

Iob 24. d. Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia. Vndè Petrus in curia Principum Sacerdotum negauit Christum, & sic descendit de gradu discipulatus. Prius Ieremias fortè erat in Templo, quando dictum est ei hoc, & sic descendit, ad literam.

i Audi verbum Domini, &c.] Ecce per nuncios loquebatur ei tristia, per semetipsum autem non tristia, sed quid facere debeat vt euadere possit, scilicet, imminentem captiuitatẽ, ostẽdit. Ita adhuc multi faciunt Episcopi, sed minus rectè, vt mihi videtur. Faciunt enim excommunicari, vel excõmunicatos denunciari nobiles per minores Sacerdotes, sed per seipsos absoluunt eos, & sic reddunt Sacerdotes odiosos nobilibus. Debent enim Episcopi esse Reges, se primò, & post alios regendo. Ad hoc enim eliguntur vt regant, vnde & Rectores vocantur. *Eccl.* 32. a. Rectorem te posuerunt, &c. quasi, non damnatorem, aut pugnatorem, aut oppressorem. Sed multi dimisso proprio officio, scilicet, regendi animas, alienum officium vsurpant. Magis enim videntur Comites, vel Duces quàm Episcopi, quod probat numerus equorum, oppressio subditorum, tumultus litium & causarum. Contra primum dicitur *Deut.* 17. d. Cùm fuerit constitutus Rex, non multiplicabit sibi equos. Contra secundum. *Mich.* 3. a. Audite Principes domus Iacob, qui violenter tollitis pelles eorum desuper eos, & carnes eorum desuper ossibus eorum. Contra tertium. 1. *Timoth.* 3. a. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, non litigiosum. 2. *Timoth.* 2. d. Seruum Dei non decet litigare. Si enim delectaret eos audire causas, deberet audire causas animarum, & causas pauperum, & viduarum. Sed non faciunt sic, imò conqueritur Dominus. *Isaia* 1. f. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos, scilicet. Deberent enim sedere.

k Super solium Dauid] vt solo nutu suo destruerent omne malum. Vndè *Prou.* 20. b. Rex qui sedet in solio iudicij intuitu suo dissipat omne malum.

l Qui ingredimini, &c.] Templi, vel domus Regis, vel mysticè Ecclesiæ cuius sunt portæ Prælati.

m Facite iudicium] in dando sententiam.

n Et iustitiam] in exequendo. Contra quosdam Episcopos qui bene præcipiunt in Synodo Sacerdotibus, vt excommunicent malefactores, sed quando adducitur coram eis homo qui iniuriam fecit, vix audent mutire.

o Et liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & aduenam & pupillum & viduam, quia hi faciliùs solent opprimi à potentibus: *Isaia* 1. e. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam, & venite, & arguite me. *Exod.* 22. c. Aduenam non contristabis, nec affliges eum. *Ibidem.* Viduæ & pupillo non nocebitis, si læseritis eos vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum, & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio. *Ecclesiast. trigesimo quinto* c. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.

p Nolite contristare, &c.] vt non solùm eos non comprimatis, vel contristetis, sed nec permittatis eos ab aliis contristari, vel comprimi. Vel. [Iudicium & iustitiam, primò in vobismetipsis. Vndè 1. *Cor.* 11. g. Si nosmetipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Post in aliis. Vndè *Sap.* 1. a. Diligite iustitiam, i. ex dilectione eam facite, qui iudicatis terram, scilicet, Ecclesiæ.

q Et sanguinem innocentem, &c.] Vndè *Exod.* 20. b. Non occides. *Gloss.* innocentem. Effusio enim sanguinis nocentium, vel latronum, homicidarum & huiusmodi, non reputatur homicidium, vt dicit hic *Gloss.* sed magis legis ministerium, quæ dicit *Exod. vigesimo secundo* c. Maleficos non patieris viuere. Mysticè.] Sanguinem innocentem effundit, qui malo exemplo simplices scandalizat. *Gregor.* Scire debent Prælati quòd si peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad posteros perditionis exempla transmittunt. Vndè *Matt.* 18. a. Qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis, qui in me credũt Mystice.

A expedit ei vt,

A expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius. *Ibidem.* Væ homini per quem scandalum venit. Vel sanguinem effundit, qui bona pauperum rapit. Vndè *Eccl.* 34. d. Qui aufert in sudore panem, quasi, qui occidit proximum suum: Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit, fratres sunt. *Ibid.* Panis

B egentium vita pauperis est, qui defraudat illum, homo sanguinis est *a* Si enim, &c.] i. si hoc impleueritis, & voluntate, & opere *b* ingredientur, &c.] quasi, si boni fueritis, bonos successores habebitis, & in Regno Reges sedentes in pace. Sed in veritate pauci de Regibus Iuda Domino placuerunt, vt dicit hic *Gloss.* scilicet, tantum tres, Dauid, Ezechias, Iosias. Vnde *Eccl.* 49. b. Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam omnes peccatum commiserunt, quod exponitur, peccauerunt, scil. finaliter. Secundum hoc ergo Salomon damnatus est. Vndè super illud *Isaia* 2. d. In die illa proiiciet homo idola argenti sui, dicit Beda. Ni fallor, palam ostenditur quod Salomon nunquam perfectè pœnituit, quia idola quæ ædificauerat non deleuit. Contra super *Eccles.* 1. *Gloss.* Tradunt Hebræi hunc librum Salomonis esse agentis pœnitentiam. Hoc idem *Ieron.* super *Ezech.* 43. Similiter exponitur hoc de Prælatis, qui si boni essent, bonas personas ponerent in Ecclesiis suis, quæ post eligerent bonum Episcopum. Quidam Cardinalis dixit Papæ: Si feceris aliquem Cardinalem qui merito non possit esse Papa, Dominus requiret a te. Ita potest dici Episcopis. *Eccl.* 3. a. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit & lætatus est in illo, in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis, reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.

c De genere Dauid, &c.] qui sc. sint manu fortes in se, per bonæ vitæ firmitatem, & aspectu desiderabiles, per bonum exemplum aliis: quæ duo sunt Prælatis necessaria. *d* Currus] virtutum. *e* Et equos] i. carnis lasciuiam refrenantes. *Iudic.* 5. b. Qui ascenditis super nitentes asinos, & sedetis supra in iudicio, & ambulatis in via. *Abacuc.* 3. b. Qui ascendes super equos tuos; & quadrigæ tuæ saluatio. *f* In memetipso iuraui] quia maiorem me non habui, vt dicitur *Heb.* 6. c.

g Quia in solitudinem, &c.] Ad litteram sic & in Ecclesia impletum est hodie iuramentum Domini, quod in solitudinem est redacta, vt iam non sint in ea homines, sed tantum bestiæ. *Isaia* 34. c. Omnes principes eius erunt in nihilum, & orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius, & erit cubile draconum, & pascua struthionum. *h* Super domum Regis Iuda, i. de regno Regis Iuda. *i* Galaad tu mihi caput Libani.] Galaad pars montis est Libani eminentior: Sic locus in quo erat Templum erat altior, quam ciuitas, & ideo caput, quasi ego feci quod Templum est caput ciuitatis. Et comparatur Templum Libano, quia de lignis Libani erat factum. Præterea sicut in Libano sunt arbores medicinales, sic in Templo erant remedia contra morbos spirituales, scilicet, orationes, & ritus sacrificiorum, qui ibi fiebant, & alia huiusmodi. Vndè *sup.* 8. g. Nunquid resina non est in Galaad, aut medicus non est ibi? *Zach.* 11. a. Aperi Libane portas tuas. *k* Si non posuero te in solitudinem, &c.] quasi nisi hoc faciam, non credatur mihi. *l* Et sanctificabo super te interficientem virum,] i. sanctum ostendam in oculis omnium Nabuchodonosor, & exercitum eius: quia omnes dicent, quod iustè vos interficient, cum audierint quod transgressi estis fœdus quod habuistis cum eo. Vel etiam iudicio vestro sancti erunt, quod apud vos iudicabitis, quod iustè vos destruunt. Vel, [sanctificabo,] i. sanctior te erit qui te interficiet, quia benefaciet te interficiendo sicut merueris. *Mich.* 3. b. Si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. Vel in hoc dicuntur Sancti Chaldæi, quia sententiam Domini exequuntur. Simile *Isaia* 13. a. Ego mandaui sanctificatis meis. Vel tunc dicuntur hostes sanctificari, quando prosperè faciunt

a Si enim facientes feceritis verbum istud, *b* ingredientur per portas domus eius Reges sedentes de *c* genere Dauid super thronum eius, & ascendentes *d* currus, & *e* equos ipsi, & serui, & populus eorum. Quod si non audieritis verba hæc, in *f* memetipso iuraui, dicit Dominus: quia in *g* solitudinem erit domus hæc; Quia hæc dicit Dominus *h* super domum Regis Iuda: *i* Galaad tu mihi caput Libani. Si non *k* posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles, & *l* sanctificabo super te interficientem virum, & *m* arma eius, & † *n* succendent *o* electas Cedros tuas, & præcipitabunt in ignem, *p* & pertransibunt gentes multæ per ciuitaté hanc: & dicet vnusquisq; proximo suo: *q* Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grandi? & *r* respondebunt? *s* Eò quòd dereliquerint pactum Domini Dei sui, *t* & adorauerint deos alienos, & seruierint eis.

Al. † succidēt.

quidquid intendunt. *n* Et succendent electas Cedros tuas,] i. pulchra tua ædificia de Cedris facta: Vel, [Electas Cedros,] i. Principes & potentes, & nobiles ciuitatis. *Amos* 6. c. Detestor ego superbiam Iacob, & domus eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. *p* Et pertransibunt gentes multæ, &c.] capta ciuitate, quia prius eis ingredi non licebat, & maximè in Templum. Vndè *Thren.* 1. d. Vidi gentes ingressas sanctuarium tuū, de quibus præceperas ne intrarent in Ecclesiam tuam. *q* Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grādi,] scilicet, multitudine hominū, & domorum, vel Dei beneficiorū, & miraculorum, vel multitudine peccatorum? *r* Et respōdebunt] interrogantibus. [Eò quòd dereliquerint, &c.]

C

Mysticè *i* Galaad] Ecclesia quæ est aceruus testimoniorum, scilicet, miraculorum, vel scripturarum, vel Martyrum. Sed hodie nec inueniuntur Martyres, nec Doctores, nec miracula facientes, & ideo in solitudinem versa est Ecclesia. Vel testimonia sunt opera. Vnde *Ioan.* 5. f. Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me, Libanus, quod interpretatur candidatio, est Ecclesia, quæ est sine macula & ruga, vt dicitur *Ephes.* 5. f. Hæc debet esse consita Cedris, i. viris fructiferis per bonam operationem, & odoriferis per bonam famam, altis & electis per eminentem conuersationem. *l* Et sanctificabo super te interficientem,] diabolum, cuius currus qui super Ecclesiam sanctificatur, est triplex. Primus est currus malitiæ, qui habet quatuor rotas, scilicet, sæuitiam, impatientiam, audaciam, impudentiam. Nimis velox est ille currus ad effundendum sanguinem innocentem, quia nec innocentia sistitur, nec patientia retardatur, nec timore frænatur, nec pudore cohibetur. Trahitur autem duobus equis nimis perniciosis, sc. terrena potentiâ, & sæculari pompâ. His duobus præsident duo aurigæ, sc. tumor, qui potentiam; & liuor qui pompam agitat. Secundus est currus luxuriæ, qui habet quatuor rotas, scil. ventris ingluuiem, coitus libidinem, vestium molliciem, ocij resolutionem. Et trahitur duobus equis, scil. sanitate corporali, & abundantiâ temporali. Quibus duo aurigæ præeminent, scil. stulta securitas vitæ, & torpor ignauiæ. Tertius est currus auaritiæ, cuius sunt quatuor rotæ, scil. pusillanimitas, & inhumanitas, contemptus Dei, & obliuio mortis. Equi trahentes, sunt rapacitas, & tenacitas, quibus præsidet vnicus auriga, scil. amor habendi. Hic triplex currus sanctificatus est, & conualuit nimis in Ecclesia Dei. *Cant.* 1. c. Assimilaui te amica mea equitatui in curribus Pharaonis. Sed Dominus hos currus, & exercitum eius proiiciet in mare. *m* Et arma eius.] Arma diaboli sunt peccatores, quibus protegitur, & defenditur ad impugnandum Ecclesiam malignantium. De armis diaboli, *Prou.* 22. a. Arma & gladij in via superbi, i. diaboli. Et *Iob.* 41. a. Corpus illius quasi scuta fusilia compactum squamis se prementibus. De armis Christi, *Cant.* 4. a. Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. *n* Et succendent,] scilicet, Dæmones in igne cupiditatis, luxuriæ, ambitionis. *o* Electas Cedros tuas,] i. Prælatos & Principes Ecclesiæ, quorum maxima pars hoc triplici igne combusta est. *Isaia* 1. b. Ciuitates vestræ succensæ sunt igni. *Ioel* 1. b. Ignis deuorauit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. *Ioel* 2. a Ante eum ignis vorans, & post eum exurens flamma. Quasi hortus voluptatis terra corā eo, & post eum solitudo deserti. *p* Et pertransibunt gentes multæ, &c.] i. multi gentiliter viuentes erunt in Ecclesia. *Psal.* 78. Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, &c. *q* Quare fecit Dñs sic, &c.] vbi olim fuerant homines grandes scientiâ, & vitâ. *Baruch.* 3. c. O Israel, quàm magna est Domus Dei, & ingens locus possessionis eius, ibi fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. *s* Eò quod dereliquerint pactum Domini Dei sui.] Pactum baptismale, pactum clericale, pactum confœderationis, & amicitiæ. *t* Et adorauerint deos alienos.] i. vestes, denarios, terras, genus, vnicuique Deus est, quod plus amat. [Adorauerunt,] mente, [seruierunt,] corpore,

Deut. 19. 3. Reg. 9. b.

Triplex currus.

Exod. 15. a.

a corpore. *Deut.* 29 d. Dicent gentes, quare sic fecit Dominus terræ huic? Quæ est hæc ira furoris eius in mensa? Et respondebunt, quia dereliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum, & seruierunt dijs alienis, & adorauerunt deos quos nesciebant, & quibus non fuerunt attributi.

a Nolite flere mortuum neq; lugeatis super eum fletu. *b* Plangite eum qui egreditur, quia non *c* reuertetur vltra, *d* nec videbit terram natiuitatis suæ quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ Regis Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto. Non reuertetur huc amplius, sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit amplius. Væ *e* qui ædificat domum suam in *f* iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio. Amicum suum opprimet frustra, & *g* mercedem eius non reddet ei. *h* Qui dicit, ædificabo mihi domum latam, *i* cœnacula spatiosa: Qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque *k* synopide; *l* Nunquid regnabis, quoniam confers te Cedro? Pater tuus *m* nunquid non comedit, & bibit, *n* & fecit iudicium, & iustitiam tunc cum bene erat ei? *o* Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum. *p* Nunquid non ideo *q* quia cognouit me, dicit Dominus? *r* Tui verò oculi, & *s* cor ad auaritiam

a Nolite flere mortuum.] Hic incipit agere de Ioachim filio Iosiæ, de quo inter doctores videtur esse cōtrouersia. Videtur. n. quibusdā quod non
D
regnauit nisi tribus annis. Vñ *Dan.* 1.a. Dicitur quod in tertio anno Ioachim Regis Iuda veni Nabuchodonosor, & obsedit Ierusalē, & tradidit Dñs Ioachim in manus Nabuchodonosor. Et ita videtur, quod tantum tribus annis regnauit. Contrarium habetur, *Paral.* 36.a. Viginti quinque annorum erat Ioachim cùm regnare cœpisset, & vndecim annis, regnauit in Ierusalem. Item videtur esse alia contrarietas. Dicitur enim 4. *Reg.* 24.a. Quod Dominus misit latrunculos Chaldæorum, & Syriæ, & Moab, & filiorum Ammon in Iudæam, vt disperderent eam. Et post subditur. Et dormiuit Ioachim cum patribus suis, per quod videtur quod ab illis fuit interfectus. Hoc etiam hic apertè dicit quædam *Gloss.* Sed contrarium habetur. 2 *Paral.* 36.a. Vbi sic dicitur. Contra hunc sc. Ioachim, ascendit Nabuchodonosor, & vinctum catenis duxit in Babylonem. Præterea vtique videtur contradicere Iosephus qui dicit: Dum Rex Babylonis intraret ciuitatem, fidem nequaquam seruauit, sed iuuenes occidit vnà cum Rege Ioachim, qui extra ciuitatem proiectus est, & ita nec à latrunculis interfectus, nec in Babylonem ductus est. Sol. Interfecto Iosia à Pharaone Nechao, populus terræ constituit Regem super Ierusalem Ioachaz filium Iosiæ: Sed Pharao veniens in Ierusalem deposuit eum à Regno, & transiuit secum in Ægyptum, ibique mortuus est. Et constituit Ioachim filium Iosiæ fratrem Ioachaz Regem in Ierusalem, & imposuit ei tributum, quod ipse reddidit ei octo annis; sed postea veniens Nabuchodonosor in Iudæā subiugauit eum sibi. Et seruiuit ei Ioachim postea duobus annis sub tributo. Sed postea rebellauit, & ideo Nabuchodonosor misit latrunculos qui vastauerunt Iudæam. Tandem venit Nabuchodonosor cum exercitu, & cœpit Ierusalem, & Ioachim vinctum duxit in Babylonem, & Ioachim eius filium substituens pro ipso in Regno. Sed statim pœnitens Nabuchodonosor reduxit Ioachim in Ierusalem, & coram omnibus interfecit, & fecit proiici extra muros, [vt timerent Iudæi rebellare. Et de hoc hic: [Sepulturâ asini sepelietur.] Et de hoc intelligit Iosephus. Postea vero ad preces Iudæorum permisit Nabuchodonosor Ioachim sepeliri, & hoc est quod dicitur 4. *Reg.* 24. Quod sepultus est cum patribus suis. Timens autem Nabuchodonosor quod Ioachim puer nunquam fideliter ei seruiret, eo quod patrem eius ita viliter occidisset, *i* duxit eum secum in Babylonem, & substituit Sedechiam auunculum eius pro eo filium tertium Iosiæ: Et sic patet solutio omnium contrarietatum. Quod autem videtur dicere liber Regum, quod latrunculi interfecerint Ioachim, hoc non dicit, sed tantum quod terram vastauerunt. Vel latrunculi dicuntur illi, qui erant in exercitu Nabuchodonosor. Dicit ergo. *a* Nolite fle.] Dicunt Hebræi quod loquitur hic de tribus filijs Iosiæ sc. Ioachaz, Ioachim, & Sedechia. Et dicunt hos tres vocari Sellum, quod interpretatur consummatio, vel completio: quia regnum Iuda in eis finitum
Mysticè.
est. Vel secundum *Ieron.* tantum intelligitur de Sedechia, de quo prædicta exposita sunt, qui in Babylonem ductus est. *d* Nec videbit terram,] sc. quia excæcatus est, & mortuus in Babylone, in quo verè omnino finitum est Regnum Iuda, & ideo dicitur sellom, i. consummatio. Vel. *a* Nolite fle.] scil. corpore, sed. *b* Plangite eum, &c.] à Deo per portam spiritualem, vel ab Ecclesia.

c Quia non reuert.] sicut coruus qui non reuersus est ad arcam. *Gen.* 8.a. Ideo dicitur *Eccl.* 22. b. Modicum plora super mortuum, quoniam requieuit. Nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui. Luctus mortui septem dies, fatui autem & impij omnes dies vitæ illorum. *d* Nec vid.] i. non redibit ad innocentiam baptismalem. *e* Væ qui ædificat domum suam.] Hoc dicit de Ioachim secundo filio Iosiæ qui substitutus fuit Rex in Ierusalem à Pharaone loco fratris sui Ioachaz quem secum duxit in Ægyptum. *f* In iniustitia] i. alieno ære, quia crudelissimus erat, & diripiebat bona aliorum, *Eccl.* 21. b. Qui ædificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides in hyeme. Tale ædificium citò corruit quia lapides congelati sunt. *Abac.* 2. c. Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, i. pecuniam de bonis pauperum ad faciendum domum suam, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. *Ibid.* Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est respondebit. Et dicitur hoc contra eos, qui de patrimonio Crucifixi pomposa ædificia sibi faciunt. *g* Et mercedem eius non reddet ei,] scilicet, laborantibus in negocio eius: Contra illud *Leuit.* 19. c. Non morabitur merces mercenarij tui apud te vsque manè *Malach.* 3. b. Ero testis velox his qui calumniantur mercedem mercenarij, & iudex. Et *inf.* 29. e. Ego sum iudex & testis.

h Qui dicit, ædificabo mihi domum latam] sic credebat iste in perpetuum se regnaturum.

i Et cœnacula spatiosa, &c.] i. solaria alta quæ super domos sunt.

k Pingitque sinopide.] Ad litteram, vt multi pingunt domos suas. Et dicit *Gloss.* Christi sanguine. Quod dicitur maximè contra clericos, qui domos suas pingunt sumptibus sanguinis Christi. *Abac.* 2. c. Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. *Aggæi.* 1.a. Nunquid tempus vobis est vt habiteris in domibus laqueatis, & domus mea deserta est? *Mich.* 3. c. Audite Principes domus Iacob, qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate, &c. Propter hoc causa vestri Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem in aceruum lapidum erit. Si ita arguuntur Reges, & Principes de palatijs suis, iste enim nobilis Rex erat, quid dicetur de pictis, & deauratis palatijs Religiosorum, & Clericorum? *Marc* 13. a. Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Diabolus dixit Domino, *Matth.* 4.a. Dic vt lapides isti panes fiant: Ipsi autem quasi peiores diabolo, de panibus faciunt lapides, quia ea quæ data sunt eis ad cibum, & sustentamentum, in lapidea palatia conuertunt. *l* Nunquid regnabis, &c.] i. patri tuo Iosiæ iustissimo Regi, cuius vitam non imitaris?

m Nunquid non comedit, &c.] tanquam diues, & honoratus in regno, per quæ tamen Deum non dereliquit sicut tu? *n* Et fecit iudicium, &c, quasi abundans fuit, & tamen de abundantia non superbiuit, & ideo bene fuit ei in præsenti, & erit in futuro. Quia.

o Iudicauit causam, &c.] quasi non solùm in bonum illorum & in refrigerium inopiæ illorum, sed in animæ suæ vtilitatem. Et est hæc maxima commendatio, s. iustitiā seruare in tempore temporalis abundantiæ, quæ tamen in multis consueuit emollire iustitiam. Talis fuit Iob qui dixit *Iob* 29. c. Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento, & diademate iudicio meo, oculus fui cæco, pes claudo, pater eram pauperum, & cum sederem quasi Rex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator. *Deut.* 6. b. Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram pro qua iurauit patribus tuis, & dederit tibi ciuitates munitas magnas, & optimas, quas non ædificasti, & domos plenas cunctarum opum, & comederis, & saturatus fueris, caue diligenter ne obliuiscaris Domini Dei tui. *p* Nunquid non ideo,] scilicet, hæc omnia bona fecit? *q* Quia cognouit me,] & ideo me timuit offendere per peccata. *r* Tui vero oculi, scilicet, ô tu Ioachim. *s* Et cor ad auaritiam,] declinant aliena diripiendo. *Abacuc* 2. b. Væ qui multiplicat non sua. Vsquequo aggrauat contra se densum lutum? quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis *Isa.* 33. a. Væ

qui præda.

qui prædaris, nonne & ipse prædaberis, &c. *a* Et ad sanguinem, &c] Expone vt prius. *b* Et ad calumniam,] *Pro.* 28.c. Dux indigens prudentia, multos opprime per calumniam, qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius *Eccles.* 4. a. Vidi calumnias quæ geruntur sub Sole,&

& *a* ad sanguinem innocentem fundendum & *b* ad calumniam, & † ad cursum mali operis. *c* Propterea hæc dicit Dominus ad Ioachim filium Iosiæ regem Iuda. *d* Non plangent eum, væ frater & væ soror, *e* non concrepabunt ei, væ *f* Domine & væ inclyte. *g* Sepultura asini sepelietur putrefactus & *h* proiectus extra portas Ierusalem. *i* Ascende *k* Libanum & *l* clama in Basan da vocem tuam, & *m* clama, ad transeuntes, quia contriti *n* sunt omnes amatores tui. *o* Locutus sum ad te in *p* abundantia tua, dixisti, non audiam: Hæc *q* est via tua ab adolescentia tua, quia non *r* audisti vocem meam. Omnes *s* pastores tuos pascet ventus, *t* amotes tui in captiuitatem ibunt. Et *u* tunc confunderis,

Al. † consummationem.

lacrymas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos. *Eccles.* 5. b. Si videris calumnias egenorum & iudicia violenta, & subuerti in prouincia iustitiam, non mireris super hoc negotio, quia excelso excelsior est alius, qui, scilicet, hoc iudicabit. *c* Propterea hæc dicit Dominus ad Ioachim, &c.] i. contra Ioachim.

F *e* Non concrepabunt ei, [dicentes. *f* Væ Domine & væ inclyte, sepulturâ asini sepelietur,] i. insepultus à bestiis & auibus lacerabitur. *h* Proiectus,] ab ipso Nabuchodonosor vt dictum est, secundum alios, extra ciuitatem interfectus a latrunculis Syriæ, Ammon, & Moab. *infrà* 36. g. Hæc dicit Dominus contra Ioachim Regem Iuda. Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid, & cadauer eius proiicietur ad æstum per diem & ad gelu per noctem. Ibi dicit Iosephus quòd Nabuchodonosor istum Ioachim ante muros insepultum proiecit.

Mysticè. Mysticè. *d* Non plangent eum, &c.] In monte enim Episcoporum, qui raptores fuerunt subditorum, non plorant subditi, sed multum gaudent. Sed multi plangunt Principes sæculares, licèt sint mali.

g Sepultura asini sepelietur,] quia fœtet eorum memoria post mortem, & bona eorum statim à multis dilacerantur. Vel, [Asinus, [est peccator, cuius sepultura est infernus, vt dicitur *Luc.* 16. f. Mortuus est diues, & sepultus in Inferno. *i* Ascende,] ô tu popule.

k Libanum,] i. in montana. *l* Et clama in Basan,] qui est mons trans Iordanem, sicut & Libanus. *m* Et clama, &c.] quasi etiam in montibus in plano clama ad eos.

n Quia contriti sunt omnes amatores tui,] i. conterentur, non poteris in illis confidere. Sperabant enim in auxilio Ægyptiorum, sed & ipsi à Babyloniis contererentur. *Isaia* 30 b. Ægyptus frustra & vanè auxiliabitur, ideo clamaui super hoc superbia tamen est quiesce. *Isaia* 36.b. Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum, super Ægyptum, cui si innixus fuerit homo, intrabit manum eius & perforabit eam. Moraliter. Nemo debet clamare in Basan, i. in peccatoribus, qui sunt in confusione adducente ignominiam æternam, nisi ascenderit Libanum, i. candorem & eminentiam virtutum. Vndè *Isaia* 40.b. Ascende in montem qui euangelizas Sion. [Et clama ad transeuntes,] quasi, mansionarij mundi nolunt audire, sed transeuntes more viatorum libenter audiunt doctrinam eundi. Ideo dicitur *Thren.* 1. d. O vos omnes qui transitis per viam, &c *Eccl.* 11 a Mitte panem tuum super transeuntes aquas. *Isaia* 32. d. Beati qui seminatis super omnes aquas. *Apocal.* 17. d. Aquæ quas vidisti populi sunt & gentes. *Moraliter.*

o Locutus sum ad te,] per Prophetas.

p In abundantia tua, &c.] quia diuitiæ sunt occasio contemnendi verbum Dei; vel non obediendi ei. Tales sunt vt gallinæ, quæ in Autumno, vt dicitur, surdæ sunt. Per Autumnum prosperitas temporalium intelligitur. Quidam etiam sunt pisces, qui Austro flante surdi sunt, sed flante Aquilone optimè audiunt Quia dicit *Isaia* 28. e. Vexatio dat intellectum auditui *sup.* 5. b. Ibo ad optimates & loquar eis, & ecce hi magis simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. *q* Hæc est via tua ab adolescentia tua,] quasi non semel hoc fecisti, scilicet, contemnere verba mea & me, sed ab egressu tuo de Ægypto. Quæ autem sit hæc via exponit. *r* Quia non audisti vocem meam,] & ideo, [, omnes pastores tuos pascet ventus.] Huc illucque dispersi sunt scilicet, per captiuitatem a terra sua. Vel, [ventus, idest, inanis spes

& erubesces ab omni malitia tua *x* quæ sedes in Libano, & *y* nidificas in Cedris. *z* Quomodo congemuisti, cum *a* venissent tibi dolores quasi dolores parturientis. *b* Viuo ego, dicit Dominus: quia si *c* fuerit *d* Iechonias filius Ioachim Regis Iuda *e* annullus in manu dextera mea, *f* inde euellam eum. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manu Chaldæorum: Et mittam te: & *g* matrem tuam quæ genuit te in terram *h* alienam in qua nati non estis, ibiq; *i* moriemini, *k* & in terram *l* ad quam ipsi leuant animam suam, reuertentur illuc & reuertentur. *m* Nũquid vas fictile atque contri-

quam habebant in auxilio Ægyptiorũ, fuit causa dispersionis eorum, & quod omnia bona eorum depasti sunt ab hostibus.

t Et amatores tui, &c.] Ægyptij in quibus confidebas.

u Et tunc confunderis, &c.] vt possit tibi dici illud *Rom* 6. d. Quem fructum habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis?

x Quæ sedes in Libano.] quasi superbis de Templo facto de lignis. Libani. Vel credis illud non posse destrui propter suam sanctitaté. *y* Et nidificas in Cedris,] quis habes domos cedrinas & altas, in quibus confidis, & inde superbis. Sed dicitur *Abd.* 1.b. Si exaltatus fueris vt Aquila & inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. *Iob* 20. a. Si ascenderit vsque ad coelum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. *z* Quomodo congemuisti,] i. congemisces. G

a Cum venissent tibi dolores, &c.] i. quando venient, quasi repentinus dolor captiuitatis, & subitus tibi veniet instar mulieris puerperæ. *Osea* 13.d. Dolores parturientis venient ei, ipse filius non sapiens. Moraliter. *s* Omnes pastores, &c.] Ventum pascere est dicere verba vana, & otiosa. Pasci à vento, delectari in vanis delectationibus, vel adulationibus. *Osea* 12. a. Ephraim pascit ventum *sup.* 14. Et Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones *b* Viuo ego dicit Dominus] Postquam locutus est de Sedechia vltimo Rege Iuda, & de Ioachim fratres eius, qui ante eum regnauit, hic adhuc ordine præpostero loquitur de Ioachim minore, qui dictus est Iechonias, filio Ioachim filij Iosiæ, qui cum matre sua, & Principibus, & multis nobilibus reddidit se Nabuchodonosor, & ductus est Babylonem. *c* Quia si fueris,] i. quamuis fuerit. *d* Iechonias filius Ioachim Regis Iuda annulus, &c.] Annulus antiquitus erat signum dilectionis, & erat necessarius, quia erat sigillum, quasi, etsi illi ostendero signum dilectionis, & quasi fuerit mihi necessarius, & licet annulus de manu portantis difficiliter auellatur, tamen. *f* Inde euellam eum,] de terra sua, sc. per transmigrationem, quia sponte se tradidit, sed patrem eius magis per captiuitatem, qui violenter de ciuitate eiectus est, & interfectus à Nabuchodonosor, vel a latrunculis, vt dictum est. *i* Ibique moriemini.] Hoc dicit contra pseudo qui dicebant quod illi qui irent in transmigrationem statim redirent. Vndè. *k* Et in terram.] scil. Iudæam. *l* Ad quam ipsi leuant animam suam, &c] s. quam desiderant, & ad quam reuerti statim sperant. Mysticè. Annulus] ornat manum, & in multis est necessarius vt ad sigillandum, & habet decorem exterius, & datur sponsis Sic Prælatus licet in multis sit vtilis Ecclesiæ, sc. propter doctrinam, & multa alia, tamen abiicictur à Deo propter malam vitam, quia quem perdit vita, non potest saluare doctrina. Vndè prælatus debet esse annulus alios sigillando exemplo suo, & debet esse rotundus per æternorum contemplationem *Aggia* 2. d. Assumam te ô Zorobabel, dicit Dñs, & ponam te, vt sigillum, quia elegi te *g* Et matrem tuam quæ genuit te,] i Ecclesiam quæ te elegit in Prælatum *h* In terram alienâ in qua nati nõ estis,] i. in Infernum, ad quem nõ estis nati, sed magis ad beatitudinem vbi semper viuunt qui ibi sunt, sed qui in Inferno sunt semper moriuntur. *Baruc.* 3.b Quid est Israel quod in terra inimicorũ es, &c *m* Nunquid vas, &c.] quod nihil valet, & nõ potest restitui, sic ipse in captiuitaté ducetur, & ibi *Mysticè.*

Moraliter.

A moretur,

a morietur, nec vltra reducetur a l pristinum statum.

b Vir iste Iechonias.] Videtur secundum *Ieron.* quod hic sit [Chonias] postquam enim auulsus est à Dei auxilio tanquam à Dñi manu, in huiusmodi signum videtur dicere *Ieron.* quod hæc syllaba Ie, truncari debet, quæ interpretatur

a tum vir *b* iste † Iechonias? *c* Nunquid vas absque omni † voluntate? Quare abiecti sunt ipse, & semen eius, & proiecti in terram quam ignorauerunt? *d* Terra, terra, terra, audi sermonem Dñi. Hæc dicit Dñs: *e* Scribe virum istum sterilem, virum *f* qui in diebus suis non prosperabitur: *g* Nec enim erit de semine eius qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda.

CAP. XXIII.

b VÆ Pastoribus qui † dispergunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus. Ideò hæc dicit Dominus Deus Israël ad Pastores qui *i* pascunt populum meum: *k* Vos dispersistis gregem meum, *l* & eiecistis eos, & non *m* visitastis eos: Ecce ego visitabo *n* super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus

Al. † Chonias.
Al. † voluptate.
Mysticè.

Dominus, vt sic intelligatur à Dei auxilio destitutus, & perditioni, & interitui deditus: Et hoc est. *c* Nunquid vas absque omni voluntate? quare abiecti sunt, &c.] quia erant inutiles. Origenes videtur hoc exponere de Christo qui quasi annulus de manu Dei Patris

A
Al. † disperdunt.

auulsus sit, quoniam missus est in terram captiuitatis, i. In hanc vallem lachrymarum. Vndè *sup.* 12. b. Reliqui domum meã, & cætera. Mater eius est Synagoga, quæ capta est, & proiecta per captiuitatem Romanorum pro morte crucifixionis Christi. *u* Nunquid vas fictile atque contritum,] inquantum homo. Vnde *Isa.* 53. b. Attritus est propter scelera nostra. Eius enim terra tradita est in manus impij, vt dicitur *Iob* 9.c. Vel exponitur hoc de peccatore: De quo *Eccl.* 21.c. Cor fatui quasi vas confractum, omnem sapientiam non tenebit.

d Terra, terra, terra. Ter dicit propter malitiam trium, scil. Ioachim, Iechoniæ, Sedechiæ. Vel propter malitiam Principum, vel Regum, Sacerdotum, vel Prophetarum, & populi. Et ideo dicit ter: quia supra dixerat sermonem ad tres partes terræ, scil. Libanum, Basan, & Ierusalem, quæ tria erant in terra Iudæ, per quæ totam terram duarum tribuum nominauit. Vel, quia in illa terra sicut & in nostra, tria vnia fere ab omnibus diliguntur, scil. illa tria. 1. *Ioan.* 2. c. Omne quod est in mundo, &c. *Apoc.* 8. d. Væ, væ, væ. habitantibus in terra. *e* Scribe virũ.] *Alia lit.* Abominabilem, & abdicatum. Dicitur quod illa scriptura quam scripsit Dominus inclinans se in terram, fuit hæc: Terra, terra, terra, scribe viros istos steriles, & abdicatos, *Ioan.* 8. a. *e* Scribe,] quasi hoc nunquam à memoria decidat, quia hæc miseria Regis, & Principum erit perpetua. Quod autem dicitur de Iechonia, quoad vilitatem suæ culpæ, potest exponi de Christo, quoad vilitatem poenæ, sicut dicitur de ipso, *Isaia* 53. a. Non erat ei aspectus, neque decor, &c. Tamen reuera sicut & vult *Ieron.* non est pulchrum, hoc exponere de Christo, cum non dicatur nisi de malitia illius. Similiter [moraliter,] quicunque in terra scribitur, sterilis efficitur, scilicet, ab

Ezech. 44. operibus bonis. *sup.* 17. b. Domine recedentes à te in terra scribentur. Vel sterilis vt nullus talis spiritualiter possit Deo generare: Tales maledicti sunt secundum legem. *Deut.* 7. c. *f* Qui in diebus suis, &c.] Sed è contrario dicitur de Confessore: In diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus. Dies nostri sunt opera per gratiam informata, & tunc Deo placent quando rectâ intentione fiunt.

g Nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltra in Iuda.] Quomodo hoc dicit, cum dicatur super illud *Soph.* 1 b Et erit, in die hostiæ visitabo super Principes, quousque ad tempus hostiæ filij Dei fuerunt Reges de Dauid Ita super *Gen.* 49. b. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. *Gloss.* tandiu de semine Iudæ Reges fuerunt apud Iudæos, donec Christus de Virgine nasceretur. De Iechonia enim vt hic dicitur *Gloss.* natus est Salathiel, de quo Zorubabel, & sic vsque ad Christum Præterea, nonne ipse Christus Rex fuit, qui de semine Dauid fuit, & super solium eius sedit? Vndè, *Luc* 1. c. Dabit illi Dominus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum. Solut. Vsque ad Christum fuerunt Principes, & non Reges. Illi enim Salathiel, & Zorobabel non successerunt in Regiam potestatem imò in captiuitate fuerũt, & in reductione tanquam Principes populi, non tanquam Reges. Fratres autem Machabæi filij Matathiæ non fuerunt de stirpe istius, sed de Leuitica: Vnde & Matathias dicitur Sacerdos. Sed nonne Christus dicitur Rex regum? Solutio, patet per literam Hebræorum: In diebus eius non erit de Regno eius vir, &c Non enim in diebus eius successit Rex, sed multo post tẽpore de semine eius natus est Christus. Vel solue per hoc quod dicit: Vir, scilicet, purus, sed Christus fuit & homo, & Deus. Et intellige hoc de Regno terreno, quale non fuit regnum Christi, sed magis æternum, & coeleste. Vel dic quod si post eum fuerunt Reges, tamen non dicuntur fuisse, vel quia pauca, aut nulla de his scripta sunt, vel quia citò defecerunt vsque ad Christum. B

Moraliter. *g* Nec enim erit, &c.] Contra Prælatos est, qui hic substituunt post mortem suam parentes suos in Prælaturis suis. Vel hoc dicitur contra malum Prælatum, qui non promouet nisi malos ad prælaturam, quorum nullus est dignus regere regnum Ecclesiæ.

EXPOSITIO CAP. XXIII.

VÆ pastoribus,] Priùs contra Reges locutus est Propheta, hic autem contra Pastores malos. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. Primò, loquitur principaliter contra Doctores Iudæorum, & Sacerdotes eorum, ostendens quod per malitiam Pastorum dispersus sit Rex Domini. Secundo, loquitur principaliter contra pseudo Prophetas, qui sua malitiâ totum populum corruperunt, *ibi*: [ad Prophetas.] Tertiò, loquitur communiter ad Prophetas, & Sacerdotes, & populum, arguens eos, quod verba communicationis Domini verterunt in prouerbium derisorium. Dicebant enim ad Prophetas veros, quod est onus Domini? quasi nihil loquimini nisi onus, sed onus nondum venit, *ibi*: [Si igitur interrogauerit.] Dicit ergo. *h* Væ Pastoribus, &c.] quia dederunt populo consilia, vt iniret foedus cum Ægyptus propter quod captiuati fuerunt. *i* Qui pascunt, &c.] i. pascere deberent. Vndè *Ezech.* 34. a. Væ Pastoribus Israel qui pascebant semetipsos. Vel. [Qui pascunt,] i. deuorant, sicut ouis pascit herbam *Ezech.* 34. a. Nonne greges à Pastoribus pascuntur, i. deuorantur? ostendit quod sic. Lac comedebatis & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis. *sup.* 6. a. Pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt, quia eorum bona diripiunt. *Mich.* 3. a. Audite Principes domus Iacob, & Duces domus Israel nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum? qui violenter tollitis pellem desuper eos, i. pellica, & carnem eorum desuper ossibus eorum, attenuantes eos in angustijs, ossa eorum confregerunt: Cum tamen dicat Ioannes militibus *Luc.* 3. c. Contenti estote stipendiis vestris. *k* Vos dispersistis, &c.] malo consilio vestro, Vel austeritate & potentia eis imperando, & onera importabilia imponendo. *Matt.* 23. a. *l* Et eiecistis eos, &c.] quia cum multa mala accidant populo pro consilia eorum malo, non dicunt eis consilium quo ab illis liberarentur. Deberent enim eis consulere quod ipsi sperarent in Deo, & poeniterent, vt sic à malo liberarentur. Vel [Eiecistis,] iniustè excommunicando. *m* Et non visitastis,] bene in recipiendo, nolentes sine pecunia eos recipere. *Mich.* 3 d. Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant: Et si quis non dederit in ore eorum quippiam, super eum prælium. Et ita corporaliter, & spiritualiter affligunt Prælati subditos, sc. malo exemplo eos corrumpendo, & bona eorum auferendo. Vel duo mala hic nota: Eiecistis] impugnando, & opprimendo eos, quod est transgressio. [Non visitastis,] infirmos, quod est omissio. *Ezech.* 34. a. Quod infirmum fuit non cõsolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abiectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ. *Zac.* 11. d. Suscitabo Pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersa non quæret, cõtritos non sanabit, id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. In grege enim Dñi sunt quinque bona, quæ isti Pastores in eis lacerant. Scil. contemptus mundi: Vndè Renuit cõsolari anima mea. Item memoria Dei. Vndè, memor fui Dei. Item delectatio *Psalm* 74.
in Deo Vndè: Et delectat⁹ sũ. Itẽ laboris exercitatio. Vndè: Et exercitatus sũ. Itẽ spiritus defectio præ contemplationis Dei admiratione. Vndè. Et defecit spiritus me⁹. Illi qui hæc quinq; habẽt, sũt propriè grex Dñi *Ez.* 34. g. Vos greges mei, grex pascuæ meæ homines estis. *n* Super vos malitiã studiorũ vestrorũ,] i. peccatorũ ex studio & certa malitia factorũ. Peccatũ enim ex negligẽtia, vel infirmitate, vel ignorantia factum, excusationem habet; sed illud nõ. Ideo

a dicitur *Matth.*

A dicitur *Matth.* 12. c. Dico vobis omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiæ non remittetur. *a* Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris] Prophetia de reductione post captiuitatem facta, vel de conuersione reliquiarum quæ fiet in fine,

Et *a* ego congregabo reliquias gregis mei *b* de omnibus terris *c* ad quas eiecero eos illuc, & *d* conuertam eos ad rura sua, & crescent & *e* multiplicabuntur, *f* & suscitabo super eos pastores, & *g* pascent eos. Non *h* formidabunt vltra, & non pauebunt, & *i* nullus quæretur ex numero, dicit Dñs. *k* Ecce dies veniunt, dicit Dñs, *l* & suscitabo David *m* germen iustum, & *n* regnabit Rex, & sapiens erit, *o* & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis *p* saluabitur Iuda, *q* & Israël *r* habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, *s* Dominus *t* iustus *u* noster. *x* Propter hoc, ecce dies veniunt, dicit Dominus.

quando reliquiæ saluæ fient, & plenitudo gentium intrauerit. *Rom.* 11. c. In reliquiis notatur, & vilitas, & paucitas. De hoc *Ezech.* 34. d. Educam oues meas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terrã suam, vt sic fiat vnum eorum ouile, scilicet, Iudæorum & Gentilium in fide cõgregatorum. *Ioan.* 10. c. Vel, de omnibus terris Chaldæorum. *c* Ad quas, &c.] Per Chaldæos. *Infrà* 33. c. *d* Et crescent,] in passione rerum. *e* Multum] in numero personarum. *f* Et suscitabo, &c.] scilicet Neemiam, Esdram, Zorobabel, Aggæum & Zachariam. Vel,

B Pastores, Apostolos, & Apostolicos viros. *g* Et pascent eos] exemplo, verbo, corporali subsidio. *Ioan.* 21. c. Pasce, pasce, pasce. *Eccl.* 7. c. Pecora tibi sunt, attende illis, *sup.* 3. e. Introducam vos in Sion, & dabo vobis Pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina. *Ibid.* f. In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel & venient simul de terra Aquilonis ad terram quam dedi patribus vestris. *h* Non formidabunt, &c.] *Ez.* 34. f. Faciam cum eis pactũ pacis, & faciã cessare bestias pessimas de terra, & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus, & ponam eos in circuitu collis mei benedictionem. Et post. Erunt in terra sua absque timore, & scient, quia ego Dñs cùm contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi, & non erunt vltra in rapinam in gentibus, sed habitabunt confidenter absque vllo terrore. *i* Et nullus, &c.] i. aliquis qui desit, sicut illud quod dicit Cicero,

C Platonis. Vnus duo tres, quartus de numero tuo ne, quasi require quartus deest. Similiter in patria nullus remanebit de numero prædestinatorum qui non saluetur, nullos etiam de præscitis deerit ab Inferno. Tunc enim transibunt omnes greges ad manum numerantis, vt *Inf.* 33. b. Sic & nullus erit, de cuius salute, vel perditione non oporteat Prælatos reddere rationem. *Genes.* 31. f. Captum à bestia non ostendi tibi, omne damnum reddebam tibi quicquid furtum perierat, à me requirebas. Hoc enim quando accipiunt curas spondent Prælati, scil. de reddenda ratione de eis. Vndè *Prou.* 6. a. Fili mi si spoponderis pro amico tuo, defixisti, &c. Ne quæreret autem quis, quando hæc fient, sc. liberatio populi, respondet dicens *k* Ecce dies venient] quasi citò & euidenter, & dies propter lætitiam, & euidentiam, & prosperitatem. *l* Et suscitabo Dauid] datiui casus est. *m* Germen iustum,] scil. Zorobabel. *n* Et regnabit Rex,] i. dux populi. *o* Et faciet Iudicium, &c.] Iudæorum *p* Saluabitur Iuda,] i. duæ tribus. *q* Et Israël,] i. decem tribus. *r* Habitabit confidentes,] i. ex duabus tribubus & decem fiet vnus populus, quia panci de decem tribubus, redierunt. *s* Dñs iustus noster] Iudæi solent no- *De Christo.* mina Dei filiis suis imponere. Sed meliùs & veriùs totum de Christo exponitur, quod abiectis pastoribus scribis & Pharisæis, Apostolis, & Apostolicis viris in loco eorum constitutis ad saluandas gentes, & reliquias Iudæorum. Dicitur enim Pastor pastorum, & Dñs dominantium. Vndè exponitur hoc de primo aduentu, qui dicitur dies, quia tunc illuminatus est mundus cùm Sol iustitiæ incepit lucere super terram. *Mala.* 4. a. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ. Ideo dicit *Isa.* 9. a. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, &c. *Ps.* 111. Exortum est in tenebris, &c. *l* Et suscitabo] quia solo opere Spiritus sancti, non viri semine factus est de stirpe Dauid, scil. homo & hic est Dauid, quia dicitur in *Ps.* 131. Iurauit Dñs Dauid veritatem & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui, &c. *Isa.* 9. b. Super solium Dauid & super Regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in Iudicio & iustitia amodo & vsque in sempiternum. Sed omnes alij Reges licet regnauerint, tamen mortui sunt; iste autem cum cœpit esse Rex de Dauid, nunquam post desiit, nec desinet esse, & ideo propriè dicitur suscitatus *m* Germen iustum,] i. iustum in germine, i. in conceptione, quod de solo ipso potest dici: Vnde alia littera habet. Orientem iustum. *Ezec.* 34. g. Suscitabo eis germen iustum nominatum, & non erunt vltra imminuti fame in terra, neque portabunt ampliùs opprobrium gentium, & scient, quia ego Dominus Deus eorum cum eis. Dicitur etiam germen, quia ad hoc misit eum Pater, vt hoc germine, vel semine terra fructificaret. De quo *Isa.* 1. c. Nisi Dñs exercituum reliquisset nobis semen, &c. Ipsi quasi radici inserti sumus per fidem, vt sic crescere & fructificare possimus sine quo aridi, & steriles sumus. *Rom.* 11. c. Tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus bonæ oliuæ. *Ibid.* Si radix sancta, & rami, scil. quamdiu rami radici inhæserint. Ideo dicitur *Iacob.* 1. c. Abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. 1. *Pet.* 1 d. Simplici ex corde inuicem diligite attentius, renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis in æternum. De huius seminis radicatione & fructificatione. *Ezec.* 17. a. Tulit medullam Cedri & transportauit eam in terram Chanaam, & tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine, vt confirmaret radicem super aquas multas. Cumque germinasset creuit in vineam latiorem. Facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites & emisit propagines. Per medullam Cedri Deitas significatur; per semen terræ, Christi humanitas, quæ duo sunt semen, ex quo in tam latum creuit hodie Ecclesia In hoc enim semine benedictæ sunt omnes gentes, vt dicitur *Gen.* 22. f. De hoc *Ezec.* 34. Suscitabo super ea, scil pecora, Pastorem vnum qui pascat ea, seruum meum Dauid, ipse pascet ea, & ipse eis in Pastorem. *n* Et regnabit Rex, &c.] i. sapienter regnabit. Vndè omnia in sapientia fecisti, i. sa- *Psalm.* 104. pienter, quia vt dicitur *Isa.* 7. c. Butyrum & mel comedet vt sciet reprobare malum, & eligere bonum. Quia licet sit puer, tamẽ habebit discretionẽ boni & mali, quia *Col.* 2. a. In eo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ absconditi. Vndè. *o* Et faciet iudiciũ, &c.] Hoc erit in secundo aduentu, in quo iustè iudicabit. Vndè *Isa.* 11. a. Non secundum visionem oculorum, &c. & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Omne enim Iudicium Pater dedit filio. *Ioan.* 5. d. Vndè *Psalm.* 71. Deus Iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis. Ecce ne spes primi aduentus cederet nobis in præsumptionem, subdit de Iudicio futuro ex quo debet surgere timor: similiter illud quod dicitur de Iudicio in *Isaia* 11. subditur statim postquam locutus est de primo aduentu. Gladium enim vindictæ habuit Dominus tantum in ore, in primo aduentu, vt dicitur *Apoc.* 1. d. Gladius de ore eius exibat ex vtraque parte acutus, sed in Iudicio habebit, & in ore, & in manu, quando percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. *p* In diebus illis saluabitur Iuda & Israel habitabit cõfidenter] Iudæi & Gentes, duæ tribus & decẽ. Tunc enim congregabuntur pariter filij Iuda, & filij Israel & assument sibi caput vnum. *Os.* 1. Quando scilicet, erit, vnum ouile ex eis, & vnus eorum pastor. Vndè *Ezec.* 37. d. Assume tibi lignum vnum & scribe super illud Iudæ, & assume lignum alterum, & scribe super illud Ioseph & Ephraim, & adiunge illa, vnum ad alterum tibi in lignum *Ioan.* 10. c. vnum, & erunt in vnionem in manu tua. *Et post pauca.* Faciam eos in gentem vnam in terra, & Rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur ampliùs in duo Regna. *r* Habitabunt confidenter,] quia ad litteram, Christo Incarnato, statim cessauit guerra vniuersalis in mundo. Vndè *Isa.* 2. a. Erit in nouissimis, &c. Et *postea* Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebantur vltra ad prælium. Et *Mich.* 4. b. Postquam similiter dixit de primo aduẽtu, post subdit. Sedebit vir subtus vineam suam & subtus ficum suã, & non erit qui deterreat, quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui. Vel hoc exponitur de securitate fœlicitatis æternæ, quæ dabitur beatis post Iudiciũ. Vndè *Isa.* 32. d. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. *s* Dñs.] Ideo timendus, & reuerendus. *t* Iustus. Ideo fiducialiter per securam spem expectandus, quia est iustus, i. iustitia omnium Vndè 1. *Cor.* 1 d Qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. *u* Noster.] Ideo amandus, & complectandus. Vndè Emmanuel, i. nobiscum Deus. *Isa.* 7. c *Ezech.* 34. g. Vos greges pascuæ, &c. *x* Propter hoc

h ecce dies veniunt,] scilicet, ad hæc prædicta facienda.

a Et non dicent vltra, &c.] quasi hanc formam iuramenti non habebant vltra Idem *suprà* 16. c.

Mystice. *b* Sed viuit Dominus, &c. De terra Aquilonis. [Id est, de Babylone, quasi obscurabitur, & minus, & vetus miraculum per nouum, & maius. *Ecclesi.* 36. a. Innoua signa, immuta mirabilia, glorifica manum & brachiũ dextrum. Vel de Christo quasi nequaquam per Moysen liberabitur populus de peccato, vel Inferno, vel diabolo, à quo quasi ab Aquilone est *Suprà* 16.c.

a & non dicent vltrà, viuit Dominus qui eduxit filios Israël de terra Ægypti, sed *b* viuit Dñs qui eduxit, & adduxit semen domus Israël de terra Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc, & habitabunt in terra sua. Ad Prophetas. Contritum est *d* cor meum in medio mei, *e* contremuerunt omnia ossa mea. *f* Factus sum, quasi vir

omne malum de cunctis terris, quod erit in fine, quando ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob in Regno cœlorum, vt dicitur *Matth.* 8. b. *Ioan.* 11. g. Iesus moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum.

c Ad Prophetas] supple est hic sermo qui sequitur, id est, contra pseudo Prohetas.

d Contritum est, & cætera.] Hoc dicit condolens Prophetis malis. Viri enim sancti videntes mala multiplicari, accenduntur zelo contra vitia, & nihilominus compatientes sunt proximis. Vndè *Psalm.* 118. Vidi præuaricantes, & tabescebam: quia eloquia tua non custodierum. *Isaia* 6.b A voce loquentis repleta est domus fumo. Contremiscunt etiam ex hoc timentes sibi · Vndè.

e Contremuerunt omnia ossa mea.] i. virtutes in quibus tota consistit fortitudo animæ, sicut in ossibus fortitudo corporis. De quibus *Psalm.* 34. Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi Quia à facie tua, i. consideratione Iudicij tui, & sententiæ proferen tæ contra peccatores, in ipsis virtutibus meis totus contremisco, De his ossibus *Ge* 50.d. Asportate hinc ossa mea vobiscũ, &c. *Eccl.* 49 c. Prophetarum ossa pullulauerint de loco suo, & corroborauerunt Iacob: sic ergo iste considerans peccata malorum, & districtionem diuinæ sententiæ, contritum, & contribulatum spiritu Deo affert in sacrificiũ verũ. Hoc.n. est sacrificiũ, vel victima per quam conteritur totus homo vetus per abstinentiã, volũtas per obedientiã, ratio per fidẽ conscientia interior, siue nouus homo per humilitatẽ, quæ conterit virtutes, & annihilat, quæ sunt membra noui hominis, quorum fortitudo comminuitur in contemplatione Dei, & verborum eius. Vndè *Psalm.* 118 Defecit in salutari tuo anima mea. *Alibi.* Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meꝰ. *Cant.* 5. b. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Verba enim eius sunt ignis.

f Factus sum, &c.] Id est, stupidus, & stupefactus.

h A facie Domini.] Id est, reuelatione malorum quæ euenient ipsis.

i Et à facie verborum, &c.] quibus reuelauit mihi terræ destructionem.

Moraliter. Moraliter. *f* Factus sum, &c.] vino de cellario Paradisi, quo inebriantur soli amici. Vndè *Cant.* 5. a. Comedite, & bibite amici, & inebriamini charissimi *Prou.* 11.d. Qui inebriat, ipse inebriabitur, scilicet, Prædicatur qui inebriat alios vino doctrinæ, & ipse inebriabitur vino cœlestis gratiæ, sic Christus nos inebrians vino gratiæ suæ, inebriatus fuit vino amoris in tantum, scilicet, vt in cruce non erubesceret nuditatem. *Gen.* 9.c. Noe plantauit vineam, bibensque vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo.

g Et quasi homo madidus à vino.] Ebrius vino impeditur à loquela, sic ebrius à vino verborum Dei perdit linguam mundi. *Exod.* 4. c Ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ sum Ebrius etiam audax est, sic talis ad ardua aggredienda. 2. *Cor.* 12. e. In quo quis audet, audeo & ego. *Phil.* 4.c. Omnia possum in eo, qui me confortat. Item stultus est, & reputatur sic talis. Vndè 1. *Cor.* 3. d. Sapientia mundi stultitia est apud Deum, & qui vult esse sapiens stultus fiat, vt sit sapiens. *Iob* 12. a. Deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum. *h* A facie Domini,] i. à consideratione patris. *i* Et à facie verborum sanctorum eius] siue: A facie decoris gloriæ eius, vt dicit alia littera, i. filij qui est splendor gloriæ, & figura substantiæ patris, vt dicitur *Hebr.* 1. b. Quasi dicat, à consideratione horum animo, & corpore perhorresco. Vndè: Vt iumentum factus sum apud te. Sed quomodo hoc verum est, cum reuelatio Dei fiat cum delectatione, sed diaboli cum horrore, vt dicitur super *Ecclesiast* 34. Solut. In reuelatione Domini non est horror de visione, sed de propriis peccatis.

ebrius, & quasi *g* homo madidus a vino, *h* à facie Domini *i* & à facie *i* verborum sanctorum eius: quia † *k* adulteriis repleta est terra: quia *l* à facie maledictionis *m* luxit terra, *n* arefacta sunt arua deserti. *o* Factus est cursus eorum malus, & *p* fortitudo eorũ dissimilis. *q* Propheta namq; & *r* Sacerdos, *s* polluti sunt, & in *t* domo mea inueni

Vndè horror inuasit Abraham: quando ipso abigente aues a cadaueribus ·Sol occubuit, vt dicitur *Genes.* 15.c. Quod est ex cõsideratione peccatorum suorũ, vel aliorum in se inhorrescere post conspectum diuinæ maiestatis *Iob* 4.c. Ad me dictum est verbum absconditũ, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius. In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines, pauor tenuit me, & tremor, omnia ossa mea perterrita sunt. Ibi *Gregor.* Quo animus contemplatione leuatus super se altiora conspicit, eo in se territus tremit. Vbi est autem reuelatio quæ non est de Deo, ibi est horror non de peccatis, sed de visione. Vel dic quòd duplex est horror: scilicet, nocuus, hic non est in reuelatione Domini, & inconsuetus, iste est, de hoc *Dan.* 10. b. Ego relictus solus vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est, & emarcui, nec habui quicquam virium. Et hoc. *k* Quia adulteriis, &c.] Hæc omnia sunt causa stupefactionis Prophetæ, sicut autem ad litteram, adulter est qui in vxore alterius delectatur, sic adulter est intellectus qui in alia veritate, vel sapientia, quam in prima vult delectari. Hæc enim sola sponso intellectus. Vndè *Sap.* 8. a. Quæsiui eam sponsam mihi assumere & amator factus sum formæ illius: similiter affectus adulter est, qui in alia suauitate quàm in prima delectatur, quæ sola eius vxor est. Vndè *Num.* 15.d. Loquere filiis Israel, & dices ad eos vt faciant fimbrias per quatuor Angulos palliorum, quas cum viderint, recordentur omnium mendatorum Dei, & non sequantur cogitationes suas, & oculos suos, per res varias fornicantes: similiter adulteri sunt qui pro lucro temporali, vel laude populum docent, vel prædicant. 2. *Cor.* 4. a. Habentes hanc administrationem, misericordiam consecuti sumus, non adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Isti falsi Prophetæ verbum Dei adulterabant, vel falsa prædicando, vel pro lucro placendo, vel aliud dicendo, aliud faciendo. *l* Quia à facie maledictionis luxit terra,] i. propter maledicta eorum, quibus blasphemabant Deum & veros Prophetas, vel quibus superfluè iurabant, vel quibus falsa prædicabam. Et ideo. *m* Luxit terra.] Id est, sterilis facta est, sicut pratum dicitur ridere quando floret. *n* Arefacta sunt arua deserti,] quia non est qui ea excolat. *Ioël.* 1. d. Demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ, quoniam confusum est triticum. *Abac.* 3.d Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum *o* Factus est cursus eorum malus.] Id est, impetus eorum in peccatum, *sup.* 8.c. Omnes conuersi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadẽs ad prælium *Prou.* 1.b. Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. *p* Et fortitudo eorum dissimilis,] scil. bonæ fortitudini quam habent Sancti, quæ est ad bona ardua aggrediendo, eorum est autem ad peccata facienda. *Prou.* 15. b. Cor stultorum erit dissimile. Sed qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, scilicet, vt non sint sicut asini, quorum fortitudo est in posterioribus, non in anterioribus. Sed dicitur *Gen.* 49.c. Issachar asinus fortis, vt sit, scilicet, fortis ad anteriora, i. spiritualia, sed debilis ad posteriora, i. temporalia. Sed mali sunt vt rota, quæ anterius cadit, & posterius eleuatur. Vndè *Psalm.* 82. Pone illos vt rotam *Isaia* 5.e. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Fortitudo ergo sanctorum comparatur palmæ, quæ in imo debilis est & stricta, sed in superioribus lata & spaciosa, vt dicit *Greg.* super illud *Iob* 29.c. In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. *q* Propheta namque,] i. Doctores Iudæorũ. *r* Et Sacerdos] Tẽpli ministri. *s* Polluti sunt.] Simile *sup.* 6.c. A Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. *Daniel.* 13.a. Iniquitas egressa est de Babylone à senioribus Iudicibus, qui videbantur regere populum *t* Et in domo mea inueni malum eorum,] scilicet, auaritiæ, luxuriæ, superbiæ, vel idololatriæ,

Al. † *adulterij.*

Isaia 40.

latriæ, *sup.* 11. c. Quid est quod dilectus meus in domo mea facit scelera multa, *sup.* 7. g. Fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatum est Nomen meum, vt pollucrent eam.

a Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris] qui enim peccato consentit, à luce gratiæ priuatur, & ideo in tenebris est: quia non sequitur lumen, quod dicit *Ioan* 8. b. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Et ideo de peccato in peccatũ ruunt, vel in pœnam: quia via eorum tenebrosa est, & nesciunt vbi corruunt, vt dicitur, *Prou* 4. c. *Psal.* 34. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini persequens eos: vnde Dauid bene in lubrico iuit, quando de adulterio in homicidium ruit. 2. *Reg.* 11. b.

malum eorum, ait Dominus. *a* Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris, *b* impellentur enim, *c* & corruent in ea. Quia *d* afferam super eos mala, *e* annum visitationis eorum, ait Dominus. Et in *f* Prophetis Samariæ vidi *g* fatuitatem, *h* & *i* prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Israël. Et in *k* prophetis Ierusalem vidi similitudinem *l* adulterantium, *m* & iter mendacij. Et *n* confortauerunt manus pessimorum, vt non conuerteretur vnusquisque à malitia sua. *o* Facti sunt mihi omnes Sodoma, & *p* habitatores eius quasi Gomorra. Propterea hæc dicit Dñs exercituum ad Prophetas. *q* Ecce ego cibabo eos absinthio, & potabo eos felle. A *r* Prophetis enim Ierusalem *s* egressa est pollutio super omnem terram. Hæc dicit Dominus exercituum: *t* Nolite audire verba Prophetarum qui prophetant vobis, & decipiunt vos. *u* Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Dicunt his, *x* qui blasphemant me, *y* locutus est Dominus: *z* Pax erit vobis, & *a* omni qui ambulat in prauitate cordis sui dixerunt, non veniet super nos malum: *b* Quis enim affuit in consilio Domini &

b Impellentur enim] omni vento doctrinæ & tentationum, incutiente eos per hanc viam tenebrosum.

c Et corruent in ea,] quia gratiæ sustentamentum non habent, quo casum vitent, vel a casu resurgant: Sunt enim soli, i. sine Deo, & ideo, cùm cadunt non habent subleuantem, vt dicitur *Eccl.* 4. c. Verè autem corruent, non solùm in peccatum, sed & in pœnam.

d Quia afferam super eos mala,] scilicet, captiuitatis. Ergo secundùm hoc malum à Deo est, & malũ est. Ad idẽ *Amos* 3. b. Non est malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. Solut. De malo culpæ planum est, quod non est, nec à Deo est, nec etiam malum pœnæ inquantum malum est, à Deo est. Non enim est de natura ignis, vel aquæ quòd sint malum, i. homini nociua, sed potiùs est hoc pœna peccati, quia vt dicitur *Sap.* 5. c. Ipse armauit creaturam in vltionem inimicorum. Tamen illud quod est malum pœnæ, i. ipsa natura est à Deo, quæ ex peccato hominis facta est homini mala, non simpliciter, sed tantùm secundùm opinionem eorum qui hæc patiuntur, cum tamen potiùs hæc mala conuertit in bonum, scilicet, per correctionem.

e Annum visitationis eorum, i. tempus, quo eos visitabo, scilicet, per flagella. *Psalm.* 88. Visitabo in virga iniquitates eorum, &c.]

f Et in Prophetis Samariæ] ostendit per simile, quod pseudo Prophetæ duarum tribuum debent sibi timere: quia illi pseudo de decem tribubus captiuati sunt. Ideo & illi de duabus tribubus captiuabuntur, cùm in simili culpa sint.

g Vidi fatuitatem,] quia falsam scientiam sibi ascribunt, & tanquam fatui ab illo qui vere sapientia est recedunt, & adhærent mutis idolis. Vndè.

h Et,] i. quia. *i* Prophetabant in Baal,] i. spiritu diabolico agitati, & concitati erant ad prophetandum quæ dicebant, cui spiritui idolum eorum consecratum erat, vel quia docent adorare. Idola quæ Dæmonibus consecrata

Mysticè. sunt. Mysticè. Prophetæ Samariæ sunt Doctores Ecclesiæ, qui fatuitatem habent: quia prophetant in Baal, i. vt sint superiores, vel aliorum deuoratores, docent, vel prædicant: sic enim interpretatur Baal. *Mich.* 3. d. Principes eius in muneribus iudicabant, & Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant.

k Et in Prophetis Ierusalem vidi similitudinem,] quia similes sunt illis de decem tribubus. Vel, vidi similitudinem, i. hypocrisim in Doctoribus Ecclesiæ, speciem veritatis habentes, sed virtutem eius abnegantes.

l Adulterantium] ad litteram, vel verbi Dei, quod docent propter laudem, vel temporalem mercedem, vel cui falsitatem admiscent. 2. *Cor.* 2. d. Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei. *Ierom.* Adulterinæ cogitationis reus est qui oculis sponsæ placere appetit, per quem sponsus sponsæ verba transmittit.

m. Et iter mendacij,] i. cultum idololatriæ, qui mendacium est, i. falsus cultus, & decipit acquiescentes ei. Vel. Iter mendacij, est sollicitudo temporalium, quæ vana sunt. *Psalm.* 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. *Prou.* 14 b. Est via quæ videtur homini iusta, & nouissima eius ducunt ad mortem.

n Et confortauerunt manus pessimorum.] Dicebant enim, non timeatis quod dicit vobis Ieremias: quia non apprehendet vos aliquod malum: sic & mali Prælati exemplo suo confortant manus, i. mala opera hæreticorum, vel malorum subditorum. In hoc enim maximè eos confortant, quòd de bonis quæ illi malè acquisierunt accipiunt, & inuitant eos sic suo exemplo sd malè adhuc acquirendum. *Osea* 4. b. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatẽ sublcuabunt animas eorũ, & erit sicut populus sic Sacerdos. Suprà 9.c. D

o Facti sunt mihi omnes Sodoma] peccata sua publicè facientes, *Isaia* 3. b. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Et ideo sunt Sodoma, i. muti, quia non audent de vitiis prædicare, imò prædicant sæpè præ vitiis defendendis. *Is.* 56. d. Canes muti nõ valẽtes latrare. *p* Et habitatores eius quasi Gomorra,] Gomorra interpretatur aspera: quia tales sũt muti in bono, & asperi in malo, vel nimis arguendo subditos. *Mich.* 7. a. Qui optimus est in eis quasi paliurus, & qui rectus spina quasi sæpe. Vel ad litteram, multi Prælati sunt Sodomitæ. *Isaia* 1. c. Audite Principes Sodomorum. Vel, Sodoma, & Gomorra, i. sine restauratione subuertentur per pœnam, sicut illæ ciuitates. *q* Ecce ego cibabo eos absinthio, i. amaritudine tribulationum, & afflictionum. Idem notatur Et potabo eos felle. In cibo notatur duratio pœnæ: quia in comestione fit maior mora, quàm in potu: In potu autem notatur frequentia, & multitudo pœnæ: quia frequentius bibit homo, quàm comedat. Et meritò sic fecit eis: quia alios cibauerunt malo exemplo, & potauerunt peruersâ doctrinâ. *Isa.* 30. e. Dabit tibi Dñs panem arctum, & aquã breuem. *r* A prophetis enim Ierusalem] qui deberent regere populum eius. *s* Egressa est pollutio super omnem terram,] quia eorum exemplo, & mala doctrina tota terra polluta est. Et hoc præcipuè intelligitur de hæreticis, qui quos sermone decipere non poterant propter absentiam, scripto decipiebant. Vndè vtrobique, & in præsentia sua, & in absentia blasphemias, & pollutionem scientiæ Dei seminabant. *Dan.* 13. a. Iniquitas egressa est à Babylone à senioribus Iudicibus, qui videbantur regere populum. *t* Nolite audire, &c.] Ostensa malitia Prophetarum, monet populum ne eis acquiescat. Vndè hic *Gl.* Non putet se populus esse alienum à culpa, si peruersis acquiescat Doctoribus: Par enim erit pœna, & magistro, & discipulo. Sed contra *Greg.* super illud *Luc.* 12. f. Seruus sciens voluntatem Dñi sui, & non faciens, &c. dicit: Vbi maius donum scientiæ, ibi transgressor maior subiacet culpæ, Præterea. *Eccl.* 1. d. Qui addit scientiam, addit & dolorem. Sol. Intellige par, i. communis: sicut super. 1. *Cor.* 15. In dispari † A. † charitate.
claritate par gaudium, i. commune. *u* Visionem cordis sui loquuntur non de ore Dñi] quasi non loquitur in eis, sed tamen ea quæ dicunt ex cordis sui malitia fingunt. *Ez.* 13. a. Hæc dicit Dñs, væ Prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. *x* Dicunt his qui blasphemant me,] sc. idololatris, & peruersis hæreticis. *y* Locutus est Dñs,] sc. in nobis, quod dicimus. *z* Pax erit vobis] quasi non timeatis comminationes Ieremiæ, & aliorum. *a* Et omni qui ambulat in prauitate cordis sui,] scil. coli Idola: quia reuera prauitas est, licet hoc bonum dicerent. *Mich.* 3. d. Prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super Dñm acquiescebant, dicentes: Nunquid non Dñs est in medio nostrum? Nunquid venient super nos mala? *b* Quis enim affuit in consilio Dñi] quasi dicant illi, quomodo scis Ieremias, quòd puniet Dñs. Vel, q. d. Ieremias, quomodo scitis quòd non puniet Dominus. *Isa.* 40. c Quis

a consiliarius eius fuit, & ostendit illi? sic dicunt sæpe aliqui aliis intrare volentibus Religionem, bono statu estis, non mutetis illum, isti qui consolunt vos intrare Religionem, modo feruentes sunt, vnde nolite eis credere, quid enim sciunt de consilio Domini super hoc? Ideo dicitur *Isaia* 33. c. Populum imprudentem nõ videbis: Vbi litteratus, vbi est legis verba ponderans, quasi, tales qui nimis cõsilio suo muntur, contemnentes Dei consiliũ, non erunt in gloria. *a* Quis] horum pseudo considerauit verbum illius? quasi nolite eis credere, quomodo sciunt ipsi consilia eius? *Ecclesiastic.* 3. d. Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? quasi dispositiones Dei, & iudicia nemo scire potest, nisi ipso Deo reuelante qui in eis loquitur. Vnde *Gen.* 18. c. Non potero quicquam celare Abraham? quia Dominus erat amicus Abraham. Vndè solis illis reuelet, qui amici eius sunt. Vnde *Amos* 3. b. Non poterit Dominus facere verbum, nisi illud reuelet ad seruos suos Prophetas.

Suprà 24. c. Infrà 27. c. & 29. b.

B

Al. † aduertissent.

vidit, & audiuit sermonem eius? *a* Quis considerauit verbum illius & audiuit? *b* ecce turbo dominicæ indignationis *c* egredietur, & *d* tempestas erumpens *e* super caput impiorum veniet. *f* Non reuertetur furor Domini vsque dum faciat, & vsque dum compleat *g* cogitationem cordis sui. In *h* nouissimis diebus *i* intelligetis consilium eius. Non *k* mittebam prophetas, & ipsi *l* currebant, non *m* loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si *n* stetissent in consilio meo, & *o* nota fecissent verba mea populo meo † *p* auertissem vtique eos *q* à via sua mala, & *r* à pessimis cogitationibus suis. *s* Putásne Dominus è vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus de longè? Si *t* occultabitur vir in obsconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus.

b Ecce turbo Dominicæ indignationis] sententia animaduersionis eius per captiuitatem, contra hoc, quod dixerant prophetæ falsi, quòd esset pax.

c Egredietur] quæ modò est clausa intra sinum misericordiæ suæ, qua vocat modo ad poenitentiam *Isaia* 26. d. Ecce Dominus egredietur de loco sancto suo, vt visitet iniquitates habitatorum terræ contra eum, & terra reuelabit sanguinem suum, & non operiet vltra interfectores tuos.

d Et tempestas erumpens] quia in Iudicio veniet Dominus in tempestate, & turbine contra malos. *Nahum* 1. f. Dominus in tempestate, & turbine viæ eius, *Isaia* 30 f. Ardens furor eius & grauis ad portandum, lingua eius quasi ignis deuorans, spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, &c.

e Super caput impiorum veniet] super enim impios fundabitur ira Domini quæ modo per bonos currit, *Isaia* 30. g. A voce Domini pauebit Assur virga percussus, & erit transitus virgæ fundatus quam requiescere faciet Dominus super eum. *f* Non reuertetur furor Domini, &c.] i. non placabitur sicut olim, sed quod tam sæpè comminatus est opere complebit. *g* Cogitationem cordis sui,] id est, præuisionem qua præuidet se impleturum quod comminatus est, *Isaia* 28. f. Irascetur Dominus, vt faciat opus suum. *Prou.* 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, &c. dicitur autem vindicta Domini turbo: quia subitò veniet tempestas quæ faciet omnem fertilitatem vitiorum citò transire. Vndè *Prou.* 10. d. Qu si tempestas transiens non erit impius. Dicitur furor, quia tunc ad plenum effundetur poena super eos, qui iræ Dei stillationem hic recipere noluerunt. *Ezech.* 20. f. In furore effuso regnabo super vos. Vel. *e* Super caput impiorum,] i. Prælatos, qui sunt caput aliorum. *Thren.* 1. b. Hostes eius in capite *Psalm.* 7. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

h In nouissimia diebus,] sc. tempore extremo captiuitatis expleto, quando, scil. Dominus adimplebit quod comminatus est. *i* Intelligetis consilium eius] quod vos modò intelligere creditis, sed reuera non intelligitis, sed tunc poena aperiet quod modo culpa claudit. *Iob* 21. c. Deus seruabit filius eius dolorem patris, & cum reddidit, tunc sciet, videbunt oculi eius interfectionem suam, & de furore Omnipotentis bibet. Tunc. n. vt dicitur *Sap.* 5. a. Turbabuntur horribili timore, & præ angustia spiritus dicent intra se poenitentiam agentes, nos insensati, vitam illorum æstimabamus insaniam quomodo ergò computati sunt inter filios Dei: ergò errauimus à via veritatis. De hoc *Isa.* 24. c. Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Super primum secretum, dicit *Interl.* est. Super quasi primum opto, secundum non. Duo enim secundum dicit, non sunt secreta homini, s. præmium bonorum, poenam malorum. *k* Non mittebam Propheta] Loquitur Propheta in persona Domini *l* Et ipsi currebant sua auctoritate: ideò quotquot venerunt, fures sunt, & latrones: quia intrabant in ouile ouium, non per ostium. *Rom.* 10. c. Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? *m* Non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant,] i. de corde suo, non de ore Domini. Nemo ergo debet prædicare, nisi Dominus loquatur in eo sc. per gratiam, vel per reuelationem scripturarum. *Ezech.* 2. d. Aperi os tuum, & comede volumen istud. Ibi *Ieron.* Nisi apertum volumen comederimus, docere filios Israel non possumus. *Ibid. Greg.* Post apertionem oris comedimus, quia augetur in nostris sensibus cibus vitæ cum coeperimus prædicare. Vndè Os meum aperui, & attraxi spiritum. *Prou.* 12. b. De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis. *Ezech.* 3. d. Audies ex ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. *Ieron.* Ne præsumas loqui, quod non audieris. Vnde *Psalm.* 48. Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam. *Greg.* Quis vulnera cogitationum occultiora esse nesciat corporum vulneribus? & tamen sæpè qui spiritualia præcepta nequaquam cognouerunt, cordis se medicos profiteri non metuunt, ideo plerumque qui magisterium spirituale nesciunt, nonnulla bono animo proponunt, & cum hoc elationis intentione appetant operaturus, secum magna pertractant: nam sæpè de se mens ipsa mentitur, & fingit se de bono opere amare, quod non amat, de mundi gloria se non amare quod amat: cumque percepit principatus officio persius sæculariter coeperit, libenter obliuiscitur quod ante animo pertractauit. Vel.

Ioan. 10. b.

Psalm. 118.

k Non mittebam Prophetas,] scil. per memetipsum eis præcipiendo, vel per reuelationem inspirando hoc eis, vel per Prælatos Ecclesiæ qui quasi personam Domini accipiunt, in mittendo Prædicatores auctoritate sua. *n* Si stetissent in consilio meo,] sc. meæ acquiescendo voluntati, non solùm præceptis obediendo, sed etiam consiliis. Illi enim qui prædicant debent implere præcepta, & consilia Dei. Vel, si stetissent in consilio meo, priùs tacendo, donec eos mitterem. *Ezech.* 3. d. Mansi ibi septem diebus flens in medio eorum, cùm autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me. Ibi *Greg.* Missus ad prædicandum fuerat, & tamẽ sedens septem diebus moerens tacebat: quia ille loqui veraciter nouit, qui tacere didicit. Vnde si propheta sanctus qui missus est ad quædam, tacuit vt rectè loquatur, quanta culpa est non tacere cùm necessitas loqui non vrget? Ideò dicitur *Isa.* 58. d. Si non inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem, extollam te super altitudinem terræ. *o* Et nota fecissent verba mea populo meo] non sua, vel suo ingenio inuenta, sed verbis approbata, & confirmata. *p* Auertissem vtique eos.] Primum ergò est stare in consilio Domini, secundum est prædicare verbum Domini, & tunc sequitur tertium, scil. peccatorum conuersio, *Matth.* 5. c. Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno coelorum: quia pater erit in Ecclesia, scilicet, per generationem filiorum, *suprà* 15. d. Si conuerteris conuertam te, & ante faciem meam stabis. *q* A via sua mala] operum. *r* Et à pessimis cogitationibus suis] cordium, quasi non sequerentur concupiscentias suas malè operando, si notam fecissent veritatem, non obscurando per Scripturæ emollitionem, vel diuitum adulationem. *s* Putas ne Dominus è vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus de longè? vt tantum, scilicet, præsentia percipiam, i. quæ sunt, & non quæ remota, i. futura & præterita: quia vbique sum. Vndè omnia mihi præsentia sunt, quæ sunt, & quæ erunt. *Psal.* 138. Ecce tu Domine cognouisti omnia nouissima, & antiqua. *Psalm.* Quò ibo à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? Vndè. *t* Si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus.] Vndè, *Hebr.* 4. d. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo, *Prou.* 24. b. Qui inspector est cordis, ipse considerat. *Prou.* 16. a. Omnes viæ hominum patent oculis eius. *Eccl.* 23. c. Oculi Domini multò plus lucidiores sunt Sole, circumspicientes omnes vias hominum.

Moraliter. Deus est Dominus quibusdam è vicino, quos, scilicet, tangit in præsenti, nec differt eorum poenam, sed statim vt peccauerint verberat, vt pater, qui omnem filium quem recipit, castigat, vt dicitur *Prou.* 3. b.

Moraliter.

Quibusdam autem est de longè, quibus, scilicet, seruat æternam poenam, permittens florere in præsenti, & magis

a ac magis à se

▲ ac magis à se elongati. *Deut.* 32. c. Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum, generatio enim peruersa est & infideles filij. Et post pauca. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad Inferni nouissima.

a Nunquid non cœlum & terram ego implebo, ait Dñs? *b* Audiui quæ dixerunt Prophetæ Prophetantes in nomine meo mendacium atq; dicentes. *c* Somniaui, somniaui. *d* Vsquequo istud est in corde Prophetarum vaticinantium mendacium, & *e* prophetantium seductiones cordis sui. *f* Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meos nominis mei *g* propter somnia eorum quæ narrat vnusquisque ad proximum suum, *h* sicut obliti sunt patres eorum nominis mei *i* propter Baal. † *k* Propheta qui habet somnium, narret somnium, & qui *l* habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. *m* Quid paleis ad triticum, dicit Dominus? Nunquid non *n* verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus?

Al. † *Prophetia.*

a Nunquid non cœlum & terram ego implebo, ait Dominus; quia vbiq; sum, essentialiter, potentialiter, præsentialiter, & ideo nihil abscondi potest à me. *Eccl.* 23. c. Omnis homo, qui transgreditur lectum suum contemnens in animam suam, & dicens, quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & non intelligit, quoniam omnia videt oculus eius. *Amos* 9. a. Si descenderint vsque ad Infernum, inde manus mea educet eos; si ascenderint vsq; ad cœlum, inde detraham eos. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos. Et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, inde mandabo serpenti, & mordebit eos. *Psalm.* 138. Tenebræ à te non obscurabuntur, nox sicut dies illuminabitur; sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Moraliter.

Moraliter.

a Nunquid non cœlum & terram ego implebo,] i. bonos & malos beneficiis meis? *Matth.* 5. g. Qui Solem suum oriri facit super bonos & malos. *Eccl.* 29. d. Pascet, & potabit ingratos, & adhuc amara audiet.

b Audiui quæ dixerunt Prophetæ prophetantes in nomine meo mendacium.] Sed cùm boni & mali Prophetæ eundem habeant modum prophetandi, scil. in nomine Domini, quomodo poterat populus simplex discernere bonos à malis? Sol. Per tria, scilicet per bonam vitam, & quia cum de suo spiritu falsum locuti fuerant, statim se corrigebant boni, & quando quæ prope ventura dixerant, iam acciderant. Multa enim propinqua ventura dicebant, & statim populus videbat illa venire.

c Somniaui somniaui,] i. visionem quæ fit per somnia vidit, vidi, i. habui reuelationem, Quæ etiam dicebant diuinam reuelationem esse, sicut quod vidit Pharao in somnio, & Nabuchodonosor, visio fuit, siue reuelatio, non quæ facta esset à Deo illis somniantibus, sed magis Ioseph, & Daniel illa somnia interpretantibus.

d Vsquequò istud est in corde Prophetarum vaticinantium mendacium] *Mich* 3. c. Confundantur qui vident visiones, & confundantur diuini, & operiant vultus suos, scilicet, cum viderint impleri contrarium illis quæ credebant. *Zach.* 3. b. In die illa confundentur Prophetæ, vnusquisque ex visione sua cum prophetauerint.

e Et prophetantium seductiones cordis sui,] i. qui de corde suo inueniunt, vt seducant populum. Vndè. *f* Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei] sicut populus antiquus oblitus est eius qui eduxit eos de terra Ægypti. Vndè *Psalm* 105. Obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.

g Propter somnia eorum, &c.] i. falsas adinuentiones, quas vocant somnia, i. reuelationes per somnia habitas. Volunt in quam facere, vt obliuiscatur populus meus nominis mei.

h Sicut obliti sunt patres eorum nominis mei,] i. antiquus populus de Ægypto egressus, scilicet. *i* Propter Baal,] i. propter hoc quod credunt prophetantibus in Baal. Quod & faciunt mysticè, qui non ad Dei gloriam prædicant, sed ad hoc vt sint superiores, & aliorum deuoratores. *Osea* 2. b. Argentum & aurum, i. eloquentiam & sapientiam multiplicaui eis, & ipsi fecerunt Baal.

k Propheta qui habet somnium, narret somnium] quasi vnusquisque dicat quod viderit & nolite furari verba Prophetarum verorum, vt ea vobis attribuatis. Ipsi enim pseudo quaternos verorum Prophetarum furabantur, antequam propalata essent prophetiæ, & sibi attribuebant. Vel secundum *Ieron.* iste est sensus, id est, Propheta qui habet reuelationem à Domino, debet narrare visionem suam, sicut est a Domino.

l Et qui habet sermoné meum, loquatur sermonem meũ verè] quasi, illi soli habent disponere somnia, id est, reuelationem narrare, qui sermonem Dei habent, & dicunt quæ dixit Dominus eis, non falsa quæ fingunt de corde suo.

Mysticè.

Mysticè. Quidam Prædicatores dicunt somnia, id est, truphas, & verba risoria in sermonibus suis, alij autem sermonem Dei dicunt, vt boni Prædicatores. Vel illi dicunt somnia, qui loquuntur propter temporalia, quæ vana sunt vt somnia. *Eccl* 5. a. Multas curas sequitur somnia. *Ibidem* b. Vbi multa sũt somnia plurimę sunt vanitates & sermones innumeri. *Eccl.* 34. b. Multos fecerunt errare somnia, & exciderunt sperantes in illis Tales ergo non sunt vera Prophetæ, sed pseudo. Ille autem sermonem Domini loquitur verè, qui propter vera bona id est, æterna prædicat, vel qui veritatem apertè dicit, non palliando, adulando Principibus, vel diuitibus.

m Qui paleis ad triticum?] id est, somnis pseudo ad verba, Domini, vel mendacijs ad veritatem? 2. *Corinth.* 6. c. Quæ communicatio lucis ad tenebras Vt paleas dicatur mendacium, triticum veritas. Vel per paleas mali, per triticum boni, quasi quid malis ad bonos. 2. *Cor.* 6. c. Quæ cõuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? *Eccl.* 13. e Quæ communicatio sancti ad canem, aut quæ pars diuitis pauperem? *Matth* 3. c. Triticum reponet in horreum; paleas autem comburet igni inextinguibili. Vel per triticum sacra scriptura. *Prou.* 11. d. Qui abscondit frumenta maledicetur in populis. *Zac.* 9. d. Quid pulchrum eius, aut quid bonum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? *Iob.* 37. b. Frumentum desiderat nubes, id est, veros Prædicatores. Per paleas temporalia propter breuitatem, leuitatem, vilitatem. *Exod.* 5. c. Dispersus est populus per vniuersam terram Ægypti ad colligendas paleas, quasi dicat, sacra Scriptura ad terrena lucra; quasi, nihil commune habent, quasi, Sacra Scriptura docet temporalia contemni, vocans ea stercora. *Phil.* 3, b. Et *Eccl.* 22. a. De stercore boum lapidatus est piger. Valde stultus est mercator qui vendit triticum pro paleis. Hoc facit qui docet pro lucro temporali, vel pro laude populi. Vel per triticum corpus Christi. *Ioan.* 12. d. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, &c. Per paleas peccatores, qui nihil habent commune cum Corpore Domini. Quia qui manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit non diiudicans Corpus Domini. 1. *Cor.* 11. g. Sæpè etiam datur Corpus Domini propter paleas temporales. Vel per paleas, scientiæ sæculares, quæ nihil habent medullæ ad pascendum animas, sicut habet panis doctrinæ Christi.

n Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus?] Quia pseudo prospera pollicebantur, ideò verba eorum erant paleæ sine grano, id est, speciem veritatis habentes sine virtute veritatis, sed verba Domini sunt ignis, quia sermo eius nunciat futura supplicia, vt arceat homines à peccato, & paleis peccatorum, & pseudo decipientium minatur incendium.

Quicunque ergo blanda propter fauorem prædicãt, sunt paleæ incendio Domini reseruatæ, quòd minantur eius verba. *Suprà* 5. d. Ecce ego dedi verba mea in ore tuo quasi ignem. *Psalm.* 118. Ignitum eloquium tuum vehementer.

Frigidissimus ergo est, quem ignis diuini eloquij non incendit.

Sed vt dicitur, caro vetus non potest excoqui, nec illi similiter, sunt inueterati in peccatis suis. *Dan.* 13. f. Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua. *Ps.* 17. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt. Quia vt dicit *Seneca.* Vitia senum prædicantur in quid, id est, inhærent essentialiter. *Sup.* 6. g. Defecit sufflatorium in igne, frustra sufflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Iuuenes enim frequentius mouentur in sermonibus, quam senes, vt vere possint dicere illud *suprà vigesimo* c. Factus est sermo Domini in corde meo, quasi ignis exæstuans.

a onus graue vos à me abiiciendo. a Et dabo vos in opprobrium sempiternum, &c.] id est, longum. Vel. Sempiternum quantum ad malos, qui nunquam redibunt. Vel propter hoc implebitur in vltima captiuitate, scilicet Romanorum.

EXPOSITIO CAP. XXIV.

b Ostendit mihi Dominus] sicut superiora facta fuerunt tempore Sedechiæ: & ita hæc visio facta fuit tempore eiusdem postquam Iechonias nepos eius Ieremiæ consilio se reddidit Regi Babylonio. Causa huius visionis fuit consolatio illorum qui de cōsilio Ieremiæ ducti fuerant in Babylonem cum Iechonia. Illi enim qui remanserant in Iudæa, dicebant Ieremiā esse proditorem & falsum qui tale consilium dederat Iechoniæ, quando benè erat illis qui remanserant, & aliis malè qui crediderant Ieremiæ. Idem dicebant & illi, qui cum Iechonia iuerant in Babylonem. Hic autem ostendit Ieremias è contrario esse futurum sub figura ficorum quas vidit in duobus calathis. In vno bonas, per quas intelliguntur illi qui cum Iechonia transmigrauerant; in alio malas per quas intelliguntur illi qui remanserant, quia sicut bonæ ficus acceptæ sunt comedenti, ita illi qui iuerant in Babylonem placuerunt Deo. Et sicut malæ ficus abiiciuntur, ita illi abiiciuntur à terra. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. Primò, figuratiua visio ostenditur. Secundò, significatio visionis aperitur, ibi: Et factum est verbum Domini Dicit ergo.

& a dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam quæ nunquam obliuione delebitur.

CAP. XXIV.

b Ostendit mihi Dominus, & c ecce duo calathi pleni ficis, positi ante Templum Domini, d postquam transtulit Nabuchodonosor Rex Babylonis e Iechoniam filium Ioachim Regem Iuda f & Principes eius, & g fabrum & h inclusorem de i Ierusalem, & k adduxit eos in Babylonem. Et calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt l solent ficus esse primi temporis. Et calathus vnus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterāt, eo quod essent malæ. Et dixit Dominus ad me. Quid tu vides Ieremia? Et dixi: Ficus: ficus bonas, bonas valdè, & malas, malas valdè, quæ comedi non possunt, eo quòd sint malæ. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israël;

b Ostendit mihi Dominus] Fortè imaginaria fuit visio.

c Et ecce duo calathi pleni ficis positi ante Templum] fortè tunc in atrio exteriori, vel ante ipsum vendebantur fructus, sicut modò ante porticus Templorum, vbi multitudines gentium congregantur, in festis maximè. Vel fortè ibi erat quidam hortus. Vel fortuitò ostendit ei Dominus.

d Postquam transtulit, &c. & Principes eius] exercitus sui, & Sacerdotes, & Doctores legis.

g Et fabrum,] id est. artifices metallorum.

h Et inclusorem] scilicet lapidum vel gemmarum preciosarum. Vel Inclusores dicit illos qui sciunt ciuitates claudere muris & fossatis, quos duxit Nabuchodonosor secum vt munirent castra sua, vel ne illi munirent castra Iudæ. Secundùm autem primam expositionem habetur hic argumentum expressum, quòd peccatum est Christianis habere huiusmodi ornamenta, scilicet, gemmarum & lapidum, cum tales qui etiam hæc faciunt hic duci in captiuitatem dicantur, & maximè cum dicat hic Ieron. quòd huiusmodi ars apud barbaros pretiosa est, quasi non debet pertinere ad Christianos. Vndè 1. Petr. 3. a. Quarum non sit extrinsecùs capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. Ibi dicit Gl. Serico & purpura indutæ, Christum induere non possunt, margaritis ornatæ, & monilibus ornamenta cordis amiserunt, Contra Ezech 16. b. Ornaui te discalonibus, & aliis quæ ibi enumerat Gloss quæ mulieribus conueniunt. Sed verum est, si non sit ibi superfluitas, vel si non fit propter luxuriam sui vel alterius, sic intelliguntur illæ Gloss. super 1. Petr 3. quod autem hic dicitur quod apud barbaros huiusmodi sunt pretiosa, intellige maximè.

l Vt solent ficus esse primi temporis,] id est, quæ primò veniunt ad maturitatem. Per bonas ficus, Iechonias cum suis trāsmigratis, per malas Sedechias excæcatus cùm suis filiis occisis, & aliis suis Principib. violenter ductis in captiuitatem. a Sicut ficus

Mysticè. b Ostendit mihi Dominus, &c.] Duo calathi sunt boni & mali in mundo. Illi venient ad æternæ vitæ dulcedinem, mali autem ad æternæ pœnæ amaritudinem. Mysticè.

Vel ficus amaræ, Iudæi clamantes, Crucifige: ficus bonæ, credentes de Iudæis, & maximè Apostoli. Sed quia calathus ex multis viminibus texitur, significat præcipuè Religiosos, quorum religio ex multis obseruantiis, & constitutionibus constituitur: Vndè significatur per sagenam missam in mare, & ex omni genere piscium congregantem: Matth.13. f. Ficus, sunt viri claustrales, qui ex dulcedine deuotionis debent affluere, & præ amore illius omnem Prælationem respuere: Vt Iudic.9. b. dixerunt ligna ad arborem ficum, veni & regna super nos, Quæ respondit: Nunquid possum deserere dulcedinem meam fructúsque suauissimos, vt inter cætera ligna promouear? sic fuit quondam quando in claustris abundabat deuotio, sed nunc arefecit deuotio, & ideò claustrales libenter promouentur. Ioël 1. c. Vinea confossa est, id est, Ecclesia, & ficus elanguit, & omnia ligna agri aruerunt, quoniam confusum est gaudium a filiis hominum. Abac.3. d. Ficus non florebit, & non erit germen in vineis. Osea 9.c. Quasi vuas in deserto inueni Israel, quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum; quasi, boni fuerunt antiquitus, & deuoti religiosi. Et ideò dicit hic, quòd bonæ ficus erant in calatho vno.

l Vt solent ficus esse primi temporis] Micheæ 7. a. Ficus præcoquas desiderauit anima mea, id est, bonos religiosos, qui imitantur vitam antiquorum patrum suorum, scilicet, omnes boni, qui imitantur fidem Abrahæ, & opera eius, & aliorum patrum antiquorum, qui dicuntur esse boni, sicut ficus primi temporis. Vndè credentes Dominus vocat filios Abrahæ. Ioan.8. e. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Et benè dicitur hic, quòd ficus bonæ, valdè bonæ sunt, ficus malæ, valdè malæ sunt. Sic religiosi cùm mali sunt, pessimi sunt, cum boni sunt, optimi sunt. Vndè Aug. sicut non inueni meliores quàm illos qui in claustris profecerunt, sic non inueni deteriores quàm illos qui in claustro defecerunt. Vndè Genes. 3. b. dicitur quòd Adam & Eua consuerunt sibi perizomata de foliis ficuum ad tegenda sua pudenda; sic hodie multi verbo & habitu religionis velant turpitudinem vitæ suæ. Tamen Isa.38. d. Præcepit seruis Ezechiæ vt tollerent folia ficuum & cataplasmarent super vlcus eius, & sanatus est statim: sic peccatoribus, id est, infirmis spiritualiter præcipit Dominus, vt considerent vitam claustralium, & super se ponant, & sic sanabuntur. Dicuntur autem hi duo calathi esse pleni ficis, quia claustra plena sunt, siue bonis, siue malis. Et dicuntur esse positi ante Templum Dei, quia qui sunt boni, & qui mali, notum est Deo soli, Prou.16. a. Omnes viæ hominum patent oculis eius, spirituum ponderator est Dominus. Hebr 4.d. Omnia nuda & aperta, &c.

d Postquam transtulit Nabuchodonosor Rex Babylonis,] id est, diabolus.

e Iechoniam filium Ioachim Regem Iuda,] id est, Prælatum Ecclesiæ.

f Et Principes eius] Episcopos, & Abbates.

g Et fabrum & inclusorem,] id est, Doctorem, & Prædicatorem.

i De Ierusalem,] id est, de studio contemplationis, vel lectionis.

k Et adduxit eos in Babylonem,] id est, mundi sollicitudinem. Ex hoc enim amiserunt claustrales suam dulcedinem, & facti sunt sicut ficus fatua, quæ sine fructu est habens folia, quia prælati, & Doctores Ecclesiæ dimiserunt vitam contemplatiuam adhærentes curis mundi. Modò enim est religio sine ficu, sed non sine foliis, id est, habitu exteriori. 1. Reg cap 19. c. Postquam aufugit Dauid, Michol tulit statuam & posuit super lectum Dauid, & pellem pilosam caprarum, & posuit ad caput, & cooperuit vestimentis. Secundùm Ieronym. ficus valdè bonæ, sunt illi qui cognoscunt Deum per fidem: Qui dicuntur valdè boni comparatione illorum qui cognoscunt Deum extra Ecclesiam solo ductu rationis, vt Philosophi, qui sunt foris Templum penitus, quia fidem non habent: ficus autem valdè malæ sunt, illi qui prius tenentes fidem ad infidelitatem conuersi sunt, qui dicuntur valdè mali respectu infidelium, qui nunquam fidem tenuerunt. Qui dicuntur esse ante Templum, quia aliquando fuerunt de Ecclesia, etsi non modò.

A *a* Sicut ficus hæ bonæ,] ecce expositio parabolæ. *b* Sic cognoscā per beneficiorum exhibitionē, sicut dicitur: Vos m. non cognoscitis, quasi nullū beneficiū mihi exhibetis. *c* Transmigrationem Iuda,] scil. Iechoniam cum suis ad consilium Domini, vel Ieremiæ se reddentes. Cognoscam, inquam.

a Sicut ficus hæ bonæ, sic *b* cognoscam *c* transmigrationem Iuda, *d* quam emisi de loco isto in terram Chaldæorū in *e* bonum, & *f* ponam oculos meos super eos ad placandum. Et *g* reducam eos in terram hanc, & *h* ædificabo eos & non destruam, & *i* plantabo eos & non euellam, & *k* dabo eis cor vt sciant me, quia ego sum Dominus. Et *l* erunt mihi in populum, *m* & ego ero eis in Deum, quia reuertentur ad me in toto corde suo. Et sicut ficus pessimæ quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ, hæc dicit Dominus, sic dabo Sedechiam Regem Iuda, & Principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in vrbe hac: & qui *n* habitant in terra Ægypti.

e In bonum,] id est, per bonorum largitionem. *g* Et reducam eos in terram hanc] à captiuitate.

h Et ædificabo eos, & non destruam] domos. Infr.31.f.

i Et plantabo eos, & non euellam] bonos & vineas. *k* Et dabo eis cor, vt sciant me] tunc seruus scit Dominum suum, quando ei seruit benè. *Ezechiel.36.* f. Dabo vobis cor nouū, & ponam in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneū, &c. Et faciam, vt in præceptis meis ambuletis. *Eccl.6.* d. In mandatis eius assiduus esto, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. [Dabo,] quia *Phil.2.* b. Ipse operatur in uobis velle, & perficere.

l Et erunt mihi in populum] me credendo, mihi obediendo.

m Et ego ero eis in Deum] vobis gratiam dando, & ab hostibus tam corporalibus, quàm spiritualibus protegendo. *Ezech.36.* f. Eritis mihi in populum, & ego vobis in Deum.

n Et qui habitant in terra Ægypti] quia quidem de Iudæis transfugerunt contra consilium Ieremiæ in Ægyptū.

o Et dabo eos in vexationem] quia ipsi in Ægypto ab ipso Nabuchodonosor capti sunt.

p Omnibus Regnis terræ in opprobrium] sicut ficus malæ, cum gustantur proiiciuntur ab ore, & sunt abominabiles: sic Iudæi erunt abominabiles omnibus gentibus cognitis eorum peccatis.

Mystice. ⊖ *d* Quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum, &c.] Secundum Ieron. detrat hìc allegoricus Interpres qui de cœlesti Ierusalem dicit Angelos translatos in Infernum, rursum, ad locum pristinum reuersuros, scilicet pœnitentes, non pœnitentes autem numquam, & hoc vult haberi per illud *Isa.24.* d. Claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Sed quare dicitur peccatum diaboli irremediabile: quia non potest hoc dici ex parte Dei remittentis qui omnia potest; nec ex parte peccantis, quia sic omne peccatum hominis esset irremediabile, quia est spiritus vadens, & non rediens, scil. per se. Sol. Dicitur peccatum hominu remediabile propter eius carnis fragilitatem. Vndè *Gen.6.a.* Non permanebit spiritus meus, id est, indignatio in homine, quia caro est. Alia ratio est, persuasio, siue suggestio Diaboli per quam peccauit homo; sed diabolus nec habuit fragilitatem, nec suggestorem, & ideò non habuit excusationis colorem, nec redemptorem. Tertia ratio est: quia Dionysius dicit, Peccatum Angeli est contra formæ Dei intellectum; peccatum hominis contra rationem; peccatum corporis contra naturam, & ideò sine deliberatione non peccat in qua est mora & tempus, nec sine deliberationis mora potest aliquid cognoscere; sed Angelus sicut in instanti videt quæ cognoscit, nec ad hoc indiget deliberatione, ita & peccauit in instanti, sicut ergo in infinitum est maius tempus instanti, scil. ita in infinitum maior, & clarior scientia Angeli, quam scientia hominis, ita & peccatum, & peccato grauius, quia scientia est circumstantiam aggrauans.

f Et ponam oculos meos, &c.] Dominus ardenter amat bonos; quia oculos habet fixos semper in amicam suam, nec saciatur respicere ipsam, nec amica vera ipsum. *Cant.7.* d. Ego dilecto meo, & ad me conuersio illius, quasi dicat, ego respicio ipsum, & ipse me. Mutuus enim aspectus est signum mutui amoris: quia vbi amor, ibi oculus. *3.Reg.9.a.* Sanctificaui mihi domum illam, quam ædificasti mihi, vt ponerem ibi nomen meum in sempiternum, & erunt ibi oculi mei, & cor meum cunctis diebus. *Ps.* Oculi mei semper ad Dominum. Et *alibi*. Oculi Domini super iustos.

Et *o* dabo eos in vexationem, afflictio namque *p* omnibus Regnis terræ, in opprobrium & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem in vniuersis locis, ad quæ eieci eos, & mittam in eis gladium, & famem, & pestem, donec consumantur de terra quā dedi eis, & patribus eorum.

CAP. XXV.

VErbum quod factum *q* est ad Ieremiam *r* ° de omni populo Iudæ in anno quarto Ioachim filij Iosiæ Regis Iuda, ipse *f* est annus primus Nabuchodonosor Regis Babylonis, quod locutus est Ieremias Propheta *s* ad omnem populum Iuda & ad vniuersos habitatores Ierusalem,

g Et ædificabo eos, & non destruā.] Hic distinguo quatuor. Quosdā ædificat, & destruit, vt illos quibus possessiones, delitias, & honores, & vires corporales aufert, & cōfert diuitias virtutū, & vires spirituales. Infr.29.d. *Prou.13.a.* Est quasi pauper cùm in multis diuitijs sit. Hos n. Dñs destruit exteriùs. Sed ædificat interiùs. *1.Reg.2.b.* Dñs pauperē facit & ditat, humiliat, & subleuat, Dñs mortificat & viuificat *2.Cor.4.c.* Sēper nos qui viuimus, in mortem tradimur per Iesum Christū *Inf.45.b.* Quos ædificaui ego destruo, & quos plantaui ego euello. Quosdā ædificat, & non destruit, vt illos quibus dat bona spiritualia, quibus interiùs ædificantur, & bona temporalia, quibus exteriùs ædificantur, vt sunt boni diuites qui bene vtuntur diuitijs suis, vt fuit Iob. Vndè *Iob 1.a.* Erat vir ille simplex, & rectus ac timens Deum, &c. *Gen.13.a.* Erat Abraham diues valdè, & bonus in animo. Quosdam destruxit & non ædificat, vt illos, quos exteriùs flagellat & depauperat, sed interiùs non emendat. *Ps.27.* Destrues illos, & non ædificabis eos. Quosdam nec destruit, nec ædificat, scil. quibus non aufert bona temporalia, nec dat bona spiritualia, vt sunt diuites huius mundi. *Prou.13.a* Est quasi diues cùm nihil habeat *Luc.1.e.* Et diuites dimisit inanes. *o* Et dabo eos in vexationem, &c.] sic omnes benigni, & benigne viuentes, hodie derīdentor, & maledicuntor. *Infr.33.d.* Populum meum despexerunt eo quòd non sit gens vltrà coram eis, i. quia nolunt esse cum illis, qui viuunt gentiliter. Vnde *Infr.38* e. Sollicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos, ne fortè tradar in manus illorum, & illudant mihi: quia sæpè illi derident bonos, qui magis illos defendere deberent.

EXPOSITIO CAP. XXV.

VErbum quod factum est.] Hæc quæ hic dicuntur, sunt priora illis quæ dicta sunt de præcedenti visione. Illa enim visio facta est sub Sedechia, iam Iechonia in Babylonē translato, hæc verò quæ hic dicūtur sub Ioachim patre Iechoniæ qui ante Sedechiā regnauit. Hoc capitulū habet quinque partes. Primò, ostendit Ieremias laborem, & sollicitudinem suæ diuinæ prædicationis, & malitiam Iudaicæ obstinationis. Secūdò, pœnā subiungit pro hac obstinatione *ibi*: Propterea hæc dicit Dominus. Tertiò, ostēdit Babylonios, & terrā eorum postmodum destruendos, *ibi* Cumque impleti fuerint. Quartò, texit prophetiā de vastatione omnium gentium, & ad vltimū ipsius Babylonis, *ibi*: Quia sic dicit Dominus. Quintò, positā gentiū & regionum omnium destructione, Pastores eorum inuitat ad luctum pro tanta desolatione, *ibi*: Vlulate pastores. Dicit ergo. *q* Verbū quod factum est ad Ieremiam] scilicet, hoc est.

r De omni populo Iudæ, &c.] id est, contra omnem populum Iudæorum. *f* Ipse est annus primus Nabuchodonosor, &c.] quando, scilicet tenuit Monarchiam primò. Dicunt enim quod Rex Assyriorum qui etiam Chaldæam tenebat, videns, quod Nabuchodonosor ita strenuus esset, dedit ei Chaldæā qui videns, quòd ita potens esset, etiam sibi Assyrios subiugauit, & ita obtinuit Monarchiam.

Δ Dicens, scilicet quod sequitur Mystice.

Nota quòd dicit. *r* De omni populo Iudæ] quia Prædicatoris sermo debet esse talis, vt omnibus sit vtilis, bonis, & malis, paruis & magnis, similiter & vita Prælati talis debet esse, vt sit omnibus in exemplum. Vnde in veste Aaron totus orbis erat descriptus, vt dicitur *Sap 18.d* *s* Ad omnem populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem.]

⊖ id est, ad sæ-

a Dicens] ſcilicet, Quod ſequitur. Sed antequam dicat quid illud ſit, oſtendit quando incepit prophetare. *b* A tertiodecimo anno Ioſiæ, &c.] qui regnauit in Ieruſalem triginta vnum annis, & prophetauit ſub eo decem, & nouem annis. Ioſiæ autem ſucceſſit in regno Ioachaz filius eius qui ſtatim ductus eſt in Ægyptum à Pharaone, cui ſucceſſit Ioachim iſte, frater eius. In cuius regni quarto anno factus eſt ad Ieremiam iſte ſermo Domini. Ita ergo viceſimustertius annus erat ex quo loqui coepit ad populum. Vndè *c* Ipſe eſt tertius, &c. ſcil. completus ex quo incepit prophetare. *d* De nocte conſurgēs, &c.] vt ſic priùs ibi eſſet, & non eſſet qui audiret. Populus enim veniebat manè ad Templum. In hoc patet diligentia Ieremiæ & duritia Iudæorum. *Pſal.* 54. Veſperè & manè & meridie narrabo, &c. 2. *Tim.* 4. a. Prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra increpa, id eſt, ad ſæculares, & religioſos, vel ad laicos, & clericos, *Rom.* 1. b. Græcis & barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum.

Sap. 16. b.
Infr. 35. f. 4.
Reg. 17. b.

a dicens: *b* A tertio decimo anno Ioſiæ filij Ammon Regis Iuda vſque ad diem hanc, ipſe *c* eſt tertius & viceſimus annus, factum eſt verbum Domini ad me, & locutus ſum ad vos *d* de nocte conſurgens & loquens, & non audiſtis. Et miſit Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos Prophetas *e* conſurgēs diluculo mittenſque & nō *f* audiſtis, *g* neque inclinaſtis aures veſtras vt audiretis, cum diceret. *h* Reuertimini vnuſquiſque à via ſua mala, & *i* à peſſimis cogitationibus veſtris, & *k* habitabitis in terra quā dedit Dominus vobis & patribus veſtris à *l* ſæculo, & vſque in ſæculum. Et *m* nolite ire poſt Deos alienos, vt *n* ſeruiatis eis adoretiſque eos, *o* neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum veſtrarum, & *p* non affligam vos. Et non audiſtis me,

Myſticè.

e Conſurgens diluculo, &c.] *Cant.* 7. d. Manè ſurgamus ad vineas. Eſt enim prædicator ſpeculator ſeruans excubias Eccleſiæ. *Eccl.* 11. c. Manè ſemina ſemen tuum, *Prou.* 11. d. Bene conſurgit diluculo qui quærit bona.

f Et non audiſtis] Dominum. Nunc habetur pro excommunicato, qui non vult audire verbum illius. *Greg.* A vinculis diaboli ligatus tenetur, qui audire verbum Dei dedignatur. *Prou.* 1. c. Vocaui & renuiſtis, &c. *Bern.* Ego ab omnibus corripi, ab omnibus emendari poſco, & ſolum æſtimo amicum, per cuius linguam ante apparitionem diſtricti Iudicis mentis meæ maculas tergo.

g Neque inclinaſtis, &c. *Pſal.* 77. Inclinate aurem veſtram in verba oris mei. *h* Reuertimini vnuſquiſque a via ſua mala] operum.

i Et à peſſimis cogitationibus veſtris] quia dicitur *Sap.* 1. a. Peruerſæ cogitationes ſeparant à Deo. *Iſa.* 55. b. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas. Secundum quod cogitatio dicitur rationis coarctatio, ſiue diiudicatio, ſic cogitatio non eſt peccatum, ſecundum autem quod cogitatio eſt in conuictu, ſcil. per conſenſum, vel delectationem, ſic eſt peccatum.

k Et habitabitis in terra, &c.] id eſt, viuentium, quæ dabitur obedientibus verbo Domini. *Matth.* 5. a. Beati mites quoniam ipſi poſſidebunt terram. Et habitabitis inquam.

l A ſæculo, &c.] id eſt, ſine fine, quoad patriam æternam, vel in longum, quoad promiſſionem terræ promiſſionis.

m Et nolite ire poſt, &c.] ſcil. à me, & à cultu meo recedere.

n Et ſeruiatis eis] opere.

o Neque me ad iracundiam prouocetis, &c.] quod faciunt propriè, qui cum peccauerint nolunt corripi. Deus enim inuitus ferit, ſed volens miſeretur. *Thren.* 3. d. Si abiecit & miſerebitur ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum. Non enim ex corde ſuo humiliauit, & abiecit filios hominum. *Iſa.* 27. a. Quis dabit me ſpinam, & veprem, ingrediar prælians ſuper eam, an potius tenebo fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi.

p Et non affligam vos, &c.] ſi me audieritis, & ad iracundiam non prouocaueritis.

q In operibus manuum veſtrarum] ſcilicet, peccatis vel idolis. *r* Ecce ego mittam, &c.] dicit *Gl.* Angelos qui excitent aduerſarios contra Iudæos. Sed conſtat, quod aduerſarij deſtruendo Iudæos peccabant, ergo Dominus excitat ad peccandum. Præterea dicit Nabuchodonoſor ſeruum ſuum, ſed quomodo poteſt quis Deo ſeruire peccando? Poteſt hoc intelligi de malis Angelis, qui excitant ad malum gentes, & Dominus hoc permittit, & ideò dicitur mittere. Vel dicitur mittere, quia volebat, quòd Iudæi eſſent afflicti. Vndè in affligendo ſeruierunt Domino, per hoc agendo voluntatem eius, ſed intentio mala, quā habuerunt in affligendo, & exercendi voluntas, nō fuerūt a Deo. Vndè ſuper illud *Iob* 40. d. Nūquid feriet tecum pactum & accipies eum ſeruū ſempiternum, dicit *Greg.* Seruus accipi perhibetur, quia inde obtemperat nutibus potentiæ diuinæ, vnde exercet iter nequiſſimæ volūtatis ſuæ. Vndè diabolus ſeruiuit Apoſtolo flagellando excommunicatos: Vndè 1. *Cor.* 5. b. Iudicaui tradere huiuſmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſiat. 1. *Tim.* 1. d. Quos tradidi Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare. Mali ergo Angeli excitauerunt Chaldæos ad deſtruēdam Ieruſalem, & vt hoc facerent malā intentione. Deus autem & boni Angeli, de quibus & hoc poteſt intelligi, excitauerunt Chaldæos, vt punirēt Iudæos, non tamen vt malā intentione hoc facerent.

dicit Dn̄s vt me ad iracundiam prouocaretis in *q* operibus manuum veſtrarum in malum veſtrum. Propterea hæc dicit Dn̄s exercituum. Pro eo quod nō audiſtis verba mea. *r* Ecce ego mittam & aſſumā vniuerſas cognationes Aquilonis, ait Dn̄s & Nabuchodonoſor Regem Babylonis ſeruum meū, & adducā eos *ſ* ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores eius, & *t* ſuper omnes nationes quæ in circuitu illius sūt, & interficiam eos, & *u* ponam eos in ſtuporem, & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas. *x* Perdámque ex eis vocem gaudij, & *y* vocem lætitiæ, & *z* vocem ſpōſi, & vocem ſponſæ, *a* vocem molæ, & *b* lumen lucernæ. Et erit vniuerſa terra eius in ſolitudinem & in ſtuporem, & ſeruient omnes gentes Regi Babylonis ſeptuaginta annis.

Myſticè. *r* Ecce ego mittam, &c.] Per Nabuchodonoſor, diabolus, per omnes nationes Aquilonis, omnia genera tentationum. Hæc omnia adducuntur.

ſ Super terram iſtam, &c.] *Apoc.* 12. c. Væ terræ & mari, quia deſcendit ad vos diabolus, habens iram magnam, ſciens, quia modicum tempus habet.

t Et ſuper omnes nationes, &c.] id eſt, ſuper gentes, in quibus confidunt Iudæi, ſcil. ſuper Ægyptios & alios circumſtantes. *u* Et ponam eos, &c.] quaſi in exemplum omnium erunt, vt omnes admirentur præ ſtupore, & deſtructione populi Domini & præ conſideratione peccatorum illorum. *Iſa.* 7. c. In die illa ſibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api qua eſt in terra Aſſur. *x* Perdámque ex eis, &c.] Interioris. *y* Et vocem lætitiæ] exterioris. *z* Vocem ſponſi, &c.] quaſi non erunt ibi choreæ, vel cantica quæ ſolent fieri in nuptiis. *a* Vocem molæ] quia pro defectu habitatorum erunt molæ molendinorum otioſæ. *Eccl.* 12. b. Erunt molentes in minuto numero & claudēt oſtia in plateis, in humilitate vocis molentes. *b* Et lumen lucernæ] quaſi omnis conſolatio humana peribit *ſup.* 7. g. Quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & ſponſæ, in deſolatione enim erit terra. Myſticè, hic quatuor bona Eccleſiæ deſtruenda minatur, per quorum deſtructionē Eccleſia in ſolitudinem penitus redigetur, quod fiet tempore Antichriſti. Per vocem gaudij & lætitiæ intelligitur officij Eccleſiaſtici decātatio, vbi debet homo gaudere interiùs & exteriùs, *Phil.* 3. a. Gaudete in Dn̄o ſemper, iterum dico gaudete, vt gaudeat homo exteriùs per hilaritatem in bonis operibus. Interiùs per conſcientiæ iocunditatē. *Pſ.* 118. Cantabiles mihi erāt iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ, vt cùm hominem nō remordet cor ſuū, ſed dicit. Dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum. Per vocem ſponſi, & ſponſæ, Sacramentorum diſpenſatio, quia per fidem illorum coniungimur Chriſto. Vndè *Oſea* 2. d. Sponſabo te mihi in fide, *Ioan.* 3. d. Qui habet ſponſam, ſponſus eſt. Vox ſponſæ eſt illa *Cant.* 3. a. Per vicos & plateas ciuitatis quæſiui, quem diligit anima mea. Hoc dicit Eccleſia, quæ & quoad laicos, & quoad clericos eſt ſponſa Chriſti. Vox ſponſi eſt illa. Surge, propera amica mea, veni, ſcilic. ad gloriam. Per vocem molæ,

Myſticè.
Pſal. 34.
Cant. 3. a.

a ſacra

A sacra prædicatio, vbi à Prædicatoribus conteruntur frumenta per auctoritatem expositorum, vt sic populis tradantur ad vescendum. Sed dicitur *Toren.* 3. b. Confregit ad numerum dentes meos. Superior mola est prædicatio de supernis, inferior illa in qua prædicatur de pœnis æternis. Per primam concipiunt spes, per secundam autem timor. *Deut.* 24. b. Non accipies loco pignoris superiorem, aut inferiorem molam. Per lumen lucernæ, studium sacræ scripturæ
Infr. 29. c. significauit. *Psal.* 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum. *Prou.* 6. c. Mandatũ lucerna est, & lex lux. Hæc pro magna parte iam in Ecclesia destruũtur. *Dan.* 9. g. Cõfirmabit pactum multis hebdomada vna, & in medio hebdomadis deficiet hostia & sacrificiũ, & erit in Templo abominatio desolationis, & vsque
D ad consummationem & finé perseuerabit desolatio, *a* Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super Regem Babylonis] sicut enim Iudæi qui transmigrauerunt expleto tempore suppliciorum, quia Deo obedierunt, ad pristinam fœlicitatem redierunt, sic Chaldæi, quia superbierunt de Iudæorum captiuatione, viribus suis attribuentes, non Dei potentiæ, destruentur venientibus Medis & Persis contra eos. Vndè de eorum onere, vel vastatione agitur *Isa.* 13. d. Et ponam illam, &c.] Vndè dicit hic *Ieron.* quòd illius vrbis, scil. Babylonis adhuc vsque hodie remanent reliquiæ siue ruinæ. Ergo per *Gloss.* & per textum patet quòd nunquam Babylon reædificata est postquam semel destructa est à Medis & Persis. Ad idem *Isa.* 13. d. Et erit Babylon illa gloriosa ciuitas in Regnis inclyta in superbia Chaldæorum versa, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorram, non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem. Sed nonne adhuc est quædam ciuitas quæ vocatur Babylon? Sol. Reuera illa Babylon quæ erat in Chaldæa penitus destructa est, & nunquam post reædificata fuit, sed de illa fuerunt quædam ciuitates constructæ in Ægypto, vt Alexandria, & Babylon quæ adhuc manet.

e Et adducam super terram illam, &c.] Quia contra eam loquitur. *Isa.* 13. & 14. & 47. & *Infr.* 51. comminando eius destructionem. Et maximè. *g* Omne quod scriptum est in libro isto, &c.] scil. aliarum nationum gentes, quæ adiuuerunt Chaldæos ad destruendos Iudæos, vt erant Philistæi, Ammonitæ, Moabitæ. *h* Quia seruierunt eis] scilicet, Chaldæis: quia fuerunt in eorum exercitu, ad vastandam Iudæam.

Moral. Moraliter. *a* Cúmque impleti fuerint septuaginta anni,] i. post consummationem vitæ præsentis, quæ septem diebus agitur. Vndè: Dies annorum nostrorũ in ipsis septuaginta anni. Vel post consummationem pœnitentiæ, quæ
Psal. 86. debet agi de septem peccatis mortalibus. Vel quæ consistit in septem illis bonis, de quibus 2. *Cor.* 7. c. Ecce hoc ipsum secundùm Deum contristari vos quãtam operatur in vobis sollicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. *b* Visitabo, &c.] i. diabolum, qui est Rex confusionis. *Isa.* 10. c. Et erit cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & Ierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur, & super altitudinem oculorum eius. *c* Et super terram Chaldæorum,] i. mundum, cuius diabolus est Princeps. Omnia verba mea,] quia non præteribit vnum iota de omnibus quæ promisit bonis, vel quæ comminatus est malis. *i* Sume calicem vini furoris, &c.] Fortè imaginaria fuit visio, & ei videbatur quod Dominus daret ei calicem plenum felle, vel alia amaritu-

Quia

Cúmque *a* impleti fuerint septuaginta anni, *b* visitabo super Regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus iniquitatem eorum, *c* & super terram Chaldæorũ, & *d* ponam illam in solitudines sempiternas. Et *e* adducam super terram illam omnia *f* verba mea quæ locutus sũ contra eam, *g* omne quod scriptũ est in libro isto, quæcũque prophetauit Ieremias aduersùm omnes gentes, quia *h* seruierunt eis cùm essent gentes multæ, & Reges magni. Et reddam eis secundùm opera eorum, secundùm facta manuum suarum. Quia sic dicit Dominus exercituũ Deus Israël. *i* Sume calicem vini *k* furoris huius de manu mea, & propinabis de illo *l* cunctis gentibus ad quas ego mittam te, *m* & bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladij, quem ego mittam inter eos. Et *n* accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus ad quas misit me Dominus, *o* Ierusalem & ciuitatibus Iuda, & Regibus eius & Principibus eius, vt *p* darem eos in solitudinem, & in stuporem & in sibilum & in maledictioné, *q* sicut est dies ista, *r* Pharaoni Regi Ægypti & seruis ei⁹, & Principibus eius, *s* & omni populo eius, & vniuersis generaliter cunctis Regibus terræ *t* Ausitidis, & cunctis *u* Regibus terræ Philistiim & Ascalonis, & Gasæ, & Acaron, & *x* Azoti, & reliquis, *y* Idumææ, & Moab & filiis Ammon, & cunctis Regibus Tyri & *z* vniuersis Regibus Sidonis & *a* Regibus terræ insularum, qui sunt trans mare, *b* & Dedem, & Themam, & Buz, *c* & vniuersis, qui attonsi sunt in comam, & cunctis Regibus Arabiæ, & cunctis Regibus Occidentis, qui habitant in deserto:

dine, vt daret illum gentibus. Est autem calix propriè vas in quo datur ad mensuram, ne vnus bibat plus quã alius. In calice significat pœnam quam Dominus propinauit Iudæis i. secundùm mensuram culpæ illorum, quæ pœna fuit indicium furoris, & iræ Domini contra Iudæos. Et ideò dicit. *k* Calicé vini furoris propinabis,] i. prophetabis propinationé calicis. *l* Cunctis gentibus ad quas ego mittam te] quæ contra populum Iudæorũ dimicauerunt. *m* Et bibent, &c.] à memoria distinctæ sententiæ Dei venientis super ipsas. *Isa.* 19. c. Omnis qui illius fuerit recordatus pauebit à facie consilij Dñi exercituũ, quod ipse cogitauit super eam. *n* Et accepi calicé, &c.] quasi lætanter putans, sic quod solis gẽtibus propinaré, non quia gauderem de gentium destructione, sed quia credebam quod Iudæi non punirentur. *o* Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, &c.] post, quia primò prædicaui contra Iudæos, & sic quodammodo Dominus seduxit me, secundùm illud *supr.* 20. b. Seduxisti me Domine, & seductus sum; simile. *Isa.* 6. c. cum dixisset Dominus. Quem mittam: & quis ibit? credens Isaias se bona populo nunciare, dixit. Ecce ego, Domine, mitte me. Cum autem audisset à Domino dicente. Excæca cor populi huius, inde doluit. Vndè *Isa.* 40. b. cum dixisset ei Dominus. Clama, dixit. Quid clamabo? sicut & Ionas quodammodo contristatus est contra Dominum cum vidit Niniuitas conuerti, non quia doleret de eorum bono, sed quia videbat populi sui excæcationem.

p Vt darem eos in solitudinem, & in stuporem, &c.] *Isa.* 51. f. Bibisti de manu Domini calicem iræ eius, vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & epotasti vsque ad fæces, non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit, & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos nutriuit. *q* Sicut est dies ista,] i. sicut nunc apparet de Ierusalem, & de aliis regionibus, quæ iam desertæ sunt. *r* Pharaoni, &c.] quasi, postquam propinaui Iudæis, id est, prædicaui contra eos, iram Dei eis annuncians, prædicaui contra Ægyptios.

s Et omni populo] scilicet, Iudæorum qui in Ægyptum fugerunt. *t* Cunctis Regibus terræ Ausitidis] quæ Hebraicè dicitur Hus, de qua natus est Iob quæ dicitur esse in finibus Idumææ, & Arabiæ. *u* Et cunctis Regibus terræ Philistiim] quorum nominat ciuitates quatuor, quintam non ponit, scilicet, Geth, quia intelligit eam per Azotum: quia ei est affinis. Ideò dicit.

x Azoti & reliquis] scilicet, Azoti: De reliquis enim Azoti est Geth, eo quod ei est affinis. De Philistinorum vastatione à Babylonüs facta, habetur *Isa.* 14. g.

y Idumææ, & Moab, &c.] quasi, & his similiter propinaui, quæ sunt, regiones circumadiacentes terris Iudæorũ, quæ exultauerunt contra Iudæos pro eorum destructione, vel ad eos vastandos hostes iuuerunt. Hæ etiam omnes à Babyloniis destructæ sunt. *z* Tyri, & Sydonis] quæ sunt in littore maris cingentis Phœnicem. *a* Et Regibus terræ Insularum quæ sunt trans mare trans Cyprũ, & Rhodum. *b* Et Dedam, & Themam, & Buz,] i. gentes quæ sunt vicinæ regionibus Ismaelitarum, quos Sarracenos vocant.

c Et vniuersis, qui attonsi, &c.] Imò Sarraceni, vt dicitur, crines habent longos, vt mulieres. Sol. Verum est de quibusdam, sed Arabes attonsi sunt valdè à nobis remoti.

Δ Et cunctis regibus,

Mysticè *i* Sume calicem] calix est Dominica Passio. Vnde Mystice.
Mat. 20. c. Potestis bibere calicem quẽ ego bibiturus sum? Qui dicitur. *k* Vini furoris] propter doloris acerbitatem.

⊙ *Thren.* 1. d.

a Et cunctis regibus Zambri,&c.] Zambri & Elam, regiones sunt Persarum. Vndè. *b* Et cunctis, &c.] à quibus destructa est Babylon, vt dicitur *Dan.* 5. *c* Cunctis quoque, &c.] quasi quasdam regiones posuit Aquilonis, sed quia tædiosum esset apponere singulas, ideò dicit generaliter.

& *a* cunctis Regibus Zambri, & cunctis Regibus Elam, & *b* cunctis Regibus Medorum, *c* cunctis quoque Regibus Aquilonis de prope,& de lõge,*d* vnicuique contra fratrem suu,& *e* omnibus Regnis terræ quæ super faciem eius sunt. Et *f* Rex Sesach bibet post eos.Et dices ad eos.Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israël. *g* Bibite & *h* inebriamini & *i* vomite & *k* cadite, & *l* nolite consurgere à facie gladij, quem ego mittã inter vos. *m* Cumque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos,Hæc dicit Dominus exercituum. *n* Bibentes bibetis. *o* Quia ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum ego incipio affligere, & vos quasi innocentes immunes eritis? Non *p* eritis immunes. *q* Gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos. Dominus de *r* excelso rugiet

Cunctis Regibus Aquilonis, &c. Et Elã enim & Media & Babylon in Aquilone sunt. *d* Vnicuique contra fratrem suũ] scilicet, propinaui calicẽ amarum, vt conturbentur & insaniant. *e* Et omnibus Regnis, &c.] quasi & omnibus Regnis Oriẽtalibus similiter propinaui.

f Et Rex Sesach bibet post eos, Id quasi dicat, omnes prædictæ regiones Babylonio Imperio subiacebunt, & subijcientur,calici, id est, captiuationi eius. Vndè *Infr.* 51. a. calix aureus Babylon inebriãs omnem terram. Sed nouissimè post eos sic potatos, bibet Rex, scilicet, Babylonis. Sesach enim Hebraicè idẽ est quod Babylon. Consuetudo enim est apud Hebræos, & Græcos, vt cum aliquid volunt occultè dicere peruertunt ordinem literarum, vt si dicerem Oma, pro Amo,sic pro Babel dicunt Sesach. Consuetudo etiam est apud eos, sicut & apud nos, quòd cum primò pueri addidicerint alphabetum ordine debito, postea vt melius illud sciant, relegunt illud ordine retrogrado, ab vltima litera redeundo vsque ad primam, & ordinant primam cum vltima, secundam cum penultima, & sic deinceps. Est etiam apud eos consuetum, vt cum aliquid occulte volunt dicere pro literis quas debent scribere, illas scribunt quæ cùm ipsis combinantur in conuersione retrogiada. Beth ergo ponunt pro Schin, & Lameth pro Caph, vt in Babel,& è conuerso, Schin pro Beth,& Caph pro Lameth,vt in Sesach,quia in ordine retrogrado prima Tau,secunda Chin. Caph autem est vndecima incipientibus à principio, sed Lameth vndecimo incipientibus à fine, &c. & sic de alijs. Ideò autem occultè hic sic nominat Babylonem, ne contra se moueret insaniam Babyloniorum, quia Babylonij captiuabuntur à Medis.

g Bibite & inebriamini, & vomite, & cadite & nolite consurgere.] Contra,nonne *Isa.* 51.*f.* Eleuare eleuare Ierusalem, consurge,quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius, & cæt. Sol Hæc quæ hîc dicuntur intelliguntur post vltimam captiuitatem, scilicet, Romanorum, post quam non surrexerunt Iudæi. Vel dic, quòd hic loquitur de malis,scilicet,de Sedechia & suis qui nunquam resurrexerunt,ibi autem de Iechonia cum suis qui sponte transmigrauerunt,& ideò consurrexerunt.Sed solutio prima melior est,quia sequitur ibi,in *Isa* Non est qui sustentet eam ex omnibus filijs quos genuit, Quod verum est de vltima captiuitate, sed in prima prophetas habuerunt in Babylone qui eos consolarentur,vt maximè Ezechielem.

g Bibite & inebriamini & vomite & cadite, & nolite consurgere, &c.] Ecce quomodo per peccatum cadunt in pœnam *Isa.* 28. c. Erit eis verbum Domini, manda, remanda, expecta, reexpecta, modicum ibi, modicum ibi, vt vadant & cadant retrorsum & conterantur & illaqueentur & capiantur.

m Cumque noluerint accipere calicem,&c.] id est,comminationibus noluerint credere,dicentes,non ita eueniet nobis sicut tu comminaris. *n* Bibentes bibetis,] quasi velles, nolitis sententia dictæ comminationis complebitur in vobis.

o Quia ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, &c.] scilicet, Ierusalem, quia notus in Iudæa, quasi boni Iudæi captiuati sunt, & Prophetæ & illi qui se sponte reddiderunt.

p Non eritis immunes] mali Iudæi, & aliæ gentes, qui non habetis Dominum nisi idola. *q* Gladium enim ego voco, &c.] Ecce expositio quam vocauerat, scilicet, calicem.

● *Thren.* 1. d. O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Hunc calicem iubetur sumere Prædicator, & cunctis gentibus propinare, vt bibant, quia primò debet in se Prædicator assumere Passionis imitationem, & postea eam alijs prædicare.Sed calicem Domini pauci volunt bibere, ac si leprosus esset,aut excommunicatus.*Isa.* 53.b.Vidimus eum quasi leprosum,vnde nec reputauimus eum.Sed calicem mũdi multi libenter bibunt. *Infrà* 51. a. Calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, i. omnes terrenos,de vino eius biberunt omnes gentes,& commotæ sunt. Item calix Domini est triplex, scilicet, Gaudium æternum, qui est calix vini meri. Alius pœna æterna, qui calix plenus fæcis, hunc bibent omnes peccatores terræ. Tertius est pœnitentia præsentis vitæ. Primus & tertius sunt in manu Domini. Vndè. Calix in manu Domini vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc. Primus ergo calix est vini meri. Secundus fæces puræ, & furoris Domini, de quo hic. Tertius vini mixti qui conuertetur in merum. Vndè *Ioan.* 16.d.Tristitia vestra vertetur in gaudium. *g* Bibite & inebriamini.] Hoc dicitur contra † potatores. *Isa.* 5. c. Væ qui consurgitis manè ad sectandam ebrietatem & potandum vsque ad vesperum.*Isa.* 58. b Sacerdos & Propheta nescierunt præ ebrietate,absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, ignorauerunt Iudicium, omnes mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque,ita vt non esset locus vltra. Vel.

Mysticè.

Calix Domini triplex.

F

Psal. 74.

Ioël. 2. c.

Amos 1. a.

Al. † peccatores.

g Bibite] per peccati perpetrationem. *h* Inebriamini, per eius repetitionem.

i Vomite] per eius manifestationem.

k Cadite] per desperationem.

l Nolite consurgere] per præsumptionem De primò *Ioël.* 1 b. Vlulate & flete,qui bibitis vinum in dulcedine,id est, peccatum facitis ex libidine. De secundò, *suprà* 2.g. Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas. De tertiò. *Isa.* 3. b. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt,nec absconderunt. De quartò, *Prou.* 18. a. Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. De quintò *Eccl.* 5. b. Ne dicas, miseratio Dei magna est,multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo citò proximat, & in peccatores respicit ira illius.

m Cumque noluerint accipere calicem,&c.] id est,si noluerint hic facere pœnitentiam, in futuro facient, velint, nolint.

o Quia ecce in ciuitate in qua inuocatum est, &c.] *Infr.* 49. c. Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris? Non eris innocens, sed bibens bibes. 1. *Petr.* 4. d. Si primum à nobis, quis finis illorum qui non credunt Euangelio? si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? *Luc* 23. c. si in viridi hæc faciunt, in arido quid fiet? *Isa.* 34. b. Quoniam in cœlo inebriatus est gladius meus, ecce super Idumæam descendet & super populum interfectionis meæ. *Isa.* 32. c. Super limen populi mei spinæ & vepres ascendent, quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis. *Iob.* 2. c. Saniem testa radebat. Illi *Gregorius.* Hic pensent reprobi quanta pœna sint puniendi, quanta enim suplicia expectabit iniquus, cum sic puniatur qui à Iudice laudatur. *r* Dominus de excelso rugiet.] Loquitur de Deo per metaphoram Leonis, qui quando esurit, rugit & tunc animalia fugiunt gressus suos, & Leo tunc deuorat,quandocũque voluerit, quia sic Dominus quoscumque volet, destruet, nec est, qui ab eo possit aufugere, vel ei resistere, vel quos destruit defen-
dere. *Amos* 3.b.

Mysticè. *r* Dominus de excelso rugiet, & cæt.] Decor Domini sunt religiosi, & Clerici. *Psalm.* 92. Dominus regnauit, decorem indutus est, &c. Hi enim sunt propriè vestis Domini. *Prou.* 31. d. Fortitudo & decor indumentum eius. Sed heu iam pro maxima parte egressus est à filia Syon omnis decor eius, vt dicitur *Thren.* 1.b. *Isa.* 49. c. Omnibus his velut ornamento indueris. Modò rugit Dominus super istos, vt suscitet eos, sicut Leo catulos suos. Vocat enim, & rogat per Prædicatores. Sed in fine rugiet super eos, sicut ferus. His enim duabus de causis rugit leo. *Mysticè.*

e Dominus de excelso rugiet] quia Pater omne iudicium dedit Filio qui iustificatus hic quieuit.

● Et de habita-

a dere. *Amos.3.b* Leo rugiet, quis non timebit? *n* Et de habitaculo ſancto ſuo,] id eſt, de cœlo Chaldæi habebant à Domino, non à ſe potentiam deſtruendi Iudæos, & alias gentes ſecundùm illud *Ioan.9.b.* Non haberes in me poteſtatem, niſi tibi datum eſſet deſuper. Per rugitum ergo Domini ſignificatur iudicium furoris eius, quod rugiet ſuper prædictas gẽtes. *b* Dabit vocem ſuam,] quia hic furor prædicatus, cunctos terrebit audiẽtes. *c* Rugiens rugiet ſuper decorem ſuum,] id eſt, Templum, vel Sacerdotes, à quibus cultus Dei, qui eſt eius ornatus in Templo celebratur. *d* Celeuma quaſi calcantium concinetur,] ſcilic. à Babyloniis vaſtãtibus. *e* Aduerſus omnes habitatores terræ] Mos erat in Palæſtina, quòd Paterfamilias poſtquam collegerat totam vindemiam in cellariũ ſuum, familiæ ſuæ, & omnibus vindemiatoribus faciebat magnum conuiuium, & poſt prandium pro lætitia de abundanti collectione fructuum, cantabant, & cantilenæ illæ dicebantur celeuma. Vndè *Infr.48.e.* Super meſſem tuam, & vindemiam tuam prædo ruit, ablata eſt lætitia, & exultatio de Carmelo, & de terra Moab, & vinum de torcularibus ſuſtuli, nequaquam calcator uuæ ſolitum celeuma cantabit. Vult ergo hic dicere, quòd deſtructores Iudæorum præ gaudio cantabunt in ſanguinis Iudæorum, & aliarum gentium deſtructarum effuſione; ſicut vindemiatores pro copioſitate finita vindemiâ; ſic & nautæ gaudent viſa terra, vel portu ad quem tendunt. Et vocatur celeuma canticum lugubre, quia canticum erat in deſtruentibus, cùm eſſet luctus in deſtructis.

& *a* de habitaculo ſancto ſuo *b* dabit vocem ſuam: *c* Rugiens rugiet ſuper decorem ſuum, *d* Celeuma quaſi calcantium concinetur *e* aduerſus omnes habitatores terræ. *f* Peruenit ſonitus vſque ad extrema terræ: quia *g* iudicium Domino cum gentibus *h* Iudicatur ipſe cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus exercituum. *i* Ecce afflictio egredietur de gente in *k* gentem, & *l* turbo magnus egredietur à ſummitatibus terræ, & *m* erũt interfecti Domini, in die illa *n* à ſummo terræ vſque ad ſummũ eius. Non plangentur, & non colligentur neque ſepelientur, in *o* ſterquilinium ſuper faciem terræ iacebunt. *p* Vlulate paſtores, & *q* clamate, & *r* aſpergite vos cinere *ſ* optimates gregis: *t* quia completi ſunt dies veſtri, vt interficiamini, *u* & diſſipationes veſtræ, & *x* cadetis quaſi vaſa pretioſa. Et *y* peribit fuga à Paſtoribus, & *z* ſaluatio, ab optimatibus gregis. *a* Vox clamoris Paſtorum, & vlulatus optimatum gregis: *b* quia vaſtauit Dominus paſcua eorum, *c* & conticuerunt arua pacis *d* à facie iræ furoris Domini. *e* Dereliquit quaſi Leo † tabernaculum ſuum: Quia facta eſt terra eorum

f Peruenit ſonitus, &c.] ſcilicet, celeumatis, id eſt, præmiſſi carminis.

g Quia Iudicium Domino cum gentibus] deſtructionis in præſenti, & damnationis in futuro. *h* Iudicatur ipſe cum omni carne,] i. iuſtus apparebit in punitione omnis carnis, ſ. quem puniet: quia nihil eis faciet niſi ſecundum quod meruerunt.

Myſticè. ☉ *a* Et de habitaculo ſancto ſuo] quia ſancti qui hic fuerunt Templum eius, iudicabunt cum eo. Rugitus emiſſio, erit illa vox. Ite maledicti, &c. Vocis datio, erit illa: Venite benedicti, &c. De his duobus *Iſa.30.g.* Auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachij ſui oſtendet in comminatione furoris, & flammæ ignis deuorantis. *Matth.25.*

d Celeuma quaſi calcantium concinetur] Calcantes ſunt iuſti, Qui modò ſicut muſtum calcantur, ſed in fine calcabunt hoſtes ſuos. *Mal. vlt. 2.* Salietis ſicut vitulus de armento, & calcabitis impios cum fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorum. Celeuma autem calcantium quod concinetur aduerſus omnes peccatores, erit gaudium quod habebunt de iuſta Dei ſententia. Vndè *Pſal.57.* Lætabitur iuſtus cùm viderit vindictam. *Apoc.14.d.* Miſit Angelus falcem ſuam & vindemiauit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum, & calcatus eſt lacus, extra ciuitatem. Ecce calcatio. Et poſt ſequitur canticum. *Apoc.15.a.* vbi dicitur. Vidi ſtantes ſuper mare vitreum habentes cytharas Dei, & cantantes canticum Moyſi ſerui Dei, & canticum Agni dicentes, Magna & mirabilia ſunt opera tua Domine Deus omnipotens, iuſtæ & veræ ſunt viæ tuæ Domine Rex ſæculorum. *Iſa.24.e.* Cùm glorificatus fuerit Dominus ſcilicet, de eis, hinnient de mari, id eſt, de pœna malorum gaudebunt. *i* Ecce afflictio egredietur de gente] Chaldæorum.

Ad literam. *k* In gentem] Iudæorum.

l Et turbo magnus egredietur à ſummitatibus terræ,] i. à Babyloniis, qui ſunt quaſi in extrema parte mundi propter eorum remotionem. Vel hoc dicit, quia omnes vndique nationes à Chaldæis deſtruentur.

m Et erunt interfecti Domini, &c.] id eſt, interfecti imperio, & voluntate Domini. *n* A ſummo terræ vſque ad ſummum eius] quaſi omnes per circuitum nationes deſtruentur à Babyloniis, & ipſi etiam à Medis, & Perſis. Simile *ſupr.12.c* Gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum eius.

o In ſterquilinium ſuper faciem terræ iacebunt] ſimile *ſuprà 8.a.* Non colligentur & non ſepelientur, in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt. *ſup.7.g* Erit morticinum populi huius in cibum volucribus cœli, & beſtiis terræ. Ex hoc autem loco, vbi dicit: Afflictio egredietur de gente in gentem, ſumpſit Dominus illud. *Matth.24.a.* Conſurget gens aduerſus gẽtem, & Regnum aduerſus Regnũ. *p* Vlulate Paſtores,] ſcilicet, vos ſcribæ & Phariſæi Iudæorũ vlulate pro peccatis propriis, pro quibus punIemini. *Al.* † umbraculum.

q Et clamate] pro peccatis ſubditorum, quos cuſtodire debebatis. *r* Et aſpergite vos cinere,] Id eſt, humilitate ſcilicet, Optimates gregis,] i. Principes populi, ſicut Duces, Reges, quaſi, magnum dolorem habebitis interiùs, & exteriùs.

t Quia completi ſunt dies veſtri,] id eſt, complebuntur, vt ſumatur hic completio, non conſummationis, vel impletionis, quomodo impleti dicuntur dies bonorum, ſed terminationis, & conſumptionis, Contra enim primam completionem dicitur potiùs de malis. Viri impij non dimidiabunt dies ſuos. *Pſal. 53.*

u Et diſſipationes veſtræ.] Id eſt, tempus diſſipationis.

x Et cadetis, quaſi vaſa pretioſa,] id eſt, irrecuperabiliter: quia quanto ante digniores eratis cæteris gentibus, tantò deſtructio veſtra damnoſior erit & vilior. Omnes enim aliæ gentes, quaſi viles erant in comparatione duarum tribuum, quæ habebant cultum Dei.

y Et peribit fuga a Paſtoribus,] quaſi non poterunt fugere. *z* Et ſaluatio ab optimatibus gregis,] id eſt, non poterunt ſaluari ab Ægyptiis.

Moral. Moraliter dicitur Prælatis. *p* Vlulate Paſtores,] quod eſt luporum; ipſi enim ſunt lupi, quia rapaces. Etſi enim aliqui veniunt in veſtimentis ouium, interiùs tamen ſunt lupi rapaces. *Ezech.34.a.* Lac comedebatis, & lanis operiebamini, quod craſſum erat occidebatis, gregem autem meum non paſcebatis. *r* Et aſpergite vos cinere] quia cinis, & cilicium arma ſunt pœnitentium. *Mich.1.c.* In domo pulueris puluere vos conſpergite. *x* Et cadetis quaſi vaſa pretioſa] Vas pretioſum & carius emitur, & diligentius cuſtoditur, & in eius caſu maius damnum incurritur, & difficilius reparatur; ſic in caſu Prælati. Vndè *Iſa.22.g.* In illa die auferetur paxillus, qui erat in loco fideli, & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat ex eo, id eſt, animæ ſubditorum, quæ dependent ex Prælato. Vndè *Iudit.8.c.* Et nunc fratres quoniam vos qui eſtis Presbyteri in populo Dei, ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium veſtrum corda illorum dirigite. Vas pretioſum etiam eſt quilibet homo ſanguine Chriſti redemptus. *1. Cor.6.d.* Empti eſtis pretio magno.

y Et peribit fuga, &c.] In iudicio nullus poterit fugere, euadere, vel latere à facie Iudicis. *Amos 2. d.* Peribit fuga à veloci, & fortis non obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus non ſaluabit animam ſuam, & arcum tenens non ſtabit, & velox pedibus ſuis non ſaluabitur, & aſcenſor equi non ſaluabit animam ſuam.

a Vox clamoris, &c. ſcilicet, audietur quòd clamabunt præ dolore. *b* Quia vaſtauit Dominus paſcua eorum,] Seruat metaphoram Paſtorum. Vndè per paſcua ſignificantur omnes ciuitates & poſſeſſiones eis ſubditæ. *c* Et conticuerunt arua pacis,] i. ſterilia erunt tempore pacis propter ſui fructuoſitatem, vel fructuum ſuorum abundantiam, quaſi loquebantur pacem, ad concordiam homines incitabant, & mutuum amorem. Alia litera habet: ſpecioſa pacis. Tempore enim pacis arua ſpecioſa ſunt: quia culta & arboribus, & ſiluis, & fructibus ornata.

d A facie iræ furoris Domini,] id eſt, à præſentia exercitus Babylonici. *e* Dereliquit quaſi Leo tabernaculum ſuũ.]

a Benè patet

a Benè patet, quod Dominus iratus est, quia dereliquit, &c. Quando leo est in aliqua fouea, tunc nullum aliud animal audet ibi intrare; sic quando in illa terra erat Dñs, i. quando illi boni erant, & Dei seruitio dediti nullus ingrediebatur terram illorum, sc. ad vastandum, sed quæ dereliquerunt terrá suam meritis suis exigentibus, vel cùm ab eis Dominus recessit, tunc A ingressæ sunt aliæ gentes ad dissipándam istam terram. Vnde dicit Dominus, *sup*. 12. b. Dimisi domum meã, dereliqui hæreditatem meam. Et ideo ipso deserẽte eam, statim datur aliis gentibus, iuxta illud *Isa*. 56. ẽ. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus *Is*. 1. c. de hac desertione dicitur: Derelinquetur filia Sion, sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas quæ vastatur.

a in desolationem b à facie iræ Columbæ, c & à facie iræ furoris Domini.

C A P. X X V I.

IN principio Regni Ioachim filij Iosiæ Regis Iuda, factum est verbum istud à Dño, d dicens: Hæc dicit Dñs. e Sta in atrio domus Domini, f & loqueris ad omnes ciuitates Iuda de quibus veniunt vt adorent in domo Dñi, vniuersos sermones quos ego mãdaui tibi, vt loquaris ad eos. g Noli subtrahere verbum, h si fortè audiant, & conuertatur vnusquisque à via sua mala, & i pœniteat me mali, quod cogitaui facere eis, k propter malitiam studiorum eorũ. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus. l Si non audieritis me vt m ambuletis in lege mea quam dedi vobis, vt audiatis sermones seruorum meorum Prophetarum quos ego misi ad vos n de nocte consurgens, o & dirigens, & non audistis, p dabo domum istam q sicut Silo, r & vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.

a In desolationem] scilicet, prædictis bestiis cuncta vastantibus.

b A facie iræ Columbæ.] Sicut in his regionibus hirundines ad calidas regiones deuolant, & in æstate redeunt, & sicut Columbæ à Palæstina versùs Aquilonem transuolant in æstate, & in hyeme in Palæstinam redeunt. Sic Nabuchodonosor ab Aquilone venit in Palæstinam, vt in ea faceret hyemem captiuitatis, & ideo dicitur Columba. Vel sicut Columba non habet potestatem nocendi aliis auibus, sic Nabuchodonosor à se habuit non potestatem nocendi Iudæis. Item in Palæstina in domibus nobilium nutriuntur columbæ, quando autem debent longius recedere, & si fortè non possunt propter aliquod impedimentum ad suas ciuitates reuerti illi nobiles, vel nuncios mittere, ligant literas collo Columbæ, quæ dimissa redit ad locum vbi nutrita fuerat, & sic Domini sui nesciens facit mandatum. Sic Nabuchodonosor quasi nescius fecit imperium Domini. Vel ideo fortè, quia in vexillis Nabuchodonosor, & exercitus eius erat signum Columbæ depictũ. Vel per Antiphrasim, quia crudelis erat, vt *sup*. 6. f. Crudelis est, & non miserebitur. Columba autem mansuetissima est, ideo felle caret. Sic & lucus dicitur nemus per antiphrasim. Vel. A facie iræ Columbæ, *Greg*. in Moralibus. Vt vim diuinæ districtionis imperturbabilem demonstraret, & irã dixit, & Columbæ, quia non nisi mansuetus punit. Ideo dicitur *Sap*. 12. c. Cum tranquillitate omnia iudicat, etiam in Inferno, quia citra meritum puniet.

c Et à facie iræ furoris Domini, id est, à præsentia.

E X P O S I T I O C A P. X X V I.

IN principio Regni Ioachim, &c.] In præcedenti capitulo prophetauit contra omnes gentes vniuersaliter. In hoc autem specialiter prophetat contra Iudæos, quos per Chaldæos destruendos comminatur. Fuit autem hæc visio prior præcedente, quia illa facta fuit in quarto anno Ioachim regis Iuda, hæc autem fuit facta in primo anno eiusdem. Et diuiditur hoc capitulum in quinque partes. Primò, præcepit Dominus Prophetæ, vt stet in domo Domini prophetans populum, & ciuitatem, & Templum, sicut Silo à gentibus esse destruendũ. Secundò, capitur Propheta à pseudoprophetis, & Sacerdotibus iratis, eo quòd prædiceret religionem eorum destruendam, *ibi*: Et audierunt Sacerdotes. Tertio, Sacerdotibus & pseudoprophetis accusantibus Ieremiam ad Principes, reddidit Ieremias rationem pro se ad Principes, & totum populum, dicens se nunciare à Domino ea quæ dicebat, *ibi*: Et ait Ieremias. Quartò, Principes & omnis populus auditá ratione Ieremiæ, dixerunt ad Sacerdotes, & Prophetas qui Ieremiam accusabãt: ipsum Ieremiam non esse dignũ morte, exemplo Michææ ostendentes, qui eadem prædicauit tempore Ezechiæ, nec aliquid mali habuit propter hoc, sed potius pœnituit populus, & Dominus propitiatus est illis, *ibi*: Et dixerunt Principes. Quintò, aliud exemplum ponunt de Vria propheta quem occidit Ioachim de Ægypto, quia prophetauerat contra ciuitatem, in quo reprehensibilis manifestè fuit, sic & modò si Ieremiam occiderent, *ibi*: Fuit quoque vir, &c. Dicit ergo. d In principio, &c dicens] ad Ieremiam.

e Sta in atrio domus Domini.] Ad literam, vt melius, audiant. f Et loqueris ad omnes, &c.] id est, ad viros omnium ciuitatum Iudæ.

Vel Mysticè. e Sta in atrio,] id est, in latitudine charitatis, vt se etiam ad inimicos extendat. Vnde *Luc*. 10. a. d. Misit illos binos ante faciem suam. B Nemo prædicationis officium suscipere debet, qui erga aliũ charitatem non habet. *Psal*. 121. Stantes erãt pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. Vel, Sta per vitæ & doctrinæ eminentiã. [Sta,] Nota, stando prædicandum est laicis, sedendo autem religiosis. Vnde Dominus sedendo discipulis prædicauit. *Matth*. 5. a. Stando autem turbis, *Luca* 6 c. Illi enim ad laborem, isti ad quietem exhortandi sunt. g Nolite subtrahere verbum.] licèt triste sit eis, & licet propter hoc contra te sæuiant, quasi, toti in die & veritatem non abscondе. Vnde *Prou*. 11. d. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Quia *Ezech*. 3. e. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris vt auertatur à via sua impia, & viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requirã. *Greg*. Magnum discrimẽ est, Dei tacere sermones, vel pigritiá, vel adulatione, *infrà* 48. b. Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. *Greg*. Gladium à sanguine prohibere prædicationis verbum à carnalis vitæ interfectione retinere. Vnde *Deut*. 32. f. Gladius meus deuorabit carnes. De quo *Ephes*. 6. c. Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Ideo dicit Paulus, *Act*. 20. f. Contestor vos hodiernã die, quia mũdus sum à sanguine omnium, non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis. Et *post parum*: Vigilate memoria retinentes, quoniam per triennium non cessaui nocte, & die cũ lachrymis monens vnumquẽque vestrũ. Ideo *sup*. 1. b. Ad omnia ad quæ mittam te ibis, & omnia quæ mandauero tibi loqueris, quasi nihil subtrahas. Sic & dixit *Mich*. 3. *Reg*. *vlt*. c. Viuit Dominus, quia quæcunque dixerit mihi Dominus, hæc loquar. h Si fortè audiant, & conuertantur, &c.] id est, exaudiant. Li [fortè] non est dubitatiuum, sed est nota euentus, & libertatis arbitrij. *Ezec*. 3. c. Vade ad transmigrationem ad filios populi mei, & loquaris ad eos, si fortè audiant, & quiescant. i Pœniteat me mali, &c.] i. faciam quod pœnitens solet facere, s. mutando sententiam, *supr*. 18. b. Si pœnitentiam egerit gens ista à malo, quod locutus sum aduersùs eam, agam & ego pœnitentiã super malo quod cogitaui, vt facerẽ ei. k Propter malitiam studiorum eorum,] quæ si mutauerint mutabo & ego sententiam quam aduersus eos comminatus sum. Quo facto in veritate nihil mutatur ex parte Domini, quia non comminatur sententiam nisi sub conditione hac, scilicet si non pœnituerint.

l Si non audieritis me] cordis attentione, & humilitatis obedientia. m Vt ambuletis in lege mea, &c.] operando benè secundùm legis instructionem, quasi in potestate vestra est facere benè vel malè. Et ideo ad innuendum hãc libertatem, dixit. n De nocte consurgens, scilicet, in Prophetis. Vnde *supr* 25. a. Misit ad vos omnes seruos suos Prophetas, quos Dominus compellebat surgere de nocte, vt sic in manè venirent ad templum dum esset ibi populus. In longinquis enim, & remotis locis erant Prophetæ. Vnde spatium temporis lapsum erat, quando accipiebant iter ire Ierusalem, antequam ibi essent, scil. in Ierusalem in Templo.

o Et dirigens, & non audistis] scilicet, nuncios meos ad vos, id est, Prophetas.

p Dabo domum istam.] id est, Templum q Sicut Silo,] vbi fuit tabernaculũ, vt dicitur 1. *Reg*. 4. d id est, sicut ille locus desertus, est, & tabernaculum inde sublatum, vt dicitur 2. *Reg*. 24. d. Constructo enim templo in area Iebusei, cessauit religio Silo, nec post celebrata sunt ibi sacrificia.

r Et vrbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.] post Templi destructionem.

Mysticè. q Sylo,] interpretatur auulsio, vel vbi est

a Et audierunt Sacerdotes, & Prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Dñi. *b* Cumque cōplesset Ieremias loquens omnia quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuersum populū, *c* apprehenderunt eum Sacerdotes & Prophetæ, & omnis popul⁹ dicēs, *d* Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine Dñi dicēs, *e* sicut Silo erit dom⁹ hæc, & vrbs ista desolabitur eo quod non sit habitator? Et *f* congregatus est omnis populus aduersùs Ieremiam in *g* domo Domini. *h* Et audierunt Principes Iuda verba hæc, *i* & ascenderunt de domo Regis in domum Dñi, *k* & sederūt in introitu portæ domus Dñi nouæ. Et locuti sunt Sacerdotes & Prophetæ ad Principes, & ad † omnē populū, dicētes, *l* Iudiciū mortis est viro huic quia prophetauit aduersū ciuitatē istam, sicut audistis auribus vestris. Et ait Ieremias ad omnes Principes, & ad vniuersum populum dicens, *m* Dominus misit me, vt prophetarem ad domum istam & ad ciuitatem hanc omnia verba quæ audistis. *n* Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, *o* & audite vocem Domini Dei vestri, & pœnitebit Dominū mali, quod locutus est aduersum vos. *p* Ego autē ecce in manibus vestris sum, facite mihi, quod bonum & rectū est in oculis vestris. *q* Veruntamen scitote & cognoscite, quod si occideritis me, *r* sanguinem innocentē tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatem istam & habitatores eius. *ſ* In veritate enim misit Dominus ad vos vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. Et dixerunt Principes, & omnis populus ad Sacerdotes & Prophetas. *t* Non est viro huic iudicium mortis, quia in nomine Dñi Dei nostri locutus est ad nos. *u* Surrexerūt ergo viri de senioribus terræ

al. † vniuersum.

a ipsa, & significat Ecclesiam, quæ olim fuit habitaculum Domini, sed nunc auulsa est pro magna parte a Deo. Vnde rectè quæritur, vbi est ipsa. *Genes.* 3. b. Adam vbi es? Adam interpretatur terrenus, quia Ecclesia modo non vacat nisi terrenis, & ideo data est in maledictionem, & derisionem cūctis gentibus. Simile *sup.* 7. c. Quia locutus sum ad vos, & non audistis, vocaui & non respondistis, faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meū, sicut feci Silo, & proijciam vos a facie mea. Vel allegoricè, in hoc significatur quod institutā Ecclesiā, & spiritualibus sacrificiis, cessauerunt cultus cæremonialium, & dati sunt in maledictionem omnes Iudæi, qui sub lege post Euāgelium se subiugauerunt. A qua maledictione liberauit nos Christus factus pro nobis maledictum, vt dicitur *Gal.* 3. b. *a* Et

Allegoricè.

C

D audierunt, &c.] quia eum obseruabant, sicut multi obseruabāt Prædicatores, vt eis detrahant. Vnde. *Luc.* 14. a Cùm intrasset Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorum Sabbato, vt manducaret panem & ipsi obseruabant eum. *Ioan.* 15. c. Si sermonem meum seruauerunt, id est, obseruauerunt.

b Cumque complesset Ieremias.] Multi obseruatores modò non expectant, quod compleatur sermo prædicantis, quando eis displicet, imò aliquis sonat cāpanas, vel huiusmodi alia facit, vt dimittatur sermo, *Act.* 21. c. Illi qui de Asia erant Iudæi, cùm vidissent Paulū in tēplo, concitauerunt omnem populū & iniecerunt ei manus, clamantes, Viri Israelitæ adiuuate, hic est homo qui aduersus populum & legem, & locum omnes vbique docens, & Gentiles induxit in Templum, & violauit istum sanctum locum.

c Apprehenderunt eum, &c.] pseudo, qui contraria prædicationi Ieremiæ prædicabant. Auari enim erant, & non poterant sustinere templi desolationem, quam Ieremias futuram prædicabat.

d Morte moriatur.] quia maiores concitabant minores contra Prophetam, sicut contra Dominum in passione. Vnde *Amos* 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentē perfectè abominati sunt. *e* Sicut Silo erit, &c. quia maximum excessum dixit, & vituperium, magis tamen dolebant de temporalium amissione, scilicet, oblationum quas recipiebant in Templo a populo, quam de spiritualium damnificatione. *f* Et congregatus, &c.] Ecce cōcurrit populus audire, vel videre iusti condemnationem. Sicut *Dan.* 13. d. concurrebant omnes ad condemnationem Susānæ. *g* In domo Dñi.] quia ibi erat Ieremias. *h* Et audierunt Principes Iuda, &c. de domo Regis,] quæ erat propè templum. *i* Et ascenderunt,] quia in altiori loco erat Templum quam domus Regia. *k* Et sederunt in introitu, &c.] Fortè tunc erat ibi domus noua, in cuius porticu audiebantur causæ. Vnde dicitur noua, ad innuendum, quod nouitati, id est, bono operi ibi intendebant, scil. iudicüs & causis discernendis ad faciendum iustitiam, impios condemnando, & iustos approbando. In hoc autem quod dicit, sederunt, innuitur, quòd sedendo debent audiri causæ, & iudicia dari, & in loco publico. Vnde *Deut.* 18. d. Iudices, & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicent populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. *l* Iudicium mortis est, &c.] Simile de Paulo, *Act.* 22. c. Leuauerunt vocem suam dicentes tolle de terra huiusmodi hominem, non enim fas est eum viuere. Similem etiam accusationem quam isti fecerūt apud Principes aduersus Ieremiā, fecerunt Iudæi Paulo, *Act.* 25. f. Vnde dicitur ibi, quod cùm tota esset ciuitas commota aduersus eum, & quærerent eum occidere, nunciauerunt Tribuno dicentes quòd in eum confunditur tota Ierusalem; qui statim assumptis militibus decurrit ad illos, & iussit catenis illum alligari. Secundū autem Ieronym. cum iste accusaretur apud Principes à Sacerdotibus & Prophetis, patet quod si illi habuissent potestatem condemnandi, cōdemnassent. Vnde ipsi crudeliores fuerunt qui tamen religioni dediti erant, quam qui necessitatibus sæcularib⁹ præerāt, quia peiores sunt clerici quam laici. Et nota, quòd isti Principes non statim acquieuerunt accusantibus Ieremiam, licèt accusatores illi, & Sacerdotes essent, & multi, quòd est contra quosdam magnos qui nimis citò credunt quibuslibet in accusatione viri. Contra *Iob* 29. c. Causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam. *Ecclesi.* 19. a. Qui credit citò, leuis est corde.

Sup. 7. a

m Dominus misit me, &c.] Hic Propheta illis eum accusantibus ad Principes, & populum loquitur quem illi concitauerunt. Et hoc prudenter, humiliter, & constanter. Prudenter cum dicit.

n Nunc ergo bonas, &c.] id est, studete benè agere, & abstinete à malis præteritis.

o Audite vocem Domini Dei vestri, &c.] In datione enim tam salubris consilij apparet responsionis suæ prudentia. *Ecclesi.* 20. b. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit. *Ibi.* d. Sapiens in verbis producit seipsum, & homo prudens placebit Magnatis. Humiliter cum dicit.

p Ecce autem ecce in manibus vestris sum, &c.] *Eccl.* 4. Coram magnate humilia caput tuum. *Prou.* 15. a. Responsio mollis frangit iram, *Eccl.* 6. a. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis in bono homine abundabit. Vtinam Sacerdotes, qui cum conscientia peccati mortalis celebrant, vnius verbi essent memores, quia dicit eis Christus: In manibus vestris sum, &c.

q Veruntamen scitote, & cognoscite, quod si occideritis me, &c.] Indignè enim sumentes, & præcipuè celebrantes, quantum in ipsis est ipsum occidunt, 1. *Corinth.* 11 f. Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem Domini indignè, &c.

r Sanguinem innocentem tradetis, &c.] sanguinem mei innocentis. Constanter cùm dicit. *ſ* In veritate enim misit me Dominus, &c.] quasi ex quo Dominus ita præcipit, non possū nō dicere quæ præcipit. *Act.* 4. d. dixerūt Petrus & Ioannes. Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, iudicate, non enim possumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui.

t Non est viro huic iudicium mortis, &c.] quasi oportebat eum dicere, quod Dominus ei præceperat. Ita iustè iudicantes faciunt quod dicitur eis *Prou.* 24. b. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitū liberare non cesses. *Eccl.* 4. b. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi & non acidè feras in manu tua. In iudicando esto pupillis misericors, vt pater, & pro viro matri illorum, & eris tu velut filius Altissimi. Sic Moyses liberauit Hebræum de manu Ægyptij, *Exod.* 2. b. quando vidit Ægyptium percutere Hebræum. *Iob.* 29. c. Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. *Ibidem.* Benedictio perituri super me veniebat. *u* Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ] quorum est nosse antiqua gesta, & eorum

a rationes

A rationes explicare. *a* Et dixerunt ad omnem cœtum populi loquentes] non ad sacerdotes, vel prophetas, ne erubescerent & obstinationes fierent si ad illos loquerentur. Multum enim illorum dolor augmentatus erat pro responsione Principum. *b* Michæas,] qui est vnus

F de duodecim Prophetis. *c* De Morasthin.] nomen est vici. Et ostendit per hunc Ieremiam non esse occidendum, quia iste grauiora dixit & tamen Rex iustus non occidit eum. *d* In diebus Ezechiæ Regis Iuda vt *Mich* 1. *e* Sion quasi ager arabitur.] *Mich.* 3. d. *g* Nûquid morte condemnauit, &c.] qui bonus & iustus fuit. *h* Et omnis Iuda,] quasi, non.

al. non habet † Domini.

a & dixerunt ad omnem cœtũ populi loquentes, *b* Michæas *c* de Morasthin fuit Propheta in *d* diebus Ezechiæ Regis Iuda, & ait ad omnem populum Iudę, dicẽs: Hæc dicit Dominus exercituum *e* Sion quasi ager arabitur, *f* & Ierusalem in aceruum lapidum erit, & mons domus † Dñi in excelsa siluarũ. *g* Nũquid morte cõdemnauit eũ Ezechias Rex Iudæ, *h* & omnis Iuda? *i* Nunquid non timuerunt Dñm, *k* & deprecati sunt faciem Domini, *l* & pœnituit Dominum mali quod locutus fuerat aduersùm eos? *m* Itaque nos † facimus malũ grande contra animas nostras *o* Fuit quoque vir prophetes in nomine Dñi, Vrias filius Semei de Cariathiarim, & prophetauit aduersum ciuitatẽ istã, *p* & aduersum terrã hanc iuxta † vniuersa verba Ieremiæ Et audiuit Rex Ioachim, & omnes potentes, & Principes eius verba hæc, & quæsiuit Rex interficere eũ *q* Et audiuit Vrias, & timuit, *r* fugitque & ingressus est in Ægyptum. Et mi-

Ierusalem lapidem oneris cunctis populis. Item aceruus lapidum arari non potest, quia lapides vomeris ferrum retundunt, sic Clerici prædicationi resistunt. *Amos* 6. d. Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis? q. d. non. Vnde *Amos* 8. c. dixit quidam Sacerdos ad Amos in Bethel. Nõ adijcies vltra, vt prophetes, quia sanctificatio Regis est. Sic dicunt clerici, quod non indigent sermonibus, quia benè sciunt quid sit faciendum, non attendentes quod virtute verborum mutatur aliquando mala voluntas, & datur compũctio. Non enim propter scientiam, sed magis propter virtutem facienda, & audienda est prædicatio. Item Sion

al. † faciamus.

al. † omnia. G

i Nunquid non timuerunt Dominum? scil. audita comminatione Domini? quasi dicat, sic. Ita & vos facere debetis *k* Et Deprecati sunt faciem Dñi.] Ecce quod timor Domini facit orare, & veniam impetrare. Vnde *Eccl* 2. d. Qui timent Dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas Qui timent Dominum custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius dicentes: si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini. *l* Et pœnituit Dominum, &c.] id est, ad modum pœnitentis se habuit, quia mutauit sententiam. *m* Itaque nos facimus] Ecce quòd se annumerant cum eis vt magis illorum furorem mitigent, & peccatum non perpetrent. Sic & *Iudith* 8. b. se annumerat cũ Sacerdotibus, vt de peccato perpetrato pœniteat, dicens, quod patiens est Dominus, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiam eius cum lachrymis postulemus, non enim quasi homo sic Deus comminabitur, neque sicut filii hominum ad iracundiam inflammabitur, & ideo humiliemus ei animas nostras. *n* Malum grande contra animas nostras] occidendo Ieremiam, sed & magis pœniteamus, vt Dominus mutet sententiam, cum tamen eam protulit, non ignorans euentum finis, vt dicit *Iero*. Imò sicut hæc dictio, fortè, nota est liberi arbitrij, sic & hæc dictio, pœnitere, dicta de Deo non in eo aliquam mutationem dicit, sed in nobis libertatem arbitrij, quia vt dicit *Origenes*, in his liberum arbitrium notatur, ne ex præscientia Dei quasi facere quid, vel nihil facere necessitate cogamur, i. cogi videamur. Non enim quia Deus scit futurum aliquid, ideo futurum est sed quia futurum est, Deus nouit, sed contra *Aug in lib.* 15. de *Trin. cap.* 13. vniuersas creaturas & corporales & spirituales, non quia sunt ideo nouit, sed ideo sunt, quia nouit. Et *alibi*: Omnia quæ creata sunt, non ideo sciuntur à Deo, quia facta sunt sed potius ideo facta sunt, quia immutabiliter ab eo sciuntur. Præterea, sic creatum esset causa essentiæ Dei, cum eius notia sit eius essentia. Sol. Li, quia, notat causam quasi materialem, quia res sunt quasi materia scientiæ Dei, sc. de qua est scientia Dei, secundùm Aug. autem dicentem res ideo esse, quia Deus nouit, li, quia notat causam quasi formalem, vel exemplarem. Scientia enim artificis est causa quasi formalis, vel exemplaris eius, quod secundùm illam scientiam facit. Alij dicunt quod li, quia, notat quòd ad existentiam antecedentis sequatur necessitas consequentis, sic si res futuræ sunt, necesse est Deum prævidere illas, & non è conuerso. Sed contra. Hæc non est vera nisi coniunctim si res futuræ sunt, &c. Sed similiter hæc vera coniunctim, si Deus prævidet, &c. Solut. Cùm dicitur si res futuræ sunt, &c. i. si res quæ prius fuerunt futuræ modò sunt, necesse est Deum prævidere illas & tunc est verum coniunctim, & diuisim.

Mysticè. Mysticè. *o* Sion quasi ager, &c.] Sion interpretatur speculum vel mandatum. Ager est laicorum congregatio, qui tantum ad fidem, & obseruantiam mandatorum tenentur. Hi quasi agri arantur, quia vomere prædicationis versati fructum faciunt, *Osee.* 10. c. Arabit Iudas, & confringet sibi sulcos Iacob. *f* Et Ierusalem, &c.] i. clerici qui velut aceruus lapidum sine cemento, & ordine charitatis ad inuicem comprimuntur, nec terram in qua sunt fructificare sinunt. Vnde *Zach.* 12. a. Ponam

est anima pœnitens, quæ quasi ager aratur, quia austeritate pœnitentiæ atteritur, & inuersatur, vt afferat fructum in patientia, *infrà* 31. d. Postquam conuertisti me, egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Ierusalem autem est anima contemplatiua. quæ est in aceruum lapidum qui dicitur mons gaudij, quia per eam videtur terra ad quam itur per peregrinationem. Ad illam enim patriam tendunt omnes peregrini: Ibi enim quilibet ponit crucem, vnam, vt sic de crucibus fiat cumulus, per quas significatur cumulus Passionis Christi, quas sibi quotidie alligat inter vbera sua. *Cant.* 1. d. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, &c. Sion enim interpretatur speculũ, quod ligno affigitur, vt ibi homo seipsũ videat. Hæc est caro Christi Cruci affixa, in qua quasi in speculo debet seipsũ homo cõspicere, & mirari. *Sap.* 7. d. Cãdor est lucis æternæ, & speculũ sine macula. Sion ergo quasi ager arata fuit, quãdo caro Christi aratro Crucis, & vomere lanceæ transfixa fuit & fossa. In hoc agro sic arato iactare debemus semina nostra, i. cogitationes, meditationes, & affectiones, locutiones, operationes, vt fructum faciant gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro. De hoc agro *Gen.* 27. d. Ecce odor filii, mei, sicut odor agri pleni.

f Et Ierusalem in aceruum lapidum erit.] Sicut illud exponitur de Christi Passione, ita de Stephani lapidatione, qui post Christum, & proximè lapidatus est: Ierusalem *Act.* 7. 8. enim interpretatur visio, sic iste inter lapides torrentis dixit: Ecce video, &c. Ierusalem ergo aceruus lapidum fuit quando inter lapides Christum vidit. *o* Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini vrias filius Semei, &c.] Aliud exemplum ponit per contrarium. Bonus enim Rex Ezechias non occidit Michæam, sed pessimus Rex Ioachim occidit Vriam prædicantem ex ore Domini. Debetis ergo imitari bonum Ezechiam, non pessimum Ioachim, Ideo enim hoc exemplum inducit de Vria, vt sicut mala multa acciderunt malo Regi, quia prophetam occidit, & nihil ei in prosperum accidit; sic si Ieremiam occiderent, omnia aduersa eis accideren. Prophetauit autem iste Vrias in principio Regni Ioachim. *p* Et aduersùm terram hanc iuxta vniuersa verba Ieremiæ,] quasi eadem comminatus est ex ore Domini, quæ & ille. *q* Et audiuit Vrias] quod quæreretur ad mortem *r* Et timuit, fugitque & ingressus est Ægyptum, &c.] Quomodo Ieremias potuit euadere mortem à Principibus qui inter eos desolationem ciuitatis apertè prædicabat, cùm non fugerit & ille Vrias in Ægyptum fugiens postquam eadem prædicauit, inde extractus est & occisus? Solut. Secundum Iero. hoc iudicio Dei reseruandum est, cum in eadẽ causa, & eadem sentẽtia alius condẽnatus sit, & alius liberatus Vel potest dici, quod Dominus permisit illum occidi in condemnationẽ accusatorũ, & populi Ieremias autẽ Dei iudicio reseruatus est, vt reliquias Iudæorũ per prædicationem ad pœnitentiam reuocaret. Sicut in eadẽ sentẽtia & causa legimus *Act.* 12 a. & Iacobum occisũ, & tamẽ alios Apostolos adhuc vitæ reseruatos ad doctrinã populorũ. Cõstãtia autẽ Vriæ patet in hoc quod de Ægypto tractus, & ad occisionẽ ductus, non mutauit sentẽtiæ cõminationẽ quã protulerat, vt mortẽ euaderet, nec timore mortis tacuit veritatẽ. Iuxta illud *Io.* 13. c. Etiãsi me occiderit in eũ sperabo. Quod autẽ timẽs fugit in Ægyptũ, nõ

▲ infidelitatis eius fuit, sed magis prudentiæ vt detur nobis exemplum non frustra nos periculis offerre, nisi instet propter hoc fidei periculũ vniuersale. Vnde *Matth.* 10.c. Si vos persecuti fuerint in vnã ciuitatẽ, fugite in aliã. Sic & Iesus à facie lapidãtiũ se abscõdit, vt dicitur *Io.* 8.b. Et nota quod ideo quod Ioachim habuit potestatẽ educẽdi eum de Ægypto, quia à Pharaone Nechao fuerat cõstitutus Rex in Ierusalem pro Ioachaz fratre suo, s. primo filio Iosiæ, quem vinctũ duxerat Pharao in Ægyptum. Hæc autem prophetia Vriæ facta fuit in principio Regni Ioachim. *a* Igitur manus,] i. auxilium. *b* Aicham filij, &c.] qui nobilis valde erat, per quẽ Dominus Ieremiam liberauit. Interpretatur autem Aichã, fratris mei resurrectio, & significat quemlibet iustum, cuius consilio, & auxilio oppressi liberantur ab oppressionibus Tyrannorum. *Psalm.* 34. Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenum & pauperem à diripientibus eum Talis erat Dauid. Vnde 1. *Reg.* 22. a. Conuenerunt ad Dauid omnes qui erant in angustia cõstituti, & oppressi ære alieno & amaro animo & factus est eorum Princeps. Ieremia ergo sic liberato iustè, & illis pseudo iustè sic confusis impletur illud *Prou.* 11. a. Iustitia iustorum liberauit eos, & in insidiis suis capientur iniqui.

sit Rex Ioachim viros in Ægyptũ, Helnathan filium Achobor & viros cum eo in Ægyptum. Et eduxerunt Vriam de Ægypto, & adduxerunt eum ad Regem Ioachim & percussit eum gladio, & proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobilis. Igitur *a* manus *b* Aicham filij Saphan fuit cum Ieremia, vt nõ traderetur in manus populi, & interficerent eum.

C A P. XXVII.

IN *c* principio Regni Ioachim filij Iosiæ Regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiam à Domino dicẽs. Hæc dicit Dominus ad me *d* Fac tibi *e* vincula, & catenas, *f* & pones eas in collo tuo, *g* mittes eas *h* ad Regem Edon, & ad Regem Moab ad Regem filiorum Ammon, & ad Regem Tyri & ad Regem Sidonis *i* in manu nunciorum qui venerunt de Ierusalem ad Sedechiam regem Iuda, & præcipies eis vt ad dominos suos loquantur. Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israel. Hæc dicetis *k* ad dominos vestros. *l* Ego feci terram, *m* & homines, *n* & iumenta, quæ sunt super faciem terræ *o* in fortitudine mea magna, *p* & in brachio meo extento, *q* & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. *r* Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis *s* serui mei,

EXPOSITIO CAP XXVII.

IN principio Regni Ioachim, &c.] Prædicta visio facta fuit in primo anno Ioachim, filij Iosiæ. Hæc autem facta fuit tempore Sedechiæ qui fuit vltimus Rex Iuda, ad quem antè tempus obsidionis Ierusalem, miserunt nuncios suos multi Reges gentium, scil. Rex Edom, & Moab, & Ammon, & Tyri, & Sidonis, vt inirent cum eo consiliũ qualiter possent omnes sub Nabuchodonosor repugnare. Contra quos Ieremias prophetat in hoc capitulo, dicens omnes istos Nabuchodonosor seruituros, velint, nolint & frustra parare rebellionẽ. Et diuiditur hoc capitulũ in duas partes. Primò præcipit Ieremiæ, vt catenas ligneas ponat in collo suo, & mittat eas prædictis Regibus per Legatos eorum, mandans eis quod Nabuchodonosor sint seruituri. Et ne forte Legati, vel Reges prædicti dicerent, quare non dicit hoc Ieremias Sedechiæ, & populo Iudææ. Ideo secundo idem dicit Sedechiæ, & Sacerdotibus, & toti populo Iuda, s. quòd sint seruituri Nabuchodonosor, monens populum ne credant pseudo qui prospera promittebãt, *ibi*: Et ad Sedechiam. Nota, quòd hoc, quod dicit hic. In principio &c. dicit Ieron esse de præcedenti visione. Vnde secundum eum non est hoc capitulum, sed finis capituli præcedentis. Præcedens enim visio facta in principio Regni Ioachim. Incipit ergo hoc capitulum, *ibi*: Hæc dicit Dominus ad me. *d* Fac tibi vincula] in signum, quòd captiuandi sunt à Nabuchodonosor.

g Et mittes eas] per Legatos quos miserunt isti quinque Reges ad Sedechiam, vt inirent consilium quomodo simul Chaldæis resisterent. Et mittes eas inquam. *i* In manu nũciorum &c. & præcipies eis,) i. nunciis. *k* Vt ad dominos suos loquantur. Ego feci terram, &c.] Secundum ordinẽ rei gestæ in Genesi priùs fecit iumenta & omnia animantia terræ, sed hic sequitur ordinem dignitatis. *o* In fortitu-

Ps. 147. dine mea, & laus mea magna,] id est, in filio, de quo: Fortitudo mea, & laus mea Dominus. *p* Et in brachio meo extento scilicet filio, qui est brachium Patris *Isa.* 53. a Brachium Domini cui reuelatum est? *q* Et dedi eam ei, &c.] id est, homini qui ante peccatum placuit Deo, & post pœnitentiam illius, dominationi subdidit Deus terram, & omnia quæ in ea sunt. Vnde *Gen.* 1. d. Replete terram & subiicite eam & dominamini piscibus maris, &c. *Psa.* 8. Omnia sobiecisti sub pedibus eius, &c. Vel.

l Ego feci terram] Ecclesiam. *m* Et homines] clericos. *n* Et iumenta] laicos. *p* Et in brachio meo extento, sc. in cruce: *Prou.* 1. c. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Fecit ergo in fortitudine, creando, & in brachio extento recreando. Dedit, quia secundum Iero. humano generi omnia per gratiam sunt tributa 1. *Cor.* 3. d. Omnia vestra sunt 2. *Cor.* 3. b. Tanquam nihil habentes, & omnia possidẽtes. Vere enim pauperes omnia possidẽt, quia De⁹ quicquid volunt, facit, & nihil facit, quod non eis placeat. Vel hoc, quod dicit in fortitudine, potest referri ad Patrem, cui attribuitur potentia, & in brachio, ad Filium, licèt vtrumque possit ad Filium referri, quia ipse est virtus, & sapientia Dei patris, vt 1. *Cor.* 1. d. Omnia enim per ipsum facta sunt, vt dicitur *Ioan.* 1. a. Ipsa enim sapiẽtia fortitudo est, quia complementum virtutis vel fortitudinis. Ideo. *Eccles. nono* d. dicebat sapientiam meliorem fortitudine, & ideo sapientiæ filij benè attribuitur fortitudo. *r* Et nunc itaque ego dedi] ad tempus.

▲ Insuper &

Moraliter. *d* Fac tibi,] id est, ad vtilitatem tuam. *e* Vincula] donorum diuinæ largitatis, quæ nos vinciant amori Dei, scilicet, dona naturæ, fortunæ & gratiæ. Benè dicit, fac tibi, quia *suprà* 2. d. A sæculo confregisti iugum meum. Cùm tamen hic esset triplex funiculus, qui difficilè rumpitur, vt dicitur *Eccl.* 4. c. Ideo Dominus adhuc adiecit multiplicare vincula charitatis, qui bona sua non solum contulit, sed mala nostra pro nobis pertulit. Vnde *Osea* 11. b. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis. Quia furiosam fortitudinem habet quem tot vincula tenere, vel ligare non possunt. *Eccl.* 6. d. Vincula illius alligatura salutaris. Vel vincula hæc sunt mandata diuina, quia vinculis trahimur, & retrahimur, & cõstringimur. Vincula ergo attrahentia sunt præcepta affirmatiua. Vincula retrahentia prohibitiones. Vincula restringentia consilia vel admonitiones Præceptis illuc sæpè vrgemur, quò boni operis gressum sine difficultate non dirigimus, Prohibitionibus sæpe retrahimur, quò per desideriũ properamus. Admonitionibus cordium nostrorum fluenta restringimus, cùm voluntates nostras à licitorum vsu sæpè restringim⁹. Sed quosdam non ligãt hæc vincula, qui quasi pullos Onagri natos se liberos putant vt dicitur *Iob.* 11. c. De quibus *Isaia* 1. b. Vulnus, & liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Cũ tamẽ Samaritanus alligauerit vulnera sauciati *Luc.* 10. f. Vel vincula sunt flagella, quæ sunt tria similiter tentatio, scil. paupertas, infirmitas. *f* Et pones eas in collo tuo] magis quàm in alieno. *Eccl.* 6. c. Inijce pedem tuum in compedes illius, & in torques collum tuum. Vel vincula sunt obseruationes Religionis, s. disciplinarũ, ieiuniorum, vigiliarum, & huiusmodi. *Ezech.* 3. g. Fili hominis ecce ego dedi super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum, & linguam tuã adhærere faciam palato tuo. *Ioan.* vltim. f. Alius cinget te, & ducet quò tu non vis. Ista vincula sunt catenæ ligneæ, quas qui habet euadet ferreas, vt infrà proximo, s. pœnã Inferni *Psal.* 149. Ad alligandos Reges eorum in compedibus, &c. Ideo dicitur *Iob.* 6. e. Qui timet pruinam, irruet super eum nix. *Iob.* 20. d. Fugiet arma ferrea, irruet in arcum æreum. *h* Ad regem Edom, &c.] Per hos quinque Reges significantur quinque sensus, sicut & per illos quinque quos vicit Abraam, *Gen.* 14. c. & per illos quinque quos suspendit Iosue, *Iosue* 10. c. Qui debent ligari vinculis sapientiæ, ne nimiâ libertate dissoluti vagentur, sicut equus indomitus sine fræno. Ideo *Eccl.* 23. a. Animæ irreuerenti, & infrunitæ ne tradas me Domine.

r Et nunc itaque ego dedi, &c.] quia Diabolus Princeps mundi dicitur, vt *Ioan.* 14. c. *Iob.* 9. c. Terra tradita est in manus impij, id est, Diaboli.

s Serui mei. Diabol⁹ enim Christo seruit, velit, nolit: quod

enim

A *a* Insuper & bestias agri quasi terra illa hominibus fugatis & in solitudinem redacta relinquetur etiam ab animalibus, quæ non erunt ibi nisi propter homines cui seruiunt omnia. Vel, bestias agri vocat feros homines de gentibus prædictis. *b* Et filios eius.] i. Euilmerodach. *c* Et filio filij eius.] i. Balthasar. *d* Donec veniat tēpus, &c. i. destructionis terræ illius, quia ipse Nabuchodonosor cum suo exercitu a Medis & Persis destruetur. Vnde *Isa.* 33. a. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis, &c. *Abac.* 2. b. Quia spoliasti multas gētes, spoliabunt te omnes qui relicti fuerint de populis. *e* Gens autem & regnum, &c.] suo Domino temporali, licet malus sit. 1. *Petr.* 2. c. Serui subditi estote in omni timore Dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiā discolis. Nec mirum, si Domin⁹ subiiciat peccantes Nabuchodonosor, cū & Paulus eos subiiciat Sathanæ, i. corpora eorum; vt spiritus saluus fiat, 1. *Cor.* 5. b. & 1. *Tim.* 5. d. Quos tradidi Sathanæ, vt discant non blasphemare. *g* Sub iugo Regis Babylonis] id est, sub dominio. Quia *Rom.* 13. a. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c. ideoque necessitate estote subditi, &c.

e Et filio filij eius:] Filius filij eius est malus præpositus. *Ioan.* 8. f. Vos ex patre Diabolo estis. Istis modo data est terra, sed ad vltimum destruentur. *f* Quod non seruierit, &c.] quia *Eccl.* 4. a. Magnato humilia caput tuum. *Rom.* 13. c. Cui honorem honorem, cui tributum tributum.

B *a* Insuper & bestias agri dedi ei vt seruiāt illi. Et seruient ei omnes gētes, *b* & filio eius, *c* & filio filij eius, *d* donec veniat tempus terræ eius, & ipsius & seruiēt ei gentes multæ, & Reges magni. *e* Gens autem & Regnum quod non *f* seruierit Nabuchodonosor Regi Babylonis, & quæcunque nō curuauerit collum suū *g* sub iugo Regis Babylonis, in gladio, & in fame, & in peste, visitabo super gentē illā, ait Dñs, donec consumā eos in manu eius. *h* Vos † autem nolite audire *i* Prophetas vestros *k* & diuinos *l* & somniatores, *m* & augures, *n* & maleficos qui dicunt vobis, non seruietis Regi Babylonis, quia prophetant vobis mendacium, *o* vt *p* longè faciāt vos de terra vestra, & eiiciant vos & pereatis. Porrò gēs quæ subiecerit ceruicem suā sub iugo Regis Babylonis, & seruierit ei, dimittam eam in terra sua, dicit Dominus, & colet eam & habitabit in ea. *q* Et ad Sedechiam Regem Iuda locutus sum secūdum omnia verba hæc, dicens. *r* Subiicite colla vestra sub iugo Regis Babylonis, *s* & seruite ei, & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dominus ad gentē quæ seruire noluerit Regi Babylonis? Nolite audire verba Prophetarum dicentium vobis, non seruietis Regi Babylonis, quia mendaciū ipsi loquūtur vobis. Quia non misi eos, ait Dñs, & ipsi prophetāt in nomine meo mendaciter *t* vt eiiciāt vos *u* & pereatis tam vos quàm Prophetæ qui vaticinantur vobis. *x* Et ad Sacerdotes, & ad populum istum locutus sum dicens. Hæc dicit Dominus: Nolite audire verba Prophetarum vestrorum, qui prophetant vobis dicentes, ecce vasa Domini reuertentur de Babylone nunc citò. Mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, *y* sed seruite Regi Babylonis vt viuatis. *z* Quare datur hæc ciuitas in solitudinem? *a* Etsi Prophetæ sunt & est verbum Domini in eis, occurrant Domino exercituum

al. ergo.

C *h* Vos autem nolite audire, &c.] Per falsos Prophetas significantur adulatores, qui emolliunt Domini comminationes. *Psal.* 54. Molliti sunt sermones ei⁹ super oleum, *sup.* 6. d. Curabant cōtritionem filiæ populi mei, &c. *Thr.* 2. c. Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stultā, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarēt; viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones. *q* Et ad Sedechiam Regem Iuda, &c.] Ne responderent Legati, & Reges prædicti, quare hæc populo tuo non præcipit. Ideo Sedechiæ & Prophetis & Sacerdotibus hæc eadem loquitur, ne credatur non audere dicere Regi suo tā crudelia. *s* Et seruite ei & populo eius & viuetis.] D

Psal. 67.

Supra 14. c. *Infra.* 39. h.

h Vos autem nolite audire.] Verba sunt Ieremiæ ad prædictos Reges per eorum legatos. *i* Prophetas vestros] qui se dicunt habere visionem de futuris. *k* Et diuinos aug.] Diuini dicti sunt, quasi, Deo pleni. Diuinitate enim se esse plenos simulabant, & astutia quadam fraudulenta futura hominibus prædicebant. *l* Et somniatores] qui reuelationem dicunt se habere futurorum. Sicut habuerunt Daniel, & Ioseph in interpretatione somniorum. *m* Et augures] qui volatus auium, & voces intendebant, aliáque huiusmodi signa rerum per hoc prænunciantes quid faciendum, vel non faciendum

n Et maleficos] vel veneficos, qui Dæmonum phantasmatibus inseruiunt. Nolite, inquam, audire eos, quia prophetant vobis mendacium. *o* Vt] consecutiuum est. *p* Longè faciant vos, &c.] quia per hoc quòd illis falsis Prophetis crediderunt, obstiterunt Chaldæis, & sic captiuati sunt. Multo ergo melius fuisset eis spontè seruire Nabuchodonosor, & eum habere amicum, cuius terram cum pace colerent, quam necessitate captiuari ab eo. Hoc exponebat Interpres allegoricus de Angelis malis, qui si voluerint in corporibus seruire ad tempus sub iugo Nabuchodonosor, id est, Principi Dæmonum in Babylone, id est, in huius mundi confusione, postea fient beati cœlestes spiritus & inhabitabunt terram suam, sed illi in æternum erunt Dæmones qui noluerint ei obedire. Quæ opinio recessit ab aula Ecclesiasticæ fidei. Quidam putant tamen hanc non fuisse opinionem Origenis.

Moraliter. * enim facit iniquè. Deus permittit iustè, vt sic Domino seruiat in eo, quòd per eum exercet iustitiam suam, & sibi acquirit alios, scilicet bonos, quorum tot Diabolus Domino lucratur, quot per eius tentationem, vel flagellationem probati inueniuntur, *Iob.* 40. d. Nunquid eum accipies seruum sempiternum, supple sicut ego?

a Insuper & bestias agri,] Hi sunt Principes mundi, qui dati sunt vt seruiant, Diabolo, i. pauperes opprimendo. *Osea.* 13. c. Consumam eos quasi Leo, bestia agri scindet eos, *Isa.* 56. c. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum. *b* Et filio eius.] Nabuchodonosor est Diabolus, cuius filius est malus Princeps.

Moraliter, hic seruire debemus, vt in futuro regnemus. *Psal.* 2. Seruite Dño in timore, & exaltate ei cum tremore. *r* Subiicite corda vestra sub iugo Regis Babylonis.] *Ibidem*, Apprehendite disciplinam nequando irascatur Dominus. Et in hoc notatur ad literam, quanta sit virtus, & bonitas obedientiæ, cum etiam obedire malis meritorium sit.

t Vt eiiciant vos] per mendacia sua, faciendo vos confidere in Ægyptiis, *suprà* 6. c. A Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum, & curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes, pax, pax, & non erat pax.

u Et pereatis tam vos, quàm Prophetæ.] Ad vtrosque loquitur, quia vtrique sunt in culpa. *Isa.* 24. a. Et erit sicut populus, sic Sacerdos. *Bernard.* Vtinam non peior quam populus sit Sacerdos. *Isa.* 9. c. Erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur, præcipitati. Vnde.

x Et ad Sacerdotes, &c. ecce vasa Domini reuertentur] quæ cum Iechonia fuerant asportata. Ita etiam dicunt nostri pseudoprophetæ, & Sacerdotes qui promittunt veniam peccatoribus etiam in peccatis manentibus, dicentes citò pœnitebitis per Dei gratiam, adhuc estis satis iuuenes, sitis in bona pace, quod faciunt propter pugillum hordei, & fragmen panis viuificantes sic animas quæ non viuunt, vt dicitur *Ezech.* 13. d.

y Sed seruite Regi Babylonis vt viuatis] in quo apparet misericordia diuina, quæ vult eos tradere leuiori pœnæ ne subeant grauiorem. Vnde *Ezech.* 4. d. Diem pro anno dedi tibi.

z Quare datur hæc ciuitas in solitudinem,] vt posset dici: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, vt dicitur *Thren.* 1. a.

a Et si Prophetæ sunt, & est verbum Domini in eis, occurrant Domino exercituum] quasi dicat, qui verus est Propheta, precibus occurrere Domino potest, & hoc intelligendum est, quando malitia nondum est consummata vel obstinata; isti autem Prophetæ falsi dicebant, malitiam populi non esse consummatam, & ita secundum hoc possent resistere, sed non faciunt, ergo non sunt veri, sed loquitur & textus, & Gloss. secundum illorum opinionem, quod ideo sic dico, quia sic potest opponi, quòd Ieremias non fuisset verus Prophe-

tio de Babylone ad locum istum. *a* Veruntamen audi verbum hoc quod *b* ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi. Prophetæ qui fuerunt ante me *c* & ante te ab initio, & *d* prophetauerunt super terras multas, *e* & super regna magna *f* de prælio, & *g* de afflictione & *h* de fame, Propheta qui vaticinatus est pacem, cum *i* venerit verbum eius, *k* scietur Propheta quem misit Dominus in veritate. *l* Et tulit Ananias Propheta catenam de collo Ieremiæ Prophetæ, *m* & confregit eam. Et ait Ananias in conspectu omnis populi dicens. Hæc dicit Dñs. Sic confringã iugũ Nabuchodonosor Regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium. *n* Et abiit Ieremias Propheta in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam postquam confregit Ananias Propheta catenam de collo Ieremiæ Prophetæ dicens. Vade & dices Ananiæ. Hæc dicit Dominus. *o* Catenas ligneas contriuisti, *p* & facies pro eis catenas ferreas, quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël. Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor Regi Babylonis, & seruiẽt ei, insuper & bestias terræ dedit ei.

pitrum aquæ de fouea. Ita enim debet homo minutatim circumstantias peccati recolere, ita vt nihil ibi sit ignis vel aquæ, id est, ardoris in peccato vel delectationis malæ *Isa.* 30. g. Contriget Dominus laguncula in terrore. Sonat tuba in confessione, tenetur lampas in manu satisfactione, per ostensionem boni exempli in conuersatione, & sic conteritur iugum Diaboli. Vel aliter. Omnẽ transmigrationẽ, &c. Quãdo Iudas, id est, confitens venit in Babylonẽ, id est, peccati sui confusionem, tũc liberat eum Dominus reducens in Ierusalem, id est, pacem, quia conteritur iugum Diaboli, id est, peccatum. Vnde *Mich.* 4. d. Venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. Vel Iudas, id est, laudans Deũ in choro & oratione, frequenter venit in Babylonem, id est, in mentis confusionem, propter tumultum malarum cogitationum occurrentium, & tunc non est speciosa laus in ore peccatoris, vt dicitur *Eccl.* 15. e. Sed Dominus in deuotione conuertit eum in Ierusalem, id est, pacem, quia tunc conteritur iugum Diaboli. Vnde *Isa.* 10. f. Computrescet iugum à facie olei, id est, in contritione confringitur & superatur iugum Diaboli, sed in oleo deuotionis putrescit, quia ibi peccatum fœtidum & abominabile fit homini. *a* Veruntamen, &c.] Si diceret Ieremias, mentiris, quod potuit dicere, ipsum idem Ieremiæ posset dicere, quia adhuc non erat manifesta rei veritas propter quam erat controuersia, vnde iniuriam fecisset ei ante veritatis propalationem si dixisset ei, mentiris, vel populum decipis, vel huiusmodi. Ideo magis curialiter ei loquatur adducens exemplum veterum Prophetarum, quorum veritatem, vel fraudulẽtiam rei exitus demonstrauit in dictis eorum, quasi, ita etiam rei exitus demonstrabit veritatem meam, & falsitatem tuam. *b* Quod ego, &c.] non solùm ad aures, sed etiam intus ad cor veniat verbum. *d* Et proph. &c.] id est, contra eas. *e* Et super Regna magna, moraliter, id est contra eos qui diuisi sunt, non quærentes vnam à Domino. Vnde *Ose.* 10. a. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Omne enim Regnum diuisum contra seipsum dissipabitur, vt dicitur *Matt.* 12. b. Regna enim Diaboli contra se pugnant, vt auaritia contra luxuriam, & sic de aliis. Super hos venit afflictio per omnium malorum præsentiam, & fames per omnium bonorum absentiam. Prælium dicitur quando homo in præsenti per tentationem superatur vbi spoliatur gratuitis, vulneratur naturalibus *f* De prælio.] *Luc.* 10. c. Incidit in latrones, &c. *g* Et de afflictione] *Ezech.* 7. a. Ecce afflictio venit, venit finis, finis venit, euigilauit aduersum te, &c. *h* Et de fame] *Ps.* 109. Vinctos in mendicitate & ferro. Vincti erunt, quia etiam necessaria sibi acquirere non poterunt. Vnde & diuiti epuloni vna gutta aquæ negata est, quia nimium chaos inter nos & vos, *Luc.* 16. g. Propter hæc tria dicitur *Apoc.* 8. d. Væ væ væ habitantibus in terra. Hæc tria. *c* Ab initio prophetauerunt.] Hoc est contra eos qui dicunt, vnde veniunt modò tot noua, talia non solent prædicari. Vnde *Act.* 2. b. Cùm loquerentur Apostoli magnalia Dei, stupebant & mirabantur omnes dicentes, quidnam vult hoc esse alij autem dicebant deridentes, quia musto pleni sunt. Et *Act.* 17. e. dicitur Paulo. Noua quædam infers auribus nostris. Sed dicitur 2. *Ioan.* 6. b. Non mandatũ nouum scribo tibi, sed quod habuimus ab initio. Vel de præsenti prælium habet homo contra Deum in mortali. Ibi enim est guerra in malis, afflictio per remorsum conscientiæ, fames per indigentiam bonorum spiritualium. De primo *Act.* 9. a. Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris, durum est tibi cõtra stimulum calcitrare. Verè durũ, quia nisi citò facias pacẽ, veniet dies, quãdo, vt dicitur *Sap.* 5. a. Acuet iram duram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum. Fac ergo consilium Domini. *Matt.* 5. d. Esto consentiens aduersario tuo dum es in via, id est, dum tempus pœnitentiæ habes. De secundo, scil. afflictione, *Thren.* 1. g. Foris interficit gladius, & domi mors similis est, quo ad secundum, scilicet in conscientia. De tertio *Thr.* 1. d. Dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam. Magna est in anima caristia quando omnia tam pretiosa, scil. gratiam Domini, & gloriã dat anima pro minima delectatione, de qua non potest etiam impleri anima, sed tantùm refocillari. Vel prælium erit in iudicio, in discussione, afflictio in sententiæ prolatione, fames in Inferni relegatione, vbi erit carẽtia omnis boni. *i* Cũ venerit verbum eius] id est, vel exitus manifestabitur sc. pax vel prosperitas quam ille prædicat. *k* Scietur Propheta. De hoc autem non poterat iste exprobare Ieremiæ, quia multa prædixerat, quæ iam aduenerant, & alia erant futura, quia per exitum vaticinij probatur vtrum verus, vel falsus Propheta fuerat. Quia *Eccl.* 34. a. A mendace quid verum dicetur? Vnde *Deut.* 18. d. postquã dixit: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum; qui verba eius quæ loquitur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor existam, subdit. Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo quæ ego non præcepi ei vt diceret, interficietur. quod si tacita cogitatione responderis, quo modo possum intelligere verbũ, quod non est locutus Dñs? hoc habebis signum: quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit & non euenerit, hoc Dñs non est locutus. *l* Et tulit Ananias, &c.] quæ forte facta erat de ansulis in modum catenæ connexis. *m* Et confregit eam] & ideo eam frangere potuit, quod non potuisset si ferrea fuisset. Ecce loquitur facto quod prius prophetauerat verbo. Ieremias autem tanquam agnus mansuetus tacet coram ipso sic sibi insurgenti, & per subtractionem catenarum violentam, ei dolorem magnum incutienti. Ideo autem tacuit, vt dicit hic Gl. quia nondum ei à Dño quid diceret fuerat reuelatum, vt sic innuatur Prophetas non loqui tantum suo libero arbitrio, sed Dei voluntate sola, quæ eis futura inspirat. Sed quomodo ergo dicitur 1. *Cor.* 14. f. Spiritus Prophetarum subiecti sunt Prophetis. Per hoc enim videtur velle dicere quod quando volunt loqui possunt, & quãdo volunt tacere possunt. Non enim coguntur tacere, vel loqui sicut phanatici. Solut. Verum est, quòd loqui vel tacere possum ex libero arbitrio, sed loqui propheticè nõ; quia non est tantum ex libero arbitrio, sed loqui propheticè non, quia non est tantum ex libero arbitrio. Apostolus ergo loquitur de simplici loquela. *n* Et abiit Ieremias Propheta in viam suã] quasi victus, implens illud propheticum. Factus sum quasi homo non audiens, & non habẽs in ore suo redargutiones. *Moral.* Sed nunquid ergo exemplo Ieremiæ si audiamus hæreticum hæresim prædicantem tacere debemus quoadusque audiamus verbum à Domino, sicut iste tacet audiens pseudo falsa prædicantem? Solutio. Non, quia responsum Dñi habemus in Scripturis, quod non habebat Ieremias quid diceret de futuro. *p* Et facies pro eis catenas ferreas] quasi, qui minorem renuisti pœnam, & monuisti populum vt minorem renueret, scilic. transmigrando in Babylonem sponte secundum consiliũ verorum Prophetarum; sed per hoc causa maioris supplicij eris & tibi, & populo. Hic delirat Allegoricus Interpres, vocans ligneas catenas aërea corpora Dæmonum, ferreas autem nostra corpora grossiora. Illi vero Dæmones qui pro qualitate peccati sui noluerunt minores subire cruciatus, in catenas nostrorum corporum condemnabuntur, in eis seruientes Nabuchodonosor, id est Diabolo. Nabuchodonosor etiam bestiæ terræ datæ sunt, vt hic subditur, id est, spiritus hominum in † carne sua morientium. Vnde. [Vt seruiant, &c.] Moraliter. *o* Catenas ligneas contriuisti,] quasi, modicam pœnitentiã facere noluisti, oportebit te sustinere tormenta inferni. In hac catena lignea sunt tres annuli, sc. contritio, confessio, satisfa-

l. † charitate
Ps. 37.

Et dixit Ieremias Propheta ad Ananiā Prophetā. a Audi Anania: b Non misit te Dñs, c & tu confidere fecisti populū istum in mendacio. Idcirco hæc dicit Dñs. d Ecce ego mittam te e à facie terræ, hoc anno morieris, aduersū enim Dñm locutus es. f Et mortuus est Ananias Propheta in anno illo, g mēse septimo.

CAP. XXIX.

ET hæc sunt h verba libri quæ misit Ieremias Propheta de Ierusalē i ad reliquias seniorū transmigrationis, & ad Sacerdotes & ad Prophetas & ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylonē. k postquā egressus est Iechonias Rex, l & domina, & Eunuchi, & Principes Iuda, & Ierusalē, & Faber, m & Inclusor de Ierusalē n in manu Elasa filij Saphan, & Gamaliæ filij Helchiæ quos misit Sedechias Rex Iuda ad Nabuchodonosor Regem Babylonis in Babylonem, dicens: Hæc dicit Dñs exercituū Deus Israël omni trāsmigrationi quam trāstulisti de Ierusalē in Babylonē. o Ædificate domos & habitate, p & plātate hortos, & comedite fructū eorū. Accipite vxores, generate filios & filias, & date filiis vestris vxores & filias vestras date

ctio. Poena Inferni respectu pænitentiæ præsētis dicitur ferrea, quia est durior, ponderosior, durabilior. Vnde *Ps.* 2. Reges eos in virga ferrea. Ideo dicitur *Iob.* 6. c. Qui timet pruinam, irruet super eum nix. *Iob* 20. d. Fugiet arma ferrea, irruet in arcum æreum. Et ideo iuxta consilium *Eccl.* 6 c. Inijce pedem tuum in cōpedes illius, & in torques illius collū tuū Quare? Quia vt ibi subditur: Erunt tibi cōpedes illius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ. Quia vt dicitur *Eccl.* 4. d. de carcere catenisque interdum quis egreditur ad Regnum. Qui ergo ligneam poenitentiam renuit, ligabitur ferrea, qua ligatis pedibus & manibus mittetur in gehennam, vt dicitur *Matt.* 22. b. ibi erit fletus, & stridor dentium. Vnde *sup.* 20. d. dicitur, quod Phassur percussit Ieremiam & misit eum in neruum, eduxit Phassur Ieremiā de neruo. Phassur interpretatur pauor vndique. Hic percutit Ieremiam, quando homo ex timore quē habet vndique, sc. ex morte, ex iudicio, ex Inferno anxiatur. Phassur etiam Ieremiam ponit in neruum, quia ex pauore illo aggreditur arctam poenitentiam, sed illucescente crastino in morte, id est, recedente nocte omnis miseriæ, & poenalitatis educitur homo. *Isa.* 51. d. Venient qui redempti fuerint in Sion, & lætitia sempiterna super capita eorum. Quando dicet quilibet iustus. Dirupisti Dñe
Ps. 115. vincula mea. a Audi Anania,] Prius nominauit eum sæpè Prophetam, non quia verè esset, cùm ex ore Dei non loqueretur, sed quia à populo sic putabatur: nunc autem nō eum Prophetā nominat quem à Dño missum negat b Nō misit te Dñs] Ecce qui priùs tacuit antequam reuelatum erat ei quid loqueretur, modo audacter eum arguit, & ex reuelatione Dñi fit loquens. c Et tu confidere fecisti, &c.] ne acquiescerent sententiæ Dñi, quòd & confitetur ipse populus, *Isa.* 28. d. Posuimus mendacium spem nostram. Dixerunt enim, percussimus fœdus cum morte, flagellum inundans cum transierit non veniet super nos. d Ecce ego mittā te à facie terræ] quia morieris, & sic non eris super terram. Vel. Mittā te, s. in filiis, & amicis suis. e A facie terræ] promissionis. f Et mortuus est, &c. Quomodo ergo iugum Nabuchodonosor venit super ipsum secundum Ieremiæ prophetiam? Solut. Quia venit super filios, & amicos suos. g Mense septimo] & ita non superuixit nisi trib. mēsibus, quia mense quarto hoc ei dictum est. In hoc autem quod Dominus hic minatur mortem, reputat eam esse supplicium. Quod est contra hæreticos dicentes, post mortē amplius homines non reuersuros ad sua corpora, nec in
Ps. 141. eis puniri. Iuxta illud: Educ de carcere animam meam. Et ideo dicebant hunc esse mortuum mense septimo, quia septimus mensis sicut & septimus dies requiem antiquitus figurabat. Iuxta etiam illud *Eccl.* 22. b. Modicum plora super mortuum quoniam requieuit qui condemnatur per hanc Domini comminationem.

EXPOSITIO CAP. XXIX.

ET hæc sunt verba.] In hoc c, continetur epistola quā misit Ieremias de Ierusalem in Babylonem. Et diuiditur hoc capit. in 7. partes. Primò à quo, & ad quos, & per quos nuncios hæc epistola missa sit, determinatur. Secūdò, Propheta monet eos, vt ædificent, & plantent, & vxores ducāt in terra captiuitatis suæ, nec ista facere dimittāt sub spe redeundi in terram suæ natiuitatis, *ibi*: Hæc dicit Dñs. Tertiò, monet eos ne credāt pseudo prophetis qui eos in proximo redituros asserebant, *ibi*: Non vos seducāt. Quartò, ne omnino de reditu desperarent, tempus captiuitatis eorum per 70. annos duraturū, & postea visitandos, & reuersuros in terram suam prædixit, *ibi*: Quia hæc dicit Dñs. Quintò, etiam in considerationem eorū qui trānsmigrauerant, captiuitatem tam Regis, quā populi Iudæorū qui in Ierusalem remanserant in proximo futuram ostendit, *ibi*, Quia hæc dicit Dñs ad Regē. Sextò, duorum prophetarum quos nominat qui populum in captiuitate positum seducebant, & in vxores amicorum suorū mœchabantur determinat poenam, *ibi* Hæc dicit Dñs exercituum Septimò, contra Semeiam sermonē dirigit eius culpam & poenam exprimens, pro eo, sc. quod de Babylone in Ierusalē literas contra ipsum Ieremiam miserat ad omnes Sacerdotes Ierusalem, vt tanquam arreptitium, & mendaciter prophetantē, vinctū catenis tenerent, *ibi*: Et ad Semeiam. h Et hæc sunt verba, &c.] Misit per nuncios Regis, vt sic opus suum maiori dignitate confirmaretur. i Ad reliquias seniorum, &c.] qui omnes cum Iechonia, & matre eius translati fuerunt ad Nabuchodonosor. k Postquam] quasi, hæc missio fuit postquam egressus est Iechonias Rex, quasi Propheta voluntate, quam confirmauit diuinæ voluntati, non violēter tractus, vt Sedechias cum suis. l Et domina, &c.] id est, mater eius, siue Regina. m Inclusor] id est, gemmarum in auro, vel ciuitatum muris. Misit inquam. n In manu, &c. quos misit Sedechias, &c.] quasi per nuncios Regis hæc missio facta est, quia forte proprios nuncios mittere non poterat. Cum vidisset enim Sedechias impletū, quòd prædixerat Ieremias de morte Ananiæ, valde timuit & per nuncios suos misit in Babylonem tributum, quod prius negare voluit deceptus ab Anania, & per illos nuncios misit Ieremias literas suas. In hoc autem notatur, quantum desiderium habuit exhortandi populum suum ad bonum, qui ad eos literas mittit, ad quos ire non poterat. Sic & facit *inf.* 36. b. vbi dixit ad Baruch. Ego clausus sum, non valeo ingredi domum Domini. Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba Domini. Sic & Paulus ad absentes sæpè scribebat epistolas. Quid ergo erit de Prælatis, qui cùm sint liberi vacant otio? Cum enim nec Euangelio obedire velint, quomodo pro illo se vinciri vel detineri paterentur? *Ephes. quart.* a. Obsecro vos ego vinctus in Domino. o Ædificate domos, & habitate, &c.] quasi sitis in pace in illa terra in qua transmigratis, quia ibi diu mansuri estis, ibi etiam multiplicabimini nu-
mero per

Mysticè. o Ædificate domos, &c.] Prælati debent ædificare domos conscientiarum propriarum *Eccl.* 2. a. Ædificaui mihi domos. Hoc dicit contra illos qui aliis ædificant, sed sibi non faciunt nisi destruere. *Prouerbior.* 9. a. Sapientia ædificauit sibi domum. *Prouerbior. decim. quart.* a. Sapiens mulier ædificat domum suam, insipiens extructam quoque manibus destruet. *Prouerb. vigesim. quart.* a. Sapientia ædificabitur domus, & roborabitur prudentia. p Plantate hortos] Ecclesiarum, id est, in Ecclesiis bonas personas constituite. *Eccl.* 2. a. Feci hortos, & pomeria, & consiciui cuncti generis arboribus. Cuncti generis dicit, contra illos qui tantùm ibi volunt plantare amicos, vel parentes, vel seruientes suos. Hæ domus & horti debent ædificari super firmam petram, vt dicitur *Matt.* 7. d. Vel virtutes dicuntur, & domus, & horti. Domus inquantum nos custodiunt à fulguribus, & pluuiis tentationum, vel peccatorum. Horti inquantum pascunt hominem interiorem. Dicuntur autem vxores inquantum fœcundant hominem spiritualiter, filij & filiæ eorum dicuntur opera contemplatiuæ, & opera actiuæ. Et hoc est: Accipite vxores, & generate filios, &c. Vel vxor est sapientia. Vnde *Sap.* 8. a. Hanc quæsiui mihi sponsam assumere. Per quā generantur filij, & filiæ spirituales, sc. in prædicatione, secundùm illud 1. *Cor.* 4. d. Per Euangelium ego vos genui Multi accipiunt vxores, id est, scientiam Dñi habent, vel parochias in curam animarum, sed non suscitant fratri suo mortuo i. Christo semen, secundùm præceptum Dñi, *Deut.* 25. b. Ipse enim non confunditur nos vocare fratres, vt dicitur *Heb.* 2. c. sed magis cum Onan semen effundunt in terram. *Gen* 38. b. quia totum sensum in temporalibus effundunt, vel curas animarum ad fructū temporalium conuertunt, quod est de vinea Naboth facere hortū olerum, quod fecit Achab 3. *Reg.* 21. a. Sed quādo Dñs præcipit nobis ædificare, & plantare, & accipere

virtutes

a mero per filiorum generationem, & quæratis pro poſſe veſtro terræ illius pacem. *a* Et orate pro ea ad Dominum.] *Pſ.* 121. Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: Quia & Apoſtolus præcipit 1.*Tim.*2.a. fieri obſecrationes & poſtulationes pro Regibus & omnibus hominibus.

viris, & pariant filios & filias, & multiplicabimini ibi, & nolite eſſe pauci numero, & quærite pacem ciuitatis ad quam tráſmigrare vos feci, *a* & orate pro ea ad Dominum, quia in pace illius erit pax † vobis. Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Iſraël. *b* Non vos ſeducant prophetæ veſtri qui ſunt in medio veſtrum, *c* & diuini veſtri, & ne attendatis ad ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis, *d* quia falſo ipſi prophetant vobis in nomine meo, & non miſi eos, dicit Dominus. *e* Quia hæc dicit Dominus: Cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, *f* vt reducam vos ad locum iſtũ. *g* Ego enim ſcio cogitationes quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus, *h* cogitationes pacis, *i* & non afflictionis, *k* vt dem vobis finem, *l* & patientiam *m* & inuocabitis me, *n* & † ibitis, *o* & adorabitis me, & exaudiam vos. Quæretis me, *p* & inuenietis: cum quæſieritis me in toto corde veſtro, *q* & inueniar à vobis, ait Dñs. Et reducam captiuitatem veſtram, *r* & congregabo vos de vniuerſis gentibus, & de cunctis locis ad quæ expuli vos, dicit Dñs. Et reuerti vos faciam de loco ad quem tráſmigrare vos feci, quia dixiſtis, *ſ* ſuſcitabit nobis Dominus prophetas in Babylone. Quia hæc dicit Dominus *t* ad Regem qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad omnem populum *u* habitatorem vrbis huius

Myſtic. Quia in pace illius erit pax vobis. *o* virtutes cum earum infuſio nõ ſit niſi a Deo, quia dicit *Aug.* quod eas Deus in nobis infundit ſine nobis. Sol. Virtutes ædificamus non cooperando earum infuſioni, ſed operando. Quia ergo oportet Prælatos generare, vel opera bona in ſe, vel filios ſpirituales Ideo præcipitur *Deut.*23.a. Non intrabit Eunuchus amputatis, vel attritis teſticulis, vel abſciſſo veretro Eccleſiam Dei. Et nota, quod iſtis in terra aliena exiſtentibus dicitur: Accipite vxores, ſed aliud dicitur habitantibus in Ieruſalem, quibus ſub perſona Ieremiæ præcipitur, *ſup.* 16. a. ne vxores accipiant, quia vt dicit *Greg.* pro qualitate audientium debet formari ſermo doctorum: Sæpe enim aliis officiunt quæ aliis proſunt. Leuis enim ſibilus qui equos mitigat, alia animalia inſtigat. *a* Et orate pro ea,] & tamen habitatores terræ illius erant inimici Iudæorum: In quo innuitur quod tenemur diligere inimicos noſtros, & quærere pacem cum eis. *b* Non vos ſeducant proph.] ſ. pſeudo, quorum multi habitabant inter Iudæos, ſc. qui Babylonem tranſmigrauerant. Vnde Ezechiel eos arguit, *Ezech.*13. Antequam enim ille inciperet prophetare, illi ibi erant. *c* Et diuini veſtri, &c] *Eccl.*34.a. Diuinatio erroris, & auguria, & mendacia, & ſomnia malefacientium vanitas eſt. *Ibid.* Somnia extollunt imprudentes *Eccl.*5.a Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus inuenitur ſtultitia. *d* Quia falſo, &c. & non miſi eos.] *ſup.*23. d. Non mittebam prophetas, & ipſi currebant, non loquebar ad eos & ipſi prophetabant. *Rom.*10 c. Quomodo prædicabunt niſi mittantur? Tales etiam ſunt hæretici, qui à Deo non mittuntur, nec ſenſum eius in ſcriptura ſequuntur, ſed ſomno erroris depreſſi non vident veritatem. Et diuini dicuntur, quia incerta & à ratione mentis ſuæ tantum coniecturata, Euangelia eſſe dicunt *Ezech.* 13. a. Qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident. *e* Quia hæc dicit Dominus, cum, &c.] quaſi nolite credere falſis prophetis qui dicunt reditum veſtrum de Babylone in Ieruſalem vicinum: Antequam enim redeatis, priùs expleti erunt 70 anni. Quo facto dedit Cyrus licentiam Iudæis redeundi. *f* Vt reducam vos ad locum iſtum,] ſcilicet, Ieruſalem.

Myſtic. Myſticè ſic, de cœleſti Ieruſalem per inobedientiã Adæ educti ſumus, ſed per gratiam ſeptiformem datam nobis per ſecundum Adam reuertemur in ſeptima ætate per obſeruationem decalogi, ſiue eius obedientiam Ideo dicit *Pſ.* 89. Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Inde eſt quod Septuageſimam celebramus quaſi tempus noſtræ peregrinationis, quæ durat vſque ad Sabbatum in albis quod eſt in octauis Paſchæ. Tunc enim duplex alleluia cantatur, in ſignum duplicis ſtolæ, quam recepturi ſumus in octaua reſurrectionis generalis. In Sabbato autem ante, ſcilicet in vigilia Paſchæ non celebratur niſi vnum alleluia, & cum tractu, & per ſeptimanam ſequentem cum Reſponſorio, ad innuendam 7. ætatem, in qua adhuc nõ eſt perfecta quies, quæ & deſignatur per 7. annos, quibus ante reuerſionem generalem Iudæorum data fuit eis licentia redeundi, qua data non ſtatim potuerunt redire. ſed in illis 7 annis præparauerunt ſe. Vnde dicit Ier. datam eſſe illam licentiam 7. anno ſeptimæ decadis, id eſt. 7. annis ante ſeptimam decadem, id eſt, ante completionem decies ſeptem annor. ſiue 70. annor. Ecce patet

1.Reg.2. quod Dominus mortificat & viuificat, deducit ad Inferos

Abac.1. & reducit, quia iſtos captiuauit, & poſt liberauit. Ipſe

Pſ.67. enim vulnerat & medetur, percutit & manus eius ſana-

al † veſtra

Sup.34 d. & 23.n. & 27.

C

2.Paral. 26.d.1.

Eſdra.c.1.a.

Supra 25.c.

bunt, vt dicitur *Iob.*5.c Quia cum iratus fuerit miſericordiæ recordabitur, nec continebit in ira ſua miſericordias ſuas. *g* Ego enim ſcio cogitationes, &c.] quaſi non alius, quia ſolius Dei eſt cognoſcere futura *h* Cogitationes pacis,] id eſt, liberationis veſtræ. *i* Et non afflictionis] perpetuæ. Sic & Filius qui fuit cogitatio pacis æternę Patris: vt dicit *Bern.* factus eſt pacificus, id eſt, auctor ipſius pacis in vtero matris. Ipſe enim eſt pax noſtra, vt dicitur *Eph* 2.c. ſc. reconciliás nos ſuo Patri. Vnde 1. *Tim.*2. b. Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Reconcilians etiã nos Angelis, qui õffenſi nobis erãt offenſo cõtra nos ſuo creatore. Vnde dixerunt Angeli: In terra pax hominibus bonæ voluntatis. Recõcilians etiam Iudæos Gentilib. qui inter ſe contrarij erant, quia illi plures deos adorabant, iſti cæremonias vni Deo exhibebant: Sed Chriſtus fecit vtrumque vnum, quando & idololatriam eliminauit per doctrinæ ſuæ diſſeminationem, & cæremoniarum vmbras ceſſare fecit per veritatis exhibitionem, eos coniungens in vnitate fidei. *k* Vt dem vobis finem,] id eſt, captiuitatis terminationem, & laborum, præſentium. *l* Et patientiam,] quam ſuſtinetis ante illum finem, vel futurorum præmiorum ſecuram & longanimẽ expectationem. *Iac.* vlt.c. Patientiam Iob audiſtis, & finem Dñi vidiſtis *m* Et inuocabitis me] ore. *n* Et ibitis] opere. *o* Et orabitis me] mentis deuotione, q. d. vt hæc promiſſa mereamini, perſeuerate in oris oratione, & mentis deuotione, & aſſidua operatione. *Ioel* 3.g. Omnis qui inuocauerit nomen Dñi, ſaluus erit. Vel [ibitis] ad literam, in Ieruſalem *p* Et inuenietis, cum quæſieritis me in toto corde veſtro] *Iſa.*55 b. Quærite Dñm dum inueniri poteſt. *Luc.* 11.b. Omnis qui quærit inuenit Per bona opera quæritur Dñs, & per gratiam inuenitur hic, & per gloriam in futuro. Sed qui dimidio corde quærunt, non inueniunt, quia duplices ſunt. *Iac.*1.a. Qui hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris qui à vento mouetur: non ergo, &c. *Eccl.*2.c. Væ ingredienti terram duabus viis. *Pſ.*118 Clamaui in toto corde meo, exaudi me Dñe Quia, vt dicit *Aug.* mens diuiſa non impetrat. 2.*Reg* 7.d. Inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret te. *Par* 20.a. Ioſaphat timore perterritus totum ſe contulit ad rogandum Dñm. *q* Et inueniar à vobis.] Hoc dixit Dñs eis qui in tribulatione captiuitatis erant conſtituti. In delitiis enim non inuenitur Dñs. Vnde *Iob.* 28. b. Sapientia non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. *Pſ.*76. In mari via tua. *Cant.*3.a. In lectulo meo per noctem quæſiui quem diligit anima mea, quaſi in contemplatione quæ magis abundat in tribulatione. Sed dicitur *Oſea* 5.b. In gregibus ſuis & armentis ibunt ad quærendum Dñm, & nõ inuenient. *r* Et cõgregabo vos, &c.] Sic in fine congregabit diſperſiones Iſraël: vnde *Ezech.* 34.c. Viſitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis, & educam eas de terris, & inducam in terram ſuam & paſcam eas in montib. Iſrael. *ſ* Quia dixiſtis, ſuſcitabit, &c.] quaſi, ideo dixi vobis certũ tempus reductionis futuræ, ne credentis prophetis falſis: Quia citius reditis, dixiſtis, quia fruſtra decipimini putantes vos habere prophetas hæc dicentes. Vt autem non credatis eis, ſc. quod ſtatim redeatis de terra illa, ſed magis vos debere ibi ædificare domos & generare filios in ſignũ quod diu eritis ibi. *t* Quia hæc dicit Dñs ad Regem,] ſcil. Sedechiam, qui ſedet ſuper ſolium Dauid, &c. quaſi qui modo regnat in pace in Ieruſalem, credens ſe diu ibi manere. Prætermittit autẽ [quia] & ſic bis dicit [quia] antequã ſubiungat cauſatũ illius cauſæ, quæ ſignificatur per [quia] vt ſic notetur cauſa eã dicẽdi à Dño, ſ. propter eius inſpirationẽ in prophetis veris, & propter meritũ malorũ propter quod debeat fieri comminatio. *u* Habitatorẽ vrbis]

Myſticè. Habitator eſt malus in hoc mũdo, ſed iuſtus eſt Myſticè.

al. † viuetis & orabitis.

D

Luc.2.b.

peregri

a peregrinus *Ps.* 1 1 1. Incola ego sum in terra. *a* Ecce mittam in eos gladium & famem, & pestem, vt qui noluerunt euadere catenam ligneam, non possint effugere ferream. *b* Et ponam eos quasi ficus malas, &c.] A. L. *litera*, ficus nouissimas. Hoc dicitur ad differentiam illarum bonarum quæ erant in calatho vno qui habet ficus bonas valde, vt solent ficus esse primi temporis, id est, primitiuæ. Vt enim *sup.* habitum est: 1 calathus ficus bonas habens, erat Iechonias cum cæteris qui transmigrauerant: cala thus autem habés ficus malas erat Sedechias cum cæteris qui violenter captiuati sunt. *c* Et persequar eos, &c.] qui in Ierusalem remanserant. *d* Et dabo eos in vexationem, &c.] quia in captiuitate requiem non habebunt, vt pacificè possint ædificare, & generare, vt illi qui transmigrauerant. Sic peccatoribus in Babylone mundi manentibus non est requies. Vnde *Isai* 57. d. Non est pax impiis. *Thr. c.* 1. a. Migrauit Iuda propter afflictionem, &c. *e* In maledictionem, & in stuporem, &c.] quasi omnes aliæ gentes stupebunt præ magnitudine destructionis Iudæorũ. *f* Ad quas ego eieci eos,] id est, eijciam. Vel dicit, In maledictionem, & in stuporem, quoad quosdam, licet paucos, qui forte poterunt euadere gladium Nabuchodonosor, & isti non remanebunt in Ierusalem, sed fugient ad alias nationes, vbi in opprobrium habebuntur ab omnibus, secundum illam maledictionem *Osea* 9. d. Et erunt vagi in nationibus.

Supra 24. d.

& ad fratres vestros, qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem. Hæc dicit Dñs exercituum tuum: *a* Ecce mittam in eos gladium, & famem, & pestem, *b* & ponam eos quasi ficus malas quæ comedi non possunt, eo quod pessimæ sint, *c* & persequar eos in gladio, & in fame, & in pestilentia, *d* & dabo eos in vexationem vniuersis Regnis terræ, *e* in maledictioné, & in stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis gentibus *f* ad quas ego eieci eos, eo quod non audierint verba mea, dicit Dñs, quæ misi ad eos per seruos meos Prophetas *g* de nocte consurgens *h* & mittens, & non audistis, dicit Dominus. *i* Vos ergo *k* audire verbum Domini, omnis transmigratio quam emisi de Ierusalem in Babylonem. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël *l* ad Achab filium Chuliæ & ad Sedechiam filium Maasiæ, *m* qui prophetãt vobis in nomine meo mendaciter. Ecce ego tradã eos in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis, & percutiet eos in oculis vestris, & assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Iudæ, quæ est in Babylone, dicentium: Ponet te Dñs sicut Sedechiam, & sicut Achab *n* quos frixit Rex Babylonis in igne, pro eo quod fecerint stultitiam in Israel *o* & mœchati sunt in vxores amicorum suorum. *p* Et locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandaui eis. *q* Ego sum iudex & testis, dicit Dominus. *r* Et ad Semeiam Neclamitem *s* dices. Hæc dicit Dñs exercituũ De' Israël. *t* Pro eo quod misisti in nomine † tuo *u* libros *x* ad omnem populũ qui est in Ierusalem, & ad Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem, & ad vniuersos Sacerdores, dicés: Dñs dedit te Sacerdotem pro Ioiade, vt sis dux in domo Domini super omnem virum arreptitium & prophetantem, vt mittas eum in neruum, & in carcerem *y* Et nunc quare non increpasti Ieremiam Anathotitem *z* qui prophetat vobis?

g De nocte consurgens,] vt sic nunquam cessarem in eis loqui, & eos admonere scilic. per Prophetas,

h Et mittens, non audistis,] scilicet verba mea per illos.

i Vos ergo,] scilicet, qui meæ obedistis sententiæ, vt vos sponte traderetis transmigrationi.

k Audite verbum Domini, &c.] quid dicturus sum, sc. de vestra liberatione & de pseudo prophetarum destructione qui vos seducere voluerunt, quibus crediderunt illi qui in Ierusalem remanserunt. *l* Ad Achab filium Chuliæ, & ad Sedechiam filium Maasiæ.] Dicunt Hæbræi istos duos esse illos duos presbyteros, de quibus *Dan.* 13. quos arguit Daniel, qui exarserunt in concupiscentiam Susannæ, qui & erant constituti iudices tunc temporis, à quibus, vt ibi dicitur, egressa est iniquitas. *m* Qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter.] Vt enim dicunt Hebræi, isti dicebant mulierculis sui temporis se esse de tribu Iuda, & ideo Christum esse nasciturum de semine eorum, & sic mulieres alliciebant ad concupiscentiam, vt sic futuræ essent matres Christi. *n* Quos frixit Rex Babylonis in igne. Hoc videtur contra *Dan.* 13. vbi dicuntur fuisse lapidati à populo. Solut. Ignis secundum morem Scripturæ significat pœnam grauissimam; sic & Rex confusionis, scilicet Diabolus, mœchos frigit igne luxuriæ. *Iob. cap.* 31, b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans. *Osea* 7. a. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. Quantum autem ad literam, quod dicitur eos frixisse Nabuchodonosor, non est cõtrariũ illi quod dicitur *Dan* 13. quod Daniel eos ibi condemnauit. Verũ enim est quod ipse conuicit eos de mendacio, & de iniusta innocentis condemnatione, sed sententia contra eos data est à Nabuchodonosor. Nec est credendum secundum Ieron. etiam quod permitteretur in Babylone Iudæis ibi captiuatis lapidare aliquem: Vnde illud totum quod dicitur in *Dan.* 13. dicunt Hebræi esse falsum, & magis esse credẽdum Ieremiæ hic, dicenti eos interfectos à Nabuchodonosor: Ita dicit Ieron. Ex his dicitur assumi maledictio, id est, forma maledictionis, vt dicitur omnibus maledictionibus: Sic contingat vobis, vt contingit istis. *o* Et mœchati sunt in vxores amicorum suorum] scilicet, proximorum suorum Iudæorum. *p* Et locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter] scilicet, citò de Babylone reuersuros esse Iudæos in Ierusalem.

q Ego sum iudex & testis] quasi, hoc benè scio & vindicabo, quia sũ iudex & testis, quia nemo potest à me celare, cum omnia sciam, & ita testis sum, nec alius quam ego iudicare potest qui solus scio veritatem, & habeo iudicij auctoritatem. Vnde *Deut.* 1. c. Iudicium Domini est. Et in iudicio ipse solus erit testis, quia ei patebunt conscientiæ omnium & cogitationes, & opera, quæ omnia iudicabit, non recipiens aliquam excusationem, nec preces, nec dona plurima pro redemptione, vt dicitur *Prouerb.* 6. d. Vnde *Malach.* 3. b Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant pupillos & viduas, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me.

al. † meo.

r Et ad Semeiam Neclamitem,] qui similiter erat pseudo propheta, dicens in Babylone captiuis, quod cito reuersuri essent in Ierusalem.

s Dicens,] ô tu Propheta, vel ô tu Ieremia.

t Pro eo quòd misisti in nomine tuo libros,] id est, literas. Quia enim Ieremias ad eos qui transmigrauerant miserat literas in Babylonem, vt scilicet, ædificarent, & plantarent, & generarent, & dixerat eis quod non crederent pseudoprophetis & diuinis prophetantibus mendacium in nomine Domini, intelligens Semeias nomine pseudoprophetæ se vocatum esse à Ieremia, misit Semeias per nuncios prædictos de Babylone redeuntes.

u Libros,] id est, literas ex parte pseudo-prophetarum.

x Ad omnem populum, &c. pro Ioiade,] quasi, eum deberes imitari, vt interficeres Ieremiam falsa & vana prædicantem. Sacerdotum enim est discernere quo spiritu quisque prophetet. Vnde *y* Et nunc quare non increpasti, &c.] videatur spiritum habere Pythonicum, siue etiam arreptitium dicendo falsa, & sic populum Dei exasperando. Hoc enim pertinet discernere ad Sacerdotes, quorum est scire legem, & eam docere. Eis enim dicitur illud 1. *Ioan.* 4. a. Probare spiritus si ex Deo sint, Et ibi dicit *Gloss.* id est, probare si sint spirituales, si charitati innitantur, quia si hoc faciant, scilicet, inniti charitati, per hoc discernit eos esse spirituales. Vnde etiam Ioiada interpretatur Domini cognitio. Tales enim debet esse Sacerdotes qui scientiam Dei habet, vel eorum quæ ad Deum pertinent. Vnde *Aggai.* 2. b. Interroga Sacerdotes legem. *z* Qui prophetat vobis] quasi, mirum est quod te audiente prophetat, & eum non increpat. Ideo autem dicit, pro Ioiade: Iste enim Ioiada fuit Sacerdos, qui post interfectionem Athaliæ, quæ occiderat semen Regium, tradidit Regnum Ioas, & Sacerdotes Baal interfecit. De quo habetur 4. *Reg.* 11. & 2. *Par.* 23. quasi ergo diceret, in hac iustitia debes eum imitari. Moraliter Tales sunt qui quãdo timent ne accusentur à bonis, vel quando etiã ab ipsis re- Moral.

A prehenduntur, accusant eos apud maiores, vt sic sæpè prudentiores reputentur filij tenebrarum filijs lucis in generatione sua, vt dicitur *Luc.* 16. b. *a* Quia super hoc misit ad nos in Babylonem]id est, post illa quæ dicit etiam vobis. *b* Longum est,]vel longe est, scilicet, reditus, quia dicit eos non re-

G uersuros in Ierusalem, nisi completis 70 annis, & ideo dicit:

al. † longè.

c Ædificate domos & habitate, & plantate hortos.] Ecce quomodo iste irascitur, quia aduersus mendacium suum Ieremias loquitur veritatem, & vult eum recludi in carcerem. Quia *Amos* 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta. *Amos* 7. c. In Bethel non adijcies vt propheres, quia sanctificatio Regis est. *d* Legit ergo Sophonias] ad quem specialiter literæ missæ erant. *e* In auribus Ieremiæ Prophetæ] ipso facto increpans, quare auderet in Babylonem talia scribere. In auribus, quasi occultè dicens ei, ita dicitur de te. Sic aliqui Prælati quando volunt bonos condemnare, quia timent ne vituperentur ab alijs, dicunt eis occultè, ita dicitur de te, vel de vobis, certè mali estis si ita facitis. Vel in bono potest intelligi, quod quando audiuimus aliquod malum de alio, non debemus reuelare, sed ei occultè quasi in aure dicere, vel consulere, cauere vobis, quia ita dicitur de vobis. *Eccl* 19. b. Si est tibi delictum noli denudare, audiet enim te & custodiat te, & quasi defendens peccatum odiet te. *Ibidem* Audisti verbum aduersus proximum tuum, commoriatur in te fidens, quoniam non te dirumpet.

f Ad Semeiam Neelamiten,]id est, de Semeia.

g Ecce ego visitabo super Semeiam Neelamiten,] scilicet, super discipulos suos quos suo errore decepit *Psal.* Semen impiorum peribit. Vnde

h Non erit ei vir sedens, &c.] vt qui non laborat cum laborantibus, scilicet, cum bonis Iudæis qui laborant in seruitio Domini in transmigratione sua non quiescat cum quiescentibus, quando quiescent in Ierusalem post reditum suum. Vnde

i Et non videbit, &c.]Simile *sup.* 17. a. A Domino recedit cor eius, erit enim quasi myrica in deserto, & non videbit cùm venerit bonum. Quare?

k Quia præuaricationem locutus est aduersùm Dominum]dicens Iudæorum peccata iam esse remissa, & captiuos statim esse reuersuros. Sic prædicantes pacem vbi non erat pax, & promittentes Regnum & credentes regnare quibus prædicebatur carcer, quibus dicit Paulus 1. *Cor.* 4. b. Iam saturati estis, iam diuites facti estis, sine nobis regnatis, quasi sic creditis, & vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus.

a quia super hoc misit ad nos in Babylonem dicens: † *b* Longum est, *c* ædificate domos & habitate, & plantate hortos, & comedite fructus eorum. *d* Legit ergo Sophonias Sacerdos librum istum in *e* auribus Ieremiæ Prophetæ. Et factum est verbum Dñi ad Ieremiam dicens: Mitte ad omnem transmigrationé dicens. Hæc dicit Dñs ad *f* Semeiá Neelamité: Pro eo quod prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum, & fecit vos confidere in mendacio: Idcirco hæc dicit Dominus. *g* Ecce ego visitabo super Semeiá Neelamitem & super semen ei', *h* Non erit ei vir sedens in medio populi huius, *i* & non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait Dominus, *k* quia præuaricationem locutus est aduersus Dominum.

CAP. XXX.

HOc *l* verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens. Hæc dicit Dominus Deus Israël: *m* Scribe tibi omnia verba quæ locutus sú ad te in libro. Ecce enim dies veniunt, dicit Dñs, *n* & conuertam conuersionem populi mei Israël, & Iuda, ait Dñs, & conuertam eos ad terram quã dedi patribus eorum, & possidebunt eam. *o* Et hæc verba quæ locutus est Dñs *p* ad Israël & ad Iudam. Quoniam hæc dicit Dominus: *q* Vocem terroris audiuim',

EXPOSITIO CAP. XXX.

HOc verbum quod factum est.] Priùs egit Ieremias de temporali liberatione Israel à captiuitate Babylonica: hic agit de spirituali liberatione Israel, id est, populi Christiani, secundum propheticam veritatem: Quæ quia longo tempore post futura est, iubetur in scriptum redigi. Tamen qui iam intelligunt hæc quæ hic dicuntur, de liberatione Israel à captiuitate Babylonica facta sub Zorobabel, quidam verò de liberatione Israel à dispersione facta per Romanos, quæ in fine mundi implebitur, secundum illos. Sed secundum nos Christianos omnia iam sunt impleta sub Christo & Apostolis eius. Si autem sequamur Iudæorum opinionem, licèt falsa sit, diuiditur hoc cap. in 5 partes. Primò prophetat liberationem Israël de Babylone, non quidem futuram infra biennium, vt per pseudo prophetas dicebatur, sed post 70 annos. Secundùm autem nos prophetas liberationem Israël à confusione peccati, & à seruitute Diaboli factam per Christum, & eius Apostolos. Secundò, describit magnitudinem doloris Israel adhuc in terra sua præ timore exercitus Babylonici aduenientis vel in captiuitate iam ducti, *ibi*: Et hæc verba quæ locutus est. Tertiò promittit liberationem Israël à captiuitate Babylonica, vel à dispersione Romana, *ibi*. Et erit in die illa. Quartò, describit duritiam & pertinaciam peccatorum Israel propter quæ meruit captiuari, vel à Chaldæis, vel à Romanis, *ibi*: Insanabilis fractura tua. Quintò, prophetat iterum liberationem Israël vel a captiuitate Babylonica, vel à dispersione Romana, vel a seruitute diabolica. *ibi*: Propterea omnes qui comedunt te. Et nota, quòd alternatim procedit Ieremias: modò enim tristitia comminatur, quæ adhuc sustinent, modò læta promittit quæ in futuro percipient. A

l Hoc verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino.] Per hunc modum loquẽdi semper innuitur de quo verbo intelligat, scilicet, de Verbo æterno, quòd factum carnem iam in præscientia, & faciendum in euidentia prædicebat Ieremias, quod dicebat ei, quicquid ipse loquebatur.

m Scribe tibi omnia verba quæ locutus sum] scilicet de liberatione Israel. *Abacuch* 2. a. Scribe visum & explana eum super tabulas vt percurrat qui legerit, quia adhuc visus procul, quasi hæc liberatio Israel futura non statim erit, vt mentiuntur pseudo, sed post septuaginta annos, & ideo hæc scribe, vt in memoria habeas quæ ventura prænuncio & pronunciaui. Similiter liberatio Christianorum per Christum incarnatum tunc longo tempore futura erat. Ideo *Isa.* 8. a. Sume tibi librum grandem & scribe in eo stylo hominis, velociter spolia detrahe, citò prædare, & adhibui mihi testes fideles: Viriam Sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Ideo *Abacuc* 2. a. Si moram fecerit expecta me.

n Et conuertam conuersionem populi mei Israël & Iuda,] id est, decem, & duarum tribuum. Ergo secundùm hoc decem tribus reuertentur. Ad idem *Ezech.* 16. f. Conuertens restituam conuersionem Samariæ & filiarum eius. Solut. Quidam de decem tribubus, sed pauci redierunt, scilicet, illi qui remanserunt à captiuitate facta eis à Salmanasar, & transfugerunt per diuersa loca, in latibulis se abscondentes, & mandauit eis Ezechias, vt dicitur 4 *Reg.* 17. quod redirent cum pace in 2. *Par.*
Ierusalem ad fratres suos de duabus tribubus, qui postea 30.
captiuati sunt, quando duæ tribus captiuatæ fuerunt sub Nabuchodonosor, & cum illis postea redierunt, scilicet post septuaginta annos, sed illi qui vltra montes Caspios transierunt, nunquam redierunt.

Sic Moraliter, Dominus illos qui conuersi fuerunt à *Moral.* prosperitate in aduersitatem, conuertet iterum in prosperitatem; vel eos qui conuertunt se à gratia ad peccatum conuertet sæpe iterum ad gratiam. *Psalm.* 67. Dixit Dominus ex Basan, conuertam, conuertam in profundum maris, id est, ex desperatissimis. Basan enim bruchus interpretatur, vel pinguedo, vel confusio, vel siccitas. *Matt.* 9. b. Non veni vocare iustos, sed peccatores. *Luc.* 15. b. Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Vel hæc conuersio facta est in tẽpore Christi, quando filij Israel, & filij Iuda posuerunt sibi caput vnum per fidei vnitatem, vt dicitur *Osee* 1. d. Quod significatum est in coniunctione duorum lignorum in vnum lignum in manu Ezechielis *Ezech.* 37. Et *ibid.* g. dicitur: Dauid seruus meus erit Princeps eorum in perpetuum. *o* Et hæc verba quæ locutus est Dominus]supple sunt.

p Ad Israël & ad Iudam,]id est, decem & duas tribus. Hic autem post læta comminatur tristia, vt sint gratiora promissa in respectu tristium quæ comminatur, & illa eligantur citius per quæ promissa reddantur, & hæc gratius dimittantur propter quæ tristia inferantur, & vt gratior fit homo Deo viuendo quæ dat Deus, & à quibus eripit. *q* Vocem terroris audiuimus,] id est, comminationes Prophetæ, vel rumores de aduentu hostium, quasi

A vos

a formido, b & non est pax. c Interrogare & videte si generat masculus. d Quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum quasi parturientis, e & conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem; f Væ quia magna dies illa, nec est similis eius, g tempusque tribulationis est Iacob, h & ex ipso i saluabitur. Et erit in die illa, ait Dominus exercituum, k conteram iugum eios de collo tuo, l & vincula eius dirumpam. Et non m dominabuntur ei amplius n alieni, o sed seruient Domino Deo suo, & Dauid Regi suo quem suscitabo eis. p Tu ergo ne timeas † q serue meus Iacob, ait Dominus: r neque paueas Israël, s quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, t & semen tuum de terra captiuitatis eorum. u Et reuertetur Iacob & † requiescet, & cunctis affluet bonis, & x & non erit quē formidet, y quoniā ego tecum sum, ait Dñs, vt saluē te,

al. † seruus.

al. † quiescet.

vos sic dicetis. Vel hæc dicit Propheta in persona populi cui præcipit Dominus vt sic dicat in persona eius.
a Formido,] supple est nobis præ timore hostium.
b Et non est pax] vt promittebant pseudo. Isa. 57 d. Non est pax impijs dicit Dominus. c Interrogate & videte si generat masculus,] quasi dicat, nōn quia tempore belli non solēt homines intendere operi nuptiali. Sic ipsi dicebant hoc, quod iā certi erant de aduētu Nabuchodonosor. d Quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum quasi parturientis?] quasi præ nimio terrore perterriti, non manus ad arma tendunt, sed ad renes tenendos, quasi si mulier pariens, illa lumbosque contineat: vel velut parturiens suos lumbos tenet, sic viri tanquam fœminæ timebunt. Sic & hoc dicitur contra illos qui timent timore humano vel mūdano, vel seruili, qui formidolosi sunt, & non sunt digni ad prælia Domini aggredienda. Deut. 20. b. Qui formidolosus est, reuertatur in domum suam. Iob 15. c. Sonitus terroris semper in auribus eius, & cum pax sit, semper insidias suspicatur. Habent enim mali continuum remorsum conscientiæ. Tales enim generare non possunt, sed magis cum maledicto Onan semen in terram fundūt, vt dicitur Gen. 38. b. Sed sup. 29. b. dicitur: Accipite vxores & generate filios & filias. Debet enim Prælatus suscitare semen fratri suo mortuo, vt dicitur Deut. 25. b. quod intelligitur de multiplicatione filiorum per prædicationem Prælatorum, vel bonorum operum filios debet quilibet homo generare. Est enim Ecclesia sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ, filij tui sicut nouellæ oliuarum, &c. e Et conuersæ sunt vniuersæ facies in auruginem,] scilicet, præ nimio terrore. Vt enim Greg. aurugo siue rubigo stipulam in nigredinem vertit. Ieron. Aurugo siue rubigo est, quando teneræ fruges noxio rore percutiuntur, & vertuntur tam culmi quā spicæ in rubiginē De hoc Nahum 2. c. Cor eius tabescens & dissolutio geniculorum & defectio in cūctis renibus, & facies omnium sicut nigredo ollæ. Ioel. 2. b. Omnes vultus redigentur in ollam, à facie eius cruciabuntur populi. Isa. 13. b. Torsiones & dolores apprehendent eos, quasi parturientes dolebunt. ibid. Facies combustæ vultus eorum, Thren. 4. Denigrata est super carbones facies eorum. & non sunt cogniti in plateis.

Ps.127.

f Væ] vobis supple [quia magna dies illa] quia magna & longa erit tribulatio, quæ tempore illo infligetur Sopho. 1. c. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis, Dies illa, dies iræ, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. g Tempusque tribulationis est Iacob.] Quando Iacob per se ponitur, tunc ponitur pro omnibus duodecim tribubus; quando autem additur Israel, tunc pro duabus vel decem, quasi dicat, magna siue longa erit tribulatio duodecim tribuum, tamen habebit finem, quia tempus erit, id est, temporalis erit. Vnde patet quod prophetat hic Ieremias generalem liberationem & spiritualem in nouissimis temporibus futuram. De qua Isa. 10. c. In veritate reliquiæ Israel conuertentur, reliquiæ inquam Iacob ad Dūm fortem. Hoc enim non potest intelligi de liberatione temporali, quia nunquam illa liberatæ sunt duodecim tribus, sed magis Euangelicā vocatione. Vnde h & ex ipso] scil. tempore,] post tempus illius tribulationis prædictæ. Vel, h Ex ipso Iacob i Saluabitur] aliquis numerus.
k Conteram iugum de collo tuo,] sc. seruitutem quā relegat Nabuchodonosor. Sed melius intelligitur de iugo Diaboli, de quo liberabitur in die iudicij, quando Deus pacis conteret Sathan sub pedibus vestris, vt dicitur Rom. vlt. c. Gen. 27. f dixit Isaac ad Esau loquens ei de Iacob. Fratri tuo seruies, tempusque veniet cum soluas & excutias iugum eius de ceruicibus tuis. Nahum. 1. c. Afflixi te & non affligam te vltra, & nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua dirumpam. Isa. 10. f. In die illa auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à facie olei. l Et vincula eius dirumpā] vt tētationes, peccata, afflictiones corporales, & spirituales, necessitates, labores. Ps. 115. Dirupisti Dñe vincula mea. Isa 52. a. Solue vincula colli tui captiua filia Sion. m Et non dominabuntur ei amplius, scilicet Iacob. n Alieni] scilicet Chaldæi, vel Romani, vel Dæmones. Ioel vlt. d. Erit Ierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius: Cùm dicent sancti, Absorpta est mors in victoria, vbi est mors victoria tua 1. Cor. 15. g. Isa 9. a. Virgam exactoris eios & sceptrum humeri eius, & iugum oneris eius superasti, sicut in die Madian, quod interpretatur in iudicium. 2. Pet. 2. a. Peccantibus Angelis, id est, Dæmonibus, non pepercit, sed rudentibus Inferni detractos in Tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari.

Inf. 46. g.
Isa. 44. c.

o Sed seruient Domino Deo, & Dauid Regi suo,] id est, Christo, qui est Deus, & homo, secundū quod est de Dauid. Ezech. 37. g. Dauid seruus meus Princeps eorū erit in perpetuum. Sed Iudaizantes, per Dauid intelligunt Zorobabel, qui fuit de Dauid, per quem educti sunt de captiuitate Babylonica, & in illā reductione fuit eorum dux. Vnde dicitur suspiratus, non quia fuisset mortuus, sed vt esset dux populi. Simile Daniel 13. e. Suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris.
p Tu ergo ne timeas] timore seruili, vel humano, vel mundano. q Serue meus Iacob,] id est, duæ tribus quas vocat seruos suos modo familiari, sicut Abraam, Isaac, & Iacob vocantur serui Dei.
r Neque paueas Israël,] id est, decem tribus, quoad illos paucos qui cum duabus tribubus captiuati sunt, & cum eis reducti. s Quia ecce ego saluabo te de terra longinqua] Chaldæorum, vel Romanorum in fine mundi, quia ab illa dispersione Romana liberabuntur, qui in Deum crediderunt.
t Et semen tuum de terra captiuitatis eorum] id est Iudæorum, vel de mundo, & Inferno, à quibus liberabuntur omnes electi, qui significantur per duodecim tribus. Zachar. 8. b. Ecce ego saluabo populum meum de terra Orientis, & de terra occasus Solis, & adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate & iustitia.
u Et reuertetur Iacob & requiescet, & cunctis affluet bonis,] scilicet, si mihi obedierit. Hæc enim conditio intelligenda est in omnibus promissionibus eius. Vnde Zach 6. d. Qui procul sunt venient & ædificabunt in templo Dūi. Erit autem hoc si audiendo audieritis vocem Dūi Dei vestri. Tunc affluet bonis. x Et non erit quem formidet] Hoc nūquam plenè fuit sub Zorobabel, sed sub Christo. Mich. 4. b. Sedebit vir sub vite sua veneam suam, & subter ficū suum, & non erit qui deterreat. Isa. 3. b. Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitate & absconsione à turbine & à pluuia Zachar. 8. b. Vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & cœli dabunt rorem suum. Tunc enim fiet pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. De hac abundantia Deut. 8. b. Dominus
Ps. 121.
Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum, aquarum & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi, &c. vbi absque penuria comedes panem tuum, & rerum abundantia perfrueris, cuius lapides ferrum sunt, quasi, securus & fortis erit locus, vt nullus ibi timere possit. Vnde Nahum. 1. d. Non amplius adijciet ibi Belial, vniuersus interijt. y Quoniam ego tecum sum, ait Dominus] tanquam ductor in periculis euadendis. Deuteronom. octau. c. Ductor tuus fuit in solitudine magna & terribili, in qua erat serpens flatu adurens & Scorpio, & Dipsas, & nullæ omnino aquæ. Item tecum, tanquam adiutor in tribulationibus sustinendis. Vnde sup. vigesim. Dominus mecum est tanquam bellator fortis, ideo qui persequuntur me cadent. Isa. 43. a. Cum transieris per aquam tecum ero, & flumina non operient te. Item tecum, tanquam prouisor in necessarijs acquirendis, tā spiritualibus, quam corporalibus. Ps. 39. Ego autem mendicus sum, & pauper, Dñs sollicitus est mei. Item tecum, tanquā custos perpetuus

mus & perductor ad brauium ſupernæ vocationis. *Matt. vlt.*d. Vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.

a Faciam enim conſummationem in cunctis gentibus,] ſcilicet, eas diſpergendo.

b Te autem non faciam in conſummationem,] quia vt dictum eſt, reliquiæ ſaluæ fient, vel quia de captiuitate liberabuntur. *ſup.* 5. e. Veruntamen in diebus illis, ſcil. quibus captiuabo vos, non faciam vos in conſummationem.

c Sed caſtigabo te in iudicio,] i. iuſtè te affligam, non ad conſumptionem, ſed ad correctionem. Iuxta illud *ſup.* 10. d. Corripe me Domine, verum tamen in iudicio, & non in furore tuo. *Iudith.* 8. d. Nos non vlciſcamur nos pro his quæ patimur, ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe, flagella Domini euenisſe credamus tanquam ſerui Dei qui corripimur ad emendationem, & non ad perditionem noſtram.

a Faciam enim conſummationem in cunctis in quibus diſperſi te, te b autem non faciam in conſummationem, ſed c caſtigabo te in iudicio, vt d non tibi videaris innoxius, quia hæc dicit Dominus. e Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua. Non eſt qui f iudicet iudicium tuum † g ad allegādum curationem tuam, h vtilitas non eſt tibi. i Omnes amatores tui obliti ſunt tui, k tèque non quærent. l Plagā enim inimici percuſſi te, caſtigatione crudeli. Propter mul-

Al. † ad alligandum curationum vtilitas,

C

Sup. 13. *d.*

d Vt non tibi videaris innoxius.] Flagellat enim Dominus multos vt humilientur, vt Paulum. 2. *Cor.* 12. Alia *littera*, dicit: Mundans non mundabo te] quaſi quamuis te per flagella corripuero: [non mundabo te,] i. adhuc immundum te oſtendam. Nullus enim in mundo quantumcunque ſine peccato ſit, vel quantumcunque caſtigatus eſt, innocens eſt, quia omnis homo ſemper miſericordia Dei indiget. Vel, Mundans, alios, i. mundatos oſtendens per hoc, ſcilicet, quod non punio, non mundum te oſtendam in hoc, ſcilicet, quòd punio. Simile *Iob* 9. d. Sordibus intinges me, i. intinctum oſtendes.

Pſalm. 77. *e* Inſanabilis fractura tua,] i. peccatum propter quod fractus es, inſanabile eſt, ſcilicet, tibi, ſed non mihi, quia homo eſt ſpiritus vadens, & non rediens. Vel loquitur ad Ieruſalem, quaſi a me ſolo habere potes ſanitatem & culpæ, ſcilicet, & captiuitatis. Vndè Peſſima plaga tua. Vel poteſt dici moraliter, quòd illorum plaga eſt inſanabilis, & peſſima qui in flagellis Dei non corripiuntur, ſed magis indurantur. Tales enim percutiuntur à Deo, non vt filij proprij, ſed vt ſerui alieni. De talibus poteſt dici illud *Ioan.* 3 c. Qui non credit, iam iudicatus eſt, i. quaſi vi coactus ad interitum.

f Non eſt qui iudicet iudicium tuum.] Et ſi Iudæi mali eſſent, tamen Chaldæi non habebant ius ita affligendi eos: Vndè iniuſtè agebant cum ipſis, vel contra ipſos, ſed non erat qui iudicaret pro Iudæis.

g Ad alligandam curationem tuam, [i. plagam tuam ad hoc vt curetur.

h Vtilitas non tibi] etſi ſit tibi aliqua conſolatio in temporalibus, aliunde auxilium non potes habere ad te curandum, quia omnia tibi offenſa ſunt offenſo tibi Creatore, qui ſolus verus eſt medicus. Vndè.

i Omnes amatores tui obliti ſunt tui,] ſcilicet, Sacerdotes, vel Principes, vel Angeli, quibus omnibus antequam offenderes fortiſſimè vallabaris. *Thren.* 1. a. Non eſt qui conſoletur eam ex omnibus charis eius.

k Teque non quærent.] Sic Prælati noſtri animas ſubditorum non quærunt, ſed magis eorum obliti, tantum ea quæ eorum ſunt quærunt, ſcilicet, temporalia. Sed dicitur. 2. *Cor.* 12. Non quæro quæ veſtra ſunt ſed vos. *Seneca.* Mel muſcæ, cadauera lupi, hæc turba prædam ſequitur, non hominem. Anima enim perit & non eſt qui curet; aſinus cadit, & eſt qui ſubleuat. *Mich.* 3 d. Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem in aceruum lapidum erit, & mons Templi in excelſa ſiluarum. In primo ſignificatur ſollicitudo temporalium. In ſecundo ſeſſio Eccleſiarum. In tertio, negligentia Prælatorum, qui in hoc ſteriles ſunt ſicut ſilua ſterilis eſt.

l Plaga enim inimici percuſſi te] Dominus enim vt amicus, & vt pater corripit & caſtigat quos amat, vt dicitur *Apoc.* 3. d. Et *Prou.* 3. b. Illos autem vt hoſtis & inimicus, quos percutit vt occidat, ſcilicet, quoad iſtos quorum pœna hic incipit vt conſummantur in gehenna, vt ſuit in Herode, *Act.* 12. d. Et in Antiocho. 1. *Mach.* 6. b. Ideo dicit *Pſalm.* 6. & 37. Domine ne in furore tuo corripias me. *Greg.* in moralibus. Cum virtutem noſtræ patientiæ flagella tranſeunt, valde metuendum eſt, ne peccatis noſtris exigentibus, non quaſi filij à patre, ſed quaſi hoſtes à Domino feriamur. Tales deſtruuntur ab emendatione. *Iſaia* 1. b. Non eſt malagma imponere, neque alligaturas, neque oleum, ſecundùm litteram Septuaginta. *Ezec.* 30. f. Fili hominis brachium Pharaonis regis Ægypti confregi, & ecce non eſt obuolutum vt reſtitueretur ei ſanitas vt ligaretur pannis, & faſciretur linteolis, & recepto robore poſſit tenere gladium. Sed de bonis *Gregor.* Quoties Deus peccatorem feriēdo corrigit, ad hoc flagellum immittit vt parcat. In hac enim vita Dominus tantò magis ſtudet vt parcat, quantò magis expectando flagellat. *Pſalm.* 39. Qui fingis laborem in præcepto. *Gregor.* Dolor in præcepto fingitur, eis qui à malis operibus quaſi præceptis; vitæ per dolorem cohibetur. Sed *ſup.* 5. a. De malis. Percuſſiſti eos, & non doluerunt, attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam. Et in talibus percuſſio Domini quæ hic inchoatur, in æterna pœna conſummabitur. Vndè *Deut.* 32. c. Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad Inferni nouiſſima. Nec eſt hoc contra illud *Nahum.* 1. c. Non conſurget duplex tribulatio: Siue: Non puniet Deus bis in idipſum, quia talium percuſſio hic incepta, in furore perficienda vna reputatur.

titudinem iniquitatis tuæ dura facta ſunt peccata tua. m Quid clamas ſuper contritione tua? Inſanabilis eſt dolor tuus. n Propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua o feci hæc tibi. p Propterea omnes q qui comedunt te deuorabuntur, & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur, & qui te vaſtant vaſtabuntur, r cunctóſque prædatores tuos dabo in prædam. ſ Obducant enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te,

m Qoid clamas ſuper contritione tua?] Quare factus eſt dolor meus perpetuus, & plaga mea deſperabilis? *Sup.* 10. c. Væ mihi ſuper contritione mea, peſſima plaga mea. *Suprà* 15. *d.*

n Propter multitudinem iniquitatis tuæ, propter dura peccata tua,] i quia æſtuas malitia, & propria voluntate indurata & obſtinata es.

o Feci hæc tibi,] i. non ex mea voluntate, ſed propter tuam malitiam ſic percuſſi te plagā inſanabili, vt ſcilicet, ſanari non poſſes niſi mordaciſſima potione, ſcilicet, captiuitatis & humiliatione deiectionis tuæ. Non enim Dominus volens percutit. Vndè *Thren.* 3. d. Non ex corde ſuo humiliauit & abiecit filios hominum. *Iſaia* 1. f. Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis!

p Propterea omnes] quaſi, ſi te intantum afflixi propter multitudinem iniquitatis, & propter dura peccata tua, cùm omnes aduerſarij tui eandem cauſam habeant, ſcilicet, multitudinem iniquitatis, & dura peccata, ergo, & ipſi ſimiliter debent deſtrui. Vndè li, propterea, illatiuum eſt. Æquipollet enim huic dictioni, ergo.

q Qui comedunt te.] Vt Aſſyrij deſtructi ſunt à Babylonijs, & Chaldæis, Babylonij autem à Medis, & Perſis. Sic Prælati, qui modo comedunt Iacob, i. ſubditos, deuorabuntur à Domino in futuro. *Iſaia* 33. a. Væ qui prædaris, nonne & ipſe prædaberis? *Abac.* 2. b. Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes, qui relicti fuerint de populis. Modò enim Dominus, quaſi tacet, & diſſimulat, conculcante impio iuſtiorem ſe, & facit homines, ſicut piſces maris, quia, ſcilicet, vnus deuorat alium, vt dicitur *Abac.* 1. d. Sed dicitur *Apoc.* 13. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet, qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.

r Cunctóſque prædatores tuos dabo in prædam.] *Iſaia* 33. a. Cùm conſummaueris deprædationem deprædaberis.

ſ Obducam enim cicatricem tibi.] Poſſent dicere, quid curamus nos de deſtructione aduerſariorum noſtrorum, quia fortè deſtructores illorum magis affligent nos. Ideo reſpondet, quòd non, quia obducam cicatricem, quaſi, reparabo te in omnimodam ſanitatem, & perfectam liberationem ab omnibus plagis tuis. Quod propriè factum eſt per Chriſtum, & ampliùs fiet in futuro, quando remouebit ab electis omne vulnus culpæ, & pœnæ, vt dicitur. *Iſaia* 30. f. Erit lux Lunæ, ſicut Solis, & lux Solis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit.

dicit Dñs: *a* Quia eiectam vocauerunt te Sion, hæc *b* est quæ non habebat requirentem. Hæc dicit Dominus: Ecce *c* ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & *d* tectis eius miserebor. Et *e* ædificabitur ciuitas in excelso suo, & *f* Templum iuxta ordinem suum fundabitur. Et *g* egredietur de eis laus *h* vóxque ludentium, & *i* multiplicabo eos & non minuentur, *k* & glorificabo eos *l* & non attenuabuntur, *m* & erunt filij eius sicut à principio, *n* & cœtus eius coram me permanebit. Et *o* visitabo aduersùm omnes qui tribulant eum, & *p* erit dux eius ex eo, & *q* Princeps de medio eius producetur. Et *r* applicabo eum, & accedet ad me. *ſ* Quis enim iste est qui applicet cor suum, vt *t* appropinquet mihi, ait Dñs? Et *u* eritis mihi in populum, & *x* ego ero vobis in Deum.

Moraliter. A Moraliter. Cicatrix, indicium est vulneris. Dominus autem sic sanat spiritualiter animam quòd remaneat cicatrix, scilicet, peccati memoria. Vide *sup.* 3. d. Reuertere ad me aduersatrix Israel, & non auertam faciem meam à vobis, quia ego sanctus sum, & non irascar in perpetuum; tamen scito iniquitatem tuam, quia in Deum tuum præuaricata es. *Th.* 3. c. Memoria memor ero, &c. *Eccl.* 15. c. In die bonorum non sis immemor malorum *sup.* 2. c. Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris.
D *a* Quia eiectam vocauerunt te Sion,] i. ex toto proiectam, scil. à Domino in captiuitatem *b* Hæc est quæ non habebat requirentem] Deum scil. qui eam requirat. Sic verum est modò de Ecclesia, quia proiecta est, nec habet Prælatum qui eá requirat. *Ezech. trigesimo quarto* a. Quod infirmum fuit non consolidastis, & cætera. *c* Ecce ego ego conuertam conuersionem tabernaculorum, &c.] Hic prædicit ad literam reductionem Israel de captiuitate Babylonica. Allegoricè, reditum Iudæorum ad fidem Apostolorum. Vocat autem tabernacula Iacob habitantes in tabernaculis, non habentes hic manentem mansionem, secundum illud *Hebr.* 11. b. Fide qui vocatus est Abraham demoratus est in terra promissionis tanquam in alieno, habitando in casulis, &c. *Num.* 24. a. Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi Cedri propè aquas. Vel loquitur ad litteram de reuersione facta sub Zorobabel & Esdra, qui gesserunt typum Christi, & Apostolorum.

d Et tectis eius miserebor] secundum illud *Isa.* 61. b. Ædificabunt deserta à sæculo & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates dissipatas & desertas à generatione in generationem.

e Et ædificabitur ciuitas in excelso suo, &c.] Vndè *Isa.* 51. a. Consolabitur Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius, gaudium & lætitia inuenietur in ea, & gratiarum actio, & vox laudis.

f Et Templum iuxta ordinem suum fundabitur] vt ibi fiat Religio cultus Dei & sacrificiorum, sicut fiebat ante captiuitatem. Vel. In excelso suo, quia Ecclesia est ciuitas super montem posita, id est, super Christum ædificata, qui mons est præparatus in vertice montium, qui se ad nos inclinauit, vt ad eum fluerent omnes gentes, *Isa.* 2. a. Iuxta ordinem suum, vt quicquid iuxta ritum Iudæorum fiebat carnaliter, in Ecclesia cõpleatur spiritualiter. Moraliter. *c* Ecce ego conuertam conuersionem,] i. conuersos per præparationem liberi arbitrij conuertam per gratiæ infusionem. *Zac.* 1. a. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. *g* Et egredietur de eis laus.] Vndè *Isaia* 30. a. De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem, *Isaia vigesimo septimo* b. Qui ingrediuntur impetu à Iacob, florebit & germinabit Israel, & implebunt faciem orbis semine. Vel, Laus, id est, gratiarum actio, quam reddiderunt Domino pro Templi facta reædificatione, vt habetur in Esdra, & in Neemia, quòd cantabant in choris & tympanis præ gaudio de illa reædificatione *h* Vóxque ludentium] non lusu malo, de quo *Exod. trigesimo secundo* b. Surrexerunt ludere; sed bono in signum læti spiritualis, de quo. *secund. Reg. sexto* c. Quòd Dauid psallebat ante Arcam totis viribus. Et *ibidem.* d. Dicit: Ludam & vilior fiam plusquam factus sum, & ero humilis in oculis meis. *Zachar. octauo* a. Plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius.

Moraliter. *Prouerb. octauo* d. Delectabar per singulos *Moraliter.* dies ludens coram eo omni tempore, & ludens in Orbe terrarum, i. ludere faciens homines de Orbe terrarum. Totus enim Mundus est quasi quidam ludus pilæ. Modò enim tenetur ab isto, modo ab illo, modò proiicitur ad illum, & aliquando diuiditur in partes, & ille habet vnam, & ille aliam. Primò enim fuit Monarchia apud Assyrios, & tunc habuerunt pilam; postea apud Medos & Persas; deinde apud Græcos; post apud Romanos, modò concisa est pila, & vnam partem habet Imperator, aliam diuersi Reges. Vnde *Isaia* 22. e. Mittam te quasi pilam in terram latam, & spatiosam, & ibi morieris, ibi erit currus gloriæ tuæ. Omnes ergo qui in mundo sunt, ludentes sunt.

i Et multiplicabo eos & non minuentur,] quia iam de toto Orbe multi credentes sunt.

k Et glorificabo eos,] quasi faciam quam in omnibus honorabuntur. *Zach. septimo* c. Et erit, sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda, & domus Israel, sic saluabo vos & eritis benedictio. *Isaia quadragesimo* b. Adducam filios tuos de longè, argentum eorum & aurum cum eis in nomine Dei tui, & Sancti Israel, quia glorificabit te. *Psalm. octuagesimo sexto.* Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei.

l Et non attenuabuntur] quasi multitudinem habebunt & sacramentorum & donorum spiritualium & operum excellentium.

m Et erunt filij eius sicut à principio,] i. Patres noui Testamenti reuertentur ad statum perfectionis, in quo fuerunt Patres veteres, vt Abraham, Isaac, Iacob, & alij. Vndè *Psalm. quadragesimo quarto.* Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij, &c. *Isaia primo* f. Restituam iudices tuos vt fuerunt priùs, & consiliarios tuos sicut antiquitus, & postea vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis.

n Et cœtus eius coram me permanebit,] id est, in beneplacito meo.

o Et visitabo aduersùm omnes qui tribulant eum,] scilicet potestates contrarias, corporales, scilicet, quoad litteralem reuersionem, vel spirituales, quoad spiritualem.

p Et erit dux eius ex eo, scilicet, saluator quem sequuntur, qui est Israel secundùm carnem.

q Et Princeps de medio eius producetur.] *Deut. decimo octauo.* Prophetam de gente tua & fratribus tuis suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. Et est hic argumentum, quòd Prælatus debet eligi de gremio Ecclesiæ, si sit in ea sufficiens. *Deuteron. decimo septimo* c. Cum constitues Regem, eum constitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem facere, ex semetipso iudicium egredietur.

r Et applicabo eum,] scilicet, filium meum dicit pater, & accedat ad me.

ſ Quis enim iste est qui applicet cor suum?] quasi nullus potest cor suũ sic applicare patri vt filius. Nemo enim sic coniunctus est patri vt filius. Ipse solus potest dicere illud. Ego in Patre, & Pater in me est, vt dicitur *Ioan.* 14. b.
t Vt appropinquet mihi,] scilicet, per se, quasi dicat, nullus. Quia dicitur *Ioan* 6. e Nemo venit ad me nisi Pater meus traxerit eum: Appropinquet gressibus bonorum operum. *Iob* 4. b. Appropiate Deo, & appropinquabit vobis. *u* Et eritis mihi in populum] per cultum latriæ, vel reuerentiæ exhibitionem, & fidei integram professionem, & filialem obedientiam.

x Et ego ero vobis in Deum] per gratiæ appositionem, & adiutorij, & gloriæ promissionem.

EXPOSITIO CAP. XXXI.

ECce turbo Domini. Priùs promisit liberationem de captiuitate Babylonica, vt sic per prosperitatem sibi à Deo promissam corda audientium emolliret ad pœnitentiam. Sed quia his auditis pauci ad hæc promissa applicauerant cor suum, id est, intelligentiam & voluntatem, vt sic essent populus Dei, & Dominus esset Deus eorum. Ideo in principio huius capituli turbinem captiuitatis, & furorem vindictæ à Domino egrediendum super eos prædicit; postea autem in consolationem & in mitigationem comminationum prospera promittit pœnitentibus. Totum enim hoc Capitulum, imò, & totus liber interscalariter loquitur de pœnis malorum, de promissionibus pœnitentium. Diuiditur autem hoc capitulum in duodecim partes. Primò, pœnam & vindictam malorum & incredulorum Iudæorum prædicit. Secundò, populum flagellatum, & inter flagella pœnitentem gratiam inuenturum in deserto suæ captiuitatis prædicit, quę gratia est prosperitas in ciuitatem reædificatione & in pristini decoris siue ornatus recuperationes, vinearũ plãtatione,

tatione solemnitatum obseruatione, & ipsius ciuitatis Ierusalem frequentatione in festiuitatibus in lege determinatis, *ibi*: In tempore illo. Tertiò, locum captiuitatis eorum de quo se educturum eos dicit, determinat, & vniuersitatem redeuntium, & lætitiam eorum in redeundo declarat, *ibi*: Ecce ego adducam A eos. Quartò, Propheta omnes tam propinquos quam remotos ad audiendum prosperitatem eorum inuitat, quomodo, scilicet, Dominus tanquam bonus pastor oues suas dispersas congregaturus sit in terra sua, & ibi eos omnium bonorum abundantia repleturus, *ibi*: Audite verbum Domini. Quartò, loquitur de decem tribubus, quarum calamitatem per fletum Rachël matris earum ostendit; Rachel enim fuit mater Ioseph, cuius filius fuit Ephraim, de cuius stirpe fuerunt Reges decem tribuum, & ideo nomine Ephraim frequenter decem tribus appellantur, *ibi*: Vox in excelso. Sextò, prædicit prosperitatem decem tribuum quoad quosdam, scilicet, paucos, qui redierunt cum duabus tribubus, & eorum pœnitentiam se audisse Dominus ostendit, vnde & pœnitentiam & confessionem eorum ibidem ostendit, *ibi*: Quiescat vox tua. Septimò, inuitat eos vt ampliùs peccata sua præterita considerent, & pœnitentiam & emendationem pristini erroris proponant, *ibi*: Statue tibi speculam. Octauò, loquens ad duas tribus, eas ad reditum de Babylone inuitat, & prosperitatem sibi futuram in terra sua declarat, *ibi*: Reuertere virgo Israel. Nonò, loquitur contra murmurantes, qui dicebant se non tantam pœnam meruisse, & Deum eos pro peccatis patrum suorum iniustè puniuisse, *ibi*: In diebus illis non dicent vltra. Decimò, Dominus fœderis & legis renouationem promittit, *ibi*: [Ecce dies veniunt.] Vndecimò, populi illius ingem & perennem stabilitatem ostendit per legem naturæ, scilicet, per stabilitatem Solis & Lunæ, & eorum multitudinem coelorum comparat immensitati, *ibi*. [Hæc dicit Dominus qui dat Solem.] Vltimò limites siue terminos ciuitatis reædificandæ describit, *ibi*: [Et ædificabitur ciuitas à Domino.] Nota ergo, quòd Iudæi ea quæ hîc dicuntur, dicunt pro parte esse facta in reditu de Babylone, & ea quæ facta fuisse astruere non possunt, futura esse in aduentu sui Messiæ, quando dicunt auream Ierusalem conscendere. *Ieron.* autem omnia quæ hic dicuntur de pœna malorum, per Romanos completa esse asserit, vel in futuro in Inferno complenda. Prosperitatem autem quæ hic promittitur, ad conuersionem eorum refert, qui per Apostolorum prædicationem pœnituerunt, & omnia ad Ecclesiæ ædificationem asserit referenda. Primò ergo prædicens afflictionem Iudæorum incredulorum dicit.

CAP. XXXI.

a ECce turbo Domini b furor egrediens, procella ruens in c capite impiorum conquiescet. Non d auertet iram indignationis Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui. In e nouissimo dierum intelligetis ea. In tempore f illo dicit Dominus, g ero Deus vniuersis cognationibus Israël, h & ipsi erunt mihi in populum. Hæc dicit Dominus: i Inuenit gratiam, in deserto populus qui k remanserat gladio l vadet ad requiem suam Israël.

a Ecce turbo Domini.] Hæc magis ad captiuitatem factam per Romanos referuntur; sed tamen verius ad diem Iudicij quando Dominus veniet cum turbine & furore malis. Vndè *Nahum* c. a Dominus æmulator & vlciscens, Dominus vlciscens & habens furorem, vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. *Ibidem.* Dominus in tempestate & turbine viæ eius. *Isaia* 30. f. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius & grauis ad portandum, spiritus eius velut torrens inundans ad perdendas gentes in nihilum. *Malach.* 3. Quis poterit cogitare diem aduentus eius? *Soph.* 1. c. Vox diei Domini amara, tribulatur ibi fortis. *Isaia* 25. b. Spiritus robustorum quasi turbo impellens parietem. Dicit autem.

d Furor egrediens, procella ruens.] Modò enim latet furor eius, quia adhuc non assumpsit tempus ad iudicandum iustitias. Furor inquam.

e In capite impiorum conquiescet.] Caput impiorum sunt Dæmones, vel Dei filium blasphemantes, vel contra eius veritatem prædicantes. qui sunt caput, quoad peccatorum magnitudinem. Furor Domini modò transit per iustos, sed in futuro fundabitur super Dæmones & peccatores. *Psalm.* 124. Non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Sed dicitur *Isaia cap.* 30. g. Erit transitus virgæ fundatus quam requiescere faciet Dominus super eum.

d Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui.] Hic, donec, est inclusiuum, quasi totum complebit furorem suum super malos, sicut hoc ante completionem se completurum cogitauit, vt sicut præcogitauit & prædixit Ierusalem ab exercitu Chaldæorum destruendam, ita hoc opere compleat. Vnus enim apex siue vnum iota non præteribit à lege donec omnia fiant, vt dicitur *Matth.* 5. b. Vndè dixit Noemi ad Ruth: *Ruth.* 3. d. Expecta filia donec videamus quem exitum res habeat, neque enim cessabit nisi compleuerit quæ locutus est. Vndè *Isaia decimo quarto* f. Iurauit Dominus exercituum dicens: si non vt putaui ita erit, & quomodo mente tractaui, sic eueniet vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum.

e In nouissimo dierum intelligetis ea.] Sicut enim sapientia, vel ars artificis non potest cognosci donec post opus completum; nec Medicinæ industria donec fuerit sanitas confecuta, sic ea quæ prædixit Dominus esse vera, non possunt intelligi donec post illorum completionem *Supr.* 23. d. In nouissimis diebus intelligetis consilium eius. *Psalm.* 72. Existimabam vt cognoscerem hoc, labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Ideo dictus est Iacob tota nocte luctasse cum Angelo, i. Iudæi cum sacra Scriptura: *Genes.* 32. f. Erat enim tenebrosa aqua in nubibus aeris: Et tenebræ erant super faciem abyssi. Et ideo fatigabantur ad intelligentiam illius inueniendam, quasi per totam noctem laborantes, & ideo nihil inuenientes. Vndè *Iudit.* nono b. Tenebræ fatigauerunt eos, tenuit pedes eorum abyssus. Sed Sole orto tunc quieuit Iacob dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. *Psalm.* 17. *Genes.* 1. a.

f In tempore illo] cum scilicet, hæc impleta fuerint

g Ero Deus vniuersis cognationibus Israel,] quasi omnes, id est, multi de omnibus, scilicet, tam de Iudæis quam de gentibus credent in me, vt colant me fide, spe, charitate, & obsequij exterioris exhibitione tanquã Deũ. Et hoc dicit quoad reliquias quæ saluatæ sunt de Iudæis, vel quæ saluandæ sunt in fine, & de gentibus conuersis. Vndè *Psalm. decimo septimo.* Dominabitur à mari vsque ad mare.

h Et ipsi erunt mihi in populum,] scilicet, † spiritualem, vel peculiarem, quia protegam eum ab hostibus, & necessaria ministrabo, scilicet, tam temporalia quam spiritualia. Et ideo dicit: Cognationibus Israel, quia non tantùm Iudæi sunt de Israël, sed & omnes qui Deo fide viuunt. Qui enim opera Abrahæ faciunt, filij Abrahæ sunt, vt dicitur *Ioan.* 8. c. *Al.* † specialem.

i Inuenit gratiam in deserto,] i. in gentibus, inter quas dispersus erat. Quæ dicuntur desertum, quia à Deo desertæ erant. Vel audiui in occulto.

k Populus qui remanserat gladio,] i. qui remanebit, id est, qui non occidetur per gladium.

l Vadet ad requiem suam Israël,] i. ad terram promissionis; Vel Iudæi qui iram furoris Domini quam per gladium Romanorum exercuit poterunt euadere.

i Inuenit gratiam in deserto,] i. salutem inter turbas gentilium. Et ideo:

l Vadet ad requiem suam Israël, scilicet, ad æternam vitam eis promissam per figuram repromissionis. Similiter, qui remanebunt à gladio æternæ damnationis, de quo *Iob* 19. d. Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est, ibunt in requiem æternam, quia datâ sententiâ his quibus inferatur gladius, dicetur eis. Venite benedicti, &c. *Matth.* 25. c. Et *ibid.* b. Euge serue bone, & fidelis. Sed oportet quòd prius inueniri gratiam in deserto, i. in pœnitentia, vbi est locus inueniendi gratiam. Extra enim pœnitentiam non est inuenire gratiam his qui peccauerunt. *Psalm.* 62. In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam. *Isaia* 55. b. Quærite Dominum dum inueniri potest. *Matth. cap.* 7. a. Quærite & inuenietis. Sed in ciuitate, i. in mundana & carnali conuersatione non inuenitur gratia. Vndè *Osea cap.* 11. d. In medio tui sanctus, & non ingredior ciuitatem.

l Vadet ad requiem,] quia in deserto etiam inuenitur requies, scilicet, mentis: *Hebr.* 4. c. Relinquitur sabbatismus populo Dei. De requie æterna. *Ibidem.* Festinemus ingredi in illam requiem. Et *Ezech.* 34. d. In montibus excelsis Israël erunt pascua earum, & ibi requiescent in

herbis virentibus. *a* Longè Dominus apparuit mihi.] Verba sunt Prophetæ vel populi, quasi non citò liberabit. Et est breuis duarum personarum dialogus, id est, serui & Domini. Prius dicit seruus. Longè Dominus apparuit mihi, scilicet, mihi existenti in captiuitate. Vel, Mihi, quia longè ab eo recesseram peccando. Vel hoc dicit Propheta cótra pseudo, qui dicebant reditum esse propè. Sed dicit Ieremias, quòd imò adhuc visus est procul, quia vidit in spiritu illum reditú futurum non de propè, sed de lógè. Quoad primam expositionem, Dominus apparuit Iudæis promittendo existentibus in captiuitate reditum. Quoad secundam, conuertendo eos ad pœnitentiam. Vndè *Luca* 15. d. Cum adhuc longè esset, vidit eum pater, & misericordia motus est, & occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Quoad tertiam. *Abacuc.* 2.a. Adhuc visus procul & apparebit in finem. Postea dicit Dominus respondens seruo.

a Longè Dominus apparuit mihi. Et in *b* charitate perpetua dilexi te, *c* ideò attraxi te miserans. *d* Rursúmque ædificabo te, & ædificaberis Virgo Israël. *e* Adhuc ornaberis tympanis tuis, *f* & egredieris in choro ludentiũ. *g* Adhuc plantabis vineas in mótibus Samariæ. Plantabunt plantantes, & *h* donec tempus veniat non vindemiabunt, quia *i* erit dies in qua clamabunt custodes in *k* monte Samariæ, & in *l* monte Ephraim: *m* Surgite & ascendamus in Sion ad Dominũ Deũ nostrũ, quia hæc dicit Dñs: *n* Exultate in lætitia Iacob, *o* & hinnite contra caput gentiũ, personate, canite & dicite, *p* Salua Dñe populũ tuũ, reliquias Israël.

b Et in charitate perpetuâ dilexi te] Patet hoc non esse impletum tempore Zorobabel, quia postea capti fuerunt. Hæc autem dilectio quá diligit credentes, perpetua est, non temporalis, vt est dilectio amicorũ mũdi. Vndè *Ioan.* 13.a. Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. *Prou.* 17. c. Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustiis comprobatur. Sed dicitur *Eccl.* 6. b. Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. *Ecclef.* 25. b. Beatus qui inuenit amicum verum. *Apoc.* 1. b. Qui dilexit nos, & lauit nos in sanguine suo. *Ioan.* 15. c. Maiorem charitatem, &c.

c Ideò attraxi te miserans,] quia amor suus vinculum est quo nos attrahit. Trahit enim nos sursum Charitas, quia machina mentis vis est amoris. *Cant.* 1. a. Trahe me post te. *Osea* 11. b. In funiculis Adæ traham eos, in vinculis charitatis. Vincula Adæ sunt tribulatio, paupertas, vilitas, in quibus positi trahemur ad Dominum. Vincula charitatis, sunt beneficia quæ nobis largitur, scilicet, tam naturæ, quàm gratiæ, quàm gloriæ. Et hic triplex funiculus qui difficilè soluitur, maximè per beneficium suæ Incarnationis & passionis nos trahit. Vndè *Ioan.* 12. c. Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hi sunt panni per quos submissos in funiculis Ieremias tractus est de lacu, vt *infr.* 38. d.

d Rursúmque ædificabo te, & ædificaberis Virgo Israël,] quasi similis eris populo exeunti de Ægypto, tunc enim virgo ductus est, quasi dicat, ad eundem statum inducam te, in quo eras quando adhuc non peccaueras, nec cum idolis fornicata eras, vt posset dici illud. *Deut.* 33. d. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. Sic & Ecclesia moderna dicitur reædificata modo, quia pro patribus antiquis nati sunt ei filij.

e Adhuc ornaberis tympanis tuis,] id est, habebis musica instrumenta, quibus canebant Iudæi in festis; Vndè *Exod.* 15. c. Sumpsit Maria tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris. *Psalm.* 150. Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo.

f Et egredieris in choro ludentium,] quasi non eris sola ô tu Iudæa, id est, Ecclesia Dei; imò cum gentium turbis Deum laudantibus Deum laudabis, quasi in magna pace & delectatione eris cum eis. Hoc contra eos est qui dicunt horas soli, non in choro cum aliis: Multum enim diligit diabolus solitudinem vel singularitatem. Vndè dicit 1. *Reg.* 17. a Date mihi virum & ineat mecum singulare certamen. De hoc ponit *Ier.* exemplum bonum, dicens tales similes esse Columbæ, quam de grege Columbarum Accipiter separat, quam statim lacerat. Similiter, morbidæ oues cùm suum relinquunt gregem, tunc luporum faucibus deuorantur. Vndè *Ecclef.* 4. c. Væ soli, quia cum ceciderit, &c. Vel, In choro ludentium, quia Angeli assistunt psallentibus. Vndè *Psal.* 137. In conspectu Angelorum psallam tibi. Valdè turpè est discordare in tali choro, quod facit ille cuius vox cordi non concordat. *Psal.* 67. Principes coniuncti psallentibus.

Moral. Moraliter.

e Adhuc ornaberis tympanis tuis.] Tympanum est mortificatio carnis, quâ anima ornatur, quia quanto caro attenuatur, tanto anima impinguatur. 2. *Cor.* 4. d. Licèt is qui de foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem. *Psal.* 80. Sumite psalmum & date tympanum. *Isa.* 30. g In tympanis & citharis & in bellis præcipuis expugnabit eos, &c. Sequitur.

f Et egredieris in choro ludentiũ] quia debet fieri carnis mortificatio cum lætitia spirituali. Vndè *Psal.* 150 Laudate eum in tympano, &c. *Leuit.* 23. e. Dies expiationũ erit celeberrimus, & vocabitur sanctus, affligetisque animas vestras in eo.

g Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ,] in quibus tamen post captiuitatem Iudæorum alieni habitauerunt. Vndè *supr.* 27. b. Ædificate domos & plantate hortos & comedite fructus eorum

h Et donec tempus veniat non vindemiabunt] sicut fit in terra vbi sunt guerræ. Malunt enim habere immaturos racemos, quam hostes eorum maturos habeant. Vndè captiuandis Iudæis dicitur *Amos* 5. c. Vineas amantissimas plantabitis & non bibetis vinum earum.

Allegori. Allegoricè autem hoc impletum est tempore Apostolorum, qui plantauerunt vineas Domini, id est, Ecclesias prædicando, & irrigauerunt sanguine suo, & ideo comedunt modo fructum in tempore suo. Tempus enim est plantandi, & tempus euellendi quod plantatum est, vt dicitur *Ecclef.* 3. a. Vndè [Donec tempus veniat, non vindemiabunt] imò patienter expectauerunt fructum, nolentes colligere fructum aliquem in præsenti. *Iac.* 5. b. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, &c. *sup.* 5. f. Metuamus Dominum qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo, plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.

i Quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Samariæ, &c.] Principes & Magnates, vel etiam ipsi speculatores vinearum, qui solent facere consilia sua quando vadunt ad aliquam solennitatem

m Surgite & ascendamus in Sion, &c.] vbi est Templum Domini, adorare propter largitatem eius erga nos.

o Et hinnite contra caput gentium] quasi tantam habebitis prosperitatem quòd hostibus insultabitis, sicut equus cum armatus est, hostibus hinniendo insultat. Gentes enim tunc erunt caput, & Iudæi cauda, scilicet, in captiuitate, secundùm maledictionem illam *Deut.* 28. d. Ipse erit in caput & tu eris in caudam, sed tempore Cyri, destructa Babylone fuerunt hostes Iudæorum in caudam, & ipsi in caput. Vel.

Mystic. Mysticè.

i Custodes,] id est, Apostoli & Apostolici viri, qui sunt.

k In monte Samariæ,] id est, custodiæ per sollicitudinem gregis.

l Et in monte Ephraim,] per fructum & vbertatem prædicationis & bonorum operum.

m Surgite & ascendite in Sion] quasi relinquite infima, scilicet, sacrificia vetera, & ad Ecclesiæ magna sacramenta conscendite. *Isa.* 2. a. Surgite & ascendamus in montem Domini & ad domum Dei Iacob. *Micha.* 4. a. Venite ascendamus ad montem Domini, &c. Ascendere autem maximè præcipitur Prælatis. *Isa.* 40. b. Super montem excelsum ascende tu qui Euangelizas Sion. *Isa.* 62. b. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, &c. Sed dicitur *Amos* 6. a. Væ vobis qui opulenti estis in Sion, &c.

n Exultantes in lætitia Iacob.] id est, luctantes, vt dicitur *Rom.* 12. c. Spe gaudentes, in tribulatione patientes.

o Et hinnite contra caput gentium.] *Iob.* 39. c Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum?

p Salua Domine populum tuum, reliquias Israël. In nomine reliquiarum notatur paucitas & humilitas, quia pauci & tantùm humiles salui erunt. De primo, *Matth.* 20. b. Multi sunt vocati, pauci verò electi. 1. *Corinth.* 9. d. Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. De secundo, *Matth.* 5. a. Beati pauperes spiritu, &c. *Matth.* 18. a. Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in Regnum cœlorum. De his reliquiis. *Isaia* cap. 1. Nisi Dominus exercituum reliquisset

A nobis

A nobis semen, &c. Et 10. e. Reliquiæ Iacob conuertentur ad Deum fortem.

a Ecce ego adducam eos, &c.] Adhuc prophetat de reuersione eorum de captiuitate.

a Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & b congregabo eos ab extremis terræ. Inter c quos erunt cæcus, & claudus, & prægnans, & pariens simul, cœtus magnus reuertentium huc. In d fletu venient & in e misericordia reducam eos. Et f adducam eos per torrentes aquarum in g via recta, & h non impingent in ea, quia i factus sum Israeli pater, & k Ephraim primogenitus meus est. l Audite verbum Domini gentes, & m annunciate in Insulis, quæ procul, sunt, & dicite. n Qui dispersit Israël o cõgregabit eum, p custodiet eum sicut pastor gregem suum. q † Redemit enim Dominus Iacob, & † liberauit eum de manu potentioris. Et r venient, ſ & laudabunt in monte Sion, & t confluent ad bona Domini.

Rom.2.b. c Inter quos erunt, &c.] quasi non solùm diuites, & fortes reuertentur, sed pauperes, & debiles. Sic ad salutem omnes vocantur, nec in hoc est differentia apud Deũ, nec personarum acceptio. Vide Sap.4. b. pusillum & magnum ipse fecit, & ipsi cura est de omnibus.

Mysticè. Mysticè. Cæci sunt simplices, & ignorantes, claudi, instabiles. De quibus 3. Reg. 18. d. Vsquequo claudicatis in duas partes? Mich. 4. b. Congregabo claudicantem, & quem abieceram reducam. (Al. † Redimet.) Prægnantes & parientes sunt, qui post bonum propositum exeunt ad opus. (Al. † liberabit.) Prægnans enim non saluabitur nisi pariet. Luc. 21. d. Væ prægnantibus & nutrientibus in diebus illis. Isa. 26. d. A timore tuo Domine concepimus, & quasi parturiuimus, peperimus spiritum salutis. De his autem. Luc. 14. c. Cum facis conuiuium voca pauperes, & debiles, & claudos, & cæcos. In hoc ergo notatur, quòd de omnibus aliquos saluabit, & secundum illud Ioan. 12. e. Si exaltatus fuero à terra omnia, &c. Matth. 11. a. Ite, dicite Ioanni, cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur. Quod ad literam, potest intelligi. Hi omnes adducti sunt de Aquilone, id est, de vento frigidissimo infidelitatis.

b Et congregabo eos ab extremis terræ,] id est, infernalibus locis.

d In fletu venient] Contra Psal. 125. Euntes ibant & flebant, &c. Sol. quòd ibi notatur in ire, hic notatur in venire. In fletu enim venient, sed in exultatione peruenient. Matth. 5. a. Beati qui lugent, &c. e Et in misericordia reducam eos.] Isa. 54. a. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus multis congregabo te. Isa. 30. d. Plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui. Sic & Iudæi fleuerunt quando ducti sunt, sed cum lætitia reducti sunt. f Et adducam eos per torrentes aquarum] quia præ desiderio veniendi in terram suam, non quærunt vias rectas, sed etiam per torrentes transibunt, vt rectius & citius veniant. Vel, id est, conuertam eos per Apostolos, & Apostolicos viros, aquâ viuâ sapientiæ salutaris repletos, secundùm illud. (Psal. 64.) Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum, &c. (Psal. 56.) Vel per torrentes intellige tribulationes. Psal. 109. De torrente in via bibet. Alibi. Transiuimus per ignem & aquam.

g In via recta] quia iam non sunt claudi per inconstantiam vel perfidiam. Sap. 10. b. Iustum deduxit Dominus per vias rectas.

h Et non impingent in ea] quia cæci iam non sunt. Quibus cum essent cæci dicebatur illud. Ioan. 9 g. Si cæci essetis, non haberetis peccatum, nunc verò quia dicitis, videmus, peccatum vestrum manet, id est, quia vos videntes reputatis, cùm tamen in veritate cæci sitis, & ideò cæcos vos reputare deberetis. Iustus non impingit in via, quando non vacillat in tribulatione. Prou. 4. b. Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Osea vlt. d. Rectæ viæ Domini, iusti ambulabunt in eis, præuaricatores verò corruent in eis Isa. 35. c. Hæc via recta, ita vt stulti non errent per eam.

i Quia factus sum Israeli pater,] id est, duabus tribubus eas reducendo.

k Et Ephraim primogenitus meus est,] decẽ tribui aliquos de eis cum duabus tribubus reducendo, qui cum eis captiuati fuerant. Vel per Ephraim populus Gẽtis, qui dicitur primogenitus, quia licet posterior filius Ioseph fuerit Ephraim, quam Manasses, tamen ius primogenituræ habuit super Manassem, quia eum Manasse prætulit Iacob cancellando manus. Gen 48. c. Sic & Iudæi licet primogeniti fuissent, scilicet in cultu Dei quam gentes, tamen Gentes modo habent ius primogenituræ super Iudæos quia Gentium illuminatio fuit Iudæorum obcæcatio, quod factum est per Crucis mysterium in qua Christus manus extendit. Vndè, qui ante sinistri reputabantur, ibi benedictionem dextræ habuerunt, & qui dextri sinistræ. Vbi enim abundauit delictum superabundauit & gratia. Romanor. quinto d. Vndè Matth. vigesimo primo c. Significatur populus Gentilis per primum filium qui dixit. Nolo ire, sed post pœnitentia motus fuit. Iudæi autem per secundum, qui primò dixit se velle ire, sed non iuit. Sic impletur quod dicitur Matth. vigesimo b. Erunt nouissimi, primi, & cætera. Factus sum Israëli suprà tertio f. Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.

l Audite verbum Domini gentes, & cætera.] Hoc verbum fuit edictum Cyri quando dedit licentiam Iudæis redeundi. Vel est verbum Prophetæ inuitantis omnes gentes ad considerandum Iudæorum reuertentium de Babylone prosperitatem.

d Qui dispersit Israël congregabit eum] Psalm. centesimo quadragesimo sexto. Ædificans Ierusalem Dominus, dispersiones Israëlis congregabit, & cætera. [Dispersit] quasi non hoc attribuendum est potentiæ hostium, sed Domini voluntati. Mysticè. Mysticè.

m Et anounciate in Insulis quæ procul sunt.] Omnes peccatores sunt Insulæ, scilicet, in salo amaritudinum & peccatorum & tribulationum positi. Et sunt procul, quia in regione dissimilitudinis.

n Qui dispersit Israël,] i. dispergi permisit per diuersos errores, & peccata.

o Congregabit eum in fidei veritate, & tandem in gloria. Isaia 11. c. Leuabit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Ad hoc enim leuatus fuit in altum Crucis, & exaltatus à terra, vt omnia traheret ad se, vt dicitur Ioan. duodecimo c. Quasi ponens corpus suum in publicum, vt ad illud caperentur aues. Matth. vigesimo quarto c. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & Aquilæ. Item sibilo quandoque capiuntur aues, sic & Dominus per admonitiones & inspirationes, & per retia prædicationum. Isaia septimo c. Sibilabit Dominus muscæ quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api quæ est in terra Assyriorum, & venient, & requiescent in torrentibus vallium. De hoc Baruc. quarto f. Qui induxit vobis mala, ipse adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra.

p Et custodiet eum sicut pastor gregem suum,] qui posuit animam suam pro ouibus suis, dicitur Ioan. decimo b. Isaia quadragesimo c. Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, fœtas ipse portabit.

q Redemit enim Dominus Iacob, & liberauit eum de manu potentioris,] id est, diaboli, qui est potentior. Vndè Iob quadragesimo primo d. Non est potestas super terram quæ comparetur ei. Sed quomodo dicitur diabolus fortior homine, cùm dicat Ieron. Debilis est hostis qui non vincit nisi volentes. Propterea Aug. Nihil est fortius homine habente charitatem. Præterea Isa. 51. g. Incuruare vt transeamus Præterea Augustinus. Tene voluntatem, & sæuiat quantumcunque voluerit hostis. Iob 17. a. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Non enim posset dici quòd diabolus cogeret hominem, nec etiam ante Christi Passionem, quia si sic, homini non imputaretur peccatum. Solutio Diabolus naturæ conditione est fortior homine, sed homo iustus adiutorio Dei est diabolo fortior ad resistendum. Vndè 1. Cor. 9. c. Fidelis est Deus qui non permittit, &c. Redemit, non corruptibilibus auro, vel argento, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati, vt dicitur 1. Pet. 1. Cor. 6. d. Empti estis pretio magno. Et ipse alligauit fortem & vasa eius diripuit, vt dicitur Matth. 12. c. Isa 49. h. Nunquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit à robusto saluum esse poterit? Equidem captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerat à robusto saluabitur. r Et venient] in Sion materiam, vel triumphantem. ſ Et laudabunt in monte Sion] liberatorem suum. t Et confluent ad bona Dñi,] i. ad omnium rerum abundantiam. Isaia 51. d. Et nunc qui redempti sunt à Dño reuertentur in Sion, & lætitia sempiterna super capita eorum. Vndè dicit, confluent: Nihil enim fluit nisi ad imum, sic sola humilitas ducit ad Deum. Vndè Luc. cap. 18. c. Qui se

a humiliat exaltabitur. *Isa.2.a.* Eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. *a* Super frumento, vino, &c.] Per hæc tria abundantia omnium terrenorum significatur; per frumentum omne alimentum; per vinum, omne genus potûs, per oleum, omne genus condimenti. *Gen.27.*

a super frumento, vino, & oleo *b* & fœtu pecorum & armentorum. Eritque *c* anima eorũ quasi hortus irriguus, *d* & vltra non esurient. *e* Tunc lætabitur virgo in choro, *f* iuuenes & senes simul. Et *g* conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & *h* lætificabo à dolore suo. Et *i* inebriabo animam Sacerdotum pinguedine, *k* & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus, Hæc dicit Dominus, *l* Vox in excelso *m* audita est *n* lamentationis, *o* fletus & *p* luctus, *q* Rachel † plorans filios suos & † noluit consolari super eis, *r* quia non sunt. Hæc dicit Dominus

Al. † plorantis.
Al. † nolentis.

f. Frumento, vino & oleo stabilium eum.

Mystice. Mysticè. Per frumẽtum quod est rubeum fides; per vinum quod lætificat spes, per oleum charitas, quæ supernatat. *Zach.9.d.* Quid bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum & vinum germinans virgines? Vel per frumentum, virtus, in quantum hominem cõfirmat per cordis stabilitatem. Per vinũ, virtus, inquantum mentem lætificat per conscientiæ iucunditatem. Per oleum, virtus, inquantum nos armat contra diabolum. Vel per panem & vinum, Sacramentum Corporis & Sanguinis eius. Per oleũ Ordinis Ecclesiastici dignitas, vel gratiarum plenitudo. *Psal.44.* Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, &c. Vel per hæc tria tres dotes animæ in gloria. *Os.vlt.c.* Viuent tritico, & germinabunt quasi vinea, memoriale eius sicut vinum Libani. *b* Et fœtu pecorum & armentorum.] Ad literam, post reuersionem suam erunt diuites. Vel per pecora simplices in Ecclesia significantur; per armenta quæ sunt de cornutis animalibus, fortiores quæ ventilent aduersarias potestates à se & ab Ecclesia.

c Eritque anima eorum quasi hortus irriguus,] cui nihil deest. In paradiso enim erimus plantati secus decursus aquarum, scilicet gratiarum & deliciarum. *d* Et vltra non esurient,] i. in nullo deficient, ne obiiciatur illud. *Eccl.24.c.* Qui edunt me adhuc esurient. De hoc *Isa.65.* Ecce serui mei comedent, & vos esurietis, serui mei bibent, & vos sitietis; serui mei lætabuntur, & vos confundemini, serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus vlulabitis. *Num.24.a.* Quàm pulchra tabernacula tua Iacob! tentoria tua Israel vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi Cedri propè aquas. *Isa.51.b.* Ponet desertum eius quasi delicias, & solitudinem eius quasi hortum Domini, gaudium & lætitia inuenietur in ea, & gratiarum actio & vox laudis. Sic & in præsenti anima est hortus irriguus, scilicet aquis gratiarum in qua habitat Dominus. *Ioel.2.a.* Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti.

e Tunc lætabitur virgo in choro] scilicet Ecclesiæ, quæ est chorus Domini, & virgo quam sibi desponsauit, vt dicitur *2.Cor.11.a.* Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Vel. Lætabitur virgo, in patria, quia in præmio abundabunt virgines præ aliis, scilicet, propter aureolam. Vndè eis debetur centesimus fructus, aliis autem sexagesimus, vel trigesimus.

f Iuuenes & senes simul.] Simile *1.Ioan 2.c.* vbi scribit Ioannes & iuuenibus & senibus simul. Vndè dicit. Scribo vobis patres: quoniam cognouistis eum qui ab initio est: Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum. Tria igitur dicit. Virgo, per innocentiam à malo, Iuuenes, per probitatem in bono, Senes, per sapientiæ & scientiæ maturitatem. Quia *Iob.12.b.* In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.

g Et conuertam luctum eorum in gaudium,] quando scilicet, quos terruit vilitas Passionis Christi, lætificauit gaudium Resurrectionis. Sic & in futuro erit in electis, quando absterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum, vt dicitur *Apocal.21.a.* Sed quid absterget in his qui nunquam fleuerunt? *Ioan.16.d.* Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, & gaudium mundi vertetur in tristitiam: Quia dicitur. *Prou.14.b.* Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.

h Et lætificabo, &c.] Vndè *Matth.5.a.* Beati qui lugent. *Isa.35.d.* Ambulabunt qui redempti fuerint & liberati à Domino, conuertentur & venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt. Idem *Isa.51.d.* sed ibi additur: Et fugiet omnis dolor & gemitus.

i Et inebriabo animam Sacerdotum, &c.] Ad literam, in reductione eorum habebunt multas victimas, primitias & decimas, quia eis magna erit abundantia pecorum & fructuum. *Leuit.3.d.* Omnis adeps Domini erit. Sic Apostoli in die Pentecostes præ abundantia gratiæ Spiritus Sancti ita feruebant quòd videbantur musto esse pleni. *Act.2.b.* Hic enim est calix Domini inebrians quàm præclarus, scilicet abundantia gratiarum vel doctrinæ eius. *Psal.22.* *Cant.5.a.* Bibite, & inebriamini charissimi. *Psal.64.* Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Alibi. *Psalm 62.* Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Hi sunt fratres Ioseph, qui inebriati fuerunt in conuiuio quod eis parauerat. *Gen.43.g.* *Supr.3.g.* *Matth.2.d.*

k Et populus meus bonis meis adimplebitur] hic ex parte, in futuro ex toto. *Isa.60.a.* Tunc videbis & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.

l Vox in excelso audita est.] Ne quis crederet quòd prædictum reditum prædiceret de decem tribubus, ideò hoc subditur, quasi, decem tribus ita sunt destructæ quod nunquam fuerunt reductæ, Vox in excelso audita est, id est, longè latéque diffusa.

n Lamentationis] in vibratione brachiorum, & capitis præ doloris magnitudine.

o Et fletus] per lacrymas oculorum.

p Luctus,] id est, planctus.

q Rachel plorans filios suos, &c.] scilicet decem tribuum, quarum Reges, & maximè primus eorum Rex Ieroboam, fuerunt de Ephraim, qui fuit filius Ioseph, Ioseph autem fuit filius Rachel.

r Quia non sunt] scilicet reuersuri de captiuitate, nisi quidam pauci, qui fuerunt cum duabus tribubus. Litera *Septuaginta* habet. Vox in Rama, quæ est quidam locus iuxta Gabaa duodecim milliario à Bethleem. Rachel enim mortua est in Bethleem præ dolore conceptus. Et de hoc sumpsit *Matth.* cap.2.c. testimonium post interfectionem paruulorum Bethleemitarum. Sed secundùm hunc sensum Matthæi, alio modo debet exponi. Bethleem enim est in tribu Iuda, non in tribu Ephraim, nec illi paruuli erant de tribu Ephraim, sed de tribu Iuda. Hoc ergo ideò dicitur, vt in hoc notetur exaggeratio doloris de morte illorum puerorum, qui tantus est, vt etiam mortua dicatur eos flere. Non autem dicitur eos flere Lia de qua erant, sed magis Rachel mortua, non quia illi essent filij sui, & non quia viueret, sed quia iuxta illam ciuitatem mortua, & sepulta est, & ideò dicitur flere filios suos, id est pueros, qui iuxta se positi & nati, id est, iuxta suum sepulchrum interfecti sunt, quasi esset matrona

▲ vel mater

Mystice. Mysticè. *l* Vox in excelso,] id est, in cœlo apud Deum. *m* Audita est] quasi compatientis affectu. Tunc enim dicitur Deus audire quando miseretur faciens quod rogatur. *Exod.3.b.* Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem eius audiui.

n Lamentationis, fletus, & luctus.] Hæc tria ponit contra tria peccata mundi. Lamentatio quæ est in brachiorum vibratione, & capitis tonsione, & vestium laceratione est contra superbiam. Luctus qui cõsistit in gemituum & suspiriorum emissione, est contra luxuriam. Fletus qui est in lachrymarum effusione, contra oculorum concupiscentiam. *q* Rachel plorans filios suos] Rachel interpretatur ouis, vel videns principium; sic Ecclesia est ouis centesima, quam pastor inuentam ad ouile propriis humeris reportauit. *Luc.15.a.* Vndè in persona Ecclesiæ dicit David. Errauí sicut ouis quæ periit. Ipsa etiam laborat tota intentione vt suum principium, id est, Christum contempletur, qui dicit *Ioan.8.d.* Ego principium qui & loquor vobis. Hæc plorat filios suos, id est, innocentes & Martyres dira passos. Non vult consolari, scilicet in præsenti. *r* Quia non sunt] de hoc mundo, sed magis in futuro quærit consolationem. Quia vt dicit *Bern.* nimis delicata est diuina consolatio, &c. *Psalm.96.* Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum, &c. Vel, Plorans filios suos, quia non sunt, scilicet, viui, sed secundùm animam in purgatorio sunt, pro quorum præmij dilatione plorat. Vel illos qui non sunt, id est, qui à vero esse separati sunt, vel æternaliter mortui, scil. infideles, quos vellet esse filios suos. Vel de bonis, quia non sunt, scilicet, ad docendum alios. *Psal.118.*

● *Supr.9.a.*

vel mater illius loci, sicut & Patres Ecclesiarum vocamus sanctos ibi sepultos. Sed cum duodecim milliaribus distet Rama a Bethleem, quomodo ibi audita est vox plangentium innocentes? ideo dic, quod Rama ponitur pro sua interpretatione, scilicet, pro excelso, eo quod ille locus ad litteram sit in rupibus. Clamor ergo eorum ascendit in excelsum, quia clamorem eorum Deus audiuit, & Herodem post flagellauit. Et ideo dicitur Rachel plorasse filios suos, quia Beniamin fuit illius filius & multi iam occisi sunt in finibus Bethleem, propter viciniam, quia Bethleem contermina est Iudææ. Vel dic, quod Rama vt dictum est, est locus iuxta Bethleem, & iuxta Silo præ rupibus eminens. Ibi autem ad literam, fere deleta est tribus Beniamin propter vxorem Leuitæ. vt dicitur *Iudic.*21. a. Vnde Iudæi miserabiliter planxerunt fratrum suorum mortem, ita quòd vox illorum plangentium audita est in Rama, & Rachel audita est plorans filios suos, i. Beniamitas, quia Beniamin fuit filius eius, & in exaggeratione doloris dicta est plorasse cum tamen esset mortua. Quasi ergo dicat Propheta, sicut ille fletus inconsolabilis fuit, sic iste de destructione decem tribuum.

a Quiescat vox tua à ploratu & *b* oculi tui à lachrymis, *c* quia est merces operi tuo, ait Dominus. Et *d* reuertentur de terra inimici, & est *e* spes † in nouissimis tuis, ait Dñs, & *f* reuertentur filij tui *g* ad terminos suos. *h* Audiens audiui Ephraim transmigrantem. *i* Castigasti me Dñe, *k* & eruditus sum, *l* quasi iuuenculus indomitus. *m* Conerte me *n* & conuertar, *o* quia tu Dominus *p* Deus *q* meus; *r* postquam enim conuertisti me, *s* egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, *u* percussi femur meum. *x* Confusus sum, & erubui,

Al. non habet † to.

a Quiescat vox tua à ploratu,] quia filij tui in fine mundi conuertentur ad fidem, & etiam quidam qui sunt cum duabus tribubus in Babylone reuertentur cum eis. *c* Quia est merces operi tuo,] quia patres meruerant de congruo, vt filij eorum aliquando conuerterentur; vel quia quorundam respiciet Deus opera in fine, cuo scilicet reliquiæ conuertentur.

d Et reuertentur de terra inimici,] scilicet, illi pauci qui conuertentur.

e Et est spes in nouissimis tuis,] i. in fine, vel in quibusdam humilibus de illis Iudæis qui conuertentur, vel quoad humiles Apostolos qui conuersi sunt, vel quoad innocentes occisos, qui in futuro resurgent in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt dicitur *Ephes.*4 c.

f Et reuertentur filij tui.] *Isaia* 10. e. Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo.

g Ad terminos suos,] scilicet, eis promissos in æterna fœlicitate. Sunt enim promissi spiritualiter omni semini Abrahæ spirituali.

Mystice.

Sup. 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? *sup.* 13. c. Deducet oculus meus lachrymam, quia captus est grex Domini.

a Quiescat vox tua a ploratu] pro incolatu huius miseriæ.

b Et oculi tui à lachrymis] pro dilatione patriæ.

c Quia est merces operi tuo] iam in spe, tandem in re, *Gen.*15. a. Ego sum merces tua magna nimis. *Isaia* 62. d. Ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Tunc quiescet omnis ploratus Sanctorum. Tunc enim quiescent ab omnibus laboribus suis, quia opera eorum sequuntur eos, id est, merces operum. *Apoc.*14. c. Merces mea mecum est, reddere vnicuique iuxta opera sua.

d Et reuertentur de terra inimici,] i. diaboli, quod fit hic per Baptismum & Pœnitentiam, in futuro autem per gloriam. *Baruc.*3. d. Quid est Israel quòd in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena.

e. Et est spes in nouissimis tuis,] i. de nouissimis, non de præsentibus, quasi, futura bona sunt speranda, non præsentia. *Rom.* 8. e. Spes quæ videtur non est spes, nam quod videt quis quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. *Prou.* 24. b. Comede fili mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo; sic doctrina sapientiæ animæ tuæ, quam cum inueneris habebis spem in nouissimis, & spes tua non peribit. *f* Et reuertentur filii tui ad terminos suos,] sed multi pigri remanent in via colligentes tantum flores vt pueri *inf.*48. b Date florem Moab, quia florens egredietur. *h* Audiens audiui Ephraim transmigrantem] exponit quod obscurè dixerat, scilicet, quod per Rachel intelligit decem tribus quæ per Ephraim, solent intelligi, qui fuit filius Ioseph, & Ioseph filius Rachel. Et loquitur Propheta in persona populi transmigrantis pro peccato idololatriæ in captiuitatem. Et sic in introducit Propheta Ephraim confitentem, quod non ad perditionem, sed ad correptionem eum flagellauit Dominus; Vndè.

i Castigasti me Domine & eruditus sum,] i. ad erudiendum me flagella mihi immisisti. Vndè.

l Quasi iuuenculus indomitus] quasi, multis verberibus & oneribus inuitasti me, vt ad pœnitentiam conuerterer, quæ tamen non profuerunt, quia renui accipere disciplinam. Vnde dicit alia littera. Sicut vitulus, & non didici.

Moraliter.

Moraliter. *h* Audiens audiui Ephraim transmigrantem] quia diuitiæ mundi transeunt, & diuites subitò moriuntur. *Osea* 6. Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? misericordia tua quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens. *Psalm.* 36. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. *Iob* 21. b. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad Inferna descendunt. *Sap* 5. b. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra.

i Castigasti me Domine] flagellando, vt pater filium, vt magister discipulum, vt sponsus sponsam.

k Et eruditus sum] vt bonus discipulus. Quia omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. *Psalm.*117. Castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me, i. per hoc me saluauit.

l Quasi iuuenculus indomitus,] i. multo labore & verberibus eruditus sum *Eccl.*33. d. Iugum, & lorum curuant collum durum, & seruum malum inclinant operationes assiduæ. Sed multi quantò plus flagellantur, tantò plus indomiti sunt, & indurantur. *sup.*17. a. Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam.

m Conuerte me] gratiam conferendo.

n Et conuertar] ego operando. Simile, *sup.* 17. b. Sana me Domine, & sanabor, saluum me fac, & saluus ero.

o Quia tu Dominus] quem timeo. *p* Deus] quem honoro. *q* Meus.] quem amo Et adhuc sunt verba Ephraim post flagella Domini pœnitentis ad perficiendum pœnitentiam Dei auxilium implorantis. Cognoscens enim infirmitatem suam, scit quod ipsa pœnitentia non possit impleri à se nisi Dei auxilio adiuuante. Et loquitur pro reliquiis, quæ in fine mundi conuertentur, & conuersi cœperunt in Christi & Apostolorum prædicatione, quasi dicat, pœnitet me, sed pœnitentiam sine te implere non valeo. Et loquitur pro illis, qui cum duabus tribubus in Babylone pœnituerunt de peccato idololatriæ.

r Postquam enim conuertisti me,] i. postquam me conuerteris, scil. per gratiam conferendo. Non autem per me. *s* Egi pœnitentiam] pro peccatis satisfaciendo, per auxilium tuum, scil. agam, & hoc in fine mundi, vel in principio nascentis Ecclesiæ per prædicationem Apostolorum, vel reditu de Babylone, quoad eos qui erant de decem tribubus captiuati cum duabus. *t* Et postquam ostendisti mihi,] i. ostenderis peccata mea & pœnam, & damnum eorum, vel tui notitiam ad pœnitentiæ fructum. *u* Percussi femur meum] sicut solet fieri ex nimia admiratione, vel stupefactione, hoc signo indicans se vt stultum fecisse, vel errasse in his pro quibus dolet. Vel per femur, carnis voluptas significatur, quam percutit qui carnis voluptatem, & petulantiam virtute abstinentiæ extinguit De hoc *Iob vlt.* a. Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo, ago pœnitentiam fauilla, & cinere. Illi femur percutiunt, de quibus dicitur *Gal* 5. d. Carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. *Psalm.*44. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. *Cant.*3. c. Vniuscuiusque ensis super femur suum propter timores nocturnos; Postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, *Gregor.* Vt quanto summa placerent, tanta ima displicerent. Nam quanto quisque incipit superiùs videre, tanto incipit inferiùs intentre. Vndè *Gal.* 2. d. Viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. *Gregor.* Quanto minus se aliquis videt, tanto minus sibi displicet. Et quanto maioris gratiæ lumine se respicit; tanto se esse reprehensibilem cognoscit. *x* Confusus sum, & erubui.] Hæc enim confusio est adducens gloriam, quæ consurgit ex

quoniam *a* sustinui opprobrium adolescentiæ meæ. Si *b* filius honorabilis mihi *c* Ephraim, si puer delicatus, quia *d* ex quo locutus sum de ea *e* adhuc recordabor eius. *f* Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius, ait Dominus. *g* Statue tibi † speculam, *h* pone tibi amaritudines. *i* Dirige cor tuum in viam † rectam in *k* qua ambulasti. Reuertere virgo Israël, *l* reuertere ad ciuitates tuas *m* istas. *n* Vsquequo delitiis dissolueris filia vaga? *o* Quia creauit Dominus nouum super terram, fœmina circundabit virum. Hæc

Al. † speculas.
Al. † directam.

A peccati cognitione, quæ dicit in corde hominis illud *Rom.* 6. d. Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? *Sene.* Erubuit, salua res est. Sed *sup.* 3. b. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. *a* Quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ] id est, erubescentiam de his quæ feci in adolescentia mea, quando scil. post diuisionem Regni statim incepi adorare vitulos. Bonum est modò erubescere de peccatis, quia qui hic non, erubescet in futuro. *Isa.* 54. a. Noli timere, quia non confunderis, neque erubesces, non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliuisceris. *b* Si filius honorabilis mihi Ephraim.] Vox est Domini respondêtis ei quod dixerat Ephraim. Conuerte me & conuertar. Respondet, conuertam, si filius honorabilis mihi fiat, Ephraim, id est sicut filius honorat patrem ei seruiendo & obediendo, ita me honoret. Vel respondentis ei quod dixerat: Conuertisti me & ostendisti mihi: Et respôdet Dominus: Verum est, conuerti & ostendi tibi, si, i. quia filius. Vel est sensus: Ita conuerti Ephraim & ostendi ei pœnitentiam & veram notitiam, non propter generis nobilitatem, aut personæ dignitatem, sed si, id est, quia, filius honorabilis, factus est mihi, scil. per hoc quod ego dedi ei primogenita debita fratri suo secundùm naturam, licèt magis esset puer ipse Ephraim. Honorabilis autem propriè Domino est, qui humilitatem in operibus habet, Deo soli gloriam attribuendo. 1. *Reg.* 2. f. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

c Si puer delicatus,] quia multis bonis ditauit eos Dominus & delicatè nutriuit. *Isa.* 1. a. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. *Baruch.* 4. b. Obliti estis Domini qui nutriuit vos, & contristastis nutricem vestram Ierusalem. *Osea* 4. 11. a. Puer Israel & dilexi eum, & ex Ægypto vocaui filium meum.

d Quia ex quo locutus sum de eo,] scil. per Iacob. *Gen.* 48. d. Vbi cum vellet Ioseph, quòd manum dexteram Iacob poneret super Manassen, quia maior erat, sinistram autem super minorem, scil. Ephraim, respondit Iacob: Scio fili mi, & iste quippe erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius minor maior illo erit, & semen illius crescet in gentes.

e Adhuc recordabor eius] exequendo promissionem. Alia *littera* habet, Recordabor eius, quia verba mea fuerunt in eo,] scil. in corde eius per fidem, & opere per obedientiam.

f Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum,] i. condolebo & compatiar miseriæ eius, scil. conuertendo eorum reliquias, vel aliquos ex eis, vt præexpositum est. Sicut & *Matth.* 23. d. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina, &c. In quo ostendit affectum compassionis suæ erga nos. *Iob* 7. d. Quid est homo quia magnificas eum, &c. Sic & Ioseph viscera mota sunt super fratres suos qui tamen ei multas iniurias fecerant. *Gen.* 43. g. *Osea* 1. c. Conuersum in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea, non faciam furorem iræ meæ, non conuertar vt disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo. Vndè.

g Statue tibi speculam.] Qui est in specula res videt à longe. Est ergo sensus. Vidè antiqua beneficia quæ feci patribus tuis, & antiqua peccata, & super hoc confusionem, & amaritudinem sustine, Secundùm illud. *Apocal.* 2. b. Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Similiter hoc dicitur cuilibet. *g* Statue tibi speculam, scil. vt videas à dextris præsentem prosperitatem, quam breuis sit & inutilia, & ideo non amanda. Et à sinistris præsentem afflictionem, quam momentanea sit & leuis & vtilis, & ideo non timenda. 2. *Cor.* 4. d. Illud quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis, &c. Item sursum gaudia Paradisi, deorsum supplicia Inferni, & ante mortem imminentem, & retro vitam præteritam. *Isaia* 22. h. Pone mensam, contemplare in specula. *Abac.* 2. a. Super custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem, & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi. Sic illa quatuor animalia. *Apoc. cap.* 4. b. Habebant oculos ante & retro.

h Pone tibi amaritudines,] præsentes miserias, futura supplicia, diuinam iustitiam, iudicij seueritatem, peccata præterita. *Isaia* 38. c. Recordabor tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, *Ezech. tertio* a. Comedi librum & amaricatus est venter meus. Et vt *ibidem* d. dicitur: Abijt amarus in indignatione spiritus sui. Multi ponunt sibi delitias, quia tantùm bona quæ diligunt, contemplantur, nec attendunt quòd illæ delitiæ tendunt ad æternam damnationem. *Greg.* Sibi metu electorum amaritudines ponit, quando in virtutum pace constituta, dum mala insidiantia conspicit, secura quiescere non consentit. Vndè. In pace amaritudo mea amarissima. *Apoc.* 10. d. *Isaia* 28. d.

i Dirige cor tuum in viam rectam,] vt mala non agas, vel bona incautè facias, vel de altitudine status, vel dignitatis alicuius superbia, vel de iustitia in crudelitatem cadas, vel de pietate in remissionem, vel de mansuetudine in torporem.

k In qua ambulasti,] scilicet, in patribus tuis, vel quondam, scilicet, in via lata mandatorum Dei, à qua declinare à sinistris, vel à dextris non debemus. *Aggæi.* 1. b. Ponite corda vestra super vias vestras. Hoc fit quando scientia mensurat actiones vt secundùm eam operemur. Inde est quod rationale iungebatur superhumerali. *Exod.* 28 c. Vel ad litteram loquitur de reuersione, Dirige cor, &c. quasi, diligenter attende viam per quam ambulasti in captiuitatem, quia per eam reuerteris. *l* Reuertere ad ciuitates tuas,] i. fac opera quibus merearis reuerti.

m Istas] quas captiuas reliquisti quæ quondam fuisti virgo, scilicet, antequam verum sponsum amitteres per idololatriam. Vel. Ad ciuitates Ecclesiæ.

n Vsquequo delitiis dissolueris filia vaga,] id est, per varios vagans errores, & sæculi luxus. *sup.* 3. a. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego suscipiam. *Cant* 6. d. Reuertere reuertere Sunamitis. Hanc enim virginem sibi desponsauit Dominus in iustitia & iudicio, in misericordia & miserationibus, vt dicitur *Osea* 2. d. Sed per idololatriam & alia peccata ab ea adulterata est. Per quem autem fiat hæc reuersio spiritualis, scilicet, per Christum subdit.

o Quia creauit Dominus nouum super terram,] quasi, reuertere, & bene poteris, quia creauit, i. creabit nouum, quòd virgo peperit, quòd fuit homo viuens sine peccato, quòd Deus natus, quòd homo credidit. *Isaia* 66. c. Antequam parturiret peperit, antequam veniret tempus partus eius, peperit masculum, quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic simile: *Ephes.* 4. f. *Isaia* 33.
Induite nouum hominem qui secundùm Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Ipse enim nouus dicitur, quia quicquid in eo factum, est nouum. Generationem enim illam quis enarrabit? Ipse creatus solus est in iustitia: Omnes enim concepti sunt in peccato. Vndè dictus est: Germen iustum. *sup.* 23. a. Id est, iustus in germine. Triplici vetustate senuerat mundus, scil. culpæ, miseriæ, veteri lege. Prima patet in primorum parentum inobedientia, & in Angeli primi superbia, & eius contra hominem inuidia, in & ira Caïn & eius cupiditate, & in luxuria Lamech. Secunda vetustas est quadruplex, scilicet, benefaciendi difficultas. Vndè dicitur Adæ: Maledicta terra in opere tuo. *Genes.* 3. c. Secunda pronitas ad malum. Vndè *Ibid.* Spinas & tribulos germinabit tibi. Tertia est moriendi necessitas. *Ibid.* Donec reuertaris in terram de qua sumptus es. Quarta labor. *Ibid.* In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Tertia est vetustas legis, quæ erat in præceptis multis & asperis, sacramentis vmbraticis, promissis terrenis. Sed vt dicitur. *Apocal.* 21. b. Ecce noua facio omnia. Vetustas enim culpæ renouata est per fidei & gratiarum nouitatem. *Act.* 15. e. Fide purificans corda eorum. Vetustatem miseriæ, spe renouauit in nobis, in se autem re, quia, *Rom.* 8. a. Spe salui facti sumus. Veterem autem legem renouauit, leuia & pauca dando mandata noua. Vndè *Ioan* 13. d. Mandatum nouum do vobis, & sacramenta innouauit & quæ figurant efficientia & promissa æterna. Dicit, nouum, quia opere tantùm Spiritus sancti non aliquo alio opera facta est hæc natiuitas. *p* Fœmina circumdabit virũ] in gremio vteri sui, quasi, nõ creabit, vel generabit, vel ab-

Mundus senuerat triplici vetustate.

A quoopere

A quo opere alio humano faciet, sed tantùm, circumdabit, quia tantum erit templum, siue habitaculum eius. Virum, perfectum scientia, & virtute. *Zach.* 6. c. Vir oriens nomen eius. Fœmina, Maria. *Isaia* 7. c. Ecce Virgo concipiet, & pariet filium. Bene autem dicit. Vsquequo delicus, &c. quasi. Ideo iam non debes solum delicijs, quia creauit, &c. Ex quo, scilicet, vides Christum incarnatú, in præsepio positum, colaphis cæsum, Cruci affixum. Iudæi autem moliuntur fabulosè hoc exponere, dicentes, Deum facturum nouum, i. noua & inaudita, quando Iudæos de fragilitare, & quasi fœmineo statu reducet ad fortem, & stabilem statum, scilicet, in eorum reuersione.

E

a Cum conuertero captiuitatem eorum,] scilicet, illos captiuos in terram suam, vel in Ecclesiam per fidem. Hoc inquam dicent.

dicit Dominus exercituum Deus Israël. Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda & in vrbibus eius eum *a* conuertero captiuitatem eorum, *b* Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, *c* mons sanctus. Et *d* habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius simul agricolæ & minantes greges, *e* quia inebriaui animam lassam, & *f* omnem animam esurientem saturaui. Ideo *g* quasi de somno suscitatus sum, *h* & vidi, *i* & somnus meus dulcis mihi. Ecce dies veniunt dicit Dominus, *k* & seminabo domum Israël *l* & domum Iuda, *m* semine hominum, & semine iumentorum. Et *n* sicut vigilaui super eos, vt *o* euellerem, & *p* demolirer, & dissiparem, *q* & *r* disperderem, *f* & affligerem,

b Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ,] i. in quo est pulchritudo omnium virtutum. Et.

Psalm. 67. *c* Mons sanctus,] benedicat tibi Dominus. Ecclesia est mons sanctus, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, mons coagulatus, mons pinguis. *Isaia* 2. a Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Ecclesia etiam est pulchritudo iustitiæ. Hæc enim est Bethleem, i. domus panis, i. omnium virtutum, & gratiarum habitaculum. Vel sic Dominus qui est pulchritudo

Esa. 11. iustitiæ, imò est ipsa iustitia. Iustitia enim est cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renú eius. Ipse enim est plenitudo omnium virtutum, de cuius plenitudine omnes accepimus, vt dicitur *Ioan.* 1. b. Et qui est mons sanctus, i. super quem est ædificata Ecclesia. *Isaia* 2. a. Mons præparatus domus Domini in vertice montium, eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes. Super quem ciuitas non potest abscondi, vt dicitur *Matth.* 5. b. Iste inquam, benedicat tibi. *Num.* 6. d. Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis, benedicat tibi Dominus & custodiat te, ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. *Ibid.* Et inuocabunt nomen meum super filios Israël, & ego benedicam eis. Vndè à solo Deo potest fieri benedictio.

d Et habitabunt in eo Iudas & omnes ciuitates eius, simul agricolæ, & minantes greges] quasi in reuersione omnes ciuitates eorum reædificabuntur, & omnes qui erunt ibi, erunt simul in pace, & erunt diuites.

Mysticè. Mysticè. Per Iudam, Ecclesia confitens Deum fide, & opere & prædicatione significatur. Per ciuitates particulares Ecclesiæ, simul in fide vnitate, in morum concordi conuersatione, in mutua charitate congregatæ. *Act.* 4. f. Multitudo credentium, &c. *Psalm.* 67. Qui habitare facit vnius moris in domo. Has ciuitates sic congregatas lætificat fluminis impetus. Per agricolas, Prædicatores, qui Ecclesiam colunt vomere prædicationis. 1. *Cor.* 4. b. Dei agricultura estis. Per minantes greges, Prælati, qui sunt Pastores ouium. *Isaia* 11. b. Vitulus & Leo & Ouis morabuntur simul, & puer paruulus minabit eos. Sicut Moses minabat gregem ad interiora deserti. *Exod.* 3. a.

e Quia inebriaui animam lassam.] Ad literam omnibus bonis replebuntur in terra sua.

Mysticè. Inebriaui animam lassam] alimento Corporis, & Sanguinis mei. *Cant.* 5. a Comedite amici, & inebriamini charissimi. Hac ebrietate inebriatus est Ioseph cum fratribus suis. *Genes.* 44. g. Scilicet, in meridie.

f Et omnem animam esurientem saturaui,] i. qui laborauerunt, & iustitiam esuriunt, & sitiunt. Tales enim saturabuntur hic & in futuro. *Iob* 3. c. Ibi requieuerunt fessi labore, & quondam vincti pariter requieuerunt. *Isaia* 28. c. Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium. *Ioan.* 7. f. Qui sitit, veniat ad me & bibat. Et bene dicit, esurientem, & lassam, quia illi soli qui deficiunt a saturitate carnalis delectionis, & à fortitudine mundi, vel corporis saturabuntur. De primo *Luc.* 1. e. Esurientes impleuit bonis. De secundo *Isaia* 40. g. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, scilicet, mundi, assument pennas sicut Aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient, quia scil. habent fortitudinem Dei. *Greg.* Virtute mentis ascendente, fortitudo carnis torpescit. Vndè Iacob, quia angelum tenuit, mox vno pede claudicauit, vt dicitur *Gen.* 32. g. *Psalm.* 83. Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. *Psalm.* Repleuit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis.

g Ideo quasi de somno suscitatus sum.] Auditis promissionibus Domini, respondet populus quasi euigilans à somno corporis, & hoc præ magnitudine promissi. Sicut Iacob audito quòd Ioseph viueret, quasi de graui somno euigilans surrexit, vt dicitur *Gen.* 45. Sic isti commoti his promissionibus surrexerunt ad bene agendum, qui quasi ante torpebát. Sic etiam auditis promissionibus æternis, debemus operari, vt dicitur *Genes.* 49. c. Isachar asinus fortis, vidit requiem quòd esset bona, & terram quòd esset optima, & supposuit humerum suum ad portandum.

h Et vidi,] id est, apprehendi, quod non ante deprehendebam.

i Et somnus meus dulcis mihi] sicut quando homo de tribulatione liberatus est, ipsa tribulatio præterita dulcis est ei. Sic quando Iudæi conuersi erunt, vel in terram suam ducti, dulce erit eis quòd de tanta tribulatione liberati sunt. Vel sic. Propheta de somno corporis suscitatus, per hoc quòd spiritu prophetico vidit Christum *Psalm.* 21. de fœmina nasciturum, & passurum, & resurrecturum de somno mortis, somnum contemplationis adiit, tantis promissionibus consolatus. Et iste somnus, scilicet, contemplatiuorum est dulcis, primus autem grauis, & torpidorum. Vndè *Cant.* 5. a. Ego dormio, scilicet, somno contemplationis, & cor meum vigilat, scilicet, à somno corporis. *Eccl.* 5. c. Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat. *Prou.* 3. c. Si dormieris non timebis, quiesces & suauis erit somnus tuus. Sed quomodo dicitur quiescere & non timere, qui somno contemplationis est sopitus, cum dicat *Greg.* mens plus illuminata, plus metuit. Et *Prou.* 28. b. Beatus homo qui semper est pauidus. Sol. Dicitur dormire securus securitate spei; quod autem dicit *Greg.* de via fidei & cognitionis intelligitur, quando, scilicet, homo de peccatis cogitat, & nescit illa esse sibi dimissa, & de iustitia Dei cogitat, & ideo timet. Sed spes dicit in corde hominis. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, &c. Vel de Martyre expone, qui quando moritur, quasi de somno excitatur, quia statim ad vitam oritur æternam, vt non quasi sit mors, sed quasi à somno euigilatio. Tunc enim incipit videre facie ad faciem, quæ ante per spem, & contemplationem contemplabatur quasi somnians. Vndè *Act.* 7. g. Obdormiuit in Domino, &c. Sic euigilans inuenit somnum dulcem. De quo *Psalm.* 4. In pace in idipsum dormiam & requiescam, &c. Vt possit dicere illud. Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi & adhuc sum tecum.

k Et seminabo domum Israel,] i. decem tribuum, quoad illos qui redierunt.

l Et domum Iuda, duarum tribuum. *Psalm.* 3.

m Semine hominum & semine iumentorum,] i. abundabunt in pecoribus & hominibus, quasi multi, & diuites erunt. Sed melius exponitur de Ecclesia, i. multiplicabo sapientes & idiotas in Ecclesia. Vndè *Psalm.* 35 Homines & iumenta saluabis Domine. Quia non est personarum acceptor Deus, nec est distinctio Iudæi & Græci, vt dicitur *Rom.* 2. b Vel de, semine hominum & semine iumentorum,] id est, nouo, & veteri Testamento, quod hodie impletum est, quia modo vbique seminatur vtrunque Testamentum. *Isaia* 27. b. Qui egredientur impetu à Iacob implebunt faciem orbis semine.

n Et sicut vigilaui super eos,] scil. ad puniendum. Dicitur enim Dominus dormire, quándo dissimulat peccata hominum, & tacet impio conculcante iustiorem se. Ideo dicit *Psalm* 43. Exurge, quare obdormis Domine. Vndè. *Abac.* 1. a.

o Vt euellerem] eos de terra sua.

p Et demolirer] vineas, & plantas alias. *q* Et dissiparem] terras eorum, vel agros. *r* Et disperderem,] ciuitates & castella. *f* Et affligerem,] in captiuitate eos. Vel quinque verba pœnalia ponit contra quinque sensuũ

A delectationem,

sic *a* vigilabo super eos, vt *b* ædificem *c* & plantem, ait Dominus. In *d* diebus illis, non dicent vltra, *e* patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, sed *f* vnusquisque in iniquitate sua morietur. Omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eius. *g* Ecce dies veniunt dicit Dominus, *h* & feriam domui Israël & domui Iuda *i* fœdus nouum. Non secundùm *k* pactum quod pepigi cum Patribus vestris in *m* die quâ apprehendi manum eorum vt educerem eos de terra Ægypti, *n* pactum quod irritum fecerunt, & *o* ego dominatus sum eorum, dicit Dominus, sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israël. *p* Post dies illos dicit Dominus, *q* dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & *r* ero eis in Deum, & ipsi *s* erunt mihi in populum. Et *t* non

A delectationem, & propter quinque quæ in peccato sunt, sc. noxiæ cogitationes, prauæ affectiones, consensus, operationes, consuetudines. *Thren.* 1. c. Vigilauit iugum iniquitatum eius in manu eius. *a* Sic vigilabo super eos,] a dissimulatione quâ quasi dormiens tacebam cum opprimerent eos hostes eorum. Vnde de hac dissimulatione potest exponi in persona Domini, illud supra. De somno suscitatus sum, & tamen iste somnus fuit à Domino, quia hæc flagella immisit ad eorum correctionem.

Ezech. 18.a.

F *b* Vt ædificem] ciuitates.

Hebr. 8.c.

c Et plantem] terras. Vel, [Ædificem] in virtutibus. Et plantem, in virtutum radicatione. *Sup.* 1. b. Vt euellas & destruas, &c. Ante vigilabat super nos Dominus ad percutiendum, peccatis nostris irritatus & ad iracundiam prouocatus, modò autem vigilat super nos ad ædificandum morte filij placatus. *d* In diebus illis non dicent vltra.] Hic loquitur contra murmurantes, qui dicebant quòd non meruerant mala quæ eis comminabatur Ieremias, sed Dominus iniustè volebat eos punire propter peccata patrum suorum, cum scriptum sit *Ezech.* 18. c. Filius non portabit iniquitatem patris. Dicebant ergo esse malum patres peccare, & inde filios puniri, sicut malum est, quod.

e Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt] Simile *Ezech.* 18. a. Quid est quòd inter vos parabolam, i. veram Dei sententiam conuertistis in prouerbium istud, dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt? Viuo ego, dicit Dominus, si erit vltra vobis parabola hæc in prouerbium: Ecce omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita anima filij. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, quasi pro proprio peccato non pro alterius. Quia *Sap.* 1. c. Deus mortem non fecit: Impij autem manibus & verbis accersierunt illam. Et hoc est.

f Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur,] quasi, non peccatis patrum puniti sunt, sed proprijs, quia patrum imitatores sunt. Et sic intelligitur illud *Exod.* 20. a. Ego sum Deus Zelotes, qui reddo peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & facio misericordiam in millia his qui diligunt me. *Exod.* 34. a. Domine Deus miserator & clemens, &c. qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem. In hoc enim Dei patientia & misericordia magna est, quòd non statim punit peccatores: In hoc tamen punit eos qui peccata patrum imitantur. Vua autem acerba est fructus ante tempus, & hæc est omnis peccati delectatio, vel mundi, quia non erit tempus delectandi donec in futuro. *Greg.* Qui iam vuam acerbam comedit, dentes eius, obstupescunt, quia qui præsentis mundi delectatione pascitur, in terrenis eius sensus ligantur, vt iam spiritualia mandare, i. intelligere nequeat, quia vnde in exterioribus delectati sunt, inde in intimis obstupescunt, vt quod sapit interiùs, sentire non possint: Et hoc est dentes obstupescere. *Eccl.* 10. c. Væ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius Principes malè comedunt. *Prou.* 1. c. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, &c. *Isaia* 18. c. Ante messem totus effloruit, & immatura perfectio germinauit.

g Ecce dies veniunt, dicit Dominus.] Hic promittit veteris legis renouationem. In superioribus enim & vetustatem culpæ ostendit, & vetustatem pœnæ tollendam promittit, quia omnes nouitates nobis contulit ille nouus homo quem fœmina circumdedit. *h* Et feriam domui Israel, & domui Iuda,] id est, conuersis ad Deum, tam de decem, quam de duabus tribubus, vel de gentibus & Iudæis, quorum non est distinctio apud Deum, quoad hoc nouum Testamentum. Imò vt dicitur *Marc. vlt.* d. Ite, prædicate Euangelium omni creaturæ.

i Fœdus nouum,] i. Testamentum nouum, in quo fecit nobis Dominus pactum, quod si obseruemus, dabit nobis præmium æternum. Vnde dicitur fœdus à fœda porca; quia sicut in pactis antiquitus animal immundum trucidabatur, & sanguis eius fundebatur, & dicebatur, sic effundatur sanguis eius qui hoc pactum violauerit; sic Christus quasi trucidatus est, & sanguis effusus, vt timeamus, quòd si hoc in viridi fuerit, multo magis in arido fiat, si Testamentum sanguinis eius, i. nouum Testamentum per sanguinem suum confirmatum transgressi fuerimus. Vndè *Isaia* 61. c. Dabo opus eorum in veritate, scilicet, vmbras legalium cessare faciendo, & fœdus perpetuum feriam cum eis. Feriam, quasi de manu in manum, dedi eis, vt sicut feci, ita faciant. Vel de manu in manum, quia vtramque manum in Cruce posui ad confirmandum hoc Testamentum & promissiones in eo factas quod has dabo omnibus illud implentibus, secundum illud *Isaia* 55. b. Ego testem populis dedi eum. *Sup.* 24.c. *Heb.* 8. d.

k Non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris. Illud enim in duris lapidibus scriptum est, quia & duræ nationi & incredulæ datum est. Hoc autem in tabulis cordis carnalibus, non atramento, vel stilo visibili, sed spiritu Dei viui, imo & naturaliter scriptum erat in corde hominis nouum Testamentum. Sed quia per peccata erat obscuratum, & obliuioni traditum, per Spiritum sanctum dicitur scribi, quia per eum ad memoriam reuocatur. Et etiam ipse Spiritus primo hoc in cordibus scripsit, quando impressit homini rationem naturalem, quâ naturaliter gentes ea quæ sunt legis facerent. De hoc *Ezech. trigesimo sexto* f. Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.

m In die qua apprehendi manum eorum.] Sicut mater apprehendit manum pueri, vt faciat eum transilire lutum, quod per se non potest puer; sic Dominus manum Iudæorum apprehendit vt faceret eos de Ægypto transire, quia per se non poterant. *Ezech.* 20. e. In die illa leuaui manum meam pro eis vt educerem eos de terra Ægypti, in terram quam promiseram eis fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras. Sic manum suam leuauit in Cruce, vt nos de luto peccati, mundi, Inferni ad se traheret. Non enim voluit Pharao dimittere populum, nisi in manu forti. Vndè *Ezech.* 20. f. Congregabo vos de terris in quibus dispersi estis in manu valida, & brachio forti. Ideo dicit *Psalm.* 143. Emitte manum tuam de alto, eripe me, &c. Quia de Ægypto, i. de tenebris mundi, vel peccati, vel inobedientiæ nō possumus siue Dei adiutorio exire. Vndè *Ps.* 72. Tenuisti manū dexterā meā, &c. *n* Pactum quod irritū fecerunt] transgrediendo. *o* Et] ideo, ego dominatus sum eorū. Apparet dominium alicuius in alio quando eum affligit. Vndè *Psal.* 9. Cognoscetur Dominus iudicia faciens, qui modò ignoratur esse Dominus iniurias patiens. Modò enim quasi seruus videtur Dominus, qui tot mala tam patienter quotidie patitur. Sed quando accepit tempus vt etiam iustitias iudicet, apparebit Rex & Dominus, quando faciet iudicium & iustitiam in terra, vt dicitur *sup.* 23. a. *Ezech.* 20. f. In manu forti, & in brachio extento & in furore effuso regnabo super vos. *p* Post dies illos,] scilicet, Incarnationis, Passionis, Resurrectionis, Ascensionis. *Psalm.* 74.

q Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.] Hoc ad differentiam veteris legis, quæ scripta fuit in lapideis tabulis. *Psalm.* 36. Lex Dei eius in corde ipsius. Per cor, ratio, per viscera, affectus interior. Et hæ sunt duæ tabulæ cordis, vt sicut corde credimus & voluntate, sic affectu amemus. *Prouerb.* 3. a. Fili mi ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat, misericordia & veritas te non deserant, circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui. Sic impletur illud *Isaia* 51. b. Lex à me exiet, & iudicium in lucem populorum requiescet. *Isaia* 2. a. De Sion exibit lex & verbum Domini de Ierusalem. *r* Et ero eis in Deum] eos à malo custodiendo, & in bono promouendo.

s Et ipsi erunt mihi in populum,] peculiarem, qui habeat Deum sibi appropinquantem, vt dicitur *Deuteronom.* 4. a. *t* Et non docebit vltra vir proximum suum,] quia per hanc legem nouam remota omni duritia de cordibus lapideis, vt dicitur *Ezech. cap.* 36. f. Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum infundam in cordi-

A bus ve

A bus vestris, & auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Tunc non indigemus doctrina, sc. exteriori, quia nec illa sine hac valet. Quia Ioan. 14. d. Ille vos docebit omnia. Ideo ergo dicit, quod [vltra non docebit, vir proximum suum] quia de omnibus docet vnctio, vt dicitur 1. Ioan. 2. d. quasi, vt tunc doctrina nulli homini sit attribuenda, & non necesse habebitis vt aliquis doceat vos. Greg. Nisi intus sit qui doceat, lingua Doctoris exterius in vacuum laborat. Nec tamen doctor cessare debet quin quod valet faciat. Iuxta illud. 1. Cor. 3. b. Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. a Omnes. n. cognoscent me,
G &c.] Hoc fuit in primitiua Ecclesia, quando ferè totus mundus crediderat. Ex hoc sumitur illud. Ioan. 6. e. Erunt omnes docibiles. Dei. Is. 54. d. Ponam omnes filios tuos doctos à Domino. Psalm. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Spiritus enim sanctus qui spirat vbi vult, vt dicitur Ioan 3. a. adducit secum notitiam Dei, & omnium virtutum possessionem. Vnde Sap. 7. b. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Loquitur autem de scientia rei, non de vocabuli, quæ per acquisitionem, non per gratiam habetur, quam Philosophi habuerunt. Qui cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, vt dicitur Rom. 1 b Quia propitiabor, &c.] In primo aduentu c Et peccati eorum, &c.] ad puniendum in secundo. Psal. 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, beatus vir cui non imputauit, &c. Isa. 65. c. Non erunt in memoria priora. Vndè & quod prius dicit, omnes cognoscent me, potest intelligi de futura cognitione, quæ erit facie ad faciem. Tunc enim erunt populus Domini, & ipse erit Deus eorum quando nihil erit quod eos à Deo separet, sed replebuntur omnes gaudio cum vultu suo, & delectabuntur in dextera eius vsque in finem. 1. Cor. 13. d. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut cognitus sum. Ioan. 3 a. Similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est. Hanc visionem petebat Moyses a Domino. Exod 33. c. Ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam] ante oculos tuos. Et respondit ei. Ego ostendam tibi omne bonum. d Qui dat Solem in lumine diei.] Hic ostendit populi, & legis nouæ stabilitatem. Qui dat Solem, quasi mihi qui tanta facio, & feci, credere debetis, & sperare quòd, quia hæc facio, potero & vobis hæc promissa reddere. e Ordinem Lunæ, & stellarum in lumine noctis.] Gen. 1. b. Luminare maius, vt præesset diei, luminare minus, vt præesset nocti. Psal. 135. Qui fecit Solem in potestatem diei, & Lunam, & stellas in potestatem noctis. f Qui turbat mare, &c.] per fluctuum, & gurgitum motiones, quia ipse tonat in nubibus, & sic mare per tempestates turbat. g Si defecerint leges istæ coram me,] i. ordines, & constitutiones quas imposui rebus inanimatis, q. d. sicut ordo rerum, & superiorum, inferiorum non potest mutari, nisi secundùm Dei voluntatem, quæ rebus tales ordinationes naturales imposuit. h Tunc & semen Israel deficiet,] i. populus Domini voluntate Dei perpetuus erit, scil. quoad bonos, qui solùm sunt populus Domini, in quibus nunquam deficiet Ecclesia. Quia Matt. vlt. d. Vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Deficient quippe homines quoad vitam corporalem, & corruptibilem, sed assumptâ

docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, cognosce Dñm. Omnes a enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus, quia b propitiabor iniquitati eorum, & peccati c eorum non ero memor amplius. Hæc dicit Dñs, qui d dat Solem in lumine diei, e ordinem Lunæ & stellarum in lumine noctis, qui f turbat mare, & sonant fluctus eius, Dñs exercituum nomen illi. Si g defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus, h tunc & semen Israël deficiet, i vt non sit gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit Dominus: Si k mensurari potuerint cœli sursum, l & inuestigari fundamenta terræ deorsum, & m ego abijciam vniuersum semen Israel propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus. n Ecce dies veniunt dicit Dominus, o & ædificabitur ciuitas p Domino q à turre Ananchel, vsque r ad portam anguli. Et s exibit vltra normam mensuræ in t conspectu eius u super collem

vitâ immortali nunquam amodo deficient, vt cœli, & terra, & aqua deficient secundùm superficiem, vel speciem exteriorem. Quia dicit Ps. 101. Cœli peribunt, & vt vestimentum veterascent, sed secundùm substantiam nunquã deficient. Vel quantum est de se deficerent, sed non diuina voluntate. Plato. Natura quidem dissolubilia sunt, voluntate autem mea indissolubilia. Contra ergo illos est hoc, qui mundum esse perpetuum dicunt, sc. hunc visibilé, secundùm hanc speciem exteriorem, quia cœli peribunt. Et Cœlum, & terra transibunt. Et Matth. vlt. d. Vsque ad consummationem sæculi. Et contra etiam illos qui dicũt aliam non esse futuram vitam, quæ sit perpetua. i Vt non sit gens, &c.] i. in beneplacito meo. k Si mensurari] (Aliud exemplum ad idem) potuerint cœli sursum, vt eorum altitudo possit ratione humana cognosci. l Et inuestigari fundamenta terræ deorsum) vt similiter ratione possint comprehendi m Et ego abijciam vniuersum semen Israel] quasi sicut prædixi non possunt fieri, ita ego non abijciã. Sic & Dominus sæpe comparat impossibilia impossibilibus, vt cum comparat diuites intrare in Regnum cœlorum, ad Camelum intrare per foramen acus: Matth. 19. c. Multi Iudæi ex hoc loco gloriantur, quod non poterunt damnificari. Sed malè applaudunt sibi, quia hoc non dicit Dñs de singulis Iudæis, sed de vniuerso eorum populo, quia reuera non abiecit totum illum populum, sed quosdã assũpsit, & adhuc assumet, & alios abiecit, & multos adhuc abijciet. n Ecce dies veniunt dicit Dñs, & ædificabitur ciuitas] Hic describit terminos ciuitatis reædificandæ in eorum reditu. p Dño,] i. ad honorem Dñi. q A turre Ananchel,] i. a loco illo in quo erat hæc turris. r Vsq. ad portã anguli,] i. vsque ad illum locum in quo fuerat porta quæ sic dicebatur. s Et exibit, &c.] quasi non miremini, si tantam describit ciuitatem quæ reædificabitur, quia, exibit normam, quam, sc. prius habuit. u Super collem Gareb] Sic vocabatur quidam collis, super qué ædificabatur ciuitas. — *Plato in Timæo.* — *Matth. 24. c.*

A n Ecce dies, &c.] Reuera secundum Ierom. nulla literali expositione debet hoc totum exponi, imo ipsa litera est prophetia de statu modernæ Ecclesiæ. Vndè sic. o Et ædificabitur ciuitas,] i. Ecclesia, de qua Psal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Alibi. Psal. 86. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. q A turre Ananchel,] i ab obedientia, sic enim interpretatur Ananchel. 1. Reg. 15. e Melior est obedientia quam victimæ. Hæc est prima porta Ecclesiæ, vel Religionis, vt communiter exponamus hoc de vtroque Mich. 4. c. Et tu turris gregis nebulosa r Vsq. ad portam anguli,] i. ad renunciationem sæculi, vel vitæ mundanæ, quæ est porta intrandi ad Religionem, vel in Ecclesiã, vbi sicut in muro in angulo duplex paries iūgitur. Vel est finis duarũ linearum, quia debet homo præsentem miseriam ad futuram gloriam compensare, & tunc facilè contemnet omnia præsentia. De hac ciuitate. Prou. 18. d. Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma, quia debet ibi esse vniformitas vitæ, quæ significatur per vniformitatem ordinis vestimentorum seruorum Salomonis, quam admirata est Regina Saba. 3. Reg. 10. a. p Domino.] non mundo vbi intratur per cupiditatem, vt Gabaonitæ qui se reddiderunt Israelitæ propter defectum temporalium: Ios. 9. c. Ideo Luc 9. g. Cum dixisset quidam Domino Magister sequar te quocunque ieris, dixit ei Dominus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum. Item non diabolo per ambitionem. Isa. 14. d. Ascendam in cœlum, i. in Religionem, & similis ero Altissimo, i. Abbati, vel Priori. Item non homini per inanem gloriam. Amos 5. g Nunquid hostias, & sacrificium obtulistis mihi in deserto? quasi, non, sed magis vobis. Item non sibi per propriæ necessitatis reuelationem, vt illi quibus dicit Dominus Ioan. 6. c. Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia de panibus manducastis, & saturati estis. Sed. Domino, i. vt ibi obsequamur Domino, & confiteamur, vt ibi pascamur per sanctam meditationem, & cubemus per conscientiæ tranquillitatem. Cant. 1. b. Vbi pascas vbi cubes in meridie. s Et exibit, &c.] quia debent habere tales vitæ eminentiam, & perfectionem super mensuram vitæ mundanorum, vel laicorũ. Matt. 19 c. Si vis perfectus esse, &c. Norma est fides Catholica, quæ superextenditur per operum supererogationes. t In consp. &c.] per sanctam contemplationem. Ez. 1 c. Vnumquodq. ante faciem suam gradiebatur. u Super, &c.) quod interpretatur incolatus, vel scabies. Vt simus quasi aduenæ, & peregrini super terram non quærentes hic manentem mansionem, & subdẽtes nobis carnales voluptates. Vel potest dici de Ecclesia quod exit normam mensuræ, quia continet modò malos cũ bonis, qui tamen mali ad eam non pertinent merito licet numero, qui sũt alieni, & reprobati à Deo per peccatũ. — *Mysticè.*

o Et

A tas. *a* Et circuibit Goatha,] nomen loci. *b* Et omnem vallem cadauerum.] Fortè hæc erat vallis Tophet..
c Et cineres.] Fortè locus erat in quo iaciebantur fundamenta altaris. *d* Et vniuersam regionem mortu.] Fortè sic dicebatur locus damnatorum, vel suspensorum.

f Et vsque ad angulum portæ equorum.] Sic dicebatur quædam porta.
g Et non destruetur vlt. &c.]Hoc referunt Iudæi ad suam auream Ierusalem quæ tanto spatio, vt dictum est, protendetur.

Gareb, & circuibit *a* Goatha, & *b* omnem vallem cadauerum, & *c* cineres, *d* & vniuersam religionem mortis vsque *e* ad torrentem Cedron, *f* & vsque ad angulum portæ equorum Orientalis. Sanctum Domini non euelletur, *g* & non destruetur vltra in perpetuum.

CAP. XXXII.

VErbum quod factum *h* est ad Ieremiam à Domino, in *i* anno decimo Sedechiæ Regis Iuda, ipse est annus octauusdecimus Nabuchodonosor: Tunc *k* exercitus Regis Babylonis obsidebat Ierusalem, & Ieremias Propheta erat clausus in atrio carceris qui erat in domo Regis Iuda, Clauserat enim eum Sedechias Rex Iuda, dicens: Quare vaticinaris dicens, *l* hæc dicit Dñs: Ecce ego dabo ciuitatem istam in manu Regis Babylonis & capiet eam, & Sedechias Rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum, sed tradetur in manus Regis Babylonis, & loquetur os eius cum ore illius, *m* & oculi eius oculos illius videbunt, & in Babylonem ducent Sedechiam, *n* & ibi erit donec visitem eum, ait Dñs. Si *o* autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis: Et dixit *p* Ieremias: Factum est verbum Domini ad me dicens. *q* Ecce Ananehel filius Sellum *r* patruelis tuus veniet ad te dicens: Eme tibi agrum meum qui est in Anathot,

Mysticè. ● *a* Et circuibit
A Goatha] quod interpretatur gyratio, scil. conscientiæ propriæ per sollicitam discussionem.
b Et omnem vallem cadauerum,] i. mundum, qui totus in maligno positus est. Ad quem debet extendi Religio, vel Ecclesia per latitudinem charitatis, vel affectum compassionis. Vel in hoc notatur peccatorum consideratio.
c Et cineres] per propriæ fragilitatis & mortis considerationem. *Psalm.* 101. Cinerem tanquam panem manducabam *Gen.* 18.d. Loquar ad Dominum meum cùm sim pulius & cinis.
d Et vniuersam regionem mortis] per Inferni meditationem. *Isaiæ* 38. b. Vadam ad portas Inferi. *e* Vsque ad torrentem Cedron,] vbi erat hortus, vbi traditus est Dominus, ad Passionis Christi meditationem. Cedron enim interpretatur tenebræ. Est ergo considerare quod Dominus passus est ab his qui habebant tenebras ignorantiæ. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent, vt dicitur 1. *Cor.* 2. b.
f Et vsque ad angulum portæ equorum. Per angulum portæ equorum, spes resurrectionis significatur. Equi namque sunt corpora electorum. Vndè *Apoc.* 19.d. Exercitus qui sunt in cœlo sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo. Porta ergo est Christus. Angulus autem est vna fides omnium per ipsum resurgentium. Vel equi sunt boni claustrales, qui habent Deum sessorem. Porta est exitus ab hac vita. Angulus portæ est deflexio ab hac vita misera, quæ fit in morte. Prima linea huius anguli est reflexio à sæculo ad claustrum, secunda ab hac miseria ad gloriam.

EXPOSITIO CAP. XXXII.

VErbum quod factum est, &c.] Hoc Capitulum diuiditur in quinque partes. Primò, prophetat tempus suæ incarcerationis, siue suæ reclusionis in atrio carceris, qui erat in domo Regis, & causam quare incarceratus sit, describens tunc, & in tali loco verbum Domini sibi factum de emendo agro in Anathot, à patruele suo determinat. Secundò, se emisse agrum & testes emptionis adhibuisse, & duo paria litterarum de tali emptione scripsisse, & stipulationes & rata & signa se se accepisse declarat, *ibi*: Intellexi autem quod verbum Domini esset. Tertiò, prædictas chartas emptionis dicit se tradidisse Baruch sollitè custodiendas, & in vase fictili in signum quod adhuc possidendi essent agri in terra Iudææ post longum tempus captiuitatis, *ibi*. Et dedi librū possessionis. Quartò, post emptionem agri iure celebratam & post sententiam Domini qua pollicitus est domos, agros, vineas deinceps possidendas, orat Propheta, & dolorem cordis gemitibus exprimit, & cum in oratione sua omnipotentiam Dei ad misericordiam & incomprehensibilem eius sapientiam quâ omnia cognoscit, & iustitiam eius in omne genus hominum confiteatur, & tamen beneficia populo Israelitico specialiter collata & eorum è contra ingratitudinem describit, tandem in admiratione terminat suam orationem, quomodo cùm ciuitas possideatur ab hostibus & antequam in eam hostium fiat irruptio, gladio & fame & peste consumpta sit, ipse tamen emere agrum præcipiat cum hoc ridiculum videatur, *ibi*. Et oraui ad Dominum. Quintò, respondet Dominus Prophetiæ ostendens non esse contrarium populum captiuari, & agri iterum & vineæ & domus possideantur. Primò enim dicit eos à Chaldæis captiuandos iustè propter peccata sua quæ ibidem enumerat, & postea misericorditer liberandos & in terram suam reuersuros, in qua agros & possessiones ement & securè possidebunt, *ibi*: Et factū est verbum Domini. Dicit ergo.

h Verbum quod factum est.] Hoc est illud verbum quod infra subditur vbi dicit. Ecce Ananehel, &c. sed propter longam interpositionem ibidem repetitur. Factum est verbum Domini, &c. Cum ergo dicit. Verbum quod factum est ad Ieremiam, antequam dicat quod est illud verbum, dicit, quando & vbi factum est. B

i In anno decimo] qui erat ferè vltimus annus Regni sui, in illo enim anno iam obsessa est Ierusalem. Vndè,
k Tunc exercitus Regis, &c. clausus in atrio carceris.] In quo patet Regis inclementia, cum ipsa ciuitas sufficisset ad carcerem quæ tunc obsessa erat. Sed fortè timebat Rex ne confortaret populum, vt exiret extra ciuitatem ad Chaldæos obsidentes: Magnum enim videbatur Regi quod haberet consolationem ex hoc quòd tantum Prophetam secum habebat. In quo apparet Regis obstinatio, qui in malitia sua adhuc persistebat, cùm tamen peste, fame, gladio iam pene consumpta esset ciuitas.
l Hæc dicit Dominus.] Ecce malebat Deo obedire, qui potest corpus & animam in gehennam mittere, quàm prospera Regi nunciare contra Dei voluntatem & eius amicitiam acquirere. *m* Et oculi eius, &c.] videbunt, sc. in Reblatha, vbi obcæcatus fuit, & filij eius occisi. Sed tantū ad pœnam suam viderat Nabuchodonosor *ibid.* Grandis enim est terror videre homicidam suum, & eius increpationes audire antequam tormenta infligat. Nabuchodonosor non obsidebat ciuitatem, quia remanserat in Reblatha, sed Nabuzardan cum exercitu suo obsidebat eam. Fugit autem absconditè Sedechias, & captus est in campis Iericho, & adductus est ad Nabuchodonosor in Reblatha, à quo loco cæcus ductus est in Babylonem. *n* Et ibi erit donec, &c.] Verbum visitationis commune est ad bonum & ad malum. In bonum Dñs visitauit illos qui transmigrauerunt, sed in malum hunc Sedechiam cum suis. *o* Si autem dimicaueritis, &c]Idem habetur *sup.* 21. *p* Et dixit Ieremias, &c. Ecce Ananehel]Hic narrat Ieremias quoddā quod Dñs ei reuelauit in carcere, sc. quod Ananehel patruelis suus venturus erat ad eum vt venderet ei agrum suum, quod Dñs inspirauerat Ananehel vt venderet. Ideo autem hoc voluit facere, in consolationem Prophetæ, eo quod videbat eum in carcere esse & in tribulatione, vt sic acciperet cōsolationem ex prosperis quæ prophetauerat. *r* Patruelis tuus, &c. i. filius patrui sui. *Matth.* 10.d.

▲ Tibi enim

Mysticè *q* Ecce Ananehel filius Sellum.]Ananehel interpretatur gratus Deo siue cui donauit Deus. *Ierem.* interpretatur excelsus. Ad hunc ergo venit Ananehel, quia habenti dabitur & abundabit, vt dicitur *Luc.* 19.d. Ananehel, est filius, Sellum, qui interpretatur pax, quia ille qui habet gratiam Dei, est filius pacis. Ager Regnum cœlorum *Mat.* 13. f. Simile regnum Cœlorum thesauro abscondito in agro. Hunc emere suadet gratia, quando dat homini vnde emitur iste ager, s. bona opera, & facit considerare voluntatem emendi. *Prou. vlt.* b Considerauit agrum & emit illum, de fructu manuum suarum plantauit vineam Et iste ager est in Anathot, quod interpretatur obediētia, quia soli obedientes possidebunt illud. *Phil.* 2. b. Factus est obediēs vsq; ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illū. *Eccl.* 3. a. Filius sapiētiæ Ecclesia iustorū, & natio illorū obediētia & dilectio. De hac emptione. *Pr* 20. c. Malum est, malū est, dicit omnis emptor & cū recesserit, tūc gloriabitur de hoc agro. *Gen.* 23. c. Quē emit Abrahā in sepulturā Saræ *Mysticè.*

● Tibi enim.

Tibi *a* enim competit ex propinquitate vt emas. Et venit ad me Ananehel filius *b* patrui mei secundum verbum Dñi *c* ad vestibulum carceris, & ait ad me: Posside agrum meum qui *d* est in Anathot in terra Beiamin, quia tibi competit hæreditas, & *e* tu propinquus es vt *f* possideas. *g* Intellexi autem quod *h* verbum Dñi esset, *i* & emi agrum ab Ananehel filio patrui mei qui est in Anathot. Et *k* appendi ei argentum *l* septem stateres, & *m* decem argenteos, & scripsi in *n* libro, & *o* signaui, & *p* adhibui testes. Et *q* appendi argentum in statera, & *r* accepi librum possessionis signatū, *ſ* & stipulationes, & *t* rata, & *u* signa forinsecus: Et *x* dedi librū possessionis Baruch filio Neri filij Maasiæ in oculis Ananehel patruelis mei, & in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis, & in oculis omnium *y* Iudæorū qui sedebant in atrio carceris. Et præcepti Baruch coram eis dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël. Sume libros istos, librum emptionis *z* hunc signatum, & librum hunc qui apertus est, & pones illos in *a* vase fictili, vt *b* permanere possit diebus multis. Hæc enim dicit Dominus exercituum Deꝰ Israël: Adhuc possidebuntur domꝰ & agri, & vineæ in terra ista.

A *a* Tibi enim competit, &c.] Anathot erat quidam vicus, qui erat de suburbanis, quæ data sunt Sacerdotibus per tribus & ciuitates, vt dicitur *Iosue* 21. b. Non erat autem licitum, vt dicit hic *Gloss.* possessionem de tribus in tribum transferre, nec de familia ad familiam, vt dicitur *Num. vlt.* c. Vndè & filiæ Salphaad inter fratres suos acceperunt sortem, vt dicitur *Num. vlt.* Præcipuè suburbana Sacerdotum venundari non poterant, nisi cui competebant propinquitate sanguinis. Sed pro o, quòd nec illi qui erat propinquior, quia
C *Leu.* 25. c. Ædes Leuitarū, quæ in vrbibus sunt, semper possunt redimi, &c. Suburbana autem eorum non væneat, quia possessio est sempiterna. Sol. Non væneant, scilicet, eo modo quo domus illorum, qui non erant Sacerdotes, quæ erant muralibus, veniebant, quia nisi illæ infra annum redimerentur, nec etiam in iubileo redirent ad pristinos Dños, sed venditio suburbanorum, quæ erant Sacerdotum non poterat stare, nec etiam vsque ad annum remissionis durare, nisi venditio fieret ei cui competebat iure propinquitatis. Vndè si fieret venditio propinquo, stabat venditio etiam in anno Iubileo, in quo tamen iussum erat, quòd venditio rediret ad pristinos Dños, ne fieret hæreditatum confusio. Vel potest sic intelligi, non poterunt venundari suburbana Sacerdotum, nisi vsque ad annum remissionis, scilicet, vt vltra duraret venditio, etiam ei cui competebat iure propinquitatis. *e* Et tu propinquus es,] i. quia tu. *f* Vt possideas,] i. possidere debeas.

Mysticè. *a* Tibi enim competit ex propinquitate,] quia illi soli emere possunt agrum istum, qui sunt Deo propinqui per bonam vitam. Vndè *Iac.* 3. b. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. *Sap.* 10. b. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi Regnum Dei, quasi propinquo habenti vnde emat illud, sed pauperi nihil habenti non solet ostendi aliquod magnum, vt illud emat. Hunc agrum vendit Ananehel, i. gratia, quia quicquid habet meriti præueniens gratia donat. *b* Filius patrui mei,] i. Christus, qui fuit frater patris nostri Adæ. *c* Ad vestibulum] Carcer est corpus, vel mundus, à quo petit iustus liberari dicens. *Psalm.* 141. Educ de carcere animam meam. *Rom.* 7. d. Infælix ego homo, quis me liberabit, &c. Vestibulum huius carceris est introitus, vel exitus ab hoc mundo, siue à corpore, vbi habitat Ieremias, i. quilibet iustus per iugem meditationem, & considerationem introitus sui hunc mundum, quàm vilis fit, & quam immundus, & exitus sui ab hoc mundo, quàm grauis sit, & quam periculosus. Hæc enim duplex consideratio generat humilitatem, quæ est custos virtutum, & expellit superbiam, quæ est initium omnis mali, vt dicitur *Tob.* 4. c. Ideo *Eccl.* 10. b. Quid superbis terra, & cinis? Terra ex conditione natiuitatis, cinis ex conditione mortis. *Gen.* 3. c. Terra es, & in terram ibis, *sup.* 2. d. Vide vias tuas in conualle, i. introitum, & exitum tuum in duplici humilitate. *d* Qui est in Anathot in terra Beniamin.] Primo [Anathot,] i. obedientia. Postea [Beniamin,] i. filius dexteræ, quia si compatimur per obedientiam, postea regnabimus per gloriam. *g* Intellexi autem] Hoc dicit ne fatuus reputetur volendo emere agrum, cùm tamen iam terra illa esset obsessa. Hoc enim tantùm fuit prophetia facta, in quo innuebatur quòd Iudæi adhuc in terra illa essent possessuri agros, & domos. *h* Quod verbum Dñi esset,] i. quod hoc diceret à Domino inspiratus. *i* Et emi agrum ab Ananehel filio patrui mei: Sed vnde habuit nummos cùm proprios non haberet? Sol. Fortè senes qui ibi congregati erant fecerunt ei collectā. Deus enim cuius consilio hoc faciebat Ieremias excitauit corda illorum ad hoc faciendum. *l* Septem stateres,] i. siclos. Siclus autē viginti obolos habet, vt dicitur *Ezec.* 45. d. Est ergo idem, septem stateres, quod septuaginta denarij singulares. *m* Et decē argēteos,] qui valēt centū denarios. *n* Et scripsi in libro,] i. in charta contractum huius emptionis. *o* Et signaui] id est feci quod illi qui præsentes erant signa sua subscripserunt, sicut fit in chartis. Vel [Signaui] id est, sigilla eorum qui ibi erant feci apponi, quia ibi erant aliqui magni. *p* Et adhibui testes] i. etiā in ipsa charta scripsi nomina testium qui ibi erant, sicut adhuc fit, vt sic mihi testimonium possent ferre. *r* Et accepi librum possessionis signatū, id est clausum, vel sigillatum. Et hoc dicit ad differentiam alterius, quia duas chartas fecit, vnam clausam, & aliam apertam. *ſ* Et stipulationes] id est interrogationes, & responsiones, vel rationes in charta scripsi. *t* Et rata] id est, verba exprimentia consensū, quæ omnia continebitur in literis. *u* Et signa forinsecus] i. sigilla quæ extra dependebant.

Mysticè. *k* Et appendi ei argentum.] In argento significatur aperta confessio peccati, & laudis. Per septem stateres, opera gratiæ septiformis, quæ sunt opera Euangelij. Per decem argenteos, opera Decalogi. Per [appendi,] discretio confitendi, & operandi. Per hæc ergo tria, scilicet, confessionem, operationem, discretionem, emitur ager Regni coelorum. Confessio est in ore, operatio in manu, discretio in corde. Vnde secundum *Gloss* in hoc quod dicit, [septem stateres, & decem argenteos,] notatur idem mysterium, quod per decem, & septem Psalmos quos cantauit Dauid pro liberatione sua de manu Saul iam facta. In quo notatur quod pro eodem à Diabolo liberamur, & quod liberati eadem opera facere debeamus. Vel per [septem stateres] septem opera misericordiæ, quorum sex *Mat.* 25. c. & vnum *Tob.* 2. sc. de sepultura mortuorū. Per decem septem autē virtutes, s. tres Theologicæ, & quatuor Cardinales, & tria opera spiritualia, quæ sunt instruere inscios, corrigere peccantes, consulere pusillanimes. Hæc debemus scribere per iugem memoriam, & perseuerantiam in his, & signare per bonum exemplum, & testes adhibere, id est, pauperes fouere, qui erunt nobis testes in futuro, & recipient nos in æterna tabernacula. *q* Et appendi argentum in statera] id est, feci opera cum discretione. Per stipulationes, & rata, pactum quod fecit nobiscum Dominus, quod si ei obedierimus dabit nobis præmia æterna. *Isa.* 1. e. Si audieritis me, bona terræ comedetis. *x*. Et dedi librum possessionis Baruch.] tanquam in manu magni viri, vt esset apud eum in tuta custodia, quia pro magno habebat illam chartam Ieremias, sciens promissionem Domini esse adimplendam, vt ita ipse & Iudæi consolarentur, quod non dubitarent quin hoc esset magnæ rei futuræ iudicium, cum circa hoc viderent Prophetam ita sollicitum.

z Hunc signatum.] Ideo fecit duos libros de eadem emptione, vt clausus custodiretur, & apertus cum necesse esset monstraretur. *y* Iudæorum,] qui fortè ad consolandum Prophetam venerant, vel ad audiendum eius prædicationem. *b* Vt permanere possint,] & non putrefiant in terra qui assignant longè post futuram, sc. reuersionem. *a* In vase fictili,] vt nemo eos furaretur. Et hoc est factum. quod designauit prædicta emptio.

Mysticè. Liber signatus est vetus Testamentum. Liber apertus nouum. Vterque liber positus est. *a* In vase fictili; i. in vilitate literæ, & ideo à quibusdam contemnuntur, quia litera exterior humilis videtur, sed intus latet thesaurus. Inde multum flet Ioan. *Apoc.* 5. a. Quia nemo inuentus est dignus aperire librum, & soluere septē signacula eius, &c. *Isa.* 29. d. Erit vobis visio omniū quasi verba libri signati. *Iob* 31. d. Quis mihi tribuat auditorē, vt desiderium meū audiat Omnipotens, & librū scribat ipse qui iudicat, vt in humero meo portem illum, s. ad iudicium in testimonium emptionis agri. *Apoc.* 20. d. Iudicati sunt mortuis ex his quæ scripta erāt in libris secundum opera ipsorū. Datur autē liber Baruch, quod interpretatur bene-

dictus, qui erat filius Neri, quod interpretatur lucerna, qui fuit filius Maasiæ, quod est factura Domini. Quando enim Dñs hominem facit, id est, recreat, dat ei gratiã benedictionis, & lucem suæ cognitionis. In hoc autem apparet, quia tam bonus fuit, vt ei traderet ad custodiendũ tam magnum depositum, fidelitas illius Baruch ministri Ieremiæ: Cõtra istos est qui malos ministros habent in sua societate. *Psal.* 100. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Sic Eliseus minister Eliæ ex gratia sui ministerij meruit habere duplicem Eliæ spiritum 4. *Reg.* 2. b.

Et *a* oraui ad Dominum postquã tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens: *b* Heu heu heu Dñe Deus: *c* Ecce tu fecisti cœlũ & terram in *d* fortitudine tua magna, *e* & in brachio tuo extẽto. Non *f* erit tibi difficile omne verbũ, *g* qui facis misericordiam in millibus, & *h* reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos. *i* Fortissime, magne & potens, Dominus *k* exercituũ nomen tibi, *l* magnus cõsilio, & *m* incõprehensibilis cogitatu. *n* Cuius oculi aperti sũt super omnes vias filiorũ Adã, vt *o* reddas vnicuique secundũ *p* vias suas, *q* & secundũ fructũ adinuentionũ eius *r* Qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti vsque *s* ad diẽ hanc, *t* & in Israel & in † hominibus, & *u* fecisti tibi nomẽ *x* sicut est dies hæc. Et *y* eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti in signis *z* & in portentis & in *a* manu robusta, *b* & in brachio extento, *c* & in terrore magno, & dedisti eis terrã hanc quam *d* iurasti patribus eorũ, vt *e* dares eis terram fluentem lacte & melle, *f* & ingressi sunt & possederunt eam, *g* & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt, *h* omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerant, *i* & euenerunt eis omnia mala hæc. *k* Ecce munitiones extructæ sunt *l* aduersùm ciuitatẽ vt capiatur,

al. † omnibus.

Exod. 34. *a.* *a* Et oraui ad Dominum, &c.] Hic admiratur Propheta, quare Dñs præceperit ei emere agrũ cum tota D Iudæa destruenda esset, & populus captiuandus. Hoc autem admiratur, non quasi ignoret Dei omnipotentiam, sed propter populi malitiam qui obstinatus erat. *b* Heu heu heu] ter dicit propter gladium, famem & pestem. Sic autem orando transformat in se affectum infirmorum, qui quamuis multa promittãtur eis, tamẽ semper de præsenti aduersitate conqueruntur. Hoc autem facit propheta sic conquerens, vt ipsi audiant Dñi responsionem cui magis credant, & sic de peccatis pœniteant propter quæ mala eis eueniunt. *c* Ecce tu fecisti cœlum & ter.] quasi tu es fortis, & iustus, & misericors. Vnde. *d* In fortitudine tua magna] i. in filio qui est virtus & brachium patris. *sup.* 10. b. Qui fecit terra in fortitudine sua, præparauit Orbẽ in sapientia sua & prudentia sua extendit cœlos. *e* Et in brachio tuo extẽto] ad percutiendum malos. Vel, [In fortitudine magna] ad creandũ & conseruandũ omnia. *f* Nõ erit tibi difficile, &c. Vnde *Matth.* 19. d Apud homines impossibile, Deo possibilia sunt. *Luc.* 1. d. Non erit impossibile apud Deum omne verbum: Imò *Psal.* 113. Omnia quæcunque voluit fecit. Et ideo potes si vis Iudæos in captiuitatem mittere, & iterũ cũ volueris liberare. *g* Qui facis misericordiam in millibus.] Ecce exemplificat de eius misericordia, quasi misericordiam tuam extendens etiam in mille generationes. *h* Et reddis iniquitatem patrum, &c.] s. imitantiũ patres. Per sinum notatur occulta Dei iustitia, quæ tamen habet admixtam misericordiam In hoc enim in sua iustitia apparet eius misericordia, quod non statim punit delinquentem in se, sed expectat vsque ad filios reddere pœnã, si illi patres imitati fuerint. Imò dicitur *Iac.* 2. c. Misericordia superexaltat iudicium. Vnde *Isa.* 63. a. Dies vltionis in corde meo, tempus retributionis meæ venit de hoc *Exod.* 20. a. Ego Dñs Deus tuus, fortis Zelotes, visitans iniquitatem patrũ in filios in tertiam & quartã generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiã his qui diligunt me & custodiunt præcepta mea. *i* Fortissime, magne & potens.] Per hæc nomina indicat suã potentiam. *Iob.* 9. c. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Et ideo *sup.* 10. a. dicitur. Quis non timebit te ô Rex

1. Tim. 6. *c.* gentium? *k* Dñs exercituum nomẽ tibi.] *Isa.* 42. b. Ego sum Dñs, hoc est nomen meum. *l* Magnus consilio,] vt eius secreta nemo possit cognoscere, vel arguere. *m* Et incõprehensibilis cogitatu] quia si in cor hominum nõ potest ascẽdere quæ dabit bonis, multo magis nec cõsilium sapiẽtiæ suæ. Ipse enim habitat lucem inaccessibilem. *Rom.* 11. d. O altitudo, &c. Ideo dicitur *Iob.* 9. a. Sapiens corde est, & fortis robore. *Isa.* 40. e. Quis consiliarius eius fuit & ostẽdit illi? Cum quo iniit cõsiliũ & instruxit eum? *n* Cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorũ Adã] vt nõ possit eum latere aliquis, vel aliquid occultum hominis. *Prou.* 16. a. Omnes viæ hominũ patent oculis eius. *Eccl.* 23. c. Oculi Dñi multo plus lucidiores sunt super Solem, circũspicientes omnes vias hominũ. *Heb.* 4. d. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo *Iob* 31. a. Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? *o* Vt reddas vnicuique]. Ideo dicitur *Eccl.* 40. a. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam. *p* Secundùm vias suas.] *Eze.* 7. g. Secundum viam eorum faciam eis. Ibi *Gloss.* Peccatoribus reddet Deus iuxta vias suas, sed in Sanctis excedit modum clementia. Quia *Ro.* 8. d. Non sunt condignæ, &c. Ideo autem sic dicit illa *Gl.* nõ quia firmiter non sit Dei clementia in malorum punitione, quia eos citra cõdignum puniet, sed quia malis nihil dabit nisi quod meruerint, sed bonis multo plura. *q* Et secundũ fructum adinuentionum eius.] Per vias opera, per fructũ cogitationes. *Prou.* 1. d. Comedent fructum viæ suæ, suisque consilus saturabuntur. Hoc autem dicit postquam locutus est de profunditate sapientiæ suæ, quia multis videntur eius iudicia iniusta in punitione quorundam, quasi dicat, nihil facit ex suo consilio quod non requirat sua iustitia, Ideo dicitur *Rom.* 2. Tu autem secundum duritiam tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique iuxta opera sua. *r* Qui posuisti signa & portenta in terra Ægypti] i. varia & mirabilia signa, quibus Ægyptios affligeres. *t* Et in Israel & in hominibus] quasi non solùm signa potentiæ tuæ quædam super Ægyptios apparuerunt, sed & super Iudæos & cunctos mortales adhuc apparent Et hoc *s* Vsque ad diem hanc] i. quotidie vbique apparent signa potentiæ tuæ. Et maximè signa potentis misericordiæ tuæ, quæ ostendisti. *t* Israel & hominibus] i. Iudæis & gentibus. *u* Et fecisti tibi nomen] magnum, i. fecisti ea vnde per vniuersum mundum modò laudaris & gloriosus prædicaris in hoc, sc. quod tam iustè hostes tuos punis, & tam mirabiliter seruos liberas. *x* Sicut est dies hæc] id est, sicut apparet nunc. In quibus autẽ nomen suum laudetur subdit. *y* Et eduxisti, &c. in signis] minoribus. *z* Et in portentis] maioribus.

a Et in manu robusta] fortiter populum tuũ ab hostibus liberando. *b* Et in brachio extento contra hostes. *c* Et in terrore magno] gentium, sc. vicinarum. *Exo.* 15. b. vbi loquitur de submersione Ægyptiorum, & *ibid*: subdit: Et conturbati sunt principes Edom &c. *d* Quam iurasti patribus eorum] Abraham, Isaac & Iacob.

e Vt dares eis terram, &c] meritis patrum. Ideo autem eduxisti eos, quia tunc fideliter tibi seruiebant. Per lac & mel, omnium rerum abundantia significatur.

f Et] ideo, [ingressi sunt, &c.] scilicet, illi qui tibi obedientes fuerunt.

g Et non obedierunt, &c.] Quia vt dicit hîc *Gl.* vbertas securitatem, securitas negligentiam, negligentia contẽptũ parit. 2. *Paral.* 26. c. Cùm roboratus esset Ozias, eleuatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum. *Osea* 13. b. Adimpleti sunt & saturati, & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei.

h Omnia quæ mandasti eis, &c. cum tamen dicerent. *Exod.* 19. b. Quæcunque præcepit nobis Dominus faciemus & audiemus. *Iudic.* 2. c. Citò deseruerunt viam per quam ingressi sunt patres eorum, & audientes mandata Domini, omnia fecerunt contraria.

i Et] ideo, [euenerunt eis omnia, &c.] vt sic verum sit quod suprà dictum est, quòd vnicuique dat secundum vias suas.

k Ecce munitiones extructæ sunt] ab hostibus in obsidione. *l* Aduersum ciuitatem vt capiatur.] Vnde *Dan* 11. b. Veniet Rex Aquilonis & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas. Quod potest exponi de munitionibus quæ in religione sunt, vel de claustris quæ hodie obsidet Diabolus in multis locis. *Abac.* 1. c. Ipse super omnem munitionem ridebit, comparabit aggerem, & capiet eam. *Isa.* 29. a. Iaciam aggerem contra te & munimenta ponam in obsidionem tuam, humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuũ.

Et vrbs

a Et vrbs data est in manus Chaldæorum] in præscientia Dei, iã danda in euidentia rei [& in manus Regis Babylonis.] Prius dicit] in manus Chaldæorum [& post in manus Regis Babylonis,] quia Rex non erat præsens in obsidione, sed ad eũ ducti sũt captiui, vnde priuato exercit' cœpit ciuitatẽ. Capiatur dico. b A facie:] i. instantia: [gladij.] Mysticè. b A facie gladij] hæresis, vel schismatis. c Et famis] sanæ doctrinæ. d Et pestilentiæ] corruptionis mali exẽpli. e Vt tu ipse cernis:] i. cerni facis. f Et tu dicis mihi: cum tamen dicatur. Isai. 24. a. Nudabit terram, & affliget habitatores eius, & erit sicut emens, sic ille qui vendit, hoc autem dicit non propter se, cum causam nõ ignoraret, sed vt audiam responsionem Dñi. g Et factum est verbum Dñi.] Hic ostendit non esse contrariũ quod populus captiuetur, & tamen agri, & domus, & vineæ possidebuntur.

Mysticè.

E

& vrbs a data est in manus Chaldæorum, & in manu Regis Babylonis, qui præliantur aduersùs eam b a facie gladij, & c famis, & d pestilentiæ, & quæcunque locutus est acciderunt, vt e tu ipse cernis. Et f tu dicis mihi Dñe Deus: Eme agrum argento, & adhibe testes, cum vrbs data sit in manus Chaldæorum. Et g factum est verbum Dñi ad Ieremiam, dicens: h Ecce ego Dñs Deus vniuersæ carnis. i Nunquid mihi difficile erit k omne verbũ? l Propterea hæc dicit Dñs: Ecce ego m tradam ciuitatem istam in n manus Chaldæorum, & in o manus Regis Babylonis, & capient eam, & p venient Chaldæi præliantes aduersùm vrbem hanc, q & succendent eam igni, & comburent eam & r domos in quarum domatibus sacrificabant Baal, & f libabant diis alienis libamina ad irritandum. t Erant enim filij Israël, u & filij Iuda x iugiter facientes malum in oculis meis, y ab adolescentia sua, filij Israël qui vsque nunc exacerbant me in z opere manuum suarum, dicit Dominus, quia in a furore, & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, b à die qua ædificauerunt eam vsque ad diem istam, quã auferetur de conspectu meo propter malitiam filiorum Israël, & filiorum Iuda quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipsi & Reges eorum, c & Principes eorum & Sacerdotes eorum, & Prophetæ eorum, viri Iuda d & habitatores Ierusalem. Et e verterunt ad me terga, & nõ facies cũ f docerem eos g diluculo, & erudirem, & h nollent audire, vt acciperent disciplinam. Et i posuerunt idola sua in domo in qua inuocatum est Nomen meũ, vt k polluerent eam. Et l ædificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Hennon, vt m initiarẽt

h Ecce ego Dñs Deus vniuersæ carnis,] i. omnis hominis suã fragilitatẽ cognuscẽtis. Gen. 6. a. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Et dicit: [Vniuersæ carnis,] i. omnium hominum, non tantum Iudæorum, sed & gentium omnium. i Nunquid mihi difficile erit:] Supra videbatur Propheta, quasi reprehendisse consilium Domini, nunc introducit Dominum soluentem eius interrogationem, & ostendentem quare dixerit Ieremiæ quòd emeret agrum, scil. in futuræ liberationis signum. Sed primò ostendit Dominus se potentem, & post comminatur aduersa, & tandem liberationem promittit, vt sic posita sua vltione, vel comminatione, gratior sit audientibus liberationis promissio. [Nunquid, &c.] Gen. 18. b. Quare risit Sara? Nunquid Deo quicquam est difficile? k Omne verbum,] i. res digna verbo. l Propterea,] scil. quia sum Dominus omnium, tanquam curam de omnibus habens, vt omnibus reddam secundùm vias suas. p Et venient Chaldæi, &c.] i. ingredientur ciuitatem istam. Iam enim venerant, quia ciuitatem obsidebant. Sed post obsessionem intrauerunt, vel [venient] supple alij. Mysticè. m Tradam ciuitatem istam] Ecclesiam, quæ hodie tradita est. n In manus Chaldæorum,] i. fortium Prælatorum. o Et in manus Regis Babylonis,] i. diaboli. q Et succendent eam igni:] ambitionis, cupiditatis, & luxuriæ, quæ omnia sunt ignis vsque ad consummationem deuorans, vt dicitur, Iob 31. b. r Et domos in quarum domatibus,] i. tectis, quæ in terra Palæstina plana sunt. f Et libabant Diis alienis libamina:] de liquidis, quæ offerebant cum omni sacrificio. Mysticè. Doma est tectum domus, & significat claustrum, quod est superior pars Ecclesiæ. Ibi à multis sacrificatur Baal, quod interpretatur superior, vel vorator. Multi enim intrant claustrum, vt sint superiores, & possint alios deuorare. Ezech. 19. a. Tulit vnum de leunculis suis, & Leonem constituit, & factus est Leo, & didicit capere prædam, & homines deuorare. Tamen & ibi multi sunt, qui non curuant genua sua ante Baal, quos sibi reliquit Dominus, vt dicitur 4. Reg. 19. d. f Et libabant Diis alienis libamina.] Sic multi in claustro effundunt lachrymas, non ad Deum pro peccatis, sed ad homines, vt boni videantur, & citiùs promoueantur. Eccl. 12. d. In oculis tuis lachrymatur inimicus, & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine. Istis dicunt Dæmones. Nostra est aqua, vt dictum est pastoribus Isaac. Genes. 26. d. t Erant enim filij Israel.] scilicet, illi de decem tribubus qui de captiuitate remanserant. u Et filij Iuda:] i. duæ tribus. x Iugiter:] i. finaliter quoad multos illorum.

A

Mysticè.

Mysticè.

x Facientes malum, &c.] quasi in corde vbi ego conspicio, vel apertè, vel in Dei notitia, quia eius notitiam habentes ab eo per peccatum recedebant. Psalm. 50. Malum coram te feci, quasi enim in oculis Dei non peccat, qui eius notitiam non habet, quia scilicet, nondum Deum cognoscit contra quem peccat.

y Ab adolescentia sua] quæ fuit in egressu de Ægypto, Gen. 8. d. Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Prou. 22. a. Prouerbium est, adolescens iuxta viã suam etiam cum senuerit, &c.] z In opere,] i. idolis. a Quia in furore] vnde sup. Ego tradam ciuitatem istam in manu Chaldæorum. Ab adolescentia sua dico, scilicet. b A die, &c.] i. ciuitatem, i. ædificatam inhabitare cœperunt, scil. sub Iosue, vel sub Dauid. De quo legitur 1. Paral. 11. b. Quòd ædificauit Sion & Ioab ciuitatem.

F

Suprà 2. f.

c Et Principes eorum] quasi non mei. Vndè Osea 8. a. Ipsi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui, i. non approbaui. d Et habitatores Ierusalem,] i. filij Beniamin. e Et verterunt ad me terga] contemnentes monita mea per Prophetas. Zach. 7. c. Noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes, & aggrauauerũt aures suas ne audirent. Et tamen Dominus licet ei vertamus terga, non deserit nos, sed post terga nostra clamat, vt reuertamur ad ipsum, vt dicitur Isaia 30. e. Aures tuæ audient vocem post tergum monentis.

Suprà 7. b.

f Cum docerem eos] per Prophetas. g Diluculo, & erudirem] in quo notatur diligentia Prophetarum.

h Et nollent audire, &c.] Quidam volunt audire sermones, sed non vt recipiant disciplinam pœnitentiæ. Nolunt enim accipere, sed sibi imponere. Abac. 1. b. Ex semetipso iudicium eius, & onus egredietur. Nolunt quod iudicentur ab alio, vel pœnitentia ab alio eis iniungatur, nisi secundùm suam voluntatem. Cum tamen dicat Aug. vt refert Magister in quarto sententiarum: Ponat se pœnitens omnino in iudicio, & potestate Sacerdotis, nihil sui reseruans sibi, vt omnia eo iubẽte parat' sit facere pro recipienda vita animæ, quæ faceret pro euitanda corporis morte. i Et posuerunt, &c.] i. Prælatos inscios, & nihil boni facientes. Zac. 11. d. O pastor, & idolum derelinquens gregem! Tantùm enim imaginem habent manuum, & oris, & non veritatem. Ps. 113. Os habent, & non loquentur, &c.] Bar. 6. b. Habet in manu gladium, & securim, se autem de bello, & latronibus nõ liberat, vnde notum sit vobis quòd non sunt dij: Sicut imago Episcopi depingitur alicubi tendens manum ad benedicendum, sed nullum benedicit.
k Vt polluerent eam.] Ad literam, quidam canonicus stercorauit in choro, quia puer erat. Vel. [Polluerunt] exemplo malo. Ez. 44. b. Sufficiant vobis scelera vestra domus Israel, eo quòd inducitis filios alienos incircũcisos corde, & incircumcisos carne, vt sint in Sanctuario meo, & polluant domum meam. l Et ædificauerunt, &c. in valle filij Hennon] vbi propter amœnitatem loci luxuriis, & idololatriis vacabant. m Vt initiarent filios suos,] i. dedicarent, sicut in baptismo pueri Domino dedicantur.

n Et filias

Mysticè. l Et ædificauerunt excelsa Baal quæ sunt in valle filij Hennon,] quia qui sunt in dignitatis altitudine, sunt in imo vitiorum. In valle enim confluunt sordes. Simile dicitur Num. 21. c. Quòd filij Israel venerunt in Bamoth quæ est vallis in regione Moab, Bamoth interpretatur excelsa. Et dicitur ibi quod est vallis Hẽnõ, quod interpretatur fons tristitiæ, quia tales exteriùs multum anxiantur, &

Mysticè.

A a Et filias suas Moloch] quod erat idolum Ammonitarum: Baal autem idolum Sidoniorum. Sed dicitur *Leu.* 20. a. Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriemur. Moloch interpretatur Rex, hic est diabolus, qui est Rex super omnes filios superbiæ, vt dicitur *Iob* 41. d. Quod est, quando quis bona opera sua dedicat superbiæ. *Amos* 5. g. Portastis tabernaculum Moloch Deo vestro.

Mysticè. O interius adhuc magis. Vndè *Sap.* 5. b. Ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus, i. humilitatem, charitatẽ, paupertatem.

b Et nunc. Sic construe: [Hæc

G dicit Dominus Deus Israel ad ciuitatem hanc de qua vos dicitis quod tradatur, &c. propter ista]

Al. † viam. scilicet, mala prædicta: Et tamen licet tot mala feceritis, ego liberabo vos. Vndè.

c Ecce ego congregabo eos, &c.] in signum cuius præcepit Ieremiæ vt agrũ emeret, licet destructio instaret.

filios suos & a filias suas Moloch, quod non mandaui eis, nec ascendit in cor meum vt facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam. Et nunc b propter ista, hæc dicit Dñs Deus Israël ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quod tradatur in manus Regis Babylonis in gladio & in fame & in peste. c Ecce ego congregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea & in indignatione grandi, & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter, & d erunt mihi in populum & e ego ero eis in Deum. Et e dabo eis cor vnum & † animam vnam vt timeant me vniuersis diebus, & bene sit eis & filiis eorum post eos. Et f feriam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere, & g timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me, & h lætabor super eis cum bene eis fecero. Et i plantabo eos in terra ista in k veritate, in l toto corde meo & in tota anima mea: Quia hæc dicit Dominus: m Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande, sic adducam super eos omne bonum quod ego loquor ad eos. Et possidebuntur agri in terra ista de qua vos dicitis, quod deserta sit, eo quod non remanserit homo & n iumentum, & data sit in manus Chaldæorum. Agri o ementur pecunia & p scribentur in libro, q imprimetur signum, & r testes adhibebuntur in terra Beniamin, & in circuitu Ierusalem, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus Montanis, & in ciuitatibus Campestribus, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt, quia f conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

CAP. XXXIII.

ET t factum est verbũ Dñi ad Ieremiam secundò, cum u adhuc clausus esset in x atrio carceris, dicens. Hæc dicit Dñs,

pecunia,] quia per opera misericordiæ acquiritur ager vitæ æternæ. Vndè *Luc.* 16. c. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c. 2. *Reg. vlt.* d. Emit Dauid aream Areuna Iebusæi 50. siclis. Per quinquaginta siclos, gratia remissionis significatur, quę habetur per opera pœnitentiæ. Quia dicitur *Tob.* 4. b. Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras. p Et scribentur in libro] viuentium, vel speculo æternitatis, non tantũ per prædestinationẽ æternam, sed per præsentem iustitiam. q Et imprimetur signum Crucis] per Passionis imitationẽ. r Et testes adhibebũtur, &c.] per Sanctorũ societatem. Quia particeps ego sũ omnium timentium te. *Psalm.* 118. Membrũ enim vnum cõtestabitur alterum mẽbrum quo adiutũ fuit, vel quod adiuuit. Per terram Beniamin vita æterna significatur vbi est dextera delectationum. Vndè Delectationes in dextera tua vsque in finem. A *Psalm.* 15. Similiter per Ierusalem, propter securitatem. Vndè *Isaiæ* 31. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, &c Ierusalem enim visio pacis dicitur. Per ciuitates montanas similiter, tum propter locis altitudinem, tum propter glorię sublimitatẽ. 2. *Cor.* 4. d. In sublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis. Per ciuitates Iudæ eadẽ similiter, propter æternæ laudis confessione. Quia dicit *Psa.* 83. In sæcula sæculorum laudabunt te. Similiter per ciuitates campestres, propter charitatis latitudinem, & rerum omnium communitatem. *Iudic.* 18. c. Intrabitur ad securos in regionem latissimam. Idem per ciuitatem ad Austrum, vbi erit calor affectionis & plena lux cognitionis. *Cant.* 1. b. Vbi pascas, vbi cubes in meridie. f Quia conuertam, &c] Vndè. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatẽ. *Ps.* 13. Cum auerterit Dñs captiuitatẽ plebis suæ, exultabit Iacob & lætabitur Israel. *Psalm.* 67. *Ephes.* 4. b.

d Et erunt mihi in populum] mihi seruiendo. e Et ego ero eis in Deum] eos protegendo. e Et dabo eis cor vnum & animam vnam,] i. fidem & voluntatem concordem. *Act.* 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna 2. *Mach.* 1. a. Det vobis cor omnibus vt colatis eum & faciatis eius voluntatem. f Et feriam eis pactum sempiternum intellige, piam conditionem, scilicet, si me non dimittant. Tamen quia dicit, [pactum sempiternum] quod intelligitur de nouo Testamento, melius hoc totum exponitur de Ecclesia, vt dicit *Ieron.* Iudæi enim post illam reductionem à Romanis capti sunt. Christus ergo congregauit fideles de vtraque gente in vnitate fidei & voluntatis, & in fine congregabit reliquias, vt dicitur *Ioan.* 11. g. Iesus moriturus erat pro gente, & non solùm pro gente, sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Vel, [Congregabo] ad Christum, qui dicit: Ego sum via, veritas & vita. g Et timorem meum, &c] quia timor Domini expellit peccatum. *Eccl.* 27. a. Si non instanter te tenueris in timore Domini, citò subuertetur domus tua. *Eccl* 1. b. Timenti Deum bene erit in extremis & in die defunctionis suæ benedicetur. In hoc autem quod dicit, [Et dabo eis cor, &c. vt timeant me] notatur secundum *Gl.* quod initium bonæ voluntatis non est à nobis, sed à Domino inspirante, qui operatur in nobis velle & proficere pro bona voluntate. Sed contra *Ezech.* 3. a. Ciba ventrem volumine isto. Ibi *Gl.* Aperto ore cibos Dominus largitur, vt initia bonæ voluntatis in nobis sint. Sol. Initia dicit ibi potentiam materialem recipiendi bonam voluntatem; hic autem dicit initium actum bonæ voluntatis.

Ioan. 14. c.

Eccl. 1. c.

Phil. 2. b.

h Et lætabor super eis,] i. faciam eos lætari: Quia *Luc.* 15. b. Gaudium de Angelis Dei super vno peccatore, &c. Vndè oue reperta, dicitur ibi, Congratulamini mihi, &c.

Psalm. 141. i Et plantabo eos,] i. firmiter collocabo. k In veritate,] i. sicut promitto, faciam. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis. Vel. [In veritate] fidei, vel vt vero corde coram mihi seruiant. l In toto corde meo, & in tota anima mea,] i. secundum meum consilium & voluntatem.

m Sicut adduxi super populum istum, &c.] *Baruch.* 4. d. Qui adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. o Agri ementur pecuniã, & scribentur in libro, &c.] i. hanc prosperitatem futuram significauit emptio agri quem emit Ieremias.

Mysticè. Mysticè. n Homo & iumentum,] i. simplices & prudentes, vtrosque enim Dominus saluabit. Vndè *Psalm.* 35. Homines & iumenta saluabis Domine. o Agri ementur

EXPOSITIO CAP. XXXIII.

ET factum est verbum, &c.] *Sup* 7 d. Et 11. c. Dixerat Dominus Prophetæ, Noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eo laudem; nunc monet Prophetam vt oret & clamet pro eo, quia exaudiet illum. Primò enim noluit Deus auertere captiuitatem Iudæorum imminentem propter eorum impœnitentiam & duritiam, donec soluissent pœnam peccati sui. Nunc autem reuersionem promittit, quia pœnituerunt in captiuitate. Vndè illud quod in præcedenti capitulo opere prophetauit, scil. agri emptionem, hic verbo Propheta adimplendum promittit, scil. populi de captiuitate reuersionem. Diuiditur autem hoc capitulũ in tres partes. 1 monetur Propheta orare pro populi liberatione, quæ ibidẽ promittitur. 2 ostendit quod sicut leges naturæ sunt, sic pactum Dñi cum eis erit immutabile, quod fuit de Regno in perpetuum duraturo. Vndè cum iam non stet Regnum eorum, ad litteram, patet quod intelligitur de Regno spirituali, quod in Christo & Ecclesia, *ibi.* [Et factum est verbum.] Tertiò prædicitur & promittitur populi multiplicatio post reditum de captiuitate intantum vt multitudini stellarum & arenæ comparetur, *ibi.* [Sicut numerari. t Et factum, &c.] quia primò factum est de emptione agri in præcedenti capitulo. Vel primò factum est verbum Domini, vt non oraret pro populo, *sup.* 7. Et 11. Nunc autem fit vt oret. u Cum adhuc, &c.] sicut Petro in carcere clauso apparuit Angelus. *Act.* 12. a. x In atrio carceris] vbi eum clauserat Sedechias; sed Dñs ibidem dat ei consolationẽ de reuersione populi, de cuius destructione desolat⁹ erat.

a Qui factu

a Qui facturus est, &c.] Tria verba ponit, per quæ Trinitas personarum innuitur. Potentia faciendi ad Patrem refertur, sapientia formandi, ad Filium, benignitas parandi, ad Spiritum sanctum.

b Clama ad me.] Hoc dicit ad innuendum quod per orationes Prophetarum, & bonorum qui erant in plebe Iudæorum fit liberatio facta [Clama.] *Exod.* 14. d. Quid clamas ad me? Ibi *Greg.* Voces apud aures Dei non faciunt verba, sed desideria. Æternam enim vitam si ore petimus, nec corde desideramus, clamantes tacemus. Si vero corde desideramus, & ore tacemus, tacentes clamamus, sic clamans exauditus est Moyses, & ostensus est ei exitus maris rubri. Saluauit etiã Dominus filiam mulieris Chananeæ clamantis post ipsũ. *Matth.* 15. c. Dimitte eam, quia clamat post nos, sic clamantes Dominus exaudiuit duos cæcos, & illuminauit. *Matth.* 20. d. Sic & Susannam. *Dan.* 13 e. & Annam. 1. *Reg.* 1. b. *Isaia* 58. a. Clama ne cesses.

Qui a facturus est, & formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen eius, b Clama ad me, & exaudiam te, & d annunciabo tibi grandia, & firma quæ nescis. e Quia hæc dicit Dominus Deus Israël ad domos vrbis huius, & ad domos Regis Iuda quæ destructæ sunt, & f ad munitiones, & g ad gladium venientium, vt h dimicent i cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum quos percussi in furore meo, & in indignatione mea, k abscondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. l Ecce ego m obducam n eis cicatricem, & o sanitatem, & curabo eos, & p reuelabo illis deprecationem pacis, & q veritatis. Et r conuertam conuersionem Iuda, & conuersionem Ierusalem,

c Et exaudiam te] & pro aliis rogantem.

d Et annunciabo tibi grandia, & firma, quæ nescis,] scilicet, reuersionem, quæ adhuc occulta latebat. Sic Dominus clamantibus multotiens reuelat grandia. De quibus grandibus *Ioan.* 15. b. Omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Ibi *Greg.* Quæ sunt hæc omnia, nisi gaudia internæ charitatis, nisi festa supernæ fœlicitatis?

e Quia hæc dicit Dominus Deus Israel ad domos, &c. quæ destructæ sunt] iam in parte, & in proximo destruentur omnino. f Et ad munitiones :] Iudæorum.

g Et ad gladium venientium,] scilicet, Ægyptiorum venientium ad auxilium.

h Vt dimicent] Iudæis.

i Cum Chaldæis,] i. contra Chaldæos. Vel.

f Ad munitiones] Chaldæorum.

g Et ad gladium venientium, &c.] scilicet, ad auxilium Chaldæorum.

Mysticè. Mysticè. Vrbs est vniuersalis Ecclesia. De qua *Eccl.* 9. d. Inuentus est in ea vir pauper, & sapiens, & liberauit vrbem, per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius. Domus huius vrbis, sunt particulares Ecclesiæ. *Suprà* 9. f. Ascendit mors per fenestras, i. Prælatos, ingressa est domos vestras. Domus Regis Iuda, sunt claustra, vbi est iugis confessio peccatorum, & laudis. De quibus *Osea* 5. a. Attendite domus Israel, & domus Regis auscultate, quia vobiscum est iudicium. Munitiones sunt, Prælationes. *Abac.* 1. c. Super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. Dimicans contra Chaldæos, est verbum prædicationis. *Eph.* 6. c. Et gladium spiritus quod est verbum Dei. Domus sunt destructæ, & plenæ cadaueribus, i. hominibus in peccatis mortuis, & fœtentibus. Et hoc, quia Dominus percussit eos in furore suo propter malitiam inhabitantium. *Amos* 5. a. Domus Israel cecidit, non adiiciet, vt resurgat. Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum, & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem de domo Israel.

k Abscondens faciem meam,] i. propitiationem, vel Propheticam visionem, quia propter peccata populi, & Principum claudit Dominus ora Prophetarum, similiter & Prædicatorum.

l Ecce] post destructionem.

m Obducam,] id est, sanabo.

n Eis,] id est, domibus : [cicatricem.] Vel ad litteram, i. sanabo hominibus omnibus omnes eorum plagas, *sup.* 30. c. Obducam cicatricem tibi, & sanabo te à vulneribus tuis. o Et sanitatem, & curabo eos.] Hoc dicit : quia aliquando cicatrix obducitur : nec tamen vulnus sanatur, quasi non solum extra, sed intra sanabo. Cicatrix signum est vulneris præteriti. Sic Dominus spiritualiter hominem sanat, vt remaneat cicatrix, i. peccati memoria, *sup.* 3. d. Sanctus ego sum, & non irascar tibi amplius, tamẽ scito iniquitatem tuam.

p Et reuelabo illis deprecationem pacis,] i. pacem dabo eis, & ostẽdam pro qua deprecati sunt.

q Et veritatis] impletionis promissorum. *Zach.* 8. c. Pacem, & veritatem diligite. Triplex est pax. *Triplex pax.* Prima quæ est B ordinatio in fide sub æterna lege. Obedientia ex se, quæ est ordinatio cogitationis, & actionis. Consensio ad proximum : Quæ est triplex, scilicet, ad superiorem per obedientiam, ad pacem per concordiam, ad inferiorem per misericordiam. Duas primas ponit Augustinus in libro de ciuitate Dei.

& s ædificabo eos, sicut à principio, & t emundabo illos ab omni iniquitate sua in qua peccauerunt mihi, & u propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quibus deliquerunt mihi, & spreuerunt me. Et x erit mihi in y nomen, & in z gaudium, & in a laudem, & in b exultationem cunctis c gentibus terræ quæ audierunt omnia bona quæ ego facturus sum eis, & d pauebunt, & e turbabuntur in vniuersis † bonis, & in f omni pace quam ego faciam eis. Hæc dicit Dominus : g Adhuc audietur in loco isto quem h vos dicitis esse i desertum eo quòd k non sit homo, nec l iumentum in m ciuitatibus Iuda, & n foris Ierusalem, quæ o desolatæ sunt p absque homine, & absque q habitatore, & absque pe- *Al.* † *locis.*

r Et conuertam conuersionem Iuda, & conuersionem Ierusalem,] scilicet, filiorum Beniamin.

s Et ædificabo eos, sicut à principio,] scilicet, in Patribus, vel ante captiuitatem.

t Et emundabo illos ab omni iniquitate sua in qua peccauerunt mihi,] i. contra me, i. ab idololatria. *Ezech.* 36. c. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab inquinamentis vestris.

u Et propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, &c.] *Gregor.* Absit ab eo qui summè iustus est, & misericors, dimidiam spargi veniam. x Et erit mihi,] sc. hæc liberatio. y In nomen,] i. gloriam. *Isaia* 42. b. Gloriam meam alteri non dabo. z Et in gaudium] interius. b Et in exultionem] exterius. a Et in laudem,] sc. Dei, vel Angeli.

c Cunctis gentibus terræ, &c.] Non sunt ergo gentes quæ non gaudent de conuersione aliorum. *Luc.* 15. b. Gaudium est in cœlo Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente, &c. d Et pauebunt, & turbabuntur in vniuersis bonis,] i. pro vniuersis. f Et in omni pace quam ego faciam eis.] Patet hic, hæc magis referenda esse ad mysterium de Ecclesia. In illa enim reuersione materiali non habuerunt omnimodam pacem, vel securitatem, imò multæ gentes infestabant eos, vt habetur in Esdra. In tempore etiam Machabæorum multa bella passi sunt. e Turbabuntur] præ admiratione, quæ sæpe generat perturbationem. g Adhuc audietur in loco illo] Toties promittit eis hanc reductionem, quoties ipsi ante desperabant de reditu, quando erant in captiuitate, vel quando à Chaldæis obsidebatur. h Quem vos dicitis esse desertum, &c.] quod

Moraliter. Moraliter. i Desertum] est Religio, quia sicut desertum est medium inter Ægyptum, & terram promissionis, sic Religio inter mundum, & paradisum, vbi est manna consolationis, & aquæ Marath, i. lacrymæ compunctionis quæ dulcorantur per memoriam Dominicæ Passionis. Est etiam ibi victus tenuitas, & vestis asperitas. *Marc.* 1. a. Fuit Ioannes in deserto prædicans baptismum pœnitentiæ, & erat vestitus è pilis Camelorum, & Zona pelliceâ circa lumbos eius, & locustas, & mel siluestre comedebat. Sed dicitur modò quòd in hoc deserto. k Non sit homo,] i. aliquis rationalis, omnes qui ibi sunt reputantur stulti. *Sap.* 5. a. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. l Nec iumentum,] i. aliquis de quo possit haberi aliquod adiuuamentum. m In ciuitatibus Iuda,] i. Abbatiis. n Et foris Ierusalem,] i. in Prioratibus extra.

o Quæ desolatæ sunt] modo. p Absque homine,] i. rationali. q Et absque habitatore,] i. vero claustrali qui resideat in claustro. Sed : g Et adhuc audietur in loco

a fecit Dominus propter peccata inhabitantium. *a* Vox gaudij :] quia faciet eos Dñs gaudere exterius. *b* Et vox lætitiæ:] interius. *c* Vox sponsi,& vox sponsæ]quia tunc celebrabunt nuptias, vbi solent fieri cantilenæ *d* Vox dicentium. Confitemini,&c.] cui omnia,quæ sunt militiam.

core, *a* vox gaudij, *b* vox lætitiæ, *c* vox sponsi, & vox sponsæ, *d* vox dicentium : Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum misericordia eius, & *f* portantium vota in domum Domini. *g* Reducam enim conuersionem terræ, *h* sicut à *i* principio, dicit Dñs. Hæc dicit Dñs exercituum : Adhuc *k* erit in loco isto deserto absq; homine, & absq; iumento, & in cunctis ciuitatibus eius, *l* habitaculum pastorum, & accubantium † gregum, & in ciuitatibus montuosis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt, & in terra Beniamin, & in circuitu Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda, adhuc transibunt *m* greges ad manum numerantis, ait Dñs. *n* Ecce dies venient, dicit Dominus, & *o* suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad *p* domum Israël, & ad *q* domum Iuda. In *r* diebus illis, & in tempore illo germinare faciam *s* Dauid *t* germen iustitiæ, & *u* faciet iudicium. & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, *x* & Israël habitabit confidenter. Et hoc *y* est nomen quod vocabunt eum, Dñs *z* iustus *a* noster. Quia hæc dicit Dñs: Non *b* interibit de Dauid vir qui sedeat super thronum domus Israël, & de Sacerdotibus, & Leuitis non interibit vir à facie mea qui offerat

Al. † greges.

*Tob.*13.b. Ierusalem ciuitas Dei, castigauit te Dominus in operibus manuum tuarum. Confitere Domino in bonis tuis,& benedic Deum sæculorum, &c. Quoniam bonus Dominus; &c.] quia bonus nobis. *f* Et portantium vota, &c.] audietur vox supple, *Tob.*13.c. Munera deferentes adorabunt in te Dñm & terram tuam in sanctificationem habebunt. *Isaia* 19. d. Vota vouebunt Domino, & soluent. *g* Reducam &c.] faciam vos reuerti in terram vestram. *h* Sicut]in eam venistis. *i* A principio,]i faciã vos vnum colere Deũ,vt à principio mundi vnũ Deũ colebãt, *Gen.* 11.a. sc.per vnitatem fidei,& confessionis Catholicæ. quando sc.erat terra vnius labij,& sermonum eorundem,

Moraliter.

k isto] qui sic desertus reputatur. *a* Vox gaudij,] i.prædicatio Euangelij. *b* Et vox lætitiæ,] i. alleluia. De quo *Tob.* 13. d. Omnes plateæ eius sternentur, & per vicos eius alleluia cantabitur. *Isaia* 51. a. Ponent desertum eius, quasi delitias & solitudinem eius, quasi hortum Domini. Gaudium, & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis. Per alleluia intelligitur iubilatio cordis, quæ debet esse in corde per iuge gaudium internæ deuotionis. *Eph.* 5. d. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed implemini Spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus cantantes,& psallentes in cordibus vestris Domino. Hoc etiam posset exponi de Quadragesima, quia tunc Ecclesia est quasi in deserto, sed veniente Pascha, tunc est vox gaudij, & lætitiæ, vox sponsi Christi, sponsæ Ecclesiæ. *Ioan.* 3.d. Qui habet sponsam sponsus est. Dicit sponsus, reuertere Sunamitis, dicit sponsa, veniat dilectus meus in hortum suum. *k* Adhuc erit in loco isto deserto] supple qui est absque homine. *l* Habitaculum pastorum, & accubantium gregum, &c.] i. accubare facientium.

Mysticè.

Mysticè. Per pastores Prælati, *sup.* 3.e. Dabo vobis Pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia fidei, & doctrina morum. Sed dicitur *Isaia* 13.d. Pastores non requiescent ibi, sed magis ibi requiescunt bestiæ, quæ gregem Domini dilacerant. *Isaia* 3.c. Vos depasti estis vineam meam. Per greges accubantes in montuosis ciuitatibus significantur illi de Ordine Carthusiensium propter maiorem vitæ arctationem. Per accubantes in ciuitatibus campestribus Cistercienses. Per accubantes in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt, ordo nigrorum qui quondam in feruore Spiritus sancti tot ordines multiplicabãt. Sed modò ille ardor conuersus est in ardorem cupiditatis ; & ambitionis. Per illos qui in terra Beniamin, qui fuit minor filius Iacob, ordo Minorum, qui circumeunt Ierusalem per prædicationem,& abnegantes omnem sinistram prosperitatem, tanquam ponentes læuam sub capite, dextera Domini eos amplexatur. Per illos qui in ciuitatibus Iuda, Ordo Prædicatorum. De quibus omnibus *Ioan.* 10.e. Oues meæ vocem meam audiunt,& ego cognosco eas Et *Ezec.* 34.d. Ego pascam oues meas,& ego eas accubare faciam. Vel. In montuosis, per vitæ eminentiam. In campestribus, per actionis, & laboris sollicitudinem. Ad Austrum per charitatis, & compassionis ardorem. In terra Beniamin, per contemplationis deuotionem. In circuitu Ierusalem, per totius Ecclesiæ sollicitudinem. In Iuda, per iugem peccati,& laudis confessionem. *m* Adhuc transibunt greges ad manum numerantis.] Tangit consuetudinem Pastoralem, qui cum ad caulas redeunt, per ostiolum faciunt gregem transire sub manu sua,& sic eum numerãt ne aliquid amiserint. sic Dñs omnes apud se numerat. Ipse enim cognoscit qui sunt eius, quia suos sub certo numero ascripsit in coelo, vt dicitur *Luc.* 10.c. Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in coelis. *Psalm.* 146. Qui numerat multitudinem stellarum, omnibus eis & nomina vocat. *Ioan decimo.* Ego cognosco oues meas. Similiter quilibet Prælatus debet suas cognoscere, tanquã pro eis rationem redditurus in die Iudicij. Dicetur enim ei in die Iudicij illud, *sup* 13. d. Vbi est grex qui datus est tibi, pecus tuum inclytum? *sup.* 23.a. Nullus quæretur ex numero, supple qui desit. Imo debet modo Prælatus gregem suũ deducere, scil. de peccato ad gratiã, de virtute ad virtutẽ, de actiua ad contẽplatiuã, de mũdo ad cęlũ. *Pr.* 27.d. Diligẽter agnosce vultum pecoris tui, tuósq; greges cõsidera. *n* Ecce dies veniẽt.]Antequã ad literã omnia coniungant quæ futura sunt, subiũgit de illo per quem, & in cuius tempore complẽda erant vt sic reuocet ad spiritualem intelligentiam. *o* Et suscitabo verbum bonum quod locutus sum,]i. promissionem factã Patribus antiquis, vel Iudæis sæpe per Prophetas, quæ mortua videbatur. *Eccl.* 6.a. Verbũ dulce multiplicat amicos,& mitigat inimicos. *p* Ad domum Israel] decem trib⁹. *q* Et ad domum Iuda] duas tribus, vel per hoc vtrumq; populũ, s. Iudæorũ,& Gentiliũ, vel Clericorũ,& laicorũ, vel actiuorũ,& contemplatiuorũ. *r* In diebus illis] de quibus. 2. *Cor.* 6.a. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. *Isaia* 49.c. In tempore placito exaudiui te,& in die salutis auxiliatus sum tui. *s* Dauid] datiui casus. *t* Germen iustitiæ] Idẽ *sup.* 23.a. Et vtrobique notatur modus cõceptionis Christi, s. per hoc quod dicit hic, [germẽ iustitiæ] & ibi, germen iustũ, quasi iustus fuit in ipso germine,& in cõceptione. *Is.* 40.a. In illa die erit germen Dñi in magnificentia,& gloria De hoc *Is.* 2.a. In nouissimis diebus præparatus mõs domus Dñi in vertice montiũ,&c. Vnde & hic. [In dieb⁹ illis saluabitur Iuda.] *u* Et faciet iudiciũ,& iustitiam.] Contra, super illud. *Ps.* 24. Vniuersæ viæ Dñi misericordia,& veritas. *Gl.* Primus aduentus totus fuit de misericordia. Sol. Verum est quantũ ad homines, sed iustitia fuit quantum ad Dæmones, quorum potentiam vicit *Isa.* 11 a. Erit iustitia cingulum lumborum eius. *Psal.* 10. Iustus Dñs,& iustitias dilexit,&c. Posset etiam exponi de quolibet, qui in terra corporis sui debet facere iustitiam, sc. malos motus, quasi latrones eliminando. Sed quidã mali iudices fauent latronibus, quia participant in latrocinio. *Is.* 59. d. Iustitiã non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ. Iudiciũ, de quo 1. *Cor.* 11.d. Si nosmetipsos, &c. *Aug.* Sedeat iudex homo, ascendat tribunal mẽtis suæ, adsit aduersatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor, inde quidã sanguis animæ confitentis per lachrymas profluat. Sed quomodo iustè iudicat in cuius curia Christus innocens damnatur, & Barrabas latro dimittitur ? *x* Et Israel habitabit confidenter,] scil. in Ecclesia,& in vna fide Catholica,& charitate. Vndè de hac securitate. *Mich.* 4. b. Sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam,& non erit, qui exterreat. *Isaia* 32.d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis,&c. *Pr.* 28.a. Fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi Leo confidens absque terrore erit. *Deut.* 33.b. Amantissimus Domini habitabit in eo confidenter tota die, quasi in thalamo morabitur,&c. *y* Et hoc est nomen quod vocabunt eum Dñs iustus]malos puniendo. *Psal.* 9. Cognoscetur Dñs iudicia faciens. *z* Iustus] poenas,& præmia secundum vniuscuiusq; merita mensurando. *a* Noster] liberando per nostræ carnis assumptionem. Propter quod dicitur Emanuel. *Isa.* 7. e. *Ioan.* 1. b. Quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. *b* Non interibit de Dauid, &c. & de Sacerdotibus,&c. quasi, tribus Regalis,& tribus Sacerdotalis iunctę erant,

C

erant, quia Christus de vtraque est. Omne enim Sacerdotium translatum fuit, & est regnum antiquum Sed Christi Sacerdotium, & regnum æternum est. *Psalm.* 88. Ponam in sæculum sæculi sedem eius, & thronum eius vt dies cœli. *Psalm.* 106. Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech. 1. *Reg.* 2. g. Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciet. Hæc est Ecclesia, in qua erunt Sacerdotes, & Leuitæ, & Reges io perpetuum, vnde 1. *Pet.* 2. b. Vos estis genus electum, Regale Sacerdotium, per holocaustomata & sacrificia, significantur sacramenta, virtutes, & dona. Licet autem Christus interierit quoad corpus, tamen non dicitur interiisse, nec mortuus fuisse, quia citò surrexit.

Moraliter. Moraliter, duplex est status Ecclesiæ & vterque est perpetuus, sc. contemplatiuorum, qui omnibus temporalibus abrenunciantes holocaustum Domino offerunt; & actiuorum qui victimas cædunt seipsos per pœnitentiam macerantes. *Eccl.* 35. a. Salutare sacrificium est attendere mandatis, & discedere ab iniquitate. Hæc enim ad litteram non possunt intelligi cum dicat] cunctis diebus,] quia omnia sacrificia fides cessare affirmat Catholica.
a Si irritum, &c.] i. constitutio & ordo dierum.
b Et pactum meum, &c.] quasi, hoc non potest esse, sicut nec illud: Simile *sup.* 31. g. Sed ideo repetitur, ad maiorem confirmationem *c* Vt non sit ex eo filius, &c.] Translato enim legali Sacerdotio, Christi Sacerdotium æternum est. *d* Sicut enumerari non possunt stellæ.] quasi dicat, erunt innumerabiles. *Gen.* 15. b. Suspice cœlum, & numera stellas, si potes, sic erit semen tuum.
e Stellæ cœli] quoad bonos, qui alti, qui lucidi, qui ordinati, qui in Firmamento fixi. *f* Et metiri arena maris] quoad malos qui incõpacti, qui leues, qui aridi, qui terræ affixi. Ideo propter hanc multitudinem dicitur *Isaia* 54. a. Lauda sterilis, quæ non paris, quia multi filij, &c. Quæ enim deserta erat, modò conuersa est in vbertatem. *Isaia* 35. a. Lætabitur deserta, & inuia, exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans, germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans. *g* Et factum est verbum, &c.] quasi, ideo totiens conculco verba mea, quia desperant, scil. illorum multi dicentes [Duæ, &c.] *i* Despexerunt] hoc dicentes. *k* Eo quod non sit, &c.] quasi, credunt quòd de cætero non debebat esse gens. Duas cognationes vocat decem tribus & duas, vt Regiam, & Sacerdotalem. Has Dominus elegit promittendo patribus eorum, & ipsis terram promissionis, & in semine suo omnes gentes accipere benedictionem. Sed multi de Iudæis boni sunt, multi etiam conuertentur in fine. Malè ergo insultant dicentes Dominum abiecisse populum suum omnino. Vndè *Rom.* 11. a. Nunquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem suam quam præsciuit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura? Reliqui mihi septem millia virorum qui non curuauerunt genua sua ante Baal; vnde ibidem arguit gentes quæ insultabant Iudæis; eo quod illi obcæcati sunt, vt ipsi saluarentur. Sed si, vt ibidem dicitur, illorum delictum diuitiæ sunt mundi, quanto magis plenitudo eorum.

Mystice. Moraliter. *h* Duæ cognationes] sunt duo genera Religionum, quæ, scil. tenent regulam Benedicti, & Augustini, quas multi despiciunt, cùm tamen multi boni sint inter eos. *l* Si pactum meum, &c.] quasi, vt lege naturæ non cessabunt, ita nec posteritas Dauid cessabit, quin semper sit aliquis de eius semine. Sed modò nullus est. ad litterã, quare necesse est intelligi de Christo qui fuit de semine Dauid secundùm carnem. *Ps.* 131. Iurauit Dñs Dauid veritatem, de fructu ventris tui, & cætera. Sed videtur quòd pactum ordinis naturalis deficiat aliquando, quia *Apoc.* 3. c. Vbi loquitur de iudicio, dicit: Sol, & Luna steterunt in habitaculo suo. Ergo tunc non succedet nox diei. Præterea, *Is.* 60. d. Non erit ibi ampliùs Sol ad lucendum. Ibi *Glo.* hic visibilis, quia tunc Solis, Lunæ, cœli, & terræ nobis cessabit officium; ergo similites nõ necesse est esse æternum semen Dauid per exempli, similitudinẽ. Solut. huius *Gen.* 8. d. Frigus, & æstus æstas, & hyems, nox, & dies non requiescent. *Glo.* seruiendo homini, quasi hoc pactum tandiu durabit quãdiu erit necessariũ homini vsq; ad iudiciũ *m* Principes seminis, &c.] *Psalm.* 44. Pro Patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues, &c. *n* Reducam enim conuersionem eorum,] id est, eos conuerti faciam.

holocaustomata, & incendat sacrificium, & cædat victimas cunctis diebus. Et factum est verbum Dñi ad Ieremiam, dicens: Hæc dicit Dñs: Si irritum potest *a* fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies, & nox iu tempore suo, & *b* pactum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt *c* non sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & Sacerdotes ministri mei. *d* Sicut enumerari nou possuut *e* stellæ cœli, & *f* metiri arena maris, sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & Leuitas ministtus meos. Et factum *g* est verbum Dñi ad Ieremiam dicens: Nunquid non vidisti quid populus hic locutus sit, dicens: *h* Duæ cognationes quas elegerat Dominus abiectæ sunt, & populum meum *i* despexerunt, *k* eo quod non sit vltra gens coram eis. Hæc dicit Dominus: Si *l* pactum meum inter diem, & noctem & leges cœli, & terræ non posui, equidem, & semen Iacob, & Dauid serui mei proiiciam vt nõ assumam de semine eius *m* Principes seminis Abraham, Isaac, & Iacob: *n* Reducam enim conuersionem eorũ, & miserebor eia.

CAP. XXXIV.

Verbum quod *o* factum est ad Ieremiam à Domino, quando Nabuchodunosor Rex Babylonis, & omnis exercitus eius *p* vniuersaq; regna terræ quę erant sub potestate manus eius, & omnes populi bellabant *q* cũtra Ierusalem, & cuntra omnes vrbes eius, dicens: Hæc dicit Dñs Deus Israël: *r* Vade, & loquere ad Sedechiam Regem Iuda, & dices ad eum: Hæc dicit Dñs. Ecce egu tradam ciuitatem hanc in manus Regis Babylonis, & *s* succedet eam igni, Et tu nou effugies de manu eius, *t* sed comprehensione capietis, & in *u* manu eius traderis, & *x* oculi tui oculus Regis Baby-

EXPOSITIO CAP. XXXIV.

Verbum quod factum est] Priùs Propheta reuersionem populi de captiuitate promisit: Hic prædicitur Sedechiæ Regi Iuda mors sua, vt sic saltem ad pœnitentiã flecteretur. Diuiditur autẽ hoc capitulũ in duas partes. 1. Propheta mittitur ad Sedeciã, vt prædicet ei vrbẽ quæ iã obsessa erat, capiendam, & ipsum Regẽ capiendũ. 2. recitat Propheta bonũ quod incœperat Rex, & populus ad ipsius Prophetę exhortationẽ, quia omnes dimiserãt seruos suos liberos, sed quia conuersi retrorsũ seruos, & ancillas quos liberos dimiserãt retraxerũt, ideo Propheta ipsos morituros gladio, & fame, & peste, & ciuitates eorũ incendendas minatur, *ibi.* Verbum quod factũ est.] Dicit ergo. *o* Verbũ quod factum est.] Licèt ergo iste Rex esset nequissimus, & omni misericodiã indignus, vt dicit Rabanus, tamẽ quia Deus multũ, & nimis misericors, sæpius eũ per Prophetas monebat, nũc per Ieremiã in Iudæa, nũc per Ezechielẽ in Babylone existẽtẽ, & mittentẽ litteras in Babylone, si quomodo illũ ad pœnitentiã prouocaret, sed mẽs eius indurata magis elegit in nequitia perseuerare quam vitã suã emendare, & ideo Ieremias hic prædicit ei quod sit cũ populo captiuãdus, & in captiuitate moriturus *p* Vniuersaq; Regna terræ &c.] i. de omnibus aliqui. *q* Cõtra Ierusalẽ,] Nabuchodonosor existente in Reblatha, Naburardã vero custodiente exercitũ, & faciente obsidionẽ Ierusalẽ,] & contra omnes vrbes eius. Sic mysticè, omnes iã cõtra Ecclesiã bellãt, quia Dæmones pacẽ turbãt tẽtãdo, Principes subditos spoliãdo, hęretici fide decipiẽdo, falsi Christiani mores corrũpũt, malũ exẽplũ præbẽdo. *Is.* 29. a. Væ Ariel, Ariel ciuitas quã expugnauit Dauid. Additus est annus ad annũ, solemnitates euolutæ sunt, circũuallabo Ariel & erit tristis, & mœrẽs. *Luc.* 19. f. Videns ciuitatẽ fleuit super eam, i. super Ecclesiã, dicens, quia si cognouisses, & tu quidẽ in hac die quæ ad pacem tibi, nunc autẽ abscondita sunt ab oculis tuis; quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te vndiq; & ad terram prosternent te. De hoc eodem secundum litterã habetur, *sup.* 22. b. *r* Vade & loquere ad Sedechiã.] Moraliter, i. malum Prælatum. *s* Et succendet eã igni, i. luxuriæ, ambitionis, cupiditatis, quæ omnia genimina virtutum consomũt, & deuorant, vt dicitur *Iob* 31. b. *t* Sed comprehensione capieris] in tentatione. *u* Et in manu eius traderis] in morte, *x* Et oculi tui oculos Regis videbunt] in extrema examinatione *Moraliter.*

tatione. *a* Et os eius cum ore tuo loquetur] in accusatione. *b* Et Babylonem introibis,] i. Infernum, ad litteram. Iste Sedechias in Babylonem ductus est, sed eam non vidit, quia captus ductus fuit a Nabuchodonosor in Reblatha, & ibi deosculatus est, deinde ductus in Babylonem, vt dicitur 4. *Reg.* 25.b.

lonis videbunt, & os *a* eius cum ore tuo loquitur, & *b* Babylonem introibis: Attamen audi verbum Domini Sedechia Rex Iuda. Hæc dicit Dominus ad te: Non *c* morieris in gladio, sed in *d* pace morieris, & secundùm *e* combustiones patrum tuorum Regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te; *f* & væ Dñe plangent te, quia verbũ hoc ego locutus sum, dicit Dñs. Et locutus est Ieremias Propheta ad Sedechiam Regem Iuda *g* vniuersa verba hæc in Ierusalem & exercitus Regis Babylonis pugnabat contra Ierusalem, & contra omnes ciuitates Iuda quæ *h* reliquæ erant contra Luchis, & contra Azecha, hæ enim supererant de ciuitatibus Iuda vrbes munitæ. *i* Verbum quod factum est ad Ieremiam à Dño postquam percussit Rex Sedechias *k* fœdus cum omni populo in Ierusalem, *l* prædicans vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam *m* Hebræum, & Hebræam liberos, & *n* nequa-

c Non morieris in gladio] quasi, non morieris in gladio, quia turpissimè mortuus est, quia coram omnibus, videntibus in ei⁹ morte laxatus est venter eius. Dicunt enim quod cum captiuus esset Sedechias iam exoculatus, datus est ei potus laxatiuus & ibi corã omnibus laxatus est venter eius, & citò præ dolore mortuus est; tamen, quia Rex erat, cum honore est sepultus. *d* Sed in pace morieris,] quia extra carcerẽ mortuus. *e* Et secundum combustionem patrum tuorum.] Mos enim erat antiquis accendere ignem per corpora mortuorum, ad honorem eorũ, hoc facientes ei, quia Rex erat, vnde & 4. *Reg.* 9.

g. Sepelite maledictam illam, quia filia Regis est. *f* Et] dicentes supple [væ Domine, &c. contrarium fecerunt regi Ioachim, vt *sup.* 22.c.

g Vniuersa verba hæc in Ierusalem] nihil de veritate celans. Sed à multis hodie palliatur, & celatur veritas, vel quod peius est falsitate commutatur. *Nahum.* 24.c. Si dederis mihi Balach plenam domum argenti, & auri, non potero præterire sermonẽ Domini Dei mei, vt vel boni, vel mali quid proferam ex ore meo, sed quicquid Dominus dixerit hoc loquar.

h Quæ reliquæ erant contra Lachis, & contra Azecha, hæ enim] duæ [supererant, &c.]

i Verbum quod factum est, &c.] Sedechias audita morte sua, & captiuitate imminente timuit, & quasi cum decreto statuit, vt vnusquisque seruos, & ancillas liberos dimitteret. Recedente autem Nabuchodonosor ab obsidione propter Regem Ægypti venientem in succursum Ierusalem, Sedechias, & alij, quos prius liberos dimiserant, iterum seruituti subiecerunt, Super quo hic grauiter comminatur Dominus per prophetam.

k Fœdus cum omni populo in Ierusalem.] Licet enim Iudæi liberi essent ex præcepto Domini, tamen propter suum peccatum poterat quis in seruitutem redigi, sed Domino iubente septimo anno liber dimittendus erat, vt dicitur *Exod.* 21.d. Ad prædicationem ergo Ieremiæ fecerunt hoc pactum, quod sic fecerunt cum seruis populi sui, & ad litteram sic fecerunt, sed postea trangressi sunt.

l Prædicans, &c.] scilicet, ipse Sedechias.

m Hebræum, &c.] scilicet, in septimo anno. Vndè *Deuter.* 15. c. Dicitur, quòd si quis emisset seruum Hebræum, sex annis seruiret, & septimo dimitteretur liber.

n Et nequaquam dominarentur eis,] i. sub suo Dominio tanquam seruos retineret.

o In Iudæo, & fratre suo :] quia de aduenis non sic erat. Vndè *Leu.* 25.f. Seruus, & ancilla sint vobis de nationibus, & de aduenis, qui peregrinantur apud vos, vel qui ex eis nati fuerint in terra vestra, vos habebitis famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum : fratres autem vestros non opprimatis per potentiam.

p Audierunt ergo Regis prædicationem.

q Omnes Principes, & vniuersus populus, qui inierant pactum] cum Rege, vel Ieremia, vel cum Domino.

r Vt dimitteret, &c.] in septimo anno

s Et vltra non dominarentur eis.] Sic dicitur Prælatis. 1. *Pet.* 5.a. Pascite qui in vobis est gregem Domini, prouidentes, &c. *Eccl.* 32. a. Rectorem te posuerunt, &c.

quam dominarentur eis, id est, in *o* Iudæo, & fratre suo. *p* Audierunt ergo *q* omnes Principes, & vniuersus populus qui inierant pactum, vt *r* dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam liberos, & *s* vltra non dominarentur eis. *t* Audierunt igitur & dimiserunt. Et *u* conuersi sunt deinceps, & retraxerunt seruos suos, & ancillas suas quos dimiserant liberos, & *x* subiugauerunt in famulos, & in famulas. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam à Domino, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israël. *y* Ego percussi fœdus cum patribus vestris in *z* die qua eduxi eos de terra Ægypti, de domo seruitutis, dicens; *a* Cum completi fuerint septem anni, *b* dimittat vnusquisque fratrem suum Hebræum qui venditus est ei, & *c* seruiet tibi sex annis, & dimittes eum à te liberum. Et non *d* audierunt Patres vestri me, *e* nec inclinauerunt aurem suam, & *f* conuertistis vos hodie, & *g* fecistis quod rectum est in

t Audierunt igitur, & dimiserunt] primò, scilicet, imminente obsidione.

u Et conuersi sunt deinceps, & retraxerunt, &c.] cùm Nabuchodonosor recessisset ab obsidione, quod promiserũt in aduersitate, dimittentes in prosperitate, ad tẽpus credentes, & in tempore tentationis recedentes, vt dicitur *Luc.* 8. b. Sic & multi multa promittunt, & vouent in infirmitate, quæ postea sanati non reddũt, vel à quocunque periculo liberati. *Prou.* 25.b. Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens. Sed dicitur *Eccl.* 5. a. Si quid vidisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis, & stulta promissio, sed quodcunque voueris redde: Melius est enim non vouere, quàm post votum promissa non soluere. *Psalm.* 75. Vouete, & reddite. *ibi Gl.* Si vouistis reddite: Vouere enim est voluntatis, & reddere necessitatis. Illud est voluntarium, istud necessarium. *Prou.* 20. d. Ruina est homini deuotare sanctos, & post vota retractare. Parum est ergo bene incipere, nisi adsit perseuerare. *Matt.* 24.b. Qui perseuerauit vsque in finem, hic saluus erit. *x* Et subiugauerunt, &c.] *Ezech.* 34.a. Cùm austeritate imperabatis, & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ. *y* Ego percussi fœdus cum patribus vestris, &c.] Ostendit Dominus, quòd Iudæi in hoc peccato imitati sunt patres suos qui cum promisissent se seruaturos legem suam, seruos suos Hebræos non dimittebant liberos in septimo anno, iuxta præceptum Domini. *z* In die qua eduxi eos, &c.] propter quod magis deberetis obedire mihi. *a* Dicens cùm completi fuerint septem anni. In *Exod.* 21. d. *Leuit.* 25.f. *Deut.* 15.c. Dimittat vnusquisque fratrem suum, &c.] *Deut.* 15. c. Cùm tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, vel Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum. Secundùm Rabanum Mysticè. Frater tuus vendit se tibi, cum se tibi subijcit per obedientiæ votum, qui sex annis, i. toto tempore vitæ suæ debet obedire: Tu vero nunquam debes eum per potentiam opprimere, sed fraterno affectu tractare, & verbo, & exemplo iuuare, vt in septimo anno, i. post hanc vitam propriæ libertati restituatur, quando liberabitur creatura à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei, vt dicitur *Rom.* 8.d. *Ioan.* 8.c. Si filius vos liberauerit, &c.

Exod. 21.a. *Deut.* 15.a. *Mysticè.*

c Et seruiet tibi sex annis, &c.] mutat personam more Prophetico. *d* Et non audierunt Patres vestri me, quia non dimittebant seruos, vel ancillas in septimo anno.

e Nec inclinauerunt aurem suam,] vt audirent ad faciendum. *f* Et conuersi estis vos hodie.] Iste ordo debet seruari à Prædicatoribus, vt primò conuertantur a peccatis: secundò debent facere quod rectum est, in oculis nõ hominum, sicut hypocritæ. Vndè. *g* Et fecistis quod rectum est in oculis meis.] *Matth.* 6.a. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. *Is.* 38. a Memento quæso Domine quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. *Mich.* 6.c. Sollicitum ambulare cũ Deo

tuo,

tuo. Et tunc demum posset aliis, & deberet prædicare. Alioquin, vt dicit *August.* in libro Prosperi. Bene docere, & male viuere nihil aliud est quàm e sua lingua damnare. Vndè. *a* Vt prædicaretis,] scil. facto & dicto. *b* Libertatem, i. liberam seruorum dimissionem. *c* Vnusquisque ad amicum suũ,]

oculis meis, vt *a* prædicaretis *b* libertatem *c* vnusquisq; ad amicum suum, & inistis *d* pactum in conspectu meo in *e* domo in qua inuocatum est nomẽ meum super eam. Et *f* reuersi estis, & *g* commaculastis nomen meum, & reduxistis vnusquisque seruum, & vnusquisque ancillam suam quos dimiseratis, vt essent liberi, & suæ potestatis, & subiugastis eos, vt sint vobis serui, & ancillæ. Propterea hæc dicit Dñs: *h* Vos non audistis me, vt *i* prædicaretis *k* libertatem vnusquisque fratri suo, & vnusquisque amico suo. *l* Ecce ego prædico † libertatem, ait Dñs, ad *l* gladium ad pestem, & ad famem, & *m* dabo vos in commotionem cunctis Regnis terræ. Et *n* dabo viros qui præuaricantur *o* fœdus meum, & non obseruauerũt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo *p* vitulum quem conciderunt in duas partes, & *q* transierunt inter diuisiones eius, Principes Iuda, & Principes Ierusalem, *r* Eunuchi, & Sacerdotes, & omnis populus terræ qui transierunt inter diuisiones vituli, & dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animam eorum, & *s* erit morticinum eorum in escam vo-

i. amicitiæ, scil. seruiendo. *d* Et in istis pactum in conspectu meo:] i. in beneplacito. *e* In domo in qua, &c.] quasi hoc
D pactum fecistis in atrio Tẽpli exterioris. Et est argumentum, quod solemnitas loci facit magis obligatorium sacramentum. *f* Et reuersi estis] ad peccata vestra. *g* Et commaculastis nomen meũ. *Rom.* 2. d. Nomen
Al. † vobis. Dei per vos blasphematur inter gentes. Isti sunt similes præposito pincernarũ Pharaonis, qui succedentibus prosperis oblitus est interpretis sui, *Gen.* 40. d. *h* Vos non audistis me,] i. auditum non fecistis. *i* Vt prædicaretis] verbo, & exemplo. *k* Libertatem,] i. liberam seruorum vestrorum dimissionem. *l* Ecce ego prædico, &c.] Ironicè loquitur, vel. *l* Libertatem,] i. liberam expositionem. *m* Et dabo vos in commotionem,] i. in dispersionem [cunctis Regnis terræ.]

Mysticè. Mysticè. *l* Ad gladium, &c.] Gladius est persecutio exterior, vel interior, tam Dæmonum, quam hominum. *Psalm.* 36. Gladium euaginauerunt peccatores. Fames est defectus verbi Dei. De quo *Amos* 8. d. Mittam vobis famem in terram, non famem panis, &c.] Pestis est pernicies mali exempli, *sup.* 21. b. Percutiam habitatores ciuitatis huius, homines, & bestiæ, i. parui, & magni, pestilentia magna morientur. De his tribus *Eze.* b. 7. d. Gladius foris, pestis, & fames intrinsecùs.

m Et dabo] suspensiua est constructio vsque. *n* Et dabo, &c.] quod repetitur propter longam interpretationem.

o Fœdus meum,] i. pactum meum de dimittendo seruos.

p Vitulum] repete [& non obseruauerunt, &c. vitulum,] i. pactum in cuius confirmatione scinditur vitulus cuius confractio significabat, quod optabat eos sic frangi si pactum dissoluerent.

q Et transierunt inter diuisiones:] i. diuiserunt, vel non fecerunt significata per diuisiones illas, qui transierunt inter diuisiones iurando, quod pactum tenerent, vel quia fecerunt victimas de vitulo quasi in votum, & obligationem illius pacti.

r Eunuchi, &c.] qui custodiebant corpora magnatum, & erant cubicularij eorum.

s Et erit morticinum, &c. qui recesserunt à vobis] ad tempus, sed postea redierunt. Ad tempus enim recesserat exercitus Chaldæorum ab obsidione. *t* Ecce ego præcipio, &c. & reducam eos, &c.] Sic diabolus rediens secundâ vice plus nocet, quàm prima, & fiunt posteriora peiora prioribus.

EXPOSITIO CAP. XXXV.

VErbum quod factum est. Priùs egit Propheta de his quæ facta fuerunt sub Sedechia, qui fuit vltimus Rex Iuda. Hic agit de his quæ facta fuerunt sub Ioachim fratre Sedechiæ qui ante ipsum regnauit, scil. de Rechabitis, quorum obedientiam proponit Ieremias Iudæis ad eorum confundendam superbiam; vnde patet quod Propheta in sua narratione non obseruat ordinem rei gestæ, sed secundùm Dei inspirationem, qui in eo loquebatur, narrationis suæ ordinem composuit. Quod ideo

lucribus cœli, & bestiis terræ. Et Sedechiam Regem Iuda, & Principes eius dabo in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum Regis Babylonis qui recesserunt a vobis. Ecce *t* ego præcipio dicit Dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersùs eam, & capient eam, & incendent † igni. Et ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eo quòd non sit habitator.

CAP. XXXV.

VErbum *u* quod factum est ad Ieremiam a Domino in diebus Ioachim filij Iosiæ Regis Iuda, dicens: *x* Vade ad domum Rechabitarum, & loquere eis, & introduces eos in domum Dñi in vnam *y* exedram *z* thesaurorum, & *a* dabis eis bibere vinum. Et *b* assumpsi Iezoniam filium Ieremiæ filij Ahsame, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuersam domum Rechabitarum, & *c* introduxi eos in domum Domini ad gazophylacium *d* filiorum Anam filij Iezedeliæ hominis Dei quod *e* erat iuxta gazophylacium Principum super thesaurum Maasiæ filij Sellũ qui erat custos vestibuli. Et *f* posui corã filiis domus Rechabi-

sic fit a Prophetis, & etiam ab Euangelistis, vt sciat quilibet sacras Scripturas, non humana dispositione compositas, sed diuina ordinatione. Et diuiditur hoc cap. in tres partes; in prima parte præcipitur Ieremiæ, vt Rechabitas qui propter Chaldæos fugerant in Ierusalẽ, introduceret in domum Domini, & daret eis vinum ad bibendũ. Secundo, ad confundendam Iudæorum superbiam, qui mandatis Dei restiterunt, obiicit Ieremias Rechabitas, qui Ionadab in omnibus obedierunt, ibi [& factum est verbum.] Tertio minatur pœnam Iudæis, quia non obedierunt Domino, & promittit Rechabitis, quòd non deficiet vir de stirpe Ionadab stans in conspectu Dñi, quia obedierunt, ibi. [Ecce ego adducam.] Dicit ergo. *u* Verbum, &c.] in diebus Ioachim] in octauo eius anno quando post Nabuchodonosor venit in Iudæam cui seruiuit Ioachim tribus annis cum non regnasset nisi vndecim annis, vt dicitur 4. *Reg.* 24. a *x* Vade ad domum, &c.] qui tunc fugerant in Ierusalem. *y* In vnã exedram.] Exedræ sunt domunculæ extra ædem. In huiusmodi domunculis habitabant Sacerdotes, & ministri Templi. *z* Thesaurorum,] i. in qua ponuntur thesauri. *a* Et dabis eis bibere,] i. propinabis, quia ipsi non biberunt. *b* Et assumpsi Iezoniam, &c.] Isti omnes erant Rechabitæ. *c* Et introduxi eos, &c. in gazophylacium] vbi reponebantur oblationes Templi. *d* Filiorum Anan, &c.] quia de istis fuit ille qui primò possedit hoc gazophylacium. *e* Quod erat iuxta gazophylacium Principum, &c.] in quo ponebant suas oblationes, vel redditus, & alia quæ sua erant. *f* Et posui coram filiis domus, &c.] i. familiæ. A Non bibemus.]

Al. † eam.

A

Mysticè. Mysticè. *x* Vade ad domum Rechabitarũ] Rechabitæ interpretatur extendentes, vel excelsi, vel deliciæ patrum. Hi sunt Religiosi qui se ad opera erogationis extenderunt, excelsi in contemplatione, & cœlestibus deliciis affluentes. Filij Onadab. i. Christi, interpretatur enim Dño obediens, vel Dñi spontaneus, quia Christus obediuit Patri spontaneè vsque ad mortem. Præcipitur ergo Ieremiæ, i. Prædicatori, quod vadat ad domum talium, quia non tantũ sæcularibus, sed claustralibus prædicandum est. Per exedram thesaurorum intelligitur capitulum vbi est thesaurus disciplinæ, imò omnium virtutum quæ ibi custodiuntur. *a* Et dabis bibere vinum] spiritualis consolationis, *Pr.* 31. a. Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. *b* Et assumpsi Iezoniam, &c.] i. Abbatem, & omnes Monachos. *c* Et introduxi eos in domum Domini, &c.] id est, capitulum, quod propriè est domus Domini, quia ibi solum debet Prælatus se Dominum demonstrare. In refectorio enim & vbique alibi debet se gerere, vt fratrem. *Eccles.* 32. a. Rectorem

te posuerunt, &c.

tarum *a* scyphos plenos vino, & calices. Et dixi ad eos : Bibite vinum. Qui responderunt : Non *b* bibemus vinum, quia *c* Ionadab filius Rechab pater noster præcepit nobis, dicens : Non bibetis vinum vos, & filij vestri vsque in sempiternum. Et domum non ædificabitis, & sementem non feretis & *d* vineas non plantabitis, nec habebitis, sed in *e* tabernaculis habitabitis *f* cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super faciem terræ in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris nostri in omnib quæ præcepit nobis, ita vt nō biberemus vinū cunctis diebus nostris nos, & mulieres nostræ : filij, & filiæ nostræ, & non ædificaremus domos ad habitandum, & vineam, & agrum, & sementem non habuimus, sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. Cum *g* autem ascendisset Nabuchodonosor Rex Babylonis ad terram nostram, diximus : Venite, & ingrediamur Ierusalē à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ, mansimus in Ierusalem. Et factum est verbum Dñi ad Ieremiam, dicens : Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël : Vade, & dic viris Iuda, & habitatoribus. Ierusalem :

B

Nunquid non recipietis disciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dñs? Præualuerunt sermones Ionadab filij Rechab quos præcepit filiis suis, vt non biberēt vinum, & non biberunt vsque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui. *h* Ego autem locutus sum ad vos *i* de manè cōsurgens, & loquens, & non obedistis mihi. Misique ad vos omnes seruos meos Prophetas consurgens diluculò mittensque, & dicens: *k* Cōuertimini vnusquisque à via sua pessima, & bona facite studia vestra, & nolite sequi Deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis, & patribus vestris. Et non inclinastis autem vestram, neque audistis me. *l* Firmauerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptum patris sui quod præceperat eis, populus autem iste non obediuit mihi: Idcirco hæc dicit Dñs exercituū Deus Israël. Ecce ego adduco super Iudam, & super omnes habitatores Ierusalē vniuersam afflictionem quam locutus sum aduersum eos, eo quòd locutus sum ad illos, & non audierunt, *m* vocaui illos, & non *n* responderunt mihi. Domui autem Rechabitarum dixit Ieremias. Hæc dicit Dñs exercituum Deus Israël. *o* Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia man-

D

Gen.22.a. ▲ *b* Non bibemus.] Eis enim inspiratum fuit vt & Ieremiæ, quod Dominus non præcipiebat hoc per Ieremiam, nisi ad probandum eorum obedientiam, vt dictum Abrahæ immolare filium, ad probandum eius obedientiam. *c* Quia, &c.] ecce veri obedientes, non disputant, sed auctoritati præcipientis obtemperant. Filij enim parentibus carnalibus tenentur obedire in trib⁹, sc. in his quæ ad eorū correctionem pertinent, vnde *Deut.* 21.b. Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum qui non audierit patris, vel matris imperium, & coercitus obedire contempserit; & subdit ibi pœnam quod sc. eum adducent ad seniores, & protestabuntur eum esse talem, & tūc lapidibus obruetur, & morietur. Item in his quæ pertinent ad parentum reuerentiam. *Eph.6.a.* Filij obedite parētib⁹ vestris in Dño, hoc n. iustum est. Item in his quæ pertinent ad temporaliū subministrationē. *Ex.20.b.* Honora patrē tuum, & matrem tuam, & dicit ibi *Gl.* sc. in temporalium subministratione. *e* Sed in tabern. &c.] ad literam, non in domibus, sed in tabernaculis habitabant, hoc signum maioris Religionis. *g* Cum autem, &c.] q. d. si quid minus, vel quid quod imperfectionis signum habeat, fecimus non voluntati nostræ, sed necessitati ascribe. In quo est argumentum quod quidam Religiosi non peccant si sua repetant, quia valdè creuit malitia hominum.

Fily parentibus in tribus tenentur obedire.

Mystice. Θ te posuerunt, &c. *a* Scyphos, &c.] i. diuersa genera consolationum, i. diuersas auctoritates, & diuersa exempla consolatoria. De quibus. *Eccl.*2.b. Feci mihi scyphos, & vrceolos in ministerio ad vina fundenda; sed multi ponunt tibi scyphos vacuos, i. auctoritates steriles, vel aliquando plenas aqua, vel aceto, i. vanitate, vel obiurgatione amara, similes crucifixoribus Domini, qui ei in Cruce existenti propinauerunt acetum, sed noluit bibere, vt dicitur *Ioan.*19.f. Est autem multiplex vinum, scilicet, spiritualis consolationis, de quo dixit Ieremias : Rechabitis [bibite vinum] & est vinum mundanæ iocunditatis de quo illi responderunt [non bibemus vinum, quia Ionadab, &c.] non enim quærenda est consolatio mundana, vt perdatur diuina, vnde *Bern.* Nimis delicata est, &c. *Psalm.* 76. Renuit consolari anima mea. *Luc.6.d.* Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Isti non ædificauerunt domos, per superbiam gloriantes in domibus laqueatis, multo magis ergo non deberent hoc facere Religiosi. Quia *Matth.* 5. c. Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. *sup.* 22. d. Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio. *d* Et vineas non plantabitis.] scilicet, vt earum bibatis vinum, quasi in mundo non habeatis consolationes. Noë enim qui plantauit vineam inebriatus est, & nudatus. *Gen.9.c. Amos* 5. c. Vineas amantissimas plantabitis, & non bibetis vinum earum. Sic faciunt Cistercienses, qui melius vinum vinearum suarum hospitibus dant, & ipsi peius bibunt. *e* Sed in tabernaculis habitabitis,] i. semper habebitis in memoria opera quæ fecit ille qui in solitud ne posuit tabernaculum suum, vel semper eritis in expeditione, & quasi in peregrinatione super terram, non habentes hic mansionem. *Heb.* 11.b. Abraham habitabat in casulis, expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor est Deus. *f* Cūctis diebus,] quia qui perseuerauerit vsque in finem, salu⁹ erit. De hac peregrinatione. 2. *Cor.*5.b. Dum sum⁹ in hoc corpore peregrinamur à Dño. Sed multis Religiosis potest dici illud. *Is.*5.c. Væ qui cōiungitis domum, ad domum, & agrum agro copulatis. In hoc enim quod præceptum sibi datum noluerunt frangere propter timorē Ieremiæ, arguūtur illi qui mandata hominū, magis seruant propter timorē Principum quam mandata Dei. *Is.* 29. c. Timuerunt me mandato hominū, & doctrinis. *Matth.* 15. a. Quare vos transgredimini mandatū Dei propter traditionem vestram: In his ergo Rechabitæ intelliguntur, qui supra opera præceptorum etiam consilia aggrediuntur, vt illi qui omnibus suis renunciauerunt, sicut Abraham cū posset de iure habere de spoliis Sodomorum, superatis illorum hostibus dixit, quod non acciperet : *Gen.*14.d. Vndè quod dixit, ex omnibus quæ tua sunt non accipiam, intellige, sic, i. quæ tibi concedo, sed in veritate de iure omnia pertinebant ad ipsū, quod non esset ibi alius sub cuius dominio essent. Præterea non tantū recuperauit illa quæ eis ablata fuerant, sed etiā inimicos spoliauerūt, vnde propriè illa spolia erant sua, & si minus videātur esse sua quæ erant Sodomorū: Sic & omnes virgines vltra præcepta seruant cōsilia, & hæc consilia absoluebant eas à lege quā tenebantur decimas, & oblationes offerre. Omnibus enim renunciauerant, & talibus non fuit lex posita. Deus enim. obseruatoribus legis, scil. legalis, promittebat terrena, sed obseruatoribus consiliorum, & legis spiritualis Regna Cœlorum promittit. *Matth.* 5. a. Beati spiritu. Sic illi de se sacrificia Deo fecerunt, implentes legem spiritualiter. *h* Ego autem] qui maior sū Ionadab, imò quis ū vn⁹ Dñs, & pater, & creator omnium, vt *Mal.*2.b. *i* De manè consurgens, &c.] per Prophetas. *k* Conuertimini vnusquisq. à sua pessima,] sc. cogitatione, locutione, opere. *l* Firmauerunt, &c.] i. firmiter tenuerunt. Vndè potest dici istis, illud *Mat.* 12.d. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cū generatione ista, & condemnabunt eam, quia egerunt pœnitentiam in prædicatione Ionæ & ecce plusquam Ionas hic. Et similiter de Regina Austri ponit ibi exemplum, quæ venit audire Salomonem, & tamen plusquā Salomō hic. *m* Vocaui illos.] s. per beneficia. *n* Et non responderunt mihi] per gratitudinem. [Vocaui] per Prædicatores. [Nō responderunt] per obedientiā. [Vocaui] per flagella: [Non responderunt] per patientiam, & correctionem. [Vocaui] per exempla : [Non responderunt mihi] per imitationem. Hæc quatuor *Prou.*1.c. Vocaui, & renuistis, &c. *o* Pro eo quod obedistis

Matth. 24.*b.*

Vinum multiplex.

*Sup.*18.*b.* & 25.*b.*

ſtis præceptis] ad quod tenebamini. *a* Non deficiet,] i. non deficiet quin aliquis mihi bene placeat, ſcil. de iſtis, vel de illis qui horum fuerint imitatores. Et ideo Religioſi hanc attendentes promiſſionem imitantur eos. Et in hoc eſt ſpes habenda Religioſis, quia promittit Dñs, quod non deficiet de Religione quin aliquis ei ibi placeat. Hanc promiſſionem non facit illis qui in mundo remanent,

data eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis, propterea hæc dicit Dñs exercituum Deus Iſraël. Non *a* deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

EXPOSITIO CAP. XXXVI.

CAP. XXXVI.

A ET *b* factum eſt in anno quarto Ioachim filij Ioſiæ Regis Iuda, factum eſt verbum hoc ad Ieremiam à Dño, dicens *b* Tolle volumen libri, & *c* ſcribes in eo omnia verba, quæ locutus ſum tibi aduerſùm Iſraël, & Iudam, & aduerſùm omnes gentes à die qua locutus ſum ad te ex diebus Ioſiæ vſque ad diem hanc, ſi *d* fortè audiente domo Iuda, vniuerſa mala, quæ ego cogito facere eis, *e* reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima, & propitius *f* ero iniquitati, & *g* peccato eorũ. *h* Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ & ſcripſit *i* Baruch ex ore Ieremiæ omnes ſermones Domini quos locutus eſt ad eum in volumine libri. Et præcepit Ieremias Baruch dicens. Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi domum Domini. *k* Ingredere ergo tu & *l* lege de volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo verba Dñi *m* audiente populo in domo Dñi in die ieiunij, *n* inſuper & audiente vniuerſo Iuda, qui veniunt de ciuitatibus ſuis, *o* leges eis, ſi fortè cadat oratio eorum in conſpectu Dñi, & reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima, quoniam magnus furor eſt, & indignatio quam locutus eſt Dñs aduerſùs populum hunc. Et fecit *p* Baruch filius Neriæ iuxta omnia, quæ præceperat ei Ieremias Propheta, *q* legens ex volumine ſermones Domini in domo Domini. Factum eſt autem in anno quinto Ioachim filij Ioſiæ Regis Iuda in menſe nono

ET *b* factum eſt.] Priùs arguit Propheta Iudæos de inobedientia exemplo Rechabitarum hic autem intendit eos deterrere, & ad pœnitentiã prouocare comminatione futurorũ malorum. Hoc capitulum diuiditur in quatuor partes. Primò, mittit Ieremias ex præcepto Domini Baruch notarium ſuum, qui legit in domo Domini librum comminationis, quem dictauerat Ieremias in die ieiunij, quando plures conuenire ſolent, vt ſic plures ad pœnitentiam prouocaret. Secundò, Baruch à Principibus vocatus, coram ipſis eadem verba iterauit: quæ legerat eis priùs, quæ & ipſi abſentibus Ieremia, & Baruch Regi renunciarunt, *ibi*. [Cumque audiſſet.] Tertiò, Ioachim ſedens in domo hyemali contra ignem, volumen in quo legerat Baruch ſcidit, & in ignem proiecit, quibuſdam de Principibus ei fauentibus, & quibuſdam contradicentibus, *ibi*. Miſitque Rex.] Quartò, ex præcepto Domini ſcribit Ieremias in alio volumine eadem verba, quæ erant in priore, & multo ampliora contra Ioachim, & habitatores Ierusalem, *ibi*. [Et factum eſt verbum,] Dicit ergo.

b Et factum eſt, &c. Tolle volumen libri,] i. pergamenum vacuum.

c Et ſcribes, &c.] Scribenda ſunt verba Domini, vt in memoria ſint fixa. Vel ad litteram, ſcribenda in libris qui poſſunt legi à multis. *Abac.* 2.a. Scribe viſum, & explana ſuper tabulas, vt percurrat qui legerit eum. In quo reprehenduntur qui ſcribere nolunt ad aliorũ vtilitatẽ, vel qui ſcribunt obſcurè, vel imperfectè, quaſi ſibi ſolis. *Eccl.* 24. d. Videte quoniam non ſolùm mihi laboraui, ſed omnibus exquirentibus veritatem.

d Sed ſi fortè.] Si fortè, non eſt nota dubitationis, ſed liberi arbitrij. *Ionæ* 3. d. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat Deus? *Et infrà*. Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt ſuper malitia quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.

e Reuertatur, &c.] Mala via eſt peccatum cordis, peior peccatum operis, peſſima peccatum conſuetudinis. *ſup.* 2. g. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas.

f Et propitius ero iniquitati] maiori. *g* Et peccato eorum] minori. *ſup.* 18. b. Si egerit gens iſta pœnitentiam à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſùs eam, agam & ego pœnitentiam ſuper malo quod cogitaui, vt facerem ei.

h Vocauit ergo Ieremias Baruch] notarium ſuum. *i* Et ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ, &c.] i. ſecundùm quod dictabat Ieremias. In hoc inſtruimur, quòd diligentes debemus eſſe in verbo Domini audiendo, & etiam in ſcribendo, vt paratius habeamus illud cum fuerit neceſſe. *Eccl. vlt.* c. Compoſuit Salomon parabolas multas, quæſiuit verba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, & veritate plenos. Triplici autem ratione ſunt ſcribenda verba Domini. Primò, vt in labore honeſto occupetur homo, & mereatur vitam æternam, & etiam maiorem ſapientiam acquirat. *Eccl.* 38. c. Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu ſapientiam percipiet, quia ſapientia replebitur. Secundò, vt fragilitas humanæ memoriæ ſcriptura ipſa muniatur. *Apoc.* 1. d. Scribe, quæ audiſti, & quæ ſunt & quæ oportet fieri poſt hæc. Vndè *ſuprà* 32. c. Præcepit Ieremias libros ſcriptos de emptione reſeruari, ne pactio a memoria laberetur. Tertiò, vt diuina ſcientia magis elucidetur, & multiplicetur. *Dan.* 12. b. Claude ſermones, & ſigna librum vſq; ad tempus ſtatutum, plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.

Verba Domini ſcribenda ſunt triplici ratione.

B *k* Ingredere ergo tu] quaſi, etſi ego clauſus ſum, verbum tamen Dñi non eſt alligatum 2. *Tim.* 2. b. In quo laboro vſque ad vincula quaſi malè operans, ſed verbum Dei non eſt alligatum, quaſi ideo debes liberè prædicare, & ſi clauſus ſum, ſed tamen verbum Domini nõ eſt clauſum in me. Ideo dicit. *l* Et lege, &c.] *Ezech.* 3. d. Et audies de ore meo verbum, & annunciabis eis ex me. Lege inquam. *m* Audiente, &c.] quando homines ſunt magis deuoti, & audire parati [Populo] Ieroſolymitano. *n* In ſuper, &c.] in die ieiunij, vel feſti ad Templum in Ieruſalem.

o Leges eis] inquam [ſi fortè cadat oratio eorum, &c.] Dicitur cadere oratio propter humilitatem orantis. Dicitur aſcendere, vel eleuari propter feruorem charitatis. *Iſaiæ* 37. a. Leua orationem pro reliquiis quæ repertæ ſunt. Et nota hic quatuor in quibus inſtruimur. Primò, ſ. qualia docere, vel prædicare debemus, ſc. verba Domini. Vnde [Lege de volumine, &c.] Vndè *Pſa* 103. De medio petrarum dabunt voces. Secundò, quomodo, ſc. planè & lucidè. Vndè dicit [Audiente populo.] Tertiò quo loco, ſc. publico non occulto. Vndè dicit: [In domo Domini.] Quartò, quo tempore, ſcil. [In die ieiunij.] Verba ergo Domini prædicanda ſunt, quia ſpiritus & vita ſunt. *Ioan.* 6. g. Ignis etiam ſunt ad calefaciendum frigidos, *ſuprà* 23. f. Verba mea ſunt quaſi ignis. Sunt etiam medicina contra omnem infirmitatem. *Sap.* 16. b. Neque herba neque malagma ſanauit eos. Habent etiam virtutem fœcundandi. *Iſa.* 55. c. Quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti; ſic erit verbum meum, *ſuprà* 23. e. Propheta qui habet ſomnium narret ſomnium, & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum verè. Item lucidè & planè prædicare debemus. *Eccl.* 34. b. Sapientia in ore fidelis complanabitur. *Neemiæ* 8. b. Legerunt Leuitæ in libro legis Dei diſtinctè, & apertè ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. Item in loco publico prædicandum eſt, & docendum, non occultè, vt hæretici. *Ioan.* 18. d. Ego ſemper docui in Synagoga, & in Templo quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum nihil. *Act.* 5. d. Et ſtantes loquimini in Templo plebi omnia verba vitæ huius. *Prou.* 1. c. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam. *Prou.* 5. c. Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Item in die ieiunij, ſcilicet, in manè eſt prædicandum, quod eſt attentius, quàm poſt prandium. Vndè Spiritus ſanctus datus eſt Apoſtolis adhuc ieiunis.

p Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia quæ præceperat.] In quo notatur perfecta obedientia diſcipuli, Baruch dico.

q Legens ex volumine ſermones Domini in domo, &c.] Hic *Gloſſ.* Si clauſus in carcere per ſemetipſum id facere non valens, per interpretem omnia tamen id quod iuſſum ſibi fuerat, explere curauit. Quid ergo nos inertes in iudicio Dei ducturi ſumus, qui ſoluti & libertate vſi proximis noſtris Dei verbum expendere negligimus?

Prædicauerunt

a Prædicauerunt ieiunium, quia timuerant aduentum Chaldæorum, & audierunt eos iam venire. Simile. *Ionæ* 3. d. Dixit Rex Niniue. Homines & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam, nec pascantur, & aquam non bibant, & operiantur saccis homines, & iumenta clament ad Dominum in fortitudine. b Ieiunium] vt qui per luxum peccauerunt, per abstinentiam peccata abluerent.
C Huiusmodi enim pœnitentiæ exteriores multum habilitant hominem ad gratiam: & somitem, & carnalitatem debilitant, vt per quę peccat quis, per hęc puniatur. *Sap.* 11. c. Et qui illicita commiserunt, etiam à licitis abstineant. c Legitque Baruch, &c.] Nunquid Prædicator deberet simili modo in volumine prędicare, vt certius illa diceret? Sol. Non quia vilipenderetur prædicatio, & non excitaret deuotioné.
d In vestibulo superiori,] i. in parte superiori vestibuli.
e In introitu, &c.] Domuncula enim illa erat iuxta portá quæ noua dicebatur. Vel forte dicebatur noua propter hoc factum nouum.

a prædicauerunt b ieiunium in conspectu Domino omni populo in Ierusalem, & vniuersæ multitudini, quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalem. c Legitque Baruch ex volumine sermones Ieremiæ in domo Dñi in Gazophylacio filij Sapham scribæ in d vestibulo superiori in e introitu portæ nouæ domus Domini, audiente omni populo. Cumque. f audisset g Michæas filius Gamariæ filij Sapham omnes sermones Domini ex libro, descendit in domum Regis ad Gazophylacium scribæ. Et ecce ibi omnes Principes sedebant, Elisama Scriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Helnatham filius Achobor, & Gamarias filius Sapham, & Sedechias filius Ananiæ, & vniuersi Principes. Et nunciauit eis Michæas omnia verba, quæ audiuit legentem Baruch ex volumine in auribus populi h Miserunt itaque omnes Principes ad Baruch Iudi filium Nathaniæ filij Selemiæ filij Chusi, dicentes. Volumen ex quo legisti audiente populo, sume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu sua, & venit ad eos. Et dixerunt ad eum. Sede & lege hæc in auribus nostris. Et legit

D f Cumque audisset.] Nó suffecit isti audire verba nñi, nisi & alios ad audiendum induceret. *Apoc. vlt.* d. Qui audit dicat, veni.
g Michæas filius, &c.] non ille qui fuit vnus ex duodecim Prophetis.
h Miserunt itaque, &c. sume in manu tua] non in ore tantum, quasi fac quod prædicas, & sic audiemus te. *Eccl.* 29. d. Quæ habes in manu tua ciba cæteros. *Gregor.* Cuius vita despicitur, &c.
i Igitur cum audissent, &c.] propter comminationes, quæ ibi erant. Talia enim debent esse verba Prædicatoris, vt gemitum, & stuporem excitent, non vulgi clamorem *Ieron.* Docente te, non vulgi clamor, sed gemitus suscitetur, lachrymæ auditorum laudes tuæ sint. *Gregor.* Nisi adsit Spiritus sanctus in audientibus, sermo Doctorum est otiosus, quia vocalis sermo exterior nihil operatur vbi gratia non inspiratur.
k Et interrogauerunt eum, scilicet, Baruch.
l Et ore suo loquebatur, &c.] quasi ita apertè & sine impedimento ac si in libro legeret. Videbat enim omnia in libro æternitatis. In quo patet quòd antiqui Prophetæ, & Apostoli non habebant necesse cogitare, aut præmeditari quid dicerent, sed dabatur eis quid loquerentur. Non enim ipsi erant qui loquebantur, sed Spiritus sanctus. *Ioan.* 14. d. Paracletus autem Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, &
1. *Ioan.* 2. d. suggeret vobis omnia quæ dixero vobis. Illa enim vnctio docebat eos de omnibus.
m Et ego scribebam, &c.] Quæ audimus in tabulis cordis carnalibus debemus scribere, vt 2. *Cor.* 3. a. *supra* 31. f. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.
n Vade & abscondere tu & Ieremias, &c.] Timebant enim ne Rex irasceretur, & faceret eis malum.
o Et nunciauerunt audiente Rege,] i. dixerunt quod tales & tales sermones audierunt. Nota quod isti Regi malo & nolenti audire dicunt verba Prophetæ, sed multi nolentes audire auertunt alios ne audiant, sicut ille Barieu Sergium Proconsulem auertebat, ne Pauli, & Barnabæ prædicationem audiret. *Act.* 13. b. Sed excæcatus fuit.
p Rex autem sedebat, &c.] iste Rex, scilicet, Ioachim significat potentes huius mundi qui sedent in domo hyemali, i. requiescunt in vitis sæculari, quę per hyemem notatur, qui refrigerat ab amore Dei habent arulam plenam prunis corá se, quia delectabilia műdi habent pro sua voluntate, quæ ad amorem műdi accendunt. Bene ergo hæc duo iunguntur, sedere in domo hyemali, & habere ante se prunas ardétes quia quanto magis accédűtur cor ad amorem mundi, tanto magis refrigescit ab amore Dei *sup.* 1. d. Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. *Amos* 3. d. Percutiam domum hyemalem cum domo ęstiua. Hęc est domus de qua *sup.* 22. c. Væ qui ædificat domum suam in iniustitia. Ante has prunas Dominum negauit Petrus. *Ioan.* 18. *Iob* 40. b. Anhelitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. Sed dicitur *Isaiæ* 47. d. Non sunt prunæ quibus calefiant, scilicet, hæ prædictæ prunæ.

Baruch in auribus eorum. i Igitur cum audissent omnia verba † obstupuerunt vnusquisq; ad proximum suum, & dixerunt ad Baruch. Nunciare debemus Regi omnes sermones istos. Et k interrogauerunt eum dicentes, Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius. Dixit auté eis Baruch. Ex l ore suo loquebatur quasi legés ad me omnes sermones istos, & m ego scribebam in volumine attramento. Et dixerunt Principes ad Baruch, n Vade & abscondere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi sitis. Et ingressi sunt ad Regé in atrium. Porro volumen commendauerunt in Gazophylacio Elisamæ scribæ, & o nunciauerunt audiente Rege omnes sermones, Misitq; Rex Iudi, vt sumeret volumen, qui tollés illud de Gazophylacio Elisamæ scribæ legis audiente Rege, & vniuersis Principibus, qui stabant circa Regem. Rex autem sedebat in p domo hyemali in mense nono, & posita erat q arula coram eo plena prunis. Cumque legisset Iudi tres r pagellas, vel quatuor, scidit illud s scalpello scribæ, & proiecit in ignem, qui erat super arulam, donec consumeretur omne volumen igni, qui erat in arula, *Al.* † hæc.

q Arula] fortè erat instrumentum portatile vbi ponebatur ignis, vt patella, vel cratitula. r Pagellas,] i. paruas paginas, quasi citò fastidiuit, qui nec etiam paginas magnas audiuit, sed pagellas. s Scalpello] paruo cultello scidit ad præceptum Regis. Ecce patet verum esse, quod dicit *Greg.* nisi sit intus, qui doceat, Doctoris lingua exteriùs in vacuum laborat. Ideo dicitur Prædicator Ieremias ex ore sua, quasi legens loqui, quia quod loquebatur eum docebat Spiritus sanctus intus loquens, qui & necessarius est audientibus ad hoc, quod obediant. Sine enim Spiritu *24. q. 1. c. non afferamus.* sancto verbum Dei non est dulce eis. Ideo dicit *Aug.* Sensi & expertus sum, quod palato nő sano pœna est panis qui à sano est suauis.

Mysticè. p Rex autem sedebat, &c.] Reges & Principes *Mysticè.* non libenter audiunt verba Domini, sed magis dicunt illud *Is.* 30. c. Loquimini nobis placentia, &c. Tres pagellæ Sacræ Scripturæ sunt argutio de præteritis, increpatio de præsentibus, obsecratio de futuris. 2. *Tim.* 4. a. Argue obsecra, increpa. Vel quatuor pagellæ sunt historia, allegoria, moralitas, anagoge. Vel illa quatuor quæ dicit Apostolus. 2. *Tim.* 3. d. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum inscios, arguendum contradictores, corrigendű errantes, erudiendum insipientes. Vel tres pagellæ sunt argutio de peccato cogitationis, locutionis, operis. Vel argutio de peccato, de iustitia, de iudicio. De primo quod fecerunt, de secundo quod neglexerunt, de tertio quod non timuerunt. Vel prædicatio per auctoritates, per rationes, per exempla. Has tres, & quatuor pagellas non possunt audire nobiles, & potentes mundi, sed magis dicunt videntibus, nolite nobis videre, quæ recta sunt. *Isai.* 30. b. *Iob* 21. Gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad Inferna descendunt. Qui dixerunt Deo, recede à nobis, & scientiam viarum tuarű nolumus.

o Et factum est

a sano est suauis. e Et non, &c.] scilicet, quod secundum consuetudinem Iudæorum facere debuerant, audita vel visa blasphemia, & ideo horrere deberent, qui audierunt, &c.
b Veruntamen, &c. contradixerunt Regi, &c.] & ideo magis peccauit Rex cum suis. c Abscondit, &c.] ipsi se absconderunt.

a Et non timuerunt, neq; sciderunt vestimenta sua. Rex & omnes serui eius, qui audierūt vniuersos sermones istos b Veruntamen Helnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerūt Regi ne combureret librum, & nō audiuit eos. Et præcepit Rex Hieremiel filio Amelech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdehel, vt comprehenderent Baruch scribam, & Ieremiam Prophetam. c Abscondit autem eos Dn̄s, Et d factum est verbū Dn̄i ad Ieremiam Prophetam postquam combusserat Rex volumen, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens: d Rursum tolle volumen aliud, & scribe in eo omnes sermones priores qui erant in primo volumine, quod combussit Ioachim Rex Iuda. Et ad Ioachim Regem Iuda dices. Hæc dicit Dn̄s. Tu combussisti volumen istud, dicens: Quare scripsisti in eo annuncians, festinus veniet Rex Babylonis, & vastabit terram hanc, & cessare faciet ex illa hominem & iumentum. Propterea hæc dicit Dn̄s Deus contra Ioachim Regem Iuda. Nō e erit ex eo qui sedeat super solium Dauid, & f cadauer eius proiicietur ad æstum per diem, & ad gelu per noctem. Et visitabo contra eum, & contra semen eius, & cōtra seruos eius iniquitates suas, & adducā super eos,

Nihil ergo eis nocere poterat quos sic custodiebat Dominus. Ps. 144. Custodit Dominus omnes diligentes se, &c. Ps. 26. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, &c.

Mystic.

d Et factum est, &c. Rursum tolle volumen, &c.] Si primò contemnatur verbum Domini, non propter hoc cessandum est à prædicatione. Vndè 2. Tim. 4. a. Insta opportune, importune. Aug. in lib. de discipl. Ecclesiast. Seminantis manum non terret via, nec terrent lapides, nec spinæ, quando spargimus semina sunt qui contemnunt, sunt qui reprehendunt, sunt qui irrident. Istos si timuerimus, nihil habem⁹ seminare, & in tempore messis habemus esurire. Ecclesi. 11. b. Qui obseruat ventum, nūquam seminat. e Non erit ex eo, &c.] i. aliquis filius eius. Etsi ei successerit in Regnum Ioachim filius ei⁹, tamen non regnauit nisi mensibus tribus, & ideo Regnum eius non est captiuaodum; præterea & ipse captiuatus est, & etiam ipse Sedechias qui postea fuit Rex, & ideo non sunt dicendi sedisse super solium Dauid, id est, in pace regnasse.
f Et cadauer eius proiicietur ad æstum per diem, &c.] Meritò qui librum legis in igne combusserat in domo hyemali, ad ardorem Solis proiicitur, & ad gelu noctis.
g Ieremias autem, &c. & insuper additi sunt sermones, &c.] Hic significatur Iudæorum obcæcatio in libri combustione & Gentium salus in libri rescriptione. Hic eadem scripta sunt quæ ibi, quia rota erat in medio rotæ, id est, nouum Testamentum in veteri. Sed tamen hic multa plura, quia hic mysterium, ibi tantum historia.

Mystic.

Mysticè, f Et cadauer eius proiicietur ad æstum, &c.] Cadauer est caro data vermibus; per æstum prosperitas, per gelu aduersitas, quod fit quando peccatrix anima eleuatur in prosperis, & in aduersis deprimitur. Ideo dicitur Eccles. 2. a. Deprime cor tuum, ne scilicet, in prosperis eleuetur, & sustine sustentationes Dei, ne in aduersis frangatur, & inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, quæ sunt flagella Domini. Quia vexatio dat intellectum, vt dicitur Isa. 28. e. Vnde Ps. 55. Ab altitudine diei timebo, ne scilicet, in superbiam cor meum erigatur, ego vero in te sperabo, ne scilic. in aduersitate frangatur. Et hæc sunt duo principia omnium malorum, scilicet, ardor vel prosperitas malè inflammans, timor vel aduersitas malè humilians. Psalm. 79. Incensa igni & suffossa. Isa. 1. c. Si fuerint peccata vestra, vt coccinum.

EXPOSITIO CAP. XXXVII.

Et regnauit.] Nullum ordinem seruat Ieremias, vt dixi in sua prophetia, sed prout inspirabat ei Dominus loquebatur. Et quæ dicta sunt in præced. cap. facta fuerunt tempore Ioachim filij Iosiæ, & quæ hic dicuntur tempore Sedechiæ. Sed postea iterum agit de eis quæ facta sunt tempore Ioachim. Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. Primò, ostendit, quando incœpit regnare Sedechias, scilicet, post Iechoniam filium Ioachim. Secundò, mittit Sedechias nuncios ad Ieremiam, consulens eum super exercitum Chaldæorum, quia ab obsidione recesserat; quibus dicit Ieremias, quod victis Ægyptiis reuerteretur ad Ierusalem obsidendā, ibi: Et misit Rex. Tertiò narrat Ieremias quomodo ipse volebat ingredi ad villam suam ad diuidendā possessionem suam, sed captus à portario quasi fugitiuus duct⁹ ad Principes, missus fuit in carcerem, ibi: Ergo cum recessisset. Quartò, ostendit quomodo Rex tulit eum de carcere, excusans se, quod deceptus posuisset eum in carcerem, ibi: Mittens itaque Rex. Dicit ergo.
h Et regnauit, &c. quem constituit Regem Nabuchodonosor, &c.] 4. Reg. 24. & 25. 2. Paral. vltim. Iste Iechonias alio nomine vocatur Ioachim, qui non regnauit nisi mensibus tribus, & diebus decem. Iste autem Sedechias qui post illum regnauit, erat patru⁹ eius, scilicet frater patris sui Ioachim, & filius Iosiæ.

& super habitatores Ierusalem, super viros Iuda omne malum, quod locutus sum ad eos, & non audierunt, g Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ, qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes sermones libri quem combusserat Ioachim Rex Iuda igni, g & insuper additi sunt sermones multò plures quam antea fuerant.

CAP. XXXVII.

Et h regnauit Rex Sedechias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioachim quem cōstituit Regem Nabuchodonosor Rex Babylonis in terra Iuda, & non obediuit ipse & serui eius, & populus terræ verbis Domini, quæ locutus est in i manu Ieremiæ Prophetæ. Et misit k Rex Sedechias Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maasiæ Sacerdotem ad Ieremiam Prophetam, dicens. l Ora pro nobis Dominū Deum nostrum, Ieremias autem liberè ambulabat in medio populi. Nō enim m miserant eum in custodiam carceris. Igitur n exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto, & audientes Chaldæi qui obsidiebant Ierusalem huiuscemodi nuncium recesserunt ab Ierusalem. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israël,

i In manu Ieremiæ Prophetæ] qui monebat, vt non rebellarent Chaldæis, & à peccatu cessarent.
k Et misit Rex Sedechias Iuchal filium Selemiæ, &c.] Hoc factum est postquam Chaldæi recesserunt à Ierusalem; vel ante, secundum quosdam.
l Ora pro nobis Dominum Deum nostrum, &c] timebat Chaldæos, non dixit, pro me, quia mandatis Dei obedire noluit. Qui enim auertit aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, vt dicitur Prouerb. 28. b. Vnde Dominus dixit Ieremiæ supr. 7. a. quod non oraret pro populo, nec pro eis laudem acciperet, quia scilicet, nolebant audire legem.
m Non enim miserant eum in custodiam carceris] scilicet, adhuc.
n Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto, &c.] scilicet ad auxiliandum Iudæis contra Chaldæos. Erat enim Rex Ægypti amicus Sedechiæ. Sed Nabuchodonosor recessit de obsidione Ierusalem, & fugauit Ægyptios. Interim cum recessit exercitus Chaldæorum à Ierusalem ad tempus, deceperunt falsi Prophetæ Sedechiam dicentes Babylonios esse venturos à modo. Ieremias autem contrarium prædicabat. Pharao proprio Nomine dicebatur Nechao, vt dicit Iosephus, sed dictus est Pharao communi nomine Regum Ægypti.

a Sic dicetis Regi Iuda, &c.] intellige, quod cum Chaldæi compulsi essent ol iuare Regi Ægyptio, interim misit Rex nuncios ad Ieremiam vt illum reuertterentur. Et ipse respõdit quod sic. b Et redient Chaldæi, victis Ægyptiis, & præliabuntur. Sic Diabolus etsi quandoque ab apparenti impugnatione cesset,

quod est labor, quia ibi debet esse labor operationis r Et sedit] per quietem silentij & contemplationis. Luc. 10.g. Maria sedebat secus pedes Domini.
f Tulit eum] quia a labore educetur post hanc vitam, sicut Daniel de lacu Leonum post septem dies. Dan. vlt.g.

post tamen rediẽs, grauius impugnat. Matt. 12.d. Spiritus nequam rediens adducit septẽ spiritus nequiores se &c. d Euntes abibunt, &c.] quasi amplius non redituri. e Quia non abibunt] etsi ad tẽpus recedant, & non impugnent Ægyptios, quia illud recedere est pugnare contra vos, quia auxiliatores vestros impugnant; sic Diabolus quando non potest hominem superare in vno vitio, impugnat pro posse suo illa bona, quæ in eo sunt contraria illi vitio. f Sed etsi percus. &c.] Contra præsumentes loquitur, quia dicebãt quod omnes Chaldæi occiderentur ab Ægyptiis. Sed respondet quod non. Et si omnes etiam occiderentur, & aliqui pauci vulnerati relinquerentur, qui non erant occisi, cum illi audacter exirent de tabernaculis suis, destruerent ciuitatẽ. Sic multi superantur à leuissima tẽtatione, imò præueniunt tentationem. Threnor. primo. b. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Leuit. 26.f. Terrebit eos sonitus folij volantis, &c. g Singuli de tentorio suo consurgent,] quia licet singuli debiles sæpe sint ad resistendum Diabolo, vel peccato: tamen simul congregati sunt fortes, sicut vnam candelam leuis ventus extinguit, sed non plures colligatas. Isai 40. f. Flauit in eos ventus, & aruerunt. Omnis enim pugna vnanimiter aggressa, victoriam parit. Ideo dicitur Ecclesiastic. quart. c. Væ soli, quia cum ceciderit non habet subleuantem se.

Sic a dicetis Regi Iuda qui misit vos ad me interrogandum. Ecce exercitus Pharaonis qui egressus est vobis in auxilium reuertetur in terram suam in Ægyptum, & b redient Chaldæi, & præliabuntur contra ciuitatẽ hanc & capient eam, & incendent igni. Hæc dicit Dominus. Nolite decipere animas vestras, dicentes: d Euntes abibunt & recedent à nobis Chaldæi, quia e non abibunt. f Sed etsi non percusseritis omnem exercitum Chaldæorum qui præliantur aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati, g singuli de tentorio suo consurgent & incendent ciuitatem hanc igni. h Ergo cum recessisset exercitus Chaldæorum ab Ierusalem i propter exercitum Pharaonis, k egressus est Ieremias de Ierusalem, vt iret in terram Beniamin, & l diuideret ibi possessionem in conspectu ciuium. Cumque m peruenisset ad portam Beniamin, erat ibi custos portæ per vices nomine Hierias filius Selemiæ, filij Ananiæ, & apprehendit Ieremiam Prophetam, dicens. Ad Chaldæos profugis? Et respondit Ieremias. Falsum est, non fugio ad Chaldæos. Et n non audiuit eum, sed comprehendit Hierias Ieremiam o & adduxit eum ad Principes. p Quamobrem irati Principes contra Ieremiam, cæsum eum miserunt in carcerem, qui erat in domo Ionathan scribæ. p Ipse enim præpositus erat super carcerem. q Itaque ingressus est Ieremias in domum laci, & in ergastulum, & r sedit ibi Ieremias diebus multis. Mittens itaque Sedechias Rex f tulit eum, & interrogauit eum in domo sua abscondite, & dixit. s Putásne est sermo à Domino? Et dixit Ieremias. Est. Et ait: In manus Regis Babylonis traderis. Et dixit Ieremias ad Regem Sedechiam. Quid peccaui tibi, & seruis tuis & populo tuo, quia misisti me in domum carceris? Vbi sunt u Prophetæ vestri qui prophetabant vobis, & dicebant, non veniet Rex Babylonis super vos, & super terrã hanc? Nunc x ergo audi obsecro Domine mi Rex. Valeat deprecatio mea in conspectu tuo, & ne y me remittas in domum Ionathan scribæ, z ne moriar ibi. Præcepit ergo Rex Sedechias, vt traderetur Ieremias in vestibulum carceris, & daretur ei torta panis quotidiè, excepto pulmento donec consumerentur omnes panes ciuitatis. Et mansit Ieremias in vestibulo carceris.

Dicit Iosephus quod cum Ieremias esset in carcere, prædicabat admonens populum, vt portas aperirent Regi Babylonio redeunti, quo facto sic possent saluari, alioquin à terra sua radicitus euellerentur, prædicabat etiam quod qui in ciuitate remanerẽt, aut gladio, aut fame perirent, si autem ad Chaldæos confugerẽt, mortem declinarent. r Putásne est sermo à Domino] quod scil. sic comminaris reuersuros esse Chaldæos? u Vbi sunt prophetæ vestri] pseudo. x Nunc ergo audi obsecro Domine mi Rex.] Ecce magna humilitas, qui pessimo homini, tamen quia Rex erat, sic se humiliauit. Eccles. 4. a. Verbum dulce multiplicat amicos, &c. Prou. 15. a. Responsio mollis frangit irã. y Et ne me remittas in domum Ionathan scribæ.] Iste Ionathas significat malos Prælatos, quia hodie magis persequuntur, & affligunt religiosos, quam Principes sæculares. Vnde & in morte Domini crudeliores fuerunt summi Sacerdotes, quam Pilatus vel Herodes.

CAP. XXXVIII.

Audiuit autem Saphacias filius Matham, & Hiedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiæ & Phassur filius Melchiæ sermones

z Ne moriar ibi] quasi, alibi potius pone si volueris. Quidam hic excusant Sedechiam dicentes, quod non nisi vt populi coactus Ieremiam misit in carcerem, & rogatu Principum, vnde ei pro effectu necessaria iussit ministrari, vt hic dicitur. Sed secundum Rab. non est excusandus. Qui enim Deo infidelis, & contrarius fuit, homini amico Dei fidem omninò seruare non potuit. Vnde Luc. 16. c. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est, qui in minori iniquus, in maiori iniquus est.

Supra 30.d.

h Ergo cum recessisset, &c.] ad tempus.
i Propter exercitum Pharaonis,] debellandum.
k Egressus est Ieremias, &c.] i. voluit egredi, scilicet, in Anathot, quod erat villa sua, & significat religiosos qui volunt ire in patriam suam, & diuidere possessiones parentibus suis, cum tamen ante omnibus renunciassent.
l Et diuideret ibi possessionem in conspectu ciuium,] scil. agrum quem ante emerat. Sed hoc non videtur verum, quia quando emit, erat clausus in vestibulo carceris. Ideo potest hoc intelligi de possessione, vel portione, quæ eum contingebat ratione Sacerdotij, i. iure hæreditario.
m Cumque peruenisset ad portam Beniamin] quæ sic vocabatur.
n Et non audiuit eum] i. non credidit ei.
o Quamobrem irati Principes contra Ieremiam] credentes quod vellet fugere ad Chaldæos, vt Ieremias dicebat, p Ipse enim] scilicet, Ionathas, præpositus erat super carcerem
q Itaque ingressus est Ieremias in domum laci, & in ergastulum] quod significat claustrum. Ergastulum, ab ergos

EXPOSITIO CAP. XXXVIII.

Audiuit autem] Prius comminatus est Ieremias contra Regem & Principes Iuda. Hic autem ostenditur quid inde consecutus sit Ieremias apud Regem, & Principes. Cum enim non amet pestilens eum qui se corripit, vt dicitur Prouerbior. decim. quint. b. multa mala propter hoc intulerunt Ieremiæ. Diuiditur autem hoc capitulum in quinque partes. Primò, de consilio & petitione Principum mittitur Ieremias in lacum in quo non erat aqua, sed lutum. Secundò, de consilio Abdemelech Eunuchi Ieremias educitur de lacu funibus de pannis veteribus inuolutus, ibi: Audiuit autem. Tertiò, dat Ieremias consilium Regi ostendens ei, viã vitæ, & liberationis ex vna parte, viam autem mortis & destructionis ex alia. Viam vitæ, si fugeret ad Chaldæos,

viam

viam mortis, si remaneret in ciuitate rebellis, *ibi*: Et misit Rex Sedechias. Quartò, Regem perterritum super consilio suo confortat, consulens vt viam vitæ eligat, alioquin destrueretur, *ibi*. Et dixit Rex Sedechias. Quinto, rogat Rex Ieremiam, vt hoc suum consilium nulli reuelet, *ibi*: Dixit ergo Sedechias.

Sup. 12.c.

Achis ad Dauid. Viuit Dominus, quia rectus es, & bonus in conspectu meo & exitus tuus, & introitus tuus, mecum es in castris, & non inueni in te quicquam mali, sed satrapis non places.

l Qui erat in vestibulo carceris] id est, iuxta vestibulum.

Dicit ergo *a* Quicunque manserit in ciuitate hac] mysticè, id est, in mundo. *b* Morietur gladio] impugnationis Dæmonis. *c* Et fame] verbi Dei.

d Et peste] pernicie exempli.

e Qui autem profugerit ad Chaldæos,] id est, Dæmones debellando, viuet.

f Tradendo tradetur ciuitas hæc, &c. Geminatio notat certitudinē. *Apoc.* 18 c. Væ væ ciuitas illa magna Babylon &c. *g* Et dixerunt Principes Regi] Dicebant enim isti Regi, quod Ieremias mentiebatur, dicens Sedechiam ducendum in Babylonem. Quia *Ezech.* 11. dixerat ibi Propheta, quod Babylonem non videret, sed tamen dixerat quod duceretur in Babylonem.

al. † iuxta.

B

quos Ieremias loquebatur ad omnem populum dicens. Hæc dicit Dominus. *a* Quicunque manserit in ciuitate hac *b* morietur gladio, & *c* fame, & *d* peste, qui autem *e* profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius sospes, & viuens. Hæc dicit Dominus. *f* Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus Regis Babylonis, & capiet eam. Et *g* dixerunt Principes Regi. *h* Rogamus vt occidatur homo iste. De industria enim dissoluit manus virorum bellantium qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi loquens ad eos † vniuersa verba hæc. *i* Siquidē homo iste non quærit pacē populo huic, sed malum. Et dixit Rex Sedechias. Ecce ipse in manibus vestris est. *k* Nec enim fas est Regem vobis quicquam negare. Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Helchiæ filij Amelech, qui *l* erat in vestibulo carceris, & *m* submiserunt Ieremiam funibus in lacum in quo non erat aqua, sed lutum. *n* Descendit itaque Ieremias in cœnum. *o* Audiuit autem Abdemelech Æthiops vir Eunuchus, qui erat in domo Regis, quod misissent Ieremiam in lacum. Porro Rex sedebat in porta Beniamin. Et egressus est Abdemelech de domo Regis, & locutus est ad Regem dicens: Domine mi Rex, malé fecerunt viri isti omnia quæcunque perpetrarunt cōtra Ieremiam Prophetam mittentes eum in lacum, vt *p* moriatur ibi fame. *q* Non sunt enim vltra in ciuitate panes. Præcepit itaq; Rex Abdemelech Æthiopi, dicens. *r* Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam Prophetam de lacu antequam

m Et submiserunt Ieremiam in funibus in locū, &c. [per quod patet quod profunda erat fouea.

n Descendit itaque Ieremias in cœnum] vsque ad collum, quod erat ei amarius omni morte. Et potest significare in hoc loco peccatorem descēdentē in imo vitiorum. *Psalm.* 68. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

o Audiuit autem Abdemelech Æthiops Eunuchus &c.] ad literam, vel castratus propter regnum Dei.

p Vt moriatur ibi fame Cœnum enim peccatorum est verbi Dei fames, & omnium spiritualium, quia peccatum ignis est consumens omnia gratiarum genimina.

Matt.19. b.

h Rogamus vt occidatur homo iste. *Amos quint.* c. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati sunt, *3. Reg.* vlt. b. Ego odi eum, quia non prophetat mihi nisi malum *Sap. secund.* c. Circumueniamus iustum, quia contrarius est operibus nostris.

i Si quidem homo iste non quærit pacem, &c.] Sic dicitur sæpe de aliquibus, qui diu in aliquo peccato fuerunt per ignorantiam & audita veritate, turbantur ad pacem, quòd prædicantes eis turbant conscientias simplicium, sed iustus malleus pacem non quærit. *Luc. duodecim.* g. Putatis, quia veni pacem dare in terram? non dico vobis, sed separationem. Diuidetur enim pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem. Cum enim mens de turpi delectatione confunditur, & humiliatur, & de tali parente nascitur humilitas, quasi, nigra gallina ouum album ponit. rectè talis proles aduersus talem parentem separatur; sic cùm castitas superbiam gignit, vt quasi contra naturam alba gallina nigrum ouum ponit, rectè prolem suam talis parens detestatur, & odit. Iuxta hunc modum sæpe pugnat vir aduersus fratrem suum, & vir contra amicum suum, & inimici hominis domestici eius. Sed cum audieritis huiusmodi prælia, & seditiones, & opiniones bellorum, nolite terreri, scientes quia prope est desolatio eius. De hac pace. *Psal.* 72. Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. *Luc.* 19. h. Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quia venient dies in te, &c. Melius est ergo pugnare, quam facere pacem secundum voluntatem aduersarij.

Mich. 7. b.
Luc.21. c.

k Nec enim fas est vobis quicquam negare.] Hic patet, quod non prius Sedechias ex vero affectu misericordiæ impendit Ieremiæ necessariorum administrationem. Vnde simulata fuit eius pietas, sicut & Pilati, qui coram facie populi lauit manus suas, dicens. Innocens ego sum á sanguine iusti huius. *Matt.* 27. c. Si enim vera esset eius pietas, scilicet, Sedechiæ, similiter & Pilati, nunquam ob fauorem principum, vel populi tantam crudelitatem in eis exercerent. Sic & *Matt.* 14. a. Herodes non negauit caput Ioannis petenti, licet quandam simulatam religionem habere videretur, quia libenter eum audiebat, vt dicitur *Marc* 6. c. Et significantur per istos, quidam Prælati, qui absolutè benè volunt bonis, tamen consentiunt suis collateralibus, vt totum facientes nihil fecisse videantur. Quod significatur 1. *Reg.* 29. c. vbi dixit

q Non sunt enim vltra in ciuitate panes] quasi, ad quid ponitur ibi vt pereat, qui etiam si extra maneat fame peribit? vel.

Iob. 31.c.

q Non sunt vltra in ciuitate, &c. moraliter] id est, non est qui prædicet. *Threnor. quart.* a. Paruuli petierunt panem, &c

r Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam Prophetam de lacu] quia nimis profundus erat lacus, nec pauci possent ad hoc sufficere; vel quia timebat ne Principes ei insidiantes eum impedirent.

▲ Domum Regis quam

Mysticè. *r* Tolle mecum hinc triginta viros, &c.] Multi à Dæmone mittuntur in lacum vitiorum. Per Abdemelech qui eum extraxit, qui interpretatur seruus Regis illius, scilicet, de quo *supra vigesim tert.* a. Regnabit Rex, & sapiens erit, significatur Prædicator. Per funes, asperitas præceptorum. *Ecclesiast. quart.* c. Funiculus triplex, scilicet, contritio, confessio, satisfactio. Per pannos veteres, exempla Sanctorum, quæ sunt supponenda funibus, vt sic de facili extrahatur peccator de vitiis. *Exod. duodecim.* b. dicitur in Agni immolatione, per quam pœnitentia significatur. Calceamenta habebitis in pedibus, id est exempla Sanctorum in affectibus. *Cant.* 7. a. Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis tuis filia Principis. *Augustinus* in libro Confessionum. Gesta Sanctorum, quos de mortuis viuos feceras in visceribus meis tanquam carbones vestatores posuisti. Tales pannos apponit Paulus *Hebraeor.* vltim. b. Mementote Præpositorum vestrorum, qui locuti sunt vobis verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis imitemini fidem. *Hebraeor. duodecim.* a. Nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. Per triginta viros secum assumptos, significatur obseruatio Decalogi, in fide, spe, & charitate, per quæ educitur homo de lacu peccati. *Psalm. trigesim. non.* Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Quomodo? Quia statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos. Per petram, fides, super quam fundata est Ecclesia; per directionem, spes. Per gressus, charitas, perficiens opera Decalogi, id est, facit operari. Hæc enim est Iosephus, qui interpretatur augmentum, sine cuius imperio non potest quis mouere manum, aut pedem in tota terra Ægypti, vt dicitur *Gen.* 41. f.

Mystic.

a Domum Regis quæ erat sub cellario] vbi fortè erat thesaurus Regis.
c Sub cubito manuum tuarum] ne lædaris, vel fortè quia nudus erat missus in lacum.

a Domum Regis quæ erat sub cellario.] per cellarium repositio sacrorū librorum, & exēplorum significatur. *Prou.* 24. a. In doctrina replebūtur cellaria, vniuersa substantia preciosa, & pulcherrima.

D b Quæ computruerant.] In quo multi arguuntur cum Sedechia, qui prius vestimenta sua dimittunt putrescere, quam pauperibus ea tribuant. Vnde *Augustinus* in libro Confessionum, magis reprehensibilem se dicit, quia poma sua dimittebat putrescere, quam eum qui furatur ea. Sic exempla veterum multis putrescūt quoad vsum, quia non ea sumunt, nec iuxta ea viuunt. Vnde *Greg.* Facta antiquorum recolamus, & non erūt grauia, quæ sustinemus. Vel per lacum intelligitur paupertas, de qua pauperes extrahimus cum eis pannos veteres tribuimus.
E Pauper enim est pulchra pertica, & ibi sedet optimè vestis. *Iob.* 31. b. Si non benedixerunt mihi latera pauperis, & de velleribus ouium mearum calefactus est? Qui enim eum induit, Christum induit, & eū quasi de familia sua facit. *Matt.* 25. c. Nudus fui, & cooperuistis me. Vnde ipse dixit Martinus adhuc cathecumenus hac me veste contexit.

moriatur. Assumptis ergo Abdemelech secum viris, ingressus est a domum Regis, quæ erat sub cellario, & tulit inde veteres pannos, & antiqua vestimenta b quæ computruerant, & submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos. Dixitque Abdemelech Æthiops ad Ieremiam. Pone veteres pannos, & hæc scissa, putrida sub c cubito manuum tuarum: & super funes. Fecit ergo Ieremias sic. Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu. Mansit autem Ieremias in vestibulo carceris. Et misit Rex Sedechias & tulit ad se Ieremiam Prophetam ad d ostium tertium, quod erat in domo Domini. Et dixit Rex ad Ieremiam. Interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid. Dixit autem Ieremias ad Sedechiam. Si annunciauero tibi nunquid non interficies me? Et si consilium dedero tibi, non me audies? Iurauit ergo Sedechias Rex Ieremiæ clam dicens. e Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc, si f occidero te in manus virorum istorum, qui quærunt animam tuam. Et dixit Ieremias ad Sedechiam. Hęc dicit Dominus exercituum Deus Israël. Si profectò exieris ad Principes Regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni, & saluus eris tu, & populus tuus, & domus tua. Si autem nō exieris ad Principes Regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & succendent eam igni, & tu non effugies de manu eorum. Et dixit Rex Sedechias ad Ieremiam: g Sollicitus sum propter Iudæos qui transfugerunt ad Chaldæos, ne forte tradar in manus eorū, & illudant mihi. Respondit autem Ieremias, & dixit ad eum. Non te tradent. Audi quæso vocem Domini quam ego loquar ad te, & benè tibi erit, & viuet anima tua. Quia si volueris egredi, iste est sermo quem ostendit mihi Dominus. h Ecce omnes mulieres, quæ remanserunt in domo Regis Iuda, educentur ad Principes Regis Babylonis, & † ipsæ dicent. k Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, m demerserunt te in cœno, & in n lubrico pedes tuos, & o recesserunt à te. Et omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos, & non effugies manus eorum, sed in manu Regis Babylonis † capieris, & p ciuitatem hanc comburet igni. Dixit ergo Sedechias ad Ieremiam. Nullus sciat verba hæc, & non morieris. Si autem audierint Principes, quia locutus sum tecum, & venient ad te, & dixerint tibi, indica nobis quid locutus sis cum Rege, ne celes, non te interficiemus, & quid locutus est tecum Rex, dices ad eos. Prostraui ego preces meas coram Rege ne me traduci iuberet in domum Ionatham, & ibi morerer. Venerunt ergo omnes Principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum. Et locutus est eis iuxta omnia verba, quæ præceperat ei Rex. Et cessauerunt ab eo. Nihil enim fuerat auditum. Mansit verò Ieremias in vestibulo carceris, vsque ad diem, quo capta est Ierusalem.

al. † ipsi. F
al. † traderis. G

d Ad ostium tertium] fortè atrij immundorum.
e Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc] *Isa.* 42. a. Dans flatum populo qui super terram est.
f Si occidero te, &c.] supple malè mihi accidat.
g Sollicitus sum propter Iudæos, &c.] quasi, fateor vera esse quæ dicis: sed timeo ne Iudæi accusent me coram Nabuchodonosor: & tradar in manus eorum. Ecce sic magis timet suos quam hostes. Vnde *Mich.* 7. b. Inimici hominis domestici eius.
h Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo Regis Iuda, educentur ad Principes Regis Babylonis,] quod est magnum opprobrium Iudæis.
i Et ipsæ dicent] obiurgando contra te.
k Seduxerunt te & præualuerunt aduersum te] falsi Prophetæ quibus credidistis,
l Viri pacifici tui] id est, quærentes tibi falsam pacem. Hi sunt amici fortunæ, qui cum prosperitate veniunt, & ea recedente, recedunt. *Senec.* Mel muscæ, cadauera lupi, prædam sequitur turba non hominem. *Ecclesiast.* *vigesim.* b. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius Qui enim edunt panem illius, falsæ linguæ sunt. *Prouerbior: decim. non.* a. Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis *Ibidem.* Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupertate autem & hi quos habuit separantur. Viri ergo pacifici sunt voluptuosi consiliatores, qui carnalia consilia consulunt.

m Demerserunt te in cœno] vitiorum, scilicet, vel in magna tribulatione.
n Et in lubrico pedes tuos, &c.] id est, in carnalibus desiderijs gressus operum tuorum, Vel te deceperūt, vt quod rectum est dimitteres, quod malum est faceres, sicut qui in lubrico est à via recta declinat, quia cadit. Simile *Abd.* 1. c. Viri fœderis tui illuserunt tibi, inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ, qui comedunt tecum ponent insidias super te. *Isa.* 3. c. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Quod est ponere pedes in lubrico.
o Et recesserunt à te) quando viderunt tibi calamitatem aduenire, cuius contrarium tibi prophetauerant. Erant enim socij mensæ, & in die tribulationis recesserunt, vt *Ecclesiastic. sext.* b. dicitur de falso amico. Ideo dicitur *supra non.* b. Vnusquisq; a proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam.
p Et ciuitatē hanc comburet igni, &c.] Diabolus incendiarius est. Comburet enim igne auaritiæ. De quo *Iob. decimo sext.* d Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Item ignis luxuriæ, qui est ignis vsque ad consumptionem deuorans. *Iob.* 31. Item ignis superbiæ, qui est ignis qui nunquam dicit, sufficit, quià semper ambit honores. Item igne gehennæ inextinguibili, *Isa.* vlt. g. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur per vxores, carnales concupiscentiæ, significantur; per filios, mala opera; per Chaldæos dæmones.

EXPOSITIO

EXPOSITIO CAP. XXXIX.

ET factum est,&c.] A principio lib. 11 vsque huc, multis verbis,& figuris ostendit Ieremias populi Iudaici captiuitaté, & ciuitatis subuersioné futuram, nunc tandem quasi factam describit, vt nó tá eam futuram pronunciet, sed magis factam demóst. Diuiditur autê hoc capit. in quatuor par es. Primo tépus obsidionis ciuitatis, & tempus captionis eiusdem ostendit. Secundò fugam Sedechiæ, & Principum eius cum eo, eorumq; comprehensioné, & exoculationem, totiusque ciuitatis succensioné ostédit, *ibi*: Cumque vidisset; Tertiò, ostendit bene secum actum esse à Chaldæis iussu Nabuchodonosor, quoniam commendauerat eum Godoliæ, quem constituit Nabuchodonosor præfectum reliquis Iudæorum in terra Iuda, *ibi*: & reliquias populi quæ: Quartò ostendit quod iam factum ante ciuitatis subuersionem, scilicet, quomodo sermo Domini factus fuit ad eum, adhuc in vestibulo carceris existentem, in consolationem Abdemelech Eunuchi, quem solum liberandum,& saluandum ostendit, *ibi*: Ad Ieremiam autem. Dicit ergo.

Inf. 58. a.

4. Reg. 25. a.

CAP. XXXIX.

ET factum *a* est vt caperetur Ierusalem: Anno nono Sedechiæ Regis Iuda mense decimo, venit Nabuchodonosor Rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem,& obsidebant eam. *b* Vndecimo autem anno Sedechiæ *c* mense quarto, quinta die mensis *d* aperta est ciuitas, & ingressi sunt omnes Principes Regis babylonis, & *e* sederunt in porta media Neregel, Sereser, Semegar, Nabusarsathim, Rapsaces, Neregel, Sereser, Rebmag, & omnes reliqui Principes Regis Babylonis. *f* Cumq; vidisset eos Sedechias Rex Iuda, & omnes viri bellatores, *g* fugerunt,& egressi sunt nocte de ciuitate *h* viam horti Regis,& per *i* portam quæ erat inter duos muros, & *k* egressi sunt ad viam deserti. *l* Persecutus est anté eos exercitus Chaldæorum,& *m* comprehenderunt Sedechiam in cápo solitudinis Ierichontinæ & *n* captum adduxerút ad Nabuchodonosor Regem Babylonis in Reblata quæ est in terra Emath, & *o* locutus est ad eum iudicia. Et *p* occidit Rex Babylonis filios Sedechiæ in Reblata in oculis eius,

a Et factum est,&c.] decimâ die mensis, vt dicitur 4. *Reg.* 25. a. Vnde ostendit hic quando facta fuit hæc captiuitas, & quomodo.

b Vndecimo autem anno Sedechiæ,] id est, regni eius.

c Mense quarto quinta die mensis aperta est ciuitas.] Imò vt habetur 4. *Reg. vigesim. quint.* c Quinto mense, & septima die. Solutio. Quarta mense & quinta die mensis capta fuit ciuitas, sed quinto mense, & septimo die mensis fuit euersa, quando nuncij redierunt de Reblatha à Nabuchodonosor, Vel fortè, quarto mense, & quinta die capta fuit aliqua munitio contra ciuitatem, & postea quinto mense ciuitas. Vnde dicitur ciuitas aperta, id est, munitio capta, quæ impediebat intrare Chaldæos in ciuitatem. Ideo autem tunc liberè fuit aperta, quia iam defecerant omnino victualia in ciuitate, vt mulieres comederent paruulos suos ad mensuram palmæ, vt dicitur *Thren.* 2. g.

e Et sederunt in porta media] id est in porta medij muri. Ciuitas cincta erat duobus muris,& murus secundus dicebatur medius, quia erat inter extremum murum, domum Regis.

f Cumque vidisset eos Sedechias Rex,&c.] iam ingressos.

g Fugerunt, id est, fugere inceperunt.

h Per viam horti Regis,] id est, quæ ducit ad hortum.

i Et per portam, quæ erat inter duos muros.] Tota ciuitas clausa erat vndique duobus muris, præterquam in parte illa vbi erat hortus Regis. Vnde porta, quæ ibi erat, dicebatur esse inter duos muros. Alij dicunt, quod domus Regis,& Templum vno muro cingebantur; & alia pars ciuitatis, in qua habitabant homines nobiles alio muro, & inter hos duos muros erat porta quædam, per quam erat via ad hortum Regis. Melius credo primæ solutioni, quæ ponit duos muros, quibus tota ciuitas cingebatur. Per portam, id est, per foramen portæ quod in ipsa fecerant nocte ne fugientes perciperentur à Chaldæis.

k Et egressi sunt ad viam deserti,] id est, quæ ducit ad desertum.

l Persecutus est, &c. & comprehenderunt Sedechiam, &c.] Multi de Principibus cum eo capti fuerunt, & quidam euaserunt.

n Et captum adduxerunt, &c. quæ est in terra Emath] hæc est Antiochia.

o Et locutus est ad eum iudicia,] id est, ostendit ei quod iustè esset occidendus, vel fecit eum iudicari à Principibus suis.

h Domum

Mysticè. Mysticè. *d* Aperta est ciuitas] Ciuitas est homo. Ciues sunt virtutes, quarum debet esse vna imperandi obediendique concordia, vnde *Prouerb.* 18. d. Frater, qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma. Sed quando vna inuadit fines alterius, tunc fit discordia,& contentio inter discipulos Domini. *Luc.* 22. c. & ideo diuisio, & destructio ciuitatis, quia omne Regnum in se diuisum desolabitur. *Matt.* 12. Iustitia enim aliquando intrat fines misericordiæ, nimis austeré volens omnia iudicare, & agere. Sed dicitur *Eccles.* 7. c. Noli esse nimis iustus. Aliquando misericordia intrat fines iustitiæ, nimis remissè volens omnia agere. *Prou.* 18. b. Qui mollis,& dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipanos Portæ ciuitatis sunt quinque sensus quibus apertis intrat Diabolus *sup.* 9. f. Mors intrat per fenestras. *Nahum.* 2. b. Portæ fluuiorum apertæ sunt,& Templum ad solum dirutum est. Sed dicitur *Ioan.* 20. e. Iesus intrauit ianuis clausis, sed Principes Diaboli intrant potius apertis. *e* Et sederunt in porta media.] Prima porta est quinque sensuum, secunda, sensualitatis, tertia, rationis, quando hæc est capta, capta est ciuitas.

m Et comprehenderunt, &c.] Iste quia egressus est ciuitatem, ideo captus est. Sicut & filij Beniamin, *Iudic. vigesim.* eadem ratione capti sunt. Similiter Semei qui egressus est de Ierusalem, occisus fuit. 3. *Reg. secund.* g. Et Dina egressa, corrupta est. *Genes. trigesim. tert.* Egressus autem fuit.

h Per viam horti Regis] hortus Regis sunt diuitiæ regales, via est ambitio dignitatis.

p Et occidit Rex Babylonis filios Sedechiæ, &c.] Sedechias interpretatur iustitia Domini, & significat aduersitatem temporalem, quam nobis Dominus iustè infligit. Filij Sedechiæ sunt bona, quæ in bonis operatur aduersitas temporalis, quæ sunt decem. Primò enim examinat. Vnde *Eccl. vigesim. septim* a. Vasa figuli probat fornax. *Greg.* Quod lima ferro, & fornax auro, quod flagellum grano, hoc tribulatio viro iusto. Secundò, purgat. *Isaia quart.* b. Si abluerit Dominus fordem filiarum, &c. *August.* Iusto Dei iudicio datur sæpè potestas peccatoribus, qua sanctos ipsius persequuntur, vt qui spiritu Dei aguntur, & iuuantur, fiant per laborum exercitia clariores. Tertiò, fœcundat *Ps.* 134. Fulgura in pluuiam fecit. *Ioan.* 14. a. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum, vt fructum plus afferat. Quartò, defendit. *Exod.* 14. e. Erat aqua quasi murus à dextera eorum, & læua. *Psalm.* 59. Da nobis auxilium de tribulatione. Quintò erudit. *Isaia* 28. c. Vexatio intellectum dabit auditui. *Prouerb.* 22. c. Stultitia colligata est, &c. *Thren.* 1. e. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. Sextò, humiliat. *Iob.* 6. a. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. 2. *Corinth.* 12. b. Ne magnitudo reuelationum, &c. Septimò. conuertit. *Isaia vigesim. sext.* c. Domine in angustia requisierunt te. *Psalm.* 82. Imple facies eorum ignominia. Octauò, conuersos ire accelerat. *Psalm.* 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. *Osea sext.* a. In tribulatione sua manè consurgent ad me. Nonò, spiritum roborat. 2. *Corinth.* 12. c. Cum infirmior tunc potens sum. Vltimò, coronat. *Iac. prim.* b. Beatus vir qui suffert tentationem *Augustin* in libro Prosperi: Quantumcunque tumeant tumeant impij, melior est etiam in hoc tempore causa iustorum, qui quantò ampliùs impetuntur tantò gloriosius coronantur. Hos omnes filios Sedechiæ occidit Nabuchodonosor, id est, Diabolus in Reblata, quod interpretatur multa hic, id est, in temporali abundantia. Vnde 4. *Reg.* 11. a. Athalia occidit omnes Azariæ filios. Athalia interpretatur declinatio. Abundantia enim temporalis facit à Deo declinare. Azaria interpretatur auxilium Domini. Hæc est aduersitas temporalis, quæ in ocultis iuuat Dominum ad nostram iustificationem.

Aduersitas temporalis in nobis operantur decem.

A c Domum quoque Regis & domum vulgi, id est, domos succenderunt Chaldæi igni. Non enim tam citò capta fuit ciuitas, sed quinto mense, quando nuncij redierunt de Reblatha, scilicet, septima die mensis quinti, vt dicitur 4. *Reg.* 25. c.

⊖ Vnde *Isa.* 36. b. Indignatio mea auxiliata est mihi. *Osea* 6. c. Ephraim educet ad interfectionē filios suos. *Ps.* 109. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas, conquassabit capita in terra multorum, id est, in multiplicatione terrenorum. *Ezech.* 27. c. Repleta es, & glorificata nimis in corde maris, & ventus Auster contriuit te. Cor maris est abūdantia aduersitatis, quæ replet diuinis spiritualibus, sed ventus Auster, id est prosperitas temporalis totum cōterit, & exufflat. Ideo dicit *Gregor.* Cum omnis fortitudo timenda sit, magis tamen prospera quā aduersa.

& *a* omnes nobiles Iuda occidit Rex Babylonis. *b* Oculos quoq; Sedechiæ eruit, & vincit eum compedibus vt duceretur in Babylonem. *c* Domum quoq; Regis, & domum vulgi *d* succenderunt Chaldæi igni, & *e* murum Ierusalem subuerterunt. Et reliquias populi quæ remanserant in ciuitate, & profugos qui transfugerant ad eum, & *f* superfluos vulgi qui remanserant, transtulit Nabuzardan, Magister militum in Babylonem, & *g* de plebe pauperum qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan Magister militum in terra Iuda, & dedit eis vineas, & cisternas in die illa. *h* Præceperat autem Nabuchodonosor Rex Babylonis de Ieremia, Nabuxardan Magistro militiæ, dicens. *i* Tolle illum, & pone super eum oculos tuos,

a Et omnes nobiles Iuda occidit.] Nobiles Iuda sunt qui magnitudinem peccatorum suorum quibusdam verbis, vel honestis circumstantiis in confessione palliant, & decollant, quia talis palliatio est interfectio. *Eccl.* 4. c. Pro anima tua non confundaris dicere verum. *Psalm.* 16. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet *Isa. quadrages. septim.* a. Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura.

b Oculos quoque Sedechiæ eruit, &c.] Hic est progressus in peccatis. Primò enim obcæcatur vt amittat iudicium rationis; secundò, libratur affectus ad malum, vt bona malè sapiant, & mala benè, quod facit corruptio palati cordis; tertiò ipsum corpus in peccati voraginem præcipitatur agendo. Idem etiam dicitur de Samsone. *Iudicior. decim. sext.* e. Quem cum apprehendissent Philisthiim: statim eruerunt oculos, deinde vinxerunt catenis, & post molere fecerunt. Idem iustitiarius facit, qui latroni iam iudicato ad suspendium, primò velat oculos, secundò ligat manus ad tergum; tertiò leuat ad patibulum. Sic primò Diabolus aufert iudicium rationis; secundo impedit affectum operationis; tertiò præcipitat in peccata.

e Et murum Ierusalem subuerterunt.] *Greg.* in Pastorali. Muri Ierusalem sunt virtutes animæ ad desiderium supernæ pacis erectæ. De harum subuersione *Iob.* 31. b. Omnia eradicans, &c.

c Domum quoque Regis, &c.] id est, mentes Prælatorum, & subditorum.

c Succenderunt Chaldæi igni] luxuriæ. Hoc peccato omnes ferè corrumpuntur, 1. *Ioan.* 4. d. Totus mundus in maligno positus est, id est, in malo igne. Dicitur autem luxuria ignis, quia inflammat in amorem malum *Isaia* 50. d. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis vobis. Dicitur autem luxuria fumus, quia excæcat rationem. Dicitur etiam Sulphur, quia fœtet, & inquinat corpus, 1. *Cor.* 6. d. Qui fornicatur, in corpus suum peccat. Vnde *Apoc.* 6. d. Ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominum, de igne, & de fumo, & sulphure, quæ procedebant ex ore ipsorum.

f Et superfluos vulgi, &c.] scilicet qui non poterant pugnare, nec aliquam artem exercere.

g Et de plebe pauperum qui nihil penitus habebant] Tales enim non potest captiuare Nabuzardan, id est, Princeps cocorum, sc. venter vel gula, quæ diuites, & nobiles omnes ferè captiuat in Babylone. Pauperes enim non habent vnde præparent delicias. *Sen.* Impone concupiscentiæ tuæ frænum, quæ occultâ voluptate animum trahunt, reiice, ede citra auiditatem, bibe citra ebrietatem, nec præsentibus deliciis inhæreas, nec absentes cupias. Victus tibi ex re facili sit. Fames excitet palatum tuum, non sapores. Paruo fames constat, magno fastidium, nec in rebus vitium est, sed in animo. Nihil adeo sanitatem impedit quā remediorum crebra mutatio. Fastidientis stomachi est multa degustare, quæ vbi nimia sunt, inquinant, non alunt. Item venter præcepta non audit, poscit, appellat, non est ram molestus creditor, paruo dimittitur si modo das illi quod debes, non quid potes. Quidam Eremita dixit carni suæ, occidisti me, & ego occidam te. Quomodo autem Diabolus diuites, & nobiles ducat in Babylonem captiuos, id est, in confusionē, pauperes autem & ignobiles dimittat, habetur exemplum 1. *Mach.* 2. b. dixerunt nuncij Regis Antiochi ad Matathiam. Princeps & clarissimus, & magnus es in ciuitate hac, & ornat' filiis & fratribus; ergo accede, prior, & fac iussum Regis. Ideo dicitur *Iacob. quint.* a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris quæ venient vobis. De pauperibus autem dicitur *Iacob. secund.* a. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites, in fide, & hæredes regni? Isti relinquentur in terra Iuda, id est, veræ confessionis, quia peccata sua, & laudes confitentur Deo. His dantur vineæ, quia de peccatis suis compunguntur, & in ipsa compunctione delectantur. Vinum enim non solum pungitiuum, sed & dulce est. Dantur eis cisternæ, id est, gratia lacrymarum quā peccata sua deflent, & pro incolatu huius miseriæ, & dilatione patriæ incessanter gemunt. Ideo dicitur *Ecclesiastic. vndecim.* b. Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum in bono.

nihilque ei mali facias, sed vt voluerit sic facias ei, Misit ergo Nabuzardan Princeps militiæ, & Nabu, & Sesba, & Rapsaces, & Neregel, & Sereser, & Rebmag & omnes optimates Regis Babylonis miserunt & tulerunt Ieremiam de vestibulo carceris, & *k* tradiderunt eum Godoliæ filio Aicham filij Saphan vt *l* intraret in domum, & habitaret in populo. Ad *m* Ieremiam autem factus fuerat sermo Domini cum clausus esset in vestibulo carceris, dicens. *n* Vade, & dic Abdemelech Æthiopi, dicens. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël. *o* Ecce ego induam sermones meos super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, & erūt in *p* cōspectu tuo in die illa, *q* liberabo te in die illa, ait Dn̄s,

h Præceperat autem Nabochodonosor Rex Babylonis de Ieremia Nabuzardan, &c.] Sciebat enim quòd dederat consilium Iudæis quod redderent ciuitatem.

i Tolle illum & pone super eum oculos tuos, &c.] Ecce quomodo omnes viæ Domini rectæ, & iustæ sunt, quia reddit vnicuique iuxta opera sua, id est, Iudæis superbis & contemnentibus, dignas pœnas, sed mansuetis & obedientibus præmia, vt Ieremiæ. Sicut & Ægyptios in mari submersit, & Israelitas instos liberauit. *Exod. decim. quart.* g. Sic & ministri Nabuchodonosor in fornace combusti sunt, vbi innocentes pueri illæsi inuenti sunt, *Dan. tert.* e. Vnde *Sapient. sext.* d. Creatura enim tibi factori deseruiens excandescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt.

k Et tradiderunt eum Godoliæ] qui Iudæus erat, quem præposuerat Nabuchodonosor Iudæis remanentibus in Iudæa. *l* Vt intraret in domum] suam.

m Ad Ieremiam autem factus fuerat sermo Domini, &c.] scilicet, antequam captiuitas inciperet, & antequam vrbs caperetur.

n Vnde & dic, &c.] Quomodo iuit cum clausus esset. Solut. Per nuncium.

o Ecce ego inducam sermones meos, &c.] id est, rem sermonum implebo.

p Et erunt in conspectu tuo in die illa,] id est tu videbis.

q Et liberabo te in die illa] Ecce quod nullum bonum irremuneratum est, quia enim iste liberauit Ieremiam, à Domino liberatus est, vt sit in plena libertate, aliis in captiuitatem tractis. Sic qui animam alterius è peccati morte liberat, multoties à peccato suo liberatur. Vnde *sup.* 15. d. Si conuerteris conuertam te.

a Et non

a Et non traderis,]&c. id est, Chaldæorum. b Sed erit tibi anima tua in salutem,&c. *Eccl.*2.b. Crede Deo,& recuperabit te,& dirige viam tuam,& spera in illum, *Ibidem.* Et scitote, quia nullus sperauit in Domino, & confusus est.

p Et factus est vobis. &c.) id est, per nos impletum est quod tibi reuelatum est. q Nunc ergo scilicet, quia non es de numero peccantium Domino, sed magis ei obedisti, & peccantes correxisti. r solui, &c.) de vestibulo carceris. s Quæ sunt, &c.] i. quæ erant. Sic Ecce sæpè apertè mali liberant eos, quos illi qui religiosi sibi videntur, grauiter affligunt. t Si placeat tibi, vt venias mecum in Babylonem.

a & nō traderis in manus virorū quos tu formidas, sed eruens liberabo te, & gladio non cades, sed b erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

C A P. XL.

c SErmo qui d factus est ad Ieremiam à Dño e postquam f dimissus est g à Nabuzardan Magistro militiæ de Rama, quandu tulit eum vinctum catenis in medio omniū qui h migrabant de Ierusalem, & Iuda, & ducebātur in Babylonem. i Tollens ergo Princeps militiæ Ieremiam dixit ad eum: Dñs k Deus tuus locutus est l malū hoc super locum istum, & m adduxit & fecit Dñs, sicut locutus est, quia n peccastis o Domino, & non audistis vocē eius & p factus est vobis sermo hic. Nunc q ergo r ecce solui te hodie de catenis s quæ sunt in manibus tuis. Si t placet tibi, vt venias mecum in Babylonem, u veni, & ponam oculos meos super te. Si autem displicet tibi venire mecum in Babylonem reside. x Ecce omnis terra in cōspectu tuo est: Quod y elegeris & quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge, & z mecū noli venire, sed habita apud Godoliam filium Aicham filij Saphan, quē præposuit Rex Babylonis ciuitatibus Iudæ. Habita ergo cum eo in medio populi, vel quocūque placuerit tibi, z vadas, vade. a Dedit quoq; ei Magister militiæ cibaria & munuscula diuisit eum. Venit autem Ieremias ad Godoliam filiū Aicham in Masphat, & habitauit cum eo in b medio populi qui relictus

EXPOSITIO CAP. XL.

SErmo qui factus est] Descripta vrbis vastatione Regisque captiuatione prosequitur diffusius quid de se & contra se actum fuerit à Chaldæis & de
A reliquiis similiter quæ in Ierusalem remanserunt. Hoc cap. diuiditur in quatuor partes. Primò dicit sibi fuisse reuelatum antequā esset impletū, quid acturus esset Princeps militię Chaldęorū. Secundò, id quod circa se egerit ostendit, quod, s. eum de catenis soluerit & vestibulo carceris eduxerit, & optionē dederit, vel eundi secum in Babylonē vel remanendi in Iudæa sub procuratione Godoliæ, *ibi:* Tollens ergo Princeps; Tertiò, ostendit quod omnes Iudæi, qui dispersi erant latētes in diuersis locis, venerūt ad Godoliam, & confœderati sunt, & cum eo in abundantia multa viuentes, *ibi* : Cumque audissent ; Quartò, ostendit quomodo aliqui de Principibus prænunciauerunt Godoliæ, quod Ismael vellet eum occidere, quibus non credens occisus est ab Ismaele. *ibi* : Ioannam autem. Dicit ergo. c Sermo] id est, res digna sermone, quæ reuelata est Ieremiæ. Hæc inquam res sermone digna. d Qui factus est} id est, impleta. Postquam dimissus, &c. tunc factum, quia tunc perfectum apparuit. Vel sic construe: Hic est. c Sermo, &c.] id est, res sermonis facti. Quando tulit eum, &c. vsque *ibi* : & deducebantur : Et post repete. e Postquam] id est, quo impleto. f Dimissus est, à Nabuzardan, &c. de Rama] vsque enim ad illum locum iuit Ieremias cum eo.

Moraliter. Moraliter. e Postquam dimissus est] Ieremias. A Nabuzardan] i. Principe cocorum, tunc factus est ei sermo à Domino, & in Rama quod interpretatur Excelsum. *Os.* 2.c. Et ducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius. Vt *Dan.*9. post longa ieiunia data est gratia visionum. h Qui migrabant, &c.] Malum est transmigrare de Ierusalem in Babylonem, siue in Iericho, id est, de gratia in peccatum, vel de mundo in Infernum. *Thr.*1. a. Migrauit Iuda propter afflictionem & multitudinem seruitutis, &c. i Tollens ergo Prin.] de medio captiuorum. Et hic est sermo quem dixit ad se factum, id est, res digna sermone, sc. quod tolleretur, nec ire in Babylonem cogeretur, qui sermo factus fuit, id est, completus postquam dimissus est, &c. Intantum enim eum honorauit Nabuchodonosor, eo quod esset Prophetā Domini, quid ergo debent facere credentes Christiani? *Matth.*10. d. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, i. quia Propheta est, mercedem prophete accipiet. k Dominus, &c.] Ecce quod gentilis non sibi sed Deo attribuit victoriam.

l Malum hoc. &c.] id est, hanc destructionem m Et adduxit, &c.] *Amos* 3. b. Si est malum in ciuitate quod Dominus non faciat. *Isa.*45. a. Ego Dominus & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem & creans malum. Vel, super locum istum, id est, super Ecclesiam adducit Dominus malum. *Ezech.*9. b. Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite, non parcat oculus vester neque misereamini. Senem, adolescentulum. & virginem, paruulum, & mulieres interficite vsque ad internecionem, & à Sanctuario meo incipite.

n Quia peccastis] hoc dicit non propter Ieremiam, sed propter alios qui cum eo erant. o Dño.] *Ezech.* 9. d. Iniquitas domus Israel, & Iuda magna est nimis valde.

Moral. Hæc est admonitio Principis cocorum, sed vir sanctus non acquiescit. *Iob.*39. a. Quis dimisit Onagrum liberum & vincula eius quis soluit? Cui dedi in solitudine domum & tabernaculum eius in terra salsuginis? Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit. *Moraliter. Gen.*13. b. B

u Veni & ponā &c.] i. diligenter te custodiam.

x Ecce omnis terra, &c.] Voluit Ieremias in Iudæa remanere, vt doceret reliquias ibi remanētes: sciebat enim quòd in Babylonia erant Prophetæ, vt Ezechiel, & Daniel qui possent docere captiuos. y Quod elegeris, &c.] Simile dixit Abraham ad Loth. *Gen.*13. b. Ecce vniuersa terra coram te est, recede à me obsecro. Hoc est quod hic dicitur.

z Et mecum noli venire, sed habita apud Godoliam] qui Erat Iudæus nepos Saphan Scribæ, qui consilio Ieremiæ tradidit se Nabuchodonosor. Et ideo consilio Ieremiæ præfecit eum Nabuchodonosor reliquiis Iudæorum, & terræ. Godolias interpretatur magnificans Dominum, & significat cœtum iustorum, qui semper magnificat Dominū, i. laudando, benè viuendo, ad eius laudes alios inuitando. Cum talibus est habitandum. *Eccl.*6. d. In multitudine Presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ eorum ex corde coniungere, *Sen.* Recede in teipsum quantum potes, cum his conuersare qui te meliorem facturi sunt illos admitte quos tu potes facere meliores. *Aug.* multos seruauit innocentes ignorantia, peccatorum, multos traxit in vitium recitatio vitiorum: Vt enim dixit quidam Sanctus, qualis vnusquisque est, talium consortio delectatur. Aicham interpretatur deuorator calliditatis. Saphan interpretatur speculum gratiæ. Qui ergo magnificant Dominum, vt dictum est, & deuorant calliditatem prædicando & docendo, & sunt speculum gratiæ, bene viuendo & religiosè conuersando tales debent præfici. *Isa.*49 b. Dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. *Exod.*18. e. Prouide de omni plebe viros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis Tribunos, & Centuriones.

a Dedit quoque ei magister militiæ, &c.} &c.] Ecce quod corui pascunt eliam, 3. *Reg.* 17. a. Et est argumentum, quod necessaria à malis possumus, recipere, non tamen de rapina, vel de furto. Si enim corui Eliæ attulissent carnes porcinas, non credo quod eas comedisset, nisi aliter esset ei reuelatum. In his ergo apparet magna Dei misericordia, quia per ipsos hostes per quos inobediens puniuit, obedientes liberauit. Et reliquiis remanentibus Præfectum constituit in Masphat, quod interpretatur cōtemplās tempus, vel speculator peccati, quia Prælati & Prædicatores debent habitare in speculo contemplationis, & speculari mala quæ fiunt tempore. Vnde *Ezech.*3. d. Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. *Isa.* 21. b. Pone mensam contemplare in specula comedentes, & bibentes. Et post subditur : Super speculam Domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus. *Gregorius*, Sit præ cunctis contemplatione suspensus. *Iob. sup.* c. Elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. b In medio

puli,&c.] *Eccl.32. a.* Rectorem te posuerunt noli extolli, esto in illis,i.inter illos quasi vnus ex ipsis. *a* Cumque audissent,&c.venerunt ad Godoliam in Masphat.] Ecce vtilitas boni pastoris, qui ad eum congregantur oues quæ dispersæ erant vt dicitur *Ioan.10. a.* Qui intrat per ostium in ouile ouium, i. in Prælationem, huic ostiarius, i. Christus aperit,& oues vocem eius audiunt, & cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur.

C

b Et iurauit eis Godolias, &c.] hoc quod sequitur, sc. quòd benè esset eis si seruirẽt Nabuchodonosor *c* Habitate in terra, &c. & benè erit vobis.] Sic boni subditi necesse habent etiam malis dominis obedire, vbi non est peccatum I. *Petr. 2. c.* Serui subditi estote dominis vestris in omni timore,non tantum bonis & modestis, sed etiã discolis, hæc enim est gratia. *Heb.vlt. c.* Obedite Præpositis vestris & subiacete eis,ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri.

4. Reg. 25. f

Mysticè. Mysticè. *d* Et benè erit vobis,] sc. in præsenti si seruieritis Regi confusionis, & in terra habitaueritis,sed certe malè in futuro, iuxta illud *Apo.8. d.* Væ væ væ habitantibus in terra. *Luc.6.d.* Væ vobis diuitibus, &c. *Ps.72.* Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias, &c. *suprà 9. a.* Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt. *Isa.17. d.* Manè semen tuum florebit, ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit grauiter.

D

fuerat in terra. Cumque *a* audissent omnes Principes exercitus qui dispersi fuerant per regiones,ipsi & socij eorum,quòd præfecisset Rex Babylonis Godoliam filium Aicham, terræ,& quòd commendasset ei viros & mulieres & paruulos,& de pauperibus terræ, qui non fuerant translati in Babylonem, *a* venerunt ad Godoliam in Masphat, & Ismael filius Nathaniæ,& Iohannam & Ionathan, filij Chareę,& Saraias filius Tenoemeth & filij Offi qui erant de Nethophati,& Iezonias filius Maachati ipsi & viri eorum.Et *b* iurauit eis Godolias filius Aicham filij Saphan & comitibus eorum, dicens: Nolite timere seruire Chaldæis, *c* habitate in terra & & seruite Regi Babylonis, benè *d* erit vobis. Ecce ego habito in Masphat vt respondeam præcepto Chaldæorum qui mittuntur ad nos. *e* Vos autem colligite vindemiam & messem & oleum,& condite in vasis vestris & manete in vrbibus vestris quas tenetis. Sed & *f* omnes Iudæi qui erant in Moab, & in finibus Ammon,& in Idumæa,& in vniuersis regionibus, *g* audito quod dedisset Rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præposuisset super eos Godoliã filium Aicham filij Saphan,reuersi sunt inquam omnes Iudæi de vniuersis locis ad quæ profugerant, & venerunt in terra Iuda ad Godoliam in Masphat & collegerunt vinum & messem multam nimis. Iohannam autem filius Chareæ, & omnes Principes exercitus qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphat & dixerunt ei: *h* Scito quod Baalis Rex filiorum Ammon misit Ismaël filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Aicham. Iohannã autẽ filius Chareæ dixit ad Godoliam seorsum in Masphat loquẽs: *i* Ibo & percutiã Ismael filium Nathaniæ nullo sciẽte,ne interficiat animam tuã,& *k* dissipentur omnes Iudæi qui congregati sunt ad te, & peribũt reliquiæ Iuda. Et ait Godolias filius Aicham ad Iohannam filium Chareæ.Nolite facere verbum hoc: Falsum enim tu loqueris de Ismael.

CAP. XLI.

ET factum *l* est in mense septimo, *m* venit Ismael filius Nathaniæ filij Maasiæ filij Elisama de semine Regali & optimas Regis, & *n* decem viri cũ eo ad Godoliam filiũ Aichã in Masphat,& comederunt ibi panes simul in Masphat. *o* Surrexit autem Ismael filius Na-

e Vos autem colligite, &c. condite,] id est,recondite,] in vasis,&c. *f* Sed & omnes Iudæi qui erant in Moab,&c.] ad quæ profugerant. *g* Audito quòd dedisset Rex Babylonis &c.] id est, quod aliquos dimisisset in Iudæa.

Mysticè. Mysticè. Per vinum, doctrina spiritualis, vel compunctio cordis significatur. Per messem fructus bonorum operum. Per oleum, nitor bonæ conscientiæ. Hæc debent recondi in vasis siue in lampadibus, vt dicitur *Matth.25. a.* *h* Scito quod Baalis, &c.] Ismael propter schisma fugerat ad Ammonitas, qui videns quod Nabuchodonosor præfecisset Godoliam qui non erat de stirpe Regia, voluit eũ interficere, vt sic regnaret super reliquias, quia de stirpe Regia erat, vt dicunt. Alij dicunt, quod militauerat sub Nabuchodosor, & diu seruierat ei, & ideo indignatus est, quia non sibi & alijs traditæ sunt reliquiæ.

Mysticè. Mysticè. Baalis interpretatur deuorans virum, & significat Diabolum, qui deuorat viros, qui est Rex filiorum Ammon, id est,omnium superborum qui turbant se & alios. *Iob. 41. d.* Ipse est Rex super omnes filios superbiæ, Ismael interpretatur vir auditus; Hic est adulator, qui ab omnibus ferè libenter auditur. Hunc mittit Diabolus vt interficiat virum iustum, s. Godoliam,id est, iustum magnificantem Deum laudando, benè viuendo,alios ad Deũ conuertendo. *Aug.* in lib. Prosperi. Adulantium linguæ alligant animas in peccatis. Delectat.n.ea facere in quibus non solùm non metuitur reprehensor, sed etiam auditur laudator. *Greg.* Lauda parce,vitupera parcius. Semper enim reprehensibilis est nimia laudatio,culpabilis immoderata vituperatio, illa quidem adulatione, ista malignitate suspecta est. *Idem.* Non acerba, sed blanda verba timebis,si continens es, adulationes deuita sitque tibi tã triste laudari a turpibus quã laudari ob turpia. *i* Ibo,& percutiã &c.] nullo sciente, &c.] Illud fit quando facies tristis ostẽditur adulatori. *Prou.25. d.* Vẽtus Aquilo dissipat pluuias & facies tristis linguam detrahentẽ. *k* Et dissipentur omnes Iudęi,&c.] Vnde *Matth.26 c.* Percutiam pastorem & dispergentur oues gregis. *Zach. 13. g.*

EXPOSITIO CAP. XLI.

A

ET factum est.] Priùs dictum est quomodo nũciata est Godoliæ infidelitas & proditio Ismaelis, quam tamen credere noluit, & ideo interfectus fuit ab eo: Vnde de morte Godolię hic agitur. Et diuiditur hoc cap. in tres partes. Primò ostenditur infidelitas Ismaelis in occisione Godoliæ. Secũdò, eius proditio in virorum occisione, munera in domo Domini offerentium *ibi*: Secundò autem die. Tertiò, fidelitas & strenuitas Iohannam filij Chareæ in persecutione Ismaelis & liberatione populi ab eo captiuati, *ibi*: Audiuit au tẽ. Dicit ergo. *l* Et factum est in mense septimo, &c.] ab Aprili qui est primus apud Iudæos, vt dicitur *Exod. decimo secundo 2.*

m Venit Ismael,&c. de semine Regali.] Ismael significat Diabolum, qui dicitur de regio semine propter dignitatem creationis eius. *Ezech.28. c.* Tu signaculum similitudinis, &c. *7. dist. c. Iciunium.*

n Et decem, &c.] & ita vndecim sunt, qui numerus significat transgressionem Decalogi. Vnde *sup.39. a.* dicitur quod vndecimo anno Sedechiæ aperta est ciuitas & capta.

o Surrexit,&c.] Godolias qui interpretatur magnificans Deum, est vir iustus,qui vita & doctrina magnificat Deũ *Psalm.33.* Magnificate Dominum mecũ. *Luc.1. e.* Magnificat anima mea Dominum. Masphat interpretatur speculatio peccati Godolias ergo est in Masphat, quando vir iustus peccata sua considerat. Vbi comedit cum in peccato considerato delectatur, & tunc ab Ismaele interficitur, id est, à Diabolo. Interpretatur enim Ismael, vir auditus, quia cum Diabolus suggerit suauia, libenter auditur *2. Reg.3. c.* Asael dum insequitur Abner, auersa hasta in inguine vulneratus est Asael interpretatur sustollens Domino. Hic est vir iustus, qui sursum se Deo sollit. Abner interpretatur lucerna patris, sic peccatum est lucerna Diaboli Asael ergo insequitur & persequitur Abner, dum iustus peccata sua recogitat & delectatur. *Nahum. 3. c.* Intra lutum & calca, subigens tene laterem, ibi comedet te ignis. In lutum intrat & calcat, qui peccati vilitatem considerando explorat, sed quandoque dum hoc facit delectatio peccati allicit & exurit. Per septimum mensem significatur vitæ perfectio, in qua venit Ismael,

thaniæ, & decem viri qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam filium Aicham filij Siphan gladio, & interfecerunt eum quē præfecerat Rex Babylonis terræ. Omnes quoque Iudæos qui erant cum Godolia in Masphat, & Chaldæos qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismael. *a* Secundo autem die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente *b* venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria *c* octoginta viri rasi † barbam, & scissis vestibus, & squalentes, & munera & thus habebant in manu vt offerrent in domo Domini. Egressus ergo Ismael filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphat incidēs & plorans ibat. Cùm autem occurrisset eis, dixit eos: Venite ad Godoliam filium Aicham, Qui cum venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos Ismael filius Nathaniæ circa medium laici, ipse & viri qui erant cum eo. Decem autem viri reperti sunt inter eos qui dixerunt ad Ismael: *d* Noli occidere nos, quia habemus thesaurum in agro frumenti, & hordæi, & olei, & mellis. Et cessauit, & non interfecit eos cum fratribus suis. Lacus autem in quem proiecerat Ismael omnia cadauera virorum quos percussit propter Godoliam, ipse *e* est quem fecit Rex Asa *f* propter Baasa Regem Israel. Ipsum repleuit Ismael filius Nathaniæ occisis. Et *g* captiuas duxit Ismael omnes

al. † barba.

Tribus modis insidiatur Diabolus. Ismael, id est, Diabolus, quia tunc sæpè insidiatur. Tribus enim modis insidiatur Diabolus, vt dicitur *Gregor.* Aliquando enim insidiatur in principio, vt intentionem corrumpat, sic totum quod sequitur polluatur. *Luc.* 11. c. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit; si autem nequam fuerit, etiam corpus tuū tenebrosum erit. Aliquando insidiatur in medio, vt si non potest intentionem corrumpere, impediat opus inceptum. Vnde *Ps.* 141. In via hac qua ambulabam, abscōderunt superbi laqueum mihi. Aliquādo insidiatur in fine, vt si nō potest intentionē polluere, nec opus bonum impedire, vanam gloriam, vel iactantiam de bono facto latenter ingerit. Vnde *Genes.* 3. c. Ponam inimicitias inter te & mulierem, ipsa conteret caput tuum & tu insidiaberis calcaneo eius.

a Secundò autem die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente,] quia pauci erant in illa munitione, & fortè omnes occidit.

b Venerunt viri de Sichem, &c.] Sichem enim interpretatur humerus. Silo interpretatur auulsus. Samaria, interpretatur custodia. Hæc tria debet habere homo, vt sit auulsus à vitio laborans in pœnitentia, humiliter se in bono custodiens. *Prou.* 4. d. Omni custodia serua cor tuum. His insidiatur Diabolus, *Osea* 6. c. Galaad ciuitas operantium dolum supplantata sanguine, & quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem.

c Et octoginta viri rasi barbam, &c.] qui dolebant de morte Godoliæ. Hi sunt viri iusti, qui non tantum præcepta legis, sed etiam consilium Euangelij custodiunt. Per octonarium enim perfectio significatur Euangelij, propter octo beatitudines, quæ in Euangelio docentur, aut propter octauam resurrectionis, sicut per septenarium significatur vetus Testamentum propter septimum diem, & septimam septimanam, & septimum annum, quæ lex præcepit obseruari. Hi sunt ergo viri religiosi qui dicuntur rasi barba temporalium abiectionum, & scissas habere vestes per gloriæ, & pompæ mundi depositionem, & squalentes, propter carnalium voluptatum exprobrationem, & carnis macerationem. Isti in domo Domini, id est, in claustro munera bonorum operum, & thus deuotæ orationis Domino offerunt. Sed occurrit eis Ismael in Masphat, qui incedens & plorans ibat,

2 *Cor.* 11. *e.* quia Diabolus in Angelum lucis se transfigurans, viros religiosos in considerationem peccatorum suorum ad nimium mœrorem, & tristitiam perducere conatur; inuitat etiam ad Godoliam, id est, ad bonorum imitationem, & ad eorum ascendere perfectionem, & tandem in medio ciuitatis interficit eos, quia in medio deficientes, etiam communem vitam, quam dimiserant, seruare non possunt, & sic in lacum tædij, & desperationis aliquando eos præcipitat, vnde *Gen.* 34. c. dixit Esao ad Iacob. Gradiamor simul, eroque socius itineris tui. Sed respondit Iacob. Nosti Domine mi, quod paruulos habeam teneros, & boues fœtas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges mei. *Isa.* 33. b. Luxit, & elanguit terra, id est, anima pœnitens: cōfusus est Libanus & obsorbuit, & factus est Saron, sicut desertum, & concussa est Basan, & Carmelus, quia post multum fletum redditur inutilis propter indiscretionem suam. In his ergo verbis notatur fallacia Diaboli occulta, *Iob.* 41. a. Quis reuelabit faciem indumenti eius? Vel per medium ciuitatis significatur sæcularis vita, in qua Diabolus interficit. *Osea.* 11. c Ego Dominus ciuitatem non ingredior. Per lacum, cupiditas. *supra* 2. c. Foderunt sibi cisternas dissipatas. Sed de hoc lacu ducentur ad lacum gehennæ. *Isa. vigesimo quarto.* d. Visitabit Dominus super militiam cœli in excelso, & super Reges terræ qui sunt super terram & congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.

d Noli occidere nos quia habemus thesaurū in agro frumenti, &c.] Thesaurus frumēti, & hordæi, est doctrina vtriusq; Testamenti, qui si habeatur cū oleo compassionis & melle deuotionis absconditus per humilitatem Ismael, id est, Diabolus nō timetur. *Ezech.* 16. b. Similam & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis, & profecisti in regnum. In simila, sana, & pura doctrina vtriusque Testamenti significatur. In oleo, fraterna compassio. In melle deuotionis dulcedo. Qui hæc habet, Diabolum non timet. *Ezech. vigesimo septimo* d. Iuda, & terra Israel, ipsi institores tui in frumento primo, balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis. Hoc dicitur ad Tyrum, quæ significat mundum, angustiis plenum. Institores ergo Tyri de Terra Iuda, & Israel sunt Prædicatores, qui in nundinis huius mundi animas lucrari quasi, boni mercatores desiderant proponentes frumentum Catholicæ doctrinæ, balsamum bonæ famæ, oleum compassionis fraternæ, mel deuotionis, resinam pœnitentiæ. Hic est thesaurus absconditus in agro, vt dicitur *Matth. decimo tertio* f. 2. *Corinth. quarto* b. Thesaurum istum habemus in vasis fictilibus. *Matth. secundo* b. Apertis thesauris suis, obtulerunt, &c. Vel per frumentum allegoria, per hordeum literalis intelligentia; per oleum expositio anagogica; per mel moralitas, siue tropologia. Vel per frumentum Fortitudo, quæ cor hominis confirmat. Per hordeum Temperantia, quæ aspera est carni, Per oleum Prudentia, per quam nauta sibi præuidet in mari. Per mel Iustitia quæ conseruat à putredine peccati, & ex omni parte seruat, quia vnicuique reddit quod debet. Vel per frumentum, bona spiritualis operatio. Per hordeum, corporalis operatio. Per oleum nitor conscientiæ, vel claritas conuersationis. Per mel dulcedo mansuetudinis.

e Ipse est quem fecit Rex Asa.] 3. *Regum decimo quinto* c.

f Propter Baasa Regem Israel.] Cum enim Baasa Rex Israel ascendisset in Iudæam, vt ædificaret Rama, vt posset quis ingredi, vel egredi à parte Asa regis Iudæ. Hoc audiens Asa misit ad Regem Syriæ multa munera vt ipse dirumperet fœdus, quod habebat cum Baasa, & sibi ferret auxilium contra eum. Qui misit exercitum suum, & percussit magnam partem terræ illius. Quod cùm audisset Baasa, dimisit ædificare Rama. Rex autem Asa præcepit suis, vt tollerent lapides, & ligna de Rama, & fecit extrui ex eis Gabaa Beniamin, & Masphat. Et fortè præter alia ædificia, quæ fecit ædificari in Masphat, fecit fieri hunc lacum, quem Ismael impleuit occisis, vt hic dicitur. Asa interpretatur sustollens, vel factura. Baasa, venit sustollens. Sic Dominus non sursum tollit, sed Diabolus nos vult tollere, id est, auferre à Deo. Fecit ergo Dominus Infernum propter Diabolum, qui est lacus ignis, & sulphuris, vt dicitur *Apoc.* 20. c.

g Et captiuitas duxit Ismael omnes reliquias populi qui erant in Masphat:] Contra. Iam dictum est, quod omnes, qui erant in Masphat, interfecit. Solutio.

Hic dicuntur reliquiæ quæ erant in Masphat, illi, qui erant in viculis pertinentibus ad Masphat. Vel fortè hic vocat Masphat ipsam ciuitatem, supra autem, ipsum castrum vel munitionem quæ erat in ciuitate.

C

a Filias Regis,] id est, mulieres nobiles quæ erant de stirpe Regia. b Et vniuersum populum qui remanserat in Masphat, &c.] Mortuo enim prælato, per peccatū, facilè moritur populus. *Zach.* 13. e. e. Percute pastorem, & dispergentur oues.

c Et cœpit eos, &c. vt transiret ad fil. Ammon.] qui interpretatur populus murmurans. Ad hos vadit Diabol', quādo aliquos de tribulatione vel paupertate murmurare facit. *Exod.* 16. a. Murmurauit omnis populus contra Moysen & Aaron in solitudine.

d Audiuit autem Ioannam, &c. vt bellarent aduersū Ismaelem filium Nataniæ.] *Prou.* 24. b. Erue eos qui ducūtur ad mortem, &c.

e Et inuenerunt eū ad aquas multas] quia dicitur *Iob.* 40. c. Sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus.

e Quæ sunt in Gabaon] quod interpretatur vallis. Mysticè, ducit ad æternum mœrorem illos quos decipit.

f Cùmque vidisset, &c. & vniuersos principes bellatorum] non tamen poterant se defendere, quia erant inermes. g Tulit ergo Ioannam, &c. fortes viros ad prælium, &c. & abierunt, & sederunt peregrinantes in Chamaan,] idem quod Gabaon.

h Timebant enim eos, &c.] id est, Chaldæos. Hanc fugam reliquiarum in Ægyptum prohibuerat Dominus per Ieremiam, vt patet in sequenti capitulo.

reliquias populi qui erant in Masphat, a filias Regis, b & vniuersum populum qui remanserant in Masphat, quos commēdauerat Nabuzardam Princeps militiæ Godoliæ filio Aicham, Et cœpit c eos Ismael filius Nathaniæ, & abiit vt transiret ad filios Ammō. d Audiuit autē Iohannā filius Chareæ, & omnes Principes bellatorum qui erant cum eo, omne malū quòd fecerat Ismael filius Nathaniæ, & assumptis vniuersis viris, profecti sunt vt bellarent aduersū Ismaelem filiū Nathaniæ, & e inuenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in e Gabaon. Cumque f vidisset omnis popul' qui erat cum Ismael, Ioannam filium Chareæ, & vniuersos Principes bellatorum qui erant cū eo, lætati sunt. Et reuersus est omnis populus qnem cœperat Ismael in Masphat, reuersusque abiit ad Ioannam filiū Chareæ. Ismael autē filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Ioannam, & abiit ad filios. Ammon. g Tulit ergo Ioannam filius Chareæ, & omnes Principes bellatorum qui erāt cum eo, vniuersas reliqnias vulgi quas reduxerat ab Ismaele filio Nathaniæ de Masphat, postquam percussit Godoliam filium Aicham fortes viros ad prælium, & mulieres & pueros, & eunuchos, quos reduxerat de Gabaon, & abierunt & sederunt peregrinantes in Chamaan quæ est iuxta Bethleem vt pergerent & introirēt Ægyptum à facie Chaldæorum. h Timebant enim eos, quia percusserat Ismael filius Nathaniæ Godoliam filium Aicham, quem præposuerat Rex Babylonis in terra Iuda.

CAP. XLII.

Et i accesserunt omnes Principes bellatorum, & Ioannam filius Chareæ & Iezonias filius Oziæ, & reliquū vulgus à paruo vsque ad magnū dixerúntque ad Ieremiam Prophetā: Cadat oratio nostra in k conspectu tuo, & l ora pro nobis m ad Dominum Deum tuū pro vniuersis reliquiis istis, quia n derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur, & annunciet nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus, & verbum quod faciamus. Dixit autem ad eos Ieremias Propheta. Audiui. p Ecce ego oro ad Dñm Deum vestrū secundùm verba vestra, omne verbum quodcunque responderit mihi indicabo vobis, q nec celabo vos quicquam. Et illi dixerunt ad Ieremiā: Sit r Dñs inter s nos testis veritatis & fidei si non iuxta omne verbum in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus t siue bonum est u siue malum. Voci Domini Dei nostri ad quem mittimus te obediemus vt x benè sit nobis cum y audierimus vocem Domini Dei nostri.

EXPOSITIO CAP. XLII.

Et accesserunt] Prius egit Propheta de morte Godoliæ quem præfecerat Rex Babylonis reliquiis in terra Iuda, quæ timentes ne Nabuchodonosor veniret, & eos quasi reos mortis Godoliæ puniret fugerunt in Ægyptum contra consilium Ieremiæ. De hoc ergo agitur in hoc capit. Et diuiditur in duas partes. Primò, determinat quomodo Principes & vulgus timentes cōsuluerāt Ieremiam, promittentes se ei in omnibus obedire. Secundò refert Ieremias responsum Domini ad populum vt nō fugiant ad Ægyptum, promittens eis, bona si remaneant in Iudæa, & mala si fugiant in Ægyptum. *Ibi*: Cùm autem completi essent, &c. dicit ergo.

i Et accesserunt, &c. Cadat oratio nostra in conspectu tuo] In hoc notatur humilitas quæ orationem facit ascendere vsque ad Deum. *Eccl.* 35. d. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, &c.

k In conspectu tuo] quasi exaudiatur à te, vel per te.

l Oratio pro nobis.] *Iac.* vlt. d. Multum valet deprecatio iusti assidua.

m Ad Dominum, &c.] Non audent dicere nostrum, præ humilitate, reputantes se indignos audiri. Simile *Isa.* 37. a. Leua orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt, si quo modo audiat. Dñs Deus tuus Ita dixit Ezechias Isaiæ.

n Quia derelicti, &c.] *Amos* 5. a. Vrbs de qua egrediebātur mille, relinquentur in ea centum & de qua egrediebantur cētum, relinquentur in ea decē in domo Israel. o Et annunciet nobis Dominus Deus, &c.] Tales similes sunt illis qui quærunt ab aliquibus viam Domini, si autem dicatur eis contra propriam voluntatem, non credūt, aut si credunt non faciunt. Vt si dicatur claustralibus, nolite descendere in Ægyptū, i. in mundum ad auxilium, statim dicūt corde, vel facto non misit te Dominus, bene enim vult Deus vt prouideamus nobis & acquiramus familiaritatem nobilium, vt in necessitate sint nobis in auxilium. Sup. 21. a. Sup. 37. a.

p Ecce ego oro ad Dominum, &c.] Licèt populus iste multa mala fecisset, tamē Ieremias pro eo orat libenter. Sic debet facere Prælatus. *Matt.* 5. g. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos. 1. *Reg.* 12. d. dixit Samuel, Absit à me hoc peccatum in Domino vt cessem pro vobis orare Dominum. Ita dixit Samuel postquam etiam populus abiecerat eum de prælatione sua.

q Nec celabo vos quicquam,] 4. *Reg.* vlt. c. Viuit Dominus quia quæcunque dixerit mihi Dominus, hæc loquar *Num* 23. a. Vadam si fortè mihi occurrat Dominus, & quæcunque imperauit mihi loquar. Quod est contra multos, qui dant consilia secundùm voluntatem eorum qui petunt.

r Sit Dominus inter vos testis veritatis & fidei, i. veræ credulitatis, scil. quod tibi verè credemus & fideliter obseruabimus quæ dixeris. Simile promiserunt Iudæi Domino. *Exod.* 19. b.

s Inter nos] id est, inter te, & nos.

t Siue bonum est,] prosperitatis.

u Siue malum] aduersitatis.

x Vt benè sit nobis, &c.] Obedienti voci Domini, bene erit temporaliter. Vnde *Isa.* 1. d. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Iustum enim est vt Dominus prouideat seruis suis necessaria. Si enim prouidet iniustis, & inimicis suis, & auibus & animalibus, quantò magis seruis suis? *Matth.* 6. d. Si fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, sic Deus vestit, quanto magis vos modicæ fidei? Quærite igitur primum Regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis, scilicet, temporaliter. Item spiritualiter. Vnde *Isa.* 48. d. Vtinam attendisses mandata mea.

Quatuor profectus spirituales.

data mea, facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena maris semen tuum & stirps vteri tui vt lapilli eius. Quatuor profectus spirituales tanguntur hic, qui dantur obedienti, scil. pax cordis, abundantia iustitiæ, multiplicatio doctrinæ, confessio peccatorum *Eccl.6* d. In mandatis illius maximè assiduus esto, & ipse dabit tibi cor, concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. Item æternaliter. Obedientia enim est porta Paradisi & & meritum regni. *Phil.* 2. a. Factus obediens vsque ad mortem, &c. Propter quod & Deus, &c. *Prou.* 21. d. Vir obediens loquetur victorias.

al. † decem.

g Cum audierimus, &c.] Primò, scil. illam vocem: Agite pœnitentiã. vt dicitur *Matth.* 3. a. Secundò, illam. Nolite timere eos qoi occidunt corpus. *Matth.* 10. c Tertiò, illã. Qui perseuerauerit vsque in finem, *Matth.* 24. b. Quarto, illã: Venite benedicti, &c. *Matth.* 25. c.

a Cùm autem completi essent septem dies, &c.]

a Cùm autem completi essent † septem dies, factum est verbum Domini ad Ieremiam. Vocauitque Iohannam filium Chareæ, & omnes Principes bellatorum qui erant cum eo, & vniuersum populum à minimo vsque ad maximum, & dixit ad eos: Hæc dicit b Dominus Deus Israel, ad quem misistis me vt prosternerem preces vestras in conspectu eius. Si c quiescentes manseritis in terra hac, d ædificabo vos, & non destruam, e plantabo, & non euellam. f Iam enim placatus sum super malo quod feci vobis. g Nolite timere à h facie Regis Babylonis quem vos pauidi formidatis. Nolite metuere eum, dicit Dominus, quia i vobiscum sum ego vt saluos vos faciã, & eruã de manu eius, & k dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra. Si l autem dixeritis vos, non habitabimus in terra ista, m nec audiemus vocem Domini Dei nostri, dicentes, n nequaquã, sed ad terrã Ægypti pergemus vbi non o videbimus bellum, & p clangorem tubæ non audiemus, & q famem non sustinebim⁹ & ibi habitabimus, propter hoc nunc audite verbũ Domini reliquiæ Iuda. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel. Si posueritis faciem vestram vt ingrediamini Ægyptũ, & intraueritis vt ibi habitetis, gladius quem formidatis, ibi r cõprehendet vos in terra Ægypti, & s fames prò qua estis solliciti adhærebit vobis in Ægypto, & ibi t moriemini. Omnesque viri qui u posuerint faciem suam vt egrediantur Ægyptum vt habitent ibi, morientur gladio, x fame, & y peste. z Nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali, quod ego afferam super eos, quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel. Sicut a conflatus est furor meus & indignatio mea super habitatores Ierusalem, sic conflabitur indignatio mea super vos, cum in

Hi septem dies sunt septem virtutes, scil. tres Theologicæ, & quatuor Cardinales. Post quarum impletionem fit verbum Domini ad Prædicatorem. Ante enim oon debet prædicare, quia non est à Domino edoctus nec missus. *Gen.* 8. b. Expectatis septem diebus misit columbam ex Arca.

b Hæc dicit Dominus Deus Israel, &c preces vestras in conspectu eius] id est, meas pro vobis.

Claustrales diuersimodo sunt in claustro.

c Si quiescentes manseritis in terra hac.] Terra Iuda significat claustrum, vbi est iugis confessio laudis, in quo manere debemus, & quiescere corde & corpore. Et ideo dicit: Si quiescentes manseritis, &c.

d Ædificabo vos & non destruam] vt sitis ædificium aliorum ad inhabitandum.

e Plantabo non euellam] vt arbores fructiferas, vt fructus afferatis quibus alij pascantur.

f Iam enim placatus sum super malo quod feci vobis ,] i. facere promisi. Sunt ergo quidam claustrales qui in claustro quiescunt corde & corpore. Illis est placatus Dominus & placent Domino, qui significantur per Mariam sedentem secus pedes Domini, & audientem verbũ illius, de qua *Luc.* 10 g. Maria optimam partem elegit, &c. *Luc.* vlt. g. Manete in ciuitate quousque impleamini virtute ex alto. Alij quiescunt in corde, licet exeant corpore pro necessitate, qui significantur per vaccas, *prim. Reg* 6. c. Ibant vaccæ in directum per viam quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur per gentes, & mugientes. Pergentes obedientia, mugientes, quia mallẽt remanere in claustro & lactare fœtus suos, id est, mores suos informare. Alij qui corpore manent in claustro, sed corde vagantur per mundum. Illi sunt sicut latrones in carcere, qui semper cogitant qualiter & quando, & per quem locum possint exire. Quibus dicitur *Nahu.* vl. c. State state, scilicet corde qui statis corpore. Alij sunt qui nec corpore, nec corde manent in claustro, cum tamen dicantur claustrales, sed abusiuè. Et hi displicent Domino, *sup.* 14. b. Hæc dicit Dñs populo huic qui dilexit mouere pedes suos, & Dño non placuit. g Nolite timere] bis dicit, excludens per hoc duplicem timorẽ malum, sc. humanũ & mundanũ, quasi dicat nolite timere vitæ vestræ, & nolite timere reb⁹ vestris. *Is.* 51. d Quis tu vt timeas ab homine mortali? *Matth.* 10. c. Nolite timere eos qui occidunt corpus. h A facie Regis Babylonis,] i. Diaboli. *Ieronym.* Non est timendus hostis qui non potest vincere nisi volentem Vnde. *Isa.* 51. g Incuruare vt transeamus.

i Quia vobiscum sum.] *Roman.* 8. f. Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Psalm.* 90. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, *Iob.* 17. a. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet cõtra me. k Et dabo vobis misericordias,] i. bona ex misericordia, s. bona temporalia. Propter quæ tria dicit: Eruam, miserebor, & habitare vos faciam *Isa.* 30. d. Si reuertimini, & quiescatis, salui eritis; in silentio & spe erit fortitudo vestra.

l Si autem, &c.] Hoc idem præceperat Isaias sub prophetia, centũ & quinquaginta annis antequam esset factum, qui scilicet, centum & quinquaginta anni fuerunt inter Isaiam & Ieremiã. Vide. *Isa.* 30. a. Væ filij desertores qui ambulatis vt descendatis in Ægyptum.

m Nec audiemus vocem Domini Dei nostri] qui præcipit nobis, quiesce in terra Iuda vel in claustro.

n Nequaquam,] scilicet, faciemus hoc.

Mysticè.

o Vbi non videbimus bellum.] Mysticè, scil. tentationum bellum, quia secundum *Greg.* Diabolus illos tentare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. p Clangorem tubæ,] ad literam, id est, campanarum, quibus pulsatur ad matutinas.

q Famem] ieiuniorum, ibi habebimus. *Exod.* 16. c. a. Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate.

r Ibi comprehendet vos in terra Ægypti, &c.] Ideo. dicit eis. *Isa.* 30. b. Ægyptus frustra & vanè auxiliabitur vobis, ideo clamaui super hoc, superbia tantum est, quiesce. Et *ibid.* 31 a. Væ qui descendunt in Ægyptũ ad auxilium in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt, & super equitibus. *Ibid.* 3. a. Væ filij desertores vt faceretis consilium, sed non ex me, & ordiremini telam, sed non per spiritum meum, non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Ægypti, & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam.

s Fames, defectus internæ refectionis quoad mysterium. *Amos* 8 d. Mittam famem in terra, &c. t Et ibi moriemini] morte culpæ. *Isa.* 31. b. Ægyptus homo, & non Deus, equi eius caro, & non spiritus, & Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator. u Omnesque viri, &c. morientur gladio,] dissensionis.

x Et fame,] defectu internæ refectionis. y Et peste] pernicie mali exempli, *Ezech.* 6. c. Heu ad omnes abominationes malorum domus Israel, quia gladio, & fame, & peste morientur.

z Nullus de eis remanebit,] id est, pauci & viles & magna miseria. *Isa.* 30. d. A facie terroris fugietis, donec relinquamini, quasi malus nauis in vertice montis. Fortè aliqui remanserunt qui non fuerunt ducti in Babylonem.

a Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea, id est, tota simul veniet super vos indignatio mea. cùm dicatur tamen *Ezech. vigesimo primo* a Stilla ad Sanctuarium & prophetabis contra humum Israel,

Isa 30. f.

Isa 30. f. Ardens furor eius, & grauis ad portandum, labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans.

a Et eritis in iusiuran.] Dicent enim. Si hoc feci, idē mihi accidat sicut illis. In iusiurandū, i. in formam execrationis.

b Verbum Domini, &c.] quasi opprimens hic multis est onus verbū Domini, quia non libenter audiunt. c Scientes, scietis] per ipsam malorum experientiā, quæ est optima magistra. d Quia obtestatus sum vobis hodie,] id sumo contra vos Deum testem, sc. si hoc feceritis.

e Quia decep. &c.) quasi in hoc vos decepistis quod interrogastis quid deberetis facere, si illud non impleatis. Et est argumentum quod qui quærit consiliū super aliquid, & non facit illud, cum tamen sit bonum, magis

A peccat quam si nō quæsisset illud 2. Petr. 2. d. Melius erat illis non cognoscere vitā iustitiæ, quàm post agnitionē retrorsum conuerti ab ea, &c. Luc. 12. f. Seruus sciens voluntatem Domini sui, &c. Nunc ergo scientes, &c.

gressi fueritis Ægyptum, & a eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium, & nequaquam vltra videbitis locum istum. b Verbum Domini super vos reliquiæ Iuda. Nolite intrare Ægyptum, c Sciētes scietis quia d obtestatus sum vobis hodie, e quia decepistis animas vestras. Vos enim misistis me ad Dominum Deum vestrum, dicentes: Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum iuxta omnia quæcunque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuncia nobis, & faciemus. Et annunciaui vobis hodie, & non audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis pro quibus misit me ad vos. Nunc ergo scietis, quia gladio, & fame & peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare vt habitaretis ibi.

CAP. XLIII.

Factum est f autem cum cōplesset Ieremias loquēs ad populū vniuersos sermones Domini Dei eorum pro quibus g miserat eum Dominus Deus eorum ad illos omnia verba hæc dixit Azarias filius † Iosiæ & Iohannam filius Chareæ, & h omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam, i Mendacium tu loqueris non misit te Dominus Deus noster, dicentes. Ne ingrediamini Ægyptum vt habitetis illic, sed k Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, & tradat nos in mano Chaldæorum, vt interficiant nos, &

al. † Ozia.

EXPOSITIO CAP. XLIII.

Factum est autem, &c.] Priùs retulit Propheta responsum Domini ad populum qui eum

B miserat, dicens ex parte Domini, vt non descenderent in Ægyptū, sed remanerent in Iudæa. Hic autē respondet populus ad Prophetam, non iuxta promissum suum, sed magis, suæ voluntatis arbitrium. Et diuiditur hoc cap. in duas partes. Primò, ostenditur inobedientia, & infidelitas populi, qui contra promissum suum, & contra Domini mandatum fugit in Ægyptum. Secundo, pœna populi Iudaici & Ægyptiorum in quibus confidebat populus Iudaicus facto Prophetæ euidenter ostenditur, ibi: Et factus est sermo Domini. Dicit ergo.

f Factum est autem, &c. populum vniuersos seruos sermones Domini] non quosdam vt timidi non suos, vt pseudo qui de corde suo loquuntur: vel vane gloriantes qui sua verba reputant quæ dicunt.

g Pro quibus referendis ad populum.

h Et omnes viri superbi,] quia nolunt acquiescere consiliis alienis, innitentes propriis. Contra illud Prou. 3. a. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Bernar. Sapientia Sanctorum est magis credere alieno consilio, quam suo.

i Mendacium tu loqueris.] Hoc dicebant, quia ille dicebat eis contra id quod volebant. Sic hodie multi falsas dicunt sententias, quæ sunt contrariæ, non dico suæ opinioni; sed suæ opinioni, sed voluntati, quia magis sequuntur voluntatis appetitum quam rationis arbitrium. Sed dicitur Iob. 31. a. Si declinauit gressus meus de via, si secutus est oculus meus cor meum.

k Baruch filius Neriæ incitat te.] Hoc ideo malum supicantur contra Baruch, quia frequenter recitabat populo verba Ieremiæ, & in omnibus obediebat.

l Et non audiuit Iohannam] aure obedientiæ. Non audierunt inquam.

m Vt manerent in terra Iuda] Vel non audierunt vocem Domini, vt manerēt. Tales sunt omnes superbi & inobedientes. De quibus Is. 3. b. Populus ad iracundiam prouocans est, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus nolite videre, & aspicientibus, nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt. Loquimini nobis placentia. n Ad

C quas, i. tempore obsidionis. Reuersi inquam vt habitarent in terra Iuda. o Et omnē animam,] i. omnem hominem. Simile Gen. 46. c. Omnes animæ domus Iacob quæ ingressæ sunt in Ægyptum fuerūt septuaginta p Et tulit Ieremiā Prophetam,] s. vt haberent secum Prophetam. Vel fortè Ieremias spōte eum eis iuit vt reuocaret eos ad pœnitentiam.

Sup. 40. a.

al. † Taphnis.

traduci faciat io Babylonem. Et non l audiuit Iohannam filius Chareæ, & omnes Principes bellatorum, vniuersus populus vocem Domini, vt m manerent in terra Iuda, sed tollens Iohannam filius Chareæ, & vniuersi Priocipes bellatorum vniuersos reliquiarum Iuda, qui reuersi fuerant de cunctis Gentibus ad quas n fuerant ante dispersi vt habitarent in terra Iuda, viros & mulieres, & paruulos, & filias Regis, & o omnem animam quam reliquerat Nabuzardan Princeps militiæ cum Godolia filio Aicham filij Saphan, & p tulit Ieremiam Prophetam & Baruch filium Neriæ, & ingressi sunt in terram Ægypti, quia non obedierunt voci Domini. Et q venerunt vsque † Thannis. Et factus est sermo Domini ad Ieremiam in Thannis, dicens. r Sume in manu tua lapides grandes, & s absconde eos in Crypta, quæ est sub muro latericio in porta domus t Pharaonis in Thanois cernentibus viris Iudæis & dices ad eos. Hæc dicit Dominus Exercituum Deus Israel. u Ecce ego mittam & assumam Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum, & y ponam Thronum eius super lapides istos quos abscondi, & statuet solium suum super eos. z Veniensque percutiet terram Ægypti quos in morte in mortem, & quos in captiuitate in captiuitatem, & quos in gladio in gladium. Et succendet ignem, in

q Et venerunt vsque, &c.] ciuitatē Ægypti, vo a. Ierāt in Thannis Principes sui, & vsque ad Artes pertinerunt quasi non audentes ibi permanere, imò vt ibi subditur. Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non potuit, non fuerunt in auxilium, & in vtilitatē aliquam sed in confusionē, & in opprobrium.

r Sume in manu tua lapides, &c. in Crypta] Crypta domus est, vel via subterranea.

t Pharaonis, Regis Ægypti.

s Absconde,] quasi ipso facto innuens quod sicut huiusmodi lapides non apparent, ita Nabuchodonosor veniet abscondite.

u Ecce ego mittam,] scilicet, Angelum inspirantem voluntatem veniendi, vel ipsum Nabuchodonosor mittam.

x Et, assumam Nabuchodonosor,] quasi sicut illi lapides non apparent modò, sic modò non videtur quod Nabuchodonosor veniet in Ægyptum, & tamen veniet. Dicunt autem quod lapidibus illis lapidauerunt Ieremiam Iudæi, imponentes ei quod per huiusmodi incitabat contra eos Regem Ægypti.

y Ponam thronum eius super lapides istos,] id est, super locum vbi sunt lapides. Et ponitur pars pro toto. Sic impletur illud Ezech. 29. d. Fili hominis Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Cyrum, omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est, & merces non est ei reddita, propterea ecce dabo ei terram Ægypti, & diripiet spolia eius, & erit exercitui eius merces pro eo quod mihi laborauerunt. z Veniensque, &c. quos in morte in mortem

mortem, &c.] in quibus confidebant. *Isa.* 31. b. Corruet auxiliator tuus Ægyptius, & cadet cui præstatur auxiliũ, id est, Iudæus, simulque omnes consumentur. *a* Et captiuos, du. &c.] id est, Iudæos vel Ægyptios. *b* Sicut amicitur pastor pallio suo] *i.* sicut pastor contra pluuiam tegit se, vel caput suum pallio & tamen non potest se defendere à pluuia: sic Ægyptij volũt se defendere à Babyloniis sed non poterunt. *Isa.* 30. c. Pro eo quod reprobastis verbum hoc, & sperastis in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo, propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens & requisita in muro excelso, quoniã subitò dũ non speratur veniet contritio eius. *c* Egredietur inde in pace.] sc. Nabuchodonosor de Ægypto.

A

al. † Taphanis.

delubris eorum Ægypti, & cõburet ea, & *a* captiuos ducet illos, & amicietur terra Ægypti *b* sicut amicitur pastor pallio suo, *c* & egredietur inde in pace. Et conteret statuas domus solis quæ sunt in terra Ægypti, & delubra deorum Ægypti comburet igni.

CAP. XLIV.

Verbum quod *d* factum est ad Ieremiam & ad omnes Iudæos qui habitabant in terra Ægypti habitantes in Magdalo *e* & † in Thannis & in Memphis & in *f* terra Phatures dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: *g* Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Ierusalem, per omnes vrbes Iuda, & ecce sunt desertæ hodie *h* & non est in eis habitator propter malitiam quam fecerunt, vt *i* me ad iracundiam prouocarent, *k* & irent *l* & sacrificarent & colerẽt deos alienos, quos *m* nesciebant & illi & vos & patres vestri. Et misi *n* ad vos omnes seruos meos Prophetas de nocte consurgens mittensque & *o* dicens: *p* Nolite facere verbum abominationis huiuscemodi. Et *q* non audierunt nec inclinauerunt aurem suam vt conuerterentur à malis suis & non sacrificarent diis alienis. Et *r* conflata est indignatio mea & furor meus, & *f* succensa est in ciuitatibus Iuda & in plateis Ierusalem, & versæ sunt in solitudinem & vastitatem secundum *t* diem hanc. Et *u* nunc hæc dicit Dominus exercituum *x* Deus Israel: *y* Quare vos † facit malum hoc grande *z* contra animas vestras, vt *a* intereat ex vobis vir & *b* mulier, *c* paruulus & *d* lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquam residuum *e* prouocantes me in operibus manuum vestrarum *f* sacrificando diis alienis in terra Ægypti in quam ingressi estis vt *g* habitetis ibi, & dispereatis *h* & sitis in maledictionem & in *i* opprobrium cunctis gentibus terræ. *k* Nunquid obliti estis mala patrum vestrorum, & mala Regum Iuda, & mala vxorum vestrarum *l* quæ fecerunt in terra Iuda & in regionibus Ierusalem? *m* Non sunt mundi vsque ad diem hanc:

al. † fecistis.

EXPOSITIO CAP. XLIV.

Verbum quod factum est. Priùs redarguit Propheta Iudæos qui descenderunt in Ægyptum cõtra mandatum Domini: Hic autem arguit eos de mala conuersatione in Ægypto, vbi idola coluerunt propter quod cõminationem Domini aggrauat super eos. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. Primò, increpat eos de cultu idolorum. Secundò, ponit superbam populi responsionem, *ibi:* Responderunt autem.] Tertiò determinat eorum pœnam propter superbã eorum responsionem, *ibi:* Et dixit Ieremias.] Dicit ergo. *d* Verbum quod fa. est, &c. in Magdalo] ciuitas Ægypti ante transitum maris rubri, quæ fuit quarta mansio filiorum Israel in exitu de Ægypto, vt dicitur *Exod.* 14. a. *e* Et in Thannis] similiter vrbs est Ægypti. *Isa* 30. a. Ierant in Thannis Principes tui. *f* Et in terra Phatures.] Interlin. Regio est Ægypti. Sed contra *Ezech.* 30. d. Disperdam terram Phatures. Ibi *Inter.* ciuitas est Ægypti. Sol. Vtrunque verũ est. [Mysticè] hic notat quatuor vitia. In Magdalo, quod interpretatur turris superbia, turris enim alta est. *Isa* 2. c. Dies Domini super omnem turrim excelsam. Thannis, quod interpretatur mandatum humile est auaritia, quæ dat humile mandatum. sc. amare temporalia. *Psalm.* 16. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Memphis, quod interpretatur ex ore est gula. *Osea* 9. a. Ægyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos. Phatures, quod interpretatur, deceptis conculcatio est luxuria quæ deceptum hominem conculcat. *Eccles.* 9. b. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via omnibus prætereuntibus conculcabitur. *Isa.* 51. g. Posuisti corpus tuum quasi terram, & quasi viam transeuntibus. Talibus fit sequeos communicatio. *g* Vos vidistis omne malum, &c.] ideo grauius est peccatum vestrum. *h* Et non est in eis habi. &c.] Per vrbes Iuda, claustra, per Ierusalem Ecclesia, quæ omnia fere sunt deserta absque habitatore. *i* Vt me ad iracundiã prouoc.] *Isa.* 30. b. Populus ad iracundiam prouocans est. *Iob.* 36. Simulatores & callidi prouocans iram Dei. *k* Et irent] ad Phana idolorum. *l* Et sacrificarent idolis] *m* Quos nesciebant] quia inde nullam vtilitatem percipiebant. *n* Et dimisi ad vos, &c. de nocte consurgens] in Prophetis. *o* Dicens] per Prophetas. *p* Nolite facere verbum abominationis huiuscemodi] i. nolite esse idololatriæ. *q* Et non audierunt] obediendo. *sup.* 32. f. Iuda & habitatores Ierusalem verterunt ad me terga & non facies, cum docerem eos diluculo. *Zachar.* 7. c. Noluerunt attendere & & auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerunt ne audirent. *r* Et conflata est indignatio mea] quia nullum peccatum relictum est impunitum in eis. Vel indignatio tunc conflatur, cum pœna temporalis irrogatur ad purificationem. *Malac.* 3. a. Sedebit conflans & emundãs argentum. Sed quãdoque fit inutilis conflatio propter argenti malitiam. Vnde *sup.* 6. b. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plũbum, frustra conflauit conflator, malitiæ eorum nõ sunt consumptæ, argentum reprobum vocate eos. Item conflabuntur in futuro reprobi, quando pro omnibus peccatis suis punientur. *Iob.* 20. c. Luet quæ fecit omnia: nec tamen consumetur, iuxta multitudinem adinuentionum suarum sic & sustinebit. *f* Et succensa est, &c.] id est, Ecclesiis claustraliũ. *t* Secundum diem hanc,] id est, sicut hodie apparet. *u* Et nunc hæc dicit dominus exercituum] qui timendus est. *x* Deus Israel] qui honorandus. *y* Quare vos facitis malum,] id est, si ego Dominus, vbi timor meus? si ego pater vbi amor meus? Hæc duo sæpe nominantur simul, vt per vnum reuocet à malo, per aliud inuitet ad bonum. *z* Contra animas vestras.] Vnde *Psalm.* 10. Qui diligit iniquitatem odit animam suam. *Tob.* 12. c. Qui faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Malac. 1. b.

a Vt intereat ex vobis vir] Prælatus, vel spiritus. *b* Et mulier] subditus, vel caro. *c* Paruulus] inuidus. *Iob.* 5. a. Paruulum occidit inuidia. Vel, id est, Diabolus. *d* Et lactens] magister, vel adulator. *Prou.* 1. b. Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. *Thren* 4. a. Lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos. Filia populi mei credulis, quasi struthio in deserto. Prouocantes me] i. quia prouocastis me. *f* Sacrificando diis alienis in terra Ægypti.] Ecce mala conuersatio in Ægypto. C

g Vt habitetis ibi.] *Apocal.* 8. d. Væ væ væ habitantibus in terra. *h* Et sitis in maledictionem] illam. *Matth.* 25. d. Ite maledicti in ignem æternum. *i* Et in opprobrium.] De quo *sup.* 20. d. Confundantur vehementer, quia intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur. *k* Nunquid obliti estis mala patrum vestrorum,] scilicet, culpæ & pœnæ. *l* Quæ fecerunt in terra Iuda] quasi, vidistis qualiter propter peccata sua puniti sunt, nec tamen timuistis peccare, & ideo grauius peccauistis. Vnde *Gen. cap.* 4. d. dixit Lameth: Quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulũ in liuorem meũ, septuplum vltio dabitur de Caim, de Lamech vero septuagies septies. *m* Non sunt mundati vsque ad diem hanc. Hoc dicitur de illis, qui diu in fæcibus peccatorum remanent. Vnde *supra* 13. d. Væ tibi Ierusalem, non mundaberis post me vsquequo adhuc? *Osea* 8. b. Vsquequo non poterunt emundari, quia ex Israel & ipse est. Clerici enim & tardius pœnitẽt, & audacius peccãt. *sup.* 30. b. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. non est qui iudicet iudicium tuum, ad alligandum curationem tuam, vtilitas non est tibi.

Ezech. 23. c. Multò labore sudatum est, & non exiuit ex ea nimia rubigo eius, neque per ignem: immunditia tua execrabilis est, quam mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis.

a Et non timuerunt] neque mortem, neque iudicium futurum, quia si timuissent, in lege Domini ambulassent. Vnde Ps. 1. Beatus vir, &c. Eccl. 15. a. Qui timet Dominum faciet bona. Ideo autem multi modo non timent, quia statim non puniuntur. Eccles. 8. b. Quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.

b Et non ambulauerũt in lege Domini] quoad cæremonialia.

c Et in præceptis] quoad moralia.

d Quæ dedi coram vobis, &c.] Exod. 20. & 21. e Ideo hæc dicit Dñs, &c. Ecce ponam faciẽ meam in vobis in malum] Ps. 33. Vultus autem Domini super facientes mala.

& a non timuerunt, & non b ambulauerunt in lege Domini c & in præceptis meis quæ d dedi coram vobis & coram patribus vestris. e Ideo hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: Ecce ego ponam faciem meã in vobis in malũ, & disperdã omnẽ Iudã, & f assumã reliquias Iudæ qui g posuerunt facies suas, vt ingrederentur terrã Ægypti, h habitarent ibi, & cõsumentur omnes in terra Ægypti, & i cadent in gladio k in fame, & consumentur à minimo vsque ad maximum, in gladio & in fame morientur, & l erunt in iusiurandum, & in m miraculum, & in n maledictionẽ, & in o opprobrium. Et p visitabo super habitatores terræ Ægypti, sicut visitaui super Ierusalem in q gladio & r fame & s peste, & non erit qui effugiat & sit residuus de reliquiis Iudæorum qui vadunt vt peregrinentur in terra Ægypti & reuertãtur in terram Iuda ad t quam ipsi eleuant † manus suas vt reuertantur & habitent ibi. Non u reuertentur illuc nisi qui fugerint. Responderunt autem Ieremiæ omnes viri scientes quod sacrificarent vxores eorũ diis alienis, & vniuersi mulieres quarum stabat multitudo grandis, & omnis populus habitantiũ in terra Ægypti in x Phatures dicentes: y sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini † Dei nostri non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro vt sacrificemus z Reginæ cœli & libemus ei libamina, sicut a fecimus nos & patres nostri, Reges nostri & Principes nostri in vrbibus Iuda & in plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus & bene nobis erat, b malúmque non vidimus. Ex c eo autem

Amos 9. b.

D f Et assumant reliquias Iudæ] ad puniendum, scilicet, vel consumam. g Qui posuerunt facies suas, vt ingrederentur terram Ægypti.] Non sic Dominus, qui habebat faciem euntis in Ierusalem, vt dicitur Luc. 9. f.

h Et habitarent ibi, &c.] Ire in mundum non est malum, sed malum est ibi habitare maximè viro Iuda, id est, viro religioso. i Et cadent in gladio] peccati quod separat animam à Deo. Isa. 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum.

k Et in fame] defectu spiritualium. Vel per hæc duo transgressio & omissio.

l Et erunt in iusiurandum,] id est, in confirmationem iuramenti, quod dicetur, si hoc fecero, sic accidat mihi vt istis accidit.

m Et in miraculum] stuporis vel admirationis. n Et in maledictionem] quia dicetur pro maledictione, sic accidat mihi vel illi, vt Iudæis accidit. o Et in opprobrium] quia eis improperabitur quod propter peccata sua ita afflicti sunt.

p Et visitabo super, &c, sicut visitaui super Ierusalem. Si enim Dominus ita grauiter bonos flagellat, qui per Ierusalem intelliguntur, quantò magis malos flagellabit qui per Ægyptum? Vnde suprà 25. f. Ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, ego incipio affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? Non eritis immunes. 1. Petr. 4. b. Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? Isa. 20. a. Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus & discalceatus, trium annorum signum erit super Ægyptum.

q In gladio] peccati. r Et fame] defectu boni. Osee. 4. b. Fornicati sunt & non sunt satiati. Ibi Gloss. Iniquitas nulla substantia est, & ideo satiari non potest, sed ventres deuorantium vacuos reliquit & sui famem generat.

s Et peste] pernicie mali exempli. Vnde quantùm ad literam ad istos qui descendunt in Ægyptum contra Dei consilium dicitur. Isa. 30. b. Onus iumentorum Austri in terra tribulationis & angustiæ, id est, latissima eremi vastitate per quam transierunt illæ reliquiæ Iudæorum Ægyptum, Leæna & Leo ex eis, id est, Ierusalem & populus eius secundùm illud Numeri 23. d. Ecce populus vt Leæna consurget, & quasi Leo erigetur, scilicet, contra Deum & Prophetas non accubabit donec deuoret prædam, & sanguinem occisorum bibat. Et ex eis. Vipera & Regulus volans quia de malis parentibus peiores generati sunt filij portantes super humeros iumentorum diuitias suas, & super gibbum Camelorum thesauros suos ad populum qui eis prodesse non poterit: Ægyptus enim frustra & vanè auxiliabitur.

Mystice. Mysticè autem per istos qui vadunt in Ægyptum peregrinari, vt hic dicitur, & postea volunt in Iudæam reuerti. Vnde dicit.

t Ad quã ipsi eleuant, &c.] designatur mulo qui in iuuentute volunt in peccatis morari & in senectute proponunt ad Iudæam, i. ad confessionem & pœnitentiam reuerti, volẽtes bene mori, sed nolentes bene viuere, dicentes cum Balaa, Nu. 23. b. Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horũ similia. Tales orant Dominum vt det eis bonam mortem, & non bonã vitã. Orantes etiã non vellent statim exaudiri. Qualis fuit. Aug. vt dicit in lib. Confessionũ Dixeram: Domine da mihi castitatẽ, sed non modò. Timebam enim ne me citò exaudires. Hi volunt quòd Dominus expectet eos, non ipsi Dominum. Vnde. Isa. 28. c. Erit verbum Domini: Manda remanda, expecta reexpecta, modicum ibi, modicum ibi. Cum enim satisfactionem & emendationem promittunt, quid aliud quam manda remanda, expecta reexpecta, clamant modicum in vno peccato, modicum in alio? Augustinus in libro Confessionum. Non erat quid tibi responderem dicenti mihi: Surge qui dormis & exurge à mortuis, veritate conuictus, nisi tantùm verba lenta & somnolenta, modò ecce modò, sine paululum, sed modò & modò non habebat modum, & sine paululum ibat in longum, iactabam voces miserabiles cras & cras, quare non modò, quare non hac hora finis turpitudinis meæ? Sed tales vix veniunt ad pœnitentiam. Vnde Isa. 28. sequitur: Vt vadant & cadant retrorsum & conterantur & illaqueentur & capiantur. Eph. 5. a.

al. † animas.

al. † non habet.

al. † Dei nostri.

u Non reuertentur illuc nisi qui fugerint,] scilicet, de Ægypto. Sic non redeunt ad veram confessionem nisi qui mundum fugerint. 51. e. Egredimini de medio Babylonis populus meus vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini.

x Phatures] ciuitas est, vel regio Ægypti.

y Dicentes: Sermonem quem locutus es, &c. non audiemus ex te] quasi ab alio audiemus. Et hoc, quia oderant eum. Gregorius: Difficile est vt quantumlibet recta denuncians Prædicator qui non diligitur, libenter audiatur. Vnde Amos. 5. c. Odio habuerunt corripientem in porta.

z Vt sacrificemus Reginæ cœli] id est, Lunæ vel Iunoni, quæ fuit soror Iouis, vel Berecinthyæ, quæ Saturni vxor & mater Deorum dicitur.

a Sicut fecimus nos & Patres nostri, &c. Malum enim exemplum Prælati multos ad malum prouocat. Seneca, Summa malorum quod ad exemplum viuitur istis sunt similes qui nullo modo volunt dimittere consuetudines suas & prædecessorum suorum, etsi sint contra Deum. Galat. 1. c. Abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.

b Malumque vidimus] quasi Dæmones, & non Deus eis hæc bona fecissent. Omnes enim dij gentium Dæmonia. Psal. 95. c Ex eo autem tempore, &c.] Ecce quomodo isti obliti sunt benefactorũ Dei, & mirabilium eius quæ ostendit eis, scilicet, quando manna de cœlo dedit eis, & panem Angelorum dedit eis, & cibaria misit eis in abundantia, & eiecit à facie eorum gentes, & sorte diuisit eis terram, &c. sed tentauerũt & exacerbauerunt Deũ Psal. 77.

excelsum

excelsum, & testimonia eius non custodierunt, & auerterunt se, & non seruauerunt pactum, &c. Et ideo audiuit Deus & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel &c.] Eo tempore quo cessauimus] Sic ad literam sæpè accidit, quòd quam citò aliquis ad pœnitentiam conuertitur incipit af-

E fligi; & tribulari cum priùs esset in prosperitate, & pace. Vnde *Isa.* 59. c. Qui recessit à malo prædæ patuit.

al. † indiguimus.

Moraliter. Moraliter. *a* Reginæ cœli, Regina cœli est. *B. Virg.* cui qui seruire desistit, patitur penuriam omnis boni, qui autem humiliter ei seruit abundat omni bono. Ipsa enim optimè procurat familiam suam. Vnde *Prouerb.* vlt. b. De nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis. Tūc de nocte surgit, quando in aduersitatib⁹ nostris orat pro nobis. Sed tunc dat prædam domesticis suis, quando alij sancti non possunt, quasi violenta oratione impetrat, filio suo & inde cibat ancillas suas, i. humiles sibi seruientes, s. effectu petitionū, quem quasi vi obtinet à filio suo. *Eccl.* 24. d. Ego quasi fluuius Dorix, & sicut aquæductus exiui à Paradiso. Dixi, Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo partus mei fructum.

Sup. 7. *d.*

b Et gladio] peccati. *c* Et fame] defectu omnis boni cōsumpti sumus.]

F *d* Quòd, si nos sacrificamus Reginæ cœli. &c. Nunquid sine viris facimus ei vox est mulierum, ad literam.

e Placentas ad colendum eam,] id est, sacrificium, quæ ei placebant. Cùm dicerent mulieres. Si nos non poterimos, viri nostri facient. Vnde: Si facimus sine eis non facimus.

f Et dixit Ieremias ad omnem populum aduersùm viros & aduersus mulieres, &c. Primò, super hoc mulieres reprehendit, quæ quia dicebant quòd non sine viris hoc faciebant ideo & viros super hoc arguit.

g Qui acrius [responderant ei verbum,] scil. quòd cum hoc fecissent in terra Iuda, bene erat eis.

h Dicens,] scilicet, Ieremias.

i Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda] Idolis.

k In plateis Ierusalem, &c.] quod grauius est.

l Horum recordatus est Dominus] ad puniendum.

m Et ascendit super cor eius] Quod latet super cor, quasi abominabile est, post non sustinetur vt videatur. Vel dicitur latere super cor, quod omnibus modis volumus facere, aut aliquis cuius viuendi modus displicet multum.

n Et non poterat Dominus vltra portare] id est, sustinere quin puniret. *Isa.* 46. b. vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos portabo. *Ibidem.* Qui portamini à meo

tempore quo cessauimus sacrificare *a* Reginæ cœli, & libare ei libamina, † indigemus omnibus, & *b* gladio, & *c* fame consumpti sumus. Quod si *d* nos sacrificamus Reginæ cœli, & libamus ei libamina, nunquid sine viris nostris facimus ei *e* placētas ad colendum eā, & libamina ad libandum? Et dixit *f* Ieremias ad omnem populum aduersùm viros, & aduersùm mulieres, & aduersùm vniuersam plebem, *g* qui responderant ei verbum, *h* dicens; *i* Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda, & in *k* plateis Ierusalem, vos & patres vestri, Reges vestri, & populus terræ, *l* horum recordatus est Dominus, & *m* ascendit super cor eius, & non *n* poterat Dominus vltra portare propter malitiam studiorum vestrorum, & propter abominationes quas fecistis? Et facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, *o* eo quòd non sit habitator, sicut est dies hæc. *p* Propterea quod sacrificaueris idolis; & peccaueritis Domino, & non audieritis vocem Domini, & in *q* lege & in *r* præceptis, & in *s* testimoniis eius non ambulaueritis, idcirco euenerunt vobis mala hæc sicut *t* est dies hæc. Dixit autem Ieremias ad omnem populum & ad vniuersas mulieres, Audite verbum Domini omnis Iuda qui estis in terra Ægypti. Hæc dicit Dominus exercituum

Deus Israel, dicens. *u* Vos & vxores vestræ locuti estis ore vestro, & *x* manibus vestris implestis, dicentes faciamus vota nostra quæ vouimus vt sacrificemus Reginæ cæli & libemus ei libamina. Implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea. Ideo audite verbū Dñi omnis Iuda qui habitatis in terra Ægypti. *y* Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus, quia *z* nequaquam vltra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, *a* dicentis, Viuit Dominus Deus in omni terra Ægypti. Ecce *b* ego vigilabo super eos in malū & non in bonum, & consumentur omnes viri Iuda qui sunt in terra Ægypti gladio, & fame donec † pœnitus consumantur. Et qui *c* fugerint gladiū, reuertentur, de terra Ægypti in terrā Iuda viri *d* pauci, & scient omnes reliquiæ Iuda ingredientiū terram Ægypti vt habitent ibi, cuius sermo compleatur, meus an illorum. Et hoc *e* vobis signum, ait Dominus, quod visitem ego super vos in loco isto, vt sciatis, quia verè complebūtur sermones mei contra vos in malum. Hæc dicit Dominus; *f* Ecce ego tradam Pharaonem Ephree Regem Ægypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius, sicut tradidi Sedechiam Regem Iuda in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis inimici sui, & quærentis animā eius

viero, qui gestamini à mea vuluā.

o Eo quod non sit habitator] Mysticè, scilicet, Deus qui corda fidelium per gratiam inhabitat.

p Propterea quod sacrificaueritis idolis, & peccaueritis Domino] id est, contra Dominum, vel sicut infirmus ægrotat Medico, quia ab illo sanandus est. *q* Et in lege] cerimonialiū. *r* Et in præceptis] Decalogi, & omnium moralium. *s* Et in testimoniis eius] iudiciorum quæ eius iustitiæ attestantur. *t* Sicut est dies hæc] s. testis, vel sicut nunc apparet non caperet. *u* Dixit autem, &c. Vox & vxores vestræ locuti estis ore vestro] non Domini.

x Et manibus vestris implestis] cōsilium oris vestris *y* Ecce ego iuraui in nomine meo, &c.] quia maiorē per quem iurarem non habui, vt dicitur *Heb.* 6. c.

al. † omnes.

z Quia nequam, &c. ex ore omnis viri Iudæi] quasi dicat, omnes interficiemini. Et hoc dico propter maiorem partem, quia pauci saluabuntur, vt post habetur.

Genes. 12. c.

G

a Dicentis, viuit Dominus Deus in omni terra Ægypti quasi non habebunt amplius ibi Dei protectionem. Et meritò quia contra illius præceptum & voluntatem ibi sunt. *b* Ecce ego vigilabo, &c.] donec penitus consumantur] quoad maiorem partem. *c* Et qui fugerint gladium, &c.] scilicet [viri pauci] ne posteritatis omnino deleretur.

Mysticè. Mysticè. Et qui fugerint gladium] peccati, vel Inferni. *Iob.* 19. d. Fugite à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est.

d Viri pauci] Quia dicitur *Matth.* 20. b. Multi sunt vocati, pauci verò electi, scilicet, illi soli qui peccatum fugerint

e Et hoc vobis signum] Congruum est signum, vt cum viderent Regem Ægypti in quo spem habebant captiuatum & destructum certi essent de sua captiuitate: tamen destructio Regis Ægypti secuta est significatum, s. destructionem Iudæorum, sicut *Exod.* 4. b. dat Dominus illud quod sequitur pro signo rei præcedentis, dicens, quod illa signa quæ fecit significabant quod Dominus miserat illum. Sic & partus Virginis fuit signum Achaz de liberatione à duabus caudis titionum *Isaiæ* 7. c.

f Ecce ego tradam, &c. in manu inimicorum eius,] scilicet, Cyri, & Darij, vel Chaldæorum, vt hic vult dicere Iosephus, quod, scilicet, Rex Ægypti à Nabuchodonosor interfectus est sicut Iudæi à Nabuchodonosor, eo quod spe Ægyptiorum cōfisi negabant ei tributa: Sed non ille Nabuchodonosor qui Iudæos destruxit, destruxit Ægyptios, sed filius eius qui subiugauit sibi Ægyptum, & factus est Rex totius prouinciæ illius. Iste autem Rex Ægypti dicebatur Pharao, non Nechao, sed † Ephree secundum Iosephum.

al. † Nicham. *al.* † Nephren.

EXPOSITIO CAP. XLV.

VErbum hoc locutus est] In præcedentibus quatuor capitulis egit Ieremias de his quæ facta sunt tempore capeiuitatis, & post capeiuitatem Iudæorum. In hoc capitulo reuertitur ad priora tempora ante captiuitatem, consolans Baruch super afflictione sua. Multa enim mala sustinebat Baruch, eo quòd dicta Ieremiæ scribebat & promulgabat. Et diuiditur hoc capitulum in duas partes. Primò arguit eũ quasi de murmure, & impatiẽtia. Secũdò, consolatur eum exẽplo aliorum, & promissione salutis, *ibi.*]Hæc dicit Dominus]Dicit ergo.

CAP. XLV.

VErbum quod *a* locutus est Ieremias Propheta ad Baruch filium Neriæ cum scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ anno quarto Ioachim filij Iosiæ Regis Iuda dicens. Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch: Dixisti. Væ *c* misero mihi quoniam reddidit Dominus dolorem *d* dolori meo. *e* Laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. Sic dices ad eum. Hæc dicit Dominus. Ecce *f* quos ædificaui, *g* ego destruo, & *h* quos plantaui *i* ego euello, & vniuersam terram hanc. *k* Et tu quæris tibi † gaudia. *l* Noli quærere

a Verbum quod locutus, &c. cum scripsisset verba hæc] scilicet, Baruch.

b In libro] pro cuius combustione iratus fuerat, vt *sup.* 36. g.

c Væ misero, &c. dolorem] quia fortè eum flagellauerat Dominus. Vel [dolorem] de populi calamitate, & ciuitatis, & templi destructione. *d* Dolori meo] quem habebat de Domini sui incarceratione. *e* Laboraui in gemitu meo, &c.] videns populi calamitatem, & ciuitatis, Ideo 1. *Machab.* 2. a. Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ. Iste ergo Baruch impatiens in tolerantia passionum, significat illos qui in tribulationum pressura & persecutionum titubant, quærentes hic consolationem quæ in futuro promittitur. *Matth.* 5. a. Beati qui lugent, &c. Et *Ioa.* 16. a. Vos autem tristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. *Matth.* 5. d. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. *f* Ecce quos ædificaui in prosperitate.

g Ego destruo] in aduersitate. Vel.

f Quos ædificaui] internùs per virtutum possessiones.

g Ego destruo] exteriùs per tribulationum, & infirmitatum immissiones.

h Et quos plantaui] in temporalium abundantia, vt *sup.* 12. a. Plantasti eos, & radicem miserunt proficiunt, & faciunt, fructum.

i Ego euello] à temporalibus per paupertatem. Vel.

h Quos plantaui] in cœlo.

i Euello] à mundo. *k* Et tu quæris tibi gaudia] quod non est faciendum, immò debemus flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus, vt dicitur *Rom.* 12. c. *Eccl.* 7. d. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula; qui enim videret per quantam tribulationem transierunt antiqui mirum esset si quæreret hic gaudia. *infr.* 49. c. Ecce quibus non erat iudicium vt biberent calicem bibentes bibent, & tu quasi innocens relinqueris *Luc.* 23. e. Si in viridi hoc faciunt in arido quid fiet? *Isa.* 32. c. Super humum populi mei spinæ, & vepres ascendent, quantò magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultatis. *l* Noli quærere. Quia *Prou.* 14. b. extrema gaudij luctus occupat *Item.* Delicatus est miles, qui vult gaudere cum mundo, & regnare cum Christo. Ma-
Hebr. 12. *d.* gis ergo hic quærenda est tristitia, per quam veniemus ad gaudia in futuro. Vndè *Prou.* 31. a. Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, bibant, & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur ampliùs. Modò enim omnis disciplina videtur non esse gaudij, sed mœroris, postea autem exercitatis per eã afferet fructus iustitiæ. *m* Quia ecce ego adducam malum super omnem carnem] i. super omnes viuentes in carnalibus delicijs. *Luc.* 6. d. Væ vobis qui habetis hic consola-
Psal. 57. tionem vestram. *n* Et dabo tibi animam tuam in salutem &c. s. si non velis hic quærere gaudia, quasi ex hoc quod super malos inducam malum, in hoc inquam ipso faciam bonum, quia lætabitur iustus cum viderit vindictam.

EXPOSITIO CAP. XLVI.

QVod factum est verbum, &c.] Vt dicit Rabanus, vsque huc mixtim egit Propheta de Iuda & Israel, de Chaldæis & Ægyptus pro conuenientia narrationis. De inde hic aduersus alias nationes prophetat: Et primò, cõtra Ægyptios qui maximè deceperunt Iudæos. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. Primò, describitur prima desolatio Ægyptiorum facta à Chaldæis ante obsidionem Ierusalem eorumq; pompa, ac militum & equorũ multitudo in quibus confidebant. In secundo ponitur desolatio Iudæorum facta similiter à Chaldæis, quando, sc. exercitus Chaldæorum relinquens obsidionem pugnauit contra Ægyptios, & superauit, totámque Ægyptũ vastauit, *ibi:* [Verbum quod locutus est.] Tertio, post comminationes prædicitur liberatio Ægyptiorum, & subinfertur consolatio Iudæorum, *ibi.* [Et post hæc habitabitur.] Quia ergo à principio libri vsque huc egerat de Iudæorum destructione: Ideo quasi in consolationem ipsorum agit hic de destructione hostilium nationum. Dicit ergo.

quia *m* ecce ego adducam malum super omnem carnem ait Dominus, & *n* dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis ad quæcunque perrexeris. *al.* † grandia.

CAP. XLVI.

QVod *o* factum est verbum Dñi ad Ieremiã Prophetã coutra gentes, ad Ægyptum *p* aduersum exercitum Pharaonis Nechao Regis Ægypti, qui *q* erat iuxta flumen Euphratem in Charchamis, quẽ percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis in quarto anno Ioachim filij Iosiæ regis Iuda. *r* Præparate scutũ & clypeũ, *s* procedite ad bellum

o Quod factum est, &c. contra gentes] sc. ad Ægyptum] id est, contra Ægyptum.

p Aduersum exercitum, &c.] fit sermo, scilicet.

q Qui erat iuxta flumen Euphraten, &c. Cum enim Pharao Nechao, de quo hic est sermo, recessisset à pugna, in qua interfecit Iosiam, vt dicitur 4. *Regum.* 23. f. statim filium eius Ioachaz qui pro illo regnaturus erat, vinctum duxit in Ægyptum, & tradit Regnum Ioachim fratri suo, faciens eum sibi tributarium, qui fuit nequissimus, & contra Deum & contra homines. Postea quarto anno Regni eius, venit ad Nabuchodonosor ad quandam ciuitatem quæ erat iuxta Euphraten, pugnaturus contra Pharaonem Nechao, & Pharao ibi victus est, & magnam partem exercitûs sui tunc amisit, qui transiens inde cœpit omnem Syriam, sed adhuc non Iudæam, donec postea quando, scilicet, audiuit, quòd Iudæi spe Ægyptiorum confisi, qui iterum contra Nabuchodonosor pugnare volebant, tributa Nabuchodonosor negauerunt.

r Præparate scutum & clypæum.]Sermo est Domini per Ieremiam ad Ægyptios, & loquitur ironicè. Clypeus, qui triangulus est; scutum, quod rotundum est quasi ponatur in scutis corrigias, quibus teneatur in brachijs & circa collum: Hoc enim est scutum præparate. *Isaia vigesimo primo* b. Surgite Principes, arripite clypeum.

s Et procedite ad bellum] ordinatè, quia omnis pugna vnanimiter aggressa victoriam parit.

Δ *b* Iungite equos

Moraliter. Moraliter. *r* Præparate scutum & clypeum.] Pugnatur contra Diabolum, carnem, Mundum. *Iob. cap.* 1. d. Chaldæi fecerunt tres turmas & inuaserunt Camelos, & tulerunt eos. Hæc superbia Diaboli, luxuria carnis, & auaritia mundi. *Eph. cap.* 6. b. Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias Diaboli, quoniam non est nobis colluctatio aduersùs carnem & sanguinem, sed aduersùs principes & Potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus, *Eccles. capitul.* 2. a. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Primo præparandum est scutum fidei. *Ephes. cap. sexto* c. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis omni tela nequissimi ignea extinguere. Secundò, clypeus patientiæ, quæ debet esse triangula, scilicet, contra contumelias verborum, contra molestias verborum, contra iniurias rerum. *Isai.* 21. b. Surgite Principes, ar-

b Iungite equos] in curribus [& ascendite] ô [equites.] State in galeis] præparate ad prælium, quia miles non ponit galeam in capite quousque propinquus est inimicis.
d Polite lanceas, &c.] *Ezech.* 21. g. Mucro mucro, euagina te ad occidendum, lima te vt interficias, & fulgeas.
e Quid igitur?] quasi stultitia hæc facient, non vtiliter sibi, quia.
f Vidi ipsos pauidos,] sc. Ægyptios
g Et terga vertentes] vt ex timore fugiant.
h Non fugiet velox, &c. quasi nullus quantumcumque velox poterit saluari per fugam licet fugere nitatur. *Amos.* 2 d. Peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutẽ suam, & ascensor equi non saluabit animam suam, & robustos corde inter fortes nullus fugiet.

b iungite equos & ascendite equites, c state in galeis d polite lanceas, induite vos loricis, e Quid igitur? Vidi f ipsos pauido, & g terga vertentes fortes, eorum cæsos, & fugerunt conciti nec respexeront. Terror vndique ait Dominus. h Non fugiet velox, nec saluari se putet fortis. i Ad Aquilonem iuxta flumen Euphratem victi k sunt & ruerunt. l Quis est iste m qui quasi flumen ascendit, & n veluti fluuiorum intumescunt gurgites eius? o Ægyptus fluminis instar ascendit, velut flumina mouebuntur fluctus, eius, & dicet. Ascendens operiam terrã perdam ciuitatem, & habitatores eius. p Ascendite equos, & exultate in curribus, q & procedant fortes Æthiopiæ & Libyæ tenentes scutum, & Lydij arripientes, & iacientes sagittas. Dies r autem ille Domini Dei exercituum, dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis. f Deuorabit gladius & saturabitur, & t inebriabitur, sãguine eorum. u Victima enim Dñi exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphratem, x Ascende in Galaad & y tolle resinam z virgo filia Ægypti.

m Qui quasi flumen ascendit] per abundantiam populorum. Vnde *Apocal.* 17 d. Aquæ quas vidisti populi sunt, & gentes.
n Et veluti fluuiorum intumescunt gurgites eius, i. exercitus. Intumescunt arroganter se eleuando contra terram Chaldæorum, vel etiam contra Iudæam, quas terras ipsi Ægyptij operire, & disperdere quasi fluuius conabuntur. Et dicit o Ægyptus fluminis instar ascendit: quia terra Ægypti depressior est quã Chaldæa, vel Euphrates; sed ipsi Ægyptij è contrario magis destruẽtur. Vnde *Isa.* 19. a. Tradam Ægyptum in manus dominorum crudelium, & Rex fortis dominabitur eorum, & arescet aqua de mari, & fluuius desolabitur atque desiccabitur, & deficient flumina & attenuabuntur, siccabuntur riui aggerem. Et loquitur ibi de Nilo, in cuius abundantia gloriabantur Ægyptij. Sed Dominus percussit eum in septem riuis, vt dicitur *Isa.* 12. d. Vel per flumina, vt dictum est, accipit copiam populorum in qua gloriabantur. Et per flumen accipitur totum Regnum, per fluctus, & riuos, Principes Sic impij sunt quasi mare feruens, quod quiescere non potest, vt dicitur. *Isa.* 27. d. *Eccl.* 40. Substantiæ impiorum quasi fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuiam personabunt.

i Ad Aquilonem iuxta flumen Euphraten] quia respectu Ægypti Euphrates est ad Aquilonem.
k Victi sunt, & ruerunt Ægyptij per Chaldæos.
Moralis. * Principes, arripite Clypeum. Tertiò, sunt iungendi equi, id est, caro, & anima sub iugo Domini ordinanda. *Matth.* 11. d. Tollite iugum meum super vos, &c. Quartò, induenda est galea spei. *Ephes.* 6. e. Galeam salutis accipipite. Quintò, accipenda est lancea pungitiuæ pœnitentiæ per abstinentiam, & asperam vitam *Iob* 16. c. Circundedit me lanceis suis, & vulnerauit lumbos meos. Sexto, induenda est lorica iustitiæ, vt dicitur *Ephes.* 6. e. Induite loricam iustitiæ.
f Vidi ipsos pauidos, & terga vertentes.] Vnde *Prou.* 28. a. Fugit impius nemine persequente. Et hoc est, quia terga vertit Domino, ab eo fugiens sine quo nullum est adiutorium, *suprà* 2. f. Verterunt ad me tergum, & non faciem. Et ideo vt dicitur *Thren.* 2. b. Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Cum tamen dicatur *Iacob.* 4. b Resistite Diabolo, & fugiet à vobis. Et ideo facies, non tergum ad eum vertenda est, quia tunc si Deus pro nobis, quis contra nos, *Rom.* 8. f. *Iob* 34. c. Ipso concedente pacem; quis est qui condemnet? Ex quo absconderit vultum suum; quis est qui contempletur eum? Ideo ergo resistendum est Diabolo, & non fugiendum ne insequatur, vt Hæreticos. *Iudic.* 20. quod fugientibus filiis Israel, viri de Gabaa insecuti sunt eos, & multis ex eis interfecti sunt. Cùm autem resisterent filij Israel mortui sunt illi de Gabaa *Nahum.* 2. c. Ipsi fugerunt. State, state, & non est qui reuertatur.
h Non fugiet velox, &c.] Sic in die iudicij non erit fuga damnatis, sed terror vndique. Vnde *Gregorius.* In angustia erunt vndique reprobi. Superius erit iudex iratus: subtus horrendum Chaos; à dexteris peccata accusantia, à sinistris infinita Dæmonia ad supplicium trahentia, intus conscientia vrens: foris mundus ardens. Miser peccator sic deprehensus, quo fugies? Latere erit impossibile, apparere intolerabile. Si quæris quis te accusabit, dico totus mundus, quia offenso Creatore omnis creatura habet perditum odio. Ideo, *Malach.* 3. a. Quis poterit cogitare diem aduentus eius, aut quis stabit ad videndum eum? Ideo dicitur *Ecclesiast.* 9. c. Vidi sub Sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum.
i Ad Aquilonem iuxta flumen Euphratem] Euphrates interpretatur frugifer. Flumen ergo Euphrates est abundantia temporalis, iuxta quam multi vincuntur, & ruunt de peccato in peccatum. *suprà* 13. a. iuxta Euphratem computruit lumbare Ieremiæ. Et bene dicitur hoc fieri ad Aquilonem, quia quantò magis aliquis accenditur ad amorem temporalium, tantò magis refrigescit ab amore spiritualium. Vnde *Prou.* 1. d. Auersio paruulorum interficiet eos, prosperitas stultorum perdet illos. *Ezech.* 32. c Perdam omnia iumenta Ægypti quæ erant aquas. *Psalm.* 9. Conquassabit capita in terra multorum. Quantò magis plenus est fluuius tantò magis fluit, sic est de temporalibus.
l Quis est iste] scilicet, Ægyptius Rex.

p Ascendite equos, &c.] Loquitur ironicè.
q Et procedant fortes Æthyopiæ, & Libiæ] qui sunt socses, & vobis adiuncti, ad auxilium procedant contra hostes. Æthyopia enim & Lydia, & Lybies erant regiones confines Ægyptiis, quæ antiquitus solebant esse gentes fortissimæ, Lydij maximè erant expeditissimi sagittarij.
r Dies autem ille, &c. vt sumat vindictam de inimicis suis] id est, de Ægyptiis, quia vt dicit *Ieron.* in originali. Frustra nituntur quibus diuinum subtrahitur auxilium.
f Deuorabit gladius & saturabitur] id est, gladius Chaldæorum deuorabit Ægyptios.
t Et inebriabitur sanguine eorum] id est, Ægyptiorum. *Deut.* 32. f. Inebriabo sagittas meas sanguine.
u Victima] id est, occisio magna. Sicut in illis qui sunt iuxta flumen delitiarum, & temporalium cupiditatum instat occisio ab illo qui voluit sedere in monte testamenti in lateribus Aquilonis, id est, Diabolo, vt dicitur *Isa.* 14. d. *Ibidem trigesima quarta* b. Victima Domini in Bosra, id est, in Mundo & eius diuitiis, interfectio magna in terra Edom. *Ibidem.* Inebriatus est in cœlo gladius meus. Ecce super Idumeam descendet, & super populum interfectionis meæ ad iudicium gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe.
x Ascende in Galaad] quasi veni in Iudæam vbi sunt Prophetæ, & disce quid te oporteat facere.
y Et tolle resinam] quæ ibi abundat ad sanandum vulnera tua.
z Virgo filia Ægypti] id est, delicata, & mollis. Galaad enim mons vberrimus est trans Iordanem, qui cecidit sortem filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, *Numeri capitulo trigesimosecundo* f. Resina ergo quæ ibi inuenitur, quæ est lacryma ex sudore lignorum quæ ibi reperiuntur exhalata, & valde medicinalis, est medicamen pœnitentiæ vel conuersionis ad Deum.

A vel consilij

x Ascende in Galaad, &c.] Moraliter, peccator dicitur virgo propter sterilitatem. Filia propter vitæ molliciem. Galaad quod interpretatur aceruus testimonij A, est Scriptura sacra, in qua quoaceruata sunt testimonia totius Fidei Catholicæ. In Galaad ergo debet ascendere quilibet peccator, quia non solum sensum historicum qui est inferior, sed mysticum qui est superior, debet sumere, vt inde sibi tollat resinam, i. pœnitentiam: Aliter enim nisi ex illius studio agat pœnitentiã, dicetur ei illud *Moraliter.*

plum peccatur, multiplicat ruentes. *Psalm.* 105. Multiplicata est in eis ruina, scilicet triplex de virtute in vitium, de vitio in vitium, de vitio in supplicium.

a Surge & reuertamur, &c.] quasi hortabuntur sese inuicem ad fugam quasi timidi, qui tamen vt fortes iactabant se pugnare.

c A facie gladii Columbæ] id est, Nabuchodonosor, qui dicitur Columba, non propter bonam simplicitatem, sed stultam, quia non Deo cuius fortitudine omnia faciebat, attribuebat victoriam, sed potentiæ suæ, vel falsis suis diis, & ideo sapientia rationis carebat vt Columba. *Osea* 7. c. Ephraim quasi Columba seducta non habens cor, Ægyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt. *sup.* 25. g. Facta est terra in desolationem à facie iræ Columbæ. Ibi vide alias rationes quare dicitur Columba.

a Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad *b* terram natiuitatis nostræ à *c* facie gladii Columbæ. *d* Vocate nomen † Pharaonis Regis Ægypti, *e* tumultum adduxit tempus. *f* Viuo ergo inquit Rex, Dominus exercituum nomen eius, quoniam sicut Thabor in montib⁹, & sicut Carmelus in mari veniet. *g* Vasa trāsmigrationis fac tibi *h* habitatrix filia Ægypti, *i* quia *k* Memphis in solitudine erit & deseretur inhabitabilis. *l* Vitula † elegans atque formosa Ægyptus, *m* stimulator ab Aquilone *n* veniet ei. *o* Mercenarij quoque eius qui versabantur in medio eius quasi *p* vituli saginati versi sunt & fugerunt simul, nec *q* stare potuerunt, quia *r* dies interfectionis eorum *s* venit super eos, & *t* tempus visitationis eorum.

al. † Pharo.

Al. † lasciuiens.

g Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti] quasi præpara sarcinulas tuas, vel quæcunque alia instrumenta peregrinorum ad faciendum. Simile. *Ezechiel. vndecimo* a. Vasa transmigrationis fac tibi, transmigrabis per diem coram eis. Transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si fortè aspiciant, quia domus, exasperans est. Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum. Vbi iubetur facere in signum eorum quæ Iudæi facturi erant.

i Quia] transmigraturi erant de Iudæa in Babylonem.

k Memphis in solitudine erit, & cætera] quasi, tua famosissima ciuitas, vbi solent fieri artes & incantationes magicæ, fiet inuia, & inhabitabilis. Mysticè.

Mysticè.

Mysticè. *a* Surge] qui sedes per consensum. *Psalmo centesimo vigesimo sexto.* Surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. Item qui iaces per malam operationem. *Iosue septim.* b. dixit Dominus ad Iosue: Surge, cur iaces pronus in terra? Peccauit Israël & præuaricatus est populus pactum meum. Item qui dormis per consuetudinem. *Ephes. quint.* d. Surge qui dormis & exurge à mortuis.

b Et reuertamur ad populum nostrum.] *Abacuch.* 3. d. Requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum.

d Vocate nomen Pharaonis Regis Ægypti,] id est, inuocate dicentes: Domine Pharao salua nos. Vel forte nomen Regis erat exhortatio pugnatorum, sicut mons gaudii est exhortatio bellica apud Gallicos. Vel, [Vocate] ô vos omnes qui auditis vaticinium meum dicite Pharaoni.

e Tumultum adduxit tempus] scilicet, contra te scilicet Dominus in tempore suo, quasi iam prope est destructio tua, vt tumultus Chaldæorum contra te dimicet. Sic.

Moraliter.

Moraliter,] contra malos erit tempus. Vnde *Thren.* 1. e. Vocauit aduersùm me tempus vt conterat electos meos. *Bernard.* Sicut non peribit capillus de capite, sic nec momentum de tempore.

f Viuo ego inquit Rex] scilicet [Dominus exercituum, &c. sicut Thabor in montibus, &c.] per hos duos montes, qui sunt fertiles, intelligitur fertilitas Ægypti, quasi, sicut isti montes si procederentur in mare, non essent ampliùs fertiles, sic nec Ægyptus erit fertilis. Vel, id est, sicut verum est quod Carmelus & Thabor sunt montes, sic Ægyptus veniet in mare, id est, in amaritudinem tribulationis. Secundum primam expositionem hæc dictio, [veniet,] iungitur cum hac, [in mari.] Secundùm secundam hæc dictio, [in mari,] iungitur cum hoc termino [Carmelus.] Vel, id est, sicut magna fertilitas est fructuum in illis montibus, sic erit magna ruina Ægyptiorum in mari tribulationum. Vel ad litteram, multi submergentur. Thabor mons est in Galilæa, & est terminus Zabulon. Carmelus autem est iuxta quoddam oppidum quod vocatur Chebron, vbi fuit Nabal. 1. *Regulor. vigesimo quinto* a.

Mysticè.

Mysticè. Thabor & Carmelus sunt montes frugiferi, & significant Doctores Ecclesiæ, tum propter altitudinem, tum propter fertilitatem, tum propter immobilitatem, tum propter nominis interpretationem. Thabor enim interpretatur lumen veniens, Carmelus scientia Circuncisionis: Sic ipsi debent esse circuncisi ab omni superfluitate, & habere scientiam circuncidentem, & sic venire lumen ab eis in Ecclesiam sicut per fenestras vitreas. Magnum ergo est damnum Ecclesiæ si illi montes absorbeantur in mari, scil. vitiorum. Vnde *sup.* 25. g. Cadetis sicut vasa pretiosa, quorum fractura est magna iactura. & peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis. *Isa.* 22. g. Auferetur paxillus qui fuerat in loco fideli, & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo.

h Habitatrix filia Ægypti] est quilibet habitator mundi, vel amator, qui debet transmigrare de amore mundi in amorem Dei, vt se in Mundo reputet peregrinum. Et ideo sumere debet instrumenta peregrini, quæ sunt maximè duo, scilicet, pera & baculus. In pera vbi reponuntur necessaria victui, & eleemosyna quæ datur pauperibus, significatur sapientia: In baculo quo sustentatur peregrinus in lubrico, patientia. Sapientia ergo necessaria est peregrinis propter verborum contumelias. Patientia propter verborum & molestiarum iniurias quæ sæpe occurrunt peregrinis. *l* Vitula elegans atque formosa Ægyptus,] quia populus eius nutritus fuit in deliciis: Et ideo semper lasciuus & indomitus renuens ferre iugū disciplinæ. Sed *m* Stimulator ab Aquilone,] i. Nabuchodonosor. *n* Veniet ei,] i. contra eam acie insultuum in fugam vertendo. *Osea* 4. d. Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel, nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine. Et loquitur de decem tribubus, quæ iugum legis abiecerunt declinantes à Dei seruitute: Et ideò lasciuè depasti sunt, quia in latissimam terram Medorum inclusi sunt, quasi vaccæ depascentes in campis latis.

o Mercenarij quoque eius qui versabantur in medio eius,] id est, Ægyptii, scilicet stipendarij Regis, qui non curam populi habebant, sed magis auaritiæ & luxuriæ studebant, & ideo non pastores, sed mercenarij dicuntur.

p Quasi vituli saginati versi sunt & fugerunt simul] quia deliciis vacabant, sed compulsi sunt, quasi stimulati ad fugiendum.

q Nec stare potuerunt] per timorem.

r Quia dies interfectionis eorum,] id est, Ægyptiorum. *s* [Venit super eos] quasi opprimens.

Mysticè.

Mysticè.

l Vitula elegans, &c.] Vitula lasciuiens Ægyptus est lascivia mundi. Stimulator ab Aquilone est diabolus, qui amicos huius mundi stimulat ad lasciuiendum. *Iob* 12. b. Halitus eius prunas ardere facit, & de ore eius flamma egreditur. Talis etiam lascivia dicitur Memphis, id est, ex ore, quia tota amicitia huius mundi nihil est nisi in ore, & nullo modo in opere.

o Mercenarij quoque eius,] id est, terrenorum amatores. *Apoc.* 18. Negociatores terræ flebunt & lugebunt super illam, quoniam merces eorum nemo emet amplius. *Ioan.* 10. b. Mercenarius & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & disperdit oues. *Thren.* 1. g. Sacerdotes mei & senes mei in vrbe consumpti sunt.

p Quasi vituli saginati] propter lasciuiam vel luxuriam. *Supr.* 5. b. Saturaui eos, scilicet optimates, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur, quasi equi amatores in fœminas, cum tamen deberent habere omnimodam continentiam. Vndè *supr.* 13. a. dictum est Ieremiæ qui erat Sacerdos: Posside lumbare lineum & pone illud super lumbos tuos.

t Et tempus visitationis eorum.] *Isa.* 10. a. Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longè venientis? ad cuius confugietis auxilium?

a Vox eius] id est, Babilonii exercitus] quasi æris sonabit] Tibiæ enim æris illos qui sunt ex parte sua animant: sed aduersarios suos terret. Vel quia æs cunctis aliis metallis sonorius nimis. In hoc significat quod illa tribulatio erit maior & magis faciet vlulare illos, scilicet, Ægyptios, quam aliqua tribulatio quam ante passi fuerant.

b Quoniam cum exercitu properabunt] scilicet, Chaldæi.

c Et cum securibus venient ei.] id est, cum gladiis quibus non resistere possunt Ægyptii, sicut nec arbores securib⁹.

d Quasi ligna cædentes succiderunt saltum eius] id est, succident eos. Aut dicit [saltum] scilicet Ægyptios, tũ quia in infructuositatem, id est, penuriam bonorum redigentur, tum quia steriles, & infructuosi in bono inuenti sunt.

a Vox eius quasi æris sonabit, quoniam cum b exercitu properabunt, & cum c securibus venient ei, quasi ligna d cædentes succiderunt saltum eius, ait Dominus, e qui supportari non potest. f Multiplicati sunt super locustas, & g non est in eis numerus. h Confusa est filia Ægypti, & i tradita in manus populi Aquilonis, dixit Dñs exercituũ Deus Israël. k Ecce ego visitabo super tumultum Alexandriæ, & super Ægyptum & super Deos eius, & l super Reges eius, & super Pharaonem, & m super omnes qui confidunt in eo, & n dabo eos in manus quærentium animam eorum, o & in

f Multiplicati sunt super locustas] id est, Chaldæi interficientes, vel Ægyptii interfecti.

g Et non est in eis numerus] quasi multiplicati sunt super numerum.

h Confusa est filia Ægypti] id est, Ægyptij teneri & delicati.

Mysticè. Mysticè. a Vox eius quasi æris sonabit] Dominus qui modo pluit, & rorem emittit, in Iudicio emittet tonitrua & fulgura; Tunc enim Dominus manifestè veniet, & Psal. 49.
non silebit, & in circuitu eius tempestas valida. *Iob* 26. d. Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? *Soph.* 1. d. Vox diei Domini amara, & tribulabitur ibi fortis. *Hieron.* Siue comedam, siue bibam, siue quicquid aliud faciam, semper resonat in auribus meis vox illa *Mat.* 25. d. Surgite mortui qui iacetis in sepulchris; venite ad Iudicium saluatoris. Amara est hæc vox. Sed illa amarior. Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Sed illa amarissima. Ite maledicti, &c.

b Quoniam cum exercitu properabunt, &c.] id est, cum Angelis iudicabit, qui colligent de Regno eius omnia scandala, cum securibus diuinæ examinationis omnes infructuosos, succidendos. *Psalm.* 73. Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum. Tunc enim omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, &c. *Matt.* 7. c. *Ioan.* 15. a. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet.

e Qui supputari non potest] Quia *Eccl.* 1. d. Stultorum infinitus est numerus.

f Multiplicati sunt super locustas] qui volatum deciduum habent. Hi sunt mundi amatores, qui non in altum ascendunt, sed in morte ad Infernum descendunt. *Iob* 21. b. Ducit in bonis dies suos, &c. *Abd.* 1. b. Si exaltatus fueris vt Aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te.

h Confusa est filia Ægypti] quia tunc gloria mundi confundetur.

i Et tradita in manus populi Aquilonis] id est, Dæmonum, à quibus gloriam habuerunt, secundum illud *Matt.* 4. b. Hæc omnia tibi dabo, scilicet, gloriam mundi, & omnia Regna eius, si procidens adoraueris me. Sed dicitur *Luc.* 12. d. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis Regnum.

k Ecce ego visitabo super tumultum Alexandriæ] quia isti præparauerunt defensioni Ægyptiorum. Alexandria enim ciuitas est Ægypti.

l Et super Reges eius] id est, super homines de stirpe Regia. Vel hoc dicit, quia plures forte Reguli erant in Ægypto, sicut, & Capharnaum, vt dicitur *Ioan* 4. g.

m Et super omnes qui confidunt in eo,] id est, Iudæos & alios, qui confidebant in Ægyptiis.

n Et dabo eos in manus quærentium animam eorum] scilicet Chaldæorum.

o Et] pro, id est, [in manus Nabuchodonosor, &c.]

Mysticè. Alexandria interpretatur alleuans tenebras, vel auferens angustias tenebrarum, & significat Ecclesiam, quæ merito orationis, & exemplo conuersationis & studio prædicationis nititur auferre angustias tenebrarum. Tumultus eius est multitudo causarum quæ fiunt in Ecclesia, & contentiones capitulorum, super qua visitabit Dominus vel in præsenti, vel in futuro. Mysticè.

manus Nabuchodonosor Regis Babylonis, & in manus seruorum eius. Et p post hæc habitabitur q sicut diebus pristinis, ait Dominus. Et r tu ne timeas f serue meus Iacob, & s ne paueas Israël. u Quia ecce ego saluum te faciam de longinquo, & x semen tuum de terra captiuitatis tuæ. Et u reuertetur Iacob, & requiescet, & prosperabitur, z & non erit qui exterreat eum, Et a tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus, quia tecum ego sum, quia b consumam ego cunctas gentes ad quas eieci te. c Te verò non consumam, sed castigabo te in d iudicio e nec quasi innocenti parcam tibi, C

p Et post hæc habitabitur] Ægyptus. Non enim ita irrecuperabiliter Regnum Ægyptiorũ à Nabuchodonosor est destructũ, quin postea vltra recuperatum sit. Ibi enim fuerunt postea Reges vsque ad Augustum Cæsarem.

q Sicut in diebus pristinis] quasi sine oppressione & ruina sicut ante destructionem. Isa. 43. a. & 44. a.

Vel Mysticè exponitur de Ægypto huius mundi, vbi in tempore Christi restauratus est diuinus cultus per ipsũ, & Apostolos. Vnde *Isa.* 29. d. postquã egit de Ægypti destructione & Christi Passione, vbi dixit Erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini iuxta terminum eius: Post subdit, Et cognoscetur Dominus ab Ægypto, & cognoscent Ægyptii Dominum in die ista, & colent eum in hostiis & muneribus; & vota vouebunt Domino & soluent: & percutiet Ægyptum plaga & sanabit eam, & reuertentur Ægyptii ad Dominum. *Iob* 5. c. Ipse vulnerat & medetur. *Isa.* 14. b. Quomodo quieuit exactor, cessauit tributum, quia contriuit Dominus baculum impiorum, virgam Dominantium cædentem populos in indignatione. Mystic.

r Et tu ne timeas.] Ex quo promittit Ægypto restitutionem.

f Serue meus Iacob] id est, ô Iudæi, quasi multo magis debes in me sperare si tot bona faciam alienæ genti. Sed melius exponitur totum. Mysticè. r Ne timeas serue meus Iacob] id est, actiuus.

s Et ne paueas Israel] contemplatiuus. *Isa.* 43. a. Hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel, noli timere, quia ego redemi te. u Quia ecce ego saluum te faciam de longinquo.] Potest exponi de reductione duarum tribuum inter quas etiam pauci reducti sunt de decem, Vel melius de conuersione gentium. *Isa.* 49. d. Ecce isti de longe venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi. *Isa.* 60. a. Filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent, tunc videbis & afflues. & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

x Et semen tuum de terra captiuitatis tuæ.] *Isa.* 49. g. Equidem & captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum fuerit à robusto saluabitur. y Et reuertetur Iacob & requiescet] in terra sua. *Isa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.

z Et non erit qui exterreat eum.] *Iob* 11. d. Defossus securus dormies, requiesces, & non erit qui te exterreat.

a Et tu noli timere, &c.] *Matt.* 10. c. Nolite timere eos qui occidunt corpus. b Quia consumam ego cunctas gentes, &c. Contra *sup.* [Et post hæc habitabitur.] vbi loquitus de Ægypto. Solut. Sensus est, id est, & si alias gentes consumerem, non tamen te. *Isa.* 43. a. Ego dilexi te & dabo omnes pro te, & populus pro anima tua, noli timere, quia ego tecum sum: Ab oriente adducam semen tuum, & ab Occidente congregabo te.

c Te vero non consumam sed castigabo te in iudicio. Quia *Heb.* 12. b. Quem diligit Dñs castigat, flagellat autem omnẽ filiũ quem recipit. *Apoc.* 3. d. Ego quos amo arguo & castigo. Arguo, sc. verbis, castigo verberibus. *Ioan.* 11. a. Ecce quem amas infirmatur. d In iudicio,] quasi non in furore, *sup.* 10. d. Corripe me Domine, veruntamẽ in iudicio, non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas. Sed obstinatos consumet in furore. Vnde *ibid.* Effunde indignationẽ tuam super gentes quæ non cognouerũt te. e Nec quasi innocenti

innocenti parcam tibi; *Eccl.* 30. a. Qui diligit filium suum assiduat illi flagellum.

EXPOSITIO CAP. XLVII.

A

Quod factum est; Priùs contra Ægyptios prophetauit, prædicens eorum captiuitatem. Hic autem prophetat contra Palæstinos, prædicens eorum captiuitatem. Et diuiditur hoc capút in partes, Primò, describit auctor destructiones illorũ sub metaphora aquarum cum impetu ab Aquilone descendentium. Aquæ enim cum impetu descendẽtes, sunt Chaldæi cum strepitu, & impetu contra Palestinam venientes. Secundò, sub metaphora mucronis omnia cædentis eorundem Palæstinorum occisio ostenditur, *ibi*] venit caluitium:] istis ergo Palestinis prædicit captiuitatem futuram, eo quod sicut Ægyptij infestabant populum Domini in illius aduersitate gaudentes. Sic & *Isai. decim. tert.* a. vsque ad *viges. quart.* cap. Et *Ezech.* seriam. *vigesim. quint.* vsque ad *quadragesim cap.* similiter vicinarum gentium prophetantur destructiones.

CAP. XLVII.

al. † ascendet.

Quod *a* factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam contra Palestinos, antequam percuteret Pharao Gazam. Hæc dicit Dominus: *b* Ecce aquæ † descendent ab Aquilone, & *c* erunt quasi torrens inundans, & *d* operient terram, & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius. *e* Clamabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ à strepitu pompæ armorum, & *f* bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarũ illius. Non *g* respexerunt patres filios *h* manibus dissolutis, pro *i* aduentu diei in *k* quo vastabuntur omnes Philisthiim, & *l* dissipabitur Tyrus, & *m* Sidon cum omnibus reliquuis auxiliis suis. Depopulatus est enim Dominus Palæstinos, *n* reliquias insulæ Cappadociæ, *o* Venit caluitium super Gazam, *p* conticuit Ascalon & reliquiæ vallis earum. Vsque *q* quo concideris? *r* O mucro Dñi, vsquequo non quiesces? *f* Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile.

a Quod factum est, &c. antequam percuteret Pharao Gazam] ciuitatem Palæstinorum quam percussit Pharao. Hanc autem destructionem de qua hic agitur fecerunt Assyrij.

b Ecce aquæ descendent ab Aquilone:] id est, exercitus Assyriorum, qui & Iudæos & Palæstinos vastauerunt.

c Et erunt quasi torrens inundans] quasi impetu violentissimo venient, omnia destruentes. Torrens enim citò venit, & nihil ei resistit. De hac eadem istorum vastatione dicitur *Isa.* 14. g. Ne læteris Philisthea omnis tu, quoniam commutata est virga percussoris tui.

d Et operient terram:] præ multitudine exercitûs, vel [operient] quasi dicat, rumor audietur vbique quod Philistæi quondam potentissimi destruentur. Simile *Isai. octau.* b. Ecce adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes & multas, Regem Assyriorum, & omnem gloriam eius. *Isai. vigesim. octau.* c. Flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem. Aliter exponitur hoc de ira iudicis, quando erit in terra pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi, vt dicitur *Luc. vigesim. prim* e. *Isai. trigesi.* f. Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum.

Aliter de ira iudicis.

Moralis.

Moraliter. Aquæ gratiæ, & doctrinæ ascendunt, quia ascendere faciunt *Ioan. quart.* b. Aquæ salientis in vitam æternam. Sed aquæ diuitiarum, vel deliciarum descendunt, quia descendere faciunt in Infernum. *Iosue tert* d. Steterunt aquæ descendentes in loco vno, & adinstar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Edom vsque ad locum Sarthan; quæ autem inferiores erant in mare solitudinis, quod nunc vocatur Mare mortuum, descenderunt, vsquequo omnino deficerent. Per vrbem, Mundus, per habitatores eius, amatores mundi.

e Clamabunt homines, & vlulabunt, &c.] imminente captiuitate, quia tunc vnicuique mors imminebit.

f Et bellatorum eius] id est, Regis Assyriorum.

g Non respexerunt patres filios: Non enim potuit altèr alteri succurrere, vbi hostes in singulos impingerent singulos occidentes.

h Manibus dissolutis] quasi timidi, & impotentes omnino.

i Pro aduentu diei] captiuitatis tantæ.

l Et dissipabitur Tyrus, & Sydon] quia hi in auxilio Palæstinorum. Sic erit in Inferno, vel in die Iudicij, quãdo mali vlulabunt præ contritione spiritus gementes, vt dicitur *Isa.* 66. c. *Soph.* 1. c. Vlulate omnes habitatores pilæ, conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt omnes inuoluti argento. *Ibid.* Erit vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda, & contritio magna à collibus. *Iac.* cap. 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis. Sed tunc omnem malorum vlulatum, strepitus Dæmonum super illos rugientium superabit, & inflexibilis erit iustitia, vt misereatur eorum, nec tunc patres respicient filios, scilicet miserando eis. Tunc enim beati non miserebuntur damnatorum, sed potius congaudebunt diuinæ iustitiæ. *Ps.* 57. Lætabitur iustus cùm viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris: Tũc enim quilibet tantum de seipso sollicitus erit, quia etiam columnæ cœli contremiscent, & pauebunt ad nutum eius, *Iob* 26. c. Vel potest hoc dici de illis qui timore Dei intrant religionem, non hoc dimittentes propter liuorem parentum. *Deut.* 33. a. Qui dixerit patri suo, & matri suæ, nescio vos, &c. *Ieron.* Gladium tenet hostis vt me perimat, & ego de lacrymis parentum cogitabo, per calcatum perge patrem, &c. Et hoc debet facere.

C

D

i Pro aduentu diei,] id est, timore iudicij. *Malachiæ* 3. 2. Quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum?

k In quo vastabuntur omnes Philisthijm,] id est luxuriosi, qui cum potione cadentes.

l Et dissipabitur Tyrus] auari.

m Et Sidon] ambitiosi.

n Reliquias insulæ Cappadociæ.] De Cappadocia enim Dominus transtulerat Palæstinos in terram Palæstinam, sicut & Iudæos transtuli de Ægypto, & Syros de Cyrene, vt habitarent omnes hi circa terram Iudæam. Vnde *Amos* 9. b. Nunquid non Israel ascendere feci de terra Ægypti, & Palestinos de Cappadocia, & Syrios de Cyrene? quasi dicat, non superbiatis vos ò Iudæi, quia transtulerim vos de Ægypto, quia sic & istos de alienis regionibus transtuli.

o Venit caluitium super Gazam.] Gaza ciuitas est Palæstinæ quæ nunquam amodo restituetur, sicut caluo capilli nunquam renascuntur. Vel quia ibi erit maximus luctus, quia secundùm *Ieron.* capitis barbæque rasura luctus indicium fuit apud antiquos, vt dicitur *Iob.* 1. d. *p* Conticuit Ascalon.] Ascalon alia ciuitas similiter Palæstinæ, vbi præ dolore capitis cessauit omnis vox lætitiæ, & gaudij, vt ibi sit mœror continuus. *Sophoniæ* 2. a. Gaza destructa erit, vt Ascalon in desertum. Et ideo, quia destructæ sunt, ibi non erit vox, id est, tumultus hominum: Sic in Inferno mali in tenebris conticescent. Vnde *Psalm.* 106. Omnis iniquitas eorum oppilabit os suum. Gaza interpretatur robusta Domini. Hæc est Ecclesia, quæ est calua, quæ non habet canos in fronte, sed post habet. Vel de Prælatis exponitur, qui quia alios decaluauerunt, & spoliauerunt, tunc expoliabuntur *Isaia* 5. a. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? *Abacub* 2. Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui relicti fuerint de populis. Ascalon interpretatur ignis infamis. Hi sunt luxuriosi, hi omnes, propter peccata sũt de Palæstina, id est, potione cadentes, quia bibunt subsannationem quasi aquam, vt dicitur *Iob trigegesim. quart.* 2.

q Vsquequo concideris? Hic notat grauitatem afflictionis, quia gladius quandoque præ magnitudine ictus concidit valide & conciditur. Vel in hoc innuit, quia Chaldæi alios destruendo meruerunt destrui.

r O mucro Domini vsquequo non quiesces] à vindicta. Et loquitur Propheta quasi eis compatiens, scilicet Philisteis. Iste enim mucro, scilicet Nabuchodonosor, postquam concidit, postea ipse concisus est. Vnde *Ezech. vigesim. prim* g. Mucro mucro, euagina te ad occidendum, lima te vt interficias, & fulgeas. Sed post subdit. Reuertere ad vaginam tuam, ad locum in quo creatus es. In terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam super te indignationem meam, in igne furoris mei afflabõ in te. Et hoc est.

f Ingredere in vaginam tuam, refrigerare & sile.] Hoc ergo dixit Propheta in persona ipsorum Palæstinorum afflictorum. Et ideo respondet Propheta, quia adhuc non

potest

potest quiescere cum Dominus adhuc per eum non exercuerit totam vindictam. Vide *a* Quando quiescet cum Dominus præceperit ei,&c. aduersum maritimas.]i. ciuitates Palæstinorum, quæ sunt marinæ > *c* Ibique condixerit illi,id est præceperit hoc mucroni vt interficiat & ideo antequã perficiatur interfectio non reponetur in vaginam.

a Quomodo quiescet cum Dominus præceperit ei aduersum Ascalonem & *b* aduersum maritimas eius regiones., ibique *c* condixerit illi.

CAP. XLVIII.

AD *d* Moab. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël. *e* Væ super *f* Nabo, quoniam vastata est & confusa. *g* Capta est Cariathiarim *h* confusa est *i* fortis & *k* tremuit. Nõ est *l* vltra exultatio-

Moralis. Moraliter. Per mucronem pœna, per vaginam patientia. Dominus

A extrahit de vagina mucronem quando percutit tribulatione aliquem. Sed tunc occultabitur peccator in vagina quãdo expectatur ad pœnitentiam. Vide Petro volenti percutere, dictum est. Repone gladium in vaginam, id est, expecta & noo sumas vindictam. *Ezech.* 21. a. Ecce ego ad te,& eiciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum & impium. *Iob.* 20.d. Gladius eductus & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua. Modò ergo mucro Domini quiescit in peccatores, sed exibit fulgurans contra eos in iudicio. Sed modo deseruit super bonos, sed in iudicio reuertetur in vaginam. *b* Aduersum maritimas]id est carnales voluptates, quæ dicuntur maritimæ, quia in amaritudinem conuertentur. *Boëtius.* Quid dicam de voluptatibus, quarũ plenus est appetitus anxietate, facietas pœnitentia? *Greg.* Voluptas præsens, non satiat, præterita non delectat, futura cruciat.

EXPOSITIO CAP. XLVIII.

AD Moab. Hæc dicit Dominus; Prius prophetauit cõtra Philisthæos, hic autem contra Moabitas, eorum prædicens futuram captiuitatem. Et diuiditur hoc capitulum in tres partes. Primò, describitur destructio Moab. Secundò, subiungitur causa destructionis, *ibi* [Pro eo .n. quod habuisti] Tertiò, ostenditur compassio Prophetæ super destructione Moab, *ibi* [ideo super Moab euigilabo] De hoc eodem onere agitur. *Isa.* 15.& 16.c. ferè eisdem verbis. Et hunc eundem sequitur ordinem etiam Isaias, quia post onus Philisthum agit de onere Moab: antequam interpretetur, significantur hic peccatores, qui sunt ex patre Diabolo, vt dicitur. *Ioan.* 8. f. Isti Moabitæ semper fuerunt hostes Iudæorum,& eorum derisores,& ideo hic Dominus eos deridet per captiuitatem. Vnde *Prou.* 3. d. Ipse deludet derisores, & mansuetis dabit gratiam. *d* Ad Moab, hæc dicit Dominus,&c. Væ super Nabo] quæ erat ciuitas nobilis Moabitarum, & similiter aliæ ciuitates quas nominat.

Mystic. Mysticè *e* Væ super Nabo] Per Nabo, quod interpretatur sessio vel prophetia, intelliguntur Prælati & Doctores *Matt.* 23. a. Super cathedram Moysi sederunt.

f Quoniam vastata est & confusa] *Psalm.* 52. Confusi sunt quoniam Deus spreuit eos. *Iohel.* 1.c. Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores.

g Capta est Cariathiarim] Cariathiarim interpretatur villa siluarum. Hæc est inutilis & infructuosa peccatorum congregatio. *Eccl.* 21.d. Stupa collecta synagoga peccantium & consummatio illius flamma ignis.

h Confusa est] præ pudore.

i Fortis] ad faciendum malum *Isa.* 4. f. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum.

k Et tremuit] præ timore.

l Non est vltra exultatio in Moab] Quia *Prou.* 14. b. Extrema gaudij luctus occupat, Ducunt enim modo in bonis dies suos,& in puncto ad Inferna descendunt. *m* Contra Esebon] Hæc fuit quondam vrbs Seon Regis Amorræorum. De qua *Num.* 21. f. Egressus est ignis de Esebon, flamma de oppido Seon. *n* Cogitauerunt malum] hostes s. dicentes. *o* Venite & disperdamus eam de gente Esebon interpretatur cogitationes. Vnde *Ps.* 145. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum. *p* Ergo silens conticesces] quia destructi erunt, nec mutire audebunt contra hostes.

Moral. Moraliter. *p* Silens] corde. *q* Conticesces] à laude Dei ore. Quia *Eccl.* 15.c. Non est speciosa laus in ore peccatoris. 1 *Regum*, 2. b. Impij in tenebris conticescent. Item *p* Silens] à peccati confessione *q*. Conticesces à confessione laudis *r* Sequeturque te gladius] fugientem. Sic sæpe contingit aliquos bene tenere silentium suum, & ecce gladius tentationis Diaboli persequitur eos. *Ezech.* 35. b. Cum sanguinem oderis, i. peccatum, sanguis persequetur te, Quia dicit *Gregor.* Illos pulsare negligit,&c Sic & Pharao insecutus est Israel fugientem. *Exod.* 14.b. *s* Vox clamoris de Oronaim] Oronaim ciuitas quæ est terminus

ni Moab, *m* contra Esebon *n* cogitauerunt malum. *o* Venite & disperdamus eam de gente; *p* Ergo silens *q* conticesces *r* sequeturque te gladius. *s* Vox clamoris de Oronaim, vastitas & contritio magna. Contrita est Moab, *t* annunciate *u* clamorẽ *x* paruulis eius. *y* Per ascensum enim Luith plorans *z* ascendet in fletu, quoniam in *a* descensu Oronaim *b* hostes vlulatum *c* contritionis audierunt.

terræ Moab versus Assyrios, vnde venerunt primi rumores de destructione.

t Annunciate clamorem] id est, illud vnde clamant. Vel [Clamorem] Chaldæorum venientium contra eos quos vocat paruulos, quia non potuerunt repugnare.

Mystic. Mysticè *s* De Oronaim] Oronaim interpretatur foramen mœroris, & significat os detractoris & adulatoris, & mali doctoris, & mali aduocati, quod dicitur foramen mœroris, quia est mœroris causa, scil. & præsentis & futuri. De hoc foramine auditur sæpe vox clamoris & contritio, id est causa vastitatis & contritionis, id est malus sermo. *sup.* 2. c. Filij Mempheos & Thanneos constuprauerunt te vsque ad verticem. *Ps.* 5. Sepulchrũ patens guttur eorum. Vel foramen mœroris est vulnus lateris Christi, quod in nobis deberet generare magnum dolorem & mœrorem sola sui consideratione. De hoc foramine audietur vastitas super Moab, i. super peccatores in Iudicio, cum ostendet vulnerum cicatrices. *Zach.* 13. c. Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum ? Et dicet. His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me, id est diligere debebant. *Ieron.* Quis poterit transire siccis oculis, quod lancea militis latus pertransiit Saluatoris. *t* Annunciate] ò vos Prædicatores. *u* Clamorem] Sanguinis Christi qui clamat ad Deum pro nobis *x* Paruulis] id est peccatoribus, qui sine gratia parui sunt ex seipsis, sed minores per peccatum quod diminuit bona naturalia, sed minimi siue paruuli, quando submersi iacent in magnis peccatis. Talib. annunciandus est clamor Sanguinis Christi qui clamat misericordiam. *Hebr.* 13.f. Accessistis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis, & Testamenti noui mediatorem Iesum, & Sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel, videte ne recusetis loquentem *Iob* 16.d. Terra ne operias sanguinem meum, &c. Maximè enim Christi Passio prædicanda est, quia nihil ita extrahit peccatorem à fouea peccati, vt beneficium Passionis. *Rom.* 8 f. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? *Gen.* 43. a. dixit Ioseph fratribus suis, i. Prædicatoribus. Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo. Istis enim minimis, i. maximis peccatoribus magis prædicandum est, quod est contra multos qui nolunt nisi religiosis prædicare. Sed dicitur *Matth.* 9. b. Non veni vocare iustos, sed peccatores. *y* Per ascensum enim Luith plorans] Luith mons est quem oportet transire euntibus de terra Moab ad Assyrios vel Chaldæos. *z* Ascendet in fletu Moab captiuus. *a* Quoniam in descensu Oronaim] Tangit etiam per hoc situm loci, qui fortè in alto est. *c* Vlulatum contritionis audierunt] Cum enim Moabitæ viderent quod extra terram suam ducebantur, vlulauerunt.

Moraliter. *y* Per ascensum enim,&c.] Luith interpretatur genæ. Per hoc enim quod lacrymæ per genas fluunt, ascendit pœnitens ad Deum. *Eccl.* 35. c. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt & exclamatio illius super deducentem eas? A maxilla .n. ascendunt vsque ad cœlum. *sup.* 31.b. In fletu venient,& in misericordia reducam eos, & adducam eos per torrentes aquarum in via recta & nõ impingent in ea. 2. *Reg.* 15. f. Dauid ascendebat cliuum oliuarum scandens,& flens operto capite & nudis pedib. incedens. Tangit duplicem fletũ, quia dicit [Plorans in fletu] quia flendũ est de damno sui, & offensa Dei. Item de omissione & commissione. Item de gratuitorũ spoliatione & naturaliũ læsione. Item de incolatu huius miseri,& de dilatione patriæ. Itẽ de peccatis proprijs & alienis. De hoc *Ps.* 83. Ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lacrymarũ *a* In descẽsu Oronaim] quod interpretatur foramẽ mœroris, i. in humili cõfessione. *b* Hostes]i. Dæmones. *c* Vlulatũ cõtritionis audierũt]& ideo dolẽt. Vel in malo per Oron. Peccatores, qui in futuro iugiter flebũt, quia hic noluerũt flere,

flere, & tunc vlulabunt. *Sophon.* 1. c. Vox clamoris á porta piscium.

a Fugite, saluate animas vestras] Verba sunt Prophetæ ad Moabitas, quasi dicat, in illa vastatione nemo poterit saluari nisi qui ante fugerit; si ergo saluari velitis fugite.

Sup. 17. *a.* B *c* Et eritis quasi myricæ in deserto] quasi, sicut myricis, quia steriles sunt nullum bonum culturæ infertur, nec fructus inde prouenit, sic vobis nullum bonum conferetur tunc, sed eritis in penuria. Vel sic, quasi latitate in desertis, sicut myricæ, quæ humiles sunt arbores, si vultis saluari in deserto, quia myricæ abundant in deserto in terra sterili.

Mystic. Mysticè *a* Fugite] de Moab, id est, de mundo.

b Saluate animas vestras] quia ibi non est locus salutis nisi cum difficultate, & periculo multo, *infr. quinquagesim. prim.* a. Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam. *Psalm. quinquagesim. non.* Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus.

c Et eritis quasi myricæ in deserto.] Hoc dicitur Clericis, qui in diuitiis, vel literis, vel virtutibus suis confidunt, qui sunt in mundo quasi myricæ: id est, pulchri exterius, sed infructuosi, æreі exterius, sed interius lutei. vt dicitur *Dan.* 14. b. Modo enim mali florent exterius, vt myrica, sed ad nihilum aliud valent nisi ad ignem, quia sine fructu sunt, & erunt. Sicut etiam de myricis verberantur pueri; sic & isti permittuntur viuere in flagellum, & correctionem bonorum, sed postea pia mater virgam comburet. De myricis etiam purgantur domus, sic boni per tales.

d Pro eo enim, &c.] Hic ponit causam destructionis.

e In munitionibus tuis] mysticè, id est, diuitiis, vel scientiis, vel libris suis, vel virtutibus exterioribus, vel ieiuniis, & huiusmodi *Abac. prim.* c. Super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. *Num. tert.* c. Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis, quæ si concussæ fuerint, cadent in os comedentis, quia ieiunia, & huiusmodi, quando concutiuntur a vento inanis gloriæ, sæpe tunc cadit homo á rectitudine propositi boni, & cadit in os Diaboli deuorantis.

f In thesauris tuis] virtutum, & bonorum operum, vel sapientiæ. *Eccles.* 1. d. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ. *Ezech.* 16. b. Habens fiduciam in decore tuo, id est, sapientia, & virtute, fornicata es, scilicet inaniter gloriando. *Isa.* 61. c. Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis. Hoc faciunt qui fortes superant tentationes, vel qui magnos ad Deum conuertunt, & inde aliquando superbiunt, & fiunt aliquando quasi myricæ in deserto. *Apoc.* 3. c. Incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis quod diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Ad literam, isti Moabitæ confidebant in thesauris suis, quia credebant se inde posse conducere milites stipendiarios. *g* Et ibi Chamos in transmigrationem.] Chamos idolum erat Moabitarum, quod quia aureum erat, hostes illud secum detulerunt. *Amos* 1. d. Ibit Melchon in captiuitatem. *l* Et veniet prædo] Babylonius.

m Ad omnem vrbem] Moabitarum. *n* Et peribunt valles] id est, ea quæ sunt in vallibus, vt oliueta, & huiusmodi.

Mystic. Mysticè. *g* Et ibi Chamos, &c.] Chamos interpretatur congregans, vel attrectans. Hæc est sapiētia sæcularis, quæ multos sibi congregat, & attrectat. Cuius *i* Sacerdotes; id est auditores qui seipsos ei sacrificant per auditū, & studium eam honorando.

k Et Principes eius simul] id est, Doctores illius omnes simul ibunt.

h In transmigrationem] vel pœnitentiæ, vel gehennæ. *Num.* 24. c. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga ex Israel, & percutiet duces Moab. *Isa.* 29. e. Peribit sapiētia á sapientib⁹ eius abscōdetur. *Abd.* 1. c. Perdam sapientes de Idumæa, & prudentiā de monte Esau. *Iob.* 12. d. Ducit Sacerdotes eorū inglorios, & optimates eorū supplātat, adducit consiliarios in stultū finem, & iudices in stuporem.

l Et veniet prædo] id est Diabulus, *supra* 4 b. Ascendit Leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit.

o Date florem Moab, quia florens egredietur] quasi permitte, vt ad tempus floreat, quia cito destruetur. Dicere Domini, est ipsum permittere hostes non destruere Moab, donec postquam floruerit.

a Fugite, *b* saluate animas vestras, & *c* eritis quasi myricæ in deserto. *d* Pro eo enim quod habuisti fiduciam, in *e* munitionibus tuis, & in *f* thesauris tuis, tu quoque capieris. Et ibit *g* Chamos in *h* transmigrationem, *i* Sacerdotes eius, & *k* Principes eius simul. Et *l* veniet prædo *m* ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur. Et peribunt *n* valles, & dissipabuntur campæstria, quoniam dixit Dominus: *o* Date florem Moab quia *p* florens egredietur & *q* ciuitates eius desertæ erunt, & *r* inhabitabiles. *ſ* Maledictus qui *t* facit opus † Domini fraudulenter, & *u* maledictus qui prohibet gladiū suū à sanguine. *x* Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & *y* requieuit in fęcib⁹ suis

Mysticè. Mysticè. Flos est dignitas Prælationis, & prosperitas temporalis Moab est peccator, qui in mundo florere permittitur, sed nullum fructum bonum facit. Vnde *Isa.* 18. c. Ante messem totus effloruit, & immatura perfectio germinauit. *Isa.* 17. d. Manè semen tuum florebit, ablata est messis in die hæreditatis *Osea.* 8. b. Culmus stans, non est in eo germen, non faciet farinam. Quod & si fecerit, alieni comedent eam. *p* Quia florens egredietur] quia cum magno fastu, & ambitione sepelietur.

al. † Dei negligenter.

q Et ciuitates eius desertæ erunt] id est tres vires animæ remanent desertæ.

r Et inhabitabiles] in æternum. Rationabilis, sine luce veritatis; concupiscibilis, sine lege charitatis, irascibilis, sine gloria dignitatis.

ſ Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: Alia litera (negligenter) id est, qui discretionem non exercet, sicut debet. *u* Et maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine, id est, ab interfectione Moabitarum.

Moralit. Moraliter. *ſ* Maledictus qui opus Domini] id est, orationem, prædicationem. *t* Facit fraudulenter (id est, propter malum fauorem, aut commodum temporale. *Greg.* Fraudem in opere Dei perpetrat, qui se inordinatè diligens, per hoc quod rectè agit, ad remunerationis transitoriæ bona festinat. Tribus autem modis, vt ipse dicit, hæc fraus committitur, scilicet cum per hæc quæ agimus, aut cordis fauorem, aut oris laudem, aut manus retributionem quærimus. Sed dicitur *Isa.* 33. c. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Primum munus captare gratum à cogitatione; secundum gloriam per laudem; tertium prœmium per dilationem. Primum est à corde, secundum ab ore, tertium à manu. Similiter, secundum aliam literam, omnes illi maledictionem Dei incurrunt, qui negligenter faciunt opus Dei, scilicet orando, confitendo. 2. *Paralip.* 24. a. Porro Leuitæ egere negligentius *Malach.* 1. d. Maledictus dolosus qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino.

u Et maledictus qui prohibet gladium à sanguine] id est verbum prædicationis. *Ephes.* 6. c. Et gladium spiritus quod est verbum Dei. Per sanguinem peccatum. *Osea.* 4. a. Sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatum peccato additum est. A sanguine ergo gladium detinere est, vt dicit *Greg.* prædicationem à peccati reprehensione, vel carnalis vitæ interfectione retinere. Et talis est maledictus. *Leuitici* 20. a. Si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, succidamque ipsum, & omnes qui consenserunt ei. Ideo *Psalm.* 39. Ecce labia mea non prohibebo Domine tu scisti, iustitiam tuam non abscondi in corde meo veritatem tuam, & salutare tuum dixi. *Exod.* 32. f. Ponat vir gladium suum super femur suum, & occidat vnusquisque fratrem suum, & amicum, & proximum suum. *Eccles.* 4. c. Ne reuerearis proximum tuum in casu suo, nec retineas verbum in tempore salutis. *Deut.* 32. f. Gladius meus deuorabit carnes. Ideo dicitur. *Actor.* 20. f. Contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium, non enim subterfugi quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis.

x Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua.] Moabitæ quasi à principio semper fuerunt in abundantia, & pace, & propter hoc despiciebant Iudæos, qui frequenter erant in bellis, & captiuitatibus.

y Et] ideo. [requieuit in fæcibus suis] id est, immobilis in vitiis perseuerans. *Exod.* 15. b. Fiat immobilis quasi lapis. Et hic est argumentum quod abundantia generat peccatum, & maxime luxuriæ. *Luc.* 15. b. Congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in regionē longinquam, & ibi substantiam suam dissipauit viuendo

luxuriose

a Nec transfusus est de *b* vase in *c* vas, & in *d* transmigrationem non abiit. *e* Idcirco permansit gustus eius in eo, & *f* odor
C eius non est immutatus. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, *g* & mittam ei ordinatores, & stratores laguncularum, & *h* sternent eum & vasa eius exhaurient, & *i* languunculas eorum collident. *k* & Et cōfūdetur Moab a Chamos, *l* sicut confusa est domus Israël à Bethel in qua habebat fiduciam. Quomodo *m* dicitis fortes sumus, & viri *n* robusti ad prælandum? *o* Vastata est Moab & *p* ciuitates illius † *q* ascenderunt, & *r* electi iuuenes eius *ſ* descenderunt in occisionem, ait Rex; Dominus exercituum nomen eius. *s* Prope est interitus Moab vt veniat, & *u* malū eius velociter † accurret nimis.

Luxuriosè. Vnde *sup.* 13. a Iuxta fluuium Euphratem computruit lumbare lineum *sup.* 4. b. Iuxta fluuium Euphratem victi sunt, & ruerunt, id est, in foueam luxuriæ deciderunt *Prouerb.* 23. c. Fouea profunda meretrix, & puteus angustus aliena. *sup.* 2. b. Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructus eius, & ingressi contaminastis eam. *Ps.* 68. Intrauerunt aquæ, scilicet, diuitiarum vsque ad animam meam. Et statim subdit. Infixus sum in limo profundi. *Soph.* 1. c. Visitabo super viros defixos in fæcib suis. *Gregor.* Dum concessis rebus immoderatè homo ignauus vtitur, vigor animi in luxum resoluitur, & protinus in superbiam cor eleuatur, & Deum quem per humilitatem habere potuit propitium, facit sibi per superbiam contrarium esse.

a Nec transfusos est de vase in vas.] Loquitur per similitudinem vini, quod quando corruptioni propinquum est, reiicitur de dolio in dolium, vt noo sit super faces suas, & sic saluatur melius & redditur purius. Faceæ sunt desideria carnis, à quibus non sunt purgati per tribulationem captiuitatis.

b De vase] culpæ.

c In vas] pœnitentiæ, vel de otio ad laborem, vel de statu ad statum, vel de loco ad locum. Multum enim valet ad fugiendum peccatum status vel loci mutatio. *Ezech.* 12. a. Fac tibi vasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis. *sup.* 46. c. Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti. *Prou.* 6. a. Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de insidiis aucupis. Vnde fit de vase contumeliæ in vas translatus gloriæ, id est, de carne in spiritum. Vtrumque enim vas est, quia quidam sunt in carne, vt qui quæ carnis sunt sapiunt, & quidam in spiritu. Ideo *Matth. vlt.* d. Discipuli abierunt in Galilæam in montem, &c. Vnde.

d Et in transmigrationem non abiit] scilicet de vitiis ad virtutes, ab otio corporis ad laborem pœnitentiæ. *Ps.* 10. Transmigra in montem sicut passer. *sup.* 17. b. Erit tanquam lignum quod transplantatur super aquas. Ad literam, Moabitæ nunquam abierunt in transmigrationem ciuitatis & ideo despiciebant Iudæs, qui in captiuitatibus multis erant, secundum illud *Ps.* 72. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia. *Ezech.* 16. f. Hæc fuit iniquitas Sodomiæ, superbia panis & saturitas, & abundantia, & otium.

e. Idcireo permansit gustus eius in eo] scilicet antiquæ fœlicitatis & abundantiæ.

f Et odor eius] famæ magnæ dignitatis & excellentiæ eorum [non est immutatus] Vel *e* Gustus] prauæ consuetudinis, quia:

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Prou. 22. a. Adolescentes iuxta viam suam etiam cum senuerit non recedet ab ea. *Prou.* 13. b. Substantia festinata minuetur, quæ autem paulatim colligitur, multiplicabitur. Tali enim homini in malis inueterato nihil spirituale sapidum est. *Ecclesiast.* 1. Execratio peccatori cultura Dei, *Baruch.* 3. b. Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, dereliquisti fontem sapientiæ. Amittitur enim cor in deliciis. Vnde *Iob* 28. b. Non inuenitur sapientia in terra suauiter viuentium. Sed recuperatur in captiuitate tribulationis. *Baruch.* 2. g. Conuertentur ad cor suum in terra captiuitatis suæ, & scient quia ego Dominus Deus eorum, & dabo eis cor & intelligent.

f Et odor] infamiæ. *g* Et mittam ei ordinatores, & stratores laguncularum.] Prosequitur metaphoram, vini, quasi, sicut facilè frangitur lagungula quæ fictilis est, sic Chaldæi facilè destruent Moab. Et ideo dicuntur [stratores.] Dicuntur autem [ordinatores] quia ordinabunt inter se alio faciliori modo vt Moabitæ transfundantur in aliud vas, id est. in aliam regionem. Vel dicuntur [stratores laguncularum] id est apparitores laguncularum] siue doliorum, quasi parabunt eis carceres vbi concludent eos in terra sua. Vel id est separabunt eos sicut dolia. Et hoc est. *h* Et sternent eum, & vasa eius exhaurient] id est, ciuitates à bonis suis euacuabunt. *i* Et laguncųlas eorum collident] sicut cum reparatur dolium, vbi sunt multæ punsiones, & collisiones, quasi, sic ipsi transfundentur de regione sua in aliam, & priora vasa collidentur, quia ciuitates eorum destruentur, & ipsi etiam cum multis pressuris, & collisionibus tribulationum in terram aliam ducentur. *k* Et confundetur Moab à Chamos] quia non poterit eis auxiliari, in quo tamen idolo habebant fiduciam. *l* Sicut confusa est domus Israel a Bethel] vbi colebant vitulos aureos. 2. *Reg.* 12. g.

Mysticè. Lagunculæ sunt corpora nostra fragilia, vel corda nostra citò mutabilia. De quibus *Iob* 32. b. Ventus meus quasi mustum quod lagunculas nouas dirumpit. Ordinatores autem & stratores laguncularum, sunt Prædicatores: qui dicuntur ordinatores cum docent ordinem viuendi; & statores, cum hominibus ostendunt fragilitatem suam. Vasa exhauriunt cum peccata audiendo confessione effundunt. Vasa colligunt, cū morituros ostendūt. Et tunc confunditur Moab, id est, peccator bona confusione. Hos ordinatores mittit Dominus, cum mittit Prædicatores ad conuertendum peccatores. *Isa.* 49. e. Venerunt structores tui ad destruendum te & dissipantes à te exibunt. Vel [ordinatores] bona prædicantes, sed [stratores] quicquid verbo ædificant, opere destruendo. Exhauriunt enim vasa subditos spoliando, & collidunt comprimendo & persequendo. Vos depasti estis vineam meam, & rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum & facies pauperum commolitis?

Mystic.

al. † succenderunt.

al. † occurret.

m Quomodo dicitis, fortes sumus] Confidebant enim in fortitudine sua. *Isa.* 19 b. Quomodo dicetis Pharaoni, filius sapientum ego, filius Regum antiquorum?

Moraliter. Moraliter. Tales deberent esse Prædicatores & Prælati, scilicet [fortes] ad mala sustinenda.

n Et viri robusti ad prælandum] id est, ad ardua aggredienda. *Iosue prim.* 2. Confortare & esto robustus valde vt custodiaris, & facias scilicet, in mali declinatione, & boni operatione.

o Vastata est Moab, id est, vastabitur citò. *p* Et ciuitates illius] scilicet destruentur. *q* Ascenderunt [hostes.

r Et electi iuuenes eius] scilicet Moab.

ſ Descenderunt] vt hostibus resisterent. Si enim hostes ascendebant, quia terra montuosa est, necesse erat illos qui eis obuiabant descendere.

Mysticè. *o* Moab] id est Mundus [vastata est] Quia 1. *Corinthior. septim.* c. Præterit figura huius mundi. 1. *Ioann. secund.* c. Transit mundus & concupiscentia eius.

p Et ciuitates] id est, diuitiæ, delitiæ, dignitates.

q Ascenderunt] in vanam gloriam, vel hypocrisim, vel auaritiam, vel in prælationem, scilicet mali Prælati. Sed.

r Electi iuuenes eius descenderunt in occisionem] Quia. *Prouerbior. vigesim. non.* c. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbunt. *Ibidem.* a. Cum impii sumpserint principatum, gemet populus. *Psalm. septuagesim. septim.* Iuuenes eorum comedit ignis.

s Prope est interitus Moab, &c.] Contra illos qui longam vitam sibi promittunt, & ideo nolunt peccata dimittere. Sed iuxta illud *Iob vigesim. prim.* b. ducunt in bonis dies suos, &c. *Sophonia primo.* c. Iuxta est Dies Domini magnus, iuxta est, & velox nimis.

u Et malum eius velociter accurret nimis.] Omne enim quod fine clauditur breue est. 1. *Corinthi.* 7. capit. 7. e. Dico vobis, tempus breue est. *Isaia* capit. 14. a. Propè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. *Prouerbior.* cap. 6. b. Veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Quasi viator venit, ne possis effugere; quasi vir armatus, ne possis resistere. Ideo *Ecclesiast.* cap. 5. b. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Ideo ergo non dicant peccatores in se confidentes, fortes sumus, vel diu viuemus, sicut illi dicebāt, Ideo *Greg.* Frustra se sperat fortem, qui in Deum non confidit omnipotentē.

Citò

Citò enim eios certa damnatio; quem summi Regis non defendit protectio, ocius que robur eius dissipabitur qui in propria virtute seu sciētia gloriatur. Solū est ergo pœnitentium refugium a vero Saluatore salutis suæ quærere remedium. De quo scriptum est. Omnis qui confidit in illū, nō cōfundetur.

a Consolamini eum omnes qui *b* estis in circuitu eius, & *c* vniuersi qui scitis nomen eius, dicite; Quomodo *d* confracta est virga fortis, *e* baculus gloriosus? *f* Descende de gloria & *g* sede in siti *h* habitatio filiæ Dybon, quoniam *i* vastator *k* Moab ascendent ad te, *l* dissipabit munitiones tuas. In *m* via sta & prospice *n* habitatio Aroer. *o* Interroga fugientem, & ei qui euasit dic, quid accidit? Confusus *p* est Moab quoniam victus est *q* Vlulate & *r* clamate, *s* annunciate in *t* Arnon, quoniam *u* vastata est Moab, & *x* iudicium venit ad *y* terrā campestrē *z* super Elō, & super † Iasa & super

al. † Iesa.

a Consolamini] Ironicè loquitur, vel ad pœnitentiam eos vocat, postquam vastati fuerint, vt per pœnitentiam euadere mereantur miseriā, & ab illa liberari Moab, per hoc, scilicet, quod dicit eū intellige, sic & dicitur Prædicatoribus, & Doctoribus, qui non debent esse in medio malorum tanquam eorum imitatores, vel eis in malo consentientes. Sed *b* Omnes qui estis in circuitu eius] per sollicitudinem salutis eorum, & vitæ eminentiam, ab omni malo separationem. *Ioan.* 7 c. Ego dedi eis sermonem meum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Talibus dicitur. Consolamini eum *Isa.* 40. *b* Ascende in montem tu qui euangelizas Sion. *c* Et vniuersi qui scitis no. &c.] id est, potestatem, diuitias, & huiusmodi, vnde nominabilis est.

d Quomodo confracta est vir. for.] id est, confidens in fortitudine sua, & prius multos populos confringens. *Isa.* 10. b. Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. *e* Baculus gloriosus.] id est, Rex vel potestas Regni. *Isa.* 14. b. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium. Quod & potest exponi de superbis Prælatis.

f Descende de gloria] Potestatis, & Regni, & dignitatis.

g Et sede in siti] id est, in omnium bonorum penuria.

h Habitatio filiæ Dybon] id est, omnes illius habitatores qui dicuntur filiæ, quia molles & delicatæ.

i Quoniam vastator] Chaldæus, scilicet. *k* Moab] id est, Moabitarum. *l* Dissipabit munitiones tuas] id est, vrbes munitas.

Mystice. Mysticè. Dybon interpretatur sufficiens ad intellectum, vel abundanter intelligens, & significat clericos, vel literatos & ingeniosos, qui sæpe de sua scientia, & ingenio gloriantur, quibus dicitur. *f* Descende de gloria] id est, non superbias de tua scientia. *Sap.* 9 g. Non glorietur sapiens in sapientia sua. *g* Sede in siti] iustitiæ. *Matt.* 5. a. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Iusta est hæc admonitio, vt qui diu studuit ad scientiam, aliquantulum studeat ad bonam vitam. *Isa.* 47. a. Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis.

l Quoniam vastator Moab] id est, Diabolus. Ideo enim flere debent vt qui addit scientiam, apponat & dolorem. *Eccl.* 1. d. *l* Dissipabit munitiones tuas] id est, comportabit aggerem, scilicet, diuitiarum, & capiet eam, scilicet munitionem, de qua ibi prædicit.

m In via sta & prospice] sic solent facere illi qui sunt præ timore solliciti, stare super vias & prospicere, si videant nuncium, vt audiant ab ipso rumores, quasi, inquirere diligenter, si audias rumores à veniente de exercitu Chaldæorum.

n Habitatio Aroer] Metropolis est Moabitarum, in quo innuitur, quod subito veniat vastatio. *o* Interroga fugientem, & ei qui euasit quasi, si aliquem videris qui fugerit à prælio quod committitur, vel aliquem qui euaserit, quære rei veritatem, ex cuius parte sit victoria.

p Confusus est Moab] ecce responsio fugientis.

Mystic. Mysticè. *m* In via sta.] id est, viam tuam considera *sup.* 6. d. State super vias vestras, & interrogate diligenter de semitis antiquis. *Iob.* 21. d. Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem eum intelligere cognoscetis. Aroer interpretatur myrica, vel consurgens, vel suffossa, & significat Mundum qui est in myrica in luxuriosis, consurgens in superbis, suffossa in auaris. Habitatores ergo Aroer sunt peccatores, quos monet prospici, id est, procul aspici. *Psal.*

38. Vidi impium superexaltatum, &c. In originali habetur hæc litera, prospice habitatio Aroelis. *q* Vlulate] per cordis contritionem. Et clamate] per oris confessionem. *s* Annunciate] per operis satisfactionem. *t* Arnon terminus est Moab & interpretatur arca mœroris, hæc est Mundus.

Mephat, super Dybon, & super Nabò, & super domum Deblathaim, & super Chariathiarim, & super Bethgamul, & super Bethmaon, & super Charioth, & *a* super Bosra, & super omnes ciuitates terræ Moab quæ longè, & quæ propè sunt. Abscissum est *b* cornu Moab & *c* brachium eius contritum est, ait Dominus. *d* Inebriate eum quoniam *e* contra Dominū erectus est. Et *f* allidet manum Moab in *g* vomitu suo, & *h* erit in derisum etiam ipse. *i* Fuit enim in derisum tibi Israël, quasi inter fures reperisses eum. Propter *k* verba ergo tua quæ aduersū illū locutus es, captiuus duceris.

u Quoniam vastata est Moab] a quibus sic vict⁹ vel vastatus mundus, dicitur 1. *Ioan.* 2. c. Scribo vobis iuuenes, quoniam vicistis malignū. *x* Et iudicium] id est, vindicta Domini quam per Chaldæos exequetur. *y* Venit ad terram campestrem] quasi iam transiuit montes. *Ioan.* 12. c. Nunc Iudicium est mundi, nunc Princeps huius Mundi eiicietur foras. *z* Super Elō, &c.] ciuitates sunt de Moab, super quas iubet annunciari propinquationem exterminij. *a* Et super Bosra,] ergo Bosra est ciuitas Moab. Contra *Amos.* 1. d Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosræ. Ibi *Interl.* alterius ciuitatis, scilicet, Idumææ, de qua ibi loquitur, sicut & Theman, Sol. Bosra proprium nomen est ciuitatis in Moab. Vnde *Isa.* 43. a. Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Ibi Bosra est ciuitas non in Idumæa, sed in Moab. Quādoque autem sumitur pro nominis interpretatione quæ est munita & sic significat Idumæam quæ est munita collibus: & sic sumitur in Aos. De hac captiuitate Moab dicitur *Amos.* 2. a. Mittam ignē in Moab, & deuorabit ædes Charioth, & morietur in sonitu Moab, & in clangore tubæ. *b* Abscissum est, &c.] id est, Regnum & potestas. Et loquitur Moab quasi de Tauro, cuius potestas tota est in cornibus. *c* Et brachium eius contritum est.] Hic de ipso loquitur quasi de luctatore. *Zach.* 11. d. Brachium ariditate siccabitur.

Moraliter. Moraliter. Per cornu potestas & diuitiæ peccatorum, quæ omnino auferentur. *Ps.* 75. Omnia cornua peccatorū confringam. Per brachiū omnis fortitudo malorū. *Ezech.* 30. f. Fili hominis brachium Pharaonis Regis Ægypti cōfregi, & ecce non est obuolutū, vt restitueretur ei sanitas. *d* Inebriate eum] sc. ô vos Chaldæi de calice iræ Domini: de qua *sup.* 25. d. Sume calicem vini furoris huius, & propinabis de illo cunctis gentibus, & bibēt, & turbabuntur. *e* Quoniam cōtra Dn̄m, &c.] Insultando contra Iudæos, sc. duarum & decem tribuum captiuatos. *f* Et allidet manum] suam vt non possit alij nocere, nec se defendere, sicut nec qui habet manum aridā. *g* In vomitu suo] id est, quando punietur. Pœnam enim vomitum vocat, sicut ebrius solet cadere & vomere, & allidere manum qua vult se detinere, sic & manus malorum alliduntur vt non possint amplius benefacere, vel malè.

h Et erit in derisum] qui alios irrisit. Vnde. *i* Fuit enim in derisum tibi Israel] quasi dicat, Moab, ipse Israel fuit tibi in derisum, sic mali in Iudicio deridebuntur à Domino & Sanctis, qui hic Sanctos deriserunt. *Prou.* 1. c. Ego in interitu vestro ridebo & subsannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit, *Ps.* 58. Et tu Domine deridebis eos, & ad nihilū deduces omnes gētes. *Isa.* 33. a. Cum fatigatus desieris contēnere contemneris. *Sap.* 5. a. Dicentes intra se, pœnitentiam agentes & præ angustia spiritus gementes, hi sunt quos habuimus aliquando in derisum & in similitudinem improperij, Quia modo deridetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. *Iob.* 12. a. Tunc etiam vomerent mali, quia quæ cum suauitatē hic biberunt, tunc amaritudine euoment. quando diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus, vt dicitur *Iob* 20. b. qui autem sint illi qui calicem iræ Domini bibent, dicitur *Apoc.* 14. b. Si quis adorauerit Imaginem bestiæ, & acceperit characterem eius in fronte, aut in manu sua, hic bibet de vino iræ Dei quod mixtum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulphur, & fumus tormentorum eius ascendet in sæcula sæculorum.

k Propter verba ego tua quæ aduersum illud, &c.] Irridendo,

a Relinquite ciuitates & *b* habitate in petra habitatores Moab, & estote quasi Columba nidificans in *c* summo ore foraminis. *d* Audiuimus superbiam Moab. *e* Superbus est valde. *f* Sublimitatem eius & arrogatiam, & superbiam, *h* altitudinem cordis illius ego scio, ait Dominus. *i* Iactantia eius, *k* eo quod non sit iuxta eam virtus eius, *l* nec iuxta quod poterat, conata sit facere. *m* Ideo super Moab eiulabo & ad *n* Moab vniuersam clamabo, ad *o* viros muri fictilis *p* lamentantes. De *q* planctu Iazer plorabo tibi *r* vinea Sabama. *s* Propagines tuæ *t* transierunt mare, vsque *u* ad mare Iazer peruenerũt super *x* messem tuam & vindemiam tuam *y* prædo irruit. *z* Ablata est lætitia & *a* exultatio de *b* Carmelo, & de terra Moab, *c* & vinum de torcularibus sustuli. *d* Nequaquam calcator vuæ solitum celeuma cantabit. De *e* clamore Esebon vsque *f* Eleale, & † *g* Iasa dederunt *h* vocẽ suam, à Segor vsq; ad Oronaim *i* vitulã † cõternãtẽ

(al. † Iesa.) (al. † consternantem.)

do, captiuus duceris *Matt.* 12. c. Ex verbis tuis condemnaberis. Et *Prou.* 18. b. Os stulti contritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius. *a* Relinquite ciuitates] quasi fugite si vultis saluari. *b* Et habitate in petra, &c.] id est, latitate in petris, & locis cauernosis. *c* In summo ore foraminis] id est, supremo quasi lateris, in supremis cauernis & profundissimis, vbi non possint hostes attingere, quia non poteritis aliter euadere.

Mystice. Mysticè. *a* Relinquite ciuitates] id est, mundanam conuersationem. *Osea* 11. d. Ego Dominus ciuitatem non ingredior. *Psal.* 54. Quis dabit mihi pennas sicut Columbæ & volabo, & requiescam? *Alibi.* Elongaui fugiens & mansi in solitudine. *Ier.* Oppidum mihi carcer est, solitudo Paradisus. *Senec.* Quoties inter homines fui, minus homo redij. In vitis Patrũ, quæsiuit quidam. O pastor quomodo saluus ero? Respondit: fuge homines, & tace, & saluus eris. *Ier.* ad Heliodorũ. Quid facis in turba qui solus es? *Senec.* Fuge multitudinem, fuge paucitatem, fuge etiam vnum. Nihil tam damnosum bonis moribus, quam in spectaculis residere. *Iob* 39. a. Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis. Contemnit multitudinem ciuitatis & clamorem exactoris audit.

Isa. 6. b.

b Et habitate in petra Christo, 1. *Cor.* 10. a Petra autem erat Christus, *Isa.* 2. c. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo, scilicet, per vulnerum Christi mediationem *Cant.* 2. d. Surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni Columba mea in foraminibus petræ in cauerna maceriæ, scil. vulneribus manuum & pedum. *c* In summo ore foraminis] id est, in vulnere lateris. *Isa.* 9. b. Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi Columbæ ad fenestras suas, id est, ad quinque vulnera Christi, *Iob* 29. c. In nidulo meo moriar. Debent esse Columbæ per simplicitatem; & tamen Serpentes per prudentiam, vt dicitur *Mat.* 10. b. Estote prudentes sicut Serpentes, & simplices sicut Columbæ. Ne sint vt stulta Columba quæ non habet cor, vt dicitur *Osea* 7. c. de quibus *Psalm.* 118. Erraui sicut ouis quæ periit. Vel summũ os foraminis est perfecta confessio Passionis Christi, quæ tunc perfecta est, quando & corde creditur, & ore fit confessio & opere imitatio. *Iob* 39. d. Pulli Aquilæ lambunt sanguinem.

d Audiuimus superbiam Moab] hoc dicit ex persona vicinarum gentium.

e Superbus est valde] quia plus effertur quam poscat eius fortitudo. *f* Sublimitatẽ eius] hoc dicit in persona Domini illis attestantibus. Sublimitatem per extollentiam exteriorem. *g* Et arrogantiam] per vsurpationem boni non habiti sibi qua eleuat se super alios, scilicet, meliorem aliis se putando. *h* Et altitudinem cordis] quoad magna, & maxima habenda plus quam se possit anhelat ex corde. *i* Iactantiam eius. In verbis per quam appetit laudem in seipso. *k* Eo quod non sit iuxta eam virtus eius] quasi plus credit se posse quam possit. *l* Nec iuxta quod poterat] sed vltra *Isa.* 16. Superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius plus quam fortitudo eius, *Ieron.* Præcipitata audacia plus audet quam possit. *m* Ideo super Moab eiulabo] quasi ô Moab pro hac tua afflictione plorabo, quia tanta erit calamitas, & miseria tua, vt hostes tuos tibi compati compellat. Vel, dic, quod in hac condolet Propheta, non poenis eorum, sed causę poenarum, scilicet, culpis. *n* Et ad Moab vniuersam clamabo] scilicet omnem eorum Prouinciam. *Isa.* 16. c. Venter meus ad Moab quasi cythara sonabit. Ideo etiam & Isaias & Ieremias, & alij Prophetæ semper compatiuntur Moabitis magis quam aliis, quia Moabitæ erant Iudæis viciniores.

o Ad viros muri fictilis] id est, facti de lateribus, in quibus gloriabantur. *p* Lamentantes] præ dolore afflictionis & captiuitatis. *q* De planctu Iazer plorabo tibi] quasi quantũuis hostiliter cum populo meo egeris Moab, tamen affectio cordis mei est ad Moab.

r Vinea Sabama] locus est in terra Moab, vbi sunt optima vineta, per quæ hic intelligitur tota terra, tamen secundum Ieronymum ciuitas est. *s* Propagines tuæ] propagines vocat populos Moab, qui.

t Transierunt mare] quasi per mare ad eundum in captiuitatem. *u* Vsque ad mare Iazer] Iazer enim fluuius est Babylonis. De hoc *Isa.* 16. b. Domini gentium ceciderunt, flagella eius vsque ad Iazer peruenerunt, errauerunt in deserto, propagines eius relictæ sunt, transierunt mare.

Mysticè. Per murum fictilem, corpus. *Nahum. vlt.* c. Intra in lutum; & subigens tene laterem, quasi debemus eos reputare fictiles & luteos. *x* Super messem, &c. prædo irruit] Babylonius.

Mystice. Mysticè. Per messem doctrina Catholica, vbi est difficilis, per vindemiam eadem, vbi est facilis. Super has prædo ruit, cum Diabolus seminat prauam doctrinam, quasi zizania in medio tritici, per quod fit panis, quod conuertitur in fel Aspidum insanabile, vt dicitur *Iob* 20. b. Panis eius in vtero illius vertetur in fel Aspidum intrinsecus. *Deut.* 32. c. Fel draconum vinum eorum, & venenum Aspidum insanabile. De vinea Sodomorum vinea eorum & de suburbanis Gomorræ.

y Prædo] est Diabolus, *Iob* 5. a. Cuius messem famelicus comedet, & bibent sitientes diuitias eius. *z* Ablata est lætitia] exterior. *a* Et exultatio.] Interior. *b* De Carmelo, &c.] mons est fertilissimus, vicinus terræ Moab, per quem intelligitur fertilitas totius terræ Moab. *c* Et vinum de torcularibus sustuli] ad literam, vel mysticè, de torcularibus sacræ Scripturæ, id est, de lectionibus, & prædicationibus. Multi enim in Theologia legunt, vel disputant, vel prædicant, nec tamen inde extrahunt vinum compunctionis. *Iob* 24. Inter aceruos eorum, id est, Sanctorum vindemiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. *Soph.* 1. c. Et plantabunt vineas, & non bibent vinum earum, *Mich.* 6. d. Tu seminabis & non metes, tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo, & mustum, & non bibes vinum. *d* Nequaquam calcator vuæ solitum celeuma cantabit] id est, solitam cantilenam. Mos enim fuit in terra Palæstina quod paterfamilias collecta vindemia, & in cellarium reposita faciebat conuiuium familiæ suæ, & post prandium pro gratiarum actione, de collectione fructuum cantabant, quæ cantilena dicebatur celeuma. Et cantilena etiam nautarum quam cantant in mari, viso portu, vel terra ad quam tendunt, dicitur celeuma. Vult ergo per hoc innuere, quod vineæ destruentur, & omne gaudium cessabit. *e* De clamore Esebon] qui est vnus terminus terræ Moab. *f* Vsq; Eleale] quæ est medium. *g* Et Iasa] quæ est vltimus terminus, quasi ab vltimo termino terræ vsque ad alium auditur vlulatus. *h* Dederunt vocem suam.] Moabitæ à Segor vsque ad Oronaim sunt duo termini terræ Moab in latitudine Esebon, & Iasa in longitudine, quasi dicat, per totam terram hostes dederunt vocem vel Moabitæ vlulatum. *i* Vitulum conternantem.] Aliqui libri habent consternantem à consternor, naris, quod est pauesco, cis. Vnde dicuntur equi consternari quando pauescunt. Sed *Isa.* 15. c. dicitur quod falsa est litera, & debet esse, conternantem, id est, ter se mouentem. Ideo sic dictam, quia tertio terræmotu corruit post subuersionem aliarum quatuor ciuitatum, vt dicunt Hæbræi. Et sicut dicunt *Isa.* de Segor, vitulam conternantem, ita, & hic dicunt de Oronaim. Illi autem ciuitati Segor, vt dicunt, pepercit tandiu post alias vsque inde exiret Loth. Sed timens frequentem terræmotum illius, egressus de Segor mansit in monte, vt dicit Ier. Et tunc subuersa est Segor tertio terræmotu. Et inde dicta conternans, id est, tertio se mouens, vel tertio terræmotu ruens. Vitulam autem dicitur propter lasciuiam, & luxuriam quæ ibi vigebat, vel potest dici vitula conternans, i. robusta, quia trium annorum. Tunc enim bos fortior est quando est trium annorum, sicut homo triginta annorum. Vel potest intelligi, quod fortis mansisset, si non peccasset, vel quod fortis fuit in luxuria, & ideo dicitur vitula conternans. Vel dicitur vitula conternans, id est, huc & illuc lasciuiendo se mouens.

Mystice. Mysticè. Vitula est vanitas huius mũdi. Tres anni sũt illa

tria,

tria, superbia, luxuria, auaritia, quibus se subiicit vanitas huius mundi; Vnde 1. *Ioan.* 2. c. Omne quod est in mundo, &c. Segor interpretatur locutio inutilis. A Segor ergo vsque ad vitulam conternantem debet dari vox confessionis, id est a locutione inutili vsque ad peccatum operis: *a* Aquæ quoque Nemrim, &c.] Hoc est oppidum quod est super Mare mortuũ, vbi sunt aquæ falsissimæ, scilicet, oppido illo, & ob hoc terra illa sterilior, per quod sumunt totam terram illam fore sterilem ac si vbique essent aquæ Nemrim, *Isa.* 15. c. Aquæ Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.

Mystic. Mysticè *a* Aquæ Nemrim] sunt doctrinæ hæreticorum. Interpretatur enim Pardus. Hæretici enim sunt similes Pardis, quia dolosi sunt, *sup.* 12. d. Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut Pardus varietates suas: de his aquis. *Prou.* 9. d. Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. *b* Et auferam, &c.] Id est immolantẽ idolis vel hæreticos, vel Philosophos superbos, & ambitiosos. *c* Propterea, &c. Moab quasi tibia æris sonabit] mos erat in Palæstina, & in Moab, quod quando erat funus præsens, conuocabantur tibicines, vt per vocem tibiæ audientes prouocarentur ad fletum. Innuit ergo Propheta quod cor eius incitabat eum ad fletum pro Moab, sicut tibia resonabat lugubre carmen.

al. non habet ‡ æris.

aquæ quoque *a* Nemrim pessimæ erunt. Et *b* auferam de Moab, ait Dominus offerentem in excelsis, & sacrificantem diis eius. *c* Propterea cor meum ad Moab quasi tibia † æris resonabit & *d* cor meũ ad *e* viros muri fictilis dabit *f* sonitũ tibiarum, quia *g* plus fecit quam potuit, idcirco perierunt. Omne *h* enim caput caluitium, & omnis barba rasa erit. In *i* cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium. Et *k* super omnia tecta Moab, & in plateis ei⁹ omnis planctus, quoniam *l* contriui Moab, sicut vas inutile, ait Dñs. Quomodo *m* victa est & *n* vlularunt? Quomodo *o* deiecit ceruicem Moab, & cõfusus est? Eritq; Moab in derisum & in *p* exemplum omnibus in circuitu suo. Hæc dicit Dñs: *q* Ecce quasi Aquila volabit, & *r* extendet alas suas ad Moab. *f* Capta est Charioth, & *t* munitiones comprehensæ sunt. Et *u* erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis. Et *x* cessabit Moab esse populus, quoniã *y* contra Dñm gloriatus est. *z* Pauor, & *a* laque⁹ & *b* fouea super te ô habitator Moab, ait Dñs, qui *c* fugerit à facie pauoris *d* cadet in foueã, & qui *e* cõscẽderit de fouea *f* capietur laqueo. *g* Adducã e. super Moab annũ visitationis eorũ, ait Dñs.

d Et cor meum.] Id est, verba mea quæ ex corde dico, debent Moabitas prouocare ad lacrymas. Vel idem repetit aliis verbis, quod facit ad maiorem confirmationem, ne quis putaret planctum eius exultationis esse indicium, non compassionis. *f* Dabit sonitum tibiarum.] Id est, carmẽ lugubre, ad quod affectus cordis mei me mouet quasi esset tibia. *Eccl.* 40. c. Tibia, & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis.

e Ad viros muri fictilis] Id est, habitatores in ciuitatibus muratis muri fictilis. Contra illos Prædicatores loquitur qui in sermonibus suis prouocant ad risum, *Isaia* 22. d. In illa die vocabit Dominus ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, & ad cingulum sacri.

g Quia plus fecit quam potuit,] Id est, conata plus facere per superbiam. *h* Omne enim caput caluitium.] Id est, caluum. Et est ibi emphasis, quasi, non solum radent capita, sed etiam decaluabunt.

i In cunctis manibus colligatio] quia ligati ducentur in captiuitatem. Vel quia præ dolore tenebunt manus complosas.

k Et super omnia tecta Moab,] vbi ascendebant ad adorandum Deos suos, & deprecaodum cum lacrymis.

Mysticè. Mysticè. *h* Omne enim caput, &c.] caput est Prælatus, & Principes. *Amos* 6. a. Optimates capita populorum Capilli sunt cogitationes, quæ ornant caput mentis *Luc.* 12. a. Capilli capitis vestri omnes numerati sunt, id est, omnes mentis cogitationes. Capilli anteriores sunt cogitationes spirituales, posteriores sunt carnales.

Caluitium est depilatio partis anterioris: quasi ergo diceret, omnes Prælati erunt sine ornamento spiritualium cogitationum. Pili barbæ sunt virtutes, barba sunt Doctores, quasi omnes Doctores sunt sine virtutibus *Isa.* 15. a. In cunctis eius caluitium, & omnis barba radetur. *Prou.* vlt. d. Fortitudo, & decor indumentum eius, scilicet, sponsæ fuit olim. Sed modò *Thren.* 1. b. Egressus est à filia Sion omnis decor eius, quia Principes eius facti sunt velut arietes non inuenientes pascua, & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. *Isa.* 3. d. Et pro crispanti crine caluitium, & pro zona funiculus, &c.

i In cunctis manibus colligatio] quia ligatis manibus, & pedibus ducentur in tenebras exteriores, vt dicitur *Matt.* c. 25. c. *Ps.* 149. Ad alligandos. Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.

k Et super omnia, &c. & in plateis eius omnis planctus,] vbicunque enim in mundo est causa fletus, scilicet, peccatum & miseria. *Exod.* 12. e. ortus est clamor magnus in Ægypto: Non enim erat domus, in qua non iaceret mortuus: sic & in futuro erit fletus. *Sap.* 5. a. Præ angustia spiritus gementes. *l* Quoniam contriui Moab, sicut vas inutile] quod non potest reparari, sic & Mundus. Vnde *Eccl.* 21. c. Cor fatui id est, Mundi, quasi vas confractum, &c. *Isa.* 22. a. Dirumpetur spiritus Ægypti in visceribus eius. Et hic ponitur causa fletus præcedentis. *m* Quomodo victa est] terra Moab. *n* Et vlulauerunt] habitatores eius. Ps. 11.

C

Mysticè. Quomodo vincatur Mundus dicitur 1. *Ioan.* 5. a. Hæc est victoria, quæ vincit mundum fides nostra.

n Et vlulauerunt,] scilicet, illi qui nõ vincunt mundum, sed ab illo vincuntur. *Iac.* 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris quæ aduenient vobis. *o* Quomodo deiecit ceruicem] superbiæ Moab, vel Principes, & regem, sic etiam Sancti super mundanos ridebunt, & dicent: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem, &c. *p* In exemplum] quod cum esset magna, & superba, modo est vilis, & deiecta sic, vt dicit *Glos.* Humana sapientia quanto magis contra Deum se egerit fastu elationis, tanto veritate superante habebit coram omnibus ruborem confusionis. *q* Ecce quasi Aquila volabit,] scilicet, Nabuchodonosor rapax, & velox. Contra enim Aquilam non audent volare aliæ aues, quando vident eam. sic nulla gens exercitui Nabuchodonosor audet resistere, Item sicut Aquila altissimè volat, sic iste per superbiam nimis se exaltauit. *Ezech.* 17. a. Aquila grandis, magnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri. Vnde. Isa. 24. c. Ps. 5.

r Et extendet alas suas,] Id est, cateruas exercitus sui.

f Capta est Charioth] ciuitas famosa Moab.

t Et munitiones comprehensæ sunt] Id est, præsidia & turres.

Moraliter. Diabolus est Aquila rapax, qui aufert medullam de Libano, id est, virtutes ab oliua. *u* Et erit cor fortium, &c. sicut cor mulieris parturientis] quasi maximè dolebunt, sicut ante maximè delectati sunt: sic in Inferno erit dolor super dolorem, *Isa.* 13. b. Dolores, & torsiones tenebunt eos, quasi parturientes dolebunt.

x Et cessabit Moab esse populus] sicut Iudæi modo non sunt simul, nec sub vno iure viuunt. *y* Quoniam contra Dominum gloriatus est.] In sua potentia, cum tamen dicatur. *Isa.* 42. b. Gloriam meam alteri non dabo. *z* Pauor] in mentis conturbatione, cum audierunt venientem exercitum Nabuchodonosor. *a* Laqueus] captiuitatis vbi ligati sunt. *b* Fouea] mortis, vel interfectionis, à qua non potuerunt exire, sicut nec à fouea. *c* Qui fugerit à facie pauoris] vt illi, qui non timuerunt aduentum hostium, sed defendere conabantur. *d* Cadent] in foueam obsessionis, vel mortis. *e* Et qui conscenderit de fouea] vt illi qui fugere voluerunt. *f* Capietur laqueo] captiuitatis.

Mysticè. *z* Pauor auaritiæ. Quia *Iob.* 14. b. Sonitus terroris semper in auribus eius.

a Laqueus] superbiæ. *Ps.* 90. Ipse liberauit me de laqueo venantium. *b* Fouea] luxuriæ. *Prou.* 23. c. Fouea profunda meretrix, & puteus angustus aliena. Et ita est quod vna commissio generat alteram. *Isa.* 24. c. Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terræ, & erit qui fugerit à facie formidinis cadet in foueam, & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo. Vel erunt hæc tria in Inferno. *a* Pauor] quia semper terribilia expectabunt, & maiora venire supplicia, quam habeant. *a* Laqueus] pœnæ præsentis, quibus vndique perstringentur.

b Fouea] desperationis, quia non erit spes inde egrediendi.

g Adducam, &c. annum visitationis eorum.] Id est, vindictæ, vt tandem per tribulationem sentiant quod in prosperitate positi intelligere noluerunt.

A a In vmbra Esebon,&c.]Id est,in protectione.Erat enim Esebon munitissimum præsidium Moabitarum, vbi multi confugerunt vt illic saluarentur, propter quod valde iratus est Nabuchodonosori, quod ausi sunt quasi ei resistere.Ibi enim fugerunt à facie laquei captiuitatis,ne, scil. à Nabuchodonosor caperentur. Et ideo. b Ignis egressus est] Id est, ita & vindicta quam exercuit Dominus per Nabuchodonosor.

In a vmbra Esebon steterunt de laqueo fugientes, quia ignis b egressus est de c Esebon, & d flamma de medio Seon, & deuorabit partem Moab, & e verticem f filiorum tumultus. Væ tibi g Moab,peristi popule Chamos quia h comprehensi sunt filij tui & filiæ tuæ in captiuitaté: & i conuertá captiuitaté Moab in nouissimis dieb⁹ ait Dñs.

CAP. XLIX.

k HVcusque iudicia Moab. Ad l filios Ammõ, hæc dicit Dominus, m Nunquid non filij sunt Israël, n aut hæres non est ei? o Cur igitur hæreditate possedit p Melchon q Gad, & populus r eius in s vrbibus s eius habitauit? t Ideo u ecce dies veniunt in te, dicit Dñs, & x auditum faciam y super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij.Et z erit in tumultum dissipata, filiæque eius igne succendentur,& a possidebit Israël possessores suos, dicit Dñs. b Vlula Esebon,quoniã vastata est † Ar: c Clamate filiæ † Rabbath, d accingite vos cilicijs, e plãgite,& f circuite per sepes, quoniam g Melchon in h transmigrationem ducetur, i Sacerdotes ei⁹ & Principes ei⁹ simul.

c de Esebon.]quia ipse Nabuchodonosor iratus fuit de hoc, quod ipsi fugerunt in Esebon. Et ideo dicitur egredi ignis de Esebon.

d Et flamma de medio Seon]quod erat aliud præsidium. Vnde hæc quæ hic dicuntur, alio modo sumuntur quam illa quæ dicuntur *Num.*21.f.vbi dicitur Ignis egressꝰ est de Esebon, & flamma de oppido Seon, & deuorauit Arnon Moabitarum.Dicitur enim ibi,quod Esebon fuit Seon regis Amorrææ,qui pugnauit contra Regem Moab, & tulit omnem terram illius.Ideo dicitur,quod de Esebon egressus sit ignis.

Moraliter. Esebon interpretatur cogitationes.Seon allocutio inutilis. De vtroque sæpe venit ignis.

e Et verticem.] Id est,nobiles qui in illa præsidia confugerunt.

f Filiorum tumultus]Id est,Moabitarum, qui solent contra alios tumultuare.

g Væ tibi Moab,&c.]Idem *Num.*21.f. h Quia comprehensi sunt filij tui,& filiæ tuæ]id est, Moabitæ superbi,& delicati.Mali similiter dicuntur filij tumultus. Vnde *Prouerb.* 10.d.Quasi tempestas transiens non erit impius.*Amos* 2.a. morietur in sonitu Moab,& in clangore tubæ.

i Et conuertam captiuitatem Moab,&c.] Hæc principaliter intelliguntur impleta in tempore, vbi quicunque inuocauerit nomen Domini,saluus erit,vt *Ioel.*2.g. In quo non est distinctio apud Deum Iudæi,& Græci, vt dicitur *Rom.* 10. c. Sed in omni gente quicunque operatur iustitiam,acceptus est Deo,vt dicitur *Act.* 10. e.

EXPOSITIO CAP. XLIX.

HVcusque Iudicia Moab prius prophetauit contra Moabitas,hic autem contra Ammonitas & Idumæos & multos alios. Et diuiditur hoc capitulum in quinque partes. Primò,prædicit destructionem Ammon,eo quod ausus fuit inuadere terram Iudæorum. Secundo,loquitur contra Idumæos, *ibi.* Ad Idumæam. Tertiò, contra Damascum,& per consequens contra omnes Syros, & Arabes,quia Damascus est Metropolis Syriæ,*Ibi.* Ad Damascum. Quartò,prædicit destructionem Saracenorum habitantium in solitudine Cedar, cuius regionis metropolis fuit Asor,*ibi.*Ad Cedar. Quintò,contra Elemitas,*ibi.*Quod factum est. Dicit ergo.

k Hucusque Iudicia Moab.&c.]Id est,hucusque prædicta est destructio Moab. m Nunquid non filij sunt Israel] Ammonitæ contermini erant sorti Gad,& eos pluries infestauerunt.Cum autem decem trib.ductæ essent in captiuitaté, sortem eius quasi iure hæreditario possederunt,& ideo.Nunquid non filij, &c. Vel quia erant filij Loth nepotis Abrahæ.Vnde non deberent esse infesti Iudæis cognatis suis. De hoc habetur *Eccl.*25. o Cur igitur, &c. Melchon]quod est Idolum Ammonitarum. *Gen.*19.e.

r Et populus eius,]scilicet,Melchon.

s In vrbibus eius.]scilicet Gad, quasi ausi sunt idololatria sua,& populum Domini infestare, & eorum hæreditatem inuadere vbi idolum suum coluerunt

t Ideo,]quia sic fecit Ammon. u Ecce dies veniunt in te]ô Ammon. x Et auditum faciam super Rabbath,&c.]metropolis est Ammonitarũ. z Et erit in tumultũ dissipata.*Ezech.* 25.a.Dabo Rabbath in habitaculum Camelorum,& filios Ammon in cubile pecorum, a Et possidebis Israel,] scilicet, terram Iuda, quod maxime impletum fuit tempore Machabæorum. b Vlula Esebon,&c.] Esebon & Ar ciuitates sunt Moab:sed contermine sunt Ammonitis, quibus destructis valde timuerunt Ammonitæ Et ideo de destructione illarum in onere Ammonitarum loquitur. d Accingite vos cilitus,]o signum doloris, sic faciebant antiqui. e Plangite & circuite per sepes]latitando & refugerium quærendo, vel fructus sepium quærendo post inopiam,vel insaniendo, sicut insani ingrauescente suo dolore vndique discurrunt ad Medicum, in vno loco subsistere non valentes,id est, Sacerdotes eius & Principes eius simul. *Isaiæ.*24.a. sicut populus sic Sacerdotes, & sicut seruus, sic & Dominus eius.

Moralit. a Quid gloriaris. Moraliter, l Ad filios Ammon] Ammon interpretatur populus, vel populus parcens, vel populus iniquus.Hi sunt auari diuites,qui in dolore acquirũt diuitias,& parcè viuunt, & cum mœrore & inique retinent *Aug.* Omnis diues aut iniquus, aut hæres iniqui *Eccl.* 11.b.Si diues fueris, non eris immunis à delicto. *Eccl.*5.c. Est, & alia infirmitas pessima, quam vidi sub Sole, diuitiæ conseruatæ in malum Dñi sui; pereunt enim in afflictione pessima. m Nunquid non filij sunt,]Id est,religiosi, vel iusti, quorum hæreditates per fraudem vel rapinam, vel vsuram rapiunt auari? *Ps.* 9. Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis,vt interficiat innocentem, scilicet, auferendo eis substantiam suam,Et subdit Insidiatur vt rapiat pauperẽ, id est eius bona. *Eccl.*13.c.Venatio Leonis Onager in eremo, sic pascua diuitum sunt pauperes. n Aut hæres non est ei] *Gen* 15.a.Ego vadam absque liberis,& filius procuratoris domus meæ iste Eliezer erit,supple hæres meus, quasi non debet esse.

al.† hai. *al.*† abba.

p Melchon]interpretatur Rex meus.

q Gad] succinctus latro.Per Melchon diuites qui in mundo regnant. Per Gad,pauperes, qui quasi succincti latrones reputantur. *Prou.* 22.a. Diues pauperibus imperat & qui accipit mutuum, seruus est fœnerantis.Est ergo sensus,id est,diuites rapiunt hæreditates pauperum.

r Et populus eius in vrbibus eius habitauit]Id est,filij diuitum in domibus,& agris pauperum,*Prou.*23.b. Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas propinquus enim illorum fortis est, scilt. Christus, & ipse iudicabit contra te causam illorum y Super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij,]Id est, super filios diuitum fremitum diripientium bona eorum, sicut patres diripuerant ab alijs. Hoc enim est Iudicium Dei iustum.*Prou.* 22. e. Qui calumniatur pauperem vt augeat diuitias suas,dabit ipse ditiori se & indigebit.*Isa.*33.a.Væ qui prædaris,nonne & ipse prædaberis.Cum consummaueris prædationem, deprædaberis. *Abac.* 2. b. Væ ei qui multiplicat non sua, vsquequo aggrauat contra se densũ lutum? Nunquid non repentè consurgent qui mordeant te, & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis. Quia tu spoliasti gentes multas,spoliabunt te omnes. Vel super illos qui sunt Rabbath,quod interpretatur iudicans tempus vel multum temporis,est fremitus prælij.*Abac* 3. c.In fremitu conculcabis terram,& in furore obstupefacies gẽtes. c Clamate filiæ Rabbath,]Id est,diuitũ auarorũ qui iudicant,& vendũt tempus in vsuris. d Accingite vos cilitius]loco sericarũ vestiũ. e Plangite]risũ lasciuiæ vestræ. *Isa.*3.c.Pro eo quod eleuatæ sũt filiæ Siõ, & ambulauerũt extento collo,& nutibus oculorũ ibant, & plaudebãt pedibus suis,& composito gradu incedebant, decaluabit Dñs verticem filiarum Sion, & Dñs crinẽ earũ nudabit. f Et circuite per sepes]Id est,per religiones.Meliꝰ enim esset filiabꝰ diuitũ intrare religioné quà viuere delitiose de rapinis patrũ suorũ.Dicitur autẽ religio sepes propter asperitaté & custodiã.*Isa.*c 58.d.Et vocaberis ædificator sepiũ,auertens semitas iniquitatũ.*Eccl.*c. 36. d. Vbi non est sepes,diripietur possessio. *Eccl.*c.10.b, Qui dissipat sepem mordebit eum Coluber. g Quoniã Melchon]Id est,diues. h In transmigrationem ducetur] Id est,in Infernum *Luc.* cap. 16.f.Mortuus est diues, & sepultus in Inferno

a Quid gloria

A *a* Quid gloriaris in vallibus]nemorosis, fœcundis, & amœnis, quas habebant? quasi quid confidis in abundantia fructuum, credens te non posse venire ad penuriam? *b* Defluxit vallis tua]id est, ex nimia abundantia sterilis effecta est, vel, defluxit vallis, id est, exiccata est, & post nimiam siccitatem sterilis effecta est.

a Quid gloriaris in vallibus? *b* Defluxit vallis tua filia delicata, *c* confidebas, in thesauris tuis, dicebas: Quis veniet ad me? Ecce *d* ego inducam super te *e* terrorem, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus, qui sunt in circuitu tuo, & *e* dispergemini singuli à conspectu vestro, *f* nec erit qui congreget fugientes. Et *g* post hæc reuerti faciam † captiuos filiorum Ammon, ait Dominus. Ad Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum. *h* Nunquid non est vltra sapientia in Themam? *i* Periit con-

Vel hoc dicit, quia in vallibus aquosis erat eorum refugium, quia extranei non audebant illuc ire propter aquæ abundantiam. Ideo dicit: Defluxit vallis tua, quasi non habebis ibi refugiũ. *d* Ecce ego te inducam super te terrorem, &c. ab omnibus, vt qui ante nullum timebatis, modo omnes timeatis.

B

al. † fugientes &

e Et dispergemini singuli à conspectu vestro ducti in captiuitatem, vel in diuersas regiones captiui, ita vt de cætero alter alterum non videat. *f* Nec erit, qui congreget fugientes in captiuitatem. Vel, fugientes à prælio. *g* Et post hæc reuerti faciam, &c.] Potuit hoc esse ad literam. Vel intellige mysticè hoc magis impletum tempore gratiæ.

Moralis.

* *a* Quid gloriaris in vallibus] id est, in habitu vili & domo humili & cibo tenui, de quibus multi religiosi hypocritæ gloriantur, quasi de ipsa humilitate superbientes. *Greg.* Superbia natione cœlestis, sub cinere & cilicio latitans, cælestium mentes inhabitat, semper enim nititur ad ortus proprios remeare. *Aug.* Cætera vitia vitiosam habent originem, sola superbia radicata est in bono. *Seneca.* Qui domum nostram intrauerit, nos potius miretur, quam supellectilem nostram. Magnus ille est qui sic fictilibus vtitur, quemadmodum argento, nec ille minor est qui sic argento vtitur, quemadmodum fictilibus. *Ier.* ad Eustochium. Vestis sit, nec sordida satis, nec munda satis, diuersitate notabilis, ne tibi obuia prætereuntium turba consistat, & digito demonstret, nec satis religiosa velis videri, nec plus æmuleris quam necesse est, & nec gloriam fugiendi quæras. A multis enim mirum in modum dum laus vitatur quæritur: hoc vitio pauci sunt qui caruerunt, hoc testimonio, nec de diuitiis præteritis glorieris, nec generis nobilitatem iactes, nec hoc ipsum tibi iactantiam generet, quod sæculi iactantiam contempsisti, ne quia in vestibus auratis placere desisti, placere coneris in sordibus De talibus *Isa.* 7. b. Caput Syriæ, id est, superbiæ Damascus, quod interpretatur cilicium.

b Defluxit vallis]id est, nihil valet humiliatio tua, *Eccles.* 19. d. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius sunt plena dolo *c* Quæ confidebas in thesauris tuis. *Prou.* 11. d. Qui confidit in diuitiis suis corruet.

d Terrorem]Hunc habent semper auari. *Iob* 15. c. Sonitus terroris semper in auribus illius, & cum pax sit, ille semper insuperbiæ. Damasdiàs suspicatur.

h Nunqoid non vltra est sapientia in Themam] Ciuitas est Idumææ, in qua solet vigere sapientia sæcularis, quasi dicat, sapientia vestra non poterit vos liberare. *Isa.* 47. d. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum, stent & saluent te augures cœli, qui contemplantur sidera, & supputant menses vt ex eis nuncient ventura tibi, ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos. *Baruch.* 3. c. Non est visa in Themam, sc. sapientia. Themã interpretatur defectio, & significat prosperitatẽ mũdanã, quæ multis suauis est. *Iob* 28. b. Non inuenitur sapientia in terra suauiter viuentiũ. *Luc.* 2. f. Quærebant eum inter cognatos, & non inuenerunt eum. *Iob* 6. c. Considerate semitas Themam, itinera Saba, & expectate paulisper, quia cõfusi sunt. Saba interpretatur clamor vel rete, in quo superbia. *Bar.* 3. c. Non est audita in terra Chanaan quod interpretatur cõmotio, in hoc auaritia, & ita in ipsis non est sapientia.

i Periit consilium à filiis,] quasi, pater non potest dare consilium filiis, nec filii patri.

k Inutilis facta est sapientia eorum]sic & multorum. *sup.* 10. c. Stultus factus est omnis homo a sapientia sua.

l Fugite]ó vos Idumæi. *o* In voraginem,] id est, cauernas, vt sic non possitis inueniri ab hostibus.

p Habitatores Dedam]Vrbs est Idumææ, & interpretatur cognatio, in quo mysticè innuitur, quod affectiones carnales fugiendæ sunt. 1. *Cor.* 6. d. Fugite fornicationem.

m Terga vertite]scilicet ad peccatum, qui ad illud habetis faciem versam, sed tergum ad Deum. Ideo vxor Loth versa est in statuam salis, quia respexit post tergum, vt dicitur *Gen.* 19. f. Descendite,]per considerationem.

silium à filiis, *k* Inutilis facta est sapientia eorum. *l* Fugite & *m* terga vertite. *n* descendite in *o* voraginem *p* habitatores Dedan, quoniam *q* perditionem Esau *r* adduxi super eum, *s* tempus visitationis eius. Si *t* vindemiatores eius venissent super te, non *u* reliquissent racemum, si *x* fures in nocte rapuissent quod sufficeret sibi? *y* Ego vero discooperui Esau, *z* reuelaui abscondita & celari non poterit. *a* Vastatum est semẽ eius, & fratres eius, & vicini eius, & *b* non erit. *c* Relinque pupillos tuos,

o In voraginem inferni. *Isa.* 38. b. Ego dixi in dimidio dierum meorũ vadam ad portas Inferni. *Prou.* 13. c. In itinere contemptorum vorago.

q Perditionem Esau,] id est, Idumæorum. *r* Adduxi super eum,]Vnde *Ezech.* 18. e. Impietas impij super eum erit. *s* Tempus visitationis eius,] id est, iustæ retributionis. Isti Idumæi sic dicti sunt ab Esau, qui quia pilosus fuit, vocatus est Seir, id est, hispidus & quia ob lenticulæ rufæ edulium, ab edulio dictus est Edom.

t Si vindemiatores, &c.]quasi ne dicatis quod thesauros vestros in speluncis poteritis abscondere & ideo parum perdetis, quia, si vindemiatores eius venissent super te saltem, non reliquissent racemum. *u* Si fures in nocte] sc. ad te venissent. *x* Rapuissent quod sufficere sibi[quasi aliquid reliquissent, quasi isti non possent tibi tantum nocere quantum nocebunt Chaldæi, quia Chaldæi deuastantes nihil relinquent. Per vindemiatores autem intelligit illos latrones, qui publici sunt, & raptores aperti, per latrones illos, qui nocte suffodiunt domos. Hi ergo significant hæreticos, qui furantur sufficientia sibi, i. verba & auctoritates sacræ Scripturæ, quas sibi credunt sufficere. *sup.* 23. f. Ego ad Prophetas qui furantur verba mea. Isti quotidie ingrediuntur vineam Domini, quam de Ægypto transtulit, id est, de tenebris infidelitatis vocauit. Hi omnia volunt deprædari, vt nec vix racemum ibi relinquant. Ideo dicitur. *Cant.* 2. d. Capite nobis vulpeculas quæ demoliuntur vineas. *Mich.* 8. a. Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ, sic & Dæmones multos vindemiant & in domo Domini multos rapiunt. *sup.* 6. b. Vsque ad racemum colliget, quasi in vinea reliquias Israel. *Isa.* 1. c. Derelinquetur filia Sion quasi vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & quasi, ciuitas quæ vastatur; est autem duplex tentatio, scilicet, aperta, quæ significatur per vindemiatores, qui de die vindemiant. Et occulta, quæ per fures qui de nocte. *Iob* 19. b. simul venerũt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me & obsederunt in gyro tabernaculum meũ. Hi sunt latrunculi Syriæ qui vastauerũt Iudæam. 4. *Reg.* 24. a. *Luc.* 10. c. Incidit in latrones, &c. *Osea* 9. a. Fur ingressus est spolians, latrunculus foris: ecce duplex tentatio, scilicet, aperta, & occulta. *y* Ego verò discooperui]per Chaldæos. *z* Reuelaui abscondita eius] vt omnia facile possent deprædari Chaldæi, scilicet.

a Vastatum est semen]id est, filii.

b Et non erit,] Ita diues sicut prius. Vel non erit, de cætero populus. Vel non erit, quia, interficietur. Simile *Abd. prim.* b. Si fures introissent ad te, nonne furati essent sufficientia sibi? si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemum reliquissent tibi, quomodo scrutati sunt. *Isa.* inuestigauerunt abscondita eius, vsq; ad terminum emiserunt te. In futuro omnia abscondita aperientur 1. *Corinth.* 4. a. Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. *Matth.* 10. c. Nihil opertum. Per semen mali, per fratres & vicinos complices & sequaces illorum.

c Relinque pupillos tuos] secundum quosdam dat consilium, vt tradant se hostibus relictis pupillis & & viduis, quia si contingat quod tradantur pupilli & viduæ, quæ nihil deliquerunt, sicut & delinquentes punientur. Vnde si etiam innoxij punientur, constat quod magis noxij.

A Vnde subdit.

c Relinque. &c.]Mysticè, cõtra illos quos paupertas parẽtum retrahit ab ingressu claustri vel ab aliquo proposito. *Ier.* facile rumpit hæc vincula Christi amor, & gehẽnæ ti-

A Vnde subdit. *b* Ecce quibus] scilicet, pupillis tuis, id est, pupillis Iudæorum, quibus a Chaldæis, non erat Iudicium, &c.

Mystic. Ⓞ mor. Idem facile contemnit omnia, qui se semper cogitat mortuum. De vaccis legitur *1. Reg. 6. c.* quod vaccæ foetæ reclusis vitulis earũ in domo, ibant io directum per viam quæ ducit Bethsames, pergentes & mugientes, nec declinauerunt ad dexteram, nec ad sinistram. Magis ergo sunt carnales tales, quam vaccæ. *a* Et ego faciam eos

Ps. 26. viuere, &c.] Vita æterna, sc. illos qui sunt pupilli, id est, quibus Mundus pater mortuus est, & concupiscentia

al. † est. mater: Quia pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus au-

& *a* ego eos faciam viuere, & viduæ tuæ in me sperabũt, quia hæc dicit Dñs: *b* Ecce quibus uon erat iudicium, vt biberent calicem bibentes bibent, & *c* tu quasi innocens relinqueris? Non *d* eris innocens, sed bibens bibes: *e* Quia per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quod in *f* solitudinem & in *g* opprobrium & in *h* desertum & in *i* maledictionem erit *k* Bosra, & omnes ciuitates eius erunt in solitudines sempiternas. *l* Auditum audiui à Domino, & legatus ad *m* gentes missus † sum. *n* Congregamini & venite *o* contra eam,

autem assumpsit me *Ps. 9.* Pupillo eris adiutor. *Alibi Ps. 131.* Viduam eius benedicens, &c. *b* Ecce quibus non erat Iudicium,] quasi, tibi erat causa qoare destruaris, sed quibus non erat Iudicium, id est, qui non meruerunt destrui sicut multi boni qui erant inter Iudæos: vt Ieremias, & Baruch, tamen erat Iudicium in ipsorum comparatione. *c* Et tu quasi innocens, &c.] qui idola colis? *d* Non eris innocens] id est, non agam tecum sicut cum innocente *1. Pet. 4. d.* Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Super humum populi mei vepres & spinæ ascendunt, quanto magis super omnes domos gaudij ciuitatis exultantis vt dicitur *Isa. 32. c. sup. 45.* b. Quos plantaui ego euello, & tu qoæris tibi gaudia? *Amos 9.* b. Qui ædificat in coelo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit. Fasciculum autem super terram fundant, qui carnem suam ieiuniis & abstinentiis, & huiusmodi castigant, & per hoc ascensionem in coelo ædificant. si ergo pater ita filium suum castigat quid faciet seruus nequã? *Luc. 23. e.* Si in viridi ligno, &c. *Iob. 3.* d. Nonne silui, nonne quieui, & venit super me indignatio?

e Quia per memetipsum iuraui] quia maiorem per quem iurarem, non habui. *f* Quia in solitudinem] id est, sine habitatore. *g* Et in opprobrium.] In captiuitate. *h* Et in desertum] id est, sine cultu, & sine fructu.

i Et in maledictionem erit Bosra] id est, quia maledicentes alicui, dicent: sic accidat tibi, vt accidit Bosræ Bosra, i Idumæa quæ ideo vocatur Bosra, quia valde munita. Bosra enim ad literam ciuitas est de Moab, vel fortè ciuitas Idumææ, sicut & Moab, licet enim idem sit nomen, non tamen eadem ciuitas.

Mystic. Mysticè. *k* Bosra] Mundus est *Isa. 63. a.* Quis est iste qui venit de Bosra? *f* In solitudinem desperationis, vel omnimodæ desolationis in futuro. *g* In opprobrium, id est, criminis improperatio, quod vnusquisque sibi improperabitur in Inferno. *sup. 20. c.* Confundantur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur. *h* In desertum per defectum omnis boni. *i* In maledictionem] per cumulationem omniũ mali. *l* Auditum audiui à Domino, &c. quasi dicat, non dicatis quod hæc quæ dico fingam, non missus à Domino ad gentes. Possunt enim dicere, tu non fuisti missus nisi ad Iudæos, quid ergo ad te de nobis attinet? Ideo dicit. *m* Ad gentes] scilicet, Chaldæos vel ad vos Idumæos. *n* Congregamini ergo. &c.] ô vos Chaldæi. *o* Contra eam] Idumæam, quia ad hoc dicendum missus sum. *p* Et consurgamus in prælium] quasi ego ipse ero dux primus in acie vt exprimit Glo. Sed nonne Ieremias fuit in exercitu Chaldæorum contra Idumæos? Non, sed loquitur in persona Domini, qui dedit Chaldæis virtutem & potestatem impugnandi Idumæos. Ecce enim paruulum, &c.] Loquitur in persona Domini. Idumæi dicuntur paruuli & contẽptibiles in comparatione aliarum nationum quæ circa eos erant, & hoc non numero sed merito. Sed tamen erigebantur per superbiam: Vnde, *r* Arrogantia tua, &c.] Quia enim habebant loca excelsa credebant quod à nullo possent expugnari, & ideo se eleuabant. Vnde. *f* Qui habitas in cauernis petræ] Pro quibus superbis, quia, scilicet, in petris habes fortissima castra. Et apprehẽdere niteris altitudinem collis] quia in montibus excelsis castra facis, superbia cordis tui extulit te habitantẽ in scissuris petrarũ

Mysticè, de filio. *l* Audit aud. &c. Vnde. *Io. 15.* b. Quæcumque audiui à Patre meo nota feci vobis. *m* Leg. ad gent. &c] Ad literam *Abd. 1. a.* Auditum audiuimus a Domino & legatum *Mystic.*

& *p* consurgamus in prælium. Ecce *q* enim paruulum dedi te in gentibus, contemptibilem inter homines. *r* Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui *f* qui habitas in cauernis petræ, & *t* apprehendere niteris altitudinem collis. Cum *u* exaltaueris quasi aquila nidum tuum inde detraham te, dicit Dñs. Et erit Idumæa deserta. Omnis *x* qui trãsibit per eam stupebit, & *y* sibilabit super omnes plagas ei9, *z* sicut subuersa est Sodoma & Gomorra & vicinæ eius, ait Domin9. Non *a* habitabit ibi vir & non incolet eam filius hominis.

ad gentes misit. *Pro. 13. c.* Legatus fidelis sanitas *Pro. 25. d.* Aqua frigida animæ sitienti, & nuncius bonus de terra longinqua. *Agge. 2.* b. Veniet desideratus cunctis gentibus. Hic enim est Angelus magni consilij, vt *Isa. 9.* b. *n* Congregamini] sc. mecum, ô vos Apostoli & prædicatores *Exo. 32. f.* Si quis Domini est iungatur mihi. *Ps. 93.* Quis cõsurget mihi aduersus malignantes. *o* Et venite

D

Isa. 47. d. Abd. b.

Sup. 18. e & 19. e. & inf. 50. n.

contra s. Mundum. *Ps. 59.* Quis deducet me vsque in Idumæam, s. sanguineam, quam Christus suo sanguine rubricauit, Vnde *Isa. 63. a.* Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra, &c. quare rubrum est vestimentum tuum vt calcantium in torculari? Et respondet. Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Talibus armis se Christus induit, sc. spiritualibus, non carnalibus ad præliandum contra Mundum quæ sunt potentia Deo ad destructionem omnium munitionum, vt dicitur *2. Cor. 10.* b. *Isa. 61. a.* Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me. *p* Et consurgamus in prælium] vnde *Matt. 10.* d. Non veni mittere pacem, sed gladium, &c. *q* Ecce enim paruulum, &c.] hoc dicitur ad hæreticos contra quos expugnandos propriè Christus missus est, qui in comparatione contemptibiliores sunt, & tamen arrogantia eos eleuat, præferentes intellectum suum fidei, vt hic dicit Dominus ad omnes humiles. Vnde dicit: dedi te, vnde, donum Dei est esse in mundo contemptibilem. Multi enim sic saluantur qui honorati damnarentur. Vnde *Psal. 89.* Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala *2. Cor. 12. c.* Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.

r Arrogantia tua, &c] sic multi superbiunt, quia habitant in claustris vel desertis. Sed nunquid placet Deo habitatio sine humilitate? Imo magis displicet Deo superbia claustralis quam sæcularis. Isti enim, qui sic de humilitate sua superbiunt, quid facerent si in dignitate essent?

u Cum exaltaueris, &c.] Aquila in alto nidificat, ne pulli eius vel eius oua à serpentibus deuorentur: sic Idumæi in montibus excelsis castra faciebant, ne quis posset eis nocere, & io hoc gloriabantur quod castra habebant inexpugnabilia, quasi si inter sidera collocati essent, vel quasi si etiam contra naturæ possibilitatem possent coeli alta penetrare, inde detraherem, & ad terram prosternerem.

Mysticè. Nidus est asper exteriùs, sed mollis interius. *Mystic.* Hæc est conuersatio hypocritæ, qui exterius asperitatem poenitentiæ interius, sunt pleni delitiarum & stercore peccatorum. Hypocrita ergo nidum vt Aquila exaltat, cum de sua religione vel asperitate se eleuat, qui io fine tanto profundius cadet, quantò altius ascenderit, *Iob 20. a.* Si ascenderit vsque ad coelum superbia eius, & caput ei9 nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. *Abd. 1.* b. Qui dicis in corde tuo. Quis detrahet me in terram? si exaltatus fueris vt Aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te. *x* Omnis qui, &c. stupebit] visa magnitudine tormentorum. *y* Et sibilabit. &c.] quasi supra modum mirabitur. *z* Sicut subuersa est, &c.] supple ita deserta erit Idumæa. Sed quomodo ergo dixit supra, quod pupillos faceret viuere? Sol. id est, destruam sicut illos destruxi, non tamen omnino ita crudeliter vel irrecuperabiliter. *a* Non habitabit, &c.] id est, in Idumæa.

Moral. *x* Omnis qui transibit] Transitores vident plagas *Moralit.* vel miserias & pericula quæ sunt in Mundo, sed in Mũdo manentes, & residentes non vident, nec etiã sentiunt, quia vt dicitur *Iob 30 a.* Esse sub sentib. delitias cõputabãt. Ideo tales nõ bene possunt iudicare de Mundo, sed qui iã separati sũt a Mundo, illi cognoscũt. Ideo *Iob 21. d.* Interrogate quẽlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere

cognosce

cognoscetis. *a* Ecce quasi Leo ascendet] in solitudine iuxta Iordanem habitant Leones, & veniunt ad Iordadanem vt bibam, & ita fortiores ad solitudinem reuertūtur: sic Nabuchodonosor Iudæis destructis fortior venit ad Idumeam. Qui dicitur Leo, quia fortis, ferox, & rapax erat. *b* De superbia Iordanis] scilicet de Iordane intumescente, i. à Iudæis, quorum erat regio, quæ circa Iordanem qui tūc intumescebat, quādo ibi venit Nabuchodonosor, vel quando inde iuit contra Idumeam. Vel, de superbia Iordanis i. de terra Iudæorum, quæ superba erat, & habitans iuxta Iordanem.
c ad pulchritudinem robustam] i. contra Idumæam quæ sibi pulchra, & robusta videtor. Venit enim primò Nabuchodonosor in Iudæam à qua ad Idumæam transitus est per Iordanem.

a Ecce quasi leo ascendet de *b* superbia Iordanis, ad *c* pulchritudinem robustam, quia *d* subitò currere faciam eum *e* ad illā. Et quis *f* erit electus, quem præponam ei? *g* Quis enim similis mei, & quis *h* sustinebit me. Et quis est *i* iste pastor, qui *k* resistat vultui meo; *l* Propterea audite consilium Domini, quod iniit de Edom, & *m* cogitationes eius, quas cogitauit de habitatoribus Themam, Si non *n* deiecerint eos paruuli gregis, *o* nisi *p* dissipauerint cum eis habitaculum eorum. A *q* voce ruinæ eorū *r* commota est terra, *s* clamor in mari rubro auditus est vocis eius. Ecce *t* quasi Aquila † *u* ascendet, & euolabit, & *x* expandet alas suas *y* super Bosram. Et *z* erit cor fortium Idumææ, in die illa quasi cor mulieris parturientis. Ad *a* Damascū. Cōfusa *b* est Emeth, & Arphat, *c* quia auditū pessimū audierūt. *d* Turbati sunt in mari, præ *e* solitudine quiescere non potuit: *f* Dissoluta est Damasc9, *g* versa est in fugā, *h* tremor apprehendit eā. *i* Angustia & dolores tenuerūt eā, *k* quasi parturientē. *l* Quomodo dereliquerunt, *m* ciuitatem laudabilem, vrbem lætitiæ

al. † descendet.

d Quia subitò currere faciam eum] Nabuchodonosor. *e* Ad illam] Idumæam. *f* Et quis erit electus, &c.] quasi non oportet quod ego ei præponam alium qui destruet. *g* Quis enim similis mei] quasi, quia per me potens erit, qui per me potens sum. Et ideo cum ei potentiam desuper dem, non oportet eum alium habere adiutorem. quia ipse per me sic potens factus, fortior erit vobis omnibus *h* Et quis sustinebit me.] resistens potentiæ vel voluntati meæ? Et quis est iste pastor? quasi non confidatis in Rege vestro, quia non poterit liberare vos, & Regem, & pastorem propter Esau, qui fuit pastor.
k Qui resistat vultui meo] id est, iræ meæ, vel voluntati.

Moraliter. Moraliter. *b* De superbia Iordanis] Iordanis interpretatur humilis descensus. Hic est claustralis, quem cum Diabolus potest inducere in superbiam, tunc securus ascendit. *c* Ad pulchritudinem robustam] id est, ad clericos sæculares, quia per exemplum claustralium corrumpuntur sæculares. *Iob* 41. d. Sternet sibi aurum quasi lutum, & feruescere faciet quasi ollam profundum maris. *Iob* 40. c. Absorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eis. *Abac.* 1. d. Incrassata est pars eius, & cibus eius electus, propter hoc expandit sagenam suam, & semper interficere gentes non cessit. Vel, superbia Iordanis, est superbia de humilitate, quod est cadere hominem sob bestia quam vicit. *f* Et quis erit electus, &c. Vnde *Iob* 41. d. Non est potestas sub coelo quæ comparetur ei. *g* Quis enim similis mei? *Psal* 85. Non est similis tui in dijs Domine, &c. *Iob* 9. b. Deus cuius iræ nemo resistere potest. *l* Propterea audite consilium Domini] id est, secretum, quod modò reuelauit. *m* Et cogitationes eius] id est, dispositiones.
n Si non deiecerint eos paruuli gregis] quasi etiam minimi de Chaldæis, qui sequuntur greges poterunt eos destruere *sup.* 37. b. Si derelicti fuerint pauci eis vulnerati, singuli de tentorio suo consurgent, & incendent ciuitatem hanc igni. *o* Nisi, i. si non. *p* Dissipauerint cum eis] id est, contra eos pugnantes, sc. contra Idumæos, quasi mihi non credatis supple. Sic Prædicatores humiles deiiciunt peccatores eos conuertendo. *Psalm.* 63. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. *Iob.* 30. a. Nunc derident me iuniores tempore, quorum dedignabar patres ponere cum canibus gregis mei. *Prou.* 9. c. Misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem *Isa.* 11. b. Puer paruulus minabit eos, *q* A voce ruinæ eorum] id est, Idumæorum. *r* Commota est terra,) vicinarum prouinciarum, sc. timore. *s* Clamor in mari rubro,] cui Idumæa vicina est, iuxta illud, Transierunt Idumæi flentes, & clamantes cum in captiuitatem ducerentur.
t Ecce quasi Aquila] Nabuchodonosor velox, rapax.
u Ascendet ad rapiendum, & deuastandum.
x Et expandet alas suas] exercituum suorum cæteruas.
y Super Bosram] scilicet Idumæam, quæ munita est.
z Et erit cor fortium, &c. quasi cor mulieris parturientis] i. dolens valdè, quæ erat olim gaudens.
a Ad Damascum] hoc contra Syros, qui similiter multa mala fecerunt, confœderando se cum decem tribubus contra duas. Ad Damascum, supple sermo dirigitur. Damascus est metropolis Syriæ. *b* Confusa est Emath & Arphat, Emath & Arphat vrbes sunt pertinētes ad Damascū. Sed nōne hæc Damascus destructa est tēpore Achaz patris Ezechiæ? Vnde 4. *Reg.* 16. b. Ascendit Rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenem: Quomodo ergo prædicit destructionem illius; cū iste Ieremias post tempus illud cœperit Prophetare? Solut. Hic prædicit destructionē futurā per Babylonios: Ibi autem de illa loquitur, quæ facta est per Assyrios. *c* Quia auditum pessimū audierunt] id est, rumorem captiuitatis imminentis ab hostibus, sc. Babyloniis, vel Romanis, quia similiter Romani, postquam vastauerunt & Iudæos, vastauerunt & istos. Turbati sunt in mari] hoc dicit quia plures ciuitates pertinentes ad Damascum, erāt iuxta mare, & etiam quædam in insulis maris. *e* Quiescere non potuit] sc. Damascus. Dicuntur autem turbari in mari quia ibi irruerunt in eos hostes, vel propter maris tempestates, propter quas impediti sunt ne per mare transeuntes fugerent. *f* Dissoluta est Damascus) id est, præ pauore ab eis omnis vigor recessit, & ideo versa est in fugam.

Mysticè. Mysticè. *a* Ad Damascum, &c.] Damascus interpretatur poculum sanguinis, vel saccus cilicij. Hi sunt Hypocritæ, qui sub cilicio portant sanguinem. Vnde dicuntur similes sepulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia, vt dicitur *Matth.* 23. c. Emath interpretatur formidans eos, vel affectio eorum. Hi sunt auari, qui libenter accipiunt, & semper formidant. *Iob* 15. c. Sonitus terroris semper in auribus illius, &c. Arphat interpretatur sanans vel saluans: sic hypocritæ promittunt alios sanare & saluare suis orationibus, *Matth.* 23. b. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum orationes longas orantes. *b* Confusa est ergo Emath, & Arphat] id est, hypocritæ & auari, qui præ omnibus confundentur in iudicio, quia tunc apparebit falsa simulatio sanctitatis. *Psalm.* 52. Confusi sunt quia abominationem fecerunt, quòd potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. *c* Auditum pessimū audierunt malus erit auditus vox tubæ ad Iudicium vocantis: *Psal.* 111. Ab auditione mala non timebit. Peior erit vox Domini disceptantis. De qua. *Ps* 90. Libera me de laqueo venantium & à verbo aspero. Pessima autem vox sententiæ prolatæ: Ite maledicti, &c. De qua *Iob.* 26. d. Cū vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illis sustinere? *d* Turbati sunt in mari, id est, in mundo.
e Præ solit. quiesc. &c.] *Eccl.* 5. c. Saturitas diuitis non finit eum dormire. *Prou.* 11. a. Expectatio sollicitorum peribit. *Isa.* 57. d. Impij quasi mare feruens quod quiescere non potest. Ideo *Matth.* 6. d. Nolite solliciti esse quid manducetis, &c.
f Dissol. & Damas.] anima peccatoris. Et potest exponi in bono.
f Dissol.] per contritionem. *g* Versa est in fug.) sc. à facie peccati. *Eccl.* 21. Quasi à facie Colubri fuge peccatum.
h Trem. Apprehen. eam.] pro peccatis pœnitentem.
i Angust. & dolo. &c. *Psal.* 47. Commoti sunt tremor, &c.
k Quasi partur.] *Isa.* 26. d. A facie tua Domine concepimus & quasi parturiuimus & peperimus spiritum salutis.
l Quomodo dereliquerunt) Derisoriè loquitur ad eos.
m Ciuitatem laudabilem, vrbem lætitiæ? id est, Damascum.

Mysticè. Mysticè. Hæc ciuitas est Ecclesia, quam multi dereliquerunt, *Baruch* 4. c. Nemo gaudeat super me viduam & desolatam, à multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege Domini.

a Ideo cadent) per peccatum. b Iuuenes eius] lasciui & leues. c In plateis eius] In lata via huius mundi quæ ducit ad mortem, vt dicitur *Matth.7.b.* Ps. Iuuenes eius in gladio ceciderunt. Hæc est platea ducens ad Infernum *Iac.1.b.* Diues in itineribus suis marcescet. d Et omnes vir. prælij, i. discordiarum seminatores. *Osea 13. d.* Ipse sc. Infernus, inter fratres diuidet. Ibi

1.Reg.8.b. *Glos.* Quicquid seminat inter fratres discordiam, est Infernus. e Conticescent] quia impij in tenebris conticescent.

F f In die illa) sc. Iudicij. g Et succendam ignem, cupiditatis & luxuriæ.

h In muro Damasci] quod interpretatur saccus cilicij, id est, hypocrisæ, qui pœnitentiam exteriorė ostēdit. i Et deuorabit mœnia Benabad] quæ sc. fecit Benadab) Rex Syriȩ, qui ędificauit muros Damasci. Benadab interpretatur spontaneus. Hi sunt illi qui sponte vouēt Domino, sed reddere nolunt, vel differunt. Sed dicitur *Eccl. 5 a.* Si quid vouisti Domino, ne moreris reddere, displicet enim ei infidelis, & stulta promissio. Mœnia istorū i. virtutes deuorat ignis peccati. *Amos 1. b.* Mittam ignē in domos Azaheli, & deuorabit domos Benadab.

a Ideo cadent b iuuenes eius in c plateis eius, & d omnes viri prælij e conticescēt, in f die illa, ait Dominus exercituū, & g succendam ignē in h muro Damasci, & i deuorabit mœnia Benadab. Ad k Cedar & l ad Regna Asor quæ percussit Nabuchodonosor Rex Babylonis. Hæc dicit Dn̄s. m Surgite & ascendite ad Cedar, & n vastate filios Orientis, o Tabernacula eorum, & p greges eorū capient, q pelles eorū, & omnia vasa eorum, & r Camelos eorum tollent sibi, & s vocabunt super eos t formidinem in circuitu eius. u Fugite, x abite vehementer in y voraginibus sedete, z qui habitatis Asor ait Dn̄s. Iniit enim a cōtra vos Nabuchodonosor b Rex Babylonis consilium, c & cogitauit

k Ad Cedar] scil. dirigitur sermo. Hi sunt Ismaelitæ, qui propriè deberent dici Agareni, sed Saracenos se nuncupauerunt peruersa præsumptione. Isti habitabant in solitudinibus & in tentoriis. Hi semper Iudæis fuerunt contrarij, isti multùm abundabant in pecoribus. l Et ad Regna Azor] quæ Metropolis eorum fuit in Eremo habitantium. m Surgite & ascendite ad Cedar) ô Chaldæi.

n Et vastate filios Orientis] Vnde *Isa. 11. d.* Per mare simul prædabuntur filios Orientis. o Tabernacula eorum, &c.] quia omnes homines illius terræ habitabant in tabernaculis.

q Pelles eorum, &c.] i. tabernacula de pellibus facta.

s Et vocabunt super eos formidinem] id est, formido veniet, ac si esset vocata.

Mysticè. Mysticè. k Cedar] inscios. l Asor sapientes. Contra vtrosque insurgit Diabol⁹. Surgite ô Prædicatores à quiete contemplationis, ad opera prædicationis. *Cant. 5. c.* Surrexi vt aperiam dilecto meo.

m Et ascendite] per ostensionem boni exempli *Isa. 40. b.* Super montem excelsum ascende, &c.

n Et vastate filios Orientis } qui tales sunt quales nati, sc. filij iræ. Vel, id est, qui semper nascuntur, & nunquam nati sunt, & qui semper proponunt benefacere, & nunquam faciunt, *Isa. 37. a.* filij venerunt vsque ad partum, & non est virtus pariendi. *Matth. 24. b.* Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. *Seneca.* Quid turpius quam senex viuere incipiens, malè viuunt qui semper viuere incipiunt.

o Tabernacula eorum] latebras conscientiæ.

p Et greges] motus brutales.

q Pelles eorum] conuersationem exteriorem malam. *Leu. 4. c.* Præcipitur vt Sacerdos pellem hostiæ efferat extra castra & comburat eam. *Abacuc. 3. b.* Turbabuntur pelles terræ Madian.

r Et camelos eorum tollent] per peccatorum deformitatē. s Et vocabunt super eos formidinē] debent enim prædicare ea, quæ timorem, non risum excitant. *Sap. 12. a.* Misisti antecessores exercitus tui vespas, i. aculeos timoris.

t In circuitu eius] ostendendo, quomodo omnia peccatorem impugnabunt. *Sap. 5. d.* Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit cum illo Orbis terrarum contra insensatos.

u Fugite] scilicet ô vos Saraceni.

x Abite vehementer] id est, velociter.

y In voraginibus sedete] vt lateretis in locis cauernosis & absconditis. a Iniit enim, &c.] consilium] astutiam capiendi vos. c Et cogitauit aduersus vos cogitationes] disponendo quomodo capiet vos.

Mysticè. Mysticè. u Fugite] s. peccato. *Psalm. 44.* Ecce elongaui fugiens, &c. y In voraginibus] per recogitationem peccatorum ad dolendū non ad delectādū. b Rex Babylonis, i. Diabolus 1. *Pet. 5. b.* Aduersarius vester Diabolus, &c. z Qui habitatis Asor] quod interpretatur sagittalumnis. Hæc est lingua adulatoris, quȩ per lucem vulnerat, *sup. 9. c.* Sagitta vulnerans lingua eorū dolū locuta est. In ore suo pacē cū amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. d Consurgite & ascendite, &c. ô Chaldæi. G

e Et habitantem confidenter] quasi non in timore. Sed dicitur *Eccl. 27. a.* Nisi instanter te tenueris in timore Domini, citò subuertetur domus tua. Tales sunt vocantes per prosperitatem, & ideo Diabolus reuertens ad eos, facit nouissima peiora prioribus, vt dicitur *Matth. 12. d.* f Non ostia nec vectes, &c.] quasi audacter potestis illuc ire & totum capere.

aduersum vos cogitationes. d Consurgite, & ascendite ad gentem quietam, & e habitantem confidenter, ait Dominus. Non f ostia, nec vectes eis, g soli habitant. Et h erunt Cameli eorum in direptionem, & i multitudo iumentorum in prædam. Et k dispergam eos in omnem ventum qui sunt attonsi in comam, & l ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus. Et m erit Asor in habitaculum draconū deserta vsque in æternum. Non n manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis. Quod o factum est verbum Domini ad Ieremiam Prophetam aduersum Elam in principio Regni Sedechiæ Regis Iuda, dicens; Hæc dicit Dominus exer-

g Soli habitant } quasi non habent aliquam confœderationem cum aliqua gente, sic illi cito à Dæmone capiuntur, qui non habent vectes & ostia per sensuum suorum conclusionem. *Isa. 58 c.* Egenos vagosque induc in domū tuam. *Eccl. 21. c.* Cor fatui quasi vas confractum, &c. *Prou. 25. d.* Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, sic vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Ideo dicit *Psalm. 104.* Pone Dn̄e custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. Hi sunt vectes, qui nunquam debent remoueri ab arca. *Exod. 25. b.* Quoniam confortauit seras portarum tuarum, &c. Vel, soli, a Deo vel absque societate aliorum, vt sunt homines singulares. *Ier.* Morbidæ oues cum gregem suum relinquunt, luporum morsibus patent. De agmine columbarum, vnam accipiter separat, quam statim deuorat. Ideo *Eccl. 4. c.* Væ soli, quia si ceciderit, &c. *Iud. 18. c.* Venerunt in Lais ad populum quiescentem, & securum, & percusserunt eos in ore gladij, vrbemque incendio tradiderunt, nullo penitus ferente auxilium, eo quod procul habitarent à Sydone, & cum nullo hominum quicquam haberent societatis, & negotij, ideo *Psalm. 132.* Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Vel per hostiū Christus per vectes Prælati. Quia ergo nec Christus est in eis per gratiam, nec habent Prælatos bonos, ideo soli sunt & citò à Diabolo rapiuntur, tanquam oues non habentes pastorem.

h Et erunt, &c.] diuites gibbosi. *Iob. 1. d.* Chaldæi fecerunt tres turmas & inuaserunt Camelos & tulerunt eos. i Et multitudo iumentorū) vnde *Eccl. 1. d.* stultorum infinitus est numerus. k Et dispergam eos, &c. attonsi in comam) Tangit consuetudinem Saracenorum, sic ventus vanæ gloriæ arripit eos qui temporalibus abrenunciauerunt *Ps. 1.* Erit tanquam puluis quem proiicit vētus à facie terræ. *Osea 12. a.* Ephraim pascit ventum. l Et Ex omni, &c. quia sunt odiosi omnibus vicinis suis. Sic caro cùm sit inimicus noster familiaris & vicinus, est pestilentior & periculosior. *Mich. 7. b.* Inimici hominis domestici eius. m Et erit Asor, &c.] Mysticè, i. Dæmonū. *Is. 13. d.* Domus eorū replebuntur draconib. Qui cū naturaliter sint frigidissimi, super omnia animalia sitiunt, sic luxuriosi & auari. Asor sagitta luminis. Hi sunt prælati & literati. *1. Mac. 1. c.* Tulit Antiochus de sanctificatione in quā intrauit altare aureū, & candelabrū luminis & vasa eius vniuersa. n Nō manebit ibi vir] s. in curia Magnatū qui sūt sagitta luminis, quia non nisi lumen quȩrūt. *Matt. 11.* Qui mollib. induūtur in domibus Regū sunt. o Quod factum, &c. aduersùm Elā.) Isti Elamitæ erant de regione Elā, quæ est regio Persidis.

Prædicit

Prædicit ergo hic destructionem Persarũ, & Medorum, qui licet Chaldæos destruxerunt, pe. Macedones destructi sunt, et Deus eos impunitos pro peccatis non relinqueret. *a* Ecce ego confringam arcum, &c.] hoc dicit, quia Elamitæ optimi erant sagittarij, vnde *Isa.* 22. b. Elam sumpsit pharetra, & currum hominis equitis.

citũ: *a* Ecce ego cõfringam arcum *b* Elam, summam fortitudinẽ *c* eorum, & *d* inducam super Elá quatuor ventos à quatuor plagis cœli, & *e* ventilabo eos in omnes *f* ventos istos, & non erit gens ad quam non *g* perueniant *h* profugi Elã. *i* Et pauere faciam Elam corã inimicis suis, & in conspectu quærentiũ animam eorũ. Et *k* adducam super eos malũ, *l* iram furoris mei, dicit Dominus. Et mittam *m* post eos gladium donec consumam eos, & *n* ponã solium meum in Elam, & *o* perdã inde Reges, & Principes, ait Dominus. In *p* nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuos Elã dicit Dñs,

b Summam fortitudinem Elam, auferam ab eis. *c* Eorum] Elamitarum. *d* Et inducam super Elam quatuor ventos, &c.] Alexander enim Macedo habens secũ gentes de quatuor plagis vastauit eos. *e* Et ventilabo eos] Elamitas. *k* Et adducam super eos malum desolationis ab omni bono. *l* Iram furoris,] captiuitatis, per immissionem omnis mali. *m* Et mittam post eos gladiũ.] quasi etiam in captiuitate habebunt persecutionem. *n* Et ponam solium meum in Elam, sc. solium Alexandri, quod meum est, id est, a me ei datum.

o Et perdam inde Reges, i. nobiles de genere Regio.

p In nouissimis autem diebus, &c.] hoc intelligitur mysticè, quia persecutoribus mortuis multi ex eis conuertentur ad Dominum.

Mystic. Mysticè. *b* Elam: Interpretatur despiciens, vel tentans, sic superbi despiciunt omnes alios.

a Arcum,] tales enim sunt sagittarij hominum per detractiones & adulationes, *sup.* 9. a. Extenderunt quasi arcum linguam mendacij, & non veritatis. *Psalm.* 36. arcus eorum confringatur.

f In omnes ventos] ad orientem; vt considerent vilitatẽ originis, & erubescant. Ad Occidentem, vt cogitent incertitudinem mortis, & contremiscant. Ad Aquilonem, vt attendant præsentem miseriam, & ingemiscant. Ad Austrum, vt beneficia Dei considerent, & gratias agant.

e Et ventilabo eos,] ventilabro prædicationis, quæ separat grana à paleis. *Zach.* 6. b. Isti sunt quatuor venti cœli qui egrediuntur, vt stent corã Dominatore vniuersæ terræ. Ab his quatuor ventis veni spiritus, vt dicitur *Ezec.* 37. c. *h* Profugi,] fugientes peccata. *g* Perueniant] peregrinãdo, consilia quærendo. *i* Et pauere faciam] *Prou.* 28. c. Beatus homo qui semper est pauidus *k* Et adducam super eos malum] per prædicatores comminando.

m Gladium de quo *Matth.* 10. d. Non veni pacem mittere in terram, sed gladium, veni enim separare hominem aduersus patrem suum.

EXPOSITIO CAP. L.

VErbum quod locutus est, &c] expleto vaticinio contra Ægyptios, Moabitas, & Ammonitas, & omnes alios prædictos, ad vltimum contra Babylonios incipit prophetare, eo quòd Iudæos captiuauerũt, & omnes prædictos arrogantes afflixerunt. Procedit autem Propheta mixtim, nunc, scilicet, destructione Babyloniorum agens, nunc de Iudæorũ liberatione. Et diuiditur hoc capitulum in vndecim partes. Primò, prædicit confusionem Chaldæorum in idolis suis, & eorum vastationem. Secundò, interserit Iudæorum liberationem, & captiuitatẽ quã sustinuerunt in Babylone plangendo commemorans, *Ibi*, In diebus illis: Tertiò, inuitat Iudæos ad reditum de Babylone, citius futuram destructionem prædicit Persis, & Medis, *ibi*, Recedite de medio Babylonis. Quarto omnes hostes Chaldæorum ad eorum impugnationem inuitat. *ibi*; Præparamini contra Babylonem. Quintò, causam destructionis Chaldæorum, sc. vastationem Iudæorum, & ipsos reducendos & multiplicandos ostendit, *ibi*. Grex dispersus Israel Sextò, ponitur admiratio Prophetæ super tam subita vastatione, tam potentis regni, *ibi*: Quomodo confractus est. Septimò, ostendit Propheta Deum esse impugnatorem Chaldæorũ, *ibi*: Aperuit Dominus thesaurũ suum; Octauò, introducit Iudæos de Babylone redeunte in Ierusalem, & per alias nationes iustam vindictam in Chaldæos exequuisse, *ibi*: Vox fugientium. Nonò, loquitur specialiter contra Regem Babylonis superbum, & arrogantem, *ibi*: ecce ego ad te. Decimo, loquitur ad Chaldæos, & Principes communiter, ostendens eorum occisionem, *ibi*. Gladius ad Chaldæos. Vndecimò, auctorem Babylonicæ destructionis ostẽdit, *ibi*: ecce populus; dicit ergo.

C A P. L.

VErbum quod *q* locutus est Dñs de *r* Babylone, & de terra Chaldæorum in *s* manu Ieremiæ Prophetæ. *t* Annunciate in *u* gentibus & *x* auditum facite. *y* Leuate signum, prædicate, & *z* nolite celare. Dicite: *a* Capta est Babylon, *b* confusus est Bel, *c* victus est Merodach. Confusa sunt omnia sculptilia eorum, superata sunt idola eorũ. Quoniam *d* ascendet contra eam *e* gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem, & non erit qui habitet in ea ab *e* homine vsque *f* ad pecus. Et *g* moti sunt, & *h* abierunt A

q Verbum quod locutus est, &c. In manu Ieremiæ Prophetæ] quia propter opera sua bona Dñs hæc ei reuelauit. *t* Annunciate in gentibus,] super quod valde lætabuntur, quia Chaldæi omnes alias gentes sibi subiugauerant, sed à Medis, & Persis destructi sunt. *y* Leuate signũ] Id est, vexillum ad veniendum contra Babylonios. Vel Leuate signum à Medis & Persis.

a Capta est Babylon,] id est, in proximo est, vt capiatur.

b Confusus est Bel] idolum Babyloniorum.

c Victus est Merodach] Id est, Balthasar, qui erat pronepos Nabuchodonosor. *d* Gens] Medorum, & Persarum.

h Et abierunt, in captiuitatem.

Mysticè. Mysticè. *r* De Babylone, &c.] Babylonia interpretatur confusio. Chaldæa quasi fera, vel quasi mammilla, hæc est mundus. *s* In manu Ierem.] Id est, in administratione Prophetarum & Apostolorum. *t* Annunciate,] mundi periculum, & supplicium, quia *Nahum.* 3. b. Omnis qui viderit te resiliet à te.

u In gentibus] quasi peccatoribus prædicate. *Greg.* Vecordem se asserit qui bonis sitientibus in flumen aquam proijcit, *Ps.* 50. Docebo iniquos vias tuas.

x Et auditum facite per ostensionem boni exempli. *y* Leuate signum] Crucis in corpore vestro, per imitationem crucis Christi. *Gal. vlt.* a. Stigmata Crucis Christi in corpore meo porto. Vel sic, quasi diuitibus, & potentibus mundi Crucis mysterium prædicate. *Isa.* 13. a Super montem caliginosum leuate signum, id est, super aceruos dignitatum & diuitiarum quibus oculus mentis caligatur, vnde *Iud.* 9. e. Vmbras montium vides quasi hominum capita, & hoc errore deciperis, quia exemplo Prælatorum multi decipiuntur qui vmbras quasi solidam rem sequuntur. *Eccl* 34. a. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic & qui attendit ad visa mendacia. *sup.* 13. c. Date gloriam Deo, antequam contenebrescat &c. *Iob.* 40. c. Hic montes herbas ferunt. Vel, leuate signum, boni exempli, & postea prædicate. *Matth.* 5. c. Qui fecerit & docuerit sic homines, magnus vocabitur in Regno cœlorum.

z Et nol. cel.] *Iob* 16. d. Terra ne operias sanguinem meũ, neque inueniat in te locum latendi clamor meus. *Ps.* 93. Non abscondi veritatẽ tuam, &c. *Act.* 20. f. Mundus sum à sanguine omnium, non enim subterfugi, quo minus annunciarem omne consilium Dei vobis. *a* Capta est Babylon) i. mundus. *b* Confusus est Bel,] omnis mundi dignitas. *Apoc.* 18. c. Væ væ ciuitas illa magna Babylon, quoniam in vna hora veniet Iudicium eius. Bel interpretatur vetustas, per quam significatur peccatum quod in mundo destrueretur, si Prælati essent boni, vt dictũ est. Merodach interpretatur amara procacitas, in quo significatur omnis mũdi Philosophia, vel doctrina praua *d* Quoniã ascendet cõtra eã gens ab Aquilone, &c.] hæretici à Diabolo missi, *sup.* 1. c. Ab Aquilone pandetur omne malũ, vel per hos Prædicatores, qui debẽt cõtinere ab omni peccato qui significãtur per Medos & Persas, Vnde *Isa.* 13. d. Suscitabo super eos Medos qui argentũ non quærãt, nec aurũ velint sed sagittis paruulos interficiẽt. Sed ipsi exẽplo suo malo magis ponũt Ecclesiam in solitudinẽ. *e* Ab homine] i. à sapiente. *f* Vsque ad pecus] i. simplicem. *g* Et moti sunt] per peccatum. *h* Et abierunt,] In captiuitatem Inferni. *Thr.* 1. b. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem: Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: Facti sunt Principes eius, &c.

In diebus

a In diebus illis,& in tempore illo,] sc. destructionis Babyloniorum. b Venient filij Israel ipsi, & filij Iuda simul] quasi de manibus eorum liberabuntur illi pauci de decẽ tribubus,qui redierunt & illi de duabus tribubus. Destructa enim Babylone,data fuit Iudæis licentia redeundi. d Ambulantes,& flentes, i.præ gaudio vel flebant petentes, vt Dñs daret eis prosperitatem in terra sua, sup.31. b. In fletu venient,& in misericordia reducã eos. h In Siõ,&c] Id est,veritaté viæ eundi ad Dominũ. k Huc facies,&c.] Id est,voluntas. m Quod nulla obliuione delebitur] propter hoc verbum magis debet exponi de tempore gratiæ quando de Iudæis, & gentibus multi conuersi sunt ad Deũ, vnde.

In a diebus illis, & in tẽpore illo, ait Dominus. b venient filij c Israel,ipsi & filij Iuda simul d ambulantes : & e flentes f properabunt & g Dominum Deum suum quærent. In h Sion i interrogabunt viam : huc k facies eorum venient, & l apponentur ad Dominum fœdere sempiterno, quod m nulla obliuione delebitur. n Grex perditus factus populus meus, o pastores eorum seduxerunt eos, p feceruntque vagari in q montibus. De r mõte in s collẽ transierũt.

a In diebus illis. & in tempore illo,à Deo præfinito, id est, tempore quo prædicabitur Euangelium in vniuerso mundo.

b Venient ad pœnitentiam, vel claustrum, vel cœlum.

c Filij Israel ipsi, & filij Iuda] vterque populus,vel clerici & laici, vel Prælati, & subditi.

d Ambulantes] de virtute in virtutem.

e Et flentes pro peccatis suis, & alienis,pro miseria mundi, pro desiderio cœli. Psal.125. Euntes ibant,& flebant, sup.41. b. Incedens, & flens ibat.

f Properabant] propter viæ longitudinem, propter latronum multitudinem, propter temporis breuitatẽ, propter longam Sanctorum, qui in Paradiso sunt expectationem. Hic enim periculosè conuersamur, & diu expectamur, & ad magna vocamur, & ideo properemus ne fortè excludamur. Cant.2.d. Surge propera amica mea,speciosa mea, & veni ; sic Magdalena, s.properans, & flens, nec tamen expectauit, quod illi surgerent à mensa vbi venit, vt dicitur Luc.7.f.

g Et Dominum Deum suum quærent in Sion :] Id est, in Ecclesia, vel in claustro,non in nundinis,vel in mercato. Osee 5. d. In gregibus suis,& in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient. Isa.55. b. Quærite Dominum dum inueniri potest. Et vbi inueniri potest ?

i Interrogabunt viam] veritatis, i. Christum. Ioan.14.a. Ego sum via, veritas, & vita,vel viam mandatorum Dei. Ps.118. Viam mandatorum tuorum cucurri;vel viam, Isa. 30. c. Hæc est via ambulate in ea, vel.

i Interrogabunt viam,] quã Sancti præcesserunt. Suprà 6. d. State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis quæ sit via bona,& ambulate in ea.Multi non interrogant, quà incedere debeant, & ideo malè incedunt, Psal.106. Errauerunt in solitudine, in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Eccl. 10. c. Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt pergere in vrbem, vel.

h In Sion] Inuenitur Dominus, i. in speculatione sacræ Scripturæ. Iac. 1.d. Si quis est auditor verbi, & non factor,hic comparabitur viro consideranti vultum natiuitatis suæ in speculo, qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis,&c. hic beatus in facto suo erit.

k Huc facies eorum venient.] Id est, intellectus,& affectus, qui debent poni in sacra Scriptura ambo simul.

l Et apponentur ad Dominum fœdere sempiterno]vt dicat illud fœlix anima, Rom.8.g.Quis poterit me separare à Charitate Christi ? &c.

n Grex perditus factus est populus meus] hoc dicit,quia propter peccata maiorum populus ductus fuit in captiuitatem,quia,sc.non docuerunt populum, & ideo peccauerunt;Vnde Isa.5.c. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuerunt scientiam.

o Pastores eorum seduxerunt eos.]trahendo ad peccatũ, verbo & exemplo,vel peccatis eorum consentiendo.Ideò dicitur de Prælatis,sup.14.d. Vbi est grex qui datus est tibi, inclytum pecus tuum Ezech. 34. b. facti sunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri eo quòd non esset pastor, neque enim pastores quæsierũt gregem meum, sed pascebat pastores semetipsos,& greges meos non pascebant.Pastores Iudæorum vocat scribas, Pharisæos, Reges, & Principes, qui traxerunt eos ad peccata. Similiter seducunt Prælati gregẽ suum tripliciter,s. non corrigendo. Prou.11. b. Vbi non est gubernator, populus corruet; salus autem vbi multa consilia. Item correctionem emolliendo. Prou.19. c. Cum disciplina cessauerit dissipabitur populus. Prou.28. d. Qui corripit hominẽ, postea gratiam inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit. Item malo exemplo, sup.23.d. A Prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnẽ terrã. p Feceruntque vagari in montibus] vbi *Prælati seducunt gregem suum tripliciter.*

t obliti sunt cubilis sui. Omnes u qui inuenerunt comederunt eos,& hostes eorum x dixerunt Non y peccauimus,pro eo quod peccauerunt Domino z decori iustitiæ, & a expectatione patrum eorum Domino. b Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini, & c estote quasi hœdi ante gregem. Quoniam ecce ego suscitabo : & adducam in Babylonem congregationem gentium magnarum de terra Aquilonis, & præparabuntur aduer-

adorabant idola, propter admonitionem suorũ Regũ,vt Achaz,& Manasse & Ieroboam.i.fuerunt causa, vt Iudæi per montes, i. per loca montuosa transirent in captiuitatem Chaldæorum.

r De monte in collem transierunt,]quia terra Babyloniæ montuosa est. t Obliti sunt cubili sui.] Id est, terræ suæ vbi ante quiescebant securi.

u Omnes qui inuenerunt, &c.]sc. Nabuchodonosor, Nabuzardan,& alij hostes,vt Theglathphalasar, Sennacherib, Rapsaces, Pharao, & alij.

x Dixerunt,] sc. ipsi eorum Prælati,non reputantes se in hoc, peccare,quòd erant causa populo tantæ calamitatis.

Mysticè. q In montibus] superbiæ,& dignitatum sæcularium, vel ambitionum, & diuitiarum, vel in variis peccatis, Ezech.34.b.Errauerunt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerso colle excelso. *Mysticè.*

r De monte] superbiæ. s In collem] auaritiæ. Vel de lege ad Euangelium, quod ex magna superbia dicebant esse tenendum cum lege.

t Obliti sunt cubilis sui] Id est, Ecclesiæ quæ est hortus sponsi, & sponsæ,vt dicitur Prou. 30. d. Qui collocat in petra cubile suum. Vel cubilis sui, humilitatis, vel propriæ conscientiæ,in qua debet homo quiescere. Matth.6. a. Intra in cubiculum tuum. Nahum.3.c.Intra in lutum, & calca ; vel cubilis sui, charitatis, Cant. 1. h. Indica mihi vbi cubas. Et respondet.In meridie, id est, charitatis feruore.

u Omnes qui inuenerunt comederunt eos] quia Ioan. 10. b. Quotquot venerunt fures sunt, & latrones. Ezech.34. a. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. y Non peccauimus, &c.] sic dicunt Prælati, qui auferunt monachis, & clericis diuitibus.

z Domino decori iustitiæ.] Id est contra Dominum, & contra ritum legis qui erat iustitiam docens, & faciens, & erat decor, & ornatus eorum. Sed dicitur Thren. 1. b. egressus est a filia Sion omnis decor eius.

a Et expectatione patrum eorum Domino] Id est, contra Dominum, id est, quod patres eorum expectabant. Gen. 49. b. Ipse erit expectatio Gentium. b Recedite de medio Babylonis, &c.] interserit liberationem populi sui, quæ facta est,facta vastatione Babyloniorum à medis,& Persis. Recedite,imminente captiuitate illorum, ne cum eis destruamini. c Et estote quasi hœdi ante gregem] qui saltãdo,& quasi ludẽdo volunt gregem præcedere.Et per hoc

a monet

Mysticè b Recedite de medio Babylonis, &c.] Id est de peccato,& vicinia,siue circũstantiis peccatorũ. De primo Apoc.18.b.Exite de illa popul[9] meus,& ne participes sitis delictorum eius,& de plagis eius non accipiatis,quoniam peruenerũt peccata eius vsque ad cœlũ.De secundo Gen. 19.d.Non stes in omni circa regione. Quãdiu enim super flumina Babylonis sumus,suspensa sũt organa nostra,quia quomodo cantabimus canticum Dñi in terra aliena ? Sed Ierusalẽ est canticũ spirituale.Vnde sup.31.a. Virgo Israel adhuc ornaberis tympanis tuis,& egredieris in choro ludentiũ. Zach.2.c.O Sion fuge quæ habitas apud filiam Babylonis,quia hæc dicit Dominus, post gloriã misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos. c Quasi hœdi] Hœdus *Mystic.* *Ps.136.*

a lasciuus

a monet diuites qui in Babylone possessiones habebant, vt læti redeant in Iudæam,& contendant etiam alios præcedere, quia multò maiores ibi repertetis possessiones. Multi enim nolebant inde exire propter possessiones quas ibi congregauerant. *a* Et in die capietur.] Imò nocte, vt *Dan.*5. g. vbi dicitur quod de nocte captiuata est Babylon, & Chaldæus Rex interfectus est, cui successit Rex Persarum, Darius in Regno. Sol. in die capietur i. manifestè, quia hoc manifestum fuit omnibus aliis gentibus.

Mysticè. ⊕ lasciuus est, & gregem saliendo præuenit, sic quilibet debet alios

C præuenire ad pœnitentiã, & cõfessionem, nec debet expectare, donec totus grex peruenerit. Et talis sic

a. † Inde. sus eã, *a* & † in die capietur, *b* Sagitta eius quasi viri fortis interfectoris nõ reuertetur vacua. Et *d* erit Chaldæa in *e* prædam, omnes vastantes eam *f* replebũtur, ait Dñs. Quoniam *g* exultatis,& *h* magna loquimini *i* diripientes hæreditatem meã, quoniam *k* effusi estis, *l* sicut vituli super herbam & *m* mugistis vt Tauri. *n* Confusa est mater vestra nimis,& *o* adęquata pulueri quæ *p* genuit vos, *q* Ecce nouissima erit in gentibus & deserta in via,& arens. Ab *r* ira Domini non habitabitur, sed *f* redigetur tota in solitudinem, Omnis qui

poenitens multùm placet Deo, vt illi qui antè quadragesimam confitentur, non expectantes vsque ad finem. Dicuntur autem poenitentes hœdi, quia placent Deo, sicut carnes hœdi sapidæ sunt, & quia pro peccato offerebatur hœdus secundum legem. *Gen.*27. b. Affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur, *Mich.* 7. a. Præcoquas ficus desiderauit anima mea. Debet etiam pœnitens saltare in pœnitentia, eam, sc. hilariter faciendo, sicut & de hoc Angeli gaudent, vt dicitur *Luc.*15. b. Gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. *a* Et in die,] prosperitatis. *Prou.*1. d. Auersio paruulorum interficiet eos,& prosperitas stultorum perdet eos. Vel per diem notatur aperta tentatio, sicut per noctem occulta, *Psalm.*90. A sagitta volante in die,&c. *b* Sagitta eius,&c.] i. exercitus Medorum, & Persarum, qui sunt sagittarij ad mittes quantùm ad quosdam, scil. Elemitas; vel, sagitta, i. pœna subita & improuisa. *c* Non reuertetur vacua] quia vulnerabit, & capiet. *g* Quoniam exultatis.] In interitum Iudæorum. *h* Et magna loquimini,] id est, superba contra populum meum, & vobis potentiam attribuentes.

l Sicut vituli super herbam] i. lasciuientes in deuoratione populi, vt vitulus in deuoratione herbæ, vel super herba, iacens *k* Quoniam effusi estis] dicitur se super aliquid effundere, quid de illo se satiat sic spoliauerunt Iudæos, & deuorauerunt terram illorum.

m Et mugistis, vt tauri captiuis insultando. *n* Confusa est mater vestra nimis] Babylon, vel confundetur.

o Et adæquata pulueri] quasi ad nihilum redigetur, vnde *Isa.*13. d Et erit Babylon illa ciuitas gloriosa in Regnis inclyta in superbia Chaldæorum versa, vt subuertit Dominus Sodomam,& Gomorrã, non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem,& generationem, non enim ampliùs in illo loco fuit alia ciuitas ædificata, sed alibi quæ dicitur Babylon.

q Ecce nouissima erit in gentibus] id est, vilissima.

r Ab ira Domini non habitabitur] i. propter iram. *f* Sed redigetur tota in solitudinem] scil. illa prior, licet aliam alibi ædificassent Medi, & Persæ. *t* Omnis qui, &c. stupebit & sibilabit] quia tam subito, iam potens Regnum subuersum est.

u Super vniuersis plagis eius] id est, miseriis.

Mysticè. Mysticè. *b* Sagitta eius, &c.) prædicationis 2. *Reg.*1. d. Sagitta Ionathæ nunquam redijt retrorsum & gladius Saul non est reuersus inanis, *Psal.* 119. Sagittæ potentis acutæ. *d* Et erit Chaldæa] mundus. *e* In prædam] Prędicatoribus, qui dicuntur piscatores maris Mundi,& venatores siluæ mundi, vt *sup.*17. d. *Prou.* vlt. b. De nocte surrexit deditque prædam domesticis suis.

f Replebuntur] gratia, & gloria. *Prou.*11. d. Anima quæ benedicit impinguabitur, & qui inebriat ipse quoque inebriabitur. *g* Quoniam exultatis, &c.] hæc sunt tria vitia quæ debent Prædicatores destruere in mundo, sc. superbiam, quæ ibi tangitur, quoniam exultatis, &c. 1. *Reg.*2. a. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Item auaritiam *ibi.*

i Diripientes hæreditatem meam] scil. populi mei bona, *Isa.*19. Hereditas mea. Auaritia autem facit diripere aliena. *Iob.*27. b. Quæ est enim spes hypocritæ, si auarè rapiat, & non liberet Deus animam eius? *Sap.*2. b. Posuistis hæreditatem meam in abominationem, *Prou.* 28. c. Leo rugiens. Vrsus esuriens. Princeps impius super populum pauperem.

t transibit per Babylonem stupebit,& sibilabit super vniuersis *u* plagis eius. *x* Præparamini contra *y* Babylonem per circuitum : Omnes qui *z* intenditis arcum debellate eam, non *a* parcatis iaculis, quia Domino peccauit Clamate aduersus eã, Vbique *b* dedit manum, *c* Ceciderunt fundamenta eis, *d* destructi sunt muri eius ; quoniam vltio Domini est : Vltionem accipite de ea : sicut *e* fecit facite ei. *f* Disperdite satorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis à *g* facie gladij Columbæ : *h* Vnus-

Ibidem. Dux indigens prudentia multos opprimet per calumniam. Itē luxuriã, *ibi*: *k* Quoniã effusi estis,&c. Taurus enim & vitulus sunt animalia valde luxuriosa. *Psalm.* 21. Tauri pingues obsederunt me. *Gen.* 49. a. Ruben effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui. *n* Confusa est mater vestra] sc. concupiscentia *Ezech.*18. a. Mater tua Cethea, quod interpretatur abscisa, vel confracta. *p* Quæ genuit vos] *sup.* 20. d. Maledicta dies in qua natus sum, dies in qua peperit me mater mea. *o* Et adæquata pulueri. Hoc fit quando ipsam carnem in qua ante gloriabamur in puluerē redigendam considerāmus, tunc amplius in ea non gloriamur *Psalm.* 7. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam, &c. & gloriam meam in puluerem deducat *x* Præparamini contra Babylonem, &c.] O Medi, & Persæ. *z* Omnes qui intenditis arcum] i. sagittarij qui primi sunt. *b* Vbique dedit manum] scil. omnia alia Regna vastando. Et ideò. *c* Ceciderunt fundamenta eius] id est, cadent. *e* Sicut fecit facite ei] scil. alia Regna pro Nabuchodonosor vastando

Sup.18.c.& 19.c.& 49.d.

sic dicitur Prædicatoribus.

x Præparamini, s. in scholis Theologiæ tanquam ibi armate vos scientia, & vitâ. *y* Contra Babylonem] mundum. *z* Omnes qui intenditis arcum] sacræ Scripturæ *Psal.*77. filij Ephraim intendentes & mittentes arcum. Vnde *Isa.*21. b. Pone mensam, contemplare in specula. Et post subdit: Surgite principes, arripite clypeum. *a* Et non parcatis iaculis) id est, sententiis sacræ Scripturæ, *sup.*48. Maledictus qui prohibet gladium suum, à sanguine. *Prou.*30. a. Sermo Dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus eum. Sed multi intendentes arcũ conuersi sunt in die belli, quia non faciunt nisi improperare, & comminari, *Gen.*27. a. Sume arma tua, & pharetram, & arcum,&c.& affer mihi de venatione tua. *b* Vbique dedit manum.] *Gen.*16. d. Manus eius contra omnes. *c* Ceciderunt fundamenta eius] diuitiæ deliciæ honores. *Psal.* 17. Fundamenta montium conturbata sunt. *d* Destructi sunt,&c.) sapientes,& potētes mundi *Abdiæ.*1. c. Perdam sapientes de Idumæa. *e* Sicut fecit, &c.] *Isa* 27. b. In mensura contra mensurã cum abiecta fuerit, iudicabit eam. *Apoc.*18. b. Reddite illi, sicut ipsa reddidit vobis,& duplicate duplicia. *Matth.*7. In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. *Iud.* 1. b. Sicut feci ita reddidit mihi Dominus. *Matt.*7. a. Nolite iudicare, & non iudicamini, &c. *f* Disperdite satorem de Babylone,&c.] vt omninò in ea nullus remaneat, sicut pauperes,& vinitores in Iudæa remanserunt, vt *sup.*40. g.

g A facie gladij, &c.] i. propter instantiam crudelitatis Nabuchodonosor, quà vastauit omnes alias nationes. Qui dicitur columba, non propter simplicitatem, sed propter stultitiam quà contra Deum eleuatus est, sibi attribuens potentiam quà vastauit alias nationes. Et tunc Babylone destructa. *h* Vnusquisque. &c.] quia Nabuchodonosor de omnibus terris homines captiuauerat, quà destructâ, redierunt in terram suam, Vel hoc dicit, quia Nabuchodonosor videns sibi imminere bellum Medorum, & Persarum, conuocauit vicinas nationes ad auxilium suum, sed illi videntes captam Babylonem, redierunt in patriam suam. Mysticè. Sator Babyloniæ, id est, Mundi Dominus est. *Matth.*13. d. Domine, nonne bonũ semen seminasti in agro tuo, vnde ergo habes zizania? Et ait: Inimicus homo hoc fecit. Et *Luc.*8. b. Semen est verbum Dei, Sator autem Christus. *Ibid.* Et est tenens falcem qua, metit omnes peccatores. *Ap.*14. d. Mitte falcē tuam acutã,& vindemia botros vineæ, quoniam maturæ sunt vuæ eius *Io.*4. c. Qui seminat,& qui metit simul gaudeat. Debet. n. Prædicator seminare in prædicatione vérbum exhortationis, *Mysticè.*

ctionis, sed mittere falcem increpationis, vel seminare ad bona opera inuitando, falcem mittere ad mala dimittenda exhortando.

a Vnusquisque ad populum suum sic in Inferno, similes in culpa, erunt similes in pœna, vt luxuriosi cum luxuriosis, auari cum auaris, & huiusmodi, *Isa.*14. Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum. *Matth.*13. d. Colligite zizania & alligate per fasciculos ad comburendum. Similiter boni in vno ordine erunt. *Eccl.*13. c. omnis homo simili sui sociabitur. *Eccl.*27.b. Volatilia ad sibi similia conueniunt.

a quisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terrã suam fugient. *b* Grex dispersus, Israel, Leones eiecerunt eum. *c* Primus comedit eum, Rex Assur, iste *d* nouissimus exossauit eũ Nabuchodonosor Rex Babylonis. *e* Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel: *f* Ecce visitabo Regem Babylonis & terram eius *g* sicut visitaui Regem assur, & *h* reducam

b Grex dispersus, &c.] Hic ponit causam destructionis Babylonis, quia Grex dispersus, &c. vt Lupi, & Leones, dispergunt oues, sic hostes Iudæos. Vnde per Leones Reges Assyriorum, vt Theglathphalasar, Sennacherib, qui decem tribus captiuauerunt. Vnde. *c* Primus comedit eum Rex Assur] & loquitur de his ad similitudinem Leonis, vel Lupi, qui primò carnem comedens, post demolitur ossa. Sic Assyrij non omnem Israel destruxerunt, vel non omnino Israel, sed Nabuchodonosor omnia, scil. & ciuitatem, & templum destruxit. Et ideò dicit.

d Iste nouissimus exossauit eum, &c.] Ideò autem dico, quod Sennacherib destruxit decem tribus, licet non hoc videatur verum, Immo Salmanasar, vt dicitur *3. Reg.*17. Quia dicunt Hebræi, quod idem fuit Salmanasar, & Sennacherib: & Phul, vel quod fecit pater attribuitur filio, quia Salmanasar erat pater Sennacherib.

Mysticè. Mysticè, similiter per Prælatos malos dispergitur populus Domini ad quærendum, scil. paleas in Ægypto, vt dicitur *Exod.*5.b. Leones autem sunt Prælati. Vnde, *Ezec.*19. a. Quare mater tua Leæna inter Leones cubauit? Et eduxit vnum de Leunculis suis, & Leo factus est, & didicit capere prædam, & homines deuorare. Dicitur quòd Leone dormiente in naue periclitatur nauis. Sic per Prælatorum negligentiam perit Ecclesia. *Ionæ* 1. a. Facta est tẽpestas magna in mari, & nauis periclitabatur cõteri. Descenderat enim Ionas ad interiora nauis, qui sopitus dormiebat sopore graui. *Pro.*23. d. Eritis sicut dormiẽs in medio mari, & quasi gubernator sopitus amisso clauo. Isti Leones eiciunt & deuorant oues. Vnde *Ezech.*34.b. Dispersæ sunt oues meæ eò quod non esset Pastor. *Zach.*11. d. Suscitabo pastorem in terra qui derelicta non visitabit, dispersa non quæret. Quare dicitur *Isa.*3. d. Vos depasti estis vineam meam, rapina pauperis in domo vestra. *Nahum.*3. d. Leo cœpit sufficienter catulis suis, & necauit Leænis suis, & impleuit prædã speluncas suas, & cubile suum rapina. *Eccl.*13. c. Venatio Leonis Onager in heremo; sic pascua diuitum pauperes.

c Primus, &c.] Ita est in ecclesia, quod si primus Prælatus fuerit malus, secundus erit peior.

d Nouissimus exossauit eum.] In ossibus est fortitudo. Ossa ergo Ecclesiæ sunt Prælati, quibus fractis debilis est Ecclesia. *Psal.*41. Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei, vel per Regem Assur superbia significatur. Quia *Eccl.*10. b. Initium omnis mali est superbia, nouissimus Nabuchodonosor est luxuria, cuius propriè est exossare, quia animal exossatum est totum caro, sic luxuria totum hominem facit carnalem. Hoc est, quod dicitur *Ioel.*1. a. Residuum locustæ comedit bruchus.

e Propterea hæc] mala prædicta.

f Ecce ego visitabo] super Regem Babylonis, & terram eius destruendo eum per Persas & Medos.

g Sicut visitaui, Regem Assur] scilicet, Sennacherib, quando Angelus percussit de exercitu eius centum octogintaquinque millia, igne cœlitus misso 4. *Reg.*19.g. & *Isa.*37. g. Et post reuersus Sennacherib in patriam suam, interfectus est à filiis suis.

Mysticè. Mysticè. Per Regem Babylonis, potentes, & diuites huius mundi. Per Regem Assur, superbos Dæmones; sicut enim peccantibus angelis non pepercit, sic multò magis, nec hominibus, vt dicitur 2. *Petr.*2. a. Vel ita visitabo, sc. per mortem, decessorem Prælatum, sicut & præcessorem

h Et reducam Israel ad habitaculum suum.] Iudæam, vel mysticè, Sanctos in cœlum.

i Et pascetur Carmelus] mons fertilis est, per quem intelligit fertilitatem terræ Iuda. *k* Et Basan] similiter Regio plana, & vberrima in terra promissionis.

Israel ad habitaculum suum. Et *i* pascetur Carmelus, & *k* Basan, & in monte Ephraim, & in Galaad saturabitur anima eius. In *l* diebus illis & in tempore illo, ait Dominus quæretur iniquitas Israel, & non erit, & peccatum Iuda, & non inuenietur quoniam *m* propitius ero eis *n* quos reliquero. Super *o* terrã dominantium ascende, & super habitatores eius visita.

i Pascetur Carmelus,] à populo Israelitico, quasi, ibi erit omnis abũdantia, quam significat per hæc omnia loca, quæ & per mõtẽ Ephraim & Galaad, qui erãt in terra illa significãtur. *Ezech.*34.d. Congregabo oues meas de terris, & inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel in riuis, & in cunctis sedibus terræ, in pascuis vberrimis pascam eas.

Mysticè. Mysticè. Secundùm Ieronymum hoc implebitur quando Diabolus qui seducebat gentes mittetur in stagnum ignis & sulphuris, vt dicitur *Apocalip. vigesimo* c. Et bestia & pseudo prophetæ, id est, Antichristus, & infideles cruciabuntur, vbi sancti cum Christo regnabunt in æternum, & satiabitur anima eorum omnibus bonis, secundùm illud *Psalm. decimo sexto* Satiabor cùm apparuerit gloria tua. Carmelus interpretatur tenellus, in hoc significatur amoris teneritudo Basan, pinguedo, in hoc fruitionis dulcedo. Ephraim vbertas, in hoc omnium desiderabilium possessio. Galaad, aceruus testimonij, in hoc omnium Sanctorum iocunda associatio. Sed si bene hic dicit Ieronymus, quod tunc primo recludetur Diabolus in Inferno, ergò non sunt modo Dæmones in Inferno. Item *Matth.*8. d. Dicunt Dæmones: Vt quid venisti ante tempus torquere nos? Contra: *Apocal. vigesimo* a. Apprehendit Draconem serpentem antiquum, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum. Sol. Secundùm *Gloss.* super illud 1. *Cor. decimo quinto* c. Cùm euacuauerit omnem principatum, & potestatem: Ibi dicitur, quod nullus Diabolus est in Inferno semper manens, sed quandoque ex magna libidine nocẽdi descendunt illuc aliqui successiuè, vt torqueant homines qui ibi sunt, & quando volunt, exeunt vbique pœnam suam reportantes. Quod autem dicitur Diabolus ligatus in abyssum, hoc ideo dicitur, quia tantum super malos habet potestatem; quæ etiam refrænata est ne tantum noceat quantùm vellet: In fine autem relaxabitur eius malitia, & dicitur tunc soluendus.

l In diebus illis, &c. quæretur iniquitas Israel, & non erit, &c.] i. gentes vicinæ vellent eos punire, sicut prius fecerunt, & non poterunt; quia peccatum non habebunt. Punire autem peccatorem, est quærere eius peccatũ. Vel i. si quæreretur non inuenitetur. Aliter enim nunquam Deus permisit eos puniri, nisi propter eorum peccata, vt dixit Achior Holoferni. *Iud.*5. d. Nunc Domine mi perquire si est aliqua eorum iniquitas in conspectu Dei eorum, ascendamus ad illos, propter quam tradens tradet Dominus eorum illos tibi. Si vero non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus ei resistere, quoniam Deus eorum defendet eos. Deus per misericordiam dedit gratiam Iudæis, vt non adorarent Idola post reuersionem sicut ante. Vnde.

m Quoniam propitius ero eis quos reliquero] scilicet, seruando eos ab idololatria, vel custodiendo eos ne puniantur ab hostibus.

Moraliter. Moraliter. Modò Dominus permittit peccata fieri, quia vtilia sunt ad iustorum probationem, & humiliationem, & cautelam, sed in futuro non dimittet, quando non erunt vtilia. Tunc enim alligabit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanabit, vt dicitur *Isa.*30. f. Tunc enim Dominus absterget lacrymam ab omni facie & auferet opprobrium populi de vniuersa terra, vt dicitur *Isa.*25. c. *n* Quos reliquero.] In præsenti, id est, in tribulationibus exposuero. Aliter enim non reliquit Dominus iustos. *Psalm.*21. Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti. *o* Super terram dominantium ascende, &c.] Loquitur ad exercitum Medorum & Persarum. Dominantium, id est, Chaldæorum.

Dissipa,

a Dissipa; & interfice,&c.]id est ita radicitus eos destrue, vt non possit eos sequi aliqua posteritas.

c Et fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. id est prædixi, vt faceres. Interfice,quoad corpora.Dissipa possessiones.

Mysticè. Mysticè. Præcipitur hoc Prædicatoribus, qui quando Deum prædicare debent magnatibus,dei eorum ascendere super terram eorum, id est terrenitatem, vt non parcant eis, iuxta illud *Iap* 1.b.Constitui te hodie super Gentes,& Regna, vt euellas,& destruas.

b Quæ post eos sunt:] quasi, non tantum peccata, sed & reliquias,& circumstantias. *Ps.* 36. simul reliquiæ impiorum interibunt. *Isa.* 14 e.Perdam Babylonis nomen, & reliquias,& germen, & progeniem *d* Vox belli,]scilicet doloris,& contritionis. *e* In terra] Babylonis. *f* Et contritio magna:]quia alias gentes contriuit,*g* Quomodo cōfract⁹,&c. irrisoriè loquitur,[malleus vniuersæ terræ]Nabuchodonosor,quo Regna Mundi cōtriuerat diuersa. *h* Quomodo versa est,&c.in gētib.] i. quæ multas gētes habebat.& in se,& in Regnis subditis.

a Dissipa,& interfice,*b* quæ post eos sunt, ait Dominus,*c* & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi.*d* Vox belli in *e* terra,*f* & contritio magna,*g* Quomodò confractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ? *h* Quomodo versa est in desertum Babylon in gentibus? *i* Illaqueaui te, & capta es Babylon, *k* & nesciebas, *l* inuenta es, *m* & apprehensa, *n* quoniam Dominum prouocasti.*o* Aperuit Dominus thesaurum suum, *p* & protulit vasa iræ suæ, *q* quoniam opus est Dño Deo exercituum *r* in terra Chaldæorū.*f* Venite ad eā ab extremis finib⁹,*t* aperite vt exeant qui conculcēt eā. Tollite de via lapides, *x* & redigite in aceruos

Mysticè. Mysticè. *d* Vox belli in terra,] id est contentiones, & dissensiones in mundo. *Mich* 7. b. Filius faciet contumeliam patri, filia consurget aduersum matrem suam, nurus aduersus socrum suam,& inimici hominis domestici eius. Sed in cœlo est vox pacis. *g* Quomodo confractus est & contritus malleus:]hic est Diabolus,qui non fuit confractus omnino ante nouum Testamentum,quia tunc omnes quantumcunque iusti trahebantur à Diabolo ad Inferos. Sed Christus vadens in Infernum confregit eum. Hoc etiam potest dici in morte alicuius Tyranni,vel mali Prælati. Simile *Isaia* 14. b. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum, virga dominantium cædentem populos. *Isa.* 10. b. Væ Assur, virga furoris mei.

h Quomodo versa est in desertum Babylon,] id est congregatio malorū quæ fiet deserta ab omni bono in Inferno. *Ap.* 18.a. Cecidit Babylon magna,& facta est habitatio Dæmoniorum,& custodia omnis spiritus immundi. *i* Illaqueaui te,& capta es Babylon.] Hic respondet illi quæstioni prædictæ: Quomodo confractus est, & contritus malleus&c. Illaqueaui te,laqueo obsidionis, quia de nocte capta est, & subito,

k Et nesciebas,inuenta es] quousque hostes essent ingressi per meatus Euphratis. *m* Et apprehensa]ad pœnam.

n Quoniam Dominum prouocasti,]ad iram per peccata.

Mysticè. Mysticè. Anima intenta delectationibus carnalibus, dum non aduertit, capitur laqueo mortis: sicut auis dum venit ad escam,capitur laqueo venatoris. *Eccl* 9 c. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo. *Prou.* 7. d Statim sequitur eam, scilicet, iuuenis meretricem,quasi bos ductus ad victimam,& quasi agnus lasciuiens & ignorans, & nescit, quod ad vincula stultus trahatur,donec trāsfigat sagitta iecur eius. 1.*Thess.* 5. a. Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus superueniet eis interitus.

l Inuenta es]vt fur in furto,vt mulier in adulterio. *Deut.* 32.b.Inuenit eū in terra deserta,in loco horroris,& vastæ solitudinis.*m* Et apprehensa in morte.*Thren.*1. a. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. *Ioan* 8.a. Mulier hæc modo deprehensa est in adulterio.

o Aperuit Dominus thesaurum suum.]Loquitur per similitudinem, Ciuitates enim nobiles solebant habere domum in qua erat thesaurus armorum, quæ tempore necessitatis sumebant ciues,quando volebant mittere expeditionem ad destruendum inimicos.Vel loquitur per aliā similitudinem. Quando enim aliqui Principes volunt impugnare hostes suos,tunc aperiunt thesauros suos, & largiter distribuunt stipendiariis: aperuit per Medos & Persas. *p* Et protulit vasa iræ suæ,] id est Medos, & Persas,per quos exercuit iram suam.Vel quod dicit,vasa iræ, expositio est huius,quod dixerat:thesaurum suum,ne crederetur, quod intelligeretur de thesauro misericordiæ eius.

q Quoniam opus est Domino Deo exercituum,] de illis vasis.

Mysticè. Mysticè.Hoc erit in die Iudicij.Tunc enim aperiet Dominus thesaurum suum, & reddet vnicuique secundum quod meruit Bonis scilicet aurum, & argentum, & lapides pretiosos, id est diuersa præmiorum genera. Malis stannum, plumbum, ferrum, id est diuersa tormentorum genera, quæ omnia modo abscondita sunt quasi thesaurus. Vnde *Deuteronom.* 32. e. Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? *Iob* 38.c.Nunquid ingressus est thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti, quæ præparaui in tempus hostis in diem pugnæ, & belli, id est in die iudicij? Tunc enim aperiet thesaurum bonorum, & thesaurum malorum. Tunc.

p Protulit vasa iræ,] id est procul feret, dicens *Matth.* 25. d. Ite maledicti, &c. Omnes ergo thesaurizant sibi, sed quidam tormenta: De quibus *Iacob.* 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris quæ aduenient vobis, diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt, &c. thesaurizastis enim vobis iram in nouissimis diebus. *Romanor.* 2. a. Tu autem secundum duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. *Roman.* 9. e. Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum. Et hæc sunt vasa in contumeliam. Alia autem sunt vasa misericordiæ, & in honorem, vt boni qui thesaurizant sibi æterna gaudia. *Matt.* 6. c. Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur.

r In terra Chaldæorum,] in Inferno vbi subiungatur homo Dæmonibus.

q Quoniam opus est,]de quo opere. *Isa.* 28. f. Irascetur Dominus vt faciat opus suum,alienum est opus eius, vt operetur opus suum,peregrinum est opus eius ab eo.

f Venite ad eam ab extremis finibus.]Loquitur pluribus, quia ad Babylonem destruendam venerunt gentes de multis nationibus,

t Aperite vt exeant qui conculcent eam,]quasi,ô vos Reges, & Principes diuersarum terrarum date subditis vestris licentiam, & præcipite eis vt exeant de terra sua, & veniant contra Babylonem.

u Tollite de via lapides,]quasi amouete impedimenta veniendi cōtra Nabuchodonosor,vt cito properent venire.

x Et redigite in aceruos,]vt non sint in via impedimenta. Vel,in aceruos, vt inde faciatis machinas, & fundas ad obsidendum.

A a Descendant

Mysticè. Mysticè. *f* Venite ad eam ab extremis finibus,] id est vos qui extremi, & viles in mundo estis, venite ad conculcandum diuites in die Iudicij. Tunc enim pauperes conculcabunt diuites superbos, & potentes, *Isaia vigesim. octau.* a. Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim. *Malachia vltimo.* a. Et salietis sicut vitulus de armento, & calcabitis impios cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. Tunc enim sicut fecerunt, sicut fiet eis. Vnde *Iohel vltimo.* a. Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.

u Tollite de via lapides,] id est offendicula peccatorum de via morum, quæ est via cuilibet, quia est à vita mala abiicere. *Isaia* 62. d. Præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides. *Ecclesiast.* 3. a Tempus colligendi lapides, scilicet peccata in memoria ad dolendum, & post tempus dispergendi, scilicet in confessione. Vnde.

x Et redigite in aceruos.] Non fructificat ager, nisi colligantur de agro lapides in aceruos: Sic ager cordis tunc potest arari, & fructificare, quando inde colliguntur peccata in aceruum memoriæ. Vnde *Amos* 6. d. Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis. *Eccl.* 21. b. Via peccantium complantata lapidibus, ideo non potest arari. Aceruus lapidum crucibus superpositis, dicitur mons gaudij, quia inde videtur Ecclesia ad quam oor: Sic de aceruo peccatorum si apponatur crux pœnitētiæ,& satisfactionis, potest videri Paradisus. Ideo dicit *Ps.* 37. Quoniā iniquitatem meā ego annūciabo,& cogitabo pro peccato meo,quasi prius colligam lapides per recogitationem & post dispergam confessionem.

A d Descendant in occisionem.] Babylon enim ex vna parte decliuis erat, & forte pugnatores descendebant contra hostes eorum.

Mysticè. sionem. a Et interficite eam.] *Col.* 3. a Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, &c. b Nec sic quicquam reliquum] secundum illud *Isaia.* 14. e. Perdā Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem. Sed multi non dimittunt nomen, quia volunt magni vocari in mundo, nec reliquias, quia habent cogitationes ad ea quæ fecerunt; nec germen, quia inde loquitur vel propter gloriam quærendam vel delectationē, nec progeniem, quia de parentela gloriantur. In hoc maximè peccant religiosi. Vnde *Eze.* 16. a. In die ortus tui, scilicet, ad religionem, non est præcisus vmbilicus suus, id est, nobilitas generis, quæ toties ab eis nominatur. Contra quod *Osea* 2. d. Auferam de ore eius nomina Baalim. *Zachar.* 13. a. Disperdam nomina idolorum de terra. Ideo benè dicit: Perdam Babylonis nomen id est, dignitatis in sæculo habentia nominationem, & reliquias, scil. diuitias in sæculo derelictas & progeniem, id est, parentelam, & germen, id est, redditus qui quolibet anno germinabit. *Iob* 18. d. Non erit semen eius, neque progenies in populo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.

E a & interficite eā, b nec sit quicquam reliquum. c Dissipate vniuersos fortes eius, d descendant in occisionem. e Væ eis, quia venit f dies eorum, tempus visitationis eorum. g Vox fugientium h & eorum qui euaserunt de terra Babylonis, i vt annuncient in Sion vltionem Domini Dei nostri, k vltionem Templi eius. l Anounciate in Babylone plurimis, m omnibus qui tendunt arcum. Consistite aduersùm eum per gyrum, & nullus euadat. n Reddite ei secundùm opus suum, iuxta omnia quæ fecit facite illi, o quia cōtra Dominum erecta est, p aduersum sanctum Israel. q Idcirco cadent iuuenes eius in r plateis eius, & omnes viri bellatores eius, s conticescent io die illa, ait Dominus. t Ecce ego ad te superbe, dicit Dominus Deus exercituū, quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ. u Et cadet superbus, & corruet, x & non erit qui suscitet eum. y Et succendam ignem in vrbibus eius, & deuorabit omnia in circuitu eius. Hæc dicit Dn̄s Deus exercituum: z Calumniam sustinēt filij Israel, & filij Iuda simul. Omnes qui cæperunt eos tenēt, a nolūt dimittere eos. b Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen eius. c Iudicio d defendet causam eorum vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis.

c Dissipate vniuersos, &c.] id est, dissipandos, & occidendos nunciate. *Isa.* 5. c. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.
f Quia venit dies eorum] dies prosperitatis. De quo *suprà* 17. c. Diem hominis non desideraui. *Iob.* 3. a. Aperuit Iob os suum & maledixit diei suo, & dixit, pereat dies in qua natus sum.
e Væ eis] in futuro, quibus modò venit dies quam nō sequitur nox æternæ damnationis, melius esset modò esse in nocte, vt post essemus in die quam non sequitur nox.
g Vox fugientium eorum] qui exierunt de ciuitate destructa, & nunciauerunt aliis Iudæis in Ierusalem vastationem Babylonis. Vel quorundam Babyloniorum qui vbicumque poterant fugiebant, & venientes to Iudæam dicebant iuste se destructos, quia afflixerant Iudæos, scilicet supra modum, quam præceperat eis Dominus, qui benè volebat quòd ponerent eos in conculcationem, quasi lutum platearum, ipsi autem non sic æstimati sunt, sed ad conterendum fuit cor eorum, vt dicitur *Isa.* 10. b.
h Qui euaserunt de terra Babylonis] i. fugerunt. i Vt annuncient in Sion, &c.] *Infr.* 51. b. Venite, & narremus in Sion opus Domini Dei nostri.
k Vltionem &c.] i. quam Deus sumpsit de Babylone propter Templi destructionem quam Chaldæi fecerunt.
l Annunciate, &c.] dicit Propheta. m Omnibus qui tendunt arcum,] scilicet maximè Elamitis, qui erant de Medis & Persis. Annunciate, inquam, vel dicite hoc: Consistite aduersum eam per gyrum, &c.

Mysticè. Mysticè. g Vox fugientium,] illi possunt annunciare, qui fugiunt à peccato. *Luc.* 22. g. Et tu conuersus confirma fratres tuos. *Eccl.* 43. c. Qui nauigant mare enarrant pericula eius. Quia dicitur *Eccl.* 15. c. Non est speciosa laus in ore peccatoris. *Gregorius.* Super tectas sordes manus tegere non valent, quæ lutum tenent.
k Vltionem Templi.] 1. *Cor.* 3. c. Templum Dei sanctum quod estis vos. Si quis autem Templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Vnde nunquam Pompeio bene accidit postquam Templum Dei combussit: Similiter nec Antiocho Epiphani postquam templum Dei violauit, vnde dicit 1. *Mach.* 6. b. Reminiscor malorum quæ fecit in Ierusalem, vnde & abstuli omnia spolia argentea, & aurea, quæ erant in ea, & iussi auferri habitatores Ierusalem sine causa. Cognoui ergo quod propterea venerunt in me mala ista. Similiter Heliodorus, quia Templi ærarium spoliare attentauit, vsque ad mortem flagellatus est, vt dicitur 2. *Mach.* 3. e. Sic Deus illos damnabit qui iniuriam Ecclesiæ Dei faciunt. m Omnibus qui tendunt arcum, &c.] i. Prædicatoribus qui tendunt arcū sacræ Scripturæ studendo, sed iaciunt sagittas prædicando, qui debēt cōsistere aduersus Babylonē, vt nullus euadat qui nō interficiatur carni, & peccato, vt viuat, & fiat interitus carnis, & fiat spiritus saluus vt dicitur 1. *Cor.* 5. b. Sic multi intendunt arcum, quia multi student, sed nūquam emittunt sagittam ab arcu, quia non prædicant. *Osea* 7. d. Reuersi sunt, vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus, cadent in gladio Principes eorum à furore linguæ suæ. Tres sagittas misit Ionathas in signum quid faceret Dauid. 1. *Reg.* 20. f. quæ sunt lectio, prædicatio, disputatio, *Isa.* 7. d. Cum sagittis & arcu ingredientur illuc, vepres enim & spinæ sunt in vniuersa terra. n Reddite ei secundum opus suum, &c.] sup. eodem. c. simile. *Matth.* 16. d. Filius hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. o Quia contra Dominum erecta est.] *Iob.* 15. c. Cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. p Aduersum sanctum Israel] Templum, s. vel Domino sanctificatum. q Idcirco cadent iuuenes eius, &c.] i. fortes. s Conticescent in die illa,] non audebunt eis mutire.

Mysticè. Mysticè. r In plateis eius,] i. choreis puellarum. *Zach.* 8. a. Plateæ ciuitatis replebuntur infantibus, & pueris ludentibus in plateis eius. s Conticescent.] 1. *Reg.* 2. b. Impij in tenebris conticescent. *Psalm.* 106. Omnis iniquitas eorum oppilabit os suum. t Ecce ego ad te superbe] quasi per me ipsum hoc faciam, etsi enim hoc alij facerent, tamen nisi à Domino permissi, & confortati, sicut dicitur *Iacob* 4. b. Deus superbis resistit. *Luca* 19. g. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. u Et cadet superbus.] Quia *Luca* 18. c. Qui se exaltat, humiliabitur. *Iob.* 40. b. Respice cunctos superbos, & confunde eos, & contere impios in loco suo. Vel per superbum Antichristus significatur, qui extollitur super omne quod dicitur Deus, vt 2. *Thessalon.* 2. a. Cuius membra sunt hæretici modò regnantes. *Isaia* 11. a. Percutiet terrā virgā oris sui, &c. x Et non erit qui suscitet eū,] quia post Balthasar nullus in Babylone regnauit. Sic & post mortem nullus erit qui suscitet animam à peccato. *Amos* 5. a. Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. y Et succendam ignem, & cætera. mysticè, luxuriam, quæ est ignis vsque ad consumptionem deuorans, vt dicitur *Iob* 31. b. z Calumniam sustinent filij Israel, &c.] A Babylonijs, id est, falsi criminis impositionem, qui affligunt eos ac si meruissent. Et in hoc aggrauat peccatum Chaldæorum, vt sic iustior videatur eorum destructio. De hoc *Eccl.* 4. a. Vidi calumnias quæ sub Sole geruntur, & lacrymas innocentum & & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. *Eccl.* 5. b. Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio, quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper vniuersæ terræ Rex imperat seruienti, quia et vniuersa terra seruit.
a Omnes qui, &c. nolunt dimittere eos,] Sic nec Pharao, *Exod.* 5. a. Dimitte populū meū Israel. Et respondit Pharao: Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Sed.
b Redemptor eorum fortis, &c.] quasi ipse potens est eos defendere, & illos destruere. c Iudicio,] id est, iustè.
d Defendet causam eorum, &c.] scilicet Iudæorum. *Prouerbiorum* 23. b. Agrum pupillorum ne introeas. Propinquus

quis enim illorum fortis est, & ipse iudicabit contra te causam illorum. *a* Gladius] id est, persecutionis, & destructionis, veniet supple.

b Ad Chaldæos,] scilicet, per Medos, & Persas.

Mysticè. In die Iudicij. *a* Gladius] destructionis diuinæ sententiæ, quæ est

a Gladius ad *b* Chaldæos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, *c* & ad Principes, *d* & ad sapientes eius. *e* Gladius ad diuinos eius, *f* qui stulti erunt. *g* Gladius ad fortes illius qui timebunt. *h* Gladius ad equos eius, *i* & ad currus eius; & ad omne vulgus quod est in medio eius *k* & erunt quasi mulieres. *l* Gladius ad thesauros eius qui diripiētur. *m* Siccitas super aquas eius erit *n* & arescent, quia *o* terra sculptiliū est, *p* & in portentis gloriantur. *q* Propterea habitabūt dracones cum *r* fatuis, † sycariis, & habitabunt in ea Struthiones. Et nō inhabitabitur vltra vsque in sēpiternum, nec extruetur vsque ad generationē, & generationē.

gladius ex vtraque parte acutus, vt *Apoc.* 1. d. *Deut.* 32. f. Si acuero vt fulgur gladium meum. Et gladius meus deuorabit carnes. *Iob* 19. d. Fugite a facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius est. *c* Et ad Principes] Prælatos. *d* Et ad sapiētes] Legistas, & Decretistas.

e Gladius ad diuinos] Theologos. *Isa.* 47. d. Stent & saluent te augures cœli, qui cōtēplabantur sidera & supputabant menses; vt ex eis annunciarent ventura tibi. Ecce facti sunt quasi stipula ignis cōbussit eos. *Isa.* 19. b. Stulti facti sunt Principes Thanneos, emarcuerunt Principes Mempheos, deceperunt Ægyptum, id est, mundum.

al. † sicariis.

f Qui stulti erunt] id est, reputabantur in iudicio. *Isa.* 33. c. Vbi est literatus? Vbi legis verba ponderans? Vbi est Doctor paruulorum? Populum imprudentem non videbis, populum alti sermonis, ita vt non possis intelligere disertitudinem linguæ eius, in quo nulla est sapientia.

g Gladius ad fortes.] *Sophon.* 1. d. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis, id est, Principes sæculares, quos vocat hic fortes.

h Gladius ad equos, Reges, & milites.

i Et ad currus eius,] id est, nobiles mulieres, quæ in curribus vadunt. *Psalm* 19. Hi in curribus, & hi in equis.

k Et erunt quasi mulieres,] id est, quasi non potentes resistere, nec defendere se. *Isa.* 19. c. In die illa erit Ægyptus, quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt à facie commotionis.

l Gladius ad Thesauros eius,] tunc enim diuitias quas de-
D uorauerunt diuites euoment, & de ventre eorum extrahet eas Deus, sicut dicitur *Iob* 20. b. *Nahum.* 2. c. Diripite aurum, diripite argentum, & non est finis diuitiarum ex omnibus thesauris desiderabilibus. *Ezech* 7. e. Argentum eorum foris proiicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. *Iob* 5. a. & ipsum rapiet armatus, id est, Diabolus, & bibent sitientes diuitias eius. De hoc gladio *Zachar.* 9. d. Dominus Deus super eos videbitur, & exibit, vt fulgur gladius eius.

m Siccitas super aquas, &c.] ostendit quomodo capta fuit ciuitas, quia, scilicet, per siccum alueum Euphratis intrauerunt in ciuitatem: Siccitas super aquas eius erit, id est, super alueos: De flumine enim Euphrate fecerunt diuersi diuersos alueos in circuitu ciuitatis, & sic quasi totam exhauserunt aquam, & sicco vestigio intrauerunt ciuitatem.

n Et arescent,] id est, deficient aquæ.

o Quia terra sculptilium est;] quasi ideo destruentur, quia adorant idola.

p Et in portentis gloriantur] id est, in monstris, id est, idolis habentibus membra diuersorum animalium.

Mystice. Mysticè. Malis erit in futuro siccitas, id est, malis defectio delitiarum, & huiusmodi, quia arescent siti & fame. *Isa.* 5. d. Multitudo eius siti aruit. *Prouerbior.* 29. c. Cùm defecerit prophetia, dissipabitur populus.

o Quia terra sculptilium est,] i. inutilium Prælatorum.

p Et in portentis gloriantur,] Portentum monstruosum est animal, duo habens capita. Hi sunt clerici habentes duos Episcopos, quia duas præbendas. *Zach.* 3. c. Audi Iesus Sacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt.

q Propterea habitabunt dracones. *Isa.* 34. c. Et erit Babylon cubile draconum, & pascua struthionum.

r Cum fatuis sycariis,] id est, animalibus quæ assimulantur hominibus quæ vocantur fauni, vel satyri, vel pilosi. Et *s* Dicuntur sycarii à sycos, quod est ficus. Vnde *Isa.* 13. d. vbi habemus pilosi dicit alia litera sycarij. Vel dicuntur fatui sycarij, latrones, qui portant ficas, i. paruos enses, qui vocantur ficæ, & habitant in solitudine. *Isa.* 13. d.

Sicut subuertit Dñs Sodomā, & Gomorram, & vicinas eius, ait Dominus, *f* Non habitabit ibi vir, neque incolet eam filius hominis, *t* Ecce populus veniet ab Aquilone, & gens magna, *u* & Reges multi consurgent à finib^9 terræ, *x* Arcū, *y* & scutū apprehendēt, *z* crudeles sūt & immisericordes. *a* Vox corū quasi mare sonabit, & super equos ascēdēt, sicut vir parat^9 ad prælīū cōtra te filia Babylō. *b* Audiuit Rex Babylonis famā eorū & *c* dissolutę sūt manus eius. *d* Angustia apprehendit eū, & dolor quasi parturientē. *e* Ecce quasi Leo *f* ascēdet *g* de superbia Iordanis ad *h* pulchritudinē robustā, quia subito currere faciā eū ad illā. *i* Et quis erit electus quē *Gen.* 19. e.

G *Mystice.* Mysticè. Dracones sunt detractores: Fatui sicarij sunt adulatores, qui habent ficas, i. paruos enses, quibus latēter interficiunt homines.] Tales simul habitāt in domib^9 Principū & Prælatorum. Struthiones sunt hypocritæ, qui videntur habere pennas virtutum, & volare non possunt, vt dicitur *Iob* 39. b. Penna Struthionis similis est pennis Herodij, & Accipitris. *Isaia decimo tertio* d. Et replebuntur domus eorum draconibus & habitabunt ibi Struthiones, & pilosi saltabunt ibi, & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & cætera.

f Non habitabit ibi vir, &c.] id est; qui verè sit vir, quia nihil, nisi qui mollibus induuntur in domibus Regum sunt, vt dicitur *Matth.* 11. a. Petrus enim Dominum negauit in domo Principis Sacerdotum; sed Ioannes, & Elias qui erant viri, habitabant in desertis.

t Ecce populus veniet ab Aquilone. &c.] Medorum, & Persarum, per quos destruetur Babylon.

u Et Reges multi,] qui sub Cyro sunt, & Dario.

x Arcum] ad faciendam impugnationem.

y Et scutum apprehendent] ad defensionem.

z Crudeles sunt, & immisericordes, *sup.* 6. f. Ecce populus venit de terra Aquilonis & gens magna consurget à finibus terræ, sagittam, & scutum arripiet, crudelis est, non miserebitur.

a Vox eorum quasi mare sonabit, &c.] Propter strepitum exercituum concurrentium, *suprà* 6. f. Vox eius quasi mare sonabit.

Mysticè. Per Populum, falsi Christiani: Per gentem magnam, hæretici: Per Reges multos, Tyranni. Tyranni sunt dracones, hæretici sunt Struthiones, & falsi Christiani sicarij.

b Audiuit Rex Babylonis,] scil. Balthasar. Audiuit, inquam, quando, scilicet, vidit manum in pariete scribentem & Danielis expositionem, & audiuit quòd iam hostes intrauerunt ciuitatem.

c Et dissolutæ sunt manus eius] præ mœrore, & angustia, qui tamen quando gloriosè prandebat cum suis principibus, & in vasis quæ asportauerat de Ierusalem bibebat. *Daniel.* 5.

d Angustia apprehendit eum,] timoris & doloris.

e Ecce quasi Leo.] Hoc idem, & eisdem verbis habetur *sup.* 49. d. Leo, Nabuchodonosor.

f Ascendet,] Ad terram sanctam deuastandam.

g De superbia Iordanis.] Hoc dicit, quia fortè Iordanis intumuerat, cum per illum intrauit Nabuchodonosor in terram promissionis. Vel quia subiugatā terrā quæ circa Iordanem erat superbiuit, credens quòd totam terram posset sibi subiugare. Et superbus dicitur Iordanis, quia velocissimè fluit.

h Ad pulchritudinem robustam.] Hanc vocat Ierusalem propter pulchritudinem cultus, vt dictum est suprà. Inde ergo dicitur ascendere quia destructis Iudæis credidit omnia Regna destruere: Vel quia superbiuit de eorum destructione.

i Et quis erit electus, &c. sc. Cyrus & Darius, sed non hoc facient potentia sua, sc. illum possint destruere, sed potentia mea

tia mea. Vnde. *a* Quis enim similis mei, &c. Et quis iste pastor, &c.] Nabuchodonosor.

b Nisi detraxerint eos,] scil. Babylonios, quasi nisi ita fiat non credatur mihi.

c Paruuli gregum,] id est, Medi, & Persæ, qui videbantur paruuli, & cótéptibiles respectu Chaldæorum, vt sic in hoc magis gloria appareret. Dominus enim illis dedit hanc potentiam. Vnde. *Isa.* 45.a. Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, & dorsa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, gloriosos terræ humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos & arcana secretorum, vt scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum Deus Israel propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, scilicet, Iudæos de manibus eorum liberes.

Iob. 41.

præponam ei? *a* Quis enim similis mei, & quis sustinebit me? Et quis est iste pastor qui resistat vultui meo? Propterea audire consilium Domini quod mente concepit aduersum Babylonem, & cogitationes eius quas cogitauit super terram Chaldæorum. *b* Nisi detraxerint eos *c* paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum. *d* A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, & *e* clamor inter gentes auditus est.

e Clamor,] lætitiæ, & exultationis.

d A voce,] id est, rumore.

nec diuites, nec pauperes, sed ipsi omnia destruent, sicut ventus vrens omnia virentia corrumpit. Suscitabo, inquam.

g Quasi ventum pestilentem, & mittam in Babylonem ventilatores] Medos, & Persas.

CAP. LI.

HÆc dicit Dominus: *f* Ecce ego suscitabo super Babylonem, & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt contra me, *g* quasi ventum pestilentem, & mittam in Babylonem *h* ventilatores, *i* & ventilabunt eam. *k* Et demolientur terram eius *l* quoniam venerunt super eam *m* vndique in die afflictionis eius. Non *n* habitabit qui † *o* tendit arcum suum, *p* & non ascendet *q* loricatus. *r* Nolite parcere iuuenibus eius, A

i Et ventilabunt eã,] separando paleas, à granis, i. Chaldæos à Iudæis Vel, Ventilabunt eam, fugando eos de terra. *Isa.* 29.b. erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te, & sicut fauilla pertransiens multitudo eorum qui cótra te præualuerit.

l Quoniam venerunt super eam,] ventilatores. al. † tendat.

m Vndique,] quia omnib' erat odiosa. *n* Non habitabit qui tendit arcum suum] id est, non erunt ibi sagittarij qui se possint defendere, quia fugient ante destructionem, vel post destructionem non erunt ibi.

r Nolite parcere iuuenibus eius, &c.) ô Medi, & Persæ, quasi nec ætati, nec sexui parcite.

▲ Et cadent

EXPOSITIO CAP. LI.

HÆc dicit Dominus ecce ego, &c.] Adhuc hic prosequitur de malis futuris super Babylonem, & populum Chaldæorum. Et diuiditur hoc capitulum in quindecim partes. Primò sub metaphora venti puluerem rapientis omnimodam destructionem Babylonis ostendit. Secundò, Iudæos ad fugiendum de Babylone inuitat, *ibi*: Fugite de medio Babylonis. Tertiò, causam destructionis Babylonis ostendit, eiusdemque plagam insanabilem, vnde & Iudæos ad fugiendum de ea iterum inuitat, *ibi*: Calix aureus Babylon. Quartò, Medos, & Persas ex nomine designans, inuitat ad occidendum Chaldæos, *ibi*: Acuite sagittas. Quintò, ne credantur Medi & Persæ esse auctores destructionis Babyloniæ, & non magis Deus, ostendit Propheta Deum esse auctorem illius, *ibi*: Iurauit Dominus exercituum. Sextò, ostendit Propheta Babyloniam specialiter colligendam, & omnia quæ in ea sunt, *ibi*: Collidis tu mihi. Septimò conuertit se Propheta specialiter ad Regem Babylonis mala ei ventura denuncians tanquam monti pestifero omnem terram occupanti, *ibi*. Ecce ego ad te mons pestifer. Octauò, inuitat Medos, & Persas, ad expugnandos Chaldæos: quia & Dominum habent adiutorem, & hostes eorum sunt eneruati & impotentes resistere, *ibi*: Leuate signum in terra. Nonò, modum per quem capta fuit Babylon, ostendit: scilicet, per fluminis ductionem, *ibi*: Currens obuiam currenti veniet. Decimò, loquẽs Propheta in persona populi Iudaici, conqueritur de crudelitate Regis Babylonis, iustam Dei vindictam subiungens, *ibi*, Comedit me. Vndecimò, ponit Propheta admirationem suam de tam potentis ciuitatis subita destructione, *ibi*: Quomodo capta est. Duodecimò, iterum, vt priùs monet Iudæos, vt exeant de Babylone, & nullo affectu retineantur in terra, recordantes beneficiorum Dei, & ciuitatis sanctæ Ierusalem, *ibi*: Egredimini de medio eius. Tertiodecimò, vt priùs, iterùm introducitur populus Iudaicus conquerens de crudelitate Chaldæorum, *ibi*: Confusi sumus. Quartodecimò, respondet Propheta querelæ Iudæorum, consolans eos in destructione suorum hostium, *ibi*: Propterea ecce dies veniunt. Vltimò, destructio Babylonis, per submersionem lapidis in flumine figuratur, *ibi*: Verbum quod præcepit Ieremias. Dicit ergo:

f Ecce ego suscitabo super Babylonem, & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt contra me quasi ventum pestilentem, quem nullus potest vitare, quia quilibet necesse habet respirare, & attrahere aerem, sed calorem, aut frigus possunt vitare diuites. Per hoc ergo innuit quòd Medos & Persas non poterunt aliqui vitare, sc.

Mysticè. *a* Ecce ego suscitabo super Babylonem.) Babylon, id est, confusio est mundus, vbi omnia sunt confusa, spes, scilicet, & timor, gaudium & dolor. *Prouerbiorum* 14.b. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Sed in cœlo sunt gaudia pura sine omni dolore: In Inferno pura tormenta sine omni gaudio. Sed in Mundo sunt mixta: *Isa.* 64. b. Facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ, quia alicubi mundus, alicubi autem immundus est. Habitatores eius, sunt mundani, qui cor suum leuant contra superbiendo. *Iob decimo quinto* c. Cucurrit aduersùs Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est. Mysticè.

g Ventum pestilentem. Ventus pestilens est superbia corrumpens, scilicet, superbia Clericorum, quæ malo exemplo corrumpit laicos. Vel doctrina hæreticorũ, quæ multos corrumpit. *Prou.* 29. a. Homines pestilentes dissipant ciuitatem. *Osea* 13. d. Adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem, & siccabit venas eius, & desolabit fontem eius. *Aggai* 2. c. Percussi vos vento vrente.

h Ventilatores, & ventilabunt eam.] Ventilatores sunt Prædicatores, grana à paleis, id est, vitia à virtutibus separantes, *Suprà* 15. d. Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. *Isa.* 41. d. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia, triturabis montes, & comminues. Et hoc est.

k Et demolientur terram eius, &c.) id est, terrenitatem eius vastabunt. *Iob* 12. c. Si continuerit aquas, scilicet, doctrinæ, omnia siccabuntur, si emiserit ea subuertent terram, id est, terrenitatem.

n Non habitabit,] id est, in mundo vt mansionarius.

o Qui tendit arcum suum.] Arcum tendit, qui quod docet, facit. Arcus enim manibus, & renibus tenditur. *Rom.* 15. d. Non audeo loqui aliquid eorum, quæ per me non efficit Christus. *Gregorius* super Ezechielem, Qui verbum Dei loquitur, priùs studeat qualiter viuat, & post ex vita sua colligat, quæ, & qualia dicat: Ad hoc enim, vt seruetur veritas prædicandi, necessaria est altitudo viuendi, quasi dicat: priùs debet arcus tendi, quam sagitta emini. *Iob* 26. d. Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.

p Et non ascendet] in Babylonem. *q* Loricatus.] Loricatus est vir iustus loricâ iustitiæ vndique præmunitus, sicut ille qui dicebat. *Iob* 29. c. Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento, & diademate iudicio meo. *Ephes* 6. c. State succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pede in præparationem Euangelij pacis. *r* Nolite parcere iuuenibus eius,] id est,

● leuibus

a b Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & vulnerati in regionibus eius] quæ sunt adiutrices eorum. Sed quare sic destruentur?

c Quoniam non fuit viduatus Israel] id est, noluit Dominus, quod viduaretur à Templo, & cultu eius, & populo suo omnino, quod tamen &, quem ipsi destruxerunt. Benè enim voluit Dominus, quod Chaldæi castigarent Iudæos sed noluit quòd contererent quod tamen fecerunt, vt dicitur *Isa.* 10 Benè enim voluit Dñs vt Nabuchodosor esset virga correctionis sed ipse fuit furoris. Ideo dicitur *Isa.* 10.b. Væ assur virga furoris mei. Vnde debet exponi: Non fuit viduatus Israel, id nunquam voluit esse viduatus, scilicet, quoad omnimodam populi sui occisionem, & templi destructionem.

al. † eius est à Domino.

a Interficite omnem militiam eius. b Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & vulnerati in regionibus eius. c Quoniam non fuit viduatus Israel, & Inda à Deo suo, Domino exercituum. d Terra autem eorum e repleta est f delicto à sancto Israel. g Fugite de medio Babylonis, h vt saluet vnusquisque animam suam. i Nolite tacere k super iniquitatem eius., l quoniam tempus vltionis † est à Domino, m vissitudinem ipse retribuet ei. n Calix aureus Babylon o in manu Domini p inebrians omnem terrá,

d Terra autem eorum] id est, Chaldæorum,

e Repleta est dilecto à sancto Israel,] id est, de peccato commisso contra sanctum Israel, id est, contra populum Iudæorum. Vel.

d Terra] Iudæorum.

f Delicto à sancto Israel] id est, commisso à Pastoribus Israel. Secundùm illud *sup.* 11. c. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa.

Mystic.

Θ lenibus & lasciuis, quin arguantur vt debent. Quia *sup.* 48. b. Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.

a Interficite omnem militiam eius] id est, mundi, quia milites huius mundi propter guerras suas, & torneamenta destruunt pauperes. *Psalm.* 9. Dum superbit impius, id est, vnus miles contra alium, incenditur pauper, id est, domus pauperis, ad literam. In hoc enim modo consummatur omnis militia, scilicet, in combustione domorum pauperum, & possessionum eorum vastatione. Tales ergo debent Prædicatores arguere, *sup.* 50. e. Omnes qui tenditis arcum debellate eum, & non parcatis iaculis, quia Domino peccauit. *Isa.* 13. d. Suscitabo super vos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient, & lactantibus vteris non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum. 1. *Ioan.* 2. b. Scribo vobis iuuenes, scribo vobis senes.

c Quoniam non fuit viduatus Israel, & Iuda à Deo suo, Domino exercituum, &c.] Per Israel contemplatiui, per Iudam boni actiui. Reuera tales non sunt a Domino viduati, sed ipsi coniuncti. Contemplatiui enim semper dependent ad vbera consolationis diuinæ. *Isa. vltim.* d. ad vbera portabimini, & super genua blédiétur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos. Actiui autem de separatione aliquando conqueruntur, licet separati non sint. Vnde Maria sedente ad pedes Iesu conqueritur Martha, quòd turbetur sola. A nullo ergo viduatur Dominus, quantùm in se est, quia à nullo separat se. *Isaia quinquagesimo* a. Quis est iste liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus?

g Fugire de medio Babylonis,] scilicet, vos Babylonij, vel Iudæi, quia ciuitas illa iam destruetur.

i Nolite tacere] ô vos Prophetæ, quibus reuelata est hæc destructio, quasi annunciare eis iniquitatem eorum, ne iniustè videar illos destruere.

k Super iniquitatem] id est, de iniquitate. Alia *litera* habet: Ne proiiciamini iniquitate Babylonis. Vt enim dicit Origenes, qui tacendo consentit iniquitati Babylonis, & non magis eam reprehendit particeps eius delicti est, & consors vindictæ. *Mich.* 2. e. Vbi nos habemus: Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum, dicit alia litera: Duces populi mei proiicientur ex domo deliciarum, propter pessimas voluntates suas, quibus, s. consentiunt peccantibus, vel cum eis peccando, vel peccata illorum tacendo, & non arguendo.

l Quoniam tempus vltionis est Domino] *Isa.* 35. b. Ecce Deus noster vltionem adducet retributionis, Domino, datiui casus.

m Vicissitudinem ipse retribuet ei] quasi quia alias destruxit terras, destruetur & ipsa.

Mysticè.

Mysticè. g Fugite de medio Babylonis] id est, mundanæ confusionis, quæ habet initium, medium & postremum. Initium est sollicitudo necessariorum. Medium, sollicitudo superfluorum. Postremum, sollicitudo nociuorum. Primum fugere est consilium, secundum præceptum, tertium necessarium. *Prouerbiorum vndecimo* a. Expectatio sollicitorum peribit. Præcipiendo ergo dicit: Fugite de medio Babylonis. Vnde.

h Vt saluet vnusquisque animã suã fugiendo, quod non potest in Babylone manendo. *sup.* 50. b. Recedite de medio Babylonis de terra Chaldæorum egredimini, & estote quasi hœdi ante greges.

i Nolite tacere, &c.] scilicet, ô Prædicatores, & prælati, sed arguite peccatores, ne eorum participes sitis, quia, vt dicit, *Gloss.* qui tacendo assentit, particeps sit pœnæ, & culpæ, dum adhuc scelera committit, nec luit. *Isa.* 58. a. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. *Ezechiel.* 3. e. Si dicente me ad impium morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat ipse iniquus in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. *Isa.* 62. c. Reminiscamini Domini ne taceatis, & ne detis silentium ei. *Osea* 8. a. In gutture tuo sit tuba quasi Aquila super domum Domini.

l Quoniam tempus vltionis] quasi annunciate eis, & peccatum, & pœnam,

m Vicissitudinem ipse retribuet ei. *Apoc.* 18. b. Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit datum, date illi tormentum, & luctum, *sup.* 50. c. Sicut fecit, facite ei.

n Calix aureus Babylon] id est, tribulatio, & vexatio qua Babylon alias nationes potauit, & quam ipsa deinde notauit. Calix, dico.

p Inebrians omnem terram, &c.] id est, vehementer affligens est.

o In manu Domini] modò, vt propinet illum Babyloni, qui calix olim fuit in manu Nabuchodonosor, quia cui volebat propinabat. Sed nunc cum iam Regnum eius sit destructioni propinquum, dicitur esse in manu Dei, qui illum Babylonis propinauit per Medos, & Persas. Dicitur autem hic calix, quem ipse potauit, aureus, tum quia durabilis in æternum, tum quia omnibus aliis gentibus charus, tum propter Regiam dignitatem. Ille similiter quo ipsa alios potauit, dicitur aureus propter diuitias quas rapiebat Nabuchodonosor ab aliis nationibus quas affligebat, & propter grauitatem, quia aurum ponderosum est. Vnde statua caput aureum habuit, quod significabat Nabuchodonosor, *Dan.* 2. c.

Δ De vino, id est, tri-

Mysticè.

Mysticè. n Calix aureus Babylon] est mundi prosperitas, continens vinum carnalis voluptatis, quo inebriat omnes terrenos. Contra illud *Ephes.* 5. d. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.

o In manu Domini] quia cui vult dat diuitias, & prosperitatem huius Mundi, & cui vult paupertatem, & aduersitatem, cui autem vult, nec hoc, nec illud dat. Vnde *Prouerbiorum* 30. b. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, sed tantum necessaria tribue victui meo, ne forè satiatus illiciar ad negandum, & dicam, quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomen Domini Dei mei. Vel.

n Calix aureus Babylon] id est, sapientia sæculi habens vinum, imò potiùs aquam cupiditatis, quam quanto plus bibit, tanto plus sitit. *Ioan.* 4. b. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Aureus, propter sermonis splendorem.

o In manu Domini] quia omnis scientia à Domino Deo est. *Ecclesiast.* 1. a. De vino vtriusque calicis intelligitur illud *Prouerbiorum* 23. d. Ne intuearis vinum quando flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius. Ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit, vt coluber, & sicut Regulus venena diffundet. Sicut enim aureus color dat colorem vino, sic delectatio placentiam peccato. Vnde & venena sæpissimè propinantur in vasis aureis.

 ø De vino

A a De vino] id est, tribulatione eius, quam ipse propinauit, biberunt omnes gentes. Vel, de vino, idololatriæ eius quia faciebat deos suos ab omnibus adorari, imò & seipsum faciebat Nabuchodonosor adorari, *Dan.* 3. a. *Iudith.* 3. d. Vnde & quòd dicit, aureus, alludit in hoc visioni, quæ ponitur *Dan.* 2. c. de statua habente caput aureū quod significabat Regnum Babylonis, Regnū autē Medorū fuit pars argentea, regnum Persarum, ærea, regnum Romanorum ferrea.

21. f. *Apoc.* 14. b.

B

b Et ideo commotæ sunt] contra Babylonem, vel quia ductæ sunt in captiuitatem.

c Subitò, &c.] i. ex improuiso capietur.

a De vino eius biberunt omnes gentes, b & ideo commotæ sunt. c Subitò cecidit Babylon, & cōtrita est, d Vlulate super eam: e tollite resinam ad dolorem eius, f si fortè sanetur. g Curauimus Babylonem, h & non est sanata. i Derelinquamus eā, k & eamus vnusquisque in terram suam. l Quoniam peruenit vsq; ad cœlos iudicium eius, m & eleuatū est vsq; ad nubes. Protulit n Dn̄s iustitias nostras, o venite & narremus in p Sion q opus Dn̄i

Mystic.

⊕ a De vino eius biberunt omnes gentes.] *Apoc.* 18. a. De vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & Reges terræ cum illa fornicati sunt. Hoc vinum bibitur ad mensam Dæmoniorum. 1. *Cor.* 10. c. Non potestis bibere calicem Domini, & calicem Dæmoniorum.

b Et ideo commotæ sunt.] Vtrumque enim vinum, scil. prosperitatis mundanæ, & sæcularis sapientiæ commotum est. Nam sapientia sæcularis inflat, vt dicitur 1. *Cor.* 8. a. Et diuitiæ temporales extollunt, vt 1. *Tim* 6. d. Præcipe diuitibus non alta sapere, nec sperare in incerto diuitiarum. Vel, commotæ sunt, quia vnum peccatum commouet hominem ad aliud, *Isa.* 28. b. Præ ebrietate absorpti sunt, errauerunt à vino. *Thren.* 1. c. Peccatum peccauit Ierusalem, Propterea instabilis facta est.

c Subitò cecidit Babylon.] *Apoc.* 10. c. Væ væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, purpura, & cocco, & deaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, quoniam vna hora destructæ sunt tantæ diuitiæ, 1. *Ioan.* 2. c. Transit mundus & concupiscentia eius, id est, quicquid in eo est concupiscibile. Qui ergo hic biberit de calice prosperitatis, in futuro bibet de calice Dominici furoris. *Abacuc.* 2. d. Bibe tu quoque, & consopire, circundabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ, super gloriam tuam.

d Vlulate super eam] vos qui eam diligitis, vel ô Principes eius.

e Tollite resinam ad dolorem eius] quæ valet ad curanda vulnera, qua adiuuate eam si potestis ad vulnera euadenda, vel habita curanda, quasi non poteritis.

f Si fortè sanetur.] Li, fortè, est temperatiuū, vel nota liberi arbitrij, quasi possibile sit aliter fieri si ipsi vellent conuerti ad Deum.

g Curauimus Babylonem, &c.] Loquitur in persona illorum qui venerant in adiutorium Babylonis. Vnde.

l Quoniam peruenit vsque ad cœlos iudicium eius] id est, Deus, qui in cœlo est, vnde omnia videt, iudicauit eam esse damnandam, & ideo eius damnationi resistere non possumus. Quia, dicitur *Iob* 9. b. Deus cuius iræ resistere nemo potest, quasi dicat, fecimus quod in nobis erat vt liberaretur, sed quia peccatis exigentibus ipsa liberari non potest, reuertamur in terram vestram.

m Et eleuatum est vsque ad nubes] quasi intantum creuit malitia eorum, quod Deus amplius sustinere non potest, *Gen.* 18. c. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. *Iob* 5. a. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.

Mystic.

Mysticè. d Vlulate super eam, &c.] Hoc dicitur medicis animarum, id est, Prædicatoribus, & Prælatis, qui super casu peccatorum debent dolere, & compati, & postea salutarem admonitionem ad medicinam exhibere. Hoc enim est primò super eam vlulare, & post resinam tollere ad dolorem eius sanandum, vel mitigandum, *Sap.* 48. f. Cor meum ad viros muri fictilis dabit sonitum tibiarum. Viri muri fictilis sunt, qui curam carnis agunt in delitijs, quibus debetur compassio, & admonitio. In sonitu enim admonitio, in tibia exprimitur compassio, *Isa.* 16. c. Venter meus ad Moab, id est, peccatores, quasi cithara sonabit. Et dicit: vlulate. Non enim sufficit Prælatis prædicare pœnitentiam, sed oportet gemitus promere. *Iob* 39. a. Nunquid nosti partes Ibicum in petris, vel parturientes Ceruas obseruasti? Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. Talis Cerua fuit Paulus, qui dicebat: Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. *Gal.* 4. c. 2. *Cor.* 11. g. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? *sup.* 25. g. Vlulate Pastores, & clamate, & aspergite vos cinere optimates gregis. Per resinam, pœnitentia, secundum Scripturarum testimonia sumpta. Resina enim sumitur in Galaad, quod interpretatur aceruus testimonij, *sup.* 8. g. Nunquid non resina est in Galaad.

g Curauimus Babylonem.] Secundùm *Gloss.* vox est Angelorum, qui volunt animas nostras curare. Ad hoc enim nobis ad custodiam nostram dantur, sed eos repellimus, vt non curemur, dum consilijs eorum non acquiescimus.

i Derelinquamus eam] intellige de Angelis prouincialibus, non singularibus.

k Et eamus vnusquisque in terram suam] id est, speculationi diuinæ insistamus tantùm, qui prius insistebamus ei, & curationi hominum. Vel est vox Prædicatorum, qui dum spem habent de conuersione peccatorum, debent insistere prædicationi, cùm autem vident se nihil alicubi proficere, debent derelinquere illum locum, & ad alium se transferre, vt dicitur *Matth.* 10. b. Quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel ciuitate illa, excutite puluerem de pedibus vestris. Sicut Medicus corporalis quamdiu habet spem de ægri curatione, apponit curam, quando autem videt morbum insanabilem, relinquit ægrum. Dicunt ergo Prædicatores.

g Curauimus Babylonem.] id est, remedia curationis adhibuimus, orando, prædicando, exemplum bonum demonstrando.

h Et] tamen [non est sanata] quia non vult obedire. Vnde non est culpa Prædicatoris, sed peccatoris. Vnde, *Act.* 20. f. Contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium. Non enim subterfugi quò minus annunciarem omne consilium Dei vobis.

k Et eamus vnusquisque in terram suam,] i. ad conscientiam suam examinandam, vt non semper prædicator alijs intendat, sed aliquando sibi, *Gen.* 30. d. Iustum est, vt aliquando prouideam domui meæ. Hoc dicit Iacob postquam longo tempore pauerat gregem Laban.

n Protulit Dominus] quasi Dominus benè scit, quòd iustè egimus ferendo auxilium Chaldæis, Cyrus autem infideliter egit, sicut habetur super illud *Is.* 21. a. Qui incredulus est, infideliter agit. Et hoc est: Protulit Dominus iustitias nostras, id est, sententiauit, quod iuste egimus, scilicet, quærendo auxilium ad liberationem Babylonis, dicunt Chaldæi, vel ferendo auxilium ad liberationem eius, dicunt adiutores. Vel loquitur in persona aliarum gentium, quas Nabuchodonosor destruxerat. Vnde.

n Protulit Dominus iustitias nostras] iustè destruendo Babylonem, quæ nos iniustè afflixerat. Vel potest esse vox Iudæorum, quasi, non solum Dominus puniuit Chaldæos secundùm merita sua, sed & nos secundùm merita nostra remunerat.

o Venite & narremus, &c] Loquitur hic Ieremias ad alios Prophetas, vt annuncient Iudæis, quòd Dn̄s vindicabit eos de Babylonijs. Vel est vox Iudæorum sese hortantiū

A Acuite sa-

Mysticè. n Protulit Dominus iustitias nostras] in Cruce, quando de latere suo fluxit sanguis, & aqua, quibus iustificati sumus. *Apoc.* 1. b. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. *Rom.* 3. d. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius. Item, Protulit Dominus iustitias nostras, id est, proferet in die Iudicij, cùm dicet: Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. *Matth.* 25. d. Et ideo gratiarum actiones sunt agendæ. Vnde, Venite & narremus, &c. Vel simpliciter hoc dicitur prædicatoribus, qui quod in se est fecerunt ad sanandum peccatores, sed ipsi non acquieuerunt. Sed Dominus profert iustitias prædicatorum, cùm dicit *Matth.* 10. b. Et pax vestra reuertetur ad vos. *Mysticè.*

o Venite] gressu bonorum operum.

p In Sion] contemplatiuus.

q Opus Domini Dei nostri.] Bonis enim annuncianda sunt opera Domini, vt eū plus diligant, sed malis peccata

o sua

a Acuite sagittas, b implete pharetras. c Suscitauit Dominus spiritum Regum Medorum, d & contra Babylonem e mens eius est, vt perdat eam. f Quoniam vltio Domini est, g vltio Templi sui. h Super muros Babylonis i leuate signum, k augete custodiam. l Leuate custodes, m præparate insidias, quia cogitauit Dominus, n & fecit quæcunque locutus est contra habitatores Babylonis. o Quæ habitas p super aquas multas locuples q in thesauris, r venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ. s Iurauit Dñs exercituũ per animã suam, t quoniam replebo te hominibus quasi bruco, u & super te celeuma cãtabitur. x Qui fecit terrã y in fortitudine sua, z & præparauit orbẽ in sapiẽtia sua, a & prudẽtia sua extẽdet cœlos. b Dante eo vocẽ multiplicantur aquæ in cœlo. c Qui leuat nubes ab extremo terræ,

a Acuite sagittas] ô Medi, & Persæ. b Et implete pharetras] sagittis. c Suscitauit Dominus, &c.] Posset quis dicere, frustra quis loquitur Ieremias ad Medos, & Persas, quia non poterunt venire. Ideo respondet, quod imo, quia suscitauit Dominus spiritum Medorũ, id est, dedit eis voluntatem. d Contra Babylonem] & potestatem impugnandi eam. e Mens eius] id est, Domini, vel Regis Medorum est, vt perdat eam.
f Quoniam vltio Domini est] id est, quam sumet Dominus. g Vltio Templi sui] quod succenderunt Babylonij, *sup.* 50. e. Vltionem Templi eius annunciate in Babylone mistus. 1. *Cor.* 3. c. Si quis templum Dei, scilicet, materiale, vel spirituale violauerit, destruet eum Deus.
Mysticè. o sua, & iudicium futurũ vt timeant.
a Acuite sagittas] id est, auctoritates, per bonas & pungitiuas expositiones, & per bonam vitam, quæ per multum acuit prędicationem. b Et implete pharetras] id est, corda, & quaternos. c Suscitauit Dominus spiritum Regum Medorum] qui interpretantur metientes, scilicet, se vel alios. *Isa.* 13. d. Ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint, sed sagittis paruulos interficient. Rex Medorum, id est, Prædicatorum, scilicet, Christus, suscitatur à Domino, id est, Christus resurgens.
h Super muros Babylonis leuate signum] sc. ô vos Medi, & Persæ leuate vexilla vestra super vrbes vel muros Babylonis captæ, vt qui extra sunt, securè veniant. Vel, id est ô vos Chaldæi, leuate signum, sed frustra.
k Augete custodiam] ne vi effugiant. Vel, hoc dicitur Chaldæis vt multiplicent custodes portarum suarum, licet frustra. l Leuate custodes] sc. vocem, quasi dicite, quod tempus intrandi est.

Nota, quod Medi, & Persæ extra Babylonem habebant locum eminentem, vel fortè fecerant turrem ligneam ex qua poterant videre quid fiebat in ciuitate. Vnde *Isa.* 21. b. vbi agitur de hoc eodem, dicitur: Vade & pone speculatorem, & quodcunque viderit, annunciet. Et vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli, & contemplatus est diligenter multo intuitu. Et clamauit vt Leo, Super speculam Domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stans totis noctibus. Ecce iste venit ascensor vir bigæ equitum. Et respondit, & dixit: Cecidit cecidit Babylon, & omnia sculptilia Deorum eius contrita sunt in terram. In illo ergo loco eminenti posuerunt custodes, qui videntes homines sopitos in ciuitate; dixerunt hoc Principibus, qui fecerunt rumpi obstacula, vt fluuius in nouos alueos decurreret, & sic per antiquum aluum intrauerunt in ciuitatem. Vnde hi, custodes, accusatiui casus est, id est, speculatores, qui considerent quando dormient Babylonij. Et sic.
m Præparate insidias] ad capiendum. Simile, *Iosue* 8. a. Ponite insidias post ciuitatem, nec longius recedatis, & eritis omnes parati.
n Et fecit quæcunque locutus est, &c.] per Prophetas.
o Quæ habitas] scilicet, ô Babylon.
p Super aquas multas] quia per medium eius fluit Euphrates.
r Venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ] id est talaris. Loquitur metaphoricè per similitudinem arboris, quæ casui propinqua est, quando non restat nisi pes ad succidendum, per hoc innuens, quod Babylon est propinqua destructioni, *Luc.* 3. b. Iam securis ad radicem arboris posita est: quia venit finis perfectæ tuæ munitionis. Ipsa enim perfectissimè munita erat, sed modo instat pedalis finis eius, id est consummatio, vel consumptio, id est, propinqua est eius præcisio, vel modicum, vel nihil restat.

Mysticè i Leuate signum] id est, aperte prædicate Christi passionem. Idem *sup.* 50. a. *Isa.* 62. d. Leuate signum ad populos.
k Augete custodiam per gregis vestri solicitudinem.
l Leuate custodes] quasi non sufficitis per vos, sed habete etiam vicarios, qui vos coadiuuent. Quod est contra illos, qui præbendas & curas augent, sed custodes non.
p Super aquas] deliciarum.
q In thesauris] diuitiarum.
r Venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ.] *Luc.* 12. c. cum diceret ille diues: anima mea, multa bona habes reposita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit illi Deus: Stulte hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem parasti cuius erunt? *Dan.* 4. f. Cum adhuc esset sermo in ore Regis, vox è cœlo ruit, Tibi dicitur Nabuchodonosor, Regnum tuum transit à te, & ab hominibus eiicient te. Dicitur autem finis pedalis, quia vsque ad verticem capitis, & vsque ad plantam pedis occupabit totum pœna, sicut totum occupauerat culpa. *Isa.* 1. b. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. Ecce mensura culpæ. *Sap.* 4. d. Dirumpet illos inflatos sine voce, & commouebit à fundamentis, & vsque ad summum desolabuntur. Ecce mensura pœnæ. *Apoc.* 12. b. Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, &c. *Isa.* 27. b. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit, iudicabit eam. *Amos* 6. *Sap.* 19.
s Iurauit Dominus exercituum per animam suam,] id est, toto affectu.
t Quoniam replebo te hominibus quasi brucho] cuius aliquando tanta est multitudo, vt quasi nubes Solem obscuret, & omnia virentia consumat, vt dicitur super *Ioel* 1. a. Residuum bruchi, &c. Et ideo ei comparatur exercitus Medorum metaphoricè, quasi ad destructionem tuam ô tu Babylon faciam conuenire innumeras gentes.
u Et super te celeuma cantabitur] Celeuma carmen est nautarum, cum ad portum veniunt; vel vindemiatorum postquam collegerunt vindemiæ abundantiam; sic pro adepta victoria lætabuntur hostes.

Mysticè. In Ecclesia sunt multi Christiani, quasi bruchus in magna multitudine. Sed dicitur *Isa.* 9. a. Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam, quia per malam vitam suam se, & alios consumunt, & omnem Ecclesiæ viriditatem vastant. *Mysticè.*
x Qui fecit terram, quasi, non miremini si tanta ciuitas ita subito destruatur, quia dicunt quod bene est tam potens, quod possit eam destruere.
y In fortitudine] filio per quem omnia fecit.
z Et præparauit Orbem] mundum [in sapientia sua] vt dicitur 1. *Cor.* 1. d.
a Et prudentia sua] qua rerum exitus metitur. A firmamento autem quod intelligitur hic per cœlum, est generatio, & origo omnium aliarum rerum.
b Dante eo vocem, &c. id est, tonitruum, vel, id est, eo præcipiente.
c Qui leuat nubes ab extremo terræ.] Hoc dicit, quia semper videtur ei qui est in plana terra, quod nubes sint in fine mundi.

d Et producit

Mysticè. x Qui fecit terram, &c.] Terram, i. terrenos facit Deus, id est, reficit, quia maius est impium iustificare, quàm cœlum & terram creare. *Psalm.* 67. Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris. *Mysticè.*
z Præparauit orbem in sapientia] sc. Ecclesiam extra quã nihil est. Nihil enim sunt qui extra Ecclesiam sunt. *Sap.* 1. b. Spiritus Domini repleuit Orbem terrarum. Terram fecit Deus in fortitudine Passionis suæ. Orbem præparauit in sapientia prædicationis. a Prudentia sua extendit cœlos] i. scripturas per multiplicem expositionem *Ps.* 103. Extendit cœlum sicut pellem. *Iob.* 9. a. Sapiens corde est, & fortis robore, qui extendit cœlos solus, Vnde.
b Dante eo vocem multiplicantur aquæ in cœlo] i. sententiæ in Scriptura, *Dan.* 12. b. Pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. c Qui leuat nubes, &c.] i. prædicatores assumit ad prædicationis officium de loco & statu infimo, quia sæpe de magnis peccatoribus fiunt magni Prædicatores, vt Matthæus, Paulus, Augustinus, 1. *Cor.* 1. d. Ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. *Isa.* 60. b. Qui sunt isti qui vt nubes volant? Miraculis coruscando, doctrinis pluendo, minis tonando.

A e Et producit ventos de thesauris suis] id est, de occultis naturæ finibus, quia nescitur locus vbi oriantur. Idem *sup.* 10. b. quasi dicat, omnia quæ in cœlo, & quæ in terra, & quæ in mari fecit Deus.

a fulgura in b pluuiam fecit, c & producit ventos de thesauris suis. d Stultus factus est omnis homo e à scientia, f confusus est omnis conflator in sculptili, g quia mendax est conflatio eius, h nec est spiritus in eis. i Vana sunt opera & risu digna, k in tempore visitationis suæ peribunt. l Non sicut hæc pars Iacob, m quia ipse qui fecit omnia n ipse est, o & Israël sceptrũ hæreditatis eius, p Dominus exercituum nomẽ eius. q Collidis tu r mihi s vasa belli, t & ego collidã in te u gentes, x & disperdam in te y Regna. z Collidam in te equum, & a equitem eius, b & collidam in te currum, c & ascensorem eius, & collidam in te virum & mulierem. Et collidam in te senem & puerum, d & collidam in te iuuenem & virginem. e Et collidam in te pastorem, & gregem eius, & collidam in te f agricolam, & iugales eius. Et collidam in te g Duces & h Magistratus. i Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum suum, k quod fecerũt in Sion in l oculis vestris, ait Dñs.

Mysticè. Θ a Fulgura] communationum. b In pluuiam fecit] fœcundationis. Sæpe enim comminatio animam fœcundat, & impinguat spiritu timoris, vt dicitur, *Isa.* 26. d. A facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus. Vel, fulgura in pluuiam fecit, id est, duras tribulationes in suaues consolationes. *Dan.* 3. e. Fecit medium fornacis quasi ventum roris flãtem. *Tob.* 3. d. Post tempestatem tranquillum facis. c Et producit ventos, &c.] id est, Prædicatores de occultis. Idem enim Prædicatores, & venti, & nubes dicuntur, sed nubes propter carnem, venti propter spiritum. Nubes enim videntur, & de terra oriuntur, sic & caro. Vnde bene dixit. Leuat nubes ab extremo terræ. Vẽti autem bene sentitur, sed non videtur, nec scitur origo eius, sic est de spiritu. Vnde *Ioan* 3. a. Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat. Dicuntur etiam venti, quia velocites totum mundum percurrunt, & paleas à granis diuidunt. *Psalm.* 18. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c.

C

d Stultus, &c.] Ad literam Chaldæi Astronomi erant, vnde sciebant, quod secundum motum, & virtutem corporum superiorum multa fiunt in terra. Vnde credebant illa corpora esse deos, & in illorum veneratione adorabant idola. Et ideo, stultus factus est omnis homo, Chaldæus.

e A scientia sua.] *Sap.* 13. a. Solem & Lunam rectores orbis terrarum deos putauerunt. Sed erant alii rudes, qui ipsa idola credebant esse deos, & de illis dicit. f Confusus est omnis conflator] sc. illi qui idola artificialiter fabricata colebant. g Quia mendax est conflatio eius] quia videtur Deus, & non est, vel fingitur ibi esse Deus, & non est.

Mysticè. Mysticè. d Stultus, &c. à scientia] sua sæculari, quæ tantum inflat, vt dicitur 1. *Cor.* 8. & ideo excæcat oculos mentis. *Iob* 5. c. Per diem incurrunt tenebras, *sap.* 49. b. Inutilis facta est scientia illorum, *sup.* 10. b. Insipientes, & fatui probabuntur doctrina vanitatis eorum.

f Confusus est omnis conflator] id est, elector inutilis Prælati. Sæpe enim electus electoribus suis non facit, quod ipsi sperabant, sed quandoque facit eis peius quam aliis, & tunc confunduntur, & tandem confundentur in die Iudicii magis, quia tunc ab omnibus videbitur intentio qua elegerunt. *Isa.* 44. b. Plastę idoli omnes nihil sunt, & amantissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum quia non vident, neque intelligunt, vt confundantur. Quis formauit Deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile? Ecce omnes participes eius confundentur. Hæc duplex est confusio innuitur. *Iudic.* 9. b. Egrediatur ignis de rhamno, & deuoret Cedros Libani. Et tunc Cedri eligunt rhamnum. *Bar.* 6. e. Ipsi qui ea faciunt, non sunt multi temporis, nunquid ergo possunt ea quæ ab eis fabricata sunt esse dii, id est, Prælati? g Quia mendax est conflatio eius] id est, per multa mendacia est electio facta. *Sap.* 14. b. Superuacuitas hominum hæc] id est, idola, aduenit in orbe terrarum, id est, Ecclesia.

h Nec est spiritus in eis] scilicet, Spiritus sanctus in his qui eligunt, & qui eliguntur, sed magis spiritus malignus. *Sap.* 15. d. Omnia idola nationum æstimauerunt deos, quibus nec oculorum visus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum. *Sap.* 13. a. Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei.

i Vana sunt opera & risu digna] scilicet, flectere genua ante talia idola, ac si essent veri Episcopi. In cuius rei figuram Iudæi, & milites irridere volentes Christum, chlamydem coccineam circumdederunt ei, & corona de spinis coronauerunt eum, ponentes arundinem in dextera eius, & genu flexo ante eum illudebant, dicentes, Aue Rex Iudæorum, vt dicitur *Matt.* 27. c.

k In tempore visitationis suæ peribunt] scilicet, electores, & electi. *Sap.* 14. b. Quod factum est, cum illo qui fecit tormenta patietur. Et *supra* parum. Idolum maledictum est, & ipsum, & qui fecit illud, quia ille quidem operatus est, illud autem cum esset fragile, Deus cognominatus est *Sap.* 15. b. Digni sunt morte, qui spem habent in talibus & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.

l Non sicut hæc pars Iacob id est, pars Iacob non est sicut hæc pars, quia pars eius optima, scilicet, Deus. *Numer.* 23. d. Non est idolum in Iacob, nec videtur simolacrum in Israel. Populus enim Israel quoad maiorem partem erat cultor Dei, sed quoad maiorem partem Chaldæi erant cultores idolorum.

m Quia qui fecit omnia] sc. Deus, qui est pars Iacob,

n Ipse est] scilicet, solus essentialiter & æternaliter. Vel ipse pars Iacob. *Exod.* 3. d. Qui est misit me ad vos. Ego sum qui sum.

o Et Israel sceptrum hæreditatis eius] id est, & Regnum & hæreditas eius. *Deut.* 32. b. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. *Isa.* 19. d. Hæreditas autem mea Israel.

p Dominus exercituum nomen eius] cuius, scilic. Israël est regnum & hæreditas.

q Collidis tu mihi vasa belli] scilicet, ô tu Babylon, id est, coadiuuas ad collidendum. Vel, id est, destruis viros bellatores, quia multas alias gentes quæ erant armatæ, & munitæ destruxit Babylon, & ideo illa vocat vasa belli.

r Mihi] id est, contra me.

t Et ego collidam in te gentes] secundum illud *sup.* 2. Vicissitudinem ipse retribuet ei.

x Et disperdam in te Regna] id est, homines de multis Regnis qui erant in Babylone quando ipsa capta fuit. Vel, id est, disperdam te, vt non sis domina super Regna. *Isa.* 47. a. Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum, quia non vocaberis vltra Domina Regnorum. Vel, disperdam, id est, simul perdam.

Mysticè. s Vasa belli] Domini, sunt lectores & prædicatores, quibus bellat Dominus quos mundus collidit quia ad vitam sæcularem pro posse reducit. *Mystic.*

u Gentes] peccatores.

y Regna] nobiles.

z Equum] corpus.

a Et equitem] id est, animam. *Exod.* 15. a. Equum & ascensorem deiecit in mare.

b Currum] diuites ambitiosos. c Et ascensorem] .i. Diabolum, *Exod.* 15. a. Currum Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare.

d Iuuenem & virginem] *Deut.* 32. d. Iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.

e Pastorem & gregem eius [*Isa.* 24 a. Ecce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperdet habitatores eius, & erit sicut populus, sic Sacerdos, & sicut seruus, sic Dominus eius.

f Agricolam & iugales eios] propter, scilicet, decimas & primitias, quas non soluit, scilicet, agricola. *Malach.* 3. b. Vos configitis me, & dixistis, in quo configimus te? In decimis, & in primitiis, g Duces] Episcopos. h Et magistratus] magistros. *sup.* 23. c. Sacerdos & Propheta polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum. *Thren.* 2. e. Prophetæ tui viderunt tibi stulta, & falsa, nec aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. Et nota quod nouies dicit collidam, contra nouem, quæ nobis faciunt nouem ordines Angelorum, &c. Et etiam quasi nõ punitur homo, nisi quia diminutus est in obseruatione decalogi. i Et reddam Babyloni, &c. omne malum] id est, pœnam pro omni malo.

k Quod fecerunt in Sion] id est, Ierusalem.

l In oculis vestris, &c.] ô vos Iudæi, id est, ô vos Babylonij videbitis hæc omnia mala. *Isa.* 29. b. Erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te, & sicut fauilla pertransiens multitudo eorum, qui contra te præualuerunt.

Ecce ego

a Ecce ego ad te mōs] ô Nabuchedonosor, vel ô Babylon quæ terra montuosa es: b Pestifer, propter crudelitatem quam exercuit in omnes gentes. c Et extendam manum meam super te] vt præ aliis puniaris. d Et euoluam te de petris,] .i. auellam. e Et dabo, &c.] vt non sint in te lapicidinæ, sed arbores infructuosæ, quæ incendio exponātur. g In angulum] id est de te amplius non erit Rex. Vnde Principes vocat petras, vel lapides, quasi amplius non erunt in te Reges, vel Principes. Vel amplius non fient in te ædificia, ad literā, quia penitus comburens, ita quod in te non possit inueniri, quod sit vtile ad aliquid faciendū. h Et lapidem in fundamēto, id est, in Principes qui Regnum sustentāt, sicut & angulus dicitur Rex quia Regnum tenet.

al. † tollam.

al. † gentibus.

a Ecce ego ad te mons b pestifer ait Dominus, quia corrumpis vniuersam terram. c Et extendam manum meam super te, d & euoluam te de petris, e & dabo te in montem combustionis, f & non † tollent de te lapidem in g angulum, h & lapidem in fundamento, sed perditus in æternum eris, ait Dominus. i Leuate signum in k terra, l clangite buccina in † montibus. m Sanctificate n super eam gentes, o annunciate contra illā Regibus p Ararath Menni, & Ascenez, q numerate contra eam Thapsar, adducite equum r quasi bruchum aculeatum. Sanctificate contra eam gentes, s Reges Mediæ t Duces eius u & vniuersos Magistratus eius, cunctamq; terrā potestatis eius. x Et commouebitur terra, & conturbabitur, y quia euigilabit contra Babylonem cogitatio Domini, vt ponam terram Babylonis desertam, & inhabitabilem. z Cessauerunt fortes Babylonis a à prælio, b habitauerunt in præsidiis. c Deuoratum est robur eorum, d & facti sunt quasi mulieres, e Incensa sunt tabernacula eius, f contriti sunt vectes eius, g Currens obuiam currenti veniet, h & nuncius obuius nuncianti, vt annunciet Regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius i à summo vsque ad summum, k & vada præoccupata sunt, l & paludes incensæ sunt igni, m & viri bellatores conturbati sunt. Quare hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel. n Filia Babylonis quasi o area.

Mysticè. Mysticè. Per hunc montē Diabolus, vel malus Prælatus, vel Princeps, qui alios exemplo suo, vel persuasione corrumpit. *sup.* 23. A Prophetis Ierusalem egressa est pollutio super omnem terram. *Isa.* 2. c. Dies Domini super omnes montes & colles. *Isa.* 40. a. Omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, Quia *Eccl.* 10. a. Qualis est rector ciuitatis, &c. *Iob.* 1. c. Ignis de cœlo descendit, id est malum à Prælatis, & tactas oues, & pueros consumpsit. c Et extendam manum meam super te.] *Ps.* 54. Extendit manum suam in retribuendo. *Deut.* 32. f. Leuabo ad cœlum manum meam, id est ad Prælatum. Quia *Sap.* 6. a. Potentes potenter tormenta patientur, & iudicium durissimum his qui præsunt, fiet. d Et euoluam te de petris,] quæ sunt diuitiæ, & dignitates temporales, & scientiæ, & nobilitas generis, fortitudo & pulchritudo corporis, & amicitiæ multorum. *Abd.* 1. a. Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissuris petrarum exaltantem solium tuum. e Et dabo te in montem combustionis] æternæ. f Et non tollent de te lapidem, &c.] Lapis angularis qui cōiungit parietes, est Prælatus qui debet populo sibi commissos coniungere in vnitatem fidei, & dilectionis. Idem etiam est lapis in fundamento, quia debet sustinere totum corpus Ecclesiæ. *Isa.* 28. d. Ponam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Talis Prælatus non debet tolli de monte pestifero, vt præficiatur, id est de numero superborum, sed magis de illo monte, de quo *Isa.* 2. a. Erit in nouissimis diebus præparatus mons, &c. & *Mich.* 4. a. id est de numero humilium, & mansuetorum. Qualis fuit Christus, tales vult discipulos suos esse, *Matth.* 11. d. Discite à me, &c.

i Leuate signum] ô vos Medi, & Persæ.

k In terra Bvablonis. l Clangite buccina in montibus] Babyloniæ. Signum, vexillum, per quod conuocatur exercitus ad bellandum, vel alia vasa bellica, vt arma & huiusmodi. m Sanctificate] scilicet ô vos Medi, & Persæ, vel ô vos Prophetæ, id est, ostendite quod sanctè & benè faciunt gentes illam destruentes.

n Super eam terram, scilicet Babyloniæ.

o Annunciate] ô vos Prophetæ, vel ô vos Medi.

p Ararath, &c.] Isti omnes venerunt cum Medis ad destruendum Babylniam, qui omnes sancti dicuntur respectu malitiæ nationis Babyloniorum, secundum illud *Ezech.* 16. f. Iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis. Vel dicuntur sancti in hoc, quod exercent sanctam & iustam Dei voluntatem, quæ est in vindicta eorum malorum.

q Numerate contra eam Thapsar, adducite equum,] id est in numero multo, deducite, s. propter abundantiam equorum. Thapsar, interpretatur Mariscallus, vel Stabularius, quibus præcipitur, vt adducant equos qui totum vastent. Vel, id est equos adducite qui sunt bene parati a stabulariis, quasi tanta erit multitudo equorum, quod indigebunt Mariscallis. r Quasi bruchum aculeatum,] qui omnia vastat, vt stimulo incitatus impetuosè currat ad destruendum totum.

Mysticè. i Leuate signum] pœnitentiæ.

l Clangite buccina] prædicationis. *Osea* 8. a. In gutture tuo sit tuba quasi Aquila super domū Domini. *Osea* 5. c. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vlulate in Bethauen.

s Reges Mediæ] sc. Cyrus & Darius, sunt.

t Duces eius] exercitus. Et repete.

q Numerate,] id est in numero adducite.

u Vniuersos magistratus eius,] sc. Mediæ, vel Armeniæ, quam per Ararath intelligit. D

x Et commouebitur terra] Babyloniæ, & conturbabitur.

y Quia euigilabit contra Babylonem cogitatio Dñi,] id est faciet Dominus, quod cogitauit, id est, faciendum præuidit. Sic Dominus quasi modo dormit patienter exspectando peccatores. Sed dicitur *Thr.* 1. c. Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius. *Ps.* 77. Excitatus est tanquam dormiens Dominus. z Cessauerunt fortes Babylonis,] id est omne robur Chaldæorum deficiet in aduentu Medorum. a A prælio,] quia non impugnabant hostes suos. *Isa.* 14. b. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum, &c. b Habitauerunt in præsidiis,] quia audito aduentu Medorum, Balthasar posuit viros bellatores ad custodienda præsidia. c Deuoratum est robur eorum] fame vel timore. *Osea* 7. c. Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit. d Et facti sunt quasi mulieres,] id est imbecilles. *Isa.* 19. c. In die illa erit Ægyptus quasi mulieres.

e Incensa sunt tabernacula eius,] mysticè, igne cupiditatis. *Iob* 15. d. Ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt. f Contriti sunt vectes eius,] scilicet ciuitatis captæ, id est omnes eius munitiones. *Thren.* 2. b. Præcipitauit Dominus omnia mœnia eius, dissipauit omnes munitiones eius.

g Currens obuiam, &c.] id est aliquis cursor.

h Et nuncius obuius, &c. quia capta est ciuitas eius,] Capta enim ciuitate sibi inuicem clamabant dicentes ad alterutrum, modo capta est illa porta ciuitatis, vel illa ciuitas modo illam partem ciuitatis, vel illam ciuitatem succenderunt.

i A summo vsque ad summum,] id est, ab vno capite ciuitatis vsque ad aliud. Sic est mysticè in Mundo, quod omnes fere à Diabolo capti sunt, *sup.* 6. c. A minore quippe vsque ad maximum, omnes auaritiæ student, &c.

k Et vada, &c.] quia per vadum intrauerunt. *Iud.* 3. d. Occupauerunt vada Iordanis, quæ transmittunt Moab, & non permiserunt transire quemquam.

l Et paludes incensæ sunt igni, id est, quædam munitiones, quæ erant circa paludes. Per paludes significantur diuites.

m Et viri bellatores conturbati sunt,] scilicet, Babylonii.

n Filia Babylonis,] id est plebs Babylonica.

o Quasi area] fuit supple, quia ad eam omnes diuitiæ Regnorum afferebantur, sicut segetes ad aream. Vel sicut in area triturantur segetes, sic ipsa conculcabat omnes gentes.

Δ Tempus trituræ

Mysticè. Mysticè. n Filia Babylonis, &c.] sunt diuites delicati, qui dicuntur area, quia triturant pauperes spoliando, & opprimendo, sicut granum spoliatur, & premitur flagello. *Eccl* 13. c. Venatio Leonis Onager in eremo, sic & pascua diuitum sunt pauperes. *Isa.* 3. c. Vos depasti estis vineam meam & rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? dicit Dominus exercituum.

Tempus tritura

A a Tempus trituræ eius,] id est, quo triturabat alia Regna, quasi tempus dominationis, & prosperitatis eius, propter quod fuit area, id est, diuitiis abundans. b Adhuc, &c. spoliationis, quo spoliabitur, vt ager, & triturabitur sicut ipsa triturabat alia Regna. Et idem quod dictus per tempus messionis, potest & intelligi per tempus trituræ, vt legatur li. trituræ passiuè, non actiuè.

a Tempus trituræ eius] scilicet, modo est, sed. b Adhuc, &c.] quoniam ipsa meretur falce mortis quæ est in manu Angeli. *Apoc.* 14. d. Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniam maturauit messis terræ. *Mich.* 4. Surge, & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum. Sed quare destruatur Babylon, ponitur causa, quia. c Comedit me, &c.] Loquitur in

a tempos tritoræ eius. b Adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius. c Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor Rex Babylonis. d Reddidit me quasi vas inane. e Absorbuit me quasi Draco, f repleuit ventrem suum teneritudine mea, & g eiecit me. h Iniquitas aduersum me & i caro mea super Babylonem dicit k habitatio Sion, & l sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit Ierusalem. Propterea hæc dicit Dominus. m Ecce ego iudicabo causam tuam, & n vlciscar vltionem tuã. Et o desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius. Et p erit Babylon in tumulos, habitatio q Draconum stupor, & sibilus r eo quod nõ sit habitator. s Simul vt

personam ductorum in captiuitatem Babylonis, vel in persona Ierusalem.

d Reddidit me quasi vas inane,] id est, vacuum.

e Absorbuit me quasi Draco] qui præ nimia siti totum fere absorbet, sic Nabuchodonosor cupidus, & pessimus erat.

f Repleuit, &c.] id est, delicatis cibariis meis, vel iuuenib⁹ de stirpe Regia, & aliis nobilibus, quos dicitur in ventre deuorasse, id est, in maxima vtilitate habuisse, vt enim dicitur 4. *Reg. vlt.* c. Omnes enim nobiles secum duxit, sed pauperes in Ierusalem reliquit.

g Et eiecit me] extra terram meam.

Mysticè. Mysticè. Rex Babylonis est Diabolus, qui comedit quasi masticando, dum tentat, & suggerit, sed deuorat, quando peccator consentit, absorbet, quando peccatum opere implet.

f Repleuit, &c.] id est iuuenibus & puellis in Ecclesia, quos quasi fercula delicata libenter comedit, vt maxime nouitios qui adhuc habent tenellas virtutes. *Thren.* 2. g. Virgines meæ & iuuenes mei ceciderunt gladio, *Abac.* 1. d. Pars eius incrassata est, & cibus eius electus. *Iob* 40. e. Absorbebis fluuium, & nominabitur. h Iniquitas aduersum me,] supple est, & ideo permisit Deus sic fieri. i Et caro mea super Babylonem,] id est pœna pro carne mea, quam, scilicet affligent Babylonij, sed animæ nocere non poterunt. k Dicit habitatio Sion,] id est dicunt habitatores Ierusalem. l Et sanguis meus, &c.] id est pœna pro sanguine meo ab eis effuso. Et posset esse vox Martyrum, quoad persecutores, quoad mysterium, sanguis enim eorum clamabat in iudicio aduersus eos. *Isa.* 26. d. Ecce Dominus egredietur de loco sancto suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ aduersum eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet vltra interfectos suos. m Et ego iudicabo causam tuam] ô tu Ierusalem. n Et vlciscar vltionem tuam [*Deut.* 32. f. Sanguinem seruorum suorum vlciscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum. o Et desertum faciam mare eius] Babylonis, per quod ad eam veniebant naues merces portantes, Vel mare vocat ipsam Babylonem, quæ videbatur non posse exhauriri, sicut nec mare, per quod omnes diuitiæ confluebant ad eam vndique.

Mysticè. Mysticè. Per mare, Mundus, per venam luxus huius Mundi. Vel per mare, peccatum, per venam, fames. *Osea* 13. d. Adducet Dominus de deserto ventum vrentem, & siccabit venas eius. *Eccl.* 11. d. Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ. p Et erit, &c.] puluerum vel arenarum. Sic mysticè est in Ecclesia. *Mich.* 3. d. Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem in aceruum lapidum erit, & mons templi in excelsa palmarum. q Habitatio Draconum,] id est Dæmonum.

r Eo quod non sit habitator,] in ea [Simul vt Leones rugient, quasi non vnus, sed omnes, sc. præ magnitudine suæ confractionis. Vel, Rugient, Medi vel Persæ, ad quorum rugitum siue excussionem ad prælium stupebant Babylonij. Vel, Vt Leones rugient, vt dictum est de Chaldæis. Leo enim quando victus est a Leopardo, præ indignatione rugit, sic Babylonij.

Mysticè. Mysticè. In Leonum rugitu designetur crudelitas Prælatorum. *Ezech.* 19. b. Tulit vnum leunculis suis, Leonem constituit eum, qui incedebat inter Leones, & factus est Leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare, didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere, & desolata est terra, & plenitudo eius à voce rugitus eius.

Leoones rugient, t excutient comas veluti catuli Leonum. u In calore eorum x ponam potus eorum, y & inebriabo eos, z vt sopiantur & dormiant somnum sempiternum, & non consurgant, dicit Dominus. a Deducam eos quasi agnos ad victimam, b & quasi arietes cum hœdis c Quomodo capta est Sesach, & comprehensa est inclyta vniuersæ terræ? d Quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes? Ascendit e super Babylonem mare, f multitudine fluctuum eius operta est. g Factæ sunt ciuitates eius in stuporem, terra inhabitabilis & deserta, terra in qua nullus habitet, nec transiet per eam

t Excutient comas veluti catuli Leonum] præ ira, sicut & Leo deuictus excutit comam præ indignatione. Per Leones intelligi maiores; per catulos Leonum minores. u In calore eorum,] id est æstu tribulationum quas patiantur Babylonij.

x Ponam potus eorum,] id est auxiliatores eorum, & munitiones in quibus sperabant habere refrigerium, vertantur eis in tormentũ, sicut potus licèt videatur febricitanti refrigerium, tamen augmentat calorem, & equus etiam in calore bibendo facile infundit. Vel,

u In calore eorum,] id est Medorum. x Ponam potus eorum, id est, pœnas quas æstuanti desiderio affectant inferre Babylonijs, inferant. Vel id est sicut homo calidus bibit aquam abundanter, sic ipsi punientur abundanter. Vnde y Et inebriabo eos,] sc. calice iræ Domini. z Vt sopiantur, &c.] morte. a Deducam, &c.] gladio Domini occidendos, vt non possint se vindicare, sicut nec agnus. b Et quasi arietes cum hœdis] id est & maiores & minores occidentur.

Myst. Mysticè. u In calore, &c.] Medicus in calore febris non dat potum infirmo nisi desperato. Sic cum Dominus dat in calore desiderij potum abundantiæ temporalis, signum est reprobationis. *Greg.* Maximum signum diuinæ reprobationis est continuus successus temporalium. *Ps.* 77. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos. Qui ibi sopiuntur dormiunt somnum sempiternum, s. æternum supplicium incurrunt. a Deducã, &c.] Agnus per pascua virentia ducitur ad victimam, sic diuites ad Infernum. *Ps.* 54. Deduces eos in puteum interitus.

c Quomodo capta est Sesach,] id est Babylon, vt *sup* 25. dictum est.

d Inclyta,] id est Domina vniuersæ terræ.

e Ascendit super Babylonem mare] id est exercitus Medorum, cui nihil potest resistere, sicut nec mari.

f Multitudine fluctuum eius operta est,] id est fluctuantis exercitus, quia in eis fuit multitudo populorum, & ideo vocatur exercitus ille mare. g Factæ sunt ciuitates eius in stuporem,] id est terræ Babyloniæ.

A Et visitabo supes Bel]

Mysticè. Mysticè. c Sesach] interpretatur byssus sacci. Hi sunt illi qui pœnitentiam suam in deliciis faciunt, ieiunanter, sed bona fercula quærentes. In bysso enim mollities, in sacco pœnitentia intelligitur. Tales significantur per diuitem, de quo *Luc.* 16. e. Induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidiè splendidè. Purpura est pœnitentia, byssus mollities. Et talis sepultus est in Inferno. De his *Augustinus* in quodam sermone de Resurrectione: Sunt quidam obseruatores Quadragesimæ deliciosi potius quam religiosi, exquirentes nouas suauitates magis, quam veteres concupiscentias castigantes, & vbi tempus refectionis aduenerit, optimis mensis quasi pecora præsepibus irruunt, ventresque distendunt artificiosis, & peregrinis condimentorum diuersitatibus, tantum capiunt manducando, quantum digerere non sufficiunt ieiunando. Quid inconuenientius quam dicetus humilitatis, quando paruus gustus inuitandus est, ita viuere vt si toto tempore sic viuatur, vix possint patrimonia diuitum sustinere. Talis Sesach comprehensa est & capta.

Et visitabo super Bel]

A a Et visitabo super Bel,&c.] Idolum est, in quo confidebant. c De ore eius,] quia Iudæi a Cyro permissi sunt redire in patriam suam.

e Siquidem & murus, &c. id est, tota eius fortitudo.

Mysticè. ☉ a Et visitabo super Bel,] quod interpretatur superior, vel vorator, hæc est cócupiscétia carnis, & superbia vitæ interpretatur etiã vetustas, hæc est auaritia, quæ sépei reseruat in posterum Sed dicitur *Eccl* 5. c. Diuitiæ conseruatæ in malum Domini sui. *Iacob* 5. a. Aurum, & argentum vestrum æruginauit, & vestimenta vestra à tineis comesta sűt. b Et eiciam, quod absorbuerat de ore eius.] Sic Christus de Inferno eiecit suos quando captiuam duxit captiuitatem *Iob* 20. b. Diuitias quas deuorabit euomet &c. d Et nõ cõfluẽt &c. sicut ante quãdo omnes descendebãt in Infernũ. f Egredimini, &c.] ô Iudæi qui fuistis in ea captiui. De facili nũc permissi sunt Iudæi exire à Babyloniis, ne deficerẽt cibaria in ciuitate. *Is*. 52. c Recedite, recedite, exite inde, pollutũ nolite tãgere. g Ab ira furoris Dñi,] quia si ibi remansissent, nõ posset esse quin angustiarẽtur fame cũ Chaldæis fortè desperarent de promissis. Et hoc est. h Et ne fortè, &c.) i. turbetur, vel stupefiat. Vel, Mollescat, in carnalibus desideriis, i Et timeatis auditum, &c.] i. de aduentu Medorum Vel, i. tumultum belli eorũ k Et veniet in anno quasi de anno in annum. l Auditio,] quod, sc. Persæ, & Medi præparant se aduenendum.

Ephes. 4. b.

F

m Et post hunc, &c.] id est, audietur qualiter ipsi Medi, & Persæ inique agent destruendo omnes gentes. Vel iniquitas, id est, pœna pro iniquitate quam exercebunt Medi in Babylonios. n Et dominator super dominatorem, id est, Alexander Macedo super Cyrum, vel Darium.

Mysticè. *Matth*. 25 b. *Psal*. 111.

Mysticè. m Et post hunc, &c. sc. huius vitæ, audietur à malis illa auditio: Ite maledicti in ignem æternum, &c. Sed iusti ab auditione mala non timebunt. n Et dominator Deus. o Super dominatorem] id est, Principes malos, quia Deus potenter affliget tormentis potentes. *Eccl* 5. a. Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non miteris super hoc negotio, quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper vniuersæ terræ Rex imperat seruienti. *Bar*. 3. b. Vbi sunt Principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? Exterminati sunt, & ad Inferos descenderunt.

p Propterea, &c.] sc. propter mala, quæ fecit Babylon.

q Visitabo, &c. in quibus confidebant. r Et laudabunt, &c.] id est, Angeli & homines. s Et] id est, omnia, &c.

t Venient, &c.] Medi & Persæ.

Mysticè. Mysticè. q Visitabo, &c.] i. Prælatos mundanos, qui quasi dij, adorantur, & non sunt dij, vnde peccant, quia sustinent sibi impendi honorem diuinum, vt dicitur *Act*. 12. d. de Agrippa. Statuto die Herodes vestitus veste Regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos, populus autem acclamabat Dei voces, & non hominis. Confestim autem percussit eum Angelus, eo quod non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit. 2 *Paral*. 24. c. Ingressi sunt Principes Iuda, & adorauerunt Regem, qui delinitus obsequiis eorum acquieuit eis, & dereliquerunt Templum Domini Dei patrum suorum, seruieruntque lucis, & sculptilibus, & facta est ira Domini contra Iudam, & Ierusalem propter hoc peccatum Ideo *Ps* 96. Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & gloriantur in simulacris suis. r Et laudabunt, &c] i. homines & Angeli gaudebunt & laudabunt Dñm, sic de admonitione talium Prælatorum. *Isa*. 2. d. Eleuabitur Dominus solus in die illa

filius hominis. a Et visitabo super Bel in Babylone, b & eiciã quod absorbuerat c de ore eius, d & nõ confluent ad eam vltra gentes. e Si quidem & murus Babylonis corruet. f Egredimini de medio eius populus meus vt saluet vnusquisque animam suam g ab ira furoris Domini. h Et ne fortè mollescat cor vestrũ, i & timeatis auditũ, qui audietur in terra. k Et veniet in anno l auditio, m & post hunc annũ auditio, & iniquitas in terra, n & dominator o super dominatorem. p Propterea ecce dies veniũt, q & visitabo super sculptilia Babylonis, & omnis terra eius cõfundetur, & vniuersi interfecti eius cadent in medio eius. r Et laudabunt super Babylonẽ cœli & terra, s & omnia quæ in eis sunt, quia ab Aquilone t venient ei prædones, ait Dñs. Et quomodo fecit Babylõ, vt caderent occisi in Israel, sic de Babylone cadẽt occisi in u vniuersa terra. x Qui fugitis gladium y venite, z nolite stare. a Recordamini procul Domini, & b Ierusalem c ascendat super cor vestrum. d Confusi sumus, quoniam audiuimus opprobrium. f Operuit ignominia facies nostras, quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini. g Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus, h & visitabo super sculptilia Babylonis, & in omni i terra eius mugiet vulneratus k Si ascenderit Babylon in cœlum & firmauerit l in excelso robur suum, m ad me venient n vastatores eius ait Dominus. o Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorũ, quoniam vastauit Dominus Babylonem, p & perdidit ex ea vocem magnam, q & sonabant fluctus eorũ quasi aquæ multæ.

& idola penitus contererentur. u In vniuersa terra] ad quam sunt captiui. x Qui fugitis, &c.] vox est Prophetæ. Qui fugitis, scilicet ô vos Iudæi. z Nolite stare] scilicet, in Babylone si vultis saluari. a Recordamini, &c. i. Templi eius de terra longinqua vbi estis positi. c Ascendat super cor vestrum, memoriam spristinæ illius fœlicitatis. Mystice, x Qui fugitis gladium] i. peccata y Venite, ad Corpus Domini, aliter non, quia qui sumit illud indigne iudicium sibi manducat & bibit, 1. *Cor*. 11. g. Ideo *Iob*. 19. d. Fugite à facie gladij. *Is* 21. d. A facie gladij fugerũt. z Nolite stare otiosi, quia ad domum vacantem vnde exiuit Diabolus reuertitur, & habitat cũ septem spiritibus nequioribus, & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus vt dicitur *Matth* 12. d. Vnde *Matth*. 20. a. Quid hic statis tota die otiosi? *Iero*. Sẽper aliquid boni operis facito, ne te Diabolus inueniat otiosum. *Exod*. 15 c. Fiant immobiles quasi lapis. a Recordamini procul Domini,] quia quanto magis homo a Deo est longè, tanto magis debet compungi. *Isa* 31. c. Conuertimini sicut in profundum recesseratis filij Israel. *Ephes*. 2. d. Euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, vt pacem his qui propè. Vel, procul, id est, in hac vita, in qua à Domino peregrinamur, vt 2. *Cor* 5. b. *Threnor*. 3. c. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ absinthij, & fellis. b Et Ierusalem,] superna. c Ascendat super cor vestrum.] Recordatio enim gaudiorum cœlestium multùm prouocat ad benefaciendum, & ad plorandum iam pro dilatione patriæ, quàm pro incolatu huius miseriæ. Vnde *Psal*. 136 Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus dum recordaremur Sion. Et post Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui, &c. d Confusi sumus quasi tu dicis, quod recordemur Ierusalem, sed quàm magis illius recordamur, tantò magis dolemus, & confusi sumus. Et sic est hic vox Iudæorum respondentium Prophetæ, quasi quomodo faciemus, quod tu dicis cùm inde magis doleamus? e Quoniam audiuimus opprobrium] scilicet, vicinarum gentium nobis quasi captiuis insultantium, quasi locus noster desertus sit, & relicti simus à Deo.

Mysticè.

f Operuit, &c. Babylonij. Vnde *Psalm* 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam. *Aliter*. deberent dolore Christiani de hoc, quòd capta est Sancta Terra, & de hoc, quòd hæretici, vel Iudæi improperant nobis Clericorum, & prælatorum peccata, & per hoc defendunt errorem suum.

g Propterea ecce, &c.) Responsio est Prophetæ consolanõs eos super hoc.

h Et visitabo super sculptilia Babylonis ; in quibus confidebant.

i Et in omni terra eius mugiet,] i planget. k Si ascenderit, &c.] superbiendo. l In excelso robur suum,] i. in altis montibus fortiora castra sua. m Ad me venient,] i. secundùm meam potentiam, & voluntatem, per quam solam habebunt potentiam destruendi eos. n Vastatores eius,] sc. Persæ Medi *Iob* 20 a. Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. *Abdia* 1. b. Si exaltatus fueris vt Aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.

o Vox clamoris de Babylone, &c.] supple audietur.

p Et ex ea vocem magnam,] id est, superbiam.

q Et sonabunt fluctus eorum,] i. multitudo exercitus Medorum, sic in Inferno in tenebris conticescent. Tunc enim humiliabuntur, sicut vulnerati superbi.

b Vox eorum,] id est, Babyloniorum gementium. a Dedit sonitum.] id est, dabit. c Prædo] Rex Medorum.
d Et apprehensi sunt fortes eius,] id est, Babylonis. Per prædonem, Diabolus, vel mors. Per fortes, illi, de quibus *Isa.5.c.* Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.
e Et emarcuit arcus eorum] id est, astutia Babyloniorum quâ astuti erant ad sagittandum. Vel ad literam, sicut arcus præ nimiâ sagittatione marcescit, sic fiet de arcubus eorũ, quòd C fiēt eis inutiles. *Ps.36.* Arcus eorum confringatur. Vel per arcum mysticè, sapientia sæcularis. *Eccl.9.c.* Nõ est ratio, nec sapiẽtia, nec sciẽtia apud Inferos.
f Quia fortis, &c. *Nahum.1.a.* Deus æmulator, & vlciscens Dominus, vlciscens Dominus in hostes suos, & irascẽs, ipse patiẽs & magnus fortitudine. g Et inebriabo] calice tribulationis iræ Domini.
h Principes eius] i. Babylonis.
i Et dormient somnũ sempiternum,] i. interficientur.

a Dedit sonitũ b vox eorũ, quia venit super eã, i. super Babylonẽ c prædo. d Et apprehensi sunt fortes eius, & e emarcuit arcus eorum, f quia fortis vltor Dñs reddens retribuet. g Et inebriabo h Principes eius, & sapientes eius, duces eius, & Magistratus eius, & fortes eius. i Et dormient somnum sempiternũ, & non expergiscentur, ait Rex, Dominus exercituum nomen eius. Hæc dicit Dominus exercituum. k Murus Babylonis ille altissimus suffossione suffodietur, l & portæ eius excelsæ m igne comburentur, & labores populorum ad nihilum, n & gentium in ignem erũt, & dispetibunt. o Verbum quod præcepit Ieremias Propheta Saraiæ filio Neriæ filij Naasiæ cũ pergeret cum Sedechia Rege in Babylonẽ, p in anno quarto Regni eius. q Saraias autem erat Princeps prophetiæ. Et scripsit Ieremias omne malũ quod venturũ erat super Babylonem in libro vno, omnia verba hæc, quæ scripta sunt cõtra Babylonẽ. Et dixit Ieremias ad Saraim, r Cùm veneris in Babylonem, & videris & legeris omnia verba hæc, dices: Domine tu locutus es contra locum istum, vt disperderes eum, ne sit qui in eo habitet ab homine vsque ad pecus, & vt sit perpetua solitudo. Cũque s compleueris legere librum istum ligabis ad eum lapidem, t & proiicies illum in medium Euphratem, & dices. Sic u submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis, quam ego adduco super eam & dissoluetur.

k Murus Babylonis, &c.] i. muri, vel munitiones, in quibus significantur illi qui alios in suis peccatis defendunt. *Isa.34.c.* Et paliurus in munitionibus eius. *Iob 41.a.* Corpus eius quasi scuta fusilia. *Isa.2.c.* Dies Dñi super omnem murum munitũ. l Et portæ eius excelsæ] Prælati. m Igne comburentur] cupiditatis, & in fine igne æterno.
n Et gentium labores, o Verbum, &c.] id est, res digna verbo. Nota, Sedechias in tertio anno Regni sui iuit in Babylonem, quasi videre Nabuchodonosor, qui eum in Regem sublimauerat post Iechoniæ transmigrationem, vel propter aliam fortè causam; Ieremias autem omnia quæ dicta sunt de honore Babylonis, scripsit in quodam quaterno, & tradidit ea Saraiæ, quæ iuit cum Sedechia, præcipiens, ei, vt quando veniret in Babylonem, iret super flumen, & diceret: Domine tu locutus es, &c. Et postea legeret omnia verba illius quaterni, quo facto, ipsum quaternum colligatum lapidi ne supernataret, proiiceret in Euphraten, signans, quòd ita Babylon destrueretur.
p In anno quarto Regni eius.] Vnde hoc factum est ante destructionem Ierusalem. Vnde & hæc prophetia similiter tunc facta est.
q Saraias autem erat Princeps prophetiæ] eo scilicet, quòd prophetiam illam in scriptum redactam saluabat. Vel, i. interpres prophetiæ. Vel, i. senior inter Prophetas, & eius erat probare quis esset bonus, vel falsus Propheta, vel qui dignus ad exponendum prophetias.
r Cum veneris in Babylonem, &c.] Præcepit ei Ieremias vt hæc proferret verba coram Iudæis qui erant in Babylone. s Cumque compleueris, &c. ligabis.] Mysticè liber ligatus ad lapidem, est Decalogus, scriptus in lapide, id est, duro corde.
t Et proiicies illum in medium Euphraten,] Quod interpretatur frugifer. In quem librum mittit qui pro fructu temporalium discit, vel docet. *suprà 13. b.* Iuxta Euphraten computruit lumbare Ieremiæ.
u Sic submergetur Babylon,) i. destruetur vel vastabitur. *Apoc.18.f.* Sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare dicens: hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltrà non inuenietur,

EXPOSITIO CAP. LII.

HVcusque verba Ieremiæ, & cætera.] Quæ principio huius libri vsque nunc dicta sunt, fuerunt prophetica, quæ autem hic sequuntur magis sunt historica. Et ideo dicitur hic Hucusque verba Ieremiæ. Nam ea quæ sequũtur magis sunt Ieremiæ, nõ inquantum est Propheta, sed historiograph⁹. Quidam etiam dicunt quod hoc capitulum additum fuit à notario Ieremiæ describente captiuitatem Ierusalem & destructionem, vt sic competenter possent continuari lamentationes factæ pro eius destructione. Diuiditur autem hoc A capitulum in sex partes. Primò, ostenditur tempus obsidionis Ierusalem, præmisso tamen tẽpore regni Sedechiæ, & nomine matris suæ. Secundo, describitur tempus captiuitatis Ierusalem: *ibi*: Mense autem quarto. Vbi etiam fuga & cõprehensio Sedechiæ, & bellatorum eius ostenditur. Tertiò, tempus combustionis ciuitatis, & templi describitur, *ibi*: In mense autem quinto. Quartò, ostendit Propheta, quòd de pauperibus terræ quidam translati sunt in Babylonem, quidam dimissi in Iudæa ad terram colendam, *ibi*. De pauperibus autem. Vbi etiam agitur de translatione vasorum & ornamentorum Templi. Quintò, numerat Propheta personas translatas in Babylonem, & quosdam occisos, *ibi*: Et tulit magister militiæ. Sexto, ostendit quomodo misericordia facta sit cum Ioachim traditi Chaldæis ad consilium Ieremiæ, in confusionem Sedechiæ & Principum qui noluerunt hoc facere ad consilium Ieremiæ, *ibi*: Et factum est. Et sic eodem fine terminatur liber Ieremiæ, quo & quartus Regum. Propter quod quidam æstimauerunt quartum Regum librum compilatum esse à Ieremia.

CAP. LII.

x HVcusq; verba Ieremiæ. y Filius viginti, & vnius anni erat Sedechias cum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem. Et nomen matris eius Amithal filia Ieremiæ de Lobna. Et z fecit malum in oculis Domini a iuxta omnia, quæ fecerat Ioachim, quoniam b furor Domini erat in Ierusalem, & in Iuda vsque c quo proijceret eos à facie sua. *4.Reg.24. d. 2.Para.36.b.*

x Hucusque verba Ieremiæ, &c.] scilicet, Prophetæ, sed à modo ipsius, & Historiographi. Vel sequentia sunt verba Baruch.
y Filius viginti & vnius anni erat Sedechias,) scilicet consimilis erat homini habenti talem numerum annorum, (cùm regnare cæpisset.] Vel ad literam, tot fuit annorum.
z Et fecit malum in oculis Domini.] *Boetius*. Magna nobis indicta est necessitas probitatis, nisi dissimulare velimus, cum omnia agamus ante oculos Iudicis cuncta cernentis. *Boet. de consol. lib.5. prosa.6.* *Hebr.4.a.* Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius ad quem nobis sermo. Sed specialiter in oculis Domini mala fecit, qui in locis sanctis peccatum committit, vt in Scholis, vel in Claustris, vel Ecclesia, vel Cœmeterijs, *sup.11.c.* Quid est, quòd dilectus meus facit in domo mea scelera multa.
a Iuxta omnia, quæ fecerat Ioachim] frater eius.
b Quoniam furor Domini erat in Ierusalem, & in Iuda, &c.] id est, iratus erat Dominus contra Beniamin, & Iudam, propter peccata illorum, siue contra duas tribus.
c Vsquequo) id est, donec.
d Proiiceret eos à facie sua,) id est, à terra promissionis, vbi est facies Domini,) id est, à protectione sua.

A recessit

Et *a* recessit Sedechias à Rege Babylonis. Factum est autem in anno nono regni eius, in *b* mense decimo, decima † die mensis venit Nabuchodonosor Rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius aduersùs Ierusalem, & obsederunt eam, *c* & ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu, & fuit ciuitas obsessa vsque ad vndecimum annum Regni Sedechiæ. *d* Mense autem quarto nona die mensis *e* obtinuit fames ciuitatem, & non erant alimenta populo terræ. Et *f* dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius *g* fugerunt exieruntque de ciuitate *h* nocte *i* per viam portæ quæ *k* est inter duos muros, *l* & ducit ad hortū Regis, Chaldæis obsidentibus vrbē in gyro, *m* & abierunt per viam quæ ducit in eremum. Persecutus est autem Chaldæorum exercitus regem, *n* & apprehenderunt Sedechiam in deserto quod est iuxta Iericho, *o* omnis comitatus eius diffugit ab eo. Cumque comprehendissent Regem adduxerunt eum ad regem Babylonis in *p* Reblata quæ *q* est in terra Emath, & *r* locutus est ad eum iudicia. Et *s* iugulauit Rex Babylonis filios Sedechiæ, in *t* oculis eius, sed & omnes principes Iuda occidit in Reblata. Et *u* oculos

a Et recessit Sedechias à Rege Babylonis] vt non redderet ei solitum tributum. Ideo etiam à tributo recessit, quia confidebat in Ægyptiis, credens quòd possent eum liberare de manu Nabuchodonosor. *b* In mense decimo.] Adhuc ieiunant Iudæi decimo mense. *Zachar.* 8. d Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiuniū septimi, & ieiuniū decimi erit vobis in solemnitates præclaras, quia scilicet, illo mense facta est obsessio Ierusalem, vt ibi dicitur in Gloss.

Suprà 29. a. 4. Reg. 25. a.

Al. † non habet die.

Mysticè. Mysticè. Sedechias fuit nomine. [Interpretatur enim iustificans,] sed vita pessimus, quia fuit idololatra, & significat prælatum malum, qui nomine tenus bonus est. Dicitur enim Episcopus, quod est dicere super intendens, sed vitá malus est, malo exemplo suo multos corrumpens. Vndè meritò dicitur regnasse vndecim annis, in quo significatur transgressio mandatorum Dei. Et in anno nono venit contra eum Nabuchonosor, in quo significat - omissio necessariorum. Propter hæc duo venit diabolu, contra Prælatum, quia, scilicet, transgreditur, vel omittit præcepta Dei.

c Et ædificauerunt contra eam munitiones in circuitu.] *Eccl.* 9. d. Ciuitas parua, & pauci in ea viri, venit contra eam Rex magnus & vallauit eam, & extruxit munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio. Ciuitas parua, est Ecclesia. De qua *Psalm.* 121. Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas. Parua dicitur respectu ciuitatis diaboli. De qua *Dan* 4. f. Nonne hæc est Babylon ciuitas magna quam ædificaui in fortitudine mea? In qua pauci viri sunt, i. homines viriles respectu mulierum, i. mollium & effœminatorum, quia ad mandata Pharaonis omnes masculi occiduntur, & fœminæ reseruantur, vt dicitur *Exod.* 1. d. Rex magnus qui venit contra eam, est diabulus, qui super magnos regnat, i. superbos, vt dicitur *Iob* 41. d. Et quia Regnum eius magnum est, scilicet, totus mundus, cuius dicitur Princeps. Iste Rex, obsedit Ecclesiam & extruxit per gyrum munitiones quibus expugnat eam. Ex vna parte sunt hæretici bene muniti contra Ecclesiam; ex alia Tyranni: ex alia falsi fratres; superiùs sunt mali Prælati, inferiùs mali subditi. Et omnes impugnant Ecclesiam. *Prouerbiorum vigesimo nono* a. Homines pestilentes dissipant ciuitatem. *Isaia vigesimo septimo* c. Ciuitas munita desolata erit, spatiosa relinquetur & dimittetur quasi desertum.

d Mense autem quarto nonâ die mensis.] Ideo ieiunant Iudæi mense quarto, vt dicitur *Zach.* 8. d. Ieiunium quarti.

e Obtinuit fames ciuitatem.] Sic mysticè defectus doctrinæ causa est captiuitatis Ecclesiæ. *Prouerbiorum vigesimo nono* c. Cùm defecerit Propheta dissipabitur populus. Vndè *Iudic. septimo.* Non potuissent se defendere viri de Bethulia, aqua eis ablatâ ab Holopherne, nisi Dominus prouidisset eis. *Amos octauo* d. Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Dei.

f Et dirupta est ciuitas] non tunc, sed post, scilicet, mense quinto, septima die, vt habetur. *quarto Regum vlt.* c.

Ioan. 10. b. *g* Fugerunt exieruntque de ciuitate.] Sic mercenarios prædicator, vel prælatus, dum videt lupum venientem fugit, quia non est verus pastor, nec pertinet ad eum de ouibus, sed magis de stercoribus de ciuitate Ecclesiæ.

g Nocte,] culpæ. Sic cum Iudas exiuit de Apostolis, erat nox vt dicitur *Ioan.* 13. d.

i Per viam portæ,] i. quæ erat iuxta illam portam.

k Quæ est inter duos muros] quæ sic dicebatur. Expone vt supra habes *trigesimo nono* a. Tota etiam ciuitas clausa erat duobus muris præterquam in porta illa vbi erat hortus Regis. Vndè porta quæ ibi erat, dicebatur porta inter duos muros. Secundùm alios, muro vno cingebantur domus Regis Templum, & alia pars ciuitatis in qua nobiles habitabant alio muro, & inter hos duos muros erat quædam porta per quam via erat ad hortum Regis. Vnde.

i Per viam portæ quæ est inter duos muros,] i. per foramen portæ quod in ipsa nocte fecerunt, ne fugientes perciperentur à Chaldæis.

Mysticè. *Mysticè.*

k Inter duos muros,] i. inter duo testamenta, sunt hæreses non plenè in atrio. *Isaia* 22. c. Lacum fecistis inter duos muros.

l Et ducit ad hortum Regis,] quia ad delicias tendunt omnes hæreses.

m Et abierunt per viam quæ ducit id eremū.] 4. *Regum vlt.* b. Habetur, Per viam quæ ducit ad campestria solitudinis. Ecce quòd est eadem via ad hortum, & ad eremum, quia & in eremo claustri multi non quærunt nisi delicias, & sic vinea Naboth conuertitur in hortum olerum. *tertio Regum vigesimo primo* a. Id est, austeritas claustri in delicias. *Ezech. trigesimo sexto* g. Terra illa inculta facta est vt hortus voluptatis, i. claustrum quod incultum solet esse per rigorem pœnitentiæ, modò carnalibus delicijs affluit. Sed ibi comprehenduntur qui fugiunt illuc. *Isaia* 32. d. Desertum erit in Chermel, i. claustrum in delicias, & Chermel in saltum reputabitur, i. fient infructuosi carnales.

n Et apprehenderunt Sedechiam in deserto quod est iuxta Iericho] non in Iericho, sed citra, quia enim non deficiunt à seipsis in claustro, ideo capiuntur à diabolo, *Luc.* 10. c. Homo quidam descendebat à Ierusalem in Iericho. Vel per desertum Iericho significatur lata & spaciosa via peccati quæ ducit ad mortem. *Genes* 37. d. Inuenit Ioseph fratres suos in Dotham, quod interpretatur defectus. *Matth. 7. b.*

o Et omnis comitatus eius diffugit ab eo.] *sup.* 38. f. Seduxerunt te viri pacifici tui, demerserunt te in cœno & lubrico pedes tuos, & recesserunt à te. Hi sunt amici fortunæ, qui cum ea veniunt, & cum ea recedunt. *Eccl.* 6. b. Ab amicis tuis attende; Est enim amicus secundùm tempus suum, & non permanebit in die tribulationis.

p In Reblata] hæc est Antiochia.

q Quæ est in terra Emath,] nomen est terræ. Licèt enim *suprà* 47. a. Emath nomen est ciuitatis, tamen hic est nomen terræ.

Mysticè. *Mysticè.*

p Reblata] interpretatur multa hæc, & significat abundantiam temporalem. Emach, interpretatur formidans eos, & significat diuites auaros *Psalm. septuagesimo secundo.* Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias. Ibi excæcatur Sedechias. *Psalm.* 109. Conquassabit capita in terra multorum. Ideo dicitur *Eccles.* 11. b. Fili non in multis sint actus tui, si etiam diues fueris non eris immunis à delictò. *Ecclesiast.* 38. c. Qui minoratur actu percipiet sapientiam.

r Et locutus est ad eum iudicia,] i. iustè iudicauit eum qui dissoluerat pactum de tributis soluendis. Vnde de ipso dicitur *Ezech.* 17. c. Nunquid prosperabitur, vel consequetor salutem qui fecit hæc? & qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Viuo ego dicit Dominus, quoniam in loco Regis qui constituit eum Regem, cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. *s* Et iugulauit Rex Babylonis filios Sedechiæ,] i. diabolus, bona opera. De quibus *Psalm.* 127. Et videas filios filiorum.

t In oculis eius] secundùm illud *Psalm.* 54. Descendant in Infernum viuentes. *Num.* 24. c. Qui cadens apertos habet oculos, hoc est propriè errare corde *Abac* 1. c. Peccauit anima tua *u* Et oculos Sedechiæ eruit.] *Gloss.* i. lumen intelligentiæ. *Prou.* 30. c. Suffodiant eum corui de torrentibus. Ecce quod mala vita aufert intelligentiam, sicut

a è contrario obedientia mandatorum dat intelligentiam secretorum, vt dicitur super illud *Psalm. centesimo vigesimo octauo.* A mandatis tuis intellexi. Et maximè in Reblatha, id est, in temporali abundantia, vel solicitudine aufertur intelligentia. Vndè *Iudic. decimo sexto* e. Ad molam excæcatus fuit Sanson.

a Et vinxit eum compedibus,] i. peccatorum funibus, quod fit per consuetudinem peccandi. *Prouerbiorum quinto* d. Funibus peccatorum suorum quisque cōstringitur. *Eccles. trigesimo tertio* d. Seruo maliuolo tortura & compedes.

b In domo carceris.] Sic animæ damnatorum sunt modo in carcere, Inferni, in die iudicij ante iudicem producendæ, vt ibi in corpore accipiāt sententiam æternæ damnationis.

c In mense autem quinto.] Ideo ieiunant Iudæi in mense quinto. *Zach.* 8. d. Ieiunium quinti.

ala & in mundo. *Osea* 2. c. Dabo eis vinitores ex eodem loco.

p Confregerunt Chaldæi.] Contra *suprà* 27. d. Hæc dicit Dominus ad vasa quæ derelicta sunt in domo Domini, in Babylonem transferentur & inde ea afferri faciam & restitui in loco suo. Et loquitur ibi de columnis & basibus. Solut. Reuera hæc confregerunt. Cùm autem dicit afferri ea faciam, li, ea, habet simplicem relationem.

C Sedechiæ eruit, & vinxit a eum compedibus. Et adduxit eum Rex Babylonis in Babylonem, & posuit eum in b domo carceris vsque ad diem mortis eius. In c mense autem decimo quinto † mensis, ipse est annus decimus nonus Nabuchodonosor Regis Babylonis, d venit Nabuzardan Princeps militiæ qui stabat coram Rege Babylonis in Ierusalem, e & incendit domum Domini, & domum Regis & omnes domus Ierusalem, & omnem domum magnam igne combussit, & f totum murum Ierusalem per circuitum g destruxit cunctus exercitus Chaldæorum qui erat cum magistro militiæ. h De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo quod i remanserat in ciuitate & k de profugis qui transfugerunt ad Regem Babylonis, & l cæteros, de multitudine transtulit Nabuzardan Princeps militiæ. m De pauperibus vero terræ reliquit

Al. † die.

Nabuzardan Princeps militiæ vinitores & agricolas. n Columnas quoque æreas quæ erant in domo Domini & bases o & mare æneum quod erat in domo Domini p confregerunt Chaldæi, & tulerunt omnes æs eorum in Babylonem. Et q lebetes r & creagras & s psalteria & t phialas, & mortariola, & omnia vasa ærea quæ in ministerio fuerant tulerunt, u & hydrias x & thymiamateria, y & vrceos & pelues & candelabra & mortariola & cyathos. z Quotquot aurea aurea, & quotquot argentea argentea. a Tulit Magister militiæ columnas duas, b & mare vnum, & vitulos duodecim æreos qui erant sub basibus, c quas fecerat Rex Salomon in domo Domini. d Non erat pondus æris omnium vasorum horum. e De columnis autem f decem, & octo cubiti altitudinis erant in columna vna, & funiculus duode-

n Columnas] maximè etiam principes quæ erant in Templo.

o Et mare] lauatorium quoddam.

q Et lebetes] ad colligendos cineres.

r Et creagras,] id est, fuscinulas, cum quibus carnes extrahebant, quæ Græcè dicuntur, κρεάγρα. Vel secundùm alios creagræ sunt craticulæ.

s Et psalteria,] vasa sunt musica.

t Et phialas.] Dicunt quidam, quòd phialæ erāt vitreæ ad probandum vinum libaminum, non solùm quoad saporem, sed quoad colorem. Vnde dicitur à hyalos, quod Græcè sonat vitrum. Cyathi autem minores erant & angustiores, & aurei, quibus fundebatur vinum super altare pro hostiæ libamento. Quod fortè sic distinguendum est, quod in phialis probabatur vinū, in thuribulis th°, in cyathis oleū. Vel forte phialæ argenteæ erant, sed nomen vitri habebant, vt dixi, quia erant factæ ad modum vasorum vitreorum.

d Venit Nabuzardan] Nabuzardan interpretatur propheta alienem iudicij, & significat ventris ingluuiem, qui semper prophetat ferculorum abundantiam vnde iudicant alij. Hic destruit Ierusalem, quod non potuit Nabucodonosor, quia aliquando gula subuertit quod non potest superbia. *Ioel.* 1. a. Residuum locustæ comedit bruchus. Vndè custos tuus est in ore. Hoc dicitur Principi militiæ, qui secum adduxit multa vitia. *Rom.* 13. d. Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, &c. Ideo *Prou.* 20 a. Luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas. Et iterum. *Prou.* 23. d. Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, & in nouissimo mordebit vt Coluber, oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa, & eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, quasi hæc omnia mala sequuntur. Ideo dicitur *Osea* 4. c. Vinum & ebrietas aufert cor. Vndè.

e Et incendit domum Domini,] scilicet, igne luxuriæ. Vndè *Ephes.* 5. d. Nolite inebriari vino in quo est luxuria: Quæ est ignis vsque ad consumptionem deuorans.

Iob 31. b. f Et totum murum Ierusalem per circuitum.] Hæc enim pestis totum consumit. *Abach.* 1. d. Totum in hamo suo leuauit, extraxit illud in legena sua, & congregauit in rete suum. Quod potest exponi de negligentia.

g Destruxit cunctus exercitus Chaldæorum, &c.] i. vitiorum quæ adduxit luxuria.

h De pauperibus, &c.] quia non omnes pauperes fuerunt occisi, vt dictum est.

i Quod remanserat in ciuitate] quod scilicet, non fuerat mortuum gladio, vel fame, vel peste.

k Et de profugis qui transfugerant, &c.] timore, vel proditione.

l Et cæteros de multitudine transtulit, &c.] in Babylonem.

m De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan Princeps militiæ vinitores.] Sic hodie viles & inscij instituuntur Prælati. *Eccl.* 10. b. Est malum quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens à facie Principis, stultum positum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum, qui scilicet, habent spirituales diuitias. Isti agricolæ & vinitores malè custodiunt vineam, vel agrum suum. *Prou.* d. Transiui per agrum hominis pigri, & per vineam viri

Aliter. stulo, & ecce totum repleuerant vrticæ & spinæ. Vel in bono exponet quia pauperes debent esse Prælati &

u Et hydrias,] in quibus fortè oleum ponebatur, vel sanguis infundebatur. Vel fortè vasa erant in quibus ponebatur aqua ad lauandos pedes.

x Et thymiamateria,] in quibus thymiama seruabatur.

y Et vrceos] vbi ponebatur vinum.

z Quotquot aurea, aurea, & quotquot argentea, argentea] quasi vasa aurea simul conflauit, & argentea simul separatim ab aureis.

a Tulit Magister militiæ columnas duas, Iachin & Booz, 3. *Reg.* 7. c. b Et mare vnum,] scilicet, lauterem.

c Quas fecerat Rex Salomon.] 3. *Reg.* 7. d. Non erat pondus, &c.] quasi præ multitudine numerari non posset.

Mysticè. Moraliter.

n Columnas, & cætera.] Prælati sunt columnæ per minorum sustentationem. Æreæ, per prædicationis sonoritatem. Bases, per debilium supportationem. Lebetes per infirmorum compassionem. Creagræ, per carnis mortificationem. Psalterea, per bonam operationē Phialæ, per diuinam contemplationem. Mortariola, per cordis contritionem. Vasa ærea, per gratiarum receptionem Hydriæ, per lachrymarum effusionem. Thymiamateria, per deuotam orationem Vrceoli, per tristium consolationem. Pelues, per humilis obsequij exhibitionem. Candelabra, per honestam conuersationem. Cyathi, per asperam correctionem. Vasa aurea, per sapientiæ fulgorem. Vasa argentea, per eloquentiæ decorem. Debent etiam esse Iachin, i. firmitas per patientiæ constantiam Debent esse & Booz, i. in quo robur, per fidei contra hæreticos defensionem. De his duobus. *Phil.* 1. a. Habeo vos in corde meo in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione. e De columnis,] scilicet, de duabus prædictis hoc verum est quod sequitur. f Decem & octo cubiti, &c.] Contra 2. *Paral* 3. d. Dicitur de ipsis quòd triginta quinque cubitos habebant altitudinis. Sed fortè ibi connumeratur basis cum epistilio, hic autem tantum stilus. Tamen quidam dicunt litteram *Par* esse fal-

a sam. Per capi

a sim. Per capitella significantur intentiores, & affectiones Prælatorum. Capitellum enim erat supra columnam. Inter autem columnam & capitellum erat epistilium, latius columna, & rotundum opere retteculato.

a Et rettacula,] Nota capitella erant in parte superiori lociata, latera vero eorum reticulata, & catenata, ita artificiosè facta vt retiacula catenæ viderentur appolita magis quam insculpta. Super capitella erat funiculus descendens aliquantum circa latera, in cuius summitate dependebant ducenta malogranata.

b Et malogranata super coronam in circuitu,] i. in summitate epistilij super quod sedebat capitellum. Vel ad litteram super F capitellum erant malogranata nonaginta sex. Contra 3. *Regum* 7. f. Malogranata quadraginta in duobus retiaculis. Sed fortè in epistilio erant quadraginta, in capitello quod maius est, nonaginta sex, vel super funes erant.

c Centum retiaculis circundabantur.] Contra. G

cim cubitorum circuibat eam. Porro grossitudo eius quatuor digitorum, & intrinsecus caua erat, & capitella super vtramque ærea, & altitudo capitelli vnius quinque cubitorum, & a retiacula, & b malogranata super coronam in circuitu, omnia ænea, similiter columnæ alterius. Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia, & omnia malogranata c centum retiaculis circumdabantur. Et d tulit Magister militiæ e Saraiam Sacerdotem primum, & f Sophoniam Sacerdotem secundum, g & tres custodes vestibuli. Et h de ciuitate tulit Eunuchum vnum qui erat Præpositus super viros bellatores, i & septem viros de his qui videbant faciem Regis, qui inuenti sunt in ciuitate, k & Scribam Principem militum qui probabat Tyrones, l & sexaginta viros de populo terræ qui inuenti sunt in medio ciuitatis. Tulit autem eos Nabuzardan Magister militiæ, & duxit eos ad Regem Babylonis in Reblatha. Et percussit eos Rex Babylonis & interfecit eos in Reblatha in terra Emath. Et m translatus est

2. *Paral.* 4. c. Dicitur tantùm de duobus retiaculis. Solutio. Ibi vocat duo retiacula duos ordines retiaculorum.

d Et tulit Magister militiæ,] scilicet, Nabuzardan.

e Saraiam,] *Gloss.* qui interpretatur vinctus, quia Episcopalem ordinem amoris voluptuosi catena constringit, Sacerdotum primum.

f Et Sophoniam, &c.] Dicit *Gloss.* in originali, quia presbyteri habent secundum ordinem. Ex hoc videtur quòd sicut Sacerdotium est Ordo, ita & Episcopatus. Ad idem *sup.* 13. b. Super illud verbum Et Sacerdotes & Prophetas, dicit *Gloss.* Qui est secundus in Ecclesia gradus, i. Sacerdotium, ergo ex hoc cùm super illud sit Episcopatus, debet dici Episcopatus primus Ordo. Sed intellige quod dicitur ibi Sacerdotium secundus ordo, non secundus in ordine, sed secundus in dignitate. Vel ideo dicitur secundus, quia Reges sunt in primo secundùm vetus Testamentum: secundum autem nouum est è conuerso. 1. *Petr.* 2. b. Vos estis genus electum. Regale Sacerdotium. Vel dic quod in hac *Gloss.* vocatur ordo Episcopalis, ordo Prædicatorum, licet prædicatio non sit ordo.

Mysticè. Sacerdos primus, est Episcopus, qui est primus Sacerdotum, secundus Sacerdos est Decanus, vel Archidiaconus.

g Et tres custodes vestibuli.] Hi sunt vt dicit *Gloss.* Presbyteri illi qui talentum verbi Dei in terra absconsunt, id est, docent, vel cantant pro commodo temporali, vt dicitur *Mich.* 3. d. Principes eius, i. Ierusalem, in muneribus, iudicabant & Sacerdotes eius in mercede docebant, & Prophetæ eius in pecunia diuinabant. Hi sunt qui tenentes clauem scientiæ, nec intrant, nec alios intrare permittunt, vt dicitur *Matth.* 23. b. & *Luc* 11. g.

h Et de ciuitate tulit Eunuchum vnum, &c.] mysticè, i. fatuas virgines oleum in mente non habentes, & tales ad damnum suum constituuntur super alios.

i Et septem viros, &c.] qui septiformem gratiam Spiritus sancti habentes, eam perdiderunt, quasi septem spiritibus nequioribus traditi sunt. *Matth.* 12. d. Iam non faciem Regis cœlestis, intuentes, i. eius voluntati obedientes, sed magis Regis Inferni voluntati obsequens.

k Et Scribam Principem, &c.] i. qui viros in ordine belli scribebat, alios appropiando, alios repellendo. Iste vocatur Sopiar 4. *Regum vlt.* e. Interpretatur dissipans, & significat Prælatos qui eos quos ad Christi militiam confortare deberent, prauis exemplis deuastant.

Iuda de terra sua. Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor. In n anno septimo, o Iudæos tria millia & vigintitres. In p anno decimo octauo Nabuchodonosor transtulit de Ierusalem animas octingentas, trigintaduas: In q anno vicesimo tertio Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan Magister militiæ animas Iudæorū septingintas quadragintaquinque. Omnes r ergo animæ quatuor millia sexcentæ. Et factum est in trigesimo septimo anno transmigrationis s Ioachim Regis Iuda duodecimo mēse, & vicesima quinta mensis t leuauit u Euilmerodach Rex Babylonis, ipso anno Regni sui caput Ioachim Regis Iudæ, & eduxit eum de domo carceris, & locutus est cum eo bona. Et posuit Thronum eius super Thronos Regum qui erant post se in Babylone, & mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem coram eo semper cunctis diebus vitæ suæ. Et x cibaria eius cibaria perpetua dabantur ei à Rege Babylonis, statuta per singulos dies, vsque ad diem mortis suæ cunctis diebus vitæ eius.

l Et sexaginta viros, &c.] imò dicuntur sex, vt habetur 4. *Regum vlt.* e. Solutio. Ibi tantum sex nominantur in libro Regum, qui inter istos magis famosiores erāt, & per hos significantur mysticè, laici, qui sunt in maiori multitudine. Ecce ergo quomodo primo capiuntur à diabolo, qui priores sunt in dignitate, qui deberēt alios defendere. *Ezech.* 9. c. A sanctuario meo incipite. Et quia 1. *Esd.* 9. d. Commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum, manus autem Principum & Magistratuum fuit in transgressione hac prima.

m Et translatus est Iuda,] id est, populus duarum tribuum. Isti omnes transferuntur in confusionem peccatorum per Nabuzardan, id est, gulam.

n In anno septimo. Hoc fuit sub Ioachim. Ideo dicunt, quod ibi debet esse decimo octauo. Aliter enim non posset stare, quia non fuit nisi dimidius annus à Regno Ioachim vsque ad Iechoniam.

o Iudæos tria millia, & vigintitres] & etiam plures, si tot erant magni.

p In anno decimo octauo] 4. *Regum vlt.* Dicitur quòd octauo, quod verius est.

r Omnes ergo animæ quatuor millia sexcentæ] & multò plures satis. Sic ergo hic ponit tres vastationes quas fecit Nabuchodonosor. Prima fuit sub Ioachim filio Iosiæ, quem vinctum duxit in Babylonem cum vasis Domini. *quarto Regum vigesimo tertio* g. Secunda, sub Ioachim filio ipsius, qui & Iechonias dictus est, qui cum matre se tradidisse legitur. *quarto Regum vigesimo quarto* c. Tertia, sub Sedechia, quando incendit domum Domini & ciuitatem destruxit, vt dicitur. *quarto Regum vigesimo quinto* e. In prima translati fuerunt, vt dicitur hic tria millia & vigintitres, sed multo plures si tot erant ibi nominabiles. In secunda octingenti & triginta duo. In tertia septingenti & quadragintaquinque. Sed intelligendum est quòd multo plures fuerunt. Similiter plures in vniuersis captiuitatibus captiuati sunt quàm quatuor millia sexcenti, sed fortè tot erant nominabiles. Vbi autem habemus.

q In anno vigesimo tertio] dicitur in libro *Reg.* In anno decimo nono, quod verius est. Vndè credo hoc appositum hic vitio scriptorum.

s Ioachim Regis Iuda] minoris, scilicet, Iechoniæ.

u Euilmerodach] nepos Nabuchodonosor.

t Leuauit caput,] id est, eum honorificauit in his quæ sequuntur, eo scilicet, quòd se tradidit spontaneè cum matre sua ipsi Nabuchodonosor.

x Et cibaria eius cibaria perpetua, & cætera,] id est, semper.

Postilla D. Hugonis Card. super Ieremiam. Finis.

REVERENDISS. IN CRHISTO Patris & Domini Domini Hugonis, &c.

Cardinalis, in Postillam super Threnos, id est, Lamentationes Ieremiæ Prophetæ, quæ Cynoth Hebraicè inscribuntur.

PROLOGVS.

HÆc dicit Dominus Deus exercituum: In omnibus plateis planctus, & in cunctis quæ foris sunt, dicetur, væ, væ, & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere, & in omnibus viis erit planctus: quia pertransibo in medio tui, dicit Dominus. *Amos* 5. c. Distinctio capituli, & huius partis libri Ieremiæ, quæ Threni vocatur, competenter notatur in præmissa auctoritate. Modus etiam agendi, & materia, & titulus. Ieremias enim destructionem futuram Ierusalem prophetauit præsentem, inde præteritam deplorauit. Vnde super eius destructione carmen fecit lamentabile, quod antonomasticè Lamentationes lamentationum vocatur, sicut Cantica canticorum Salomonis, metricè illud describens, versúsque lamentionem incipiens per litteras alphabeti, vt primus per litteram aleph, scilicet, incipiat apud Hebræos, secundus per secundam, beth, scilicet, & sic deinceps: sicut apud nos fit in illo hymno: A solis ortus cardine: Ecce prima littera alphabeti nostri. Et secundus versus incipit per secundam litteram. Beatus Auctor sæculi, &c. Et tertius per tertiam Castæ parentis, & sic de aliis. Quadruplici autem distinxit alphabeto, i. quadrupliciter repetito, propter quadruplex infortunium quod Ierusalem passa est. Primo sub Ioachim maiore quem Nabuchodonosor vinctum catenis duxit in Babylonem, sicut legitur 2. *Paral. vlt.* a. Secundò, sub Ioachim minore filio eius qui Iechonias dictus est, qui vltro se tradidit Nabuchodonosor cum matre sua, & multis aliis, sicut legitur 4. *Regum vigesimo quarto* c. Tertiò, cum Nabuzardan cœpit Ierusalem, & destruxit 4. *Regum vlt.* c. Quartò, quando mortuo Godolia, reliquiæ fugerunt in Ægyptum, sicut legitur 4. *Regum vigesimo quinto* g. & *Ierem. quadragesimo tertio* c. Vel prima clades Ierusalem fuit à Sennacherib Rege Ægyptiorum, qui Iudæam vastauit. *Isaiæ trigesimo sexto & trigesimo septimo*. Secunda à Chaldæis. *quarto Regum vlt* c. Tertia ab Antiocho Epiphane. *primo Mach. primo*. Quarta, à Romanis post Passionem Domini, anno quadragesimo secundo, sicut legitur in historia Euangelica. Et quia secundùm primam distinctionem tertia clades Ierusalem fuit crudelior, & grauior cæteris, ideo in tertio alphabeto ter repetitur quælibet littera, & tres versus sunt sub qualibet littera, secundum ordinem alphabeti. Secundùm ergo has quatuor pestilentias vrbis, sunt in hac parte quatuor capitula, quæ respondent quatuor generibus luctuum positis in præallegata auctoritate. Primo enim dicit: In omnibus plateis planctus, hoc fuit quando Ioachim maior ductus est in Babylonem vinctus. Item quod dicit: & in cunctis quæ foris sunt dicitur, væ, væ, hoc respondet transmigrationi quæ facta fuit sub Ioachim minore, qui dictus est Iechonias. Et bene dicitur væ dupliciter: quia primum væ habuerunt, quòd propriam terram dereliquerunt, & secundum, qui seruituti Nabuchodonosor se subiecerunt. Sed tertio væ caruerunt: quia nec terra eorum vastata est, nec aliquis interfectus in illa obsidione, & ipsi de reditu spem habuerunt. Item quod dicit: Et vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum: hoc respondet captiuitati factæ sub Sedechia, vbi fuit quasi triplex luctus, propter vrbis succensionem, & vastationem, propter multorum ciuium interfectionem, vel fame, vel gladio, vel peste, propter residuorum captiuationem. De quibus tribus *Ezech* 5. a. Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum radentem pilos, & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam, & assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos: Tertiam partem combures igni in medio ciuitatis iuxta completionem dierum obsidionis: tertiam verò aliam concides gladio in circuitu eius, tertiam in vero aliam in ventum disperges, gladium nudabis post eos. Vndè ibi dicit, luctum, planctum, & plangere. Vndè in tertio capitulo, vbi hæc destructio lugetur, vnaquæque littera alphabeti tripliciter resumitur. Item quod dicitur: Et in omnibus viis erit planctus, hoc respondet ei quod post mortem Godoliæ reliquiæ fugerunt in Ægyptum contra consilium Ieremiæ, vbi etiam à Rege Chaldæorum fuerunt capti, & vincti in Babylonem ducti. Et sic patet distinctio huius partis; quia diuiditur in quatuor partes. Patet etiam materia historialis, quia luctus quadruplex pro destructione ciuitatis ponitur. Nihilominus est alia materia historialis planctus, scilicet, Iudææ [illegible] morte Iosiæ, quem Pharao Nechao in campo Mag[illegible] interfecit. *quarto Regum vigesimo tertio*. f. De quo planctu. *Zach. primo secundo* f. In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, sicut planctus Adremmon in campo Mageddon, & plangent terræ familiæ, & familiæ seorsum. Dicuntur autem Threni quasi terni, quia scilicet, sub vnaquaque littera ponitur triplex versus, vel potius triplex clausula. Sed quia quælibet clausula non solùm historicè de Ierusalem destructione, sed allegoricè de Ecclesiæ persecutione, & moraliter de animæ defectione exponitur, propterea non solùm in hac parte est historialis materia, sed allegorica, & moralis. Et quia generaliter quadruplex est persecutio Ecclesiæ: Prima à martyricidis, secunda ab hæreticis, tertia a falsis fratribus, quarta erit tempore Antichristi, propter hoc bene per quatuor distinguitur alphabeta. Et quia tertia persecutio falsorum, scilicet, fratrum grauior est, cùm sit familiaris, & occulta: Nulla enim pestis efficacior ad nocendum, quam familiaris inimicus, propter hoc rectè in tertio alphabeto quadrupliciter littera triplicatur. Item quia animæ est quadruplex affectio, gaudium, dolor, spes, & timor, in quibus anima facilè captiuatur, & tunc de ea potest dici illud *Ioël. primo* a. Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, residuum bruchi comedit rubigo. Vel quia anima per quatuor deficit, per peccatum, scilicet, cordis, oris, operis, & consuetudinis, propterea planctus iste rectè in quatuor partes est diuisus. Item notandum, quod vocantur Threni, quasi terni, quia tripliciter plangere debemus, corde, ore, & opere. Et propter hæc tria dicit *Ieremiæ primo* b. A, a, a, Domine Deus. Et *Apocal. octauo* d. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Vel quia adhuc positi in hac valle miseriæ, lugere debemus pro peccatis propriis, sicut Maria Magdalena. *Lucæ septimo* f. Item pro alienis, sicut Dauid lugebat Saul, & Ionathan. *secundo Regum primo* c. Item pro desiderio patriæ, & incolatu huius miseriæ, sicut Paulus *Philipp. primo* d. Cupio dissolui, & esse cum Christo: Et *Roman. septimo* d: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vt sic disponamus ascensiones in cordibus nostris in valle lachrymarum, sicut *Psalm. octuagesimo tertio*. Dicit. Et propter hoc etiam designandum fit connexio trium clausularum sub vna littera in quolibet alphabeto. Et sic patet, quod triplicas ciuitatis euersionem plangit. Literalis, scilicet, Ierusalem, & Iudæorum, allegoricæ, scilicet, Ecclesiæ, & moralis, scilicet; animæ. Et secundùm hoc triplex est materia: historica, Mors Iosiæ, & euersio ciuitatis facta per Chaldæos quam ipse vidit, & futura per Romanos quam prophetauit. Item allegorica euersio Ecclesiæ per hæreticos, martyricidas, falsos fratres, & anti christos facta, vel fienda. Item tropologica, animæ, & hoc per Dæmones, & vitia. Sed hic quæritur, si metricè scriptæ sunt hæ lamentationes, quomodo ergo lamentabiles, cum in metro soleat esse delectatio? Item quare per litteras alphabeti notantur istæ clausulæ quæ ibi ponuntur. Item quare lamentationes lamentationum dicantur. Solut. Ad primum soluit Ieronymus super *Isaiæ* 23. d. Sume citharam, circui ciuitatem meretrix, obliuioni tradita *Gloss.* Natura musicæ est, quod quem inuenit tristem, reddit tristiorem, si lætum lætiorem. Ad aliud. Sicut litteræ alphabeti sunt incipientium docere, sic per hoc designatur, quod semper debemus esse noui, & quasi inchoatione plangendi, & pro nobis, & pro aliis. Vndè *Romanorum octauo* d. Omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Ingemiscere verbum est inchoatiuum. *Gregorius*. Nescit mens per torporem veterascere, quæ semper studet per desiderium boni operis inchoare. Et hæc inchoatio, & fructuosa est nobis, & necessaria: quia in terra Euilath inuenitur aurum optimum: *Genes.* 2. b. Et 2. *Cor.* 7. c. Quæ enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur; sæculi autem tristitia mortem operatur.

Explicit Prologus Auctoris,

REVE

REVERENDISS. IN CHRISTO. Patris & Domini, Domini Hugonis, &c.

Prologi, siue Continuationis in Threnos Ieremiæ.

EXPOSITIO.

ET factum est, & cætera.] Notandum est autem quòd quidam breuem prologum proponunt huic operi, qui magis est continuatio dictorum ad dicenda quàm Prologus, & per hoc patet, quòd pars ista quam præ manibus habemus, non est liber per se, sed pars quædam libri Ieremiæ. Dicit ergo.

INCIPIVNT THRENI, id est, Lamentationes Ieremiæ quæ Cynoth Hebraicè inscribuntur.

ET *a* factum est postquam in captiuitatem redactus est Israël, & *b* Ierusalem deserta est, *c* sedit Ieremias Propheta flens, *d* & planxit lamentatione hac in Ierusalem, & *e* amaro animo suspirans, & eiulans, dixit.

a Et factum est postquam in captiuitatem redactus est Israel,] decem, scilicet, & duæ tribus. Vndè sequitur.

b Et Ierusalem deserta est,] quæ erat in sorte duarum tribuum, scilicet, Iudæ & Beniamin.

c Sedit Ieremias Propheta flens.] In verbo sedendi, notatur dolor & angustia cordis. Sicut Iob sedebat in terra. *Iob* 2. d. Sederunt cum eo in terra septem diebus, & septem noctibus.

d Et planxit Lamentatione hac in Ierusalem,] i. pro Ierusalem.

e Et amaro animo suspirans & eiulans,] id est, eiulans. Vndè exprimitur magnus dolor cordis, dixit. Quomodo sedet sola, & cætera. Notandum est quòd tot sunt ibi partes, quot clausulæ. Vndè vnamquamque suo loco exponemus. Notanda est hic Gloss. Gilibertι, quæ dicit lamentationes Ieremiæ aliquando membro distingui, aliquando dissolutè, id est, dissolutione colorari. Est autem membrum siue cola quod idem est, pars orationis perfectam sententiam habens. Item oratio, breuibus clausulis media coniunctione distincta. Verbi gratia. Peccaui & corde & ore & opere, cola est, id est, membrum, habens cum alio iuncturam, sicut membrum, vnde & alij adhæret. Et talis est hæc. Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius, & cætera. Item color dissolutionis est, quando nulla coniunctione intermedia, verba diuersa proferuntur. Vt cum dicitur. Peccaui corde, ore, opere, & tunc idem est quod coma siue decisio. Nihil enim coniungit ablatiuos. Et talis modus est hic. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? facta est quasi vidua domina gentium, & cætera. Sicut cum dicit Tullius in secunda Rhetorica, dissolutio est quod coniunctionibus è medio sublatis separatim effertur. Item notandum, quod dicit hic Gilibertus, quod etsi ipse taceat hic Rhetoricorum colorum splendorem, & sententiarum grauitatem, & elocutionis exornationem, tamen diligens lector non tacebit. Vndè innuit Threnos esse distinctos per locos Rhetoricos, non dialecticos, sumptos aut ex Rhetoricæ conquestionis humilitate, aut ex indignationis asperitate, aut ex vtriusque commixtione. Paucos tamen locos, vel conquestionis, vel indignationis in primo alphabeto assignabit, sed viam tantùm aperiet diligentiori lectori. Est autem conquestio, vt dicit Tullius, oratio auditorum misericordiam captans. Quæ locos habet sexdecim. Quorum primus est, per quem in quibus bonis fuerimus, vel in quibus malis nunc simus ostenditur, sicut hic. Quomodo sedet sola, &c. Secundus, qui in tempora distribuitur, per quem quibus in malis & simus & fuerimus & futuri simus demonstratur.

Quid sit conquestio & quot habeat locos.

Tertius est, per quem vnumquodque deploratur incommodum, vt in morte filij, pueritiæ delectatio, amor, spes, solatium, educatio, & si qua simili in genere de quolibet incommodo per conquestionem dici poterunt.

Quartus est, per quem res turpes, & humiles, & illiberales & indignæ, ætate, genere, fortunâ, pristino honore, beneficiis quæ passi perpessiue sint, demonstrantur. Plorans plorauit, &c.

Quintus est, per quem omnia ante oculos sigillatim incommoda ponuntur, vt videatur is qui audit videre, & re quoque ipsa quasi adsit non verbis solùm, ad misericordiam flectatur. Et egressus est à Filia Sion, &c.

Sextus est, per quem præter spem in miseriis esse demonstratur aliquis, & cum aliquid expectaret, non modò id non adeptum esse, sed in maiores miserias incidisse. Infirmata est virtus mea, &c.

Septimus est, per quem ad ipsos, qui audiunt similem casum conuertimus, & petimus vt de suis liberis aut parentibus, aut aliquo qui illis quasi charus debeat esse, nos cum videant recordentur. Viæ Sion lugent, &c.

Octauus est, per quem aliquid dicitur factum per quod non oportuerit, aut non factum per quod oportuerit. Hoc modò, Non affui, non vidi, non postremam vocem eius audiui, non extremum spiritum eius excepi. Item. In manibus inimicorum mortuus est, hostili in terra iacuit turpiter insepultus, à feris diu vexatus, communique honore in morte caruit.

Nonus est, per quem oratio ad mutas, & expertes animi res refertur, vt si ad equum, domum, vestem sermo dirigatur.

Decimus est, per quem inopia, infirmitas, solitudo demonstratur. Migrauit Iudas, &c.

Vndecimus est, per quem aut liberorum, aut parentum, aut sui corporis sepeliendi, aut alicuius rei commendatio fit.

Duodecimus est, per quem disiunctio ab aliquo deploratur, vt cum deducaris ab eo cum quo libentissimè vixeris, vt parente filio, fratre familiari.

Tertius decimus est, per quem cum indignatione conquerimur, quod ab his à quibus minime conueniat, male tractamur, propinquis, amicis quibus bene fecerimus, quos adiutores fore putauerimus, aut à quibus indignum est, vt à seruis, libertis, clientibus, supplicibus. Omnes amici eius spreuerunt eam. &c.

Decimus quartus est, qui per obsecrationem sumitur, in quo oratur modo illi qui audiunt humili & supplici oratione vt misereantur. Vide Domine afflictionem, & cætera.

Decimus quintus est per quem non nostras, sed eorum qui nobis chari videntur, & debent esse, fortunas conqueri nos demonstramus. Manum suam misit, &c.

Decimus sextus est, per quem animum nostrum in alios misericordem esse ostendimus, vt tamen amplum, & excelsum, & incommodorum patientem esse, & futurum si quid acciderit demonstramus. Item indignatio est oratio per quam conficitur, vt in hominem aliquem magnum odium, aut in rem grauis offensio concitetur. Quæ habet quindecim locos. Quorum Primus est ab auctoritate, vt cum commemoramus quantæ curæ res fuerit diis immortalibus aut eis quorum auctoritas grauissima debeat esse. Talis est ibi Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, &c. *infr.* 4. b. Secundus est, per quem illæ res ad quos pertineant cum amplificatione per indignationem ostenduntur, an ad omnes, an ad maiorem partem, quod atrocissimum est.

Quid sit indignatio & quot habeat locos.

Tertius locus est, per quem quærimus quidnam sit euenturum, si idem cæteri faciant, & simul ostendimus si concessum sit multos æmulos eiusdem audaciæ futuros, ex quo quid mali sit euenturum demonstrabimus.

Quartus est, per quem demonstramus multos à iudicis expectare quid statuatur, vt quasi ex eo quod concessum sit vni, sibi quoque tali de re quid liceat intelligere possint.

Quintus est, per quem ostendimus cæteras res perperam constitutas, intellecta veritate commutatas corrigi posse, hanc esse rem, quæ si sit semel iudicata, neque alio commutari iudicio, neque vlla potestate corrigi posse.

Sextus, per quem consultò & de industria aliquid factum demonstratur, & illud adiungitur voluntario † maleficio, veniam dari non oportere, imprudentiæ concedi nonnunquam conuenire.

Al. † *beneficio.*

Septimus, per quem indignamur quod crudele & nefarium & tyrannicum factum esse dicemus, per vim & manum opulentam, quæ res à legibus & æquali iure remota sit, vt ibi. Idcirco ego plorans & oculus meus deducens aquas.

Octauus locus est, per quem demonstramus non vulgare, neque factitatum esse nec ab audacissimis quidem hominibus id maleficium de quo agitur, atque id à feris quoque hominibus & barbaris gentibus & immanibus bestiis remotum esse. Hæc erunt autem quæ in parentes, liberos, coniuge, & consanguineos, supplices crudeliter facta dicentur, & deinceps si quæ proferuntur in maiores natu, in hospites, in vicinos, in amicos, in eos cum quibus vitam egeris, in eos apud quos educatus sis, in eos à quibus eruditus, in miseros, in mortuos, in misericordia dignos, in homines claros, & nobiles, & honore vi os, in eos qui neque lædere alios, neque se defendere poterunt, vt in pueros, senes, mulieres. Ex quibus omnibus acriter excitata indignatio, summum in eum qui malorum horum auctor fuerit odium facit.

CAP. I.

Aleph.

a Qvomodò b sedet c sola d ciuitas

Nonus est, per quem cum aliis de quibus constat esse peccata, hoc de quo est quæstio comparatur, & ita per contentiones, quamo atrocius & indignius sit illud de quo agitur ostenditur.

Decimus est, per quem omnia quæ in negotio gerendo acta sunt, quæque post negotium consecuta sunt, cum, vniuscuiusque indignatione & criminatione colligimus, & res verbis quam maximè ante oculos eius apud quem dicitur ponimus, vt id quod indignum est, perinde illi videatur & indignum, ac si viderit, vel interfuerit.

Vndecimus est, per quem ostenditur ab eo factum à quo minimè oportuerit, & a quo si alius faceret, prohiberi conueniret.

Duodecimus est, per quem indignamur, quòd nobis hoc primùm acciderit, neque alicui vnquam vsu venerit.

Decimus tertius, si cum iniuria, contumelia iuncta ostendatur, per quem locum in superbiam & arrogantiam odium concitatur.

Decimus quartus est, per quem petimus ab his qui audiunt, vt ad suas res nostras iniurias referant, si ad pueros pertinebit, de liberis suis cogitent, si ad mulieres, de vxoribus, si ad senes, de parentibus, vel patribus.

Decimus quintus est, per quem dicimus inimicis & hostibus ea quæ nobis acciderunt indigna solere videri. Horum per ordinem exempla videbimus in Gloss. quæ sine his prænotatis sciri non possunt. His igitur visis ad litteram accedamus.

REVERENDISS. IN CHRISTO.
Patris & Domini, Domini Hugonis, &c.

Cardinalis Postilla super Threnos Ieremiæ.

EXPOSITIO.

Qvomodo sedet, & cætera.] Huic sententiæ præponitur, [Aleph] quod interpretatur doctrina, vt sic innuatur, quòd propter defectum doctrinæ, ductus est populus in captiuitatem. *Isaia quinto* d. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, i. habere voluit.

a Quomodo] ergo [sedet.] Affectuosè legitur, vel admiratiuè.

b Sedet humiliata & ignominia plena. *Ieremia cap. 51.* c. Quomodo capta es & comprehensa inclyta vniuersæ terræ?

c Sola] populo, scilicet, spoliata. *Isaia capitulo 24* b. Relicta est in vrbe solitudo. *Ierem. cap. 27.* c. Vrbs ista desolabitur. Et dicit, Sola, quia solummodo coloni & pauperes remanserunt in ea. *Ieremia trigesimo nono* c.

d Ciuitas, Ierusalem.

Δ Plena populo

Allegoricè & Moral. Quomodo sedet sola ciuitas. Allegoricè & moraliter, huic sententiæ præponitur, [Aleph.] Quod interpretatur doctrina, ad innuendum quòd ex tribulationibus sequitur eruditio & doctrina. Vndè in terra Euilath, quæ interpretatur parturiens, inuenitur aurum optimum. *Genesis secundo* b. Id est, in doloribus sapientia, & doctrina. *Hebræorum capitulo quinto* c. Ex his quæ passus est didicit obedientiam. Item vbi est sapientia, ibi & dolor. *Ecclesiastes capitulo primo* d. Qui apponit scientiam, apponit & dolorem. Plangumtur autem hic tria bona quæ solent esse in ciuitate, scilicet, maxima hominum populositas, *ibi.* [Quomodo sedet sola ciuitas.] Item Dominium siue Regnum, *ibi.* Facta est quasi vidua. Item libertas: *ibi.* Princeps Prouinciarum. *Plangumtur tria bona quæ solent esse in ciuitate.* Allegoricè, hæc ciuitas est Ecclesia. *Psalm. octuagesimo sexto.* Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Hæc fuit olim disposita ad similitudinem ciuitatis materialis. Habuit enim montes in circuitu. *Psalm. centesimo vigesimo quarto.* Montes in circuitu eius. Item fossata paupertatis. *Marci capitulo decimo secundo* a. Vineam pastinauit homo & circumdedit ei sepem, & fodit lacum. Item murum & antemurale *Isaiæ cap. vigesimo sexto* a. Saluator ponetur in ea murus & antemurale. Fundamenta fuerunt Apostoli. Sicut legitur. *Apocal. capitulo vigesimo primo* b. Quod duodecim fuerunt fundamenta. *Psalm. octuagesimo sexto.* Fundamenta eius in montibus sanctis. Item habuit turres. *Psalm. centesimo vigesimo primo.* Et abundantia in turribus tuis. Item arma virtutum. *Canticorum capitulo quarto* b. Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Item habuit vigiles, scilicet, expositores sacræ Scripturæ & Doctores. *Canticorum capitulo quinto* b. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem. Qui habebant tubas exhortationis. *Psalm. octuagesimo.* Buccinate in Neomenia tuba. Item habuit custodes, scilicet, Angelos & Prælatos. *Canticorum capitulo quinto* b Tulerunt pallium meum custodes murorum. Item habuit fontes, prædicationem, scilicet, quatuor Euangeliorum. *Genesis capitulo secundo* b. Fons egrediebatur de loco voluptatis, id est, prædicatio Euangeliorum de Christo ad irrigandum Paradisum, i. Ecclesiam, quæ inde diuiditur in quatuor capita. Item clibanos tribulationum. *Sapientia capitulo tertio* a. Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus. Item panes lachrymarum. *Psalm. septuagesimo secundo.* Cibabis nos pane lachrymarum. Item ciues fortissimos. *Canticorum capitulo tertio* c. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios & ad bella doctissimi. Item pulcherrimas mulieres, scilicet, castas mentes & virtutibus decoras. *Canticorum capitulo primo* a. Adolescentulæ dilexerunt te nimis. Item hortos Religiosorum. *Canticorum capitulo sexto.* Descendi in hortum nucum vt viderem poma conuallium, i. odorem perciperem & saporem Religiosorum verè humilium. Item pascua spiritualium delectationum. *Ioannis capitulo decimo* d Per me si quis introierit, ingredietur, & egredietur & pascua inueniet. Item vineas deuotionum, & orationum. *Canticorum capitulo secundo* c. Vineæ florentes odorem dederunt. Sed hæc ciuitas hodie multis horum secundùm veritatem est priuata. Vndè *Isaia capitulo primo* c. Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. Et bene dicit. Sicut tugurium, quod tamdiu inhabitatur, quamdiu ibi sunt fructus. Et si sic est hodie de Ecclesia, vos ipsi videte. Dicat hoc: *Michea capitulo tertio* d. Sion tanquam ager arabitur, scilicet, tantùm propter fructum. Et ideò Ierusalem in aceruum lapidum erit, per discordiam, scilicet, schismatum & schissionum.

b Sedet,] autem, quia partim erecta ad cælestia, scilicet, quoad bonos. *Philippens. capitulo tertio* d. Nostra conuersatio in cœlis est, & partim depressa ad terrena, quoad malos *Psalm. 16.* Statuerunt oculos suos declinare in terram.

c Sola ciuitas,] propter paucitatem bonorum.

Δ Plena populo.

Moraliter.

Moral. a Quomodo sedet sola ciuitas.] Ciuitas est anima fidelis. *Ierem. cap. 1.* d. Dedi te hodie in ciuitatem munitam. Dicitur autem ciuitas, quia sicut in ciuitate in medio sunt ciues nobiliores, & in suburbio vulgus ignobile, sic in mente quæ est pars superior animæ, virtutes inhabitant, & in inferiori parte sunt motus sensualitatis. Vndè *Roman. cap. 7.* c. Scio quòd non habitat in me, i. in corpore meo, bonum.

b Sedet,] igitur hæc ciuitas, quando mole vitiorum est depressa, ne currat in viam mandatorum Dei.

c Sola] à Dei gratia *Eccl. 4* c. Væ soli quia si ceciderit non habet

De religionibus. Vel aliter. a Quomodo sedet,] terrenis coniuncta. a Ciuitas,] i. Claustrum. b Sola,] propter paucitatem.

Δ Plena populo

a Plena populo. *b* Facta est quasi vidua *c* Dña gentium, *d* Princeps Prouinciarũ *e* facta est sub tributo, *f* Plorãs *g* plorauit in *h* nocte.

▲ *a* Plena populo,] quondam, scilicet, populosa, tempore Dauid & Salomonis. *Baruch.* 2. f. Multitudo hæc magna conuertetur in minimam gentem.

b Facta est quasi vidua, Regibus, & Sacerdotibus destituta, & desolata, templo prophanato, & vasorum gloria explosa, id est, annihilata.

De immun. Eccl. c. non minus. *c* Domina gentium] quas ante subiugauit, & subiecerat tempore Dauid. 2. *Regum octauo.* 2. Seruierunt Dauid sub tributo Moab, & Ammon.

d Princeps prouinciarum,] quas sibi fecerat tributarias: Vel hoc dixit, quia Dauid terras suas per prouincias distinxit. 1. *Paralipom* cap. 27. a. Principes familiarum tribuum & Centuriones, & Præfecti qui ministrabant Regi iuxta turmas suas ingredientes & egredientes per singulos menses.

e Facta est sub tributo] Chaldæorum. Hic est autem primus conquestionis locus, vbi & bona in quibus fuerat ostendit, & mala quibus subiacebat describit.

f Plorans plorauit.] Quartus locus conquestionis, per quem res turpes, & humiles indignè patientes profertuntur. Huic clausulæ præponitur [Beth] quæ interpretatur domus, vt per hoc innuatur quæ fuit illa quæ plorans plorauit, quia domus Iacob, quæ in Ægyptum ingressa est. *Genes.* 46. c. Et inde per voluntatem Domini egressa. *Exod.* 12. f. Cuius facta est Iudæa sanctificatio eius, per Chaldæos de Iudæa meritis exigentibus est eiecta. Plorans ergo intus oculis cordis. *Psal.* 11.

g Plorauit] exterius oculis corporis. Et hoc.

h In nocte,] quia præ verecundia hostium non audebat plorare in die. Vel quia non dabatur eis requies in die.

△ Et lacrymæ eius

A *a* Plena populo,] propter multitudinem malorum *Ecclesiastic.* capitulo primo. d. Stultorum infinitus est numerus. *Matth.* capitulo 20. b. Multi sunt vocati, pauci vero electi.

b Facta est quasi vidua Domina gentium,] id est, à bono Prælato orbata. Vndè creditor, id est, diabolus, venit vt tollat duos filios ab ea, id est, animas subditorum & corpora, vel sæculares & religiosos, sicut legitur de muliere cuius vir mortuus erat. 4. *Reg.* 4. a.

d Princeps Prouinciarum facta est sub tributo, Regibus se meis, & Principibus *Ierem.* cap. 21. b. Gens & Regnum quod non seruierit Nabuchodonosor Regi Babylonis, & quicunque non curuauerunt collum suum sub iugo Regis Babylonis, in gladio, & peste, & fame visitabo super gentem illam.

● rit non habet subleuantem. Item [sola,] virtutibus & operibus bonis: Vndè timendum est ne maledicatur à Domino sicut ficulnea, in qua Dominus non inuenit fructum. *Matth.* cap. vigesimo b. Item anima sedet, quando intellectus rimatur cœlestia, & affectus deprimitur ad terrena.

a Plena populo,] id est, cogitationibus inutilibus. *Nahum. vltim.* c. Ecce populus tuus, mulieres in medio tui. Vero hoc contingit, quòd aliquis sedet solus à consortio hominum, cuius ciuitas, id est, anima plena est turbis nationum, id est, cogitationum te inuicem accusantium, & defendentium. *Roman.* capitulo secundo, c. Vndè *Iob* capitulo 20. a. Cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens mea in diuersa rapitur.

b Facta est quasi vidua Domina gentium.] Non dicit vidua, sed quasi, quia vir eius, id est, Christus mortuus non est, sed ipsa quasi mortua est viro suo, quem si ipsa vocaret, adhuc eam reciperet, licèt in fœditate turpitudinis suæ iam viluerit. Vndè ei benè consulitur, *Ioannis capitulo quarto*. c. Voca virum tuum, & ipse, scilicet, te recipiet. *Ierem. capitulo tertio*, a. Reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. Immò plus facit Dominus, quia aliquando nolentem redire cogit per tribulationes pungens eam per flagella. *Osea capitulo secundo*. b. Sepiam vias tuas spinis. Et paulò post dicitur. Et dicet. Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia benè mihi erat tunc magis quam nunc. Et notandum, quòd Dominus aliquando animam permittit cadere, etiam electam, vt ab eo misericordiùs eleuetur. *Isaia capitulo quinquagesimoquarto*, b. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te, in momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.

c Domina gentiũ, anima, quæ debet dominari motibus carnalium desideriorum. *Prouerbio. cap. decimo sexto*. d. Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo expugnatore vrbium.

d Princeps Prouinciarum,] id est, quinque sensuum, qui sunt quasi quinque prouinciæ, quibus debet anima dominari vt sub iaceantur rationi. *Luca* 19. c. Tu esto super quinque ciuitates.

e Facta est sub tributo,] Chaldæorum, scilicet, qui interpretantur captiuantes, per quos significantur Dæmones, qui animam captiuant, & trahunt ad interitum, & ad miseriæ lacum. *Psalm trigesimonono*. Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Quæ est seruitus magna in quam incidit homo per peccatum. *capitulo quinquagesimo*. a. Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis. *Ioan. capitulo* 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Vel, Sub tributo, carnis, vel ventris, qui est exactor. Cui non obediunt spirituales viri *Iob.* 3 c Non audierunt vocem exactoris. *Isaia* 14. b. Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum.

● *a* Plena populo] quondam, quia vbi antiquitus erant centum Monachi, vix sunt modo viginti, Vel Plena populo, id est, hominibus popularibus, & idiotis, qui non reputantur homines. Et ideò si multi sint tales, tamen ciuitas est sola, quia non est in eis vnitas, sed schisma, & discordia, quia ipsi sunt mali. Vndè *Isaia* 40. d. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei.

b Facta est quasi vidua Domina gentium.] Antiquitus fuit Religio Domina principum & Regum. Et ad literam, Gentium, id est, paganorum, quos frequenter per miracula a sua malitiâ reuocabant. Exemplum de beato Martino, quem cum vellet quidam Paganus interficere, & ipse collum tetendisset, manus illius & brachium diriguit. Simile legitur in dialogo *Gregor.* de quodam simplici Episcopo, qui loco cuiusdam qui captus tenebatur, diabolum posuit, & illum abire fecit. Et propter hoc multi postmodum superbientes, nec tamen miracula facientes petierunt, & obtinuerunt exemptiones, vnde facta est talis Ecclesia quasi vidua. Et benè dicit quasi, quia non est Episcopo subiecta, sed forsitan pro magna parte diabolo. Vndè non est verè vidua. Sua enim exemptio est eis peccandi occasio, & velamen malitiæ. Vndè 1. *Petr. capit.* 2. c. Non quasi velamen malitiæ habentes libertatem. Hoc est enim quod legitur in figura *Genes. capitulo* 38. c. quod Thamar vidua habitum meretricis assumpsit. Vndè etiam accidit, quòd.

d Princeps Prouinciarum,] id est, religio, quia non vult ab Episcopis iudicari vel defendi, defendatur à denarus, & quasi sub tributo seruit militibus, & exactoribus multis.

f Plorans plorauit.] Huic sententiæ præscribitur, [Beth] quod interpretatur vidit confusionem per hoc innuens, quod ad tributum peccati sequitur confusio, vel bona quæ adducit gloriam vel mala quæ adducit ignominiam. *Ecclesiastic. capitulo quarto*, c. Vndè *Psalm* 96. Vidit & commota est terra. *Ezech capitulo quadragesimotertio*, c. Fili hominis ostende domui Israel Templum, confundantur ab iniquitatibus suis. Propter hoc dicit, Plorans, pro gratia amissa.

g Plorauit] pro culpa commissa. Et hoc.

h In nocte,] id est, in huius sæculi aduersitate, quæ nox dicitur respectu æternitatis, quæ dies est, vt dicit *Psal.* 83. Melior est dies vna in atriis tuis. Vel.

f Plorans] interiùs per compunctionem.

g Plorauit] exteriùs per lacrymarum effusionem. Vel

f Plorans] pro incolatu huius miseriæ.

g Plorauit,] pro dilatione patriæ. Et hoc ad literam.

h In nocte.] *Psal.* 118. Mediâ nocte surgebam ad confitendum,

a a lacrymæ eius in maxillis eius,] quia non dabatur locus eis abluendi se, vel præ tristitia non reputabant se lauare.

Mystice. Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius.] Hoc fuit grauius, quod ab amicis suis destituta prius sibi blandientibus, & consolantibus: quia vt dicit Boetius,

E Maximè desiderabile est omnium bonorum huius vitæ habere aliquem amicum cũ quo omnia vt tecum loqui possis. Vnde quasi per contrarium maximum malum est amissio amicorum. Sic fuit Iob tentatus, *Iob* 1. & 2. Sic Tobias Tobiæ capit. 2. Charos autem vocat Sacerdotes Reges, & Prophetas. Et hoc propriè pertinet ad captiuitatem factam per Romanos: nam ex tunc Iudæi nec Reges, nec Prophetas, nec Sacerdotes habuerunt. *Osea tertio* b. Dies multos sedebunt filij Israel, sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Theraphin, quia in Babylonica captiuitate habuerunt consolatores Prophetas, scilicet, Danielem, Ezechielem, & multos alios.

& a lacrymæ eius in maxillis eius. Non est qui b consoletur eam ex omnibus charis eius. Omnes c amici eius d spreuerunt eam, e & facti sunt ei inimici. Ghimel.

c Omnes amici eius] gentes, scilicet, quæ fuerunt ei copulatæ amicitiâ, saltem contermino spreuerunt eam. Et non solum hoc, sed etiam.

e Facti sunt ei inimici] iungentes se cum Chaldæis, & Iudæos persequentes. Vnde patet quòd fuerunt amici fortunæ: De quibus *Eccl.* 6. a. Est amicus secundum tempus suum. & non permanebit in die tribulationis. Et est hic tertiusdecimus locus conquestionis, per quem cum indignatione conquerimur, cum ab his à quibus minimè conueniat malè tractamur.

a Migrauit Iudas.

A tendum tibi, &c. *Infr.* 2. f. Deduc quasi torrentem lacrymas per diem, & noctem. Et paulo post. Consurge lauda in nocte in principio vigiliarum. Tunc enim tenetur Deus sicut Iacob tenuit eum. *Genes.* 32. f. Et cum eo luctatus est duobus brachiis, scilicet fletu & oratione, vt legitur *Osea* 12. b. Inualuit ad Angelum, fleuit & rogauit eum. Tunc quidem scilicet, in nocte venit ad sponsam Dominus, qui quasi huc, & illuc de die vagatur. Vnde *Matth.* 25. a. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit. Mane autem quasi recedit: quia plures habet occupationes homo de die, quam de nocte. Vnde *Gen. cap.* 32. f. legitur, quod veniente die, dixit Angelus ad Iacob, dimitte me, quia aurora est: In qua debet homo exire ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Vnde *Ester. cap.* 2. c. Legitur, quod puellæ quæ intrauerant vespere ad Assuerum, egrediebantur manè. *Ieremia cap.* 13. c. In abscondito plorauit anima mea. Quater autem legitur Christus plorasse. In natiuitate sua *Sapient* 7. a. Primam vocem similem omnibus emisi plorans. *Ioann.* 11. c. super Lazarum. *Luc.* 19 f. super ciuitatem. Et *Hebr.* 5. b. super Crucem, cum clamore valido, & lacrymis offerens exauditus est. Et nos propter quatuor debemus plorare. Pro miseriis in quibus sumus, pro culpis quas commisimus pro incolatu miseriæ, & pro dilatione patriæ.

Christus legitur plorasse quater.

a Et lacrymæ eius in maxillis eius.] Bene dicit, pluraliter Lacrymæ, quia sunt lacrymæ contritionis pro peccatis propriis. *Ierem cap.* 6. g. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum valde. Item pro peccatis alienis *Ieremia cap.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos populi mei? *Ecclesiast. cap.* 22. a. Super mortuum plora, defecit enim lux eius. Et super fatuum plora, defecit enim sensus. Item deuotionis. *Ioann. cap* 20. c. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Verũ autem lacrymæ quorundam, qui in sua promotione plorant siue deuotionis, aut compunctionis, aut gaudij, ignoro ego. Cum quidam videns vnum talem lacrymantem dixit: Iste lauat oculos, vt melius videat se mutatum. Et alius: Iste impar est oneri vnde sudat. Tertius dixit: Congelatus erat, iam nouo Sole liquescit. Sed si sit dubium, exitus acta probat. Et notandum quod maxillæ Ecclesiæ sunt apparentes, & magnæ personæ in ea: De quibus dicit *Eccl* 35. c. Nonne lacrymæ viduæ, id est, Ecclesiæ ad maxillam descendunt? Item Prædicator qui verba format, & cibos masticat. *Iudic.* 15, c. In maxilla asini, & & in mandibula pulli asinorum deleui eos, & percussi mille viros. b Non est qui consoletur eam ex eam omnibus charis eius.] Chari animæ sunt Prælati, Angeli, Deus. Prælati consolantur exhortando 1. *Thessalon.* cap 4. d. Itaque consolamini inuicem in verbis istis. Angeli assistendo, & defendendo. *Luca* 22. e. Apparuit illi Angelus de cœlo confortans eum. Christus in blanditijs, & promissionibus alliciendo, *Isa. cap. sexagesimo sexto* d. Quomodo si cui mater blanditur, ita ego consolabor vos, 2. *Cor.* 1. a. Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Eas omnes consolationes anima in peccatis obstinata dimittit quia ab Angelis derelinquitur qui ab ea se elongant. *Ieremia cap.* 51. a. Curauimus Babylonem, & non est sanata derelinquamus eam, & eamus vnusquisque. Item Christus non allicit blanditiis: Quia *Sapient. cap.* 1. a. In maleuolam animam non introibit sapientia. Item nec Prælati. Tum quia muti sunt. *Isa.* 56. d. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, canes muti non valentes latrare: Tum quia porcis non sunt spargendæ margaritæ, *Matth.* 7 b. Vel in bono exponitur de anima iusti.

b Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius,] quia gustato spiritu, non vult in temporalibus consolari quæ priùs aliquando diligebat. *Psalm.* 76. Renuit consolari anima mea. *Iob. cap.* 33. c. Abominabilis fit ei in vita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis, *Ierem.* 31. c. Rachel plorans filios suos noluit consolari, quia non sunt.

c Omnes amici eius spreuerunt eam.] Hoc erit verum in persecutione Antichristi, quia multi qui priùs videbantur esse amici Ecclesiæ, desæuient apertè contra eam. *Psalm.* 77. Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli, id est, conuertentur.

e Et facti sunt] id est, fient ei inimici. *Zach.* 14. c. Sed & Iudas pugnabit aduersùs Ierusalem. Vel.

Moraliter, de anima. c Omnes amici eius,] i. qui videbantur. *Moraliter.*

d Spreuerunt eam,] in morte, bene de rebus curantes, & nihil de salute animæ. Vnde bene dicitur *Nahum. cap.* 3. b. homini infirmo, & morienti: Omnis qui viderit te resilit à te Vel.

e Omnes amici] id est, affectus prauæ delectationis, quos priùs habuit infœlix anima in morte fiunt inimici, multipliciter eam vexando: quia eos in vita non reliquit. Vel amicos vocat hic omnia temporalia, quæ homines mundani supra Deum dilexerunt, & eleemosynæ quæ eis in peccatis existentibus seruierunt. Hæc omnia fient inimicis in die iudicij. *Sapient.* 5. d. Accipiet armaturam zelus eis, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Vel de nouiter conuerso exponitur: Quem nullus ex eis, qui videbantur ei chari esse in sæculo consolatur, quando se posuit in seruitio diuino nisi forte in consolatione onerosa. Vnde *Iob.* 16. a. Consolatores onerosi omnes vos estis. Et tunc.

c Omnes amici eius] temporales.

d Spreuerunt eam,] id est, Religiosum vocantes eum stultum, & non sani capitis. Sed ipsi contemptores aliquando contemnuntur. *Isaia cap.* 33 a. Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris. Immò proculdubio: quia post pauca sequitur: Cum fatigatus desieris contemnere contemneris. Et tunc se stultos cum dolore vocabunt, qui alios stultos vocabant prius. *Sapient. cap.* 15. a. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam. Vnde & talibus dicit Apostolus, *Galat. cap.* 13. a. O insensati Galatæ, qui vos fascinauit.

e Et facti sunt ei inimici,] quia volunt sæpius extrahere eum de claustro, de seruitio Dei. *Michea* 7 b. Inimici hominis domestici eius. Sed respondendum est talibus, sicut quidam iuuenis nobilis respondit patri suo volenti eum extrahere de Regione: Pater faciam quod dicitis, si vnam consuetudinem malam quæ in terra vestra est auferatis, aliter non. Et quærente patre quæ esset illa consuetudo, promisit se non solum illam, sed alias ad nutum filij ablaturum. Tunc dixit iuuenis: Hæc est consuetudo, quòd æquè cito moritur ibi iuuenis sicut senex, si hanc potestis auferre, faciam, quod dicitis, aliter non. Et ad hoc verbum pater compunctus ædificatus recessit.

Migrauit Iudas.

a Migrauit Iudas b propter afflictionem & c multitudinē seruitutis. d Habitauit inter gentes e nec inuenit requiem. Omnes f persecutores eius g apprehēderunt eam h inter angustias. Daleth. i Viæ Sion lugent k eo quod non sint qui veniāt ad solēnitatē.

a Migrauit Iudas.] Huic clausulæ præponitur. Ghimel, quæ interpretatur plenitudo, quia pro plenitudine peccatorum captiuati sunt, & cum affligerentur de loco ad locum migrabant; sed ab omnibus angustiati nusquam requiem inueniebant. Et est hic decimus locus, per quem inopia, infirmitas, & sollicitudo monstratur. Vndè dicit. Migrauit Iudas, id est, duæ tribus de terra sua, vel de loco ad locum iam in captiuitate positus migrauit. b Propter afflictionem & multitudinem seruitutis] quam putabat euenire. d Habitauit inter gentes,] id est, gentiles. e Nec inuenit requiem,] quia omnes affligebant eum. Vel melius.

a Migrauit Iudas,] id est, multi de duabus tribubus fugerunt ad finitimas gentes, vt ibi laterent. b Propter afflictionem,] id est, exercitum affligentem.

c Et multitudinem seruitutis,] id est, eos in seruitutem redigentem. Vndè & sequitur. d Habitauit inter gentes,] id est, habitare voluit. e Nec inuenit requiem] quia fugientes comprehendebantur ab exercitu, vel quia ipsæ gentes cum fugerent interficiebant eos. *Isaia* 16. a Absconde fugientes, & vagos ne prodas, habitabunt apud te profugi mei, Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris. f Omnes persecutores eius,] id est, Chaldæi vel Romani.

g Apprehenderunt eam;] quasi fugitiuam de vno loco ad alium propter crudelitatem dominorum, vel propter imminentem exercitum. Et hoc.

h Inter angustias,] fugæ scilicet, & afflictionem, quia apprehensos crudeliùs afflixerunt. Vel de gentibus vicinis, quæ fugientes ad se, apprehenderunt inter angustias timoris de exercitu veniente & magis angustiauerunt, quia eos interfecerunt. *Amos* 1. c. Eo quòd concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum.

i Viæ Sion] Huic clausulæ præponitur. Daleth, quæ interpretatur tabulatum, & benè, quia hic plangitur domus illa quæ fuerat in tabulis cedrinis constructa. Et est hic octauus locus conquestionis, per quem dicitur factum quod non oportuit, & non factum quod oportuit; Vndè dicit. Viæ Sion lugent redactæ in solitudinem, luctum euntibus per eas excitant, & sic est metaphora.

k Eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem.]

▲ *Osea* 9. a.

A a Migrauit Iudas,] id est, consitens de virtutibus ad vitia, de cœlestibus ad caduca, de spiritualibus ad carnalia, de malis ad deteriora, & tandem de mundo descendet ad Infernum, nunquam tamen resurrecturus. Et quare hæc omnia?

b Propter afflictionem & multitudinem seruitutis,] id est, propter duram pœnitentiam & mulctam impositam ei. *Matth. capit.* 23. a. Alligant onera grauia, & importabilia imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt mouere ea.

d Habitauit inter gentes,] id est, vitia quæ significata sunt per septem gentes quas Dominus de terra promissionis eiecit. *Deut.* 7. a. Prima gens siue populus, fuit Gergezeus, qui interpretatur colonum eiiciens, & significat superbiam, quæ primum colonum de Paradiso eiecit. *Isa.* 14. a. Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer? Secundus Amorrhæus, qui interpretatur amaricans, vel loquax, & significat inuidiam. Inuidus enim semper amara loquitur de eo cui inuidet vt detrahat et Tertius Eueus, qui interpretatur colligens lapides, & significat iram. De his duobus dicitur *Iob* 4. a. Virum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. Quartus Eueus, qui interpretatur stupor, & significat acediam, quæ edile dentes animæ stupidos ad spiritualem cibum. *Psalm.* 106. Omnem escam abominata est anima eorum. Quintus Chananæus, qui interpretatur possessor, & significat auaritiam. *Iac.* 5. a. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris quæ aduenient vobis Sextus Iebusæus, qui interpretatur præsepe eorum, & significat gulam Septimus Pherezæus, qui interpretatur dissen inans, & significat luxuriam. Habitabit ergo inter gentes, id est, vitia prædicta. *Baruch.* 3. b. Quid est Israel quod in terra inimicorum es? *Osea* 8. c. Ephraim factus est in nationibus quasi vas immundum.

e Nec inuenit requiem,] quia labor magnus est seruire peccato. *Ierem.* 9. b. Vt inique agerent laborauerunt. *Ierem.* 16. c. Seruietis diis alienis qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. *Eccles.* 21. b. Via peccantium complantata est lapidibus, & in finem illorum Inferi tenebræ & pœnæ B. Hæc autem huic sententiæ præponitur Ghimel, quod interpretatur plenitudo, quia ex plenitudine diuitiarum est quòd multi de virtutibus migrāt ad vitia. *Psal.* 72. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. *Ezech.* 16. f. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia, saturitas panis, & abundantia & otium. Vel sic.

a Migrauit Iudas.] id est, claustralis ad sæculum.

b Propter afflictionem, & multitudinem seruitutis] Abbatum & Priorum. Plerumque enim molestant bonos, quos magis seruare debuerant. *Eccles.* 33. d. Si seruus sit tibi fidelis, quasi animam tuam serua illum. Et 3 *Reg.* 20. g. Serua mihi virum illum, dicit Deus, Prælato, quia si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. *Aliter.*

d Habitauit inter gentes,] laicos, scilicet.

e Nec inuenit requiem.] *Isa.* 57. d. Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, quia conscientia semper affligit & mordet.

f Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.] Persecutores sunt caro, Mundus, Dæmones. De primo *Rom.* 7. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ *Galat.* 5. c. Caro concupiscit aduersùs spiritum; Hic est Esau, qui persequebatur Iacob. Item Mundus persequitur, quem si præcucurreris non effugies, si secutus fueris non apprehendes *Ecclesiast.* 11. b. Hic est Laban persequens Iacob a posteriori. *Genes.* 31. c. Item Dæmones. Vndè *Eccles.* 27. b. Leo venationi insidiatur, sic peccata operantibus iniquitatem. *Psalm.* 9. Insidiatur in abscondito quasi Leo.

h Inter angustias.] est homo peccator maximè in morte, quia nec ad dexteram potest transire, id est, ad vitam æternam, nec in sinistra potest remanere, id est, in vita præsenti. De quibus vtrisque dicitur *Prou.* 3. c. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria.

Allegoricè exponitur hoc de Ecclesia, quæ à pristina libertate egressa, scilicet, à paupertate, in seruitutem gentium & afflictionem vitiorum migrauit, quando temporalia multiplicare incœpit. Vnde & multæ gentes hodie sunt in Ecclesia, id est, multi gentiliter viuentes, qui non dant ei requiem *Psalm.* 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt Templum sanctum tuum. *Allegor.*

i Viæ Sion lugent.] Huic sententiæ præscribitur. Daleth, quod interpretatur tabulatum, quia Ecclesia ex tabulis cedrinis, id est, imputribilibus debet construi, id est, viris sanctis & religiosis. Sed quia ita non est, deplorat Ieremias dicens. Viæ Sion lugent, id est. Prælati qui debent esse Sion, qui in speculo sacræ Scripturæ debent quid aliis enuncient, speculari. Sed quia non faciunt, in futuro lugebunt. *Isa.* 33. b. Angeli pacis amarè flebunt. Notandum est autem quòd Prælati debent subditis tria, temporale subsidium, prædicationis verbum, & boni operis exemplum. Vndè Petro ter dictum est. *Ioann. vlt.* e. Pasce pasce. Secundum hæc tria, tripliciter vocatur hic Prælatos. Debet enim esse via quantùm ad infirmos & pauperes, quos debet confortare & temporalia subsidio sustentare. Item porta, quoad prædicationis officium, per quam patet ingressus in cœlum. Item Sacerdos, quasi sacer dux. Debet enim exemplo boni operis viam demonstrare aliis. Hæc ergo debet esse causa potissima luctus Prælati. *Prælati debent subditis tria.*

k Eo quòd non sint qui veniant ad solemnitatem,] curiæ cœlestis, sed omnes descendunt ad luctum Inferni, ambulantes per viam Ægypti, id est, peccati *Ierem.* 2. d. Quid tibi vis in via Ægypti vt bibas aquam turbidam? *Isaia* 33. d. Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ. In solemnitate solent esse tria. ornatus vestimentorum, multitudo ciborum, & copia luminum. Hæc omnia erunt in Paradiso. De primo. *Apocal.* 3. a. Ambulabunt mecum in albis. De secundo. *Luc.* 22. c. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus Regnum, vt edatis & bibatis

Moraliter. i Viæ Sion lugent,] id est, virtutes animæ depopulatæ sunt. *Prouerbiorum tertio*. c. Viæ eius viæ pulchræ k Eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem,] interiorem mentis. *Psalm.* 117. Constituite diem solem- *Moral.*

nem in

▲ *Osea* 9. a. Quid facietis in die solemni festiuitatis Domini? Ecce enim profecti sunt à vastitate, Ægyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos, *Isa*.33. b. Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam.

a Omnes portæ eius] Templi scilicet, vel ciuitatis.

a Omnes portæ eius b destructæ, c Sacerdotes eius gemẽtes, d Virgines eius e squalidæ, f & ipsa g oppressa amaritudine. He h Facti sunt hostes eius in i capite, inimici k eius l locupletati sunt,

b Destructæ sunt] & columnæ eius in Babylonem asportatæ. 4. *Reg.* vlt. c. Sicut *Ps*.73. prædixerat: Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum. Et *Isa*.3. d. Mœrebunt atque lugebũt portæ eius. Et *Ierem.* 14. a. Portæ eius corruerunt, & obscuratæ sunt.

c Sacerdotes eius gementes] quia à cultu, & seruitio Templi, & honore suo amoti sunt. Sicut cuidam eorum prædixerat Dominus. *Isa*.22. c. Asportari te faciam, sicut asportatur gallus gallinacius. *Ioël* 1. b. Luxerunt Sacerdotes ministri Domini.

d Virgines eius squalidæ,] id est, immunditiis, & sordibus plenæ. Gallicè fuigets.

f Et ipsa] Sion vniuersaliter.

g Oppressa amaritudine] captiuitatis, & doloris.

h Facti sunt hostes.] Huic clausulæ præponitur. He, quæ interpretatur ista, quod est pronomen demonstratiuum: quia demonstratiuè ad oculum super eos venerunt tunc, & viderunt quæ comminatus eis fuerat Dominus. *Deut*.28. ferè per totum: Aduena qui tecum moratur in terra, ipse ascendet super te, eritque sublimior, ipse erit in caput, tu verò in caudam. Et est hic octauus conquestionis locus, sicut præcedens. Vndè dicit: Facti sunt hostes eius in capite, id est, habent principatum, & dominium super eam.

k Inimici eius,] id est, Iudææ. l Locupletati sunt.] Sicut legitur, 4. *Reg*. 24. c. quòd Nabuchodonosor accepit thesauros domus Domini, & thesauros domus Regiæ & concidit vniuersa vasa aurea, quæ fecerat Salomon Rex ▲ Israel in Templo

▲ Vt edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo. De tertio. *Sap*.3. b. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Item erit ibi duplex festum, quando duo simul cantabunt laudes, scilicet corpus, & anima. *Psal*.83. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Multi ad hanc solemnitatem non veniunt: quia non ducuntur à suis ducibus, immo potius excluduntur, & ire non permittuntur propter malum exemplum ducum, scilicet Prælatorum. Vndè *Osea* 6. d. Particeps Sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem, supple ad solemnitatem in Ierusalem. Sequitur enim ad litteram de Sacerdotibus vitulorum Ieroboam, qui prohibebant populum ire ad solemnitatem in Ierusalem, & euntes in insidiis occidebant. Hoc hodie adhuc faciunt multi saltem malo exemplo. *Matth*.23. b. Vos enim non intratis, nec alios introeuntes sinitis intrare. Et sicut pauci veniunt ad solemnitatem æternam, sic multi è conuerso veniunt ad solemnitatem mundanam: Sed tamen sicut bubo ad Ecclesiam, scilicet vt libat oleum, sic multi vt habeant distributionem vel solidum. 1. *Tim*.6. b. Existimantes quæstum esse pietatem. Et isti sunt filij Agar, qui de vigilia faciunt solemnitatem, id est, prosperitate mundana. Agar enim interpretatur solemnitas vigiliarum, sed postea in futuro multum durè ieiunabunt: Non dico in pane, & aqua, immò & sine pane, & sine aqua, *Luc*.16. g. Diues Epulo guttam aquæ non potuit habere.

a Omnes portæ eius,] id est, Prælati, per quos debent intrare subditi. *Psal*.117. Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam. Non dicit peccatores: quia tales debent esse Prælati, quod etiam iustis sint exemplum vitæ. Hæ inquam portæ.

b Destructæ] sunt, & de portis vitæ factæ sunt portæ mortis. *Ierem*.14. a. Portæ eius corruerunt.

c Sacerdotes eius gementes] vtinam pro peccatis. *Isa*. 59. b. Quasi columbæ meditantes gememus. Sed gemunt præ magnitudine curarum, & sollicitudine diuitiarum, quæ suffocant semen, id est, verbum Dei. *Luc*. 8. b. Vndè *Iob* 26. b. Gigantes gemunt sub aquis. Non enim sunt Petrus, qui super aquas ambulauit.

d Virgines eius,] id est, mundi, casti à corruptione peccati. 2. *Cor* 11. a. Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.

e Squalidæ,] id est, squalore vitiorum sordidatæ. *Matt*. 25. a. Fatuæ autem virgines acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum, id est, nitorem conscientiæ in suis vasis non habuerunt, id est, in cordibus.

f Et ipsa] Ecclesia generaliter.

g Oppressa amaritudine.] *Isa. cap*.38. d. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Quod beatus *Bern.* exponit dicens: Serpit hodie pudibunda tabes Clericorum per omne corpus Ecclesiæ. Nam officio ministri sunt Christi, sed seruiunt Antichristo, honorati incedunt de bonis Ecclesiæ Domini, cui honorem non deferunt. In eis itaque est meretricius nitor, histrionicus habitus, Regius apparatus. Inde aurum in frænis, in sellis, in calcaribus. Plus fulgent calcaria, quam eorum altaria. Inde mensæ splendidæ, vt cibus & scyphi. Inde comessationes, & *Isa*.38.d.
ebrietates, inde cithara, & lyra, & tibia, inde redundantia torcularia, promptuaria plena ex hoc in illud, inde dolia pigmentaria, inde referta marsupia. De his olim a Domino prædicta est sententia, & nunc tempus aduenit: Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Amara fuit afflictio Ecclesiæ in nece Martyrum. Amarior postea in conflictu hæreticorum. Amarissima nunc in moribus Clericorum. Et ideò dicitur *Isa*.1. a. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.

* nem in condensis vsque ad cornu altaris.

a Omnes portæ eius destructæ,] id est, quinque sensus. *Nahum* 2. d. Portæ fluuiorum apertæ sunt, id est, aditus tentationum. Vndè *Ierem*.9. f. Mors intrauit per fenestras vestras.

c Sacerdotes eius gementes,] id est, ratio quæ debet gemere, quia est per peccatum obfuscata.

d Virgines eius,] id est, homines per castam integri intentionem.

e Squalidæ] per gloriam inanem. *Iob* 30. a. Squalentes calamitate, & miseria. Et hodie virgines sunt squalidæ meretrices. *Isa*.57. b. Ornasti te Regio vnguento. *Prou*.7. b. Ornatu meretricio præparata.

f Et ipsa] anima.

g Oppressæ amaritudine,] id est, peccatis, quæ opprimunt tanquam graue pondus *Hebr*. 12. a. Deponentes omne pondus, circumstans nos peccatum. *Osea* 12. d. Ad iracundiam me prouocauit in amaritudinibus suis.

h Facti sunt hostes eius,] id est, Ecclesiæ.

i In capite,] id est, in capita. Vel, In capite, id est, in illa Ecclesia quæ est aliarum caput. Vel, In capite, quia ipsi Prælati sunt hostes Ecclesiæ. *Ierem*. 5. b. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: Ipsi enim cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui, & ecce hi magis simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. *Isaia* 1. f. Principes tui infideles socij furum. Super hoc verbo dicit beatus *Bernardus*. Primi parentes prius fuerunt proditores, quam parentes, propter quod inimici locupletati sunt: quia totum genus humanum per hoc Dæmonibus est subiectum. Item, Facti sunt hostes eius in capite, id est, contra caput. Prælatis enim maximè insidiantur Dæmones: quia his captis quasi securi sunt de subditis. Vndè Rex Syriæ dixit Principibus suis: Non pugnabitis contra maiorem, vel minorem quempiam, nisi contra Regem Israel solum, 3. *Reg. cap. vlt*. c. Vndè legitur, 1. *Regum. vlt*. c. quod Philistijm caput Saul præcisum miserunt per totam terram, quasi præ gaudio, sic Dæmones de casu Prælatorum gaudent: quia per hoc se sperant habere gregem. *Zachar. cap*.13. d. Percute pastorem, & dispergentur oues gregis. *Iob* 24. a. Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouem viduæ, id est, Prælatum. Et ideo.

k Inimici eius locupletati sunt:] quia metunt Dæmones, & Dominus spicat, vindemiant & Dominus grauat. *Michea cap*.7. a. Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendũ. *Isa*.24. c. Quomodo si paucæ oliuæ quæ remanserunt excutiãtur ex olea, & racemi cum fuerit finita vin‑ ▲ demia, hi leuabunt

Moraliter. *Moral.*

h Facti sunt hostes eius in capite.] Caput animæ est mens. Tunc ergo fiunt hostes in capite, quando corrumpunt intentionem, & excæcant rationem. Et tunc Dæmones qui sunt inimici nostri locupletantur, quando aurum sapientiæ, & argentum eloquentiæ faciunt in vsus prauos conuerti. *Osea* 2. b. Argentum multiplicaui eis & aurum, quæ fecerunt Baal. Triplices enim insidia‑ *, cur nobis

A Israël in templo Domini. *a* Quia,] id est, sicut. Simile. *Ioan.* 12. f. Non poterant credere: quia, id est, sicut dixit. *Isa.* 6. c. Excæcauit oculos eorum, & indurauit corda eorum, vt non viderent.

b Dominus locutus est super eam.] *Deut.* 28. c. Tradet te Dominus corruentem ante hostes tuos, & dispergeris per omnia Regna terræ: Filij tui, & filiæ tuæ tradentur alteri populo *Ezec.* 21. g Effundã super te indignationem meam, in igne furoris mei sufflabo in te, daboque te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum, igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis.

a quia Dominus *b* locutus est super eam *c* propter multitudinem iniquitatum eius, paruuli eius *d* ducti sunt in captiuitatem *e* ante faciem tribulantis. Vau. Et *f* egressus est à filia Sion, *g* omnis decor eius. *h* Facti sunt principes eius *i* velut arietes *k* non inuenientes pascua;

c Propter multitudinem iniquitatum eius, paruuli eius] quibus propter ætatem esset miserendum.

d ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis,] id est, Chaldæi populi. Et est hic octauus locus indignationis, qui factum non excusat, sed ignosci postulat. Loquitur enim de pueris, qui se defendere non poterant.

f Et egressus est à filia Sion.] Huic sententiæ præscribitur Vau, quod interpretatur, &c. Ac si dicat, præcedentibus malis etiam hæc accedunt: Quia, egressa est à filia Sion, id est, à ciuitate Ierusalem, cuius mater dicitur mons Sion. Quia sicut mater defendit filiam, sic mons Sion ciuitatem inferiorem custodiebat.

g Omnis decor eius.] Decor huius erat pulchritudo ædificiorum, quæ destructa fuerunt, & combusta, sicut legitur 4. *Regum. cap.* 25. c. Venit Nabuzardan Princeps exercitus Regis Babylonis in Ierusalem, & succendit Domum Domini, & domum Regis, & domos Ierusalem omnémque domum combussit. Est autem hic quintus locus conquestionis, per quem ante oculos singula ponimus incõmoda. *h* Facti sunt Principes eius velut arietes non inuenietes pascua.] Tũc enim arietes macilẽti A sunt, & debiles

A demia, hi leuabunt vocem suam. *a* Quia Dominus locutus est super eam, non dicit, in eà, nec ad eam, sed super eam: Aliquando enim Dominus in homine loquitur, aliquando ad hominem, aliquando super hominem. In homine loquitur, inspirando *Psal* 84. Audiam quid loquatur in me Dominus. Ad hominem consolando. *Osea* 2. c. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Super hominem comminando, vt hic. Et 1. *Reg.* 3. b. In die illa suscitabo aduersus Eli omnia quæ locutus sum super domum eius

c Propter multitudinem iniquitatum eius, paruuli eius,] id est. minores.

d ducti sunt in captiuitatem] peccati. *Ierem.* 50. a. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari. 3. *Reg.* 22. c. Vidit cunctum Israël dispersum in montibus quasi oues non habentes pastorem.

e Ante faciem tribulantis,] id est, Diaboli. *Ezech.* 23. d. Ipsi filios tuos, & filias tuas capient, & nouissimum tuum deuorabitur igni, cupiditatis & luxuriæ, qui nunquam dicit sufficit: *Prou.* 30. c. Vtraque enim cupiditas & rerum, & voluptatum est insatiabilis. Libido enim, id est, cupiditas, vt dicit Ieronymus, famem non satietatem parit.

Diabolus tripliciter nobis insidiatur. † tur nobis diabolus. In principio quando intentionem vitiat. In medio, quando in itinere supplantat. In fine quando illaqueat. De primo dicitur hic: Facti sunt hostes eius in capite.] De secundo *Psal* 141. In via qua ambulabam absconderunt superbi laqueum mihi. De tertio. *Gen.* 3. c. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Et *Psalm.* 55. Ipsi calcaneum meum obseruabunt. Contra hæc tria Dominus dedit nobis tria remedia: quia quando de quinque panibus pauit turbas. *Matth.* 14. b. & *Luc.* 9. b. & *Ioan.* 6. a. eleuauit oculos in cœlum pane accepto, in hoc docens nos vt intentionem eleuemus ad cœlestia. Item gratias egit, per hoc docens nos vt de omnibus agamus gratias Deo, & per hoc non supplantemur in via. Item tandem fugit in montem ne raperetur in Regem, in hoc docens nos vt fugiamus vanam gloriam, ne ab illa illaqueemur. Sequitur.

f Et egressus est à filia Sion,] id est, à Clericis.

g Omnis decor eius humilitas scilicet, & cæteræ virtutes, quæ decoram faciunt animam. *Isa* 3. c. Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & incedebant composito gradu, decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, id est, virtutibus priuabit, id est, priuari permittet: quia sicut capilli sunt ornamentum capitis, sic virtutes sunt animæ decor, & species.

Moraliter. *Moral.*

f Egressus est à filia Sion omnis decor eius,] id est, pœnitentia, de qua dicit *Psalm.* 95. Confessio: Ecce pœnitentia, vnde decor prouenit, & hoc est quod sequitur, & pulchritudo in conspectu eius. Decor iste egressus est non ablatus. Auferre enim violentiæ est, sed egredi voluntatis, & nemo potest animæ suum decorem auferre, nisi ex propria ipsius voluntate. Vndè *Ioan.* 10. e. Et non rapiet eas quisquam de manu mea. Verum est, nisi sponte ceciderint. Egreditur autem hic decor, quando Principes eius, id est, animæ, scilicet, motus rationis, amisso decore castitatis non inueniunt pinguedinem internæ charitatis, sed absque fortitudine virtutum vagantur mobiliter ante faciem captiuantis, id est, diaboli. Vel de religiosis sic.

f Egressus est à filia Sion,] id est, à religiosis. *g* Omnis decor eius.] Qui in quatuor consistit. In fratrum multitudine, in bonorum operum fœcunditate, & maximè hospitalitatis in disciplina ordinis, in odore bonæ opinionis, vel deuotione orationis. De his quatuor dicitur *Num.* 24. a Quam pulchra tabernacula tua Iacob & tentoria tua Israel! Hic est laus religionis, & per hoc innuitur quòd actio non debet destruere contemplationem, sed vtrumque debet esse in religione, & Martha quæ sit sollicita circa frequens ministerium, & Maria quæ sedens secus pedes Domini audiat verbum ipsius. Et subdit quatuor pulchritudines. Vt valles nemorosæ. Ecce fratrum multitudo, valdè enim est indecens, vt monasterium quod solebat habere numerosum & nemorosum conuentum, redigatur ad paucitatem fratrum, & hoc fit totà die propter debita & dissipationem bonorum. Vndè *Mich* 1. d. Decaluare & tondere super filios deliciarum tuarum, id est, quia amisisti filios tuos qui erant tuæ deliciæ, dilata caluitium tuum sicut Aquila, quoniam captiui ducti sunt ex te, id est, ostende te dilatatam, quæ eràs prius Aquila volans ad cœlestia per contemplationem. Sequitur in *Num.* secundus decor. Vt horti iuxta fluuios irrigui, in hoc notatur fœcunditas bonorum operum, quia sicut horti iuxta fluuios sunt fœcundi fructibus, sic religiosi in bonis operibus. Et hi fructus maximè apparent in hospitalitate. Abbates enim & alij non sunt nisi custodes hortorum Domini. *Canticor.* 5. a. Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructus pomorum suorum. Sequitur in *Numer. tertius* decor, cum dicit. Vt tabernacula quæ fixit Dominus. Hæc tabernacula sunt astra cœli, quæ maximè sunt ordinata, nec à suo cursu deficientia, & in hoc notatur disciplina Ordinis, quæ maximè ordinatè debet fieri & seruari, vt sint fratres ordinati sicut astra cœli, in omnibus moribus suis, & in proposito bono fixi. *Cantic.* 6. d. Terribilis vt castrorum acies ordinata. *Iudic.* 5. c. Stellæ manentes in ordine suo pugnauerunt. Sequitur quartus decor, cum dicit. Quasi Cedri prope aquas, in hoc notatur odor bonæ opinionis, vel deuotio orationis. Cedrus enim est arbor odorifera, & eius odor interficit serpentes: sic religiosi olim merito orationis & odore bonæ opinionis, serpentes, id est, Dæmones expellebant, discordes pacificabant, morbidos sanabant, modo ferè totus odor iste transijt. Vndè *Iob* 9. d. Dies mei transierunt sicut naues poma portantes. Vndè.

h Facti sunt Principes eius,] id est, Prælati Ecclesiæ, vel religionis.

i Velut arietes,] quia duobus cornibus scilicet scientia & vita, vel vtriusque Testamenti doctrina deberent aduersarios ventilare. Vndè *Gregor.* in pastorali, cap. 6. Sit prælatus benè agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ sit erectus *Isa.* 60. b. Arietes Nabaioth ministrabunt tibi. Nabaioth interpretatur sedens, vel excludens, vel requiescens, aut conspicuus responsione. Et hæc omnia benè conueniunt Christo, qui & sedet ad dexteram Patris, & peccatores excludit, & in bonis requiescit, & Deo Patri respondet pro nobis, cum suorum vulnerum cicatrices ei repræsentat & ostendit.

k Non inueniẽtes pascua,] gregi, sed sibi. Vel. Non inuenientes pascua, animarũ etsi corporũ. De quibus *Ioan.* 10. b. Et pascua inueniet. Hoc dicitur de illo qui per Christũ A introductus est

a sunt, & debiles, sic Principes Ierusalem non poterant se defendere,& dissolutis viribus fugam meditantes. Vndè sequitur.

a Et abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis,] id est,populi Chaldæi, vel Romam.

b Recordata est, &c.] Huic sententiæ præscribitur, [Zai,] quod interpretatur hæc: quia hæc est visio diuina, vt de bonis perditis doleat memor suæ præuaricationis,& quæ ad Dominum noluit conuerti in Babylone captiuata, in derisum verteretur.

& a abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Zai. b Recordata est Ierusalem c dierum afflictionis suæ, & d præuaricationis, omnium e desiderabilium suorum quæ f habuerat à diebus antiquis, cum g caderet populus eius in h manu hostili, i & nõ esset auxiliator,

Et est primus locus conquestionis, per quem bona in quibus fuimus commemoramus, & mala in quibus nunc sumus. Dicit ergo: Recordata est Ierusalem. Continens pro contento.

c Dierum afflictionis suæ] quibus multotiens eam afflixerat particulariter Dominus vt reuerteretur ad ipsum. Vndè quia noluit, vniuersaliter est percussa.

d Et præuaricationis] suæ, id est, transgressionis legis, à qua noluit propter malam consuetudinem suam reuerti. Vndè *Ierem* 17 a. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino.

e Omnium desiderabilium suorum,] id est, bonorum quæ Dominus contulit ei. Forsitan mulierum in quibus multum delectabantur. Vndè *Ezech.*24. d. Ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum. Et loquitur de vxore eius quæ mortua est vesperè. Vel desiderabilia vocat cultum, & ritum sacrificiorum. Vndè *Ibid.* f. Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri, & desiderabile oculorum vestrorum.

f Quæ habuerat à diebus antiquis,] id est, & in Ægypto, & in deserto, & in terra promissionis. Et loquitur de beneficiis, vel de vxoribus. Vel, A diebus antiquis,id est tempore Salomonis, sub quo Templum factum est, vel loquitur de Templo. Vel, A diebus antiquis, id est, à diebus Moysi, sub quo ritus sacrificiorum incœpit. Recordata dico, sed serò: quia tunc.

g Cum caderet populus eius in manu hostili,] id est, Chaldæorum. i Et non esset auxiliator,] amisso auxilio Domini

A introductus est in Prælationem. Per me inquit si quis introierit ingredietur ad contemplationem, & egredietur ad actionem, & pascua inueniet in Scripturis,scil. diuinam consolationem. Qui ergo oues suas non pascit, patet quòd per Christum non intrauit.

a Et abierunt absque fortitudine ante faciem sequentis,] id est, diaboli, sicut grex ducitur ante faciem pastoris. Ipsi tamen deberent esse fortes, vtpotè qui custodiunt lectum Salomonis, id est, Ecclesiam, vel Claustrum. *Cant.3.* c. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Sexaginta dicit, quia ipsi debent esse fortes, & perfecti: quia per senarium perfectio designatur. Omnes tenentes gladios, qui sunt duo, scilicet gladius orationis, de quo *Psalm.56.* Lingua eorum gladius acutus. Item gladius Prædicationis. Vndè *Luc.*22 d. Ecce gladij duo hic, s. prædicatio vtriusque Testamenti. Et *Ephes.6.* e. Et gladium spiritus quod est verbum Dei. Et ad bella doctissimi. Duo ergo notantur in hac auctoritate, quæ iuuant fortitudinem, scilicet copia armorum cùm dicit· Omnes tenentes gladios. Et scientia præliandi, cum dicit: Et ad bella doctissimi. Abierunt, ergo voluntariè cum deberent & possent resistere si vellent. *Iac* 4. b. Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Et quia ita de facili captiuantur Prælati, conqueritur Dominus. *Ezech.*13. a. Non ascendistis ex aduerso, nec opposuistis vos murum pro domo Israel,vt staretis in prælio in die Domini.

Anima siue Ecclesia tripliciter debet gemere.

b Recordata est Ierusalem, &c.] Anima siue Ecclesia tripliciter debet gemere. Vndè *Ierem.* in quadam *Gloss.* super Mat. Ternum luctum implet qui consolationem futuram expectat. Gemit enim pro incolatu huius miseriæ, & tunc recordatur dierum afflictionis suæ. Vndè *Genes.*3. b. Adam vbi es? Et sic respondet per *Psal.*37. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. *Iob* 17. a. In amaritudinibus moratur oculus meus. Item gemit pro peccatis proprijs, vel alienis. Vndè tunc recordatur, præuaricationis. *Eccles.*18.c. Memento paupertatis in die abundantiæ, & necessitatem paupertatis in die diuitiarum. Item *eiusdem* 11. d. In die malorum ne immemor sis bonorum, & in die bonorum ne immemor sis malorum, quoniam facilè est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas. Huius autem præuaricationis, vel peccati recordatur anima iusti, vt tribulationem si quam habet patienter sustineat. *Ierem.*10. e Hæc est infirmitas mea, portabo illam. Item vt vitet superbiam. *Mich.*7. b. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum. Item gemit pro desiderio cœlestis patriæ, & tunc recordatur, omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis,] id est, cum esset in Paradiso terrestri. *Deut.*32. a. Memento dierum antiquorum. Vel, desiderabilium, id est, consolationum, quas in sua nouitate habuit. Et loquitur in persona Religiosi, qui in suo nouitiatu sensit, & saporauit dulcedinem, sed postmodum quasi iam factus fortior, vt cui non lacte opus sit, sed solido cibo, videt se expositum tribulationibus, & afflictionibus cordis, & tunc quasi cogitur dicere illud *Iob* 29. a. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos,id est, in tempore nouiciatus mei, secundum dies quibus Dominus custodiebat me, sub vmbra manus suæ, sub scuto bonæ voluntatis recipiens pro me ictus tentationis, quando splendebat lucerna eius super caput meum, id est, quando mens mea eius cogitatione illuminata erat & amore, & ad lumen eius ambulabam in tenebris, nihil timens de his quæ mihi possent euenire, vel quæ mihi possent præcipi, vel mandari. Vel, desiderabilium, id est, gaudiorum æternorum quæ habuerat per spem, quia *Rom.*8. e. Spe salui facti sumus. De his *Psal.*37. Domine ante te omne desiderium meum. Primorum duorum recordatur anima, vt quia amisit doleat. *Apocal.*2. b. Memor esto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Item tertiorum scilicet gaudiorum æternorum recordatur vt desideret, & appetat. *Psalm.*20. Desiderium animæ eius tribuisti ei, & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Sed quia multi tardè huiusmodi recordantur, vnde frequenter eis non proficit, propter hoc subiungit.

g Cum caderet,] q.d. serò facit hoc: quia tunc, cum caderet populus eius,] id est, diuersæ personæ Ecclesiæ.

h In manu hostili.] Alij scilicet in manu luxuriæ, alij gulæ, alij auaritiæ, & sic de cæteris peccatis. 1. *Reg.*17.e. Ipse me eripiet de manibus inimicorum meorum. *Ier.*25. a. Cadetis quasi vasa preciosa: De quibus quando franguntur, magnum damnum est, & tamen aliquando melius reparantur? quia *Rom.*8. e. Omnia cooperantur in bonum his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Vndè de vno vase confracto quod ceciderat, cantat Ecclesia, scilicet de Maria Magdalena:

De vaso contumelia translata in vas gratia.

Vel in die iudicij populus animæ malorum cadet in manu hostili, id est, potestate diaboli, quando nulla cogitatio inuenietur quæ sit digna remunerari. Populus animæ, sunt cogitationes. *Isaia cap. vltim.* f. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum venio, vt congregem cum omnibus gentibus, & linguis. Et tunc mali recordabuntur malorum quæ fecerunt, & potuissent euasisse, & bonorum quæ non fecerunt, & potuissent fecisse, & gaudiorum quæ amiserunt quæ potuissent acquisisse. *Sap.*5. b. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Vel hoc exponitur secundùm regulam Ticonij, quia cum mali caderent in manus hostium, boni recordabantur beneficiorum Dei. *Prou.*19. b. Mulctato pestilente sapientior erit paruulus. Et habetur similis expositio in *Psalm.*77. Cùm occideret eos, id est, malos, quærebant eum boni, scilicet, quia multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt. Et illud:

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum.

i Et] talium, non esset, id est, non erit auxiliator, quia nec Deus liberabit, nec sanctus aliquis pro eis orabit in die iudicij. *Psalm.*48. Frater, id est, Christus, non redimet, id est, non liberabit, redimet homo, id est, sanctus orabit pro ipsis? Non. Vndè eis dicitur insultando *Iob quinto.*a. Voca ergo si est qui tibi respondeat, & in aliquem Sanctorum conuertere. *Eccl. vlt.* b. Circumdederunt me vndique, scil. Dæmones. Et hoc est verum in morte. Et non erat qui adiuuaret in aduersitate: quia omnes contempserat in prosperitate. *Gregorius*. Illa vox Deum in aduersitate non inuenit, quem in prosperitate contempsit. Sed quid? Dicat hoc. 1. *Machab.*2. a. Trucidati sunt senes

A dati sunt senes

a xilio Domini propter sua peccata. Et tunc,

a Viderunt eam hostes] Chaldæi, scilicet, vel Romani.

b Et deriserunt sabbata eius] sicut nos hodie deridemus eos. Et est hic, tertiusdecimus locus indignationis: quia cum iniuria, contumelia iuncta est, cum dicit, [viderunt, &c.]

a Viderunt eam hostes, & b deriserunt sabbata eius. Heth. c Peccatum peccauit Ierusalem, d propterea instabilis facta est.

c Peccatum peccauit.] Huic sententiæ præponitur, [Heth] quæ interpretatur vita, quasi dicat, ad hoc recitatur eius peccatum, vt doleat, & conuertatur, & viuat. *Ezech.* 18. g. Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat. Et est hic color Rhetoricus qui dicitur concessio, vel magis confessio: quia non peccatum excusat, sed vt ignoscatur postulat. Dicit ergo.

Ezech. 33. c. c Peccatum peccauit Ierusalem.] Ecce ratio derisionis, scilicet, consuetudo peccandi. Geminatione enim notatur iteratio peccati, & sic voluntas peccandi, & actus, quæ sunt causa abiectionis, & vilitatis animæ. Vndè *Ierem.* 2. g. Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas! [Peccatum] dicit, vt peccatum idololatriæ innuat: Sicut *Ioan.* 15. d. Si non venissem & locutus eis fuissem, peccatum non haberent.

d Propterea instabilis facta est,] migrans de terra sua in chaldæam.

A dati sunt senes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio.

a Viderunt eam hostes,] id est, animam peccatricem Dæmones.

b Et deriserunt sabbata eius,] id est, bonum opus, si aliquando facit, vel quia opus non absconditur per intentionem occultam, sed ostentatur per vanam gloriam, & à Dæmonibus videtur propter hoc ab eis irridetur. *Abacuc.* 1. c. Et tyranni ridiculi eius erunt. Nec solum derident, imò & improperant ei, quod cecidit homo. Vndè 1. *Reg.* 17. b. dicitur de Golia: Ego exprobraui hodie agminibus Israel. Hæc autem irrisio consistit in multis. Primò, quia gaudent suo modo de casu hominis. *Psalm.* 12. Exultabunt si motus fuero. Item faciunt inde quasi festum solemne, sicut Rex qui habuit triumphum. Vndè *Iudic.* 16. f. legitur, quòd Philistæi capto Samsone conuenerunt in vnum, vt immolarent hostias Deo suo. Item captum ostendunt aliis in exemplum. Vndè 1. *Regum. vltim.* c. Philistæi caput Saul Regis Israel per suas ciuitates fecerunt portari, & ostendi omnibus quasi dicat, sic faciemus de omnibus inimicis nostris. Item inde se iactat diabolus. *Isaia* 10. c. In fortitudine manus meæ ego feci. Item per hoc alius comminatur. *Isaia* 10. g. Agitabit manum suam super montem Sion, & collem Ierusalem. Item propter hoc fiunt atrociores. *Gregorius.* Quanto magis homo ei se subiicit, tanto magis insolerabilem eum sibi reddit. Vel de Ecclesia.

Dæmones irrident hominem in casu suo.

Aliter. a Viderunt eam hostes,] id est, Dæmones eam circumdederunt, vt vel saltem multitudine, si aliter non possint eam deuincant. *Psalm.* 3. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me?

b Et deriserunt sabbata eius] quia in festiuitatibus maximè peccata procurantur, & fiunt. Vndè *Augustinus* in libro Confessionum. Ausus sum in celebritate solemnitatum tuarum intra parietes Ecclesiæ tuæ concupiscere & agere negotium procurandi fructus mortis. Item tunc præcipuè gulæ, & luxuriæ vacant homines, cum magis deberent ab omnibus peccatis abstinere. Vndè *Isaia* 1. d. Calendas vestras, & solemnitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. Item sabbata Religiosorum deridet diabolus, qui ab exterioribus operibus vacant, sed in occulto diuitias congregant, & proprietates cumulare non cessant. Item sabbata hypocritarum deridet diabolus, qui exteriùs vacant à malo opere, sed interiùs ardent mala cupiditate. 1. *Machab.* 1. c. Sabbata eius in opprobrium.

e Peccatum peccauit Ierusalem,] id est, anima.

d Propterea instabilis facta est.] Peccatum enim mox suo pondere ad aliud trahit. *Psalm.* 41. Abyssus Abyssum inuocat. Per peccatum antonomasticè potest intelligi peccatum infidelitatis. De quo *Ioan.* 16 b. Ille arguet mundum de peccato, infidelitatis, dicit *Gloss.* Quo retento omnia tenentur, quo absento omnia dimittuntur, vt dicit hic *Gloss.* & super *Ioan.* Et hoc dicitur: quia infidelitas fidem destruit quæ est fundamentum omnium virtutum. *Abacuc* 2. a. Qui incredulus est, non erit recta anima eius semetipso. Hoc verbum etiam dici potest illis qui causa cupiditatis, vel honoris, præbendas mutant, vel parochias, vel Abbatias: Quibus dicit *Eccl.* 11. c. Sta in testamento tuo. *Ecclesiast.* 10. a. Si spiritus potestatem habentis, id est, dignitas aliqua in qua maior sit potestas, ascenderit super te, id est, vt ibi eligaris, vel vocetis, tamen locum tuum ne dimiseris. Vel.

e Peccatum peccauit Ierusalem,] id est, religiosus qui debet in continua pace esse. Et dicit: [Peccatum peccauit] ad innuendum quòd magis peccat Religiosus in eodem genere peccati, seruatis eisdem circumstantiis quam non Religiosus. Vndè *Ierem.* 24. b. Quid tu vides Ieremia? Et dixit: Ficus bonas, bonas valdè, & ficus malas, malas valdè. Vndè peccatum antonomasticè accipitur hic auaritia Religiosi, vel proprietatis amor. Et hoc dicitur, quia quinque mala facit. primum est, quia qui talis est, promissum, vel pactum quod cum Deo pepigit cum iurauit non tenet. *Psalm.* 77. Auerterunt se, & non seruauerunt pactum. Vnde *Ezech.* 17 c. Quid dissoluit pactum nunquid effugiet? Non proculdubio, cum dicat *Eccles.* 5. a. Displicet Deo infidelis & stulta promissio. *Abdia* 1. c. Omnes viri fœderis tui illuserunt tibi: & inualuerunt aduersùm te viri pacis tuæ qui comedunt tecum. Sed audiant qui dicatur, *Prouerb.* 3. d. Illusores ipse deludet, mansuetis autem dat gratiam. Secundum est, quia talis fructum orationis perdit. *Apocalip.* 5. c. Habentes phialas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum. Phialæ istæ sunt corda Religiosorum, quæ debent esse plenæ orationibus vnde debet suauissimus odor exire in conspectu Dei, sed si fœtor admisceatur cum odore, amittitur odor, & vndè priùs exibat odor, exit postea fœtor. Fœtor est temporalitas, vel proprietas Monachi. Ab ipso ergo qui talis est pro suaui odore orationis, exit fœtor mondanæ proprietatis. *Isa.* 3. d. Et erit pro suaui odore fœtor. Et eiusdem, 1. d. Incensum vestrum abominatio est mihi. Et quid mirum ergo si Dominus tales non exaudit? Quia eis dicitur *Isa.* 1. d. Cùm multiplicaueritis orationem non exaudiam: manus enim vestræ plenæ sunt sanguine: Neque Dominus libenter reciperet nuncium stercoratum, & tales stercorati sunt: quia dicit *Psalm.* 82. Disperierunt in Endor, id est, in Religione, facti sunt vt stercus terræ. Sed quomodo? Quia stercora diligunt. Vndè *Osea* 9. c. Effecti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. Hoc deplorat Ieremias, *infrà* 4. a. Qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Tertium malum est: quia cor eorum diuisum, quod totum debetur Domino: Iuxta illud *Matth.* 22. d. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Sed quia habet, proprium, partem cordis ponit in eo. Et quid sequitur? Mors. Vndè *Osee* 10. a. Diuisum est cor eorum nunc interibunt. Quartum est: quia Deum expoliat corde suo, & spiritu quem in manu eius tribuerat. *Psalm.* 30. In manus tuas commendo spiritum meum, quando in proprio partem cordis, vel totum cor ponitur. Item mundum expoliat, cui renunciauerat. Vndè si de eo aliquid rapit, expoliat ipsum. *Galat.* 6. d. Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Sed quid dicit *Isaia* 33. a. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? Quintum est: quia Dei exemplum contemnit: quia Deus Pater vnicum Filium præ omnibus dilectum proprium habere noluit, sed communem fecit ad omne genus humanum. Sextum est: quia malum super totam congregationem inducit: Quia sicut legitur *Iosuë* 7. a. Quod propter Achor qui de anathemate Iericho quippiam retinuit, totus populus punitus est. Achor interpretatur conturbatio, & tales se, & alios conturbant, quibus Apostolus imprecatur, *Galat. quinto*, b. Vtinam abscindantur qui vos conturbant.

Quinque mala facit proprietas Monachi.

d Propterea instabilis facta est] vbique discurrens causâ mercatus, vt emat oues, & boues, insuper & pecora campi, vt emat vinum, & bladum in herba & huiusmodi, quæ nec laicis sunt licita. Vndè, & si quæratur ab eo, vnde venis Sathan, benè potest respondere illud *Iob* 1. b. & 2. a. Circuiui terram, & perambulaui eam. Vel, [Instabilis] exiens, scil. de Claustro. Et notandum, quòd quatuor sunt quæ Religiosum faciunt discedere à statu suo, scilicet, timor nocturnus, scilicet, timor aduersitatis, & asperitatis, quæ est in Religione, vt vestis asperitas, cibus arctus, & asper, longæ vigiliæ, frequentes disciplinæ, lectorum duritia, & huiusmodi. Item sagitta Volans

Quatuor illa quæ faciunt Religiosum exire Claustrum.

A in Chaldæam. *a* Omnes qui glorificabant eam,] in prosperitate.

b Spreuerunt illam] in aduersitate, quando fuit captiua, & victa. Vndè sequitur.

c Quia viderunt ignominiam eius,] id est, confusionem captiuitatis.

a Omnes qui glorificabant eam, *b* spreuerunt illam: *c* quia viderunt ignominiam eius. *d* Ipsa autem gemens, & *e* conuersa est retrorsum. Teth. *f* Sordes eius in pedibus eius, *g* nec recordata est finis sui. *h* Deposita est vehementer, non *i* habens consolatorem. *k* Vide Domine afflictionem meam, *l* quoniam erectus est inimicus.

d Ipsa autem gemens] propter afflictionem

e Et conuersa est retrorsum] vt respiceret ciuitatem, de qua exibat dolens, sicut peregrini de natali solo recedentes, sæpè respiciunt retro. Quare autem ita spreta sit, & ignominiosa subiungit.

f Sordes eius, &c.] Huic sententiæ præponitur. [Teth] quod interpretatur bonum. Et benè: quia hic fit sermo de humiliatione. *Psal.* 118. Bonum mihi Domine quia humiliasti me. Dicit ergo, [Sordes eius in pedibus eius] quasi dicat, propter hoc est captiuata: quia Doctores legis qui sunt pedes eius, per quos venire deberet ad cognitionem, & amorem Dei, fuerunt coinquinati in peccatis, & sordidati. Vel, [Sordes, &c.] hoc in signum doloris Sicut legitur. 2. *Reg.* 19. de Miphiboseth, qui venit ad Dauid illotis pedibus, & veste sordida, in testimonium mœroris sui. Et potiùs dicit sordes esse in pedibus, quam alibi: quia pedibus non equites ducebantur in captiuitatem, vnde exprimitur hic labor. Vndè *Isa.* 23. b. Ducent eam pedes eius longè ad peregrinandum, dicitur de Tyro.

g Nec recordata est finis sui,] id est, captiuitatis quam Prophetæ prædixerunt ei.

h Deposita est vehementer,] id est, humiliata est nimis. *Isa.* 30. c. Sicut conteritur lagena figuli contritione perualida.

i Non habens consolatorem.] *Isa.* 22. a. Recedite à me, amarè flebo, nolite incumbere, vt consolemini me super vastitate filiæ populi mei.

k Vide Domine.] Hucusque Propheta planxit ciuitatem, modò ciuitas plangit seipsam, & est vox non habentis consolationem: [Vide Domine afflictionem meam.] Non dicit iniquitatem: quia iniquitas videtur à Deo ad puniendum, afflictio ad miserendum. Dicit ergo [afflictionem,] vt miserearis, *Isa.* 37. c. Inclina Domine aurem tuam & audi, aperi oculos tuos, & vide.

l Quoniam erectus est inimicus,] contra te superbiens: Non enim imputat hoc tuæ iustitiæ, sed suæ superbiæ.

A ta volans in die, scilicet, prosperitas mundana quam sequuntur sæculares, & sic se credunt posse facere fatui regulares, vnde exeunt, & sicut priùs crediderant non inueniunt. Et hæc dicitur sagitta, quia vulnerat, volans, quia non durat. *Eccles.* 10. a. Omnis potentatus breuis vita. Item negotium perambulans in tenebris, scilicet, amor dignitatis: quam cum non potest assequi in loco vbi est, vtpotè vel quia ibi non est, vel quia ibi multi meliores sunt, quam ipse, præ pudore non audet redire ad sæculum, sed transfert se ad alium Ordinem, vt fiat ibi Abbas, vel alius Prælatus, non attendens quod dicit Apostolus, 1. *Cor.* 7. d. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Item quarto est Dæmonium meridianum, quando, scilicet, tentat diabolus sub specie boni, vt cum dicit homini: Tu nullam facis hic pœnitentiam, vade ad arctiorem Ordinem, vel vade in desertum. Contra hoc dicitur *Eccl.* 10. a. Si spiritus potestatem habentis super te ascenderit, id est, si diabolus cuius potestas magna est, te grauiter tentauerit, locum tuum ne dimiseris. Hæc tentatio solet fieri post orationis deuotionem, post lacrymarum effusionem. Tunc enim dicit diabolus, bonum esset si transires altius. Contra quod dicitur 1. *Petr.* 4. c. Nolite peregrinari in feruore dici qui ad tentationem vobis fit, quasi aliquid noui vobis contingat.

Psal. 52. *a* Omnes qui glorificabant eam] priùs, scilicet, quando erat in claustro.

b Spreuerunt eam,] id est, claustralem instabilem, quia & Deus spreuit eum. Et quare? *c* Quia viderunt ignominiam eius.] Mala enim voluntas quam in claustro habebat patefacta est quando exiuit de eo. Vndè *Num.* 3. b. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & ponam te in exemplum, omnis qui viderit te resiliat à te, & dicet, vastata est Niniue, id est, pulchra, *Psal.* 30. Qui videbant me, foras fugerunt à me. Et benè dicit, [ignominiam] quia per hoc tales fiunt infames, & nomen si quod priùs habuerant, amittunt. Quia *Prou.* 10. b. Nomen impiorum putrescet.

d Ipsa autem gemens] præ confusione. *Sap.* 5. a. Præ angustia spiritus gementes.

e Et conuersa est retrorsum] quia propter confusionem quam habet in sæculo sæpè reuertitur ad ordinem suum. *Osea* 2. b. Vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia benè erat mihi tunc melius quam nunc. *Psalm.* 82. Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine. Vel totum de proprietario, qui spernitur etiam ab eis qui priùs eum laudabant, quam citò scitur esse talis. Et licet contemnant, magis gemit pro sollicitudine acquirendi, & retrorsum conuertitur ab obseruantia regulari.

f Sordes eius in pedibus eius.] Prælati vel Prædicatores sunt pedes Ecclesiæ. *Nahum.* 1. d. Ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. Hi debent sustinere Ecclesiam, sicut pedes corpus. Sed horum pedum quidam sunt discalceati, qui, scilicet, apertè peccant. *Baruch.* 5. c. Exierunt enim à te nudis pedibus ducti ab inimicis. Alij calceati sunt, non vt prohibeant immunditiam, sed vt abscondant, vt hypocritæ, quorum calceamenta sunt perforata interiùs, vnde lutum ibi intrat ad pedes animæ, etsi non appareat extra. Et isti sunt similes Bel. *Dan.* 14. b. qui erat intrinsecùs luteus, sed extrinsecùs æreus. Item sunt similes sepulchris dealbatis. *Matth* 23. c. Propter hoc dicit *Eccles.* 1. d. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum. Alij sunt calceati, vt ab immunditia pedes defendant, secundum illud *Ierem.* 2. e. Prohibe pedem tuum a nuditate. Multiplices autem sunt sordes: Videlicet.

Sordes:
- Idololatriæ. *Deut.* 32. a. Peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus.
- Gulæ *Isa.* 26. c. Omnes mensæ repletæ sunt vomitu sordiumque.
- Conscientiæ iniquitas. 1. *Petr.* 3. d. Non carnis depositio sordium, sed conscientiæ.
- Vestium superfluitas. *Zachar.* 3. b. Auferte ab eo vestimenta sordida.
- Amor temporalium. *Osea* 5. c. Calumniam passus Ephraim, quia cœpit abire post sordes.
- Amor voluptatum, scilicet, luxuria. *Prou.* 30. b.

Est generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. *Ezech.* 24. d. Mundare te volui, sed non est mundata a sordibus tuis. Et quare? Quia.

g Nec recordata est finis sui.

Scilicet:
- Iudicii. *Eccl.* 11. d Memoria vnius horæ, scilic. iudicii, obliuionem facit luxuriæ maximæ.
- Mortis. *Eccl.* 7. d. Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.
- Christi. *Rom.* 10. a. Finis autem legis Christus ad iustitiam omni credenti.

Et multi Psal. intitulantur in finem, Psal. Dauid, id est, Christi. Per considerationem huius triplicis finis, possumus retundere tria tela inimici. Si mundus diuitias opponat, considera fines tuos exitum, scilicet, & introitum tuum. Exi citò in plateas, & ad exitus viarum tuarum, quia 1. *Tim.* 6. b. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium nec auferre aliquid possumus. Si caro voluptates suggerat, considera finem, qui est Christus quot pro te amaritudines & dolores in Cruce sustinuit. Si Diabolus suggerat superbiam vel honores, considera finem mundi, scilicet, diem Iudicii, vbi omnes nos astare oportebit ante tribunal vt referat vnusquisque prout gessit, 2. *Cor.* 5. b.

h Deposita est vehementer.] Hoc erit in die iudicij, quia qui modo cedunt, non deponuntur vehementer. Sed in die iudicii quando erit capitulum generale, vbi qui deponetur nunquam de cætero resurget, sicut dicitur quod qui in generali Capitulo Cisterciensi deponitur, nunquam postea promouetur inter eos. *Isa.* 22. f. Expellam te de statione tua, & de mansione tua deponam te. *Sap.* 6. b. Potentes potenter tormenta patientur.

i Non habens consolatorem] Deum, scil. *Sap.* 3. d. Non habebunt spem, nec in die agnitionis, id est, Iudicii allocutionem, id est, consolationem, sicut sancti. *Isa.* 40. a Loquimini ad cor Ierusalem & aduocate eam. *Gloss.* blandè consolando. *k* Vide Domine afflictionem meam.] Loquitur hic anima pœnitens, suos defectus ostendens ad modum pauperis & egeni, qui sua ostendit vulnera, vt misereantur eius homines. *Ecclesiast.* 35. c. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. *l* Quoniam erectus est inimicus] id est, Clericus qui de amico factus est Dei inimicus

per peccata

a sed suæ superbiæ quasi dicat, vide primum afflictionem meam, vt miserearis, non peccata mea quibus irascaris. Deindè vide, quia erectus est inimicus, vt, scilicet, vlciscaris. Vndè *Isaia 37. c.* Audi omnia verba Sennacherib quæ misit ad blasphemandum Deum viuentem. Et est quartusdecimus locus conquestionis, in quo orantur humiliter qui audiunt, vt misereantur.

D Ioth. a Manum suam misit b hostis c ad omnia desiderabilia eius, d quia vidit gentes e ingressus f Sanctuarium suum, g de quibus præceperas h ne intrarent in Ecclesiam tuam. Caph. Omnis i populus eius k gemens, l & quærens panem

a Manum suam, &c.] Huic sententiæ præscribitur, Ioth, quod interpretatur principium: Hoc enim fuit principium doloris & afflictionis Ierusalem, scilicet, quòd gentes ingressæ sunt in sanctuarium Domini. Meritò ergo plangit dicens. [Manum suam misit hostis,] id est, Chaldæus.

c Ad omnia desiderabilia eius,] scilicet, Regnum, Sacerdotium, vasa Templi, Sancta sanctorum. Templum enim destruxit, Sacerdotium prophanauit, & vasa rapuit: Hæc autem omnia permisit Dominus.

d Quia vidit gentes ingressas Sanctuarium suum,] Iudæi enim confœderati gentibus, propter familiaritatem adducebant eas in Templum. Et de hoc redarguuntur. *Ezech 44. b.* Sufficiant vobis scelera vestra domus Israël, eo quòd inducitis filios alienos incircumcisos corde, & incircumcisos carne, vt sint in Sanctuario meo & polluant domum meam. Vel gentes vocat ipsos Iudæos gentiliter viuentes.

g De quibus præceperas ne intrarent in Ecclesiam tuam.] *Leuit. 21. & Deut. 23. d.* Et est hic quintusdecimus locus conquestionis, vbi non nostras sed nostrorum fortunas deploramus.

i Omnis populus.] Huic sententiæ præponitur. [Caph,] quæ interpretatur manus. Et conuenit fini huius totius sententiæ, quia Synagoga propter percussionem Domini quæ dicitur eius manus, facta est vilis. Dicit autem Iosephus, quòd populus Iudaicus in obsidione Ierusalem tantà fuit fame afflictus, quod pretiosa quæque dabant pro cibo, etiam non sustentante vitam, sed refocillante modicum. Et est hic quartus locus conquestionis. Dicit ergo. [Omnis populus eius gemens,] præ angustia obsidionis, & belli. Et est vox Prophetæ.

l Et quærens panem, [ad vescendum. *Ierem. 38. c.* Non A sunt vltra panes

A peccata, sicut Chore, & sui complices per superbiam. Vndè eis dixit Moyses. *Num. 16. b.* Multùm erigimini filij Leui. Item sicut filij Eli Sacerdotis per luxuriam. *1. Reg. 2. e.* Vndè *Dan. 8. b.* Ecce hircus caprarum, id est, clericus vel Prælatus luxuriosus, veniebat ab Occidente, id est, ab eo qui occidit & cecidit de cœlo. Et ad quid? Ad occidendum oues, & furandum, & perdendum, super faciem totius terræ, vult enim quòd omnes obediant ei, & ipse sit super omnes, licèt sit malus, & non tangebat terram, id est, terrenos qui tales sunt qualis ipse est, illos non tangit corrigendo, sed vel dissimulat, vel in errore fouet. Vel hostis generalis Ecclesiæ est diabolus *Psal. 139.* Ne derelinquas me ne fortè exaltentur, *Psalm. 37.* Ne quando supergaudeant mihi inimici mei. Hic hostis tunc erigitur, quando anima per amorem creaturarum voluntate propriâ inclinatur. *Isa. 51. g.* Incuruare vt transeamus, sed cùm anima ad Deum erigitur, tunc Dæmones incuruantur. *Isa. 60. c.* Venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te.

a Manum suam,] id est, potentiam.

b Misit hostis,] id est, diabolus.

c Ad omnia desiderabilia eius,] Ecclesiæ, scilicet, vel animæ. De quibus *supra* eodem, c. Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & præuaricationis omnium desiderabilium suorum quæ habuerat a diebus antiquis. Ibi require. Tamen desiderabilia vocantur hic Prælati, virgines claustrales, & clerici, ad quos pro magna parte diabolus iam misit manum suam quâ multos tenet inclusos. *Isaia 10. c.* Quomodo inuenit manus mea Regna idoli, sic & simulachra eorum de Ierusalem, & de Samaria, quasi dicat, sicut populos debiles mihi subiugaui, sic clericos, qui per Ierusalem significantur, & claustrales qui per Samariam, quæ interpretatur custodia. Et quare hanc habuit potestatem?

d Quia vidit gentes,] id est, Prælatos gentiliter viuentes, vel peius facientes quàm gentes. Vndè *Machab. 7. d.* Vidit Iudas mala quæ fecit Alchimus & qui cum eo erant filiis Israel plus multo quam gentes.

e Ingressus,] ex se. Vndè fures sunt & latrones. *Ioan. 10. b.*

f In sanctuarium suum,] id est, Domini, vel in Ecclesiam. Vndè *Psal. 68.* Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, non missi, sed polluerunt Templum sanctum tuum, quia pueri sunt, qui adhuc cubare deberent in sinu nutricis. *Isa. 3. a.* Dabo pueros Principes eorum: Posuerunt Ierusalem in pomorum custodiã, quia cum fructus receperint, postea redeunt. *Prouerb. 7. c.* abiit vir via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit in die plenæ Lunæ, scilic. tempore messis, vel vindemiæ reuersurus. Tres quæstiones faciet Dominus Prælatis in die Iudicij. Prima, quomodo intrasti? *Matth. 22. b.* Et multi respondere poterunt. Domine, per violentiam per fraudem, per simoniam. Item. Secunda, quomodo vixisti? *Isa. 22. e.* Quid tu hic facis, scilicet, aut quasi quis hic? Et isti non poterunt respondere, quia malè vixerunt. Vndè polluerunt Templum, &c. Item tertia, Quomodo rexisti? *Ierem. 13. d.* Vbi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum? Et isti respondere poterunt, Domine non rexi, sed Ecclesiam meam dimisi. Et ipsi modò dicunt, quid ad me de grege, dummodo lac, & lanam pellesque possim detrahere? Vndè hodie multi Sacerdotum sunt de veteri Testamento, vbi pelles hostiarum erant Sacerdotum. — *Tres quæstiones contra Prælatos.*

g De quibus præceperas.] Domine.

h Ne intrarent in Ecclesiam tuam.] *Deuteron. 23. a.* Non intrabit eunuchus attritis, vel amputatis testiculis, quæ sunt duo vita, & scientia, in Ecclesiam Dei. Heu quam malè seruant hodie hoc præceptum: quia impudenter intrant, & impudentissimè introducuntur. Vndè introducentibus indignos conqueritur Dominus, *Ezech. 44. b.* Sufficiant vobis scelera vestra domus Israel, id est, Prælati, quasi dicat Dominus, satis habetis de proprijs peccatis, non debetis vos onerare alienis. Et quare hoc dicis Domine, possunt ipsi dicere. Et respondet: Eo quòd inducitis filios alienos incircumcisos corde, & incircumcisos carne, vt sint in Sanctuario meo, &c.

Moraliter. a Manum suam misit hostis,] i. diabolus. — *Moral.*

c Ad omnia desiderabilia eius,] scilicet, animæ, id est, ad virtutes.

d Quia vidit gentes ingressas Sanctuarium suum,] id est, motus sensualitatis dominari rationi, vel spiritui, *Eccles. 18. b.* Post concupiscentias tuas non eas.

g De quibus præceperas ne introirent in Ecclesiam tuam.] i. ne mentem penetrarent vsque ad consensum: quia *Eccles. 18. d.* Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Non dicit, ne tangerent: quia non est prohibitum. Pulset ad ianuam primi motus, sed ne intrent per dominium vel consensum. *Rom. 6. b.* Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Manus autem diaboli quinque digitos habet. Primus est pollex, scilicet, spes vitæ longioris. Duo eius articuli sunt sanitas & iuuentus. Secundus est index, scilicet, propositum emendationis vitæ. Tres articuli huius sunt, peccare audacius, copiosius, & liberius. Tertius est medius, scilicet, pudor. Cuius articuli tres sunt, erubescentia paupertatis, vilitatis, fatuitatis. Quartus est, annularis vel medicus, amor malus. Cuius articuli sunt tres, amor carnalis parentum, amor scientiæ sæcularis, amor honoris, vel excellentiæ temporalis. Quintus est auricularis, hic est timor. Cuius tres articuli sunt, timor in aggrediendo, in sustinendo, in perseuerando. — *Manus diaboli habet quinque digitos.*

i Omnis populus] Allegoricè hoc respondet præcedenti clausulæ: quia enim mali sunt Prælati, propter hoc omnis populus gemens,] id est subditi. — *Alleg.*

l Et quærens panem,] verbi Dei. *Mat. 4. a.* Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. *Isaia 41. d.* Egeni, & pauperes quærunt aquas & non sunt, lingua eorum siti aruit, *infra 4. a.* Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Vel,] Quærens panem,] id est, sufficientiam, & abundantiam temporalem, vel voluptatem carnalem. *Prouerbiorum 6. d.* Pretium scorti vix est vnius panis *Gloss.* id est, carnalis voluptas. Hanc quærebant illi qui dicebant *Num. 11. b.* In mentem nobis veniunt cucumeres, & pe- A pones porrique,

Moraliter. i Omnis populus,] scil. virtutum, cogitationũ & affectionum k Gemens.] pro desiderio cœlestis patriæ. l Et quærens panis,] consolationis internæ. *Luc. 11. a.* Ami-

A sunt vltra panes in ciuitate. *a* Dederunt pretiosa quæque pro cibo,] vestes, vasa aurea, & huiusmodi.

c Ad refocillandam animam,] id est, vitam corporalem. Non dicit ad sustentandam: quia illa non sufficiebant ad sustentationem, tanta erat penuria, & defectus, sicut legitur in Ecclesiastica Historia.

a Dederunt pretiosa quæque pro *b* cibo, *c* ad refocillandam animam. *d* Vide Domine, & *e* considera, *f* quoniam facta sum vilis. Lameth. O *g* vos omnes qui transitis per viam, *h* attendite & *i* videte si *k* est dolor sicut dolor meus. *l* Quoniam vindemiauit me, vt *m* locutus est Dominus in *n* die iræ furoris sui.

d Vide Domine, & considera.] Vox est Synagogæ. [Considera,] facturam tuam, non iniquitatem meam.

f Quoniam facta sum vilis,] tractata viliter, & ignominiosè ab inimicis. Et hoc maximè fuit verum in Romana captiuitate, quando dabantur triginta Iudæi pro vno denario in contemptum eorum qui Dominum suum vendiderant pro triginta denariis. *Zachar.* 11. c. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. *g* O vos omnes.] Huic sententiæ præponitur, [Lameth,] quæ interpretatur disciplina. Et benè, quia ibi agitur de dolore, vt ait Apostolus, *Hebr.* 12. c. Omnis disciplina in præsenti videtur non esse gaudij, sed mœroris. Vel interpretatur contritio, quod enim Propheta luget, aliis disciplina est, & contritio cordis, vt lugeant simili modo. Et est vox reliquarum de Ierusalem plangentium: quia Sanctuarium destruitur. Templum prophanatur, altaria euertuntur, lumen candelabrorum extinguitur, libri concremantur, Sacerdotes, Leuitæ captiuantur, virgines & vxores hostili libidine polluuntur, omnia sancta contaminantur: Sic enim Dominus vindemiauit eam iusto iudicio. Et est hic duodecimus locus indignationis, indignari enim videtur quod sibi primum euenerit. Dicit ergo Propheta in persona reliquarum quæ à Chaldæis in Ierusalem sunt relictæ: [O vos omnes qui transitis per viam,] qui per diuersa loca eundo multas ruinas ciuitatis vidistis.

h Attendite,] diligenter. *i* Et videte,] compatiendo.

k Si est dolor sicut dolor meus,] quasi dicat, nulla ciuitas fuit vnquam sic destructa.

l Quoniam vindemiauit me,] Dominus per Chaldæos, per Romanos. Et hoc dicit, quia sicut pauca grana, & racematura post vindemiatores relinquuntur in vinea, sic pauci, & ignobiles relicti sunt in Iudæa.

m Vt locutus est Dominus,] per Prophetas.

n In die iræ furoris sui,] i. iræ furibundæ contra me. Non A quòd Dominus furiosus sit,

A pones porrique, & cepæ, & allia. Hæc solent oculos, non solùm manducantium, immò etiam intuentium ad lacrymas prouocare. Et talis est Mundi huius prosperitas. Vndè *Ieron.* super locum prædictum Numeri dicit. Difficultas huius vitæ cum luctu agitur, & tamen cum lacrymis amatur.

a Dederunt pretiosa quæque pro cibo,] temporalis prosperitatis, vel carnalis voluptatis. Et hoc.

c Ad refocillandam animam,] non sustentandam. *Osea* 4. c. Comederunt, & non sunt saturati, fornicati sunt, & non cessauerunt. *Gloss.* Voluptas insatiabilis est, præsens non satiat, præterita cruciat, futura non delectat. Tria autem sunt pretiosa. Anima *Prouerb.* 6. d. Mulier viri pretiosam animam capit. Item virtutes quibus Regnum Cœlorum emitur. *Iob.* 28. b. Nescit homo pretium eius, id est, sapientiæ, & tamen per virtutes emitur. Ergo virtutes sunt multùm pretiosæ. Item vita æterna. *Matt.* 13. f. Inuenta vnâ pretiosâ margaritâ, abiit & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. *Prouerb.* 17. b. Gemma gratissima expectatio præstolantis, id est, vita æterna quam nos præstolamur. Sed quia miserum est quæ nullius sunt pretij appretiare, & pretiosa nullius æstimare, propter hoc sequitur. *Tria pretiosa.*

d Vide Domine,] facturam tuam. *e* Et considera,] non vt punias, sed vt deleas iniquitatem meam.

f Quoniam facta sum vilis,] dando pro nihilo pretiosa. *Prou.* 10. c. Cor impiorum pro nihilo. *Ierem.* 2. g. Quam vilis facta es nimis. Vel pretiosa quæque dantur pro cibo, quando corda mundantur, vt sint idonea, & congrua verbo Dei recipiendo, vnde refocillatur anima. Verbum enim animam refocillat vt aqua. *Iudic.* 15. d. Quibus haustis refocillauit spiritum, & vires recepit. Item vt panis. *Psal.* 103. Panis cor hominis confirmat. Item vt cithara. 1. *Reg.* 16. d. Dauid tollebat citharam, & refocillabat Saul.

ce commoda nihil tres panes. Hi sunt delectationes, quæ sunt in dextera Dei in finem, quibus, scilicet, homo delectatur in contemplatione trium personarum. Vel hi tres panes sunt repletiones trium virium, quæ sunt: Fides quæ replet hic rationabilem, spes quæ irascibilem, charitas, quæ concupiscibilem.

a Dederunt pretiosa quæque,] id est, interiora proprio sensui, & intellectui, & voluntati renunciantes, & Deo se omnino subiicientes. Omnia etiam mundana relinquentes. *b* Pro cibo,] refectionis æternæ.

c Ad refocillandam animam.] Benè dicit: quia hic tantum modicus gustus est, & non satietas in contemplatione, sed in futuro erit. Vndè *Psalm.* 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua.

d Vide Domine, & considera, quoniam facta sum vilis,] id est, in oculis meis humilis. 2. *Reg.* 6. d. Ludam, & vilior fiam quam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Ludit homo quilibet ante arcam Domini, quando benè operatur in conspectu Dei.

g O vos omnes qui transitis per viam,] quasi peregrini. *Hebr.* 13. c. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. [Per viam,] dicit, non inuio, sicut illi, de quibus *Psal.* 106. Errare fecit eos in inuio, & non in via.

h Attendite & videte si est dolor sicut dolor meus.] Et est allegoricè, vox Ecclesiæ deplorantis propter multas angustias in quibus existit, propter desiderium patriæ, propter miserias huius vitæ, propter teneros suos quos lactat, propter auersos quos reuocat, propter pigros quos expectat, propter præcipites quos castigat, *Ierem.* 8. f. Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens. *Allegori.*

l Quoniam vindemiauit me Dominus,] id est, vindemiari permisit. Vindemiatores sunt Dæmones, hæretici, & tyranni. *Abdiæ* 1. b. Si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemos reliquissent? Hostes isti non ad bibendum, vel potandum filios Ecclesiæ vindemiant, sed potiùs ad conculcandum, vel vt vino subtracto siti arescant filij Ecclesiæ. Hic notandum, quod quatuor granorum genera solent relinquere vindemiatores. Racemos, scilicet virides, putridos, in quibus sunt pauca grana, & & quæ latent sub foliis. Hæc sunt quatuor genera hominum, quos ab hostibus relictos colligit Dominus. Pueri imbecilles, & infirmi, pauperes & religiosi. Vndè *Mich.* 7. a. Væ mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum. Racemos, scilicet, vindemiæ qui à vindemiatoribus sunt relicti.

Moraliter. Vox est animæ pœnitentis, quæ vitiis aggrauata, sed non omnino excæcata, videns alios inhiare, & festinare ad superna cum mœrore exclamat. *Moral.*

g O vos omnes qui transitis per viam,] i. quorum est transitus, non mansio in via vel circuitus. Et hoc dicit: quia quidam manent in via, illi scilic. qui vitam aliam quam istam, vel non credunt, vel operibus non inquirunt. *Psal.* 48. Vocauerunt nomina sua in terris suis. Alij circumeunt, qui scilicet seipsos propter se diligunt naturaliter scilicet, quia amor naturalis circularis est, & in se reflexus reflectitur. *Psal.* 11. In circuitu impij ambulant, 2. *Tim.* 3. a. Erunt homines seipsos amantes. Alij retrocedunt, qui scilicet malè terminant etsi aliquando benè cœperint. His dicit Apostolus, *Gal.* 3. a. Sic stulti estis vt cum spiritu cœperitis nunc carne consummamini. Et ead. *epist.* 5. b. Currebatis benè, quis vos impediuit? Alij se eleuant, vt ambitiosi. *Iob* 20. a. Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Alij descendunt, vt auari, qui istis inferioribus se admiscent, & eis adhærent. *Ioan.* 6. g. Multi abierunt retro, de spiritualibus ad terrena descendentes. *Psal.* 106. Descenderũt vsque ad abyssos. Alij transeunt, vt peregrini, & obliti posteriorum ad anteriora se extendunt cum Apostolo, *Philip* 3. c. Isti soli possunt videre spiritualem animæ separationem à Deo, quantus sit dolor in ea, alij non. Vndè *Iob.* 2. d. Cum eleuassent procul oculos, non nouerunt eum. Sed transeuntibus dicitur. *h* Attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus.] Et proculdubio nullus dolor maior, quam separatio animæ à Deo. *Ierem.* 2. d. Scito & vide quia malum, & amarum reliquisse te Dominum Deum tuum. *infr.* 2. d. Magna velut mare contritio tua, *Hier.* 6. g. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. *l* Quoniam vindemiauit me, diabolus, separando à Christo, qui est vitis vera, *Ioan.* 15. a. vel racemos virtutum à me auferendo.

m Vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui,] id est, iusti iudicij sui, quo propter iniquitates meas me permisit à se separari. *Isaia* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra ab-

scoderunt

A quod Dominus furiosus fit, sed videtur quando se vindicat de inimicis.

a De excelso.] Huic sententiæ præscribitur, [Mem,] quod interpretatur ex ipsis, per hoc significatur incendium Templi, & totius ciuitatis, quod ex ipsis visceribus, i. cordibus Iudæorum prodiit
E per causam, quasi peccata eorum fuerunt causa destructionis, & à Domino de excelso prodiit per vindictam. Vndè

Mem. a De excelso b misit c ignem in d ossibus meis, e & erudiuit me. f Expandit g rete h pedibus meis, i conuertit me k retrorsum. l Posuit me desola-

dicit: [De excelso misit ignem,] i. vindictam, Dominus, scilicet, quia nec Chaldæi, nec Romani potestatem habebant captiuandi Iudæos nisi quantùm à Domino acceperant. *Roman.* 13. c. Non est potestas nisi a Deo. Et *Ioan.* 19. b. Non haberes potestatem in me, nisi datum esset tibi desuper.

d In ossibus meis,] i. in fortioribus castris, & munitionibus meis. Vel. [In ossibus meis,] id est, Doctoribus, Principibus, & Regibus qui erant fortitudo mea.

e Et sic erudiit me,] quantùm fuit in se. *Ierem.* 6. b. Per omne flagellum, & dolorem erudieris Ierusalem. *Isaia* 28. e. Tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Et hoc verum: quia dicitur quòd post Babylonicam captiuitatem nunquam postea fuerunt idololatræ, etsi multis aliis modis grauissimè peccauerunt.

f Expandit,] Dominus.

g Rete,] suum captiuitatis, scilicet.

h Pedibus meis,] tenens me fortiter per Chaldæos ne euaderem ab eis. Et hoc dicit quia subitò & ex improuiso capta fuit ciuitas, & sic per rete significatur exercitus Chaldæorum. Vel.

f Expandit,] diabolus.

g Rete,] suum, id est, peccatum quo me cœpit. Et per hoc.

i Conuertit me,] Dominus.

k Retrorsum,] iterum in captiuitatem reducendo. Hoc dicit quoad captiuitatem factam per Romanos: Vel. [Retrorsum,] i. in caudam, quæ prius eram in capite. Vel hoc dicit propter Regem suum, scilicet, Sedechiam, qui fugiens persecutus est ab exercitu Chaldæorum & comprehensus in campis Ierichontinis, & reductus retrorsum, & vinctus ductus ad Nabuchodonosor in Reblatha, sicut legitur. *Ierem.* 39. b.

l Posuit me desolatam, à] terreno solatio.

Δ Totâ die, id est,

* sconderunt faciem eius à vobis. Dies autem furoris Domini dicitur, quando opus iustitiæ exercet in præsenti vita vbi semper indigemus misericordiâ, & ipsius proprium est misereri. Vndè *Isaia* 28. f. Irascetur vt faciat opus suum, alienum est opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Sequitur.

a De excelso,] i. de solio iustitiæ suæ.

b Misit ignem in ossibus meis,] id est, fortioribus meis. *Psalm.* 6. Miserere mei Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

c Ignem,] tribulationis. Vox est Ecclesiæ, vel fidelis animæ, quæ examinatur in tribulatione. *Psalm.* 16. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas: Hoc est quod sequitur hic.

e Et erudiuit me,] i. extra ruditatem peccati posuit. *Prouerbiorum vigesimo quinto* a. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. *Gregorius.* Ignem tribulationis admouet, vt in nobis vitiorum rubiginem purget. *Ierem. trigesimo primo* c. Castigasti me, & erudıtus sum, scilicet, igne tribulationis. Docet nos Dominus quanta sit culpa quam committimus. *Romanorum secundo* a. Reddet vnicuique secundum opera eius. Item qualis. *Sapient. vndecimo.* Per quæ peccat quis, per hæc & punitur. Item quam nulla sunt temporalia, quæ in modica tribulatione iuuare non possunt. *Sapient. quinto* c. Spes impij quasi lanugo quæ à vento tollitur. Sed in hoc igne quidem consumuntur, vt palea, stupa, & plumbum. *Isaia quadragesimo septimo* d. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos. *Ecclesiastic. vigesimo primo* b. Stupa collecta Synagoga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. *Ierem. sexto* g. Defecit sufflatorium in igne, consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ, argentum reprobum vocate eos. Item quidam purgantur vt aurum, argentum. *Ecclesiast.* 27. a. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Vel,

c De excelso misit ignem,] amoris.

d In ossibus meis,] i. in meditationibus meis. *Psalm.* 38. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.

e Et erudiuit me.] Ecce ordo: quia ex dilectione maior est cognitio. Vndè Seraphim prior est, quàm Cherubin. Vel ossa Ecclesiæ sunt clerici, quæ ossa debent esse candida per innocentiam generaliter, fortia per patientiam, latentia per intentionem rectam, medullata per orationem deuotam. In his ossibus, non est de excelso, sed potius de infirmo, ignis dico luxuriæ, ignis auaritiæ, vnde arida facta sunt, priuata quasi omni pietatis, & compassionis humore. Vndè conqueritur Ecclesia per *Psalm. centesimum primum.* Ossa mea sicut cremium aruerunt. Cremium quanto accenditur in pinguedine quam emisit, magis desiccatur, sic isti quanto sunt in maiori temporalium pinguedine, magis accenduntur igne concupiscentiæ, & sic magis desiccantur, similes renunculo, qui sedens in loco pinguedinis, macerrimus est.

f Expandit rete pedibus meis.] Idem rete quod ignis, sed ignis, quia purgat, rete, quia retinet nos, & in bono conseruat. Vel est thema in die Pentecostes, sic.

a De excelso,] cœlorum habitaculo, ad quod in die Ascensionis venerat. *Thema in die Pentecostes.*

b Misit,] Filius à Deo Patre, quia humilia respicit: A quo omne datum optimum, *Iacob.* 1. c.

c Ignem,] Spiritum sanctum. Ignis iste alta humiliat, per donum timoris, emollit dura, per donum pietatis. *Ezechiel. trigesimo sexto* f. Auferam vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum. Item illuminat obscura, per donum scientiæ, *secunda Corinthior. capitulo quarto* b. Deus qui dixit de tenebris lucem resplendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei. Item restringit fluida, per donum consilij. *Ierem. trigesimo primo* d. Vsquequo deliciis dissolueris filia vaga? Item consolidat mollia, per donum fortitudinis, *Isaia trigesimo quinto* a. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Item clarificat, & purificat cor, vt metalla, rubiginem erroris, & nebulam prauæ intelligentiæ remouendo per donum intellectus. Item eleuat ad superna, per donum sapientiæ.

d In ossibus meis,] dicit Ecclesia, id est, in Apostolis, qui sunt ossa Ecclesiæ: quia sicut in osse medulla clauditur, sic in eorum vita Religionis dulcedo, & suauitas continetur.

e Et erudiuit me.] *Ioannis capitulo decimo quinto* d. Cùm venerit Paracletus quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui a Patre procedit, ille docebit vos omnem veritatem.

f. Expandit rete pedibus meis.]

Rete {
- Tentationis. *Iob c.* 48. b. Immisit in rete pedes suos.
- Deceptionis. *Prouerb.* 1. b. Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.
- Mali exempli Sacerdotibus. *Osee cap.* 5. a. Laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum subter montem Thabor quod interpretatur lumen, venit.
- Sermonis compositi. *Prouerbiorum capitulo vigesimo nono* a. Homo qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius.
- Prædicationis. *Luc. quinto* a. Piscatores autem descenderant, & lauabant retia sua. Hoc rete vltimum expandit Dominus, vel homines fraudulenti, vel diabolus.

i Conuertit me retrorsum,] vt videam quid me retineat ne in mandatis Domini curram: quia mea iniquitas, & peccatum quod traho post me sicut equus quadrigam, vel boues plaustrum. *Isaia* 5. e. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. Vel, [Conuertit me retrorsum,] ad seipsum, qui eram ab eo auersus per peccatum, vt viderem vocem quę loquitur mecum. *Apoc.* 1. c.

l Posuit me desolatam.] Hoc est quando anima fidelis gustatâ consolatione diuinâ, non recipit alienam, vel quando desiderans cœlestia fastidit terrena. *Psalm.* 76. Renuit consolari anima mea. Vel quando sua multa videt esse mala, & pauca, vel nulla bona. *Ierem. cap.* 31. c. Noluit consolari, quia non sunt, in eo, scilicet, bona opera. Vndè quando videt se iustus pro bono opere lapidari, & sibi ab aliis inuideri, desolatur & dolet, quia alios peccare videt. Vndè *Genes.* 37 g. Congregatis cunctis liberis suis, vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem recipere. Vel hoc facit Dominus spiritualiter, quando suam

Δ a Tota die,] i. continue, quandiu, scilicet, fui in Babylonica captiuitate. Vel. [Tota die,] i. toto tempore vsque ad finem sæculi. Et sic exponitur hoc de captiuitate facta per Romanos. Primò de captiuitate facta per Babylonios.

b Mœrore confectam,] quia dicit *Psalm. centesimo trigesimo sexto.* Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, &c. Et *alibi.* Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, &c.

tam, a tota die b mœrore confectam. Nun. c Vigilauit d iugum iniquitatum mearum in manu eius, e conuolutæ sunt f & impositæ collo meo. g Infirmata est h virtus mea, i dedit me Dominus in manu k de qua non potero surgere. Samech. l Abstulit m omnes magnificos meos Dominus de n medio mei,

c Vigilauit.] Posset aliquis quærere, nunquid hæc vindemiatio esset ex Iudæis? Propter hoc respondet, quod sic, quia, [vigilauit,] Dominus qui priùs dormire videbatur cum non puniebat. Huic autem sententiæ præmittetur, [Nun.] quod interpretatur sempiternum, quia luctus captiuitatis Babylonicæ reputabatur ab eis sempiternus, qui tamen non fuit, nisi septuaginta annorum. Vel in hoc tangitur captiuitas facta per Romanos, quæ durabit vsque in finem. Dicit ergo.

d Vigilauit iugum iniquitatum,] id est, Domini, id est, pœna, quam patior excitata fuit pro meis peccatis. Et tangit illud *Ierem. primo* c. Quid tu vides Ieremia? Virgam vigilantem. Et dixit Dominus ad me. Bene vidisti, quia vigilabo super verbo meo, vt faciam illud.

e Conuolutæ sunt,] vinculo insolubili, quasi pondus ad premendum.

Sextus locus conquestionis. f Et impositæ collo meo,] sicut furtum imponitur collo latronis *Ierem.* e. Quomodo confunditur fur, quando deprehenditur, scilicet, cum furto, sic confusi sunt domus Israel.

g Infirmata est virtus mea,] propter pœnæ magnitudinem, quòd portare non possum, nec intelligentibus resistere. *Psalm. trigesimo.* Infirmata est in paupertate virtus mea.

i Dedit me Dominus in manu,] Romanorum, scilicet.

k De qua non potero surgere,] vsque ad finem sæculi. *Amos quinto* a. Cecidit, & non adiciet, vt resurgat. Vel. [In mano,] Chaldæorum, & tunc exponitur. [Non potero,] i. vix potero surgere. Vel. [Non potero,] ex me, sed ex Deo. *Osee* 13. c. Tantummodo ex me auxilium.

l Abstulit, &c.] Huic sententiæ præponitur, [Samech,] quod interpretatur adiutorium, ad innuendum, quod Dei adiutorio carebant. Quartus locus conquestionis, quasi dicat, Dominus abstulit à me adiutorium suum, quo ablato [abstulit,] etiam, [omnes magnificos meos Dominus de medio mei,] i. Reges, Principes, Prophetas, & Sacerdotes. Vndè *Isa.* 3. a. Auferet à Ierusalem, & Iuda validum, & Δ fortem, virum bellatorem

Δ præsentiam subtrahit, vt dicitur in *Psalm.* 43. Quare faciem tuam auertis?

a Tota die,] i. in prosperitate, quæ est dies hominis. *Ierem.* 17. c. Et diem hominis non desideraui. In hac die non est ridendum, sed potiùs in aduersitate, quia vt legitur. *Genes.* 24. g. Rebecca vxor est Isaac. Rebecca interpretatur patientia, Isaac risus, quia in patientia tribulationum est ridendum. *Iacob.* 1. a. Omne gaudium existimate fratres, &c. Vndè sequitur.

b Mœrore confectam,] ad modum medicinalium confectionum, quæ sine melle non fiunt; sic, & luctus conseruatiuus est virtutum, & humilitatis, & æternæ consolationis. Quia *Matth.* 5. a. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

e Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius.]

Iugum {
- Pœnæ. *Eccl.* 40. a. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam.
- Linguæ. *Ecclesi.* 28. c. Beatus, qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundia illius non transiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus. Iugum enim illius, iugum ferreum est, & vinculum illius vinculum æreum est.
- Superbiæ. *Isaia* 37. e Ego ascendi altitudines montium, iuga Libani.
- Concupiscentiæ, siue fomitis. *Ecclesiast.* 26. b.

Sicut iugum boum, quod mouetur, ita & mulier nequam, i. concupiscentia, qui tenet illam, quasi qui apprehendit Scorpionem. Sed iuga prædicta duobus modis possunt auferri. Aut per opera misericordiæ. *Isaia decimo* f. Computrescet iugum à facie olei. Aut per mœrorem pœnitentiæ. *Numer. vigesimo primo* f. Iugum eorum dispersit ab Esebon, quod interpretatur cogitatio mœroris, aut cingulum tristitiæ. Vndè *Psalm. secundo.* Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Vigilat igitur iugum iniquitatum Ecclesiæ in manu Domini, quando ex vindicta Domini pro suis iniquitatibus Ecclesia opprimitur tribulationibus, & pœnis. Vndè *Psalm. septuagesimo septimo.* Excitatus est tanquam dormiens Dominus. Dormire enim videtur, cùm non punit delinquentes.

e Conuolutæ sunt, & impositæ collo meo.] Collum Ecclesiæ sunt Prælati, quia sicut collum coniungit corpus capiti, sic ipsi debent minores coniungere Christo. *Cantic. primo* c. Collum tuum, sicut monilia. Monile dicitur, quasi monens castitatem. Conuolutæ ergo sunt iniquitates populi, & impositæ Prælatis, quia ipsi pro peccato populi iubentur puniri. *Numer. vigesimo quinto* a. Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis. Et hoc factum est, quando fornicatus fuerat populus cum filiabus Moab.

Moraliter.

d Iugum iniquitatum,] vigilat in manu iudicis comminantis. *Isaia decimo* a. Adhuc manus eius extenta. Item vigilat in conscientia peccatoris, quæ semper arguit. *Ierem. secundo* d. Arguet te malitia tua. *Iob trigesimo* c. Qui me comedunt non dormiunt. Item vigilat in oculis insidiatoris, scilicet, diaboli, qui insidiatur, vt animam rapiat. *prim. Petr. quinto* b. Circuit quærens quem deuoret. *Moraliter.*

e Conuolutæ sunt.] *Prouerbiorum vigesimo secundo* c. Stultitia colligata est in corde pueri, virga disciplinæ fugabit eam.

f Et impositæ collo meo.] Hoc totum dicitur in persona peccatoris. Sicut mola, vel lapis collo latronis imponitur vt demergat ad ima. *Zachar. quinto* c. Iniquitas sedet super talentum plumbi. Item sicut furtum ad collum latronis, vt omnes videant. Et hoc erit in die Iudicij, quando omnes videbunt peccata omnium, quæ per pœnitentiam non fuerunt tecta. *Dan. septimo* c. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Propter hoc dicit *Psalm.* 31. Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

g Infirmata.] Hoc dicitur in persona pœnitentis, qui propter prædicta ad bonum se erigit, dicens.

h Virtus mea,] i. fortitudo, quam priùs habui ad peccandum.

g Infirmata est,] i. mutata, vt sim fortis ad bene operandum. *Isaia* 40. g. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem.

i Dedit me Dominus in manu,] scilicet, diaboli. Hoc dicitur in persona damnatorum.

k De qua non potero surgere. *Iob septimo* b. Qui descendit ad Inferos non ascendet. Vel in persona peccatorum, qui per se non surgunt à peccatis. *Psalm. septuagesimo septimo.* Spiritus vadens, & non rediens, per se, scilicet.

l Abstulit,] Dominus, scilicet.

m Omnes magnificos meos,] i. magnos Prælatos, & magistros. *Ierem. quinto* b. Ibo ad optimates, & loquar eis, ipsi enim cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei sui, & ecce magis hi confregerunt iugum, & ruperunt vincula. *Isaio quadragesimo primo* g. Adducet magistratus, quasi lutum & quasi plastes conculcans humum. Magnus autem debet esse Prælatus nobilitate, hæc est charitas, quæ facit filios Dei. *Psalm* 81. Ego dixi Dij estis, & filij Excelsi omnes. Item potestate, hæc est fides. *Matth. decimo septimo* c. Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic transi hinc, & transibit. Item quantitate, hæc est spes. *primo Regum decimo* d. Saül fuit altior omni populo ab humero, & sursum. n De medio mei.] Hoc dicit, quia Prælatus debet esse in medio per humilitatem. *Ecclesiastic. trigesimo secundo* a. Rectorem te posuerunt, esto in illis, quasi vnus ex illis. Item per communitatem, vt scilicet, nullus personam accipiat, nec declinet ad dexteram, nec ad sinistram. Item per totius gregis sui considerationem. *Exod.*

A 32. f. Transite

a fortem virum bellatorem & iudicium & Propbetam.

Quartus locus constitutio. a Vocauit aduersùm me tempus] contrarium, scilicet, quasi tempus venit aduersùm me contrarium, ac si esset vocatum. *Deut.* 31. e. Et adesse festinant tempora. Et ad quid vocauit.

a vocauit aduersùm me tempus, vt b contereret electos meos, c Torcular calcauit Dominus virgini filiæ d Iuda. Ain. Idcircò e ego plorans & f oculus meus deducens aquam, g quia longè factus est à me consolator h conuertens animam meam. i Facti sunt filij mei perditi, k quoniam inualuit inimicus. Phe l Expandit Sion m manus suas, non n est qui

b Vt contereret electos meos,] scilicet, Principes.

Ierem. 14. a. c Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda,] quasi dicat, Dominus præparauit pressuram vbi Iudæi calcarentur, scilicet, captiuitatem qua ipsi vehementer fuerunt oppressi. Et bene dicit, [torcular,] quia sicut in torculari vinum eliquatur remanentibus acinis, sic pauperes relicti sunt in Ierusalem quasi acini.

e Idcirco.] Huic sententiæ præponitur. [Ain,] quæ interpretatur fons, vel oculus. Et bene, quia enim eum qui est fons totius bonitatis & oculus illuminans tenebrat mentis, Iudæi reliquerunt, propterea in dolorem desolationis & mœrorem captiuitatis ducti sunt. Et est hic septimus locus indignationis. Factum enim crudele & tyrannicum, & violentiam hostium ostendit. Vndè dicit, [Idcirco,] quasi quia torcular calcauit Dominus reducendo vineam de Ægypto, & bonos sibi vt vinum seruando & malos vt acinum ad supplicia & pressuras præparando. [Idcirco ego plorans,] dicit Synagoga, videns se pressuris expositam.

f Et oculus meus deducens aquam.] Alludit litteræ quæ interpretatur oculus, *sup. eodem*, a. Plorans plorauit in nocte.

g Quia longè factus est à me consolator,] *suprà eodem* a. Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius.

h Conuertens animam meam,] vagantem & errantem. Conuertens dico ad bonum.

i Facti sunt filij mei perditi,] ad litteram. Vndè *Baruch.* 4. b. Adduxit mihi Deus luctum magnum, vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum mearum.

k Quoniam inualuit inimicus,] Chaldæus, scilicet, vel Romanus.

l Expandit.] Huic sententiæ præscribitur. [Phe.] quod interpretatur oris, quasi dicat, maior est dolor meus quam possit exprimi sermone oris. Hic autem dolor magis exprimitur extensione manuum. Vndè dicit, [expandit,] quasi verè factus est longè consolator. Vndè *Isaia cap. vigesimo secundo* a. Recedite à me, amarè flebo, nolite incumbere vt consolemini me super vastitate populi mei.

A 32. f Transite de porta in portam. *Prou.* 27. d. Diligenter agnosce vultum pecoris tui. Item per pacis confirmationem & conseruationem. Vndè *Num.* 16. g. Aaron stetit inter viuos, & mortuos.

a Vocauit aduersum me tempus.] Vox est pœnitentis, vt sit testis contra me. & aduocatus, qui consumpsit illud. Quia vt dicit *Bernardus*, sicut nec capillus de capite, sic nec momentum de tempore peribit. Item. Nihil preciosius tempore; sed heu hodie nihil vilius reputatur? Propter hoc dicit *Ecclesiastici. quarto* c. Fili conserua tempus & declina à malo. Et *Ecclesiast.* 14. c. Non defrauderis à die bono, & particula diei bonæ non te prætereat.

b Vt contereret electos meos,] id est, conatus mentis meæ qui diminuti sunt pro longa consuetudine morandi in peccatis, ne ita citò possit homo redire ad statum vitæ melioris. Vndè de Lazaro legitur *Ioannis vndecimo* f. Quòd suscitatus est ligatus institis, hoc est quòd homo qui diu fuit in peccato & tempus consumpsit, postquam redit per gratiam, adhuc quasi ligatus est ne sit ita pronus ad bonum, vel ne tantum bonum possit facere quantum velit. Vel electi Ecclesiæ sunt prælati, qui quia vt in pluribus magis sunt otiosi & consumunt de tempore, magis conteruntur. *Exod.* 15. a. Electi Principes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerunt eos.

c Torcular calcauit Dominus.] Torcular vltionem significat & peccatorum supplicia. Vnde *Isaia sexagesimo tertio* a. Quare rubrum est indumentum tuum & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Angelis quærentibus, Dominus respondisse inducit. Torcular calcaui solus, & cætera illud, scilicet, quo malis supplicia, bonis præmia calcantur. Hoc solus Dominus calcauit, quia nullum adiutorem habuit; neque Angelus, neque Archangelus corpus humanum assumpsit, vt pro nobis moriens aduersarij nostri fortitudinem calcaret atque contereret. Hoc torcular calcauit Dominus in Passione sua.

d Virgini filiæ Iuda] vt credentibus præmia, & incredulis & crucifigentibus perpetuæ captiuitatis & damnationis æternæ effunderet supplicia. Vel per torcular significatur Crux. De torculari bonum vinum eliquatur, quo reficiuntur Domini, & malum, quo potantur serui; sic Crux gaudium est bonis, sed tormentum malis. Et hoc significatum fuit in hoc quod sanguis, & aqua exiuit de latere Christi. *Ioannis decimo nono* f. Item de torculari vinum portatur in cellarium, & acinum proiicitur in lutum; sic per virtutem Crucis, modò boni ascendunt & euolant in cœlum. Hoc non erat ante Passionem, sed omnes ibant ad Infernum. Mali verò proiiciuntur in lutum Inferni. *Psalm. decimo septimo.* Vt lutum platearum delebo eos. In hoc torculari fuit pressa illa vua, de qua *Genes. quadragesimo nono* b. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. *prim. Machab. sexto* d. Ostenderunt Elephantis sanguinem vuæ & mori ad acuendos eos in prælium. Et dicit, [calcauit,] quia mors & passio in eius potestate fuit. *Abacuch. cap.* 3. a. Et cornua in manibus eius. *Isaia* 63. a. Torcular calcaui solus. Cui autem calcauerit ostendit, dicens.

d Virgini filiæ Iuda,] id est, Ecclesiæ ob cuius amorem & vtilitatem Crucem sustinuit, vt & ipsa in torculari primi cùm opus fuerit non recuset. Vndè *Augustinus* super illum versum *Psalm. quinquagesimo quinto.* Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, dicit. Dei vua factus es vt calceris, plane conculcauit me homo, vua eram, vinum ero, vua mittitur in torculari, calcatur, premitur, iniuria videatur fieri vuæ, sed illa iniuria sterilis non est. Vel. [Virgini filiæ Iuda,] id est, Synagogæ, quam venerat Christus redimere. Sed illa Passionem Christi conuerot sibi in damnationem. Vndè deplorat Ieremias dicens.

e Idcirco ego plorans & oculus meus deducens aquam.] Hæc est etiam vox Ecclesiæ, vel animæ, quæ sui sponsi deplorat absentiam. Vndè.

g Quia longè factus est à me consolator] & hoc propter peccata. *Psalm centesimo decimo octauo.* Longè à peccatoribus salus. Quia è contra *Matth.* 9. b. Nunquid possunt lugere filij sponsi quamdiu cum illis est sponsus?

h Conuertens animam meam,] ad se, scilicet, consolator. Hæc lachrymando Spiritum paracletum requirit, quia spiritus disciplinæ effugiet fictum. *Sapientibus prim.* b. Hæc est ergo vna causa luctus Ecclesiæ, scilicet, abundantia sponsi. Alia est perditio populi. Vndè.

i Facti sunt filij mei perditi,] maximè propter abundantiam temporalium. *Osea capit.* 9. c. Ephraim adducet filios suos vsque ad internecionem. Item aliud est, quòd fere omnes sunt proni ad munera recipienda. Vndè dicit.

l Expandit Sion,] id est, Prælatus.

m Manus suas,] vt recipiat munera. *Iudic. capit.* 17. b. Impleuit manum vnius filiorum suorum & factus est ei Sacerdos. *Psalm.* 25. In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus. 3. *Regum capit. decimo tertio* g. Fecit de nouissimis populum Sacerdotes excelsorum, quicunque volebat implebat manum suam & fiebat ei Sacerdos. Loquitur de Ieroboam. Et ideo.

n Non est qui consoletur eam,] spiritualiter, quia pro temporalibus quæ nimis diligit, verum consolatorem amisit. *Osea capitulo* 13. d. Consolatio abscondita est ab oculis meis, quia ipse inter fratres diuidet. Vel in bono.

l Expandit Sion manus suas,] per eleemosynarum largi-

puli mei. Quia [expandit Sion manus suas ,] in signum doloris vehementis, & conculcationis. Vel, Expandit. Sion manus suas.] Dolorem significat quasi parturientis. Vndè *Isaia vigesimo quinto* d. Sicut expandit natans ad natandum manus suas, sic & Sion inter angustias. Et *vigesimo primo* a. Angustia possedit me sicut angustia parturientis.

a Non est qui consoletur eam.] *Nahum. tertio* b. Vndè quæram consolatorem tibi?

a consoletur eam. *b* Mandauit Dominus aduersùm Iacob in *c* circuitu eius hostes eius. *d* Factus est Ierusalem quasi *e* polluta menstruis inter eos. Sade. *f* Iustus est Dominus: quia *g* os eius ad *h* iracundiam prouocaui. *i* Audite obsecro vniuersi populi, & *k* videte dolorem meum.

b Mandauit Dominus aduersùm Iacob,] i. duas tribus de hoc nomine gloriantes.

c In circuitu eius hostes eius,] quasi dicat, mandauit, & permissione Dei venerunt Chaldæi hostes Iudæorum, & obsederunt ciuitatem. *quarto Regum vigesimo quinto* a. Nabuchodonosor, & omnis exercitus eius circumdederunt ciuitatem, & extruxerunt in circuitu eius munitiones.

d Facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos,] i. immunda reputata, & abominabilis, *suprà eodem* d. Vide Domine, & considera quoniam facta sum vilis.

f Iustus est Dominus,] me affligendo. Huic sententiæ præscribitur, [Sade,] quod interpretatur iustitiæ. Et bene, vt per hoc innuatur, quod hoc est ex iustitia Dei, vt illa tantis doloribus sit exposita, quasi prædicta vocatio hostium iusta fuit: quia iustus est Dominus me affligendo. *Gloss.* Deprecatio, quæ est species concessionis, qui est color Rhetoricus. Vndè *Tullius.* Deprecatio est in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur.

g Quia os eius,] i. præsentiam, vel Prophetas. *Ierem. decimo quinto* d. Si separaueris pretiosum à vili quasi os meum eris.

h Ad iracundiam prouocaui] amaritudinibus peccatorum, *Osea* 12. d. Ephraim ad iracundiam in amaritudinibus suis prouocauit me.

i Audite obsecro vniuersi populi.] Superiùs ad sui doloris consolationem vocauerat aliquos, *ibi*: O vos omnes qui transitis per viam: Hic iam omnes communiter inuitat. Superiùs dixerat: Virgines eius squalidæ: Hic iam dicit: [Virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem] per quod datur intelligi, quòd quanto plus aliquis luget, tanto magis videt esse lugendum. *k* Et videte dolorem meum.

[Ho]mo expandit manus propter multa. A tionem. *Prouerb. vlt.* b. Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Vel. [Expandit manus suas.] Notandum est, quòd manus solet homo expandere propter multa, & hoc, vel Prælatus, vel subditus. Prælatus manus expandit pro subditis orando. Vndè *Exod. decimo septimo* e. Cùm leuaret Moyses manus, vincebat Israel. *secund. Paralipomen. sexto* c. Palmis in cœlum leuatis ait: Domine Deus Israel, non est similis tui Deus, & cætera. Item pugnando. *Iosue cap. octauo* f. Iosue vero non contraxit manum quam in sublime porrexerat, tenens clypeum donec interficerentur omnes habitatores Hai. Item Sacerdos celebrando. *infrà capitulo tertio* e. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlos. Item pœnitens, vt extrahatur de fouea peccati in quod cecidit. *Isaia quadragesimo primo* c. Ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi, non timeas, quia ego adiuui te. Item luxuriosus, in aqua luxuriæ natando. *Isaia vigesimo quinto* d. Extendit manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum. Item auarus ad capiendum, vel attrahendum. *Ecclesiasticor. capitulo quarto* d. Non sit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum collecta. Item cæcus ad se dirigendum. *Actuum capitulo decimo tertio* b. Quærebat qui ei manum daret. Item Dominus ad feriendum, vel remunerandum. *Isaia decimo* b. Abduc manus eius extenta. *Isaia quinquagesimo nono* a. Ecce non est abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat. Item infidelis ad blasphemandum. *secund. Machabæorum capitulo decimo quarto* e. Extendens manum ad Templum iurauit. Item iustus ad gratias referendum. Vndè Beatus Ioannes Euangelista vocatus à Domino expandens manus suas ad Deum dixit: Inuitatus ad conuiuium tuum venio gratias agens: quia me dignatus es Domine Iesu Christe ad tuas epulas inuitare, sciens quòd ex toto corde meo desiderabam te.

b Mandauit Dominus aduersùm Iacob,] animam, scilicet, vel Ecclesiam.

c In circuitu eius hostes eius] Benedicit, quia ex omni parte habet insidias. Inferiùs insidiatur concupiscentia. *Galat. capitulo quinto* c. Caro concupiscit aduersùs spiritum. Superiùs verò timor iudicij desperationem inducens. *Hebr. decimo* f. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Item retro delectatio peccatorum præteritorum. *Num. capitulo vndecimo* b. In mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones porrique, & cœpæ, & allia. Item ante, importunitas tentationum. *Ecclesiasticor. capitulo secundo* a. Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, præpara animam tuam ad tentationem, & deprime cor tuum, & sustine. Item à dextris indiscreta aliorum imitatio. 1. *Machab. capitulo* 5. g. Iosephus & Azarias volentes imitari virtutes Machabæorum, superati sunt & deuicti. Vel à dextris copia rerum. *Ezechiel. capitulo decimo sexto* f. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium. Prodiit enim ex adipe iniquitas eorum. Item à sinistris inopia. *Ecclesiast. capitulo vigesimo septimo* a. Propter inopiam multi deliquerunt. Propter hæc omnia dicitur *Prouerbiorum capitulo quarto* d. Omni custodia serua cor tuum. Animæ igitur sic obsessæ nullum patet refugium nisi Christus. Vndè *Psalm. centesimo tertio*. Petra, id est, Christus, refugium herinacius, id est, debilibus & infirmis. *Psaml. trigesimo primo*. Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me, exultatio mea erue me à circumdantibus me. *secund. Paralip. capitulo vigesimo* c. Cum ignoremus quid agere debeamus hoc solùm habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te.

d Facta est Ierusalem, [id est, anima, vel Ecclesia.

e Quasi polluta menstruis inter eos] hostes, scilicet. Notandum, quòd multiplex est pollutio.

Est enim pollutio
- Excommunicationum. *Isaia* 7. d. Non poterit Israel stare ante hostes suos, fugietque eos, quia pollutus est anathemate.
- Verbositatum. *Isaia* 6. b. Vir pollutis labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.
- Malæ societatis. *Aggai* 2. c. Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, numquid contaminabitur?
- In cibis superfluis. *Ezech.* 4. c. Comedent filij Israel panem suum pollutum.
- Scandali, vel peccati. *Malach.* 1. b. Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis in quo polluimus te? In eo, quod dicitis, mensa Domini despecta est.
- Rapinæ. *Isaia quinquagesimo nono* a. Manus vestræ sunt pollutæ sanguine, & digiti vestri iniquitate.

Propter hæc omnia dicit *Isaia* 67. b. Omnes iustitiæ nostræ quasi pannus menstruatæ.

f Iustus est Dominus] affligendo me. *Daniel.* 3. d. Omnia quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti. *Psalm.* 118. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.

g Quia os eius,] id est, Filium. *Hebr. primo* a. Nouissimè locutus est nobis in Filio quem constituit hæredem vniuersorum. *Cantic. primo* a. Osculetur me osculo oris sui, id est, visitet me, dicit humana natura in Incarnatione Filij.

h Ad iracundiam prouocaui,] per peccata mea contemnendo ipsius mandata. *Isaia* 30. a. Os Domini non interrogauerunt.

i Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum,

A te dolorem meum.] De quo *suprà eodem* d. Attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Ad hoc autem vult audiri dolorem suum & videri, vt habeat principes & compatientes sibi. Vult enim natura humana coolortes habere, vel gaudij, vel doloris. Vndè *Lucæ capitulo quinto* b. Congratulamini mihi, quia inueni ouem quam perdideram.

a Virgines meæ, & iuuenes mei b abierunt in captiuitatem. Coph. c Vocaui amicos meos & ipsi d deceperunt me.

a Virgines meæ, & iuuenes mei,] qui non poterant se defendere, nec alios lædere. Vndè magna fuit crudelitas malè eos tractare.

b Abierunt in captiuitatem,] Babylonis. *Ierem.* 51. d. Absorbuit me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine, *i.* virginibus & iuuenibus meis. Et est hic octauus locus indignationis, quia tales nec se possunt defendere, nec alios lædere.

c Vocaui.] Huic sententiæ præscribitur, [Coph,] quod interpretatur vocatio. Vndè statim subiungit, (Vocaui amicos meos,] i. Ægyptios, quos mihi fœdere auersam, & amicos meos putabam. Et innuitur hic potissima causa destructionis Ierusalem, scilicet, confidentia super auxilio Ægyptiorum. Vndè *Isaiæ* 30. a. Erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Ægypti in ignominiam. Vndè sequitur.

d Et ipsi deceperunt me.] Quia vt dicitur *Ierem. cap.* 9. b. Omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebat, & veritatem non loquentur. Et *Ieremiæ* 38. f. Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, & demerserunt te in cœno & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te. Hi in prosperitate veniunt, sed in aduersitate recedunt. *Prouerb.* 19. a. Fratres

A hominis

A lorem meum, qui est hoc, quòd [virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.] Virgines sunt pudicitia mentis, simplicitas, & mansuetudo.

Prima captiuitas per peccandi promtitatem. *Roman.* 7. d. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.

Secunda per prudentiam mondi, quæ est mors. *Roman. octauo* b.

Tertia, per nimiam inquietudinem, vel per nimiam tranquillitatem, quia sic & in se torpescit. Iuuenes sunt zelus amoris, fortitudo magnanimitatis.

Primum captiuatur per defectum consilij. Vndè Roboam relicto consilio senum, adhæsit consilio iuuenum. 3. *Regum* 12. c.

Secundum per nimiam remissionem. Vndè *primo Regum quarto* c. Heli mortuus est, quia remissè filios suos corripuit; Sedens enim super sellam, fractis ceruicibus expirauit.

Tertium per pusillanimitatem. Contra quod legitur *Genes.* 14. c. Quod Abraham numerauit expeditos vernaculos suos trecentos, decem & octo. Trecenti vernali, sunt tria quæ in nobisipsis vt vernaculi in domo nutriuntur. Ignorantia agendorum, difficultas operandorum, & timor suffocans spem futurorum. Hæc tria faciunt pusillanimem Decem & octo sunt obseruatio mandatorum legis pro spe æternæ retributionis, quæ fiet in octaua resurrectionis. Qui ergo expeditus est à tribus prædictis, & strenuus in duobus aliis, scilicet, in obseruantia mandatorum & spe resurrectionis, pugnare potest cum Abraham, & Loth captiuum reducere.

c Vocaui amicos meos,] dicit Ecclesia, id est, clericos, vt gratuitò seruirent mihi.

d Et ipsi deceperunt me,] à ministris meis & seruitoribus me fraudantes. Nonne Ecclesiam decipit ille qui plures habet præbendas? Vbi enim deberent plures esse ministri Ecclesiæ, non est nisi vnus. Puto firmissimè, si tibi auferretur vnus de rusticis, vel hominibus tuis, nullatenus sustineres, immò grauissimè doleres, & putas Ecclesiam non dolere, si aufers ei vnum, vel duos, vel tres de seruitoribus suis? Ordinem enim ministrorum tu dissipes, quem sapienter Salomon in domo sua, id est, Christus in Ecclesia disposuerat, quem Regina Saba, id cœlestis Curia multùm commendauit. *tertio Regum decimo* a. Vel amici Ecclesiæ ipsam decipiunt, quia vocati ad epulas, vel ad distributiones bene veniunt, sed non ad bella contra exercitus vitiorum. Vndè *Malach. cap.* 1. c. Conqueritur Dominus. Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuitò? Vel de quolibet iusto.

c Vocaui amicos meos,] Solet dici quòd homo habet tres amicos. Vnus non vult quicquam, nisi funem ad suspendium. Alius linteum ad velamen oculorum. Tertius promittit, quod ducet vsque ad patibulum. Primus est caro. Nemo enim carnem suam vnquam odio habuit. *Ephesi. capitulo quinto* f. Iste dat cordam æternam, scilicet, damnationem. In qua est triplex funiculus, qui nunquam rumpitur, pœnarum, scilicet, multiplicitas, acerbitas, & perpetuitas. Hic amicus decipit, quia ad illicita trahit. Sed homo sapiens supplantat carnem, sicut Iacob Esau. Per Iacob enim spiritus hominis, per Esau caro designatur, vt sic decipientem se deciperet, tangendo eam ne ipsa superet. Sicut Angelus neruum femoris Iacob tetigit & emarcuit, vnde & claudus factus est Iacob vno pede. *Genesis capitulo trigesimo secundo* f. Per Angelum cum quo luctatus est Iacob, spiritus hominis designatur, per Iacob caro. Hæc à spiritu debet tangi per ieiunium, disciplinas, vigilias, asperas vestes, & peregrinationes, sic tamen quod non omnino † euelopetur, sed vt claudicet eneruato pede superfluitatis, & sanus ei custodiatur pes necessitatis: Vt abscindatur fortitudo carnalis. *Isaiæ capitulo quinto* e. Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem: & seruetur sollicitè ad seruiendum Domino fortitudo corporalis. *Psalm. quinquagesimo octauo.* Fortitudinem meam ad te custodiam. Sed fatui quid faciunt? Laxant ei habenas, dando ei concupiscentias, & non præcauentes ipsius insidias: ab ipsa miserrimè ligantur, vt ad Inferni immolationem in macellum trahantur. Vndè *Prouerbiorum capitulo septimo* d. Irretiuit eum, caro, scilicet, spiritum, sermonibus multis, & blanditiis labiorum protraxit illum, statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciuiens, & ignorans quòd ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius, id est, pœna æterna. Tunc enim sciet se errasse, & dicet: *Sapient. capitulo quinto* a. Ergo errauimus à via veritatis, velut si auis festinet ad laqueum, & nescit, quia de periculo animæ illius agitur. Sed sciet in pœna: quia vt dicit auctoritas. Pœna oculos aperit quos prosperitas claudit: Similes duobus sociis quadam necessitudine coniunctis, vt simul viuant, & simul ambulent, & semper in voluntatibus, & factis contrariis, qui existentes in biuio, viam audiunt ex vna parte strictam esse, sed securam, consitam spinis, & lapidibus plenam; ex altera parte stratam esse latam, & publicam, sed tabernis, choreis, ludis, & gaudiis, arboribus, & pratis, & huiusmodi vanitatibus ornatam, sed latronibus plenam: Et sapiens socius volens ire per viam strictam, & securam, trahitur à stulto socio, vt ambulent simul per viam latam: Desiderat enim videre prædictas vanitates, & insanias falsas, vnde ambo incidunt in latrones, & sapiens capitur, ligatur, flagellatur, incarceratur, sed stultus fugiens se proiicit in cisternam veterem, tandem tamen à latronibus est inuentus, capitur & cum alio socio in durissimo carcere retruditur, vbi vnus insultat alij, dicens se ab alio deceptum. Hi duo sunt anima, & corpus. Anima debet esse sapiens, cum corpus sit socius stultus, qui per viam latam, quæ ducit ad mortem facit ire animam, dum ipsa ei consentit. Et tandem anima capitur in morte à Dæmonibus, & corpus in terra reconditur, sed in fine anima simul, & corpus in pœnam, & carcerem Inferni reponentur carcere perpetuo. Et tunc anima poterit dicere carni illud quod dixit Iephte filiæ suæ. *Iudic. cap.* 11. f. Heu me filia mi decepisti me, & ipsa decepta es. Secundus amicus est mundus, qui à multis diligitur, quos ipse non diligit, à multis vocatur quos ipse contemnit. *Ecclesiastici cap.* 11. b. Si secutus fueris non apprehendes. In isto non est confidendum: quia ipse fallax est. *Psalm.* 32. Fallax equus ad salutem, &c. quia tandem etsi in principio applaudet, in fine tamen decipit. Nonne ille diues epulo bene deceptus est, qui tot abundauit prius diuitiis, deliciis, & in fine vno tantum recepto sudario in tantam deuenit inopiam, quod & guttam aquæ mendicauit, & habere

Homo habet deos amicos dare.

G

Al. † exci- nues.

A dicauit, & habere

A hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo.

Quartus locus conquestionis.

a Sacerdotes mei, & senes mei in vrbe,] Ierusalem, [consumpti sunt,] peste, vel gladio, vel fame occisi. *Osea cap.* 4. b. Et erit sicut populus, sic Sacerdos.

a Sacerdotes mei, & senes mei in vrbe consumpti sunt, b quia quæsierunt cibum c sibi, vt d refocillarent animas suas. Res, e Vide Domine quoniam f tribulor, g conturbatus est venter meus. h Subuersum est cor meum in memetipsa, i quoniam amaritudine k plena sum. l Foris interficit gladius, & m domi n mors similis est. Sin.

b Quia quæsierunt cibum sibi,] & supple, non inuenerunt.

d Vt refocillarent animas suas,] non dicit, sustentarent, scilicet, vitam temporalem.

e Vide Domine] Huic sententiæ præponitur, [Res,] quod interpretatur capitis. Et bene, quia non solum exterior afflictio, sed interior plangitur hic: quia caput animæ quod est mens affligitur, quæ etiam per cor significatur. Vnde litera Hebræa concordat ei quod dicitur in medio huius sententiæ, scilicet, [Subuersum est cor meum in memetipsa,] id est, mens in afflictione. Et in hoc quod dicit,] venter meus,] tangitur vehementia doloris, sicut in parturiente, cui est vehemens dolor ventris. Per cor autem possunt Prælati intelligi, per ventrem, simplices. Vel per cor ratio, per ventrem sensualitas. Et est hic decimus quintus locus conquestionis, vel potius quintus, vbi singula iudici exponit incommoda, vt quasi res ipsas, videat, ad misericordiam descendat. Dicit ergo.

e Vide Domine,] quasi dicat, ex quo non reperio auxilium in alio, & non est qui consoletur, [vide Domine quoniam tribulor,] & sic libera me. *Daniel cap.* 9. e. Placare Domine, attende, & fac, scilicet, misericordiam cum afflictis.

g Conturbatus est venter meus,] id est, simplices mei, vel sensualitas. More parturientis plangit.

h Subuersum est cor meum in memetipsa.] id est, cordis consilium, scilicet, deliberatio, vel electio rationis. Vel, [Cor meum,] id est, Prælati mei, & Sacerdotes, & Prophetæ. *Osea cap.* 7. e. Ephraim quasi Columba seducta non habens cor. Vnde *Isaia cap.* 46. e. Redite præuaricatores ad cor.

i Quoniam amaritudine,] tribulationis.

k Plena sum.] *Ruth. capitulo primo* d. Non vocetis me Noëmi, id est, pulchram, sed vocate me Mara, hoc est amaram: quia amaritudine valde repleuit me omnipotens.

l Foris interficit gladius,] id est, persecutores extra ciuitatem.

m Et domi,] id est, in ciuitate.

n Mors similis est,] quia intra ciuitatē moriebantur fame, & extra gladio. *Ier.* 14. d. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio, si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame:

A Propheta namque &

A dicauit, & habere non potuit? Hic est baculus arundineus, cui si innixus fuerit homo, perforabit manum eius. *Isaia capitulo trigesimo sexto* b. Tertius amicus est diabolus, quem multi sibi amicum faciunt superbè aliis dominando, sicut ille dominari appetiit & ascendere culmen dignitatis. *Isaia capitulo decimo quarto* d. Ascendam in cœlum. Hic in fine decipit, quando ad suspendium Inferni trahit, vt non dicam solummodo ducit. *Ieremia capitulo sexto* f. Crudelis est, & non miserebitur. *Ieremia capitulo decimo sexto* c. Seruietis diis alienis qui non dabunt vobis requiem die, ac nocte. Hoc est quod legitur. *Genesis capitulo quadragesimo* d. Quòd Pharao magistrum pistorum qui ei longo tempore seruierat fecit suspendi. Isti sunt illi tres, de quibus dicitur. *Luca capitulo decimo quarto* d. Qui inuitati ad nuptias venire noluerunt. Per illum qui villam emit, significantur ambitiosi honorum amantes multitudinem amicorum, qui deducunt vsque ad sepulchrum. Per illum qui iuga boum emit, significantur cupidi diuitiarum, amatores mundi, qui nihil dant in fine, nisi vnum sudarium. Per illum qui vxorem duxit, significantur illi qui carni seruiunt, & ipsius vinculis ligantur, vt ligatis manibus, & pedibus proiiciantur in tenebras exteriores Inferni. *Matthæi capitulo vigesimo secundo* b. Et *Osea capitulo quarto* c. Spiritus fornicationis decipit eos & fornicati sunt à Deo suo. *Et in eodem* d. Ligabit eum spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificiis suis. Iste enim est qui dat amico funem, quo debeat suspendi.

a Sacerdotes mei, & senes mei in vrbe consumpti sunt,] peccatis, rapinis, concupiscentiis. *Ieremia capitulo vigesimo tertio* c. Propheta namque & Sacerdos polluti sunt, & in domo mea inueni malum eorum. Ecce hic patet, quàm malum sit esse in multitudine & turba hominum. Vndè *Seneca*. Quotiescunque inter homines fui, minùs homo redij. *Ieremia capitulo quadragesimo octauo* e. Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab, & estote quasi Columba nidificans in summo ore foraminis. *Ieronymus*. Oppidum mihi carcer est, solitudo Paradisus.

b Quia quæsierunt cibum,] & non salutem animarum *Eccl.* 10. d. Væ terræ cuius Rex puer est, & cuius Principes manè comedunt.

c Sibi,] & non aliis. Vndè *Ezech.* 34. a. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos.

d Vt refocillarent animas suas,] non vt animas subditorum liberarent.

Moraliter.

Moraliter.

Sacerdotes sunt orationes, senes consilia. Primi consumuntur per verborum multiplicationem. *Matthæi capitulo sexto* b. Nolite orantes multùm loqui. Secundi consumuntur, quando rectis consiliis cognitis, non adhæremus. *Luca capitulo duodecimo* f. Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.

Dominus omnia videt.

e Vide Domine.] Notandum quòd Dominus videt omnia simplici notitia. *Hebræorum capitulo quarto*. Omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. *Genesis capitulo primo* d. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & cætera. Item quosdam videt oculo misericordiæ, scilicet, bonos, quos respicit cum voluntate remunerandi. *Psalm. trigesimo tertio*. Oculi Domini super iustos. Item quosdam oculo iustitiæ, & cum voluntate puniendi, scilicet, malos: *Psalm.* ... Vultus autem Domini super facientes mala. Item quosdam vtroque oculo, scilicet, pœnitere volentes, & hoc cum voluntate miserendi. *Luca* 22. 2. Respexit Dominus Petrum. Et de hoc dicitur. [Vide Domine,] i. miserere.

f Quoniam tribulor.] Et quare? Quia [conturbatus est venter meus.] Per ventrem Cathedralis Ecclesia, quæ cæteris minoribus parit Sacramenta. Hæc conturbatur frequenter per discordias, & schismata. *Genes.* 25. e. Collidebantur in vtero paruuli. Et sæpè oportet quod venter iste dirumpatur.

h Subuersum est cor meum in memetipsa, i. sapientes mei.

i Quoniam amaritudine plena sum,] *suprà eod.* b. Et ipsa oppressa amaritudine.

Moraliter.

Moraliter. h Subuersum est cor meum, &c.] Cor bene dispositum est, quando latum est sursum, & strictum deorsum. Subuersum vero est, quando è conuerso. *Osea cap.* 11. c. Conuersum est cor meum in me. *Prou. capitulo* 15. a. Cor stultorum dissimile erit, scilicet, aliis cordibus. Verum est quod latum est ad terrena, & strictum ad cœlestia.

l Foris interficit gladius,] persecutorum.

m Et domi mors similis est,] i. in Ecclesia, quasi dicat, exteriùs impugnor per apertos persecutores, sed interiùs per falsos fratres.

Moraliter.

Moraliter. l Foris interficit gladius,] i. in sensibus. *Ierem.* 9. f. Mors intrauit per fenestras vestras. Hæ sunt portæ inter quas anima interficitur. *Exod.* 32. f. Leuitæ transeuntes occidebant de porta vsque ad portam, &c. quia Dæmones modò per vnum sensum, modò per alium ingerunt mortis occasiones.

m Et domi,] i. in cogitatione. n Mors similis est,] quia species rei visibilis exterioris recepta in imaginatione interiùs relinquit frequenter cogitationem mortis. Vndè *Prouerbiorum cap.* 23. d. Oculus tuus videbit ex-

A traneas, & cor

a Propheta namque & Sacerdos abierunt in terram quam ignorabant.

n Audierunt.] Huic sententiæ præscribitur. [Sin,] quod interpretatur dentium, quia in dolore & miseria semper fit stridor dentium, quasi dicat, dolor meus maximus est sicut dolor dentium. Positâ afflictione quorundam qui mortem passi sunt, nunc ostendit aliorum afflictionem, qui viui remanserunt, hostium, scilicet, derisionem, quæ maxima est afflictio & pœna. Vndè *Psalm. vigesimo quarto.* Neque irrideant me inimici mei. Secundus indignationis locus, ostendit enim ad quem res ista præcipuè pertineat, quia ad ipsum Deum, quem hostes in suis despiciunt. Dicit ergo.

a Audierunt *b* quia ingemisco ego, *c* & non est qui consoletur me. *d* Omnes inimici mei audierunt malū meum, *e* lætati sunt, *f* quoniam tu fecisti. *g* Adduxisti *h* diem consolationis, *i* & fient similes mei. Tau. *k* Ingrediatur omne malum eorum coram te, *l* & † vindemia eos *m* sicut vindemiasti me *n* propter iniquitates meas. *o* Multi enim gemitus mei, & *p* cor meum mœrens.

Al. † deuindemia.

a Audierunt] gentes circumadiacentes.

b Quia ingemisco ego] pressa pondere tribulationis.

c Et non est qui consoletur me.] Vndè *Ierem. trigesimo primo* c. Vox in excelsis audita est lamentationis, & fletus & luctus, & Rachel plorans filios suos & nolens consolari.

d Omnes inimici mei audierunt malum meum,] i. afflictionem meam.

e Lætati sunt.] *Psalm. 12.* Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Vndè 1. *Regum vlt.* c. Philistum gauisi sunt de morte Saülis.

f Quoniam tu fecisti,] i. tribulationibus me exposuisti. Simile *Matth. 27.* f. Deus Deus meus vt quid dereliquisti me? Post hæc omnia consolatur seipsam spem concipiendo de liberatione, dicens.

g Adduxisti,] i. adduces.

h Diem consolationis] de Babylonica captiuitate redimendo. Vndè *Ierem. trigesimo primo* b. In fletu venient, & in misericordia reducam eos. *Isaia vigesimo octauo* b. Erit Dominus corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui.

i Et fient,] hostes mei, [similes mei, id est, qualia sum modò, quia captiua, & ego liberabor. *Isaia trigesimo tertio* a. Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? *Abacuh secundo* b. Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes. Et vt fiant similes mei.

k Ingrediatur omne malum eorum coram te] vt videas in quo deliquerunt, quod modò nescire videris, dum dissimulas, & vindictam retribuas. *Ierem. vndecimo* a. Congrega eos quasi gregem ad vindictam, sanctifica eos in die occisionis. Huic autem sententiæ præponitur, Tau, quod interpretatur signa, quasi dicat, malum quod modò patior, signum est futuræ pœnæ inimicis meis. Sed quæritur, quare Tau vltimo ponitur in Hebræo alphabeto, & quare lamentationibus præponitur? Ad primum dicimus, quod Tau formam Crucis gerit. Et benè interpretatur signa, pluraliter & non signum, cum sint vigintiduæ litteræ, per quas vigintiduo libri veteris Testamenti significantur. Et propter hoc etiam vltima ponitur, quia quæcunque scripta sunt in libris veteris Testamenti, fuerunt signa Dominicæ Passionis, & quicquid figurabatur in illis, impletum est Cruce. Ad aliud Lamentationibus congruè præponitur, Tau, quia nisi quis peccata sua lamentando planxerit, spem habens fixam in virtute Crucis, exterminabitur à Christo, qui est vir indutus lineis, i. multis tunsionibus dealbatus: Sicut *Ezech. 9.* Legitur, quod qui non habebat Tau, scriptum in fronte percutiebatur. Vndè & hic Tau, præponitur isti sententiæ valde propriè, vbi dicitur de multitudine gemituum. Dicit ergo.

k Ingrediatur, &c.] vt priùs.

l Et vindemia eos. [Non est imprecatio, sed prædictio, dicit postilla. Sed quid inconueniens si dicatur quod sit imprecatio? Sunt enim hæc verba populi captiuati. [Vindemia,] ergo, auferendo bona, vel flagellando. *Apoc. 6.* c. Vsquequo sanctus & verus non vindicas sanguinem nostrum de his qui sunt in terra.

m Sicut vindemiasti me] iustè, scilicèt, quia.

n Propter iniquitates meas.] Et est hic non imprecatio, sed prædictio, quia nec inimicis est imprecandum, vnde est quoad bonos qui erant inter illos. Vndè *Iob 31.* c. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat, & exultaui quod inuenisset eum malum? Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius. Vndè *Gregorius.* Qui imprecatur mala quæ facere nequit, quid faceret si posset ostendit. Et quasi dicat, tu debes me audire.

o Multi enim gemitus mei.] *Ecclesiast. trigesimo quinto* c. Non despiciet Deus preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus. Vndè gemitum & clamorem populi afflicti audiuit Dominus *Exod. 3.* b.

p Et cor meum mœrens] intra me. *Psal. 108.* Cor meum conturbatum est intra me. *Mich. 4.* c. Et nunc quare mœrore contraheris?

A traneas, & cor tuum loquetur peruersa. *Deuteron. trigesimo secundo* d. Foris vastabat eos gladius, & intus pauor.

a Audierunt.] Ecce fama.

b Quia ingemisco ego, propter absentiam sponsi. *Rom. 8.* d. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc.

c Et non est qui consoletur me.] Verbum istud possunt dicere hodie pauperes, qui ingemiscunt præ fame. [Et non est,] i. paucus, vel rarus.] Qui consoletur eos] cum tamen dicat *Ecclesiast* 7. d. Non desis plorantibus in consolatione. Vndè & Dominus conqueritur dicens. *primo Regum* 22. b. Non est qui vicem meam doleat ex vobis.

d Omnes inimici mei audierunt malum meum,] scilicet, Dæmones, hæretici, falsi Christiani, detractores, quia sicut vultures citò sentiunt cadauera, sic detractores citò cognoscunt aliena mala, & non sua. *Eccl.* 12. b. Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus. Et in eodem *infrà* d. Si incurrerint tibi mala, inuenies eum illuc priorem.

e Lætati sunt] de ruina bonorum. *Prou.* 25. d. Fons turbatus pede & vena corrupta, iustus cadens coram impio. Vndè 2. *Reg.* 1. d. Nolite annunciare in Geth, quod interpretatur torcular, & significat malos, qui semper opprimunt bonos, neque annuncietis in compitis Ascalonis, ne fortè lætentur filij Philisthiim, ne exultent filiæ incircumcisorum.

f Quoniam tu fecisti] permissiuè. *Amos* 3. b. Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit?

g Adduxisti,] i. adducet.

h Diem consolationis,] i. diem iudicij in quo consolabuntur boni. *Psalm.* 57. Lætabitur iustus cum viderit vindictam. Et *Matth.* 25. c. Venite benedicti Patris mei, &c.

i Et fient similes mei.] Quia *Prou.* 11. d. Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo.

k Ingrediatur omne malum eorum coram te, & vindemia eos sicut vindemiasti me] quasi dicat, da eis paupertatem. Quia *Prou.* 1. d. Prosperitas stultorum perdet eos. Vel. [Vindemia,] per mortem, & sic parce eis ne vlterius peccent. *Apoc.* 14. d. Mitte falcem tuam acutam & vindemia botros vineæ terræ.

o Multi enim gemitus mei] exteriores, & è conuerso multa malorum gaudia. *Iob* 21. b. Tenent tympanum & & citharam & gaudent ad sonitum organi.

p Et cor meum mœrens,] interiùs. Richardus de Sancto Victore. Prior debet dolor noster & acrius nos vrgere interiùs ad remedium, & apparere exteriùs ad exemplum. Si ergo Columba seducta & omnino non habens cor non simus, si absque consilio & prudentia non excutimur, probemus in opere, quod habemus in mente. Qui enim habet cor malum, quod in se habet, non sustinet sine dolore. Sed consolentur in hoc illi qui hic sunt propter Deum in afflictione, quia dicit per *Psalm.* 11. Propter miseriam inopum & gemitum, nunc, id est, citò exurgam, dicit Dominus.

EXPOSITIO CAP. II.

QVomodo obtexit caligine] Propheta à minoribus ad maiora progrediens, sensim ad luctum excitat animos auditorum. Primò enim depopulationem vrbis deplorat, deinde destructionem communium ædificiorum, postmodum subuersionem sacrarum ædium, deindè a rebus inanimatis progreditur ad miseriam hominum & inopiam deplorandam, & sic finit conquestionem. Et sic iam patet quod hoc capitulum quatuor habet partes. Sicut autem processit Ieremias in prima lamentatione, sic procedit in ista secundum ordinem alphabeti. Quomodo igitur singulæ literæ reddantur singulis clausulis, lectoris studio relinquimus, & facile est per ea quæ in præcedenti lamentatione dicta sunt. Incipit igitur Ieremias ab admiratione, quia tam subito deiectus est populus, qui vsque ad cœlum videbatur exaltatus, dicens.

CAPVT II.

Aleph.

A *a* QVomodo obtexit caligine in *b* furore suo Dñs filiam *c* Sion, *d* proiecit *e* de cœlo in *f* terram inclytam Israël, *g* & non est recordatus *h* scabelli pedum suorum in *i* die furoris sui.

a Quomodo obtexit, &c.] quasi dicat, mirum est. Et nota quòd tres lamentationes à [quomodo] incipiunt. Quomodo sedet. Quomodo obtexit, & quomodo obscuratum est, &c.

a Quomodo obtexit caligine,] id est, mœstâ tribulatione.

b In furore suo Dominus,] i. tanta persecutione quæ videtur esse furor.

c Filiam Sion,] i. ciuitatem Ierusalem.

d Proiecit,] i. proiici permisit.

e De cœlo,] i. de terra inexpugnabili & terris omnibus digniori.

f In terram inclytam Israël.] *Ieremia quinquagesimo primo* e. Quomodo cepta est, & comprehensa inclyta vniuersæ terræ? quasi in tantam venit ignominiam ac si cœlo cecidisset in terram. Sicut ille qui cadens de cœlo factus est vt cadauer putridum non habens solatium. *Isaia* 14.c.

g Et non est recordatus] Dominus.

h Scabellis pedum suorum,] i. Ierusalem, vel templi, quod dicitur scabellum pedum Domini propter Propitiatorium in quo Dominus apparebat Moysi. *Exod. vigesimo quinto.* Quasi dicat, non propter Templum, nec propter ea quæ in ipso erant, Dominus voluit Iudæis parcere.

i In die furoris sui,] id est, vindictæ. Sed ne fortè ipsa sterilis putaretur, & vilis, & ideo minus plangenda, propterea de eius sublimitate & potentia subdit, A dicens. Præcipitauit

Mysticè. *a* Quomodo obtexit caligine, & cætera.] Mysticè notatur hic ordo spiritualis destructionis animæ, vel Ecclesiæ. Primò enim dicit ipsam obtectam caligine ignorantiæ, vel peccati. Secundò, præcipitam, *ibi.* [Præcipitauit.] Et Tertiò, confractam: *ibi.* [Confregit.] Solent enim cæci, vel caliginosi de facili præcipitati confringi. Mali, cæci sunt, & hi cadunt retro. *Ieremia septimo* e. Facti sunt retro & non ante, vbi ipsi non vident. Sed præcipitati confringuntur, sicut de Eli legitur. *prim. Regum quarto* d. Quod cecidit retro, & fractis ceruicibus expirauit. Primò ergo est excæcatio rationis, quæ fit merito præcedentium peccatorum, & hæc dicitur hic caligo. Sicut latroni propter furtum eruuntur oculi, vel velantur antequam ducatur ad patibulum. Vndè *primo Regum vndecimo* a. Naas Rex Ammonitarum noluit recipere viros Iabes Galaad nisi erueret eis oculos dextros. Et *Ieremia quinquagesimo secundo* b. Primò occiduntur filij Sedechiæ in oculis eius, & ipse postea excæcatur, & sandem ipse Sedechias in Babylonem ducitur. Filij occiduntur coram patre, quando homo scienter peccat, & per hoc bonorum operum merita quæ prius viuebant in ipso mortificantur. Item oculi eruuntur, quia merito peccatorum intellectus hebetatur. Excæcatus autem adducitur in Babylonem, quia non recogitatur beneficiorum Dei, vt inde gratias agat. Item nec præteritorum peccatorum, vt pœnitens doleat. Item nec præuidet futura præmia, vt ea concupiscat & vt ea non amittat. Item nec futura supplicia, vt ea non incurrat. Item nec videt ad dexteram, vt in prosperis non superbiat. Item nec ad sinistram, vt eum aduersitas non frangat. Propter hoc dicitur. *Isaia sexagesimo* a. Ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. è conuerso dicitur de sanctis animalibus. *Ezech.* 1. e. Et totum corpus plenum oculis in circuitu ipsorum quatuor. Dicit ergo.

a Quomodo obtexit caligine Dominus in furore suo filiam Sion,] i. animam, vel Ecclesiam. [Obtexit,] quasi Solem nubibus, vel quasi viduam, vel cadauer veste lugubri. [In furore,] dicit non in ira. Ira enim est, quando aliqua flagella inferuntur homini à Deo ad correptionem, sed furor, quando ad reprobationem. Vnde *Ierem.* 30. c. Plaga inimici percussi te castigatione crudeli.

Est caligo.
- Peccati. *Iob* 28. a. Lapidem caliginis & vmbram mortis diuidit torrens à populo peregrinante. *Iob* 3. b. Obtenebrentur stellæ caligine eius.
- Erroris. *Isaia* 59. b. Impegimus in meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.
- Ignorantiæ Clericorum, vel Religiosorum, ex qua præcedens habet ortum. Vndè *Genes.* 48. b. Oculi Israel caligauerant, & clare videre non poterat.
- Dignitatum. *Isaia* 13. a. Super montem caliginosum leuate signum. Hoc fit quando bonus Prælatus ponitur in culmine dignitatum.
- Tribulationis. *Isaia* 8. d. Ecce tribulatio & tenebræ, & dissolutio, & angustia, & caligo persequens.
- Gehennæ. *Iob* 10. d. Terram tenebrosam & opertam mortis caligine.

d Proiecit de cœlo in terram inclytam Israel,] i. animam, vel Ecclesiam. Idem est terra inclyta Israel, quod filia Sion, sed filia Sion dicitur ratione contemplationis, terra inclyta Israël, tantùm actionis, vel laboris. Israel enim interpretatur directus cum Domino. Et sicut speculario pertinet ad interfectum, sic directio ad affectum. Hæc directio fit per charitatem. Vndè *Canticorum primo* b. Recti diligunt te. Proiicitur autem de cœlo, quando de contemplatione æternorum, ad amorem conuertitur terrenorum, quod facit diabolus. Vndè *Apocal.* 12. d. Causa draconis trahebat post se tertiam partem stellarum, & misit eas in terram. Stellæ sunt contemplatiui. De his *infrà* 4. a. Filij Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? Vel. [Proiecit] per excommunicationem. *Ierem.* 6. g. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit eos. *Psalm.* 59. Deus repulisti nos, & destruxisti, &c.

e De cœlo] de consortio & communitate fidelium, qui sunt in cœlo Ecclesiæ. Vel de societate Angelorum. 1. *Cor.* 5. d. Auferte malum, i. excommunicationem ex vobisipsis. Et *in eodem* b. Expurgate vetus fermentum, i. expellite à vobis excommunicatum.

g Et non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.] Anima iusti, sedes est Dei, quantùm ad partem superiorem, quæ est synderesis vel mens quam Deus inhabitat per sapientiæ donum, quo contemplatur æterna. Item scabellum pedum quantùm ad inferiorem partem, quæ per donum scientiæ temporalia administrat. *Isaia vltim.* a. Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Per cœlum superior pars animæ, per terram inferior designatur. Pedes Domini sunt misericordia & veritas, quia per hæc ingreditur Dominus ad animam pœnitentem. Cuius scabellum fit anima, cùm reddit veritati, vel iustitiæ timorem, misericordiæ autem spem & amorem, quando ita timor iudicium quod de misericordia sperat, & è conuerso. Vndè *Luca* 7. f. Dicitur de Magdalena pœnitente, quod stabat retro secus pedes Domini. *Deuteronom.* 33. a. Qui appropinquant pedibus illius accipient de doctrina eius. Longè autem à pedibus Domini est, qui nimis præsumit de misericordia, vel desperat pro iustitia. Tunc autem non recordatur Dominus scabellum pedum suorum, quando anima

[illegible] Domin[illegible]

[illegible] qui [illegible] ccipitauit

B ch. a P[illegible] itauit Dñs b n[illegible] p[illegible] d[illegible] ixit [illegible] & f d[illegible]

[illegible] est, vehementer [illegible]

[illegible] fort[illegible] & [illegible]

[illegible] Vnde virgo act[illegible] ate. [illegible] deiecit in terram,] munitiones, [illegible]

A Pollu[illegible] Regum

[illegible] Non est obscena cogitatio tua imo manifesta, pellicita [illegible]

Item [illegible] scabel um pedum Domini, [illegible] & amorem [illegible] digrauer [illegible] pedes [illegible] Sub [illegible] lapidis [illegible] bonum religionem [illegible] esse in coelis.

It[illegible] scabellum p[illegible] Domini [illegible] bellum pedum [illegible]

[illegible] Dominus Iudæam [illegible]

[illegible] Domine [illegible]

[illegible] Isaiæ 43. a. Non [illegible]

[illegible] Iuda, i. religionem quæ debet [illegible]

Turres vero de castris [illegible] Regibus.

[illegible] Reg[illegible]

[illegible] hostium [illegible]

[illegible] claustra [illegible] rapuerit [illegible] malorum. [illegible] scilicet [illegible] qui ibi sunt, vel quia [illegible] Quæ est contra Domin[illegible] nouas religione [illegible] Religio[illegible] quos tamen [illegible]

A Ma[illegible]

V[illegible] a Pr[illegible] pitauit Dominus [illegible] finaliter p[illegible] ceantes. [illegible]

Nec [illegible] Zelus & [illegible] pro [illegible] dona plurima.

c Omnia [illegible] furore suo. [illegible] Principes & [illegible] australes [illegible] Iacob in m[illegible] & pi[illegible] bent [illegible] tentationes tam car[illegible] Non est nobis colluctatio [illegible] sed aduersus [illegible] mundi rectores tenebrarum harum.

Item cum sapientia, [illegible] acquirant. Eccl. [illegible]

[illegible] ab eo benedica[illegible] luctatur cum eo vsque mane [illegible] luctatus est [illegible] quæ fluunt sicut aqua. & [illegible] sicut pulu[illegible] & excæcant [illegible]

[illegible] afflictione & peritus sui humi[illegible]

[illegible] studi[illegible]

[illegible] tione. Et qui vult in [illegible] oportet quod prius transeat vadum Iabo[illegible]

Speciosa, [illegible] sunt votum paupertatis [illegible]

Abies ad alta se erigens est paupertas, quæ ad cœlum [illegible] Beati pauperes spiritu, [illegible] regnum cœ[illegible] nota [illegible] naues [illegible] perico[illegible] Et in multis [illegible] fracta est malus, sicut [illegible] quorum sicut malus nau[illegible] montis, & quasi [illegible] quia in multis [illegible] quia habitus [illegible]

[illegible] quam cogitat [illegible] ipsa futura [illegible]

Exemplum de quodam Eremita, qui [illegible] mortuæ [illegible] apponebat [illegible]

Per [illegible] quæ parum [illegible] Glo[illegible] & [illegible] virgulis Iuda deiecit in [illegible] Est [illegible] corporalis de qua non loquitur [illegible] quæ est integritas [illegible] virg[illegible] anima [illegible] fides [illegible] & sana [illegible]

[illegible] Confessio [illegible] peccat[illegible] & hæc eff[illegible] psalmodia & actio gratiarum [illegible] Deo [illegible] Psalm 49. [illegible] sacrificium [illegible]

Item [illegible] sunt [illegible] deuotæ, & attentio [illegible] anima Matt[illegible] tentatio[illegible] Quando [illegible] Apostolis in Passione [illegible] Inuentæ concordantes, erant [illegible] confessio peccat[illegible] Oportet [illegible]

a Polluit Regnum, [illegible] polluitum esse [illegible] destruendo per [illegible] Chaldæos [illegible] manos.
b Et principes e[illegible]] [illegible] sc[illegible] ipsos [illegible] do.
c Confregit] id est, vere Regnum d[illegible], & Principes [illegible] pollutos [illegible] dic quia, confregit, qui prius solidauerat.
d In ira furoris sui omne cornu Israel, id est, Principum fortitudinem.
e Auertit retrorsum dexteram suam, id est, protectionem [illegible]uam, ne eos defenderet.
f A facie inimici, id est, a præsentia Chaldæorum, vel Romanorum, qui[illegible] Dominus [illegible] non opposuit pro Iudæis quando ad obsidendam Ierusalem venerunt.
g Et succendit in Iacob,] id est, in tota terra Iudæorum.
h Quasi ignem flammæ deuorationis in gyro, [illegible] qui omnia deuorat, sic & to[illegible] terra Iudæorum fuit destructa.
i Tetendit arcum suum,] comminando per Prophetas, captiuitatem su[illegible] am [illegible] Chaldæos, qui sunt sagittarij. Arcus autem Domini dicitur exercitus Chaldæorum, quasi [illegible] de voluntate Domini contra Ierusalem venerunt.
k Quasi inimicus,] hoc dicit, quia amicus etsi arcum al[illegible]ando tendit, tamen sagittam non emittit, sed inimicus emittit, sic Dominus pœnam comminatam emisit.
l Firmauit dexteram suam quasi hostis] ad percutiendum scilicet.
m Et occidit omne quod pulchrum erat visu,] id est, pulchros homines & pulchras mulieres.
n In tabernaculo filiæ Sion,] Iudææ scilicet, vel Ierusalem.

in terram, *a* polluit Regnum, *b* Principes eius. *c* Confregit in *d* ira furoris sui omne cornu Israel, *e* [illegible] retrorsum dexteram suam *f* a facie inimici, & *g* succendit in Iacob *h* quasi ignem

e [illegible] retrorsum dexteram suam [illegible]
A[illegible]
g E[illegible] [illegible]
in gyro. Hic [illegible] *Iob* 3[illegible]

[illegible] flammæ deuorantis in gyro. De-[illegible] *i* Tetendit arcum suum *k* quasi inimicus, *l* firmauit dexteram suam quasi hostis, *m* & occidit omne quod pulchrum erat visu in *n* tabernaculo filiæ Sion.

[illegible] deuo[illegible] [illegible] ignem. [illegible] in gyro, [illegible] [illegible] maiores [illegible] [illegible] [illegible] *Moraliter.* [illegible]aliter, per [illegible] quod ex [illegible]

c[illegible] [illegible]atur. *Ioel.* [illegible] g. Effundam de spiritu [illegible] Vnde dicies [illegible] apparuit co[illegible] 4 d.
[illegible] Auertit retrorsum dexteram suam] Dominus, [illegible]
[illegible] est, à tribulatione & tentatione.
[illegible] quasi ignem flammæ deuorantis [illegible] *Quadragesimo* [illegible] combussit eum [illegible] Hoc fit quando propter [illegible] concup[illegible] [illegible] implendas hac tempo[illegible] concupiscit & [illegible] tum quod [illegible] efficitur ad amorem sui. 2. *Tim.* 3. a. In nouissimis temporibus erunt homines [illegible] amantes. Et ideo talis amo[illegible] comparatur [illegible] qui flamma facit gyrum. [illegible] b. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus a coquente. Notandum autem quod cornu potest accipi multipliciter.

Est cornu.
- Potestatis. *Zach.* 1. d. Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam.
- Superbiæ. 3. *Regum* 22. b. Fecit sibi Sedechias cornua ferrea, in quo notatur dura Prælatorum, quæ [illegible] ex superbia est, non ex iustitia, & [illegible] dicam ferustos.
- Dignitatis. *Dan* 8. f. Cornu grande quod erat inter oculos eius, ipse est Rex primus quod autem fracto illo surrexerunt pro eo quatuor, quatuor Reges de gente eius consurgent. 1. *Reg.* 16. a. Imple cornu tuum oleo, non dicit ferro, contra duros Prælatos.
- Defensionis. *Deut.* 33. c. Cornua Rhinocerotis cornua illius.
- Cognati Prælatorum. *Amos cap.* [illegible] d. Amputabuntur cornua altaris. [illegible] 47 b. Confregit cornua [illegible]orum in [illegible] num.
- Aduocationis. *Ezech. cap.* 34. e. [illegible] vestris ventilabatis omnia in[illegible] cornua.

i Tetendit arcum suum] Arcus [illegible] pe[illegible] & [illegible] cantos, & figuratur [illegible] tentationi [illegible] quod [illegible] veniet. *Matt.* 24 d. Si sciret pa[illegible] s, qua hora fur venturus [illegible] vigilaret vtique, & [illegible] 45. g. [illegible] tæ eius acutæ, & om[illegible] arcus eius ex[illegible] terrores, de qui[illegible] 2. S[illegible] Dom[illegible] quarum indignat[illegible] pu[illegible] eum. [illegible] liter arcus, q[illegible] amoris qui [illegible] mor etiam Iudicij est arcus quasi inimicus. [illegible] Mutatus es mihi in crudelem. Quondam te[illegible] mus [illegible] quasi amicus *Gen* 9. Arcum meum [illegible] in nubibus cœli. Iste arcus [illegible] B. [illegible] de quo a [illegible] sagittæ mi[illegible] dic. Item [illegible] l ad [illegible] Con[illegible] 5 [illegible]. Quasi [illegible] tum[illegible] [illegible] arcus [illegible] in Quar[illegible] nimis relaxantur a mul[illegible] tendit [illegible] cum suum, ad percutiendum de longe [illegible] quia [illegible] longe recesserunt. *l* Firmauit [illegible] suam quasi hostis,] ad percutiendum me. [illegible] Adhuc manus eius extenta.
m Et occidit omne quod pulchrum erat visu,] i. decem exteriorius [illegible]. De qua *Cant. cap.* 4. a. Quam pulchra es amica mea, absque eo quod intrinsecus latet.
Vel, Pulch[illegible] [illegible]. Vnde lignum [illegible] pulchrum erat [illegible] pulchrum visu delectum, quando color commu[illegible] deformatur. *Iob* 10. d. Cutis mea, d[illegible] est su[illegible] me, i. exterior cogu[illegible]
n In tabernaculo filiæ Sion,] i. [illegible] [illegible], quæ sunt tabernacula Sion, quæ [illegible] vel speculum, & ipsi [illegible]

a Effudit,] largè

A *Matth.* 21. a. Ite in castellum quod contra vos est.
[illegible] Secundo solet turris ædificari [illegible] in ea repon[illegible] the sauros, qui sunt electi, in quibus est oculus Domini. *Psalm. trigesimo tertio.* Oculi Domini super metuentes. *Et Matthæi sexto* c. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.
[illegible] Tertio, solet [illegible] aedificari, vt ibi sponsa recludatur [illegible] Dominus, quia Deus zelotes est, ponias suas in religionibus vult includi. *Sapient.* 1. a. Auris zeli audit [illegible]
d Polluit regnum & Principes eius,] id est, omnes [illegible] qui habent super Ecclesiam principatum.

[illegible] factionem adiungit confessioni. *Michael. quarto* c. Dole [illegible] & satage exterius, filia Sion. *Nahum. tertio* c. Haurit tibi aquam propter obsidionem, extrue munitiones tuas. Hæc destruuntur quando a bonis operibus anima cessat, sed quando ad inanem gl[illegible]iam, vel ad auaritiam conuertitur, tunc de[illegible] munitiones. *Nahum. tertio* c. Munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis, quæ si concussæ fuerint, cadent in os comedentis.
a Polluit Regnum & Principes eius.] Regnum est rationis imperium, Principes sunt sensus sub eo militantes. Regnum [illegible] go polluitur quando ratio [illegible] est regere [illegible] ius, [illegible] consentit Principes polluuntur, quando sensus exequuntur operando turpitudinem cui ratio consentit. *Ecclesiast.* 10. a. Secundum iudicem populi sic & ministri eius, & qualis rector ciuitatis tales inhabitantes in ea.
c Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel,] i. cornutos Ecclesiæ. Prælati Ecclesiæ non sine causa cornuti sunt, quia hoc est ad significandum quod [illegible] bent esse raptores. Nullum enim animal [illegible] vnam de spina, [illegible] icitur. Et hæc [illegible] causa, qui non habentes dentes acutos.
[illegible] inter an[illegible] alia nullum habet [illegible] leua [illegible] & tamen [illegible] sic prælati, si plena [illegible] deponerent se per humiliationem [illegible]

A a Effudit] largè & purè & crudeliter, quia quasi ignem indignationem suam. Vnde nomine effusionis violentia & abundantia designatur. *Isa.* 8. b. Adducet Dominus super eos aquas fluminis fortes, Regum Assyriorum, quasi dicat, non stillabit sed effundet. Hoc maxime impletum est sub Romanis, quando tota indignatio Domini effusa est.

a effudit quasi ignem indignationem suam. He. b Factus est Dominus velut inimicus, c præcipitauit Israël. d Præcipitauit omnia mœnia eius, e dissipauit munitiones eius, f & repleuit in filia g Iuda h humiliatum & humiliatam. Vau. Et i dissipauit quasi hortum tentorium suum, k demolitus est l tabernaculum suum.

b Factus est Dominus velut inimicus] quasi vere effudit indignationem, quia factus est Dominus velut inimicus propter scelera Iudæorũ, quasi dicat, non vere est inimicus, quia naturaliter est suæ imaginis amicus, *Sap.* 11. d. Parcis omnibus, quia tua sunt Domine qui amas animas.

c Præcipitauit Israël] populum, scilicet.

d Præcipitauit omnia mœnia eius] id est, alta ædificia, in quibus est decor ciuitatis. Vel mœnia, id est, muros.

e Dissipauit munitiones eius] id est, turres. Idem *supra* eodem. Præcipitauit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob, &c. Tamen illud expositum est de Templo, hoc de turribus.

f Et repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam] id est, de vtroque sexu multos humiliauit per captiuitatem.

i Dissipauit quasi hortum tentorium suum] id est, Templum, vel Ierusalem, quam appellauit tentorium, propter celerem depositionem, quasi dicat, sicut hortus herba eradicata remanet horribilis, sic Ierusalem destructa fuit abominabilis & terribilis. Vel, Quasi hortum, id est, tam leuiter ac herbæ eradicarentur de horto.

k Demolitus est,] id est, destruxit.

l Tabernaculum suum] idem est quod tentorium.

Δ Obliuioni tra- ● rum, sicut in castro specula. Sed dicit *Isa.* 56 d. Speculatores eius cæci omnes. Item debent esse speculum honestatis. Sed multi sunt speculum turpitudinis in Ecclesia Dei. *Ier.* 23. a. In Prophetis Ierusalem vidi similitudinem adulterij, & iter mendacij, & confortauerunt manus pessimorum.

a Effudit quasi ignem indignationem suam.] Quando Dominus flagellum ad correptionem immittit, tunc effundit quasi aquam suam indignationem. Aqua enim lauat & purgat sordes; sed quando ad conterendum, quasi ignem tunc effundit. Quibusdam enim hic incipit pœna gehennalis, sicut patet de Sodomis. *Gen.* 19. e. Et de Herode, *Act* 12. d. De his dicit Dominus *Ezech.* 22. g. Effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos. Primum significatum est per diluuium quod cessauit & determinatè ascendit, scilicet quindecim cubitis. *Gen.* 7. d. quia tantum ascenderat fumus peccati. Decem cubiti pertinent ad decem mandata, quinque, ad excessus quinque sensuum quibus transgrediuntur mandata. Aqua itaque ascendit quindecim cubitis super montes, vt sic ostenderetur, quod mittebatur ad purgationem transgressionum decem mandatorum, quæ fiebant per excessus quinque sensuum. Secundum significatur per iudicium futurum per ignem. b Factus est Dominus velut inimicus] exponendo Ecclesiam tribulationibus, vel propriæ voluntati deserendo, quæ est maxima ira Dei, vt dicit *August.* Et bene dicit, Factus est Dominus velut inimicus, quia ex se amicus est, sed peccata nostra faciunt eum quasi inimicum, *infr.* 3. d. Non enim ex corde suo humiliauit & abiecit filios hominum.

Quique dolor quotiens cogitur esse ferox.

Vnde *Isa.* 27. a. Quis dabit me spinam & vepres in prælio gradiar super eam.

c Præcipitauit Israël] id est, Ecclesiam. Hoc facit quando ipsa inclinat se ad terrena. *Iob* 30. c. Eleuasti me, in dignitate, scilicet, sæculari vel prosperitate temporali. *Isaia* 60. c Ponam te in superbiam sæculorum,]& quasi super ventum ponens elisisti me valdè. Vnde 4. *Reg.* 9. g. duo eunuchi præcipitauerunt Iezabel de turre. Iezabel quæ interpretatur fluxus sterquilinij, est anima fluens post temporalia per amorem. Hanc præcipitant duo eunuchi, scilicet, vanitas & voluptas mundi, quæ vtroque sterilis est, quando deorsum, id est, de altitudine contemplationis inclinant ad vallem terrenitatis. Vel, Israël, id est, religiosum, qui præcipitatur per superbiam. *Lucæ decimo.* c. Videbam Sathanam quasi fulgur de cœlo cadentem. Item per adulationem. *Isaia nono.* c. Et qui beatificantur præcipitati. Item per luxuriam. *Matt. octauo.* g. dicitur de porcis, quod magno impetu præcipitati sunt in mare.

d Præcipitauit omnia mœnia eius, & dissipauit munitiones eius] mœnia sunt quibus ciuitas extra cingitur. Munitiones sunt turres quibus intra munitur. Mœnia ergo animæ sunt custodiæ quinque sensuum exteriorum. *Psalm. trigesimo octauo.* Dixi custodiam vias meas. Munitiones intus sunt habitus virtutum. Alta enim turris est humilitas, fortis patientia, pulchra castimonia, & huiusmodi, de quibus. *Psalmo centesimo vigesimo primo.* Et abundantia in turribus tuis. Quando ergo custodia sensuum & virtutes amittuntur, & mœnia & munitiones destruuntur.

f Et repleuit] & diuitiis & deliciis, vel bonis simulatis.

g In filia Iuda] id est, in hypocritis, qui sunt filiæ Ecclesiæ & non filij. *Psalmo centesimo quadragesimo tert.* Filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo Templi; habens enim speciem pietatis, sed virtutem abnegantes, 2. *Timoth. tert.* a. Dicuntur autem filia Iuda propter confessiones quas frequentant, & psalmos quos decantant, vt videantur ab hominibus, *Matt. sext.* b. *Isa. vigesimo non.* d. Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me, *Eccl. decim. nou.* d. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Sed quia in Ecclesia sunt tales de vtroque sexu, propter hoc sequitur.

h Humiliatũ & humiliatam.] Hi sunt exterius humiliati, sed spiritu inflati, de quibus *Coloss. secund.* d. Nemo vos seducat in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput.

i Et dissipauit quasi hortum,] Ecclesia est hortus Domini, vbi sunt rosæ Martyrum, lilia Virginum, violæ Confessorum, *Cant. quart.* d. Hortus conclusus soror mea.

Item anima fidelis, vbi sunt flores odoriferi, bonæ, scilicet cogitationes, sancta desideria, altæ & profundæ meditationes, *Ecclesi. secund.* a. Feci hortos & pomeria & conseui ea cuncti generis arboribus. Hic hortus fit in Baptismo *Gen. secund* b. Plantauerat autem Dominus Paradisum voluptatis a principio. Hoc fit quando anima baptizatur, tunc in ea plantantur arbores, scilicet diuersæ virtutes. Sed ab hac plantatione eijcitur homo, quando cadit in peccatum. Hic hortus deliciosus est. Vnde *Prouerb. octau* d. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum.

Item fructuosus est *Cantic. quint.* a. Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructus pomorum suorum. Talem plantam quæ sic fructu est onerata, vt eam oporteat appodiari, videre est pulchrum; sic Dominus cum videt animam operibus oneratam, ita quod per se sufficere non potest vigiliis, psalmodiis, disciplinis, ieiuniis & huiusmodi, auget gratiam quasi nouum fulcimentum gratiæ subministrans & tunc pulchrum est eam videre.

Item propter condensitatem arborum facit vmbram amœnissimam, *Abac.* 3. a. Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte vmbroso & condenso Huius horti est hortulanus Christus, qui rigat gratia & doctrina eradicat malas cogitationes, & plantat bonas. Vel hortus Domini spiritualiter est claustralis qui debet esse irriguus per abundantiam lacrymarum. *Isa.* 58. c. Eris sicut hortus irriguus, & sicut fons cuius non deficient aquæ.

Item conclusus per munditiam castitatis, & seueritatem disciplinæ *Cant. quart.* d. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus.

Item voluptuosus per contemplationem. *Ioel.* 2. a. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti. Hic hortus suas amittit delicias, quando suggestioni Diaboli succumbit. *Ierem.* 11. c. Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomen tuum. Sed quid? Ad vocem loquelæ grandis, id est, Diabolicæ suggestionis, vel humanæ adulationis, ignis exarsit in ea, & combusta sunt fruteta eius.

Item has amittit, quando de fructu superbit. *Isaia primo.* c. Derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. Quid debet esse in hoc horto, subiungit, quia duo, scilicet, contemplatio & actio. De primo dicit, tentorium suum. De secundo demolitus est, id est, destruxit, tabernaculum suum, *Iohel primo.* d. Demolita sunt horrea.

In tentorio sunt milites. Ibi enim se armãt cõtra nequitias spirituales. *Iob.* 7. Militia est vita hominis super terrã,

Δ a Obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem & sabbatum] hoc maxime ad vltimam captiuitatem pertinet, quando iam gratia manifestata, prioris legis obseruantiæ penitus sunt euulsæ *Isa.* 1. d. Solemnitates vestras odiuit anima mea. d Et]scilicet, tradidit, in opprobrium in indignationem furoris sui Regem & Sacerdotem. Ad literam. Regi honor debetur, deuotio in Sacerdote honoratur, at nunc pro honore, opprobrium Regi, pro deuotione, indignatio Sacerdoti redditur, vt omnis excellentia & Religio Iudaici populi destructa esse intelligatur. Sed quare hoc?

a Obliuioni tradidit Dominus in Sion b festiuitatem & c sabbatum, & in d opprobrium, & in indignationem furoris sui Regem & Sacerdotem. Sain. e Repulit Dominus altare suum, f maledixit sanctificationi suæ, g tradidit in manus inimici h muros turrium eius: i Vocem dederunt in domo Dei, k sicut in die solemni. Heth. l Cogitauit Dñs dissipare m murũ filiæ Siõ:

Quia e Repulit Dominus altare suum,] quia à gentibus prophanatum.

f Maledixit sanctificationi suæ] id est, vrbi quam sibi vt sanctam elegerat. *Psal.* 77. Et elegit tribu Iuda, montem Sion quem dilexit. Huic maledixit captiuitati, exponendo. g Tradidit in manus inimici]Chaldæi, vel Romani.

h Muros turrium eius]id est, turres munitas, quasi non solum muros ciuitatis exterius, sed etiam muros interiorum turrium destruxerunt.

i Vocem dederunt in domo Domini,] gaudentes: se præualuisse, & omnia occupasse.

k Sicut in die solemni] solebant gaudere Iudæi qui ad solemnitatem conuenerant, sic fecerunt Chaldæi capta ciuitate. l Cogitauit Dñs dissipare,]non dicit dissipauit, quia diu expectauit Dñs, quasi dicat, ex deliberatione dissipauit.

m Murum filiæ Sion] id est, munitiones populi Iudaici. Quem dicitur Dominus dissipare, quia à flagellis vel à rui-

Δ na non pro-

● hæc est contemplatio. Tabernaculum defendit à pluuia, æstu & curuate, sic actiua. *Isa.* 4. b. Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia. Bene autem tentorio & tabernaculo comparatur religio, vel Ecclesia, quia non iam æterna sed temporalia mediatur & amat. *Iob* 18. c. Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum quasi Rex internus, habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est. *Psal.* 51. Euellet te & emigrabit te de tabernaculo, &c.

a Obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem] quæ est feriatio à malis. Et hoc est festum laicorum. *Exod.* 20. b. Septimo autem die sabbatum Domini Dei tui est. Non facies in eo omne opus tu, & filius tuus, & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui est intra portas tuas.

c Et sabbatum]quod in vacatio ab occupationibus mundi. Et hoc est festum clericorum. *Exod.* 16. g. Die septimo maneat vnusquisque apud semetipsum. Dominus ergo obliuiscitur & festiuitatem & sabbatum, quando laicus à gratia cadit in peccatum. & clericus à quiete mentis descendit ad curas sæculi, *Ezech.* 3. c. Si conuersus fuerit iustus à iustitia, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiæ eius quas fecit. Vel ad literam.

b Festiuitatem] sanctorum.

c Et sabbatum] Dominicalium dierum.

a Dominus tradidit obliuioni]hominum, id est, tradi permittit, quia nihil iam ab hominibus reputantur, nec ea celebrant, 1. *Mach.* 1. e. Dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbata eius in opprobrium, honores eius in nihilum. 2. *Mach.* 4. c. Ita vt Sacerdotes iam non circa altaris officium dediti essent, sed contempto templo, & sacrificiis neglectis festinarent participes fieri palestræ & præbitionis eius iniustæ, & in exercitiis disci, & patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrati sunt.

d Et in opprobrium & in indignationem furoris sui Regem & Sacerdotem]Regnum pertinet ad rationem, sed Sacerdotium ad affectionem. Huius Regis est omnia interiora, & exteriora sub regimine rationis moderari. *Prouerbior.* 20. b. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. Et sicut per tyrannides quas aliquis exercet meretur amittere Regnum, sic ratio cum abutitur sibi data potestate. *Eccl.* 10. a. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias & contumelias, & diuersos dolos. Quando igitur regnat sensualitas, tunc regnum traditur opprobrio. *Ecclesiastico. decim.* c. Væ terræ cuius Rex puer est. Multo ergo fortius, cum fœmina Rex est. *Isaia tert.* a. Dabo pueros Principes eorum. & effœminati dominabuntur eis. Item Sacerdotis est orare pro populo, precibus & lacrymis ipsum populum reconciliare Deo, victimas immolare, sic ad affectionem pertinet deuotio, & hæc orat. Item gemitus & contritio, & hæc reconciliant. Item obedientia præceptorum, & executio, & per omnes carnales affectiones immolat, & mortificat. De hoc sacrificio dicit *Eccl* 35. a Sacrificium salutare attendere mandatis & discedere ab omni iniquitate. Hoc sacrificium ab anima tollitur, & datur in opprobrium, quando carnis desideria viuere permittuntur.

e Repulit Dominus altare suum.] Hoc altare est ipsa mens; quadrum per quatuor virtutes Cardinales, de quibus *Sap.* 8. b. Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem quibus nihil vtilius est in vita hominibus. Vel quadrum, propter quatuor animi affectiones, scilicet timorem & amorem, gaudium & dolorem. Hostia quæ hic offertur, est ipse homo. *Romanor.* 12. a. Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem. Hoc altare repellitur, quando opera directarum virtutum, vel affectionum ad terrena conuertuntur, vel ad carnalia. *Osea* 5. a. Victimas declinastis in profundum, id est, vos ipsos ad terrena conuertistis. Item ante hoc altare offeruntur orationes, oblationes, & sacrificia. De orationibus. *Osea vlt.* b. Reddemus vitulos labiorum nostrorum, id est, laudes & orationes. Repelluntur autem, quia non vult Dominus audire rogantem illum qui eum noluit audire præcipientem. Vnde *Ecclesiast* 34. d. Qui ieiunat a peccatis & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem eius quis exaudiet? Item non vult audire supplicantem, qui pauperem noluit audire clamantem. *Prouerb.* 21. b. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur. De hoc altari *Leuitic.* 6. b. Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet Sacerdos subijciens ligna manè per singulos dies. Iste ignis est charitas. *Luc.* 12. f. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Ignis materialis ex duobus alitur, aridis, scilicet, & vnctuosis, & in illis qui sunt aridi & desiccati ab humore & fluxu concupiscentiarum, & qui sunt vncti per pietatis oleum erga proximum, viget per charitatis incendium.

f Maledixit sanctificationi suæ.] Sanctificatum dicitur quod à communi vsu separatum Dei seruitio mancipatur. Isti sunt maxime Clerici, qui dicuntur à cleros, quod est sors. Ipsi enim sortiti sunt Dominum quasi sortem suam. Vnde quando fit eis corona, dicunt Dominus pars hæreditatis meæ, &c. Hæc sanctificatio maledicitur, quando cum communibus vsibus mancipatur, id est per peccatis. *Osea* 8. c. Factus est Israel quasi vas immundum, *Isa.* 24. a. Erit sicut populus sic Sacerdos. Et vtinam non peior quam popul^9 sit Sacerdos, vt dicit *Bern.* *Psal.* 15.

g Tradidit in manus inimici muros turrium eius,] Turres sunt habitus virtutum. Muri custodiæ sensuum, *supra eodem* b. Præcipitauit omnia mœnia eius. Vel turres & muri sunt Prælati. *Isaia vigesimo sexto.* b. Super muros tuos Ierusalem constitui custodes.

i Vocem dederunt in domo Dei, sicut in die solemni.] Quælibet virtus vocem suam habet, vt anima affectata clamare dicitur. *Exod. decimo quarto.* d. Quid clamas ad me? Sic vnum quodque vitium habet vocem suam & clamorem. *Prouerbior. trigesimo.* b. Sanguisugæ sunt duæ filiæ, quæ semper clamant, affer, affer. Hæc sunt vanitas & voluptas. Clamant enim vitia, quando se se adhortantur, & inuitant. Gula enim inuitat luxuriam, superbia ambitionem & hypocrisim, cupiditas, furtum, rapinam, exactionem. *Isaia trigesimo primo.* d. Requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus, id est, maioribus peccatis, & habitabunt ibi struthiones, id est, simulationes, & pilosi saltabunt ibi, id est, primi motus, & respondebunt ibi vlulæ in ædibus suis, quia vitia adinuicem se inuitant.

l Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion,] id est, firmum propositum & consuetudinem in malo, quod facit, quando ad pœnitentiam longanimiter expectat. *Romanorum secundo* a. An ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te expectat?

● Tetendit fun-

ra non protegit. *a* Tetendit funiculum suum,] ad destruendum, qui tamen non solet tendi nisi in constructione murorum. Sed hic innuit, quod sicut murus ex magna deliberatione factus est, sic ex causa rationabili quasi ex magna deliberatione destructus. Et est simile 2. *Reg.* 8. a. Percussit Dauid Moab, & mensus est funiculo.

a tetendit funiculum suum, & *b* non auertit *c* manum suam à perditione *d* luxitque antemurale, & *e* murus pariter dissipatus est. Teth. *f* Defixæ sunt in terra portæ eius, perdidit, *g* & contriuit vectes eius, † *h* Reges eius, & Principes eius in gentibus. *i* Non est lex & *k* Prophetæ eius non *l* inuenerunt visionem à Domino. Ioth. *m* Sederunt in terra, *n* conticuerunt senes filiæ *o* Sion, *p* consperserunt cinere capita sua,

d. † regem.

b Et non auertit,] id est, non retraxit.

c Manum suam à perditione.] quasi dicat vsque ad consumptionem percussit.

d Luxitque antemurale,] id est, Iudæi quando viderunt antemurale destructum.

e Et murus pariter dissipatus est] cum antemurali, scilicet, Et non solum hoc, sed. *f* Defixæ sunt in terra portæ eius,] id est, ad terram corruerunt, non amplius erigendæ.

g Perdidit & contriuit vectes eius,] qui erant in arca, & in mensa.

h Reges eius & Principes eius in gentibus,] scilicet, perdidit, quasi dicat, totum dominium suum perdidit Sion.

i Non est lex,] quia tempore Chaldæorum libri legis combusti fuerunt.

k Et Prophetæ eius,] scilicet, pseudo.

l Non inuenerunt visionem à Domino] quam tamen se vidisse asserebant.

m Sederunt in terra,] in signum doloris & abiectionis.

n Conticuerunt senes] non audentes mutire.

o Filiæ Sion Ad literam, mulieres de Ierusalem.

p Consperserunt cinere capita sua, virgines Ierusalem.

Δ accinctæ sunt

Θ *a* Tetendit funiculum suum,] id est, pœnam quà tales puniat protraxit. *Soph.* 2. a. Væ qui habitas funiculum maris gens perditorum. *b* Et non auertit manum suam à perditione. [*Isa.* 9. a. Et adhuc manus eius extenta. Propter hoc dicit *Eccles.* 7. a. Non alliges duplicia peccata, nec enim in vno eris immunis. *d* Luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est.] filia Sion est Ecclesia, murus eius est cœtus Prælatorum Ecclesiasticorum, antemurale Principes sæculares qui Ecclesiam defendunt. Antemurale ergo luget, id est, lugere facit pauperes, quos ipsi Principes opprimunt per rapinam. Et hoc est quod murus, id est, cœtus Prælatorum Ecclesiasticorum dissipatus est per auaritiam. *Ierem.* 6. c. Omnes auaritiæ student & à Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. Item filia Sion, Religio, antemurale eius sunt conuersi, & officiales, qui procurant exteriora, murus sunt Claustrales intus residentes. Antemurale luget: quia conuersi, & officiales res communes appropriant, & imbursant, & ideo murus, id est, cœtus Claustralium dissipatur. Item filia Sion est anima, antemurale est patientia, murus interior est pax pectoris. Antemurale luget, quando patientia tristis est in aduersis, & ideo murus, id est, pax pectoris dissipatur. Et ideo Ecclesia, Religio, & anima patet Dæmonibus: quia muri eius dissipati sunt, sicut ouile non septum patet lupis, vt possit dici illud *Isa.* 56. c. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum vniuersæ bestiæ saltus.

f Defixæ sunt in terra portæ eius,] id est Prælati Ecclesiæ, quorum officium est introducere bonos in Ecclesiam, & malos eijcere. *Apoc.* 21. f. Singulæ portæ erant ex singulis margaritis. Hæ portæ semper debent esse apertæ, & maxime in tempore famis, & necessitatis. *Apoc.* 21. g. Portæ eius non claudentur per noctem. Sed de istis portis multæ defixæ sunt in terra, quia nimis amant terrena. *Ezech.* 41. c. Terra erat vsque ad fenestras. *Soph.* 1. e. Visitabo super viros defixos in fæcibus suis. Per hoc quod dicit defixos, notatur quod difficile est eos amoueri a temporalibus. Non sic erant Apostoli defixi. *Matt.* 19. d. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

g Perdidit & contriuit vectes eius] per vectes qui sunt munitiones portarum intelliguntur Doctores vel Prædicatores. Et dicuntur vectes à vehendo, quia vehunt arcam, id est Ecclesiam, quæ per arcam legis significatur. Vectes autem illi qui ponebantur in Arca erant de lignis Sethim imputribilibus & odoriferis, & erant deaurati, erant etiam semper in annulis aureis. Sic Prædicatores & Doctores debent esse imputribiles per castitatem, odoriferi per bonam famam, vel per bonam opinionem. *Matt.* 5. b. Luceat lux vestra coram hominibus, &c. Item deaurati per sapientiam, *Malach.* 2. b. Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius. Item debent esse in annulis aureis semper per quatuor latera arcæ: quia debent esse in iugi memoria, & meditatione quatuor Euangeliorum. *l* Vel vectes sunt iudicia. *Prouerb.* 18. d. Et iudicia quasi vectes vrbium. *h* Reges eius, &c.] maiores scilicet & minores Prælati. Vel ad literam, Principes in gentibus, id est in peccatis, *sup.* 1. a Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem.

i Non est lex,] quæ liget, quia lex dicitur à ligando: Et vbi est vitiorum dissolutio, non est virtutum colligatio: De qua *Eccl.* 6. d. Vincula illius alligatura salutaris. Vnde *Isa.* 1. b. Vuln. & liuor, & plaga tumens non est circumligata. Vnde *Marc.* 5. a. Dæmoniacus non poterat ligari. *Ier.* 2. d. Rupisti vincula & dixisti, non seruiam. *k* Et Prophetæ eius,] id est, Doctores. *l* Non inuenerũt visionem à Dño,] i. spiritualem intelligentiam. *Matt.* 7. c. Attendite a falsis Prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, &c.

Moraliter. *f* Defixæ sunt in terra portæ eius,] id est quinque sensus in terrenis. *Prou.* 17. d. Oculi stultorum in finibus terræ. *g* Perdidit & contriuit vectes eius,] id est, cautelas quæ circa sensus sunt, vt claudantur cum oportet & expedit aperiantur: quia pro tẽpore est loquendum, & tacendum. *Eccl.* 20. a. Sapiens tacebit vsque ad tempus, lasciuus autem, & imprudens non seruabit tempus. Sed è conuerso, multi sunt valde cauti ad terrena, quæ valde sunt pauca *Isa.* 15. d. Vectes eius vsq. ad Segor, quæ interpretatur paruula. Extendunt enim se ad ea quæ nihil sunt. *Ier.* 4. f. Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili. *h* Reges eius, & Principes eius] perdidit, scilicet, in gentibus. Rex in anima est ratio, Principes sunt vires, quæ sub ea principantur, gentes sunt motus carnales. Perduntur ergo Reges, & principes, quando ratio, & vires aliæ per carnales motus impediuntur. *i* Non est lex,] spiritus, sed potius carnis. *Rom.* 7. d. Video aliam legem in membris meis. *k* Et Prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino,] Hi Prophetæ sunt prouidentiæ internæ, & quando anima prouidentiam habet & sollicitudinem nimiam de terrenis, tunc non habet à Domino visionem. Et dicitur *Matt.* 6. d. Nolite solliciti esse. *Ier.* 23. d Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant. Sed quando sunt de bonis æternis, tunc habent à Domino visionem, sicut habuit Iacob, dicens. *Gen.* 30. e. Cras respondebit mihi iustitia mea, quando placitum tempus aduenerit coram te. Hæ prouidentiæ, vel prouisiones semper reficiunt animam spe in præsenti vita. Et hoc est, quod coruus pascebat eliam in torrente Carith, 3. *Reg.* 17. a. *m* Sederunt, &c.] Adhuc Ieremias plangit destructionem Ecclesiæ, quæ maximè fit per auaritiam, & ignorantiam, & negligentiam Prælatorum. Vnde dicit: Sederunt in terra, per auaritiam. *n* Conticuerunt] per ignorantiam.

o Senes filiæ Sion,] id est, Prælati Ecclesiæ inter suos inimicos inueterati. *Bar.* 3. b. Inueterasti in terra aliena. Notandum, quod duo ad literam debentur senibus. Prima sedes *Iob* 29. d. Si quando volebam ire ad eos, sedebam primus. Item primum verbum. *Eccles.* 32. a. Loquere maior natu, decet enim te primum verbum. E conuerso modo fit: quia senes tacent, & iuuenes docere præsumunt. Senes sunt in terra, & iuuenes sedes occupant seniorum. *Ecc.* 19. b. Vidi seruos in equis, & Principes ambulantes quasi seruos super terram. Item in anima velut in ciuitate magna sunt senes & iuuenes. Senes sunt maturitas & discretio rationis. Item sensualitates sunt iuuenes, leuitas morum, inconstantia. Item sedere in terra discipulorum est. Sedent ergo senes in terra, dum ea quæ à sensualitate suggeruntur audiunt, & auditis acquiescunt, & quæ dicuntur a synderesi desuper admonente contemnunt. *p* Consperserunt, &c.] Cineres sunt reliquiæ ignis, & significant id quod in imaginatione relinquitur ex concupiscentia ardente in sensibus. Capita igitur virginum cinere consperguntur, quando principales cogitationes hominis turpitudine imaginationũ fœdantur. Vnde *Ezech.* 16. b. Fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es cum eis. Dicuntur autem cogitationes virgines: quia licet habeant corruptionem voluntatis, non tamen consequuntur sẽper effectũ operis, sicut aliqua virgo est corpore etsi nõ mente. Vel cinere caput aspergitur, quando præteritorum peccatorum vt inde doleat, homo recordatur Cinis enim reliquiæ ignis, & peccatum dicitur ignis. *Ps.* 57. Supercecidit ignis, & non viderunt Solem. Quãdo autẽ huic cinerea aqua calida lacrymarum miscetur, tũc fit lixiuiũ vnde

Moraliter.

▲ a accinctæ sunt ciliciis] in signum pœnitentiæ. Ier. 6. g. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere. c Abiecerunt in terra, &c.] in signum doloris Filiæ dicit, & virgines in masculino genere, vt sic ostendat quod in vtroque sexu fuerunt afflicti. d Defecerunt præ lacr.] i. præ abundantia lacrymarum. e Oculi mei,] dicit Sion pro habitatoribus vrbis, vel Propheta in persona sui. Simile, Iob 16. c. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. f Conturbata sunt viscera mea] ecce interior dolor g Effusum est, &c.] quasi dicat, in tantum doleo, quod videtur mihi, quod viscera mea dirupta sint, & iecur, id est, epar dissipatum. Et quare? Super contritione filiæ populi mei. Et non sunt fictæ lacrymæ, vel dolor, quia tunc conturbabar.

† accinctæ

† a accinctæ sunt b ciliciis, c abiecerunt in terra capita sua virgines Iuda Caph. d Defecerunt præ lacrymis e oculi mei, f conturbata sunt viscera mea. g Effusum est in terra iecur meum h super contritione filiæ populi mei, cum i deficeret k paruulus & l lactens in m plateis oppidi. Lameth. n Matribus suis dixerunt: o vbi est triticum, & p vinum cum q deficerent quasi vulnerati in r plateis ciuitatis, cũ f exhalarent animas suas in t sinu matrũ suarum.

i Cum deficeret,] id est, cum deficiebat præ fame, & siti.
k Paruulus & lactens] matri eius, quibus maxime est compatiendum.
m In plateis oppidi,] id est, in Ierusalem, quam oppidum vocat propter vilitatem & abiectionem. Matt. 21. a. Ite in castellum quod contra vos est. Superius exteriores caussas plorationis enumerauit, & ædificiorum, & murorum destructionem, nunc hominum penuriam, & inopiam deplorat, dicens n Matribus suis,] quasi deficientes præ famis angustia, dixerunt matribus suis, cum essent nutriti in deliciis.
o Vbi est triticum & vinum] in petitione exprimitur dolor, cum prius non petere, sed accipere solebant.
q Cum deficerent quasi vulnerati,] id est cum ita morerentur, ac si essent ad mortem vulnerati. Isa. 22. a. Interfecti tui nõ interfecti gladio, nec mortui tui mortui in bello.
r In plateis ciuitatis,] vbi debuerunt foueri ad vitæ delitias. Hoc totum dicit ad exaggerationem doloris. f Cum exhalarent,] præ famis angustia, animas suas. Signanter hoc dicit: quia vita præsens est sicut vapor ad modicum parens Iac. 4. d. t In sinu matrum suarum;] ad literam, vnde dolor grauior.

▲ Cui comparabo

● anima lauatur. Psalm. 101. Cinerem tanquam panem manducabam, & potum, &c.
a Accincti sunt,] senes scilicet.
b Ciliciis,] id est, punctionibus curæ sæcularis. Hic est saccus quem Dominus præcepit solui de lumbis. Isa. 20. a. solue saccum de lumbis tuis.
c Abiecerunt in terra capita sua virgines Iuda,] id est, clerici qui Deum laudare debent, suam mentem quæ est caput animæ, vel intentionem quæ est caput operationis immittunt in terrenis. Hæ sunt virgines fatuæ non habentes oleum in vasis suis. Matth. 25. a. Vel, Virgines Iuda, sunt castæ, & mundæ laudes, quas qui exhibent intuitu terrenorum: Capita, id est, principalem intentionem, in terram abiiciunt, quod faciunt illi qui non frequentant Ecclesiam nisi propter quæstum.
d Defecerunt præ lacr. &c.] Oculi sunt Doctores, qui debent aliis viam ostendere, sicut oculus corpori. Iob 29. c. Oculus fui cæco, & pes claudo. Hi oculi præ lacrymis defecerunt. Intuentes enim modernum vel etiam futurum statum Ecclesiæ, non valent lacrymas continere. Vnde vnus dicebat. Hier. 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte, supra primo. 2. Plorans plorauit in nocte, &c. Psalm. 87. Oculi mei languerunt præ inopia. f Conturbata sunt viscera mea] dicit Ecclesia, id est, Prælati per quos concipiuntur, & generantur Ecclesiæ spirituales filii, 1. Cor. 4. c. Per Euãgeliũ ego vos genui. Vel viscera Prælati cõturbantur, quæ sunt duo, misericordia, & cõpassio. Gen. 43. g. Commota sunt viscera eius, & erumpebant lacrymæ.
g Effusum est in terra iecur meum,] id est. religiosi præ dolore, & compassione super terram lacrymantes corruerunt. Simile Iob 1. d. Corruit in terram, & adorauit, quasi dicat, & Doctores, & Prælati, & Religiosi flere debent.
h Super contritione, &c.] id est, Ecclesiæ, in qua multi iam sunt contriti per imitationem malorum. Et dicit tales filias non filios, vt maior infirmitas mentis noteretur. De talibus filiis dicitur Iob 30. b. Filii stultorum, & ignobilium. Stulti sunt, quia terrena pro æternis commutant. Ignobiles verò, quia ab illo degenerant, de quo dicitur Prouerb. vlt. c. Nobilis in portis vir eius. Et nihil est periculosius quam quod hodie viuitur ad exemplum, vt dicit Seneca, Quia Iob 35. b. Homini qui similis tui est nocebit iniquitas tua.
i Cum deficeret paruulus,] scientia.
l Et lactens] simplici doctrina, 1. Cor 3. a. Lac dedi vobis potum, non escam.
m In plateis oppidi,] id est, in lata via mundi quæ ducit ad mortem. Matt. 7. b Hoc ideo dicit, quia plures sunt hodie qui parua exhortatione, & perniciosi exemplo destruunt, quam qui doctrina & exemplo bono, informent. Vnde Seneca Quomodo ad bonum reuocari possunt quos nemo retinet, populus impellit?
n Matribus suis dixerunt, paruulus scil. & lactens. Prælati debent esse matres consolando, supportando, nutriendo. Gal. 4. c. Filioli mei quos iterum parturio. Iob 39. a. Nunquid parturientes ceruas obseruasti? Incuruantur ad fœtum & pariunt & rugitus emittunt. Cerua parit cum cautela, quia in strata publica, timens lupum ne catulos suos rapiat. Item odit venenum. Sic Prælatus in Christo, qui est via, parere debet filios spirituales, & odio habere peccata. Et quid dixerunt? Hoc scilicet.
o Vbi est triticum & vinum] id est, verbum Dei, quod dicitur triticum, quia confortat & confirmat, & vinum, quia lætificat & inebriat, Zac 9. d. Quid enim bonum eius est, & quid pulchrum eius nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? De quibus Matt. 22. b. Non nubent neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei, Vel o Vbi est triticum,] id est Christus? Nunquid apud hæreticos? Non. Quia Matt. 24. b. Si quis vobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, nolite credere. Iob 28. b. Non inuenitur in terra suauiter viuentium.
p Et vinum,] lætitiæ spiritualis. Psalm. 22. Calix meus inebrians quam præclarus est. Et alibi. Et vinum lætificat cor hominis. Psalm. 103.
q Cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis,] Duo sunt quæ maximè auferunt vitam subditorum. Malum exemplum, & negligentia Prælatorum. De primo dicit: Cum deficerent quasi vulnerati, &c. Vulnerati deficiunt qui malo exemplo aliorum cadunt in peccatum. Hos debent verbo & exemplo fouere Prælati. Vnde Tob. 2. a. Cum audiret quod vnus de filiis Israel iugulatus iaceret in platea, exiliens de accubitu & relinquens prandium, portauit ad domum occultè, donec Sol occubuisset & sepeliuit eum. Audit Prælatus vulneratum in platea iacere, quando scit aliquem exemplo alterius peccasse, occultat, dum crimen eius non publicat. Eccles. 9. b. Audisti verbum aduersus proximum tuum, commoriatur in te, donec Sol occumberet: id est, claritas malæ famæ deficeret Tunc verò sepelit, cum crimen extinguit. Item negligentia Prælatorum notatur cum dicit.
s Cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum] hoc fit quando per negligentiam Prælatorum moriuntur, dum de eis curam non habent, 3. Reg 3. c. Mortuus est filius huius mulieris nocte, dormiẽs quippe oppressit eum, Dormit Prælatus cum negligit. Nocte autem opprimit, dum defectu doctrinæ perire permittit, vel malo exemplo corrumpit. Iob 39. b. Derelinquit in terra oua sua, obliuiscitur quod pes conculcet ea, aut bestiæ agri conterant. Induratur ad filios suos quasi non sint sui.

Moraliter. n Matribus suis dixerunt. Duas matres habemus, quæ sunt corruptio carnis, & consuetudo. Ezech. 16. a. pater tuus Amorreus, id est, amaricans, scilicet Diabolus; mater tua Cethea, id est, confracta vel fixa. Cõfractio pertinet ad carnis corruptionem, fixio ad consuetudinem. Quando igitur anima illustratur & sentit se deceptam in carnalibus deliciis, quæ hic non satiant, nec vere lætificant, dicit. Moraliter.
o Vbi est triticum & vinum] quasi vbi est vera satietas & vera iucunditas? quasi dicat non est in his temporalibus. Aggæi 1. b Comedistis & non estis satiati, bibistis & non estis inebriati Item duplex est plaga animæ. Vna exterior, quando scilicet vsque ad malam operationem venitur. Alia interior quando sola voluntate peccatur. De prima dicitur.
q Cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis,] id est in lata & aperta operatione exteriori. In ciuitate hac non ingreditur Dominus. Osee 11. d. Ciuitatem non ingredior. De secunda.
f Cum exhalarent, &c.] Sinus enim est interior, & significat conscientiã. Hi sũt mortui duo, quos suscitauit Dñs. Vnum in ciuitate. Luc. cap. 7. d. Et alium in domo. Mat. 9. c.

● Cui comparabo

Octauum locus indagationis. b a Cui comparabo. Paulatim ad luctum commouet. Æ isti ita communia planxit, secundò sacra loca, tertiò homines, sed quasi ad absentes loquens, nunc quasi ad præsentes verba conuertit, quasi dicat quia tam grauiter affligeris. a Cui comparabo te] in quantitate afflictionis?

Men a Cui comparabo te, vel b cui assimilabo te c filia Ierusalē? d Cui adæquabo te, & e cōsolabor te virgo filia Sion? f Magna est. n. velut mare contritio tua, g quis h medebitur tui. Nun, i Prophetæ tui k viderunt tibi l falsa & m stulta nec n aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent. o Viderunt autem tibi assumptiones falsas & p eiectiones. Samech. q Plauserunt super te r manibus s omnes transeuntes per viam,

b Vel cui assimilabo te,] in acerbitate doloris, quasi dicat, mala tua & magnitudine & acerbitate omnem miseriam hominis superant. Vnde *Isa.* 5. f. Ira est furor Domini in populo suo &c. c Filia Ierusalem,] ô plebs, Iudaica mollis & effœminata. Sed quia magna differentia similitudine solent comparari, subdit. d Cui adæquabo te] quasi dicat, licet per differentiam possint mala aliorum comparari, non tamen possunt adæquari.

e Et] sic consolabor te filia Sion, ostendens quod aliqua ciuitas sit æqualiter destructa. Hoc enim posset esse consolatio aliqua.

E

f Magna est enim, &c. quasi dicat, nulli potest comparari tua contritio, sicut mare non potest mensurari.

g Quis medebitur tui?] quasi aut rarus, aut nullus. Et ne diceret, quod Prophetæ sui consulebant ei & eam consolabantur, propter hoc ostendit quod non, dicens. i Prophetæ tui] pseudo. k Viderunt tibi fals] quibus decepta es. *Isa.* 3. c. Popule meus qui te beatificant, &c. m Et stulta] in quibus excusationem non habes. Hoc est quod dicit *Soph.* 3. a. Prophetæ eius vesani, viri infideles. Vnde magis fuerunt tibi causa destructionis quàm consilij vel consolationis. n Nec aperiebant, tibi iniquitatem tuam vt te ad pœnitentiam prouocarent, quia impunitatem promittebant. Hoc est quod dicitur *Ezech.* 13. b. Prophetæ liniebant parietem.

o Vt eriunt autem, &c.] dicentes quod Dominus assumeret Iudæos ad protegendum.

p Et eiectiones,] Chaldæorum à propria terra, Sicut Ananias pseudo dicebat propheta. *Ier.* 28. a Adhuc duo anni dierum & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa quæ tulit Nabuchodonosor de loco isto.

q Plauserunt super te,] irridendo & insultando, vel compatiendo & condolendo. r Manibus] quas erga te eleuabant. s Omnes transeuntes per viam,] tuam afflictionem videntes.

⊖ a Cui comparabo te] & quod dixit, comparabo subdiuidit in duo dicens. b Vel cui assimilabo te, virgo, filia Ierusalem] hoc pertinet ad qualitatem. *Matth.* 11. b. Cui similem æstimabo generationem istam? d Cui adæquabo te] hoc pertinet ad quantitatem. Per hoc ergo quantitas & qualitas criminum deploratur. Videns ergo Propheta peccata filiorum Ecclesiæ excedere peccata aliorum, & in quantitate & in qualitate, ait. Cui comparabo te, &c. Et his nominibus filia Ierusale & filia Sion, nominat Ecclesiam, vt audiens nomina doleat se amisisse rem nominum. e Et consolabor, &c.] Est enim aliqua consolatio malorum in comparatione: scilicet, cum inuenerint sibi similes, vel peiores, *Eccles. trigesimo secundo* c. Peccator homo vitabit correctionem, & secundum voluntatem suam inueniet comparationem. Antiquitus poterat Religio, vel Ecclesia comparari Angelis, *Cant.* 6. d. Quæ est ista quæ ascendit quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, &c. Sed cui modo potest comparari? Viperæ, vel meretrici. *Matth* 3. b. Progenies viperarum quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? Vel pueris ludentibus in foro, qui conclamantes coæqualibus dicunt Cecinimus vobis & nō saltastis, lamentauimus & non planxistis. *Matth.* 11. b. f Magna est enim, &c.] id est, malitia tua, qua contrita es. Hoc dicitur peccatori, qui est fœtens per luxuriam sicut mare. *Amos.* 4. c. Ascendere feci putredinem castrorum ad nares vestras. *Ioel.* 1. d. Cōputruerunt iumenta in stercore suo. Item mare elatum est, sic peccator per superbiam, *Psal* 92 Mirabiles elationes maris. Item salsus sicut mare per auaritiam. *Eccles.* 23. c. Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur donec aliquid glutiat. *Prou* 30. b Duæ sunt filiæ sanguisugæ, id est, Episcopi officiales, & Decani, quæ semper clamant affer, affer. Item amarus per inuidiam. *Act.* 8. d. In felle amaritudinis video te esse. Item tempestuosus per iracundiam *Prou.* 10. d Quasi tempestas transiens non erit impius. Item turbulentus per tristitiam. *Eccles.* 30. d. Tristitiam longe repelle à te. Item profundus per astutiam. *Ier.* 17. b. Profundum est cor hominis, & inscrutabile. Item voraginosus per gulam *Iob* 20. c. Non est satiatus venter eius. Item spumosus per luxuriam. *Osea* 10. b. Transire fecit Samaria Regem suum quasi spumam super faciem aquæ. *Iuda* 1. d. Fluctus feri maris despumantes confusiones suas. g Quis] Sacerdotum, sc. h Medebitur tui] ô peccator homo, quasi dicat nullus, quia vel idiotæ sunt, vel si sapientes, nolunt, quia per cupiditatem excæcati sunt. De primo, *Isa* 3. b. Non sum medicus, &c. De Secundo. *Sap.* 2. d. Excæcauit eos malitia eorum Vel tui, ô clerice. Quis medebitur, qui alijs mederi debuisti. *Eccl.* 12. c. Quis medebitur incantatori a serpente percusso. i Prophetæ tui, &c.] i. ad placentiam tuam. *Isa.* 30 c. Loquimini nobis placentia.

43. dist. c. sit rector. l Falsa] Vnde *Ier.* 8. b. Sanabant contritiones filiæ populi mei, &c. Et *Ezech.* 13. d. Propter pugillum hordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo. Hoc totum est contra prædicatores quæstuarios.

m Et stulta,] quia *Prou.* 16. d. Vir iniquus lactat amicum suum, &c.

n Nec aperiebant, &c.] præmia iustorum promittentes. *Greg.* Qui præmium iusti peccatori promittit, iniquitatem illius ne ab ipso videatur abscondit. Sed qui iustificat impium & condemnat iustum, vterque est abominabilis apud Deum. *Prou.* 17. c. Hoc est contra adulatores qui iniquitatem non aperiunt, sed palliant. Item contra prædicatores quæstuarios, qui aperiunt, sed non vt homines pœniteant, quia de salute non curant, sed vt ipsi accipiant aliquid. Multi etiam aperiunt iniquitatem aliorum, vel absentibus detrahendo, vel præsentes exacerbando, vel seipsos ostendendo. Notandum est autem quòd sicut ferro aperitur apostema, & sic extrahitur sanies sic duram increpationem oportet apponere ad eliciendum saniem animæ Sed tamen periculum est facere hoc antequam sanies sit matura. Maturescit autem per multiplicem exhortationem. Vnde *Isa.* 58. a. Clama ne cesses, &c. o Viderunt autem, &c.] dicentes peccantibus tanta est virtus Passionis, & misericordia Christi, quod nullus de fidelibus peribit, allegantes illud *Io.* 12. e. Cum exaltatus fuero à terra, &c. Verum dicunt, sed nō assumet omnia, vel omnes, quia. *Luc.* 17. g. Duo erunt in lecto, &c. Tria enim sunt, natura, & gratia & gloria. Et gratia est medium inter naturam & gloriam. Qui ergo non habet gratiam non habebit gloriam.

p Et eiectiones] quia qui se credunt sine gratia assumi, eiicientur in tenebras exteriores. *Matth.* 22. b.

q Plauserunt, &c.] Hic ostenditur quantum sit gaudium Dæmonum de spirituali ruina animæ. *Eccles* 18. d. Si dederis animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Et qui? s Omnes transeuntes, &c. Via est communis & significat carnales, qui passim & sine retinaculo conculcantur a Diabolo *Isa.* 51 g Posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus. *Iob.* 20. d. Vadent & venient super eum horribiles. Et isti dicuntur transire, quia in subuersione carnalium Dæmones non multum laborant, sicut Rex diruit debile castrum quasi in transitu. Notandum est autem quod est bonus plausus, & similiter malus.

Bonus plausus.
- Dilectionis. Vnde *Gloss* Plaudunt manibus non irridentes, sed dolentes affectu.
- Laudis. *Psal.* 46 Omnes gentes plaudite manibus. Et *alibi*. Flumina plaudent, &c. *Psal.* 97.
- Congratulationis. *Isa.* 55. d. Omnia ligna regionis plaudent manu.
- Admirationis *Ezech.* 22. c. Complosi manum meam super auaritiam tuam.
- Comminationis. *Ezech.* 21. d. Ego plaudam manum ad manum.

Malus plausus
- Conquestionis. *Ezech.* 21. c. Percute manum ad manum.
- Adulationis, *Ierem* 5. g. Sacerdotes applaudebant manibus suis.
- Prohibitionis à bono. *Numer.* 24. b. Complosis manibus ait
- Irrisionis De quo intelligitur hic, & *Ezech.* 25. b. Pro eo, quod plausisti manu, &c.
- Excitationis ad risum, vel vigilias. *Iudic.* 14. e.

Aliter in bono. ⊖ Plausum fecit Vel in bono potest exponi. q Plauserunt super te manibus s omnes trans-

a nem videntes. *a* Sibilauerunt præ admiratione.
b Et mouerunt capita sua,] præ stupore, sicut prædixerat *Ier.* 25. c. Ponam eos in stuporem & in sibilum.
c Super filiam Ierusalem] & Iudaicam plebem.
d Hæccine est vrbs, dicentes perfecti decoris] prius mirantes quod de tanta gloria ad tantam ignominiam deuenit. Vrbs dico quæ erat.
e Gaudium vniuersæ terræ] Iudæorum propter téplum ad quod ter in anno ascendebant, sc. in Pascha, Pentecoste, & Scenophegia, vt ibi adorarent, & sacrificia offerrent, & coram Domino in lætitia epularentur.
f Aperuerunt super te os suum,] post compassioné amicorum, subdit plenius derisioné inimicorum, quasi quidam compatiebantur, sed alij irridebant. Vnde:

a sibilauerũt & *b* mouerunt capita sua *c* super filiam Ierusalẽ, *d* hæccine est vrbs dicentes perfecti decoris, *e* gaudium vniuersæ terræ? Phe. *f* Aperuerunt super te os suum *g* omnes inimici tui, *h* sibilauerunt & *i* fremuerunt dentibus suis, & *k* dixerũt, *l* deuorabimus. En *m* ista est dies quam expectabamus, *n* inuenimus, *o* vidimus. Ain. *p* Fecit Dominus quæ cogitauit, *q* compleuit *r* sermoné suũ *s* quem præceperat *t* à diebus antiquis. *u* Destruxit & *x* non pepercit & *y* lætificauit super te inimicum & *z* exaltauit cornu *a* hostium tuorum. Sade. *b* Clamauit cor eorum *c* ad Dominum, *d* super muros filiæ Sion

Aperuerunt super te os suum, auidi ad deuorandum, superbi ad subsannandum.
g Omnes inimici tui] Ecce grauis pressura vbi omnes infestant, omnes irrunt & præualent.
h Sibilauerunt contemnendo.
i Et fremuerunt dentibus suis,] indignando.
k Et dixerunt, præ gaudio. *l* Deuorabimus,] delectati in ruina eius.
m En ista est dies quam expectabamus] desiderando.
n Inuenimus] quærendo. *o* Vidimus,] exultando. *Ps.* 34. Euge euge viderunt oculi nostri. *p* Fecit Dominus] hic ostendit super quo fuit amicorũ compassio, & inimicorum irrisio, quia super flagellis missis Ierusalem à Domino Et hoc est: Fecit Dominus quæ cogitauit, contra Ierusalem.
q Compleuit sermoné suũ] sceleribus populi prouocatus.
s Quem præceperat] per Prophetas nunciari.
t A diebus antiquis] i. sic fieri ordinauerat ab æterno.
u Destruxit & non pepercit, & lætificauit super te inimicum] Chaldæum vel Romanum, vel vicinas gentes, quæ latenter erant eis hostes. *z* Et exaltauit cornu,] id est, potestatem.
a Hostium tuorum] Romanorum & Chaldæorum.
b Clamauit cor, &c.] Post æquitatem iudicis per malitiã hostis afflictos consolatur quia quod iustè permittit Dominus, iste iniquè agit. Vnde *Isa.* 10. b. Væ assur virga furoris mei. Dicit ergo. Clamauit cor eorum, id est, hostium.
c Ad Dominum] id est, contra Dominum, blasphemando, & ipsum impotentem ad saluandum prodendo. Sicut Rapsaces *Isai.* 36. b. Sed hoc Dominũ prouocabat ad miserendũ eis & ad puniendum aduersarios. *d* Super muros filiæ Siõ,] quasi per murorũ destructioné. Ex hoc n. superbiebat quod munitionibus Iudæorũ præsidebant & præualebãt.
Δ Deduc

⊕ Plausum fecit Vagao manibus suis ante tabernaculum Holofernis. *a* Sibilauerunt] blandiendo, sicut equus sibilo mitigatur. *Iudic.* 5. c. Vt quid habitas inter duos terminos vt audias sibilos gregum? Hoc dicitur ei qui libenter audit verba adulatoria.
b Et mouerunt capita sua Dæmones.
c Super filiam Ierusalem,] id est, religiosum peccantem cachinnando. *d* Hæccine est vrbs dicẽtes perfecti decoris] magis gaudet Diabolus quando vnum religiosum potest capere quam de multis alijs. *Prou.* 25. d. Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus ludens coram impio. *Psal.* 12. Qui tribulant me exultabunt si motus fuero. Vrbs enim dicitur anima Religiosi, cuius Rex est ratio, populi cogitationes.
e Gaudium vniuersæ terræ,] i. Ecclesiæ totius. Vnius enim bonus profectus non suus tantum est, sed totius Ecclesiæ. Vniuersa autem terra dicitur Ecclesia quia capit vniuersos vt sagena, cui comparatur, *Matt.* 13. f. Simile est Regnum cœlorum sagenæ, missæ in mare. Vel hoc totum posset exponi de Romana Ecclesia, quæ debet esse gaudium vniuersæ terræ, id est, totius mundi, per exemplum bonitatis vitæ. Sed hanc deridet Diabolus tanquam sibi subiectam pro aliqua parte.

A omnes transeuntes per viam,] id est, boni compatiẽtes animæ per errores & peccata deceptæ. *Iob.* 30. d. Flebam quondam super eo qui afflictus erat. *a* Sibilauerunt,] sibilo, sc. prædicationis, quo & equos, i. libidinosos & superbos mitigat, & canes, id est, detractores instigat, Item aues, id est, instabiles capit. *Isa.* 7. c. Sibilabit Dominus muscæ quæ est in extremo fluminum Ægypti. *Zach.* c. Sibilabo eis. *b* Et mouerunt capita sua super filiam Ierusalem compatiendo ei. *Iob. vlt.* c. Mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum. Cætera non mutãtur. *f* Aperuerunt super te os suum,] ô fidelis anima vel Ecclesia. *Aliter de bon.*
g Omnes inimici tui,] scilicet, Dæmones in prima suggestione. *h* Sibilauerunt] multa promittendo.
i Et fremuerunt dentibus suis] comminando quasi Leones parati deuorare. *Eccles.* 21. a. Quasi a facie Colubri fuge peccatum dentes Leonis dentes eius, interficientes animas hominum.
k Et dixerunt] Dæmones. *l* Deuorabimus,] in consensu. F
Ier. 51. d. Comedit me, deuorauit me Rex Babylonis, reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi draco, repleuit ventrem suum teneritudine mea, id est, primitijs bonis, & eiecit me. Diabolus enim animam quasi ore accipit in suggestione, quasi masticat in delectatione, transglutit in consensu vel operatione, sed eiicit in latrinam Inferni, in morte. *Leuit.* 16. b. *Deut.* 28. b.
m En ista est dies quam expectabamus] in ipsius hominis deliberatione. Expectat enim quasi cum quadam fiducia Diabolus quamdiu homo deliberat de peccato faciendo. *Iob* 40. c. Et habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius.
n Inuenimus) quem quærebamus, 1. *Petr.* 5. b. Aduersarius vester Diabolus circuit quærens quem deuoret, inuenit autem Diabolus hominem in peccati perpetratione. *Ier.* 2. c. Omnes qui quærunt eam non deficient, in menstruis eius inuenient eam.
o Vidimus, id est, videri fecimus in peccati manifestatione. *Psal.* 34. Euge euge viderunt oculi nostri. *Nahu.* 3. d. Nõ est obscura contritio tua, sed manifesta. Quia *Isa* 3. b. Peccatũ suum vt Sodoma prædicauerũt, nec absconderũt.
p Fecit Dominus quæ cogitauit] diu expectans tribuens, spacium pœnitendi, tandem reddidit. *Eccl.* 5. b. Altissimus patiens redditor est. *q* Compleuit) opere
r Sermonem suum quem præceperat à diebus antiquis,] id est, præscientiã æternã, in qua præuiderat, quod anima peccaret, & ipse diu expectaret, tandem puniret cum reuerti nollet. Vnde *Isa.* 37. c. Ex diebus antiquis ego plasmaui illud & nunc adduxi. Et hoc est quod dicitur *Isa.* 55 c. Verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum.
u Destruxit,] id est, destrui permisit.
x Et non pepercit,] in pœna æterna. Parceret enim si puniret temporaliter.
y Et lætificauit super te inimicum.] *Ps.* Lætificasti omnes inimicos eius. Et quanto maior est opprimentis lætitia, tantò maior est oppressorum iustitia. *Prou.* 24. c Cùm ceciderit inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne fortè videat Dominus & displiceat ei. *Iob.* 31. c. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. *Mich* 7. b. Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi, consurgam cum sedero in tenebris Dominus lux mea.
z Et exaltauit cornu hostium tuorum) i. superbiam & extollentiam. *Dan.* 7. b. Cornu illud faciebat bellum aduersùs sanctos & præliabat.
b Clamauit post æquitatẽ iudicis, & post violentiam hostis quid faciendum sic ostendit, quia ad Dominum clamandum, qui solus est refugium nostrum & virtus, adiutor in tribulationibus. Dicit ergo Clamauit cor eorũ ad Dominum, vt ipsos de angustia peccati liberaret. Notandum quod Angelus clamat in cœlo clamore laudis coram Deo. *Psalm.* 64. Clamabunt etenim hymnum dicent. Item Moyses in deserto, id est, religiosus in claustro clamore deuotionis. *Exod.* 14. d. Quid clamas ad me? Item filij Israel in Ægypto, id est, homines in afflictione clamore necessitatis, *Exod.* 3. b. Vidi afflictionem populi mei & gemitum eorum audiui. Item Sodoma & Gomorra, sic etiam peccatores clamore iniquitatis ad irritandum vel blasphemandum Deum. *Gen.* 18. c.
d Super muros filiæ Sion,) i. animæ reuocantis per pœnitentiam virtutes quæ sunt munitiones & muri & turres animæ. Sed quia orationis clamor vngit, sed lacryma pungit, propter hoc post clamoré orationis inuitat animã ad lacrymarum effusionem copiosam, vt sic citius peragat

⊕ negotium apud

a Deduc[igitur ô filia Sion. *b* Quasi torrentem] id est, abundanter lacrymas. *c* Per diem, & noctem] i. continuè. *e* Non des &c.] quasi dicat, modus lacrymandi sit tibi sine modo lacrymari. *f* Neque taceat] à fletu. Pupilla oculi tui] quasi non solùm marginem oculorum, sed ipsum visionis radium procella lacrymarum irrûpens obtenebret, vt dum, id quod tenerum est affligitur, citius ad misericordiam pietas iudicis moueatur. *b* Consurge,] prius præcepit vt pro peccatis lacrymas fûdat pœnitendo. Hic verò monet, vt Dei iustitiam in sua tribulatione magnificet laudado dicés. Consurge, corde, & opere

al.† anima. al.† defeco-tunt.

G

a Deduc quasi *b* torrentem lacrymas, *c* per diem, & *d* noctê, non *e* des requiem tibi, *f* neque taceat *g* pupilla oculi tui. Coph. *b* Consurge *i* lauda in *k* nocte in *l* principio vigiliarum, *m* effunde, sicut aquã cor tuum ante conspectum Domini. *n* Leua ad eum manus tuas pro † *o* animabus paruulorum tuorum qui *p* fame pereunt in *q* capite omnium compitorum. Res *r* Vide Domine, & *f* considera quem vindemiaueris ita.

i Lauda in nocte]

Quatuor sunt vigiliæ noctis distinctæ Prima dicitur conticinium, secunda intempestum; tertia gallicanum, vel gallicinium, quarta ante lucanum. Quælibet harum habebat tres horas. In prima vigilabant pueri, in secunda adolescentes, in tertia iuuenes, in quarta senes. *m* Effunde sicut aquam] quasi in intimo cordis tui affectu abundanter lacrymas effunde. *n* Leua ad eum, &c.] vt in hoc comprimas affectum cordis, vt sic eius auxilium demonstres te desiderare.

o Pro animabus] id est, vitis, paruulorum tuorum Et hoc dicit, quia pro culpa parentum paruuli sæpe temporaliter puniuntur. Pro his ergo orare debent parentes, vt inde veniat auxilium, vnde venit periculum. *p* Qui fame pereunt quadriuiorum, sc. Capita autem compitorum sunt, vbi plures viæ è diuerso venientes in vnum concurrunt.

r Vide] quia monitus erat ad leuandum manus, quasi iam leuans ait: Vide Domine, oculo misericordiæ

f Et considera quem vindemiaueris ita] i. tã horribiliter, tam grauiter, vt quasi vinea deuoret botros suos, & mater

Δ filios comedat

● negotium apud Deum, dicens. *a* Deduc,] i. de peccato in peccatum duc, vt omnia defleas. *Psalm.* 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, id est, conscientiam per singula peccata purgando *b* Quasi torr. lachr.] abundanter, scil. sicut torrens cum impetu fluit, & omnia obstacula secum trahit, sic flens ex toto corde. *Cant* 4. d. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Item torrens est in hyeme vitæ præsentis, scilicet: sed in æstate vitæ futuræ siccatus cessabit currere. *Apoc.* 21. a. Absterget Deus, &c.] Item materia torrentis est nix, quæ sursum formatur, & tempore suo ad terram labitur; vel etiam pluuia. Sic spiritualiter animus in contemplatione suspensus propter debitam corpori prouidentiam ad terram se aliquando submittit. *Iob* 37. 2. Qui præcipit niui, vt descendat super terram. Et *eod.* b. Et rursum latissimè funduntur aquæ. *c* Per diem] id est, propter diem æternæ gloriæ. *Psal.* 83. Melior est dies vna, &c.

d Per noctem] i. pro peccatis. *Ier.* 4. d. Laua à malitia cor tuũ. Vel: Per diem & noctem, pro peccatis commissionis, & omissionis, vel scienter, & ignoranter factis. *e* Non des requiem tibi] à fletu, qui dulcis est. *Bern.* O bone Iesu, si tam dulce est flere de te, quàm dulce est gaudere de te] Vel: Non des requiem tibi, quia hic non est requies, sed locus laboris. *Eccl.* 24. e. In omnibus requiem quæsiui. Sed non inueni. Vnde *Gen.* 8. b. Columba non inuenit vbi pedem poneret, sed reuersa est ad arcam. *f* Neque taceat pupilla.] *Psalm.* 38. Auribus percipe lacrymas meas. Poeta.

Interdum lacryma pondera vocis habent.

b Consurge] cum gratia ex libero arbitrio operante, 1. *Cor.* 15. b. Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Item consurge intellectu simul, & affectu, vt veritatem cognoscas, & cognitam diligas. *Isa* 51. a. Consurge consurge. Item à vitiis ex toto fuge. *Ephes.* 5. d. Exurge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

i Lauda] corde, ore, opere.

k In nocte] id est, in aduersitate. Non sicut illi, de quibus *Psal.* 48. Confitebitur tibi cùm benefeceris ei. Isti sunt, sicut aues quæ non cantant, nisi in æstate & sereno tempore. Sed si esset auis quæ in omni tempore, & hyeme, sc. & estate, & in nubilo, & sereno cantaret, illa plus diligeretur, quam aliæ. *Iob.* 35. c. Vbi est Deus, qui fecit me, qui dedit in nocte carmina? *Ps* 41. In die mandauit Dñs misericordiã, & nocte canticũ eius Propter hoc dicit *Ier.* Eustochio virgini. Esto cicada noctium. Nonne in tẽpore tempestatis Sacerdotes magis incipiunt cantare laudes, & campanas pulsare. *l* In principio vigiliarum.] Quatuor vigiliæ sunt quatuor ætates, adolescentia, iuuentus, virilis ætas, & senectus] In principio ergo dicit, quia bonum est viro cum portauerit iugum Domini ab adolescentia sua, *inf.* 3. c. Item prima vigilia spiritualis est contẽptus mundi secũda mortificatio carnis, tertia exercitiũ virtutũ, quarta desiderium cœlestiũ. Propter hoc dicitur quater, *Cant.* 6. d. Reuertere reuertere Sunamitis, reuertere reuertere, vt intueamur te. Item primò vigilat peccator quando sua mala cognoscit. Secundò, quando mala cognita pœnitendo corrigit. Tertio cum ad bona agenda se conuertit. Quarto, quando bona opera, quæ habet sollicitè custodit.

m Effunde sicut aquam] non sicut oleum, de cuius substantia aliquid remanet in vase propter pinguedinem. Sicut illi qui peccata sua in parte confitentur & in parte abscondunt. *Prou.* 28. c. Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Item non, sicut mel, quo effuso remanet dulcedo. Sicut illi qui de peccatis cogitant vt delectentur etiã post confessionem *Ezech.* 16. b. Fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Imagines masculinæ sunt cogitationes de peccatis cum delectatione. Sic faciebant illi, de quibus dicitur *Exod.* 16. a. Vtinam mortui essemus in Ægypto per manum Domini, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate. *Iere.* 48. b. Permansit gustus eius in eo. Item non, sicut vinum cuius odor remanet. Sicut illi qui post confessionem libenter audiunt recitari, quæ incitant ad peccatum. Contra quos dicit Philosophus. Non longe est à facto, qui delectatur in verbo. *Ier* 48. b. Odor eius non est immutatus. Item non, sicut lac, cuius color remanet. Sicut illi qui post confessionem curiosè respiciunt vanitates. Contra quos *Ieron.* Non licet intueri, quod non licet concupisci. *Psalm.* 39. Non respexit in vanitates & insanias falsas. *n* Leuá ad eum manus tuas] i. ad Deum, vt propter eũ omnia opereris. 1. *Tim.* 2 Leuantes puras manus. Contra illos, qui de suis operibus laudem quærunt *Iob* 31. c. Si osculatus sum manum meam. Notandum autem est hic, quòd Prælatus duas habere debet manus, quas debet lauare ad Deum Sinistram, quæ est vita actiua, quam debet lauare ad benè operandum. Eius autem digiti sunt opus rectum, opus voluntarium, non est tristitia, aut ex necessitate. Item opus purum sine hypocrisi, sine sordibus gloriæ inanis, vel lucri temporalis. Item opus discretum, vt & iustè offerat, & iustè diuidat, id est, vt Deo offerat & iustè diuidat, id est, vt propter Deum faciat, & pura intentione. Item opus firmum, vt perseueret vsque in finem. Alia manus est dextera, & hæc est vita contemplatiua. Cuius digiti sunt amor æternorum, timor suppliciorum, consideratio peccatorum, contemptus præsentium, spes futurorum. Vel. *b* Consurge] per contritionem. *m* Effunde] per confessionem *n* Leua] per satisfactionem. *o* Pro animabus] id est, subditorum. *Greg.* Multùm preces suas valentes efficit, qui pro aliis eas effundit. Vel paruuli sunt initia bonæ conuersationis, quæ gratia nutrit. *Sap.* 16. d. Omnia nutrici gratiæ tuæ deseruiebant.

Cor sicut aqua debet effundi.

Prælatus duas debet habere manus quas debet lauare.

p Qui fame pereunt] nisi nutriantur à gratia vel doctrina. *Iob* 38. d. Quis præparauit coruo escam, quando pulli eius clamant ad Deum? Dei gratia, sine qua nihil possumus facere *Ioan.* 15. d. *q* In capite omnium] compita sunt latitudines sæcularium voluptatum. *Matth* 7. b. Lata est via, quæ ducit in perditionem. Caput compitorum est principium suggestionis. Vnde Principiis obsta, &c *Eccl.* 25 d. Ne des aquæ tuæ exitum, nec modicum, nec mulieri nequam veniam prodeundi, i. concupiscentiæ. Vel caput omnium compitorum est superbia. *Eccl.* 10 b Initium omnis peccati superbia. Vel ad literam. Multi. *p* Fame] id est, libidine carnis pereunt.

q In capite omnium compitorum] vbi sunt mulieres meretrices. *Nahum.* 3. c. Paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum. *r* Vide Domine] oculis misericordiæ. *Luc.* 22. g Respexit Dominus Petrum, & fleuit amarè. Hucusque Propheta peccatores ad pœnitentiam inflexit, vt potuit. Nunc causam eorum suscipiens ad Dominum se conuertit, orans pro eis & formam orandi eisdem tribuens Vnde dicit: Vide Domine, *Psalm.* 39. Ad adiuuandum me respice.

f Et considera quem vindemiaueris ita.] Duobus

● modis agitutur

a filios comedat. Et hoc est quod sequitur. a Ergone comedent, &c.] id est, filios vteri sui. b Paruulos, &c.] id est, teneros, & vix vnius palmæ mensuram habentes. Dicitur autem palma à summitate pollicis vsque ad summitaté medij digiti, quod in gallico dicitur *espange*. Mulieres autem dicit, non matres, quia materno nomine non sunt appellandæ, quæ maternitatis memores nô fuerunt. c Si occiditur in Sáctuario, &c.] Posita pœna subiungit culpam, quasi dicat quamuis tantú peccauerunt Sacerdotes, nunquid tamen tá immani vltione puniri debuerunt? quasi dicat, nullos ita sicut vos destruxerunt illi. Ad literam, Zachariá interfecerunt ipsi Iudæi inter Templum & Altare.
d Iacuerunt, &c.] capti scilicet.
e Puer & senex] infirma ætas.
f Virgines meæ] i. infirmus sexus.

al.† interfecisti.
al.† misertus es.

a ergone comedét mulieres fructum suum, b paruulos ad mensuram palmæ. Si c occiditur in Sanctuario Domini Sacerdos, & Propheta. Sin. d Iacuerút in terra foris e puer & senex, f virgines meæ, & g iuuenes mei h ceciderunt in gladio, † i interfecti sunt in k die furoris tui, l percussisti, m nec † misereberis. Tau. n Vocasti quasi o ad diem solemnem, qui p terrerent me de circuitu, & q non fuit in r die furoris Dñi qui s effugeret & t relinqueretur. u Quos educaui & x enutriui, y inimicus meus z consumpsit eos. Aleph.

CAP. III.

a EGo vir b videns c paupertatem meam in

g Et iuuenes mei) id est, fortes, ceciderunt in gladio.
i Interfecti] visibiliter.
k In die furoris tui] id est, apertæ captiuitatis l Percussisti] i. percuti permisisti. Et loquitur semper Ieremias per præteritum pro futuro. m Nec misereberis? interrogatiuè, quasi dicat, imo misereberis. Ps. 101. Tu exurgens Domine misereberis Sion. Vel remissiuè: Nec misereberis. Et subiungit quod grauius est. n Vocasti] Chaldæos vel Romanos. Ipsi enim voluntate Domini venerunt, & eius velle impleuerunt.
o Quasi ad diem solemnem] hostibus scilicet & non Iudæis vel Deo. Sicut enim Iudæi solebant omnes conuenire in Ierusalem in tribus solemnitatibus & ibi iocundabantur, sic inimici vndique conuenerunt in Ierusalem, quando capta fuit, & exinde læti fuerunt. Vel dicit: Quasi ad diem solemnem: propter Romanos propriè, qui ceperunt Ierusalem in die Paschæ. Vnde festiuitatem eorum conuerterunt in luctum magnum & occisionem.
p Qui terrerent me de circuitu.) Omnes enim de circuitu Ierusalem ad eam destruendam conuenerunt. *Ier.* 12. b. Nam & fratres tui & domus patris tui, etiam ipsi pugnauerunt aduersùm te, & clamauerunt post te plenâ voce, quasi dicat, circumdederunt me vndique gentes de circuitu meo, ne manus persequentium euaderem. q Et non fuit qui effugeret) de nostris, aut captus aut mortuus non esset. r In die furoris Domini) id est, apertæ captiuitatis.
t Et relinqueretur) in Ierusalem, qui vel non abduceretur captiuus, vel relinqueretur seruus. Sedechias enim Rex fugit, sed tamen comprehensus est, & captiuus ductus est in Babylonem. *Ier.* 39. b. & 52. b. u Quos educaui] per disciplinam. x Et enutriui) ad fortitudinem, vnde magis plangendi sunt. y Inimicus meus) Chaldæus vel Romanus.
z Consumpsit eos] id est, vsque ad interitum deleuit.
● modis amittitur fructus vineæ, vel in primo flore per nebulas, vel cum iam maturi diripiuntur ab hoste. Fructus animæ in flore pereunt, cum bonæ conuersationis initia in origine corrumpuntur. *Iob* 15. d. Lædetur quasi vinea in flore primo. Item quando opera malo fine fiunt. *Deut.* 28. d. Plantabis vineam & fodies, & vinú non bibes. Et dicit: ita, i. tam horribiliter, tá monstruosè, vt ipsæ vites deuorent botros suos, id est, mulieres filios suos. Vnde exclamat cum dolore. a Ergo ne comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ] Mulieres sunt animæ carnales & affectuosæ & fragiles & infirmæ. Palma significat initium, cubitus, perfectionem & plenitudinem. Vnde *Gen.* 6. c. Arca consummata est in cubitu. Paruuli vero sunt initia bonæ conuersationis mulieres ergo paruulos suos ad mensuram palmæ comedunt, quando infirmæ mentes bona incœpta ad robur perfectionis non perducunt, & carne consummant quod spiritu cœperunt. *Gal.* 3. a. Sic stulti estis Galatæ, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummamini. c Si occiditur in Sanctuario Domini sacerdos & Propheta. Sanctuarium est anima, Sacerdos est affectio ministra spiritualium immolationum, & piarum orationum, Propheta est ratio ordinatrix operum prouida futurorum. Hæc duo occiduntur, quando gladio culpæ in anima perimuntur. Vel Sacerdos occiditur in Sanctuario Domini, id est, in sacrificio altaris, qui indignè accepérit, iudicium enim sibi manducat & bibit, 1. *Cor.* 11. g. d Iacuerunt in terra foris puer & senex] hoc est quod dictum est *sup.* eod. c. Defixæ sunt in terra portæ eius. Isti sunt & maiores & minores, qui ferè omnes auaritiæ student. *Ier* 6. e. A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student. f Virgines meæ] fatuæ sc. g Et iuuenes mei] derisores sc. vel fortes ad peccandum. h Ceciderunt in gladio,] peccati. *Amos* 5. a. Cecidit & non adiiciet vt resurgat virgo Israel. Vel, gladio, sententiæ. *Apoc.* 1. d. De ore eius gladius ex vtraque parte acutus exibat. h Ceciderunt] id est, cadent. Et hoc. k In die furoris tui] i. in die iudicij. De quo *Psal.* 6. & 37. Domine ne in furore tuo arguas me.
l Percussisti] id est, percuties. *Prou.* 29. d. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.
m Nec misereberis] ad liberandum scilicet. *Iac* 2. c. Iudicium sine misericordia liberantè scilicet, fiet ei qui non fecerit misericordiam.
n Vocasti quasi ad diem solemnem qui terrent me de circuitu.] Vocantur Dæmones quasi ad festum quando diues moritur. Terretur autem anima quæ debet exire de corpore, quando videt Dæmones ad se rapiendum in circuitu. *Luc.* 19. g. circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique & ad terram prosternét te. Et dicit: De circuitu] quia anima peccatrix in die Iudicij mala accusantia vndique habebit, & ex nulla parte bona defendentia. Vnde vehementer terrebitur. *Sap.* 5. a. Turbabuntur timore horribili. *Greg.* dicit in Moral. quòd angustiæ viæ erunt vndique reprobis. Supernus erit Iudex iratus, subtus horrendum chaos; à dextris peccata accusantia, à sinistris infinita Dæmonia ad supplicium trahentia; intus conscientia vrens; foris mundus ardens. Miser peccator sic deprehensus quo effugies? Latere erit impossibile, apparere intolerabile. Si quæris quis te accuset, dico totus Mundus, quia offenso Creatore omnis creatura habet perditum odio.
q Et non fuit] id est, non erit.
s Qui effugeret] idest, qui effugiat. *Amos* 2. b. Peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem. *Ps.* 138. Quo ibo à spiritu tuo, &c.
u Quos educaui & enutriui, inimicus meus consumpsit eos] Hoc potest dicere Ecclesia de suis filiis propriis, s. Clericis. Hoc possunt dicere vsurarij de filiis suis, qui patrum retinent vsuras, & cum patribus damnabuntur. *Osea.* 9. c. Ephraim deducet ad interfectionem filios suos.

EXPOSITIO CAP. III.

EGo vir videns paupertatem, &c.] In præcedentibus duobus alphabetis, & in quarto, cuilibet sententiæ litera præponitur, & propter quid, dictum est sup. In hoc autem tertio cuilibet membro sententiæ litera præponitur. Vndè cum cuiuslibet sententiæ tria sint mébra, quasi eidem sententiæ ter præponitur eadé litera. Profundiora. n. mysteria dicútur hic quá in aliis. Agit auté de se, de populo, & de Christo. Ité hic deplorat spiritualiter impugnationem Ecclesiæ à falsis fratribus, quæ cæteris est grauior. Vnde equo pallido comparatur. *Apoc.* 6. b. Et propter hoc ad aggerationem doloris litera triplicatur. Propheta igitur ex multiplici flagello miseriam sustinens conqueritur, dicens. a Ego vir videns paupertatem meam,] i. A afflictionem & miseriam.
a Ego vir videns, &c.] Mysticè, exponitur hoc cap. de Christo, & allegoria est hic veritas prophetiæ. Vnde literalis expositio non multum est commendanda. Licèt enim veritatem habeat, tamen non est multum ædificatoria. Christus igitur dicitur vir. *Ierem.* 31. d. Mulier circumdabit virum. Vir dicitur à virtute, vel à vigore, vel etiam à virore. *Isa. sexagesimo tertio* a. Gradiens in multitudine virtutis suæ. *Psal. vigesimo tertio* Dominus for- ⊕ tis, & potens.
Vel sic a Ego vir videns] contra cæcus. c Paupertatem] in anima *Eccl* 9. a. Nescit homo an odio, an amore dignus sit. A *Prou.* 30. a. Stultissimus
Vel sic vt dicat Prælat⁹. a Ego vir.] *Eccl.* 7. a Noli quærere fieri Iudex, nisi virtute valeas irrúpere iniquitates. b Vidés * paupertatem.]

[illegible] *a* In vita [illegible] vio dat [illegible]

b Me [illegible] impotentem [illegible] cæcum.

c Et [illegible]

&c. [illegible] indignationis [illegible]. Aleph. Me *b* minauit, & [illegible] duxit in *d* tenebras, & non in lucem. Aleph. Tantum in *e* me [illegible] conuertit manum suam *f* tota die. Beth. *g* Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, *h* contriuit ossa mea. Beth. *i* Ædificauit in gyro meo, [illegible] *k* circumdedit me felle, & *l* labore.

[illegible] popu[illegible] cem [illegible] tatis, & [illegible] vel solam, incar[illegible] cerati [illegible] quenti [illegible] ad refr[illegible] Vel in [illegible] Ieremiæ.

b Me minauit, &c.] i. minari & adduci permisit.

d In tenebras, & non in lucem.] quia pol[illegible] fuit in carcere tenebroso. *Ierem. 37. c.* Irati Principes contra Ieremiam cæsum eum miserunt in carcerem.

e Tantum in me [illegible], &c.] qua me [illegible] flagellat. [illegible] est [illegible], vel flagellat, qui [illegible] alium sicut seruum [illegible].

f Tota die [illegible] assiduat in me flagella. V[illegible] uertit manum, [illegible] dedit [illegible] prophetandi de [illegible] b. Se[illegible] quatur ad conuersionem [illegible] clamans.

g V[illegible] pellem meam, & [illegible] licet, per assiduitatem vel [illegible] & per cicatri[illegible] vulnerum.

h C[illegible] ossa mea.] q. d. tantùm contritus sum, quod [illegible].

i Ædific[illegible], [i. in [illegible] one, q. d. non transitus [illegible] manifari in [illegible], nisi ciuitas ita circa eam [illegible] runt.

k Et circumdedit me [illegible] senatum.

l Et labore, [illegible]. Vel, Felle, & labore, i. interiori & exteriori tribulatione.

▲In tenebrosis

[illegible] tis, & potens. Iste vidit paupertatem quadruplicem quam sustinuit

Paupertas Christi.
- Egestatis. *Matth. 8. c.* Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. *Matth.* [illegible] b. R[illegible] illis, abiit foras [illegible] ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit. Et M[illegible]. Et cum [illegible] circumspectis omnibus cùm iam hora esset vespertina exiit in Bethaniam.
- Mortalitatis, in carnis [illegible] one *Psalm.* [illegible] 8. Sum[illegible] vnum diue & pauper.
- Spiritu. *Psalm. 30* Infirmata [illegible] in paupertate virtus mea [illegible] enim [illegible] ab eo [illegible] fortitudinem [illegible].
- Am[illegible] in Passione. *Psalm. 140.* Singulariter sum [illegible].

Zach. 9. c. Ec[illegible] tuus veniet tibi iustus saluator, ip[illegible] per [illegible]. [illegible] Christus approbando. *Matth.* 5. [illegible] paupe[illegible] spiritu. Secundam patie[illegible] do & mo[illegible] on [illegible], & iniurias humili[illegible] sustinendo & compatiendo. Et [illegible] videte [illegible]. Primam approbando [illegible] tando, q[illegible] compa[illegible]. Propter hæc [illegible] *fin eodem c.* Recordare paupertatis [illegible] meæ, absinthii & [illegible]. Sed multi hoc n[illegible] us *Am.* [illegible] d. O [illegible] mo [illegible] & nihil compatiebantur super contritione Ioseph.

a In virga, &c. [illegible] filius, non quia habuit indignationem [illegible] indignationem tollendam [illegible] Passioni expositus, sicut [illegible] 53. c. [illegible] populi mei percussi eum, &c. *Zach.* 1[illegible] pastorem, & dispergentur, &c.

Item, Moraliter, homo [illegible] bet paupe[illegible] nascendo: Vndè nudus nascitur, *Iob* 1. d. N[illegible] essus sum de vtero matris meæ. Hanc [illegible] bet hom[illegible] vt erubescat. Item moriendo. Vnde [illegible] qu[illegible] nullus reuertar illuc. Hanc debet homo vi[illegible]. De his duabus. 1. *Tim. 6. b.* Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Item paupertatem gehennæ debet homo videre vt [illegible] eat. Item vi[illegible] do habet homo paupertatem. Et hæc est mu[illegible] lex Scien[illegible] vide [illegible] vt sit sobrius in inquirendo. *Rom.* [illegible] Non plus sapere, [illegible] oportet sapere. Et *Eccl.* 3. [illegible] sic debet homo [illegible]

Moraliter.

videt [illegible] humiliet, non [illegible] Quarto m[illegible] um [illegible]. Hanc de[illegible] vi[illegible] tit. [illegible] Item am[illegible] debet videre [illegible] lac[illegible] turum. Hanc [illegible], vt ad m[illegible] iora [illegible] omnia flagell[illegible] possunt. V[illegible]

a In [illegible], & In [illegible] videtur Dñs, [illegible] sen[illegible], [illegible] exponendo, ægritu[illegible] af[illegible] dona sua [illegible] ndo, virtutibus [illegible] per[illegible]

A Pr[illegible] a. Stultissimus sum virorum. Item, paupertat[illegible] mute. [illegible] deficiens virtute. Item [illegible] quæ bruta supe[illegible] hominem [illegible] vitu sensuum. Ly[illegible] dit [illegible] odoratu. *Ps.* Et lumen ocu[illegible] meorum. Item in [illegible] Non est sanitas in [illegible]. Item in natu[illegible] infirmitate, qu[illegible] est hom[illegible] absque [illegible] indicas [illegible] cibu[illegible] sic de aliis. *Sap. 9.* Homo infirmus & exigui temporis.

[illegible] em. [illegible] 48. b. E[illegible] in camino paupertatis. [illegible] indig[illegible] est, quia [illegible] sanctissi[illegible], vel [illegible] quam [illegible] Deu[illegible] hom[illegible] suam paupertatem. Et [illegible] 53. a. Infirmi[illegible] [illegible] pa[illegible] in vi[illegible] s, quia [illegible], & [illegible] purgantur paupertate. M[illegible] Minare est [illegible]. Vndè al[illegible] gori[illegible] moraliter, h[illegible] mi[illegible] ipsi [illegible] bulation[illegible] po[illegible] &c. *I* 4. 59. b. Expectauimus lucem, & ecce tene[illegible] orem, [illegible] in tenebris ambulauimus. [illegible] est, [illegible] exponit tribulationibus præter [illegible] m, & [illegible] erba [illegible] Claustra[illegible] Me mi[illegible] & [illegible] prosperitati. Adducit enim [illegible] in tenebras inferiores per [illegible] ni, [illegible] num [illegible] go [illegible] dimidio d[illegible] &c. Et hoc [illegible] cat. Item in tene[illegible] exter[illegible] de quibus *I* 1. a. Lux in tenebris lucet: [illegible] Item in [illegible] tes 16. pro[illegible] ignor[illegible], vt eum [illegible] ipsum humiliet.

[illegible] tum in me verti, & [illegible] flagellando [illegible] graniter. Hanc [illegible] vertit [illegible] & [illegible] Sanctos, vt correctos. *Am.* [illegible] Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ, [illegible] visitabo super vos omnes iniquitates vestras. *Ier.* [illegible] Castigabo [illegible] in iudicio, vt [illegible] innoxi[illegible] die [illegible] toto tempore [illegible] dies [illegible]. *Genes.* [illegible] a [illegible] iuuentutis, dies [illegible].

g [illegible] meam, & [illegible] laicos qui per [illegible] designantur & clericos qui per carnem quia [illegible] Psalm. [illegible] Et [illegible] non tenet futuram. [illegible] confessionem [illegible]. Loquitur [illegible] in persona Ecclesiæ, cuius confessionem deplan[illegible] huic clauitræ, [illegible] prelatur confessio. Et si hoc dicitur [illegible], tunc non pro [illegible] sed pro membris e[illegible]

h Contriuit ossa mea.] hoc fit quando ab[illegible] mo[illegible] [illegible] *Pr.* [illegible] Spiritus tristis exsiccat ossa. [illegible] ossa aliqu[illegible] tur [illegible] luxuriæ & [illegible] & maxi[illegible] ando desiccata sunt. *Bar.* [illegible] ossa oliua [illegible], cuius ossa [illegible] *Ierem.* 5[illegible] c. Primus comedit eum Rex Assur & nouissimus exossauit eum Rex Babylonis Na[illegible].

i Ædificauit [illegible]. Et hoc in[illegible] Christo, quem [illegible], & fustibus circumde[illegible] Iudæi. *Ioan.* 18. a. [illegible] circumdederunt [illegible] sicut apes, & [illegible] in spinis. V[illegible] Ecclesia. De Christo.

i Ædificauit, &c. [illegible] *Cant.* [illegible] b. Filii m[illegible] pugnauerunt contra [illegible] alia hæc [illegible] dedit [illegible] felle, [illegible] amaritudine. Et [illegible] exteriori tribulatione [illegible] ad anima, [illegible] De Ecclesia.

i Æ[illegible] in [illegible] meo [illegible] b. [illegible] la [illegible] nes eius, & f[illegible] per me, & [illegible] in g[illegible] nacu[illegible] Homo enim [illegible] datus est [illegible] mico. Dial[illegible] cu[illegible] p[illegible] c[illegible], & [illegible] 18. De anima.

Item mundo [illegible] 4. [illegible] facti [illegible] [illegible] *k* [illegible] 31. [illegible] x. [illegible] ob[illegible] an[illegible] m[illegible] plenus video te esse. *Et* labore.] poenit[illegible] fu[illegible] et.

H[illegible] *imi*[illegible] *itemundans est.*

▲ In tenebrosis

Moraliter.

Psalm. 37.

Moraliter.

Moral.

... tenebrorum ...

... nauit fcompe ... ttentum.

... Sed & ... m ... clet a-

... meas lapidib is qu...

... fecuitas meas fubuer it ...

... V fus ...

... dem meum ... quando f...

... quando ... ctus eft ...

... fa ... & rogat ... orationem

... Nab ... pro populo ...

... gafti o lapidibus viaeris obturato.

... Vrfus infidians factus eft ...

... Semitas m...

... Pfalm 142. ...

... teftes ffos.

... ligatus, ...

... Diabolus ...

... Mich. ...

... nubus gratu. ... Ier. ...

... oncini non ... udiam te.

... mala ... audientur, quia ...

... eft aduocatus ad Dominum ...

... amici ... Hoc ...

... ticet per ... Ded...

... eft conup ...

... erendo pecc ...

9. b. Vt ...

... tanfor cum ...

Item con ... Quant ... tetens vias ...

Item obftinat ... Cum ... ritum grofen ... des terram cordis ... Plantam facite ... & ... Verum eft fi ... quod ager ...

Semitas ... conffi... ... clt Ch ... Hoc fuit qua ... quarebant a Dom... Licet ... dare Cæfari, ... dubantur ...

Leo in abfconditis ... fuum ficut Leo ... liter a ... Bene autem ... feth, quæ interp ... pauper ... canit timor, qui ... pientia timor Domi ... Dom... ... & qu...

Moral ... derat ... pati ... per ...

... populum ...

... Diabolus ... quia ... placere ...

... quod pars ... ulum & ... fic Diabolus ... Quæ eft ifta ... ftimulus ... & vnus ... Dauid, quia humilis ... 1. Reg. ... Vrfus ... & ... tanetem de medio ... ficat quemlibet ... & Vrfus ...

A *a* Semitas meas subuertit, id est, firmiter obstruxit fossatis ne ego effugerem.
b Et confregit me, fame, peste, & gladio vt in me nulla maneret fortitudo. *c* Posuit me, desolatam] Vox est Ierusalem quæ desolata fuit, quia amisit Regem, Principes, Prophetas, & sacerdotes.

Daleth. *a* Semitas meas subuertit, & *b* confregit me, *c* posuit me desolatam. Daleth. *d* Tetendit *e* arcum suum, & *f* posuit me *g* quasi signum ad sagittam. He. Misit in *h* renibus meis filias pharetræ suæ.

d Tetendit Dominus, scilicet. *e* Arcum suum,] id est, exercitum Chaldæorum ad me percutiendum. Et hic innuit per quos facta fuerit desolatio quia per Chaldæos, qui erant sagittarij. *f* Et posuit me, quasi signum ad sagittam vt percuterer ab eis.
h Misit in renibus meis filias pharetræ suæ,] id est, sagittas.
Δ Factus sum in derisum

Θ *a* Semitas meas subuertit.] Vox Ecclesiæ, vel religionis. Semita compendium est veniendi ad Deum Hæc est impletio consiliorum, vel regula claustralium *Prou.* 4. b. Ducam te per semitas æquitatis. Has subuertit Dominus, quando regulam claustralium subuerti permittit. *Isai.* 42. a. Semita in pedibus eius, id est, in religiosis non apparebit, propter opera eorum polluta. 1. *Reg.* 21. Via hæc polluta est.
b Et confregit me] permittendo subiici Dæmonibus. *Isa.* 51 g. Posuisti, vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.
c Posuit me desolatam,] id est, sine consolatione Prælatorum qui magna sunt causa desolationis cum deberent consolari. *Eccles.* 36. d. Vbi non est sepes, id est, custodia Prælatorum, diripietur possessio. *Isa* 5. b. Auferam sepem eius, & erit in direptionem. *d* Tetendit arcum suum, id est, crucem.
Et posuit me,] Deus pater, dicit Christus.
g Quasi signum ad sagittam,] ad litteram, quando vnus militum lancea aperuit latus eius. *Ioan.* 19. f. Vel.
d Tetendit.] Iudæus, scil. *e* Arcum suum,] id est, dolum, & fraudem. *Ierem.* 9. a. Extenderunt linguas suas, vt arcum mendacij, & non veritatis,
f Et posuit me quasi signum ad sagittam] quando blasphemabant eum Iudæi *Ierem.* 9. b. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. Item Dominus.
d Tetendit arcum suum] qui est dies iudicij. *Psalm.* 7. Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit, arcum suum tetendit, &c. Et *alibi.* Dedisti metuentibus te significationem, &c.
f Et posuit me, quasi signum ad sagittam,] id est, sagittam ad signum. Ille enim, qui emittit sagittam ad signum non semper percutit. Sic Dominus comminationes quas peccatoribus prænunciat, non semper infligit, sed illos, qui non conuertuntur feriet in iudicio. *Sap.* 5. d. Ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam habenæ curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Item sacra Scriptura est arcus, cuius cornua flectuntur, medium autem non mutatur, quia cæremonialia, & legalia mutata sunt, moralia verò quasi in medio existentia permanent. Et iste arcus debet teneri in manu, id est, opere impleri. *Iob.* 26. d. Arcus meus in manu mea instaurabitur. Ex hoc arcu emittuntur tres sagittæ. Prima est comminationis, quæ timorem incutit. Secunda promissionis, quæ ad amorem allicit. Tertia exhortationis, quæ consolationem inducit. Hunc arcum quidam remittunt solummodo, qui, scil. vitia palpant. Quidam intendunt tantum, scil. qui nimis exasperant. Quidam intendunt in alijs nimis exasperando, sed remittunt in seipsis nimis sibi parcendo. Boni autem Prælati remittunt compatiendo, intenduntque corrigendo. *Psalm.* 77. Filij Ephrem intendentes, & mittentes, conuersi sunt in die belli. Sic igitur patet, quod quatuor modis accipitur arcus, est enim ipsa crux. *Gen.* 9. b. Ponam arcum meum in nubibus cœli. Item dolus Iudæorum. Item dies iudicij. Item sacra Scriptura. Item Christus quinto modo sicut iam dicitur. Sequitur.
f Et posuit me.] Hoc dicit, quia postquam Dominus arcum sacræ Scripturæ tetendit in manu Prædicatoris, non debet à proposito desistere, quousque anima peccatoris vulneretur sagitta prædicationis. De qua vulneratione dicitur *Cant.* 5. b. Percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum. 2. *Regum* 1. d. Sagitta Ionathæ nunquam abiit retrorsum. Ionathas interpretatur donum columbæ. Hic est Prædicator, vel Prælatus, qui sagitta prædicationis debet interficere bestias peccatorum, & fugare Dæmones. *Isai.* 13. d. Suscitabo super vos Medos, qui argentum non quærant nec aurum velint sed sagittis interficient paruulos, id est, peccatores, qui magnitudinem virtutum amiserunt. Vadit autem sagitta eius retrorsum, qui alios reprehendit de vitio quo ipse laborat. Et tunc est arcus dolosus, de quo *Osea.* 7. d. Facti sunt quasi arcus dolosus. Item arcus, Christus, quem Deus Pater tetendit in cruce. *Zach.* 9. c. Extendam mihi Iudam, id est, Christum, quasi arcum. *Psalm.* 17. posuisti vt arcum æreum brachium meum. Arcus dum extenditur curuatur, sic Christus, quia in eo per cordam misericordiæ primum cornu, scilicet, Deitatis curuatum fuit in Incarnatione quando inclinauit cælos, & descendit. Secundum, cornu, scilicet, humanitatis curuatum est in Passione, quando inclinato capite emisit spiritum. Sicut enim in arcu nubium duplex est color, igneus, & aquaticus, sic in cruce de arcu, id est, Christo profluit sanguis, & aqua *Ioan.* 19. f. Et de hoc arcu dicitur *Eccl.* 43. b. Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum valde speciosus est in decore suo. Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ suæ, manus Excelsi aperuerunt illum. Hoc arcu extenso. *Ioan.* 19. b.
f Posuit,] Dominus Ecclesiam, vel animam fidelem.
g Quasi signum ad sagittam,] vt sagittis amoris ex hoc arcu emissis vulneraret eam. Vnde *Cant. capit.* 4. c secundum aliam translationem. Vulnerata charitate ego sum *Iob. cap* 6. a. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum. Vel potest exponi de Prælato, qui dicitur arcus Domini, quia per illum Dominus defendit Ecclesiam. Hic arcus tenditur, quum Prælatus eligitur. Vnde dicit Ecclesia. *Aliter.*
d Tetendit arcum suum] Dominus, scilicet, id est, elegit Prælatum.
f Et posuit me, quasi signum ad sagittam,] emittendam ab arcu. Verba sunt Prælati. Sagittæ sunt præbendæ. Emissio sagittarum, collatio præbendarum. Sed hodie est de Ecclesia, sicut fit de ludis puerorum, quia pueri colligunt sagittas, id est, pueri recipiunt, non dico tantum præbendam sed præbendas 1. *Regum. cap.* 20. d. dixit Ionathas ad Dauid, Ecce ego mittam tres sagittas iuxta eum, & iaciam quasi exercens me ad signum. Mittam quoque, & puerum dicens ei. Vade, & affer mihi sagittas. Item de anima pœnitente, cuius sagittæ sunt tribulatio, & flagella. *Iob. capit.* 16. c. Ego ille quondam opulentus repentè contritus sum, confregit me, & posuit me, quasi in signum, circumdedit me, quasi lanceis suis. Item arcus est Religio, cuius lignum est regula, corda institutiones, sagittæ cibus orationes, lectiones, meditationes, quæ molliunt corda ad amorem Dei. *Iob.* 23. d. Deus molliuit cor meum. Sequitur. *Aliter.*
h Misit in renibus meis filias pharetræ suæ. Huic clausulæ præponitur. [He,] quæ interpretatur viuo, vel esse. Et rectè, quia hic agitur de tribulationibus Christi, & Ecclesiæ, quæ faciunt ipsam bene esse, & rectè viuere. Primò igitur potest exponi sic de Christo, cuius renes sunt humanitas, pharetra Synagoga, filiæ pharetræ sputa, colaphi, conuitia. *Ieremia cap.* 9. c. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est, Vel renes sunt clerici, qui debent generare alios per prædicationem, & bonum exemplum. *Psalm.* 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: clerici enim maximè deludunt, & derident eos, qui pœnitentiam agunt. Item mulier est pharetra, filiæ eius, impudicus intuitus, incessus inhonestus, sermo inflammatus. *Isaia capite decimoquarto* g. De radice Colubri egredietur Regulus, & semen eius absorbens volucrem. Radix mulier, Coluber Diabolus, Regulus qui solo visu, & flatu interficit, significat allocutionem impudicam, & meretum, semen est luxuria, volucris clericus, qui absorbetur. *Prou. capit.* 7. b. Considero vecordem iuuenem, qui transit per plateas iuxta angulum. Et ecce occurrit illi mulier in ornatu meretricio præparata ad decipiendas animas. Apprehensámque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur. Irretiuit enim eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. Statimque eam sequitur quasi bos ductus ad victimam. Prædicta tela sunt tria tela pharetræ Ioab, quæ affixit in corde Absalon, 2. *Regum capit.* 18. c. Ioab inimicus interpretatur. Hi renes sunt infirmitatis, aut tribulationis refrenantur. *Iob.* 12. c. Et præcingit fune renes eorum. Item per renes delectatio, per filias pharetræ tribulatio, quia iustus in tribulatione semper debet delectari. *Iacob.* 1. a. Omne gaudium existimate fratres, &c. *Deut.* 35. c.

He. *a* Factus sum in derisum omni populo meo, *b* canticum eorum tota die. He. *c* Repleuit me † amaritudinibus, *d* inebriauit me absinthio. Vau. *e* Confregit ad numerum *f* dentes meos, *g* cibauit me cinere. Vau. Et *h* repulsa est anima mea, *i* oblitus sũ bonorum. Vau. *k* Et dixi, *l* periit finis meus, & *m* spes mea à Dño.

Al. † amaritudine.

Δ *a* Factus sum in derisum omni populo meo.] Hoc de se dicit Ieremias, quem Iudæi irridebant, quando prædicebat Ierusalem esse obsidendam.

b Canticum eorum tota die.] Hoc etiam legitur de *Iob.* 30.b. Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium.

c Repleuit me amaritudinibus,] tribulationis, & angustiæ. Verba sunt populi, qui in magna fuit afflictione, quando Ierusalem obsidebatur.

d Inebriauit me absinthio] angustiis, scilicet, & necessitatibus, sicut promiserat, *Ierem.* 9. c. Cibabo populum istum absinthio, & potum dabo ei aquam fellis.

e Confregit ad numerum dentes meos,] id est, ita grauiter me afflixit, ac si dentes meos traheret singillatim.

g Cibauit me cinere,] id est, omnium pœnarum genere me afflixit.

h Et repulsa est anima mea] quasi dicat adeo arctatus sum cibi penuria, vt fere exiret de corpore meo anima mea.

i Oblitus sum bonorum. Hoc dicit: quia memoria bonorum inter supplicia cuncta tollitur.

k Et dixi.] Plangit hic Propheta dolorem suum, & populi. Vnde ad cumulum doloris subiungit: [Et dixi, periit finis meus] id est, illud quod in fine sperabam, scilicet reditus de captiuitate. Et hoc verum est de ea quæ facta est per Romanos. *m* Et spes mea à Domino,] reuertendi, scilicet. Quia hoc erat grauissimum:

Δ Recordare, &c.

⊖ Inundationem maris quasi lac fugent.

a Factus sum in derisum omni populo meo] dicit Christus. *Ier.* 20 b. Factus sum in derisum tota die. *Iob.* 30.a. Nũc derident me iuniores tempore. Hoc facit qui venit ad confessionem & non habet propositum dimittendi peccata. Et est, similis Iudæis, qui coram Domino flectebant genua, alapis eum cædentes, & eum salutantes.

b Canticum eorum tota die] Ad litteram, de Domino tota die cantantur cantilenæ, hymni, scil. & prosæ, quæ ad fletum debeant nos mouere: Sed è conuerso, multi ea vertunt in canticum. *Isa.* 23. c. Post septuaginta annos erit Tyro quasi canticum meretricis.

Moral. Moraliter. *a* Factus sum in derisum, &c.] dicit iustus *Iob* 12.a. Deridetur iusti simplicitas. *Psalm.* 30. Factus sum opprobrium vicinis meis valde, &c.

b Canticum eorum tota die,] *Iob.* 30.b. Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium.

c Repleuit me amaritudinibus] Passionis, dicit Christus.

d Inebriauit me absinthio,] id est, inebriare, id est, potasse voluit, quando Iudæi sibi vinum myrrhatum dederunt, *Marc.* 15. b. *Psal.* 67. Et dederunt in escam meam fel.

Moral. Moraliter de Ecclesia. *c* Repleuit me Dominus amaritudinibus,] id est, repleri permisit. Hæc amaritudo est rancor, & odium, *Act.* 8 d. In felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Item est amaritudo oris, scil. contentio, prouocatio, illusio. *Exod.* 1.c. Affligebant Ægyptii filios Israel illudentes eis, & irridentes, atque ad amaritudinem perducentes animas eorum.

d Inebriauit me absinthio, id est, multiplici punctione conscientiæ. *Iob.* 30. a. Radix iuniperorum, cibus eorum. Et *Osea* 9. b. Desiderabile argentum eorum vrtica hæreditabit.

e Confregit ad numerum dentes meos.] Huic clausulæ præponitur, [Vau,] quæ interpretatur, non est ille. Et hoc bene, quia hic plangit propheta, eo quod ipse non est cum Domino. Dentes Ecclesiæ, de quibus hic loquitur sunt Apostoli. *Cant.* 4. a. Dentes tui sicut grex tonsarum quæ ascenderunt de lauacro. Oues tonsæ, Apostoli pauperes: Oues lotæ, Apostoli Spiritu sancto pleni. Hi in Passione fracti sunt, quando ibi Dominum reliquerunt, abeuntes in propria. *Ioan.* 16.g.

g Cibauit me cinere] dicit Christus, vel Ecclesia, id est, vno illo latrone, quia in die Passionis, vt dicitur Dominus non nisi vnum latronem comedit. Et latro dicitur cinis: quia sicut cinis relinquitur ab igne, sic & ipse fuit à peccatis relictus, & tunc ipse ea reliquit. Et per hunc significantur illi qui nunquam dimittunt peccare, & tamen in fine vitæ visitantur à Domino. Hic est coruus qui in torrente Carith, id est, in asperitate, & duritia Passionis pauit Heliam, id est, Christum 3 *Reg.* 17.a. Vel.

f Dentes,] sunt Religiosi: *Genes.* 49 b Dentes eius lacte candidiores. Dentes dicuntur Religiosi propter multas proprietates dentium. Sunt enim dentes candidi, fortes, carnem non habent, corio carent, nihil intra se pati possunt, non est dolor sicut dolor eorum, clausi sunt labiis ne videantur, turpe est cum videntur, nisi ridendo; toti corpori cibum masticant, nullum saporem inde sibi retinent, non facile consumuntur, per ordinem positi sunt, superiores & inferiores sunt, & quamuis inferiores sæpe moueantur, superiores nunquam. Sunt ergo Religiosi candidi, quia quid illis est candidius qui peccata cogitationum, vt actionum deplorant? *infr.* 4. b. Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte. Item fortes. Quid enim illis fortius, quibus tribulatio pro solatio, contumelia pro gloria, inopia pro abundantia ducitur? *Isa.* 40. g. Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut Aquilæ, &c. Item carnem non habent, quia in carne positi; carnis obliti, audiunt ab Apostolo: Vos in carne non estis, sed in spiritu, *Roman.* 8.b. Item corio carent: quia nitorem, & distensionem humanarum sollicitudinum non habentes in pace in idipsum dormientes quiescunt. Item intra se nihil pati possunt: quia nec parum aliquid in sua conscientia remanere permittunt. *Ierem.* 6. a. Speciosæ, & delicatæ assimilaui filiam Sion. Delicata enim nihil duri potest pati. Item non est dolor sicut dolor dentium: quia nihil tam horribile sicut murmur, & dissensio in Religione. Vndè *sup.* 1. d. O vos omnes qui transitis per viam, id est, sæculares, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Item clausi sunt labiis ne videantur, sic Claustrales in Claustro, *sup.* eodem, a. Circum ædificauit aduersum me ne egrediar. Item turpe est videre eos nisi ridendo: quia nihil est turpius, quàm Claustralem per vicos, & castella discurrere, nisi charitas sit in causa, quæ operit multitudinem peccatorum, 1. *Petri.* 4. b Item toti corpori cibum masticant, quia ipsi pro toto corpore Ecclesiæ, scilicet, tam pro viuis, quàm pro mortuis orare sunt constituti. Item nullum saporem inde retinent: quia nullam inde sibi assumunt gloriam, sed dicunt. Non nobis Domine non nobis. Item non facilè consumuntur: quia quanto annosiores, tanto fortiores. *Deut.* 33. d. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus. Item in ordine positi sunt. Vbi enim erit ordo, nisi vbi vigilare, & dormire, comedere, & bibere, ambulare, & quiescere, & vbi omnia in numero, pondere, & mensura constituuntur? *Sap.* n. 11. d. Superiores, & inferiores sunt: quia ibi sunt subditi, & Prælati: Quorum etsi inferiores mouentur aliquando ad iram, vel huiusmodi, tamen superiores nunquam debent. Sic exponit Beatus *Bern.* Hi dentes quotidie franguntur quando de die in diem remittuntur. Refrigescit enim charitas multorum, *Math.* 24. b. Et redditur ratio: quia, scil. sunt seipsos amantes. 2. *Timoth.* 3. a. Et quia omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, *Philip.* 2.c.

Dentes dicuntur Religiosi propter proprietates multas dentium.

g Cibauit me cinere.

Cinis:
- Pœnitentia. *Iob* 42.a. Pœnitentiam ago in fauilla, & cinere. *Isa.* 61.a. Corona pro cinere.
- Vilitas corruptionis nostræ *Eccl.* 10. b. Quid superbis terra, & cinis? *Genes.* 18. d. Loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis.
- Memoria mortis. *Genes.* 3. d. secundùm aliam litteram: Cinis es, & in cinerem reuerteris.

h Et repulsa est anima mea] à Christo, qui est vita, *Ioan.* 14. a. Ego sum via, veritas, & vita. *Psalm.* 118. Longè à peccatoribus salus. Multi & à multis leguntur fuisse repulsi, Quidam à scrinio maiestatis Dei. Vndè. *Cantic.* 6 b. Auerte oculos tuos à me: quia ipsi me auolare fecerunt. *Psalm.* 63. Accedet homo ad cor altum, &c. Item quidam a Sacerdotio. *Osea.* cap. 4. b. Quia tu repulisti scientiam, & ego repellam te ne Sacerdotio fungaris mihi. Item à sanctitate, *suprà* 2. c. Repulit Dominus altare suum. Item à ligno vitæ, Vel à Paradiso Adam. *Genes.* 3. d. Ne forte sumat de ligno vitæ.

i Oblitus sum bonorum,] cœlestium, infixus in terrenis. *Psalm.* 68. Infixus sum in limo profundi. Vndè Manasses, qui interpretatur obliuio, nascitur in Ægypto. *Genes.* 14. g.

k Et dixi,] quasi desperans. *l* Periit finis meus,] id est, ad bonum finem peruenisse me non spero. *Gen.* 4. c. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.

m Et spes mea à Domino] sc. periit, cũ tamen debeat quilibet dicere illud, *Gen.* 49. c. Salutare tuũ expectabo Domine.

⊖ Recordare pau-

Δ *a* Recordare, &c.] Sicut dicit Glos. expositis incommodis beneuolentiam captat iudicis à persona sua, & iudicis, & aduersarij. Vnde vox est hic Prophetæ, vel populi conuertentis se ad Dominum & ipsum deprecantis. *a* Recordare] Domine Deus. *b* Paupertatis] in qua sum in captiuitate.

c Et transgressionis meæ,] id est, pœnæ quam patior pro transgressione. *d* Absinthij & fellis,] id est, amaritudinis seruitutis & contumeliarum quæ mihi irrogantur ab hostibus meis: Et sic à persona sua captat beneuolentiam. Sed quia per afflictiones posset desperare, propter hoc consequenter recolit beneficia Dei, dicens. *e* Memoria memor ero, beneficiorum Dei. *f* Et tabescet in me anima mea] admirás benignitatem Dei. Vndè [Hæc recolens in corde meo, in Deo sperabo.] Et hoc magis est extorsio litteræ, quàm vera expositio. Ipsa enim allegoria de Christo est hic veraciter sensus litteralis.

k Misericordiæ Domini, quia nō sumos consumpti,] id est, omnes in captiuitate Chaldæorum occisi, qui bene merueramus per peccata. Sed hoc fecit Dominus.

Zai. *a* Recordare *b* paupertatis & *c* transgressionis meæ, *d* absinthij & fellis. Zai. *e* Memoria memor ero, & *f* tabescet in me anima mea. Zai. Hæc *g* recolens in corde meo, in *h* Deo *i* sperabo. Heth. *k* Misericordiæ Domini, quia non sumos consumpti, quia non *l* defecerunt miserationes eius. Heth. *m* Noui diluculo † *n* multa est fides tua. Heth. *o* Pars mea Dominus dixit anima mea: *p* propterea

l Quia non defecerunt miserationes eius:] Et sic comparat beneuolentiam à persona iudicis.

m Noui dil. &c.] Vox est Domini consolantis populum. [Noui diluculo,] id est citò, quando ad me clamasti, laborem tuum & patientiam approbaui. Et quòd *n* Multa] vel] magna est fides tua] per quam non defecisti, sed me expectasti. Et sequitur responsio populi vel prophetæ.

o Pars mea Dominus, dixit anima mea,] quasi dicat, partem non habeo in terra, quia captiuatus sum.

p Propterea expectabo eum,] vt liberet me, quia,

Δ Bonus est

Θ *a* Recordare paupertatis, &c.] Dicit Christus, qui fuit pauper in ingressu mundi. Vnde in aliena domo natus est & pannis vilibus inuolutus. *Luc.* cap 2. b Et hoc vobis signum, inuenietis infantem pannis inuolutum & positum in præsepio. Item pauperior in progressu, quia etiam domum alienam ad manendum non habuit. *Matt.* 8. c. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Pauperrimus in egressu a Mundo, quia tunc nec vestes, nec domum, nec etiam socios habuit. *Iob.* 1. d. Nudus egressus sum: Et hoc contra auaritiam, quam secum crucifixit. *c* Et transgressionis meæ.] Hoc dicit, sicut solet dici de amico, quando laborat pro alio, maximè in vilibus, quòd ipse facit excessum: Sic Dominus tota nocte ante Passionem laborauit in vilibus pro nobis, scilicet in purgatione nostrorum peccatorum, & tandem in die sequenti fecit magnum excessum, quando voluit crucifigi. *Luc.* 9. d. Erant autem Moyses, & Elias visi in maiestate, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Ierusalem. Et sic secum crucifixit superbiam.

d Absinthij & fellis.] *Marc* 15. b. Dabant ei bibere vinum myrrhatum. Et sic crucifixit luxuriam. Et respondet iustus huic admonitioni quam facit nobis Dominus, dicens.

e Memoriâ memor ero,] id est, assiduè memorabor Dominicæ Passionis. *Hebr.* cap. 12. a. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersùs semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes. *Eccles.* 29. c. Gratiam fideiussoris tui ne obliuiscaris, dedit animam suam pro te. *f* Et tabescet in me anima mea] præ confusione. *Psalm.* 118. Tabescere me fecit zelus meus.

g Hæc recolens in corde meo] scilicet tormenta quæ passus est Christus,] in Deo sperabo.] Vel *e* Memoria memor ero] peccatorum meorum ad dolendum. *Psal.* 24. Delicta iuuentutis meæ. Item ad confitendum. *Isai.* 43. d. Narra si quid habes vt iustificeris. *Iacob.* 5. d. Confitemini alterutrum peccata vestra. Item ad satisfaciendum *Ierem.* 31. d. Postquam conuertisti me egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, confusus sum & erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.

f Et tabescet in me anima mea] ex recordatione peccatorum. *Psal.* 37. Quoniam iniquitatem meam ego annunciabo, & cogitabo pro peccato meo. *Psal.* 38. Tabescere fecisti sicut araneam animam eius.

g Hæc recolens in corde meo] non solùm verbo. *Ecclesiast.* 22. c. Pungens oculum deducit lacrymas, & qui pungit cor profert sensum.

h In Deo] adiutore meo. *Gen.* 49. c. Deus patris mei erit adiutor tuus.

i Sperabo.] *Ierem.* 17. b. Benedictus vir qui confidit in Domino.

Sperabo.
- Quia frater meus est Christus, *Gen.* 45. b. Ego sum frater vester Ioseph.
- Quia carè emit, nec rem tam carè emptam libenter perderet. 1. *Petr.* 1. c. Non commutabilibus auro, vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione, &c.
- Quia aduocatus noster est. 1. *Ioan.* cap. 2. a.

Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum.

k Misericordiæ Domini, quia &c.] Huic clausulæ præponitur [Heth] quæ interpretatur pauor vel vita, quia ex memoria Passionis Dominicæ & recordatione peccatorum concipitur timor qui vitam inchoat, secundùm illud *Ecclesiast.* 1. b. Initium sapientiæ timor Domini. [Misericordiæ Domini, qua non sumus consumpti,] id est, statim cum peccauimus in Infernum detrusi. *Isa.* 39. d. Nunquid mater obliuisci potest infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. *Al.* magna.

l Quia non defecerunt miserationes eius. Quæ sunt, quia saluat prius indignos. 2. *Paralypome.* vlt Indignum saluabis me Domine secundùm magnam misericordiam tuam. Item quia expectat ad pœnitentiam. *Rom.* 2. a. An diuitias bonitatis eius, & longanimitatis contemnis? Item, quia peccatorem recipit, vt patet de illo qui incidit in latrones: *Luc.* 10. e. Item quia iustificat sine meritis, vt patet de filio prodigo: *Luc.* 15. c. Item, quia dat gratiam operantem & cooperantem. 1. *Corinth.* 15. b. gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit. Item, quia in bono facit perseuerantem. *Psalm.* 22. Misericordia eius subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Item, quia dat præmia æterna pro modica temporali pœna 2. *Corinth.* 4. d. Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, suprà modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Item, quia remunerat suprà merita. *Rom.* 8. d. Existimo quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam. *Luca* capitul. 6. f. Mensuram bonam & confertam & coagitatam & super affluentem dabunt in sinum vestrum. Item, quia punit citra condignum. *Psalm.* 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Item, bona temporalia dat & bonis & malis. *Matth.* capitul. 5. g. Qui facit Solem suum oriri super bonos & malos. Sed quia Deus innocentem exaudit, propter hoc sequitur. *Misericordia Domini sunt.*

m Noui diluculo,] id est, in initio gratiæ approbaui te. In manè quatuor attenduntur, quæ inueniri possunt in initio gratiæ. Euigilatio. *Ecclesiast.* 39. a. Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum. Item inchoatio operandi. *Prouerbiorum* capitul. 11. d. Bene consurgit diluculo qui quærit bona. Item finis præcedentium tenebrarum. *Roman.* capitul. 13. d. Nox præcessit. Item Initium sequentis lucis. *Ephes.* 5. b. Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

n Multa est fides tua] qua credis in me. *Ioann.* 15. a. Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum.

o Pars mea Dominus, dixit anima mea.] Verbum est Clericorum, qui in receptione coronæ dicunt: Dominus pars hæreditatis meæ. *Numero* 18. c. In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos: Ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel: Hoc dicitur Leuitis.

p Propterea expectabo eum, vt liberet à tribulatione. *Psalm.* 54. Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tempestate. Item vt internam consolationem det. *Abacuch.* capit. 2. a. Si moram fecerit expecta eum, quia veniens veniet. Itē vt in morte me in prima stola remuneret, *Luc.* cap. 12. e. Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptiis, &c. Itēm vt in die iudicij vtraque stola me ornet. Vnde dicit *Apostolus* ad *Philippens.* cap. 3. d. Saluatorem

Δ a Bonus est Dominus, &c.] & bonus est,[animæ quærenti illum.] Et c bonum est, &c.] id est, sine murmure.

d Salutare Dei,] id est, Deum saluantem, & à captiuitate liberantem.

e Bonum est viro cùm portauerit iugum,] scilicet Domini. f Ab adolescentia sua.] Hoc dicit, quia Iudæi mandata Domini à iuuentute abiecerant, vnde & in senectute reuerti nescientes, propter illa captiuati sūt. Tamen Glo. dicit hic, quòd hæc institutio est moralis, & propter hoc sensus literalis est extorsio litteræ.

expectabo eum. Teth. a Bonus est Dominus sperantibus in eu, b animæ quærenti illum. Teth. c Bonum est præstolari cum silentio d salutare Dei. Teth. e Bonum est viro cum portauerit iugum ab f adolescētia sua. Ioth. g Sedebit h solitarius & i tacebit, quia k leuauit se l super se. Ioth. m Ponet in puluere os suū, si n fortè sit spes. Ioth. o Dabit

g Sedebit,] populus in Babylone. h Solitarius,] præ dolore, consortia fugiens Chaldæorum. *Psal.* 36. Super flumina Babylonis illic sedimus, &c.

i Et tacebit,] non audens contradicere, nec mutire.

k Quia leuauit se super se,] superbiendo scilicet cum esset adhuc in Iudæa. Et hic tangitur causa captiuitatis.

m Ponet in puluere os suum,] id est, vilis erit, & reputabitur à Chaldæis sicut puluis, nec reputabuntur verba oris eius. Vel, [Ponet in puluere, &c.] id est, humiliando se coram Deo terram osculabitur. n Si forte sit spes,] de reditu de captiuitate. o Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.] Hoc dicit, quia Chaldæi, & verberabant eos, & opprobria inferebant eis. Et hæc omnia sustinebit, sciens.

r Quia non repellet in sempiternum Dominus] sed aliquando à captiuitate liberabit. f Quia si abiecit,] ad tempus, [& miserebitur secundùm multitudinem misericordiarum suarum] Et hoc probat.

u Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum,] sed propter peccata eorū, quæ ad hoc quasi cogunt Dominum. Et præterea ipse [ignorauit,] id est, non approbauit, hæc sc. z Vt cōtereret, [Chaldæus. a Sub pedibus suis omnes vinctos terræ,] Iudææ sc. quasi nō ad

Δ contetendum Iudæos

⊕ expectamus Dominum nostrum Iesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostræ, &c. *Prou.* 17. b. Gemma gratissima expectatio præstolantis.

a Bonus est Dominus.] Huic clausulæ præponitur, Teth, quæ interpretatur bonum, vel exclusio, quia per timorem excluso malo, secundùm illud *Eccl.* 1. c. Timor Domini expellit peccatum, summo bono incipit adhærere anima vel Ecclesia, cui soli ascribet quod suis peccatis non est consumpta. Dicit ergo. [Bonus est Dominus sperantibus in se] *Psalm.* 72. Quam bonus Israel Deus. *Prou* 18. d. Qui sperat in Domino saluabitur. *Eccl.* 2. b. Qui timetis Dominum sperate in illum, & in oblectatione veniet vobis misericordia. b Animæ quærenti illum.] Quid ergo inuenienti? Quæritur Dominus tripliciter. Per bonam operationem. *Isai.* 21. d. Si quæritis verbo scilicet, quærite opere. Et hoc dicitur contra clericos, qui multum quærunt cum verbo, quia altè tota die clamant orando & horas cantando, sed pauci opere. Item per fidem. *Isai* 55. b. Quærite Dominum dùm inueniri potest. Item per contemplationem. *Cant.* 3. a. In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea. Propter hoc dicitur *Matth.* 7. a. Quærite & inuenietis.

Dominus quæritur tripliciter.

c Bonum est, &c.] contemplationis. *Apoc.* 8. a. Factum est silentium in cœlo quasi media hora. *Bern.* Breuis mora, sed felix hora. Item cum silentio, id est, sine tumultu cogitationum. Ideo cum silentio auditur Euangelium, quia ibi promuntur æterna. Vnde dicit.

d Salutare Dei,] promittentem salutem æternam. *Gen.* 49. c. Salutare tuum expectabo Domine.

e Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Quod *Prou.* 22. a. Prouerbium est, adolescens iuxta viam suam etiam cùm senuerit non recedet ab ea.

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Iugo autem bos premitur, sic expectatione & dilatione cœlestium homo iustus affligitur. *Prou.* 13. b. Spes quæ differtur affligit animam. g Sedebit solitarius & tacebit.] Huic clausulæ præponitur, [Ioth,] quæ interpretatur principium, vel desolatio. Et hoc, quia desolatio est principium humilitatis, quæ notatur in verbo sessionis. Item in verbo sessionis notatur auctoritas iudicandi. Sed seipsū non alium, quia homo quando tribulatur, debet humiliari & seipsum iudicare, credens quod meruit quod ipse patitur. *Isa.* 47. a. Descende sede in puluere virgo filia Babylon. Dicit ergo. g Sedebit,] in solitudine eremi cordis,

p percutienti se maxillam q saturabitur opprobriis Caph. r Quia non repellet in sempiternum Dominus. Caph. f Quia † si abiecit & s miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum. Caph. Non u enim humiliauit ex x corde suo, & y abiecit filios hominum. Lameth, Vt z contereret sub a pedibus suis omnes vinctos terræ.

vt vacet seruitio Dei, id est, contemplationi. *Ierem.* 15. d. A facie tua solus sedebā, quia amaritudine replesti me. h Solitarius,] idem quod monachus Græcè.

i Et tacebit,] à prauis cogitationibus & malis desideriis, & turpiloquiis. *Isa.* 7. a. Vide vt sileas. *Isa.* 30. d. In silentio & spe erit fortitudo vestra. Vel, tacebit, per patientiam expectando humiliter finem tribulationis & præmium patientiæ. *Exod.* 14. d. Dominus pugnabit pro vobis & vos tacebitis. k Quia leuauit se,] spiritualiter. l Super se,] carnalem. Hæc leuatio fit per humilitatem. Sed è contrario superbi se eleuant per eleuationem. *Prou.* 29. d. de vtrisque. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. 3

Al. † se.

m Ponet in puluere os suum,] longam veniam faciendo, & terram osculando, vel se puluerem reputando, & dicendo, *Gen.* 18. d. Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis. n Si fortè sit spes,] vitæ æternæ habendæ. *Psal.* 61. Sperate in eo omnis congregatio populi. *Psal.* 21. Sperauerunt & liberasti eos. *Rom.* 5. a. Spes autem non confundit. [Forte,] dicit, propter libertatem arbitrij † saluandam. o Dabit percutienti se maxillam.] Hoc planum est de Christo. *Isa* 50 b. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. *Mich.* 5. a. Virga percutiet maxillam iudicis Israel. q Saturabitur opprobriis, id est, abundanter sustinebit opprobria. *Psal.* 68. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.

Al. † declarandam.

Moraliter. o Dabit.] iustus quilibet p Percutienti se maxillam,] id est, paratus erit pro Christo sustinere. *Matt.* 5. f. Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. q Saturabitur opprobriis,] id est, gaudebit de opprobriis. *Prou.* 13. d. Iustus comedet & replebit animam suam, venter autem impiorum insatiabilis. *Eccl.* 2 a. Omne quod tibi applicitum fuerit suscipe & in dolore sustine, & in patientia tua humilitatem habe. r Quia non repellet.] Huic clausulæ præponitur Caph. quæ interpretatur manus vel incuruatus, quia ex tactu Dominicæ manus incuruatur homo, & humiliatur ad pœnitentiam. Et de hoc agitur hic. Vnde dicit, [Quia nō repellet in æternum Dominus.] *Psal.* 36. Non derelinquet Dominus Sanctos suos, in æternum conseruabuntur. *Abacuc.* 3. a. Cùm iratus fueris misericordiæ recordaberis. f Quod si abiecit,] cognitionem sui occultādo. *Cant.* vlt. d. Fuge dilecte mi. s Et miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum,] ampliorem notitiam præbendo. *Gen.* 18. c. Num potero quicquam celare Abraam? Vel. f Si abiecit,] tribulationibus exponendo. *Ps.* 21. Deus Deus meus quare me dereliquisti? s Et miserebitur, &c.] in futuro omnem miseriam amouendo. *Isa.* 25. c. Auferet Dominus Deus omnem lacrymam ab omni facie. *Isa.* 65. c. Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, quia absconditæ sunt ab oculis nostris. Item. f Si abiecit,] permittēdo peccare mortaliter. s Et miserebitur, &c.] nos iustificando & humiliores atque cautiores nos faciendo. *Rom* 8. e. Omnia cooperantur in bonum his qui secundùm propositum vocati sunt sancti. *Glos.* etiam casus. *Titum* 3. b. Vt iustificati gratiā ipsius hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. u Non enim humiliauit,] tribulationibus & flagellis præsentibus exposuit. x Ex corde suo,] id est, ex sua voluntate, sed prouocatus nostris peccatis. *Gen.* 6. b. Tactus dolore cordis intrinsecus, delebo inquit hominem quem creaui. *Isa.* 28. f Peregrinum est opus eius ab eo. y Et abiecit filios hominum.] Hoc non fecit ex corde, cum placeat ei, cum eis esse. *Prouerbiorum* 8. d. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum.

Moraliter.

z Vt cōtereret.] Huic clausulæ præponitur [Lameth,] quæ interpretatur disciplina, vel confessio, vel seruo. Disciplina enim Domini confessionem operatur, & confessio seruat confitentem. Et in hoc loco agitur de disciplina Domini, quā castigat & conseruat Ecclesiā Dicit ergo. [Vt contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ,] datiui casus. Vel, [vinctos,] qui vinculis peccati iunguntur terrenis.

⊕ Dominus f. hos.

Lameth. *a* Vt declinaret *b* iudicium viri, *c* in conspectu vultus Altissimi. Lameth. *d* Vt peruerteret *e* hominem in *f* iudicio suo. Dominus *g* ignorauit, Mem. *h* Quis est iste *i* qui dixit vt *k* fieret, Domino *l* non iubente? Mem. Ex *m* ore Altissimi non *n* egredientur, nec bona nec mala? Mem. *o* Quid *p* murmurauit homo *q* viuens vir *r* pro peccatis suis? Nun. *f* Scrutemur vias nostras, & *s* quæramus & *u* reuertamur ad Dominum. Nun. *x* Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlos. Nun. *y* Nos iniquè egimus & *z* ad iracundiam prouocauimus, *a* idcirco tu inex-

a conterendum Iudæos missi sunt Chaldæis, sed ad castigandum. Et hic captat beneuolentiam iudicis à persona aduersarij, Et hoc etiam [ignorauit,] id est, non approbauit. *a* Vt declinaret] Chaldæus. *b* Iudicium viri] Iudæi, scil. *c* In conspectu vultus Altissimi,] id est, iustè non iudicauerunt Iudæos, & hoc, in conspectu Dei. Et hoc. *g* Dominus ignorauit,] id est, non approbauit. *d* Vt peruerteret,] id est, quod peruertit conterédo. *e* Hominem] Iudaicum, s. populum. *f* Iudicio] peruerso, quia, scilicet, non vt voluntatem Domini impleret Chaldæus Iudæos afflixit, sed suæ superbiæ & potentiæ totum ascripsit. Destructa hostis crudelitate, contra ipsum inuehitur dicens.

E

h Quis est iste? Quantæ, s. arrogantiæ est Chaldæus, vel Romanus. *i* Qui dixit,] i. corde suo æstimauit. *k* Vt fieret] nostra captiuitas sua potestate. *l* Domino non iubente, cuius nutu & dispositione fiunt omnia. Et quis est iste, qui dixit quod.

m Ex ore Altissimi non egredientur nec bona nec mala,] id est, nec prospera, nec aduersa, sed à casu, & fortuna, vel à potestate, & fortitudine humana, quasi dicat, stultum est hoc dicere. *o* Quid,] i. cur. *p* Murmurauit homo] contra Deum punientem.

q Viuens vir pro peccatis suis] iuste, sc. sed punitus, quasi dicat, non deberet murmurare. Post inuectionem contra hostes, ostendit quid faciendum est dicens,

f Scrutemur vias nostras,] i. & peccata, & sic non murmurabimus. *s* Et quæramus, & reuertamur ad Dominum] cui peccauimus. Quomodo autem Dominus quærendus est, ostendit dicens. *x* Leuemus corda nostra cum manibus, &c.] vt ipsum fideliter deprecemur. *y* Nos iniquè egimus] & in nos & in proximos.

z Et ad iracundiam prouocauimus] Dominũ, scilicet, per peccata nostra. *a* Idcirco tu inexorabilis est,] id est, citò nõ Δ exaudis. Modò iterum

Θ *g* Dominus] scil. hoc, [ignorauit,] id est, Domino non placuit, *Isa.* 42. a. Calamum quassatum conteret, & linum fumigans non extinguet. Calamus quassatus est peccator iacens in palude vitiorum, vacuus bonis operibus, quassatus praua consuetudine peccandi. Linum fumigans fœtet, & significat peccatorem peccatis fœtentem, qui amat possessiones, domos, agros, & vineas, parentes, honores, vinctus est terræ, & mirum quod tales faciunt, quia vincula multiplicare non cessant, cum tamen non sit ligatus vinculis carnalibus qui solui non velit. Et Dominus ignorauit. *a* Vt declinaret, &c.] Sicut pueri à recto declinant in obliquum suos casus; à nominatiuo, scilicet in genitiuum, & sic deinceps. Sic iudices cadunt à recto tramite iudicij. Primo pro genitiuo, quia propter illos qui sunt de genere suo. Vel ad literam, propter actum generationis, vel potius suæ libidinis. Alij pro datiuo, quando munera vel capiunt vel exposcunt. Alij pro accusatiuo, quando pro odio, & per hoc veniunt in vocatiuum, quia citando vocant, & tandem producunt ablatiuum, quia alijs innocentibus suum ius auferunt, peiores quam Græci qui hunc casum scilicet, ablatiuum non habent.

g Dominus ignorauit,] id est, Domino non placuit.

d Vt peruerteret hominem in iudicio suo,] i. hominis iudicium. Iudicat enim Dominus meritis. *Isa.* 11. a. Iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ.

h Quis est iste] Huic clausulæ præponitur. [Mem.] quæ interpretatur ex intimis, vel ignis, quia ex intimis visceribus misericordiæ Dei, & meritis peccatorum prouenit ignis tribulationis, quo cremantur hic peccatores, ne in æternum crementur, quod confitetur hic Ecclesia dicens.] Quis est iste, quam peruersus, quam præsumptuosus. *i* Qui dixit vt fieret] tribulatio. Domino non iubente.] *Sap.* 12. b. Quis dicet tibi, quid fecisti, aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit si omnes perierint? *m* Et ore altissimi,] id est, Iesu. *n* Non egredientur nec bona nec mala] quia accusantibus nihil respondit. *Psalm.* 37. Ego autem tanquam surdus non audiebam, &c. Item Prælatus altus debet esse prædicando. *Psal* 72. Posuerunt in cœlum os. Item, altior operando. Vndè 1. *Reg.* 10. d. Saul altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. Sed altissimus contemplando. *Isa.* 40. c. Super montem excelsum, id est, in Paradisum per meditationem ascende tu qui euangelizas Sion. De ore huius nec bona nec mala egrediuntur, quando sine murmure sustinet & damna rerum, & contumelias sermonum, & iniurias verborum. *Ecclesi.* 20. a. Sapiens tacebit vsque ad tempus. Vndè & sequitur. *o* Quid murmurauit homo viuens vir] ad differentiam peccatoris, qui mortuus est. *r* Pro peccatis suis] faciendis, vel defendendis, q.d. iustus homo hoc non facit, qui patienter sustinet si punitur pro peccatis. Quia *Prou.* 18. c. Iustus prior accusator est sui. *Sap.* 1. c. Custodite vos à murmuratione. 1. *Cor.* 10. c. Neque murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt, & a serpentibus perierunt. *f* Scrutemur, &c.] Huic clausulæ præponitur. [Nun] quæ interpretatur principium vel sempiternum, vel pascuæ, vel viuens, & significat Christum, qui est sempiternum principium. *Ioan.* 8. c. Ego principium qui & loquor vobis. Qui etiam est pascua viuens, vbi pascuntur fideles & reficiuntur. *Psam.* 22. In loco pascuæ ibi me collocauit. Quia ergo per viarum nostrarum scrutinium, & per eleuationem manuum possumus venire ad ipsum, propter hoc hic præponitur. Nun. [Scrutemur vias nostras] non Solis, vel Lunæ, vel stellarum, sed vias per quas venimus, per quas imus, per quas eximus [scrutemur] prius quam ille scrutetur eas qui scrutabitur [Ierusalem in lucernis: *Soph.* 1. c. *s* Et quæramus] quid fuimus, quia sperma fœtidum; quid sumus, quia vas stercorum; quid erimus, quia esca vermium. Vnde quidam.

Sperma prius, modo saccus olens, post vermibus esca
In tumulo, pro qua dote superbit homo.

Bern. O homo considera vnde venis, & erubesce, vbi sis, & ingemisce quò vadis, & contremisce. *u* Et reuertamur ad Dominum.] *Psalm.* 118. Cogitaui vias meas & conuerti pedes meos in testimonia tua. *x* Leuemus corda nostra, &c.] tanquam extentum per meditationem. *Psalm.* 24 Ad te leuaui animam meam, *Iob.* 7. c. Suspendium elegit anima mea. Item tanquam ferculum per bonam operationem. Vnde 1. *Reg.* 9. d. Leuauit cocus armum & posuit ante Saul. Item tanquam poculum per desiderium vitæ æternæ. *Neem.* 2. a. Leuaui vinum & dedi Regi, & eram quasi languidus ante faciem eius præ desiderio, scilicet. Item vt euadamus laqueos Diaboli. *Ioan.* 18. b. Abscondita est in terra pedica eius, quâ capit sæculares, & decipula eius iuxta semitam, quâ capit claustrales. Item vt post tribulationem refrigerium habeamus, 3. *Reg.* 19. e. Post ignem sibilus auræ tenuis, ibi Dominus. Item ne in terrenis damnemur. *Apoc.* 8. d. Væ, væ, væ habitantibus in terra. Item vt viso Domino pœnitentiam agamus. *Iob.* vlt. a. Nunc oculus meus videt te, idcirco ego me reprehendo & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Item vt Deum glorificemus, vt ei confiteamur, vt ei gratias agamus. Vnde Sacerdos in Missa leuat manus, cum dicit: *Gloria in excelsis*. cum dicit: *Credo in vnum Deum*, & cum dicit: *Sursum corda*. Item leuemus corda ad Dominum, vt sit tota intentio ad ipsum, tota cogitatio de ipso, tota operatio propter ipsum. Item vt diligamus ipsum toto corde, id est, intellectu sine errore: Totâ animâ, id est, voluntate sine contradictione. Item totâ mente, id est, memoria sine obliuione, sicut dicit *August.* Vel dulciter, sapienter, & perseueranter, sicut dicit *B. Bern.* De hac eleuatione satis dictum est *sup.* 1. f. Expandit Sion manus suas. Et quia post eleuationem cordis & operis ad Deum, oportet confiteri peccata: Propter hoc sequitur.

y Nos iniquè egimus] contra proximum.

z Et ad iracundiam prouocauimus] Deum, id est, quod faciunt illi qui cum diabolo qui est inimicus Domini militant in castris. *Iob.* 18. c. Habitant in tabernaculo illius socij eius qui non est. Ibi sunt balistarij, detractores. *Ierem.* 9. a. Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij. Ibi incensores, scilicet, mulieres comptæ & ornatæ. *Ioel.* 2. a. Ante faciem eius ignes vrens. *Ecclesi.* 9. b. Colloquium eius quasi ignis exardescit. Specialiter autem hypocritæ prouocant Deum. *Iob.* 36. b. Simulatores & callidi prouocant iram, Dei. *a* Idcirco inex-

orabilis es. Samech. *a* Operuisti in *b* furore & percussisti † *c* occidisti *d* nec pepercisti. Samech. *e* Opposuisti nubem tibi, *f* ne transeat oratio. Samech. *g* Eradicationem & *h* abiectionem *i* posuisti me in medio populorum. Ain: *k* Oculus meus afflictus est, *l* nec tacuit, *m* eo quod non esset requies. Ain. *n* Donec respiceret & videret Dominus de cœlis. Ain. *o* Oculus meus deprædatus est *p* animam meam in *q* cunctis filiabus vrbis meæ. Phe. *r* Aperuerunt super nos os suum *s* omnes inimici. Phe. *t* Formido & laqueus † *x* facta est nobis *x* vaticinatio & *u* contritio,

Al. † nos.

Al. † factus.

h exaudis. Modò iterum Propheta conuertit se ad Dominum dicens. *a* Operuisti] adiutorium. *b* In furore & percussisti,] id est, in plaga dispersionis, vel captiuitatis. *c* Occidisti] multos ex nobis per Chaldæos, vel Romanos. *d* Nec pepercisti] quin in captiuitatem duceremur, & bonis omnibus spoliasti. *e* Opposuisti nubem tibi,] id est, duritiam & obscuritatem peccati mei. *f* Ne transeat oratio] mea, scilicet ad te. *g* Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum,] id est, sicut arborem eradicatam à terra propria & vilem & abiectam Chaldæis, vel Romanis me exposuisti. Et propter hoc. *k* Oculus meus, &c.] præ dolore captiuitatis: *l* Nec tacuit] à lacrymis. *m* Eo quòd non esset requies.] *sup.* 1. a. Nec inuenit requiem.

n Donec respiceret, &c.] quasi dicat, humanum auxilium omnino nobis defecit. *o* Oculus meus deprædatus est,] id est, spoliauit.

p Animam meam] ab omni gaudio. *q* In cunctis filiabus vrbis meæ,] id est, quia vidi ciuitates quæ propter subiectionem filiæ fuerant Ierusalem, destructas. Et est vox vel Ieremiæ, vel populi. *r* Aperuerunt super nos os suum.] irridendo. *s* Omnes inimici] scilicet, Chaldæi, vel Romani. *t* Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio & contritio.] Vaticinatio.

Propter quatuor non audit Deus.

* orabilis es,] id est, difficilis ad exaudiendum, non quod veniæ claudatur ianua, nisi hoc faciat nostra malitia. *Ioan.* 9. f. Peccatores Deus non audit. Propter quatuor autem non audit Deus. Propter idololatriam. *Iudic.* 10. c. Peccauimus, quia dereliquimus Dominum Deum, &c. Et sequitur. Idcirco non addam vt vltra vos liberem. Item propter auaritiam. *Prou.* 21. b. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, clamabit ipse & non exaudietur. Item propter superbiam malorum. Item propter contemptum verbi sui. *Prou.* 18. b. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. *a* Operuisti in furore.] Huic clausulæ præponitur. [Samech] quæ interpretatur audi, vel firmamentum, vel adiutorium, eo quod in hac clausula, dicitur quòd Christus opprobrium fuit Iudæorum, quod fuit firmamentum & adiutorum credentium. Dicit ergo Christus: [Operuisti] me calamitate & miseriâ. *b* In furore percussisti] linguis & flagellis Iudæorum.

c Occidisti] in carne. *d* Nec pepercisti] quin morerer.

Aliter.

e Opposuisti nubem] duritiam peccatorum. Iudæorum.

f Ne transeat oratio] mea ad se pro eis. Vel in persona iusti. *a* Operuisti] peccata mea ne tu ea videres ad puniendum, nec diabolus ad accusandum. Hæc opertio fit per charitatem, *Iac.* 5. d. Charitas operit multitudinem peccatorum. Hæc est bona opertio. Sed in malo operit Dominus, quando ira malos excæcari permittit, vt sua peccata non videant. *Psalm.* Operuisti omnia peccata eorum *b* In furore percussisti,] id est, baculo aduersitatis. *Ierem.* 5. S. Percussisti eos & non doluerunt. *c* Occidisti] permittendo peccare mortaliter. *d* Nec pepercisti] post casum quin punires. *August.* Non parcit hic Dominus, vt parcat in futuro. *Iob* 6. b. Hæc mihi sit consolatio vt affligens me dolore non parcas. *e* Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.] Nubes est caro Christi. *Isaia* 19. a. Ascendet Dominus super nubem leuem. Hæc quasi murus oppositus est inter Deum & Iudæos, ne ad Deum transeat eorum oratio, non quod ex parte Christi sit impedimentum, sed ex parte Iudæorum. Vel] Opposuisti nubem,] id est, caliginem peccatorum. Nubes enim non permittit videre Solem, nec radios Solis ad terram venire, sic peccato non sinunt radios gratiæ descendere in cor hominis. *Ezech.* 4. a. Sume tibi sartaginem ferream & pones eam in murum ferreum inter te & ciuitatem.

Petr. 1. a.

f Ne transeat oratio] ad Deum. Vndè *Isai.* 59. a. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. *g* Eradicationem,] de terra viuentium. *Matth.* 15. b. Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cœlestis eradicabitur. Arbor autem eradicata fructum non facit. *Psalm* 51. Euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Vel de gratia in qua fundantur boni, eradicantur peccatores. *Ephes.* 3. d. In charitate radicati & fundati.

h Et abiectionem,] vel indignationem; alia littera. *Sap.* 2. c. Grauis est nobis etiam ad videndum. *i* Posuisti me in medio populorum. *Psalm.* 21. Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. *k* Oculus meus, &c.] Huic clausulæ præponitur Ain, quæ interpretatur fons, vel oculus, quia sicut de fonte fluunt riuuli, sic ex oculis bona, vel mala nascuntur. Cum enim aperiuntur ad bonum, tunc sunt fons iustitiæ; cum vero ad malum, tunc sunt fons, & origo malitiæ. Hic agitur de bono respectu Dei super afflictos, & ideo præponitur Ain. Dicens ergo pœnitens. I Oculus meus afflictus est,] id est, mens mea. *l* Nec tacuit, eo quod non esset requies] in naturalibus nostris, scilicet. *Eccl.* 3. d. Cuncta subiacent vanitati, id est, mutabilitati. Item in temporibus non est requies. *Iob* 7. b. Dies mei velociùs transierunt quam à texente tela succiditur. *Genes.* 8. d. Nox & dies non requiescent. Item in laboribus. *Iob* 5. b. Homo natus ad laborem. Similiter mare habet suum laborem, & cœlum, & terra & stellæ, & cæteræ creaturæ. Item in cogitationibus. *Iob* 10. a. Cogitationes meæ vanè succedunt sibi, & mens mea in diuersa rapitur. Item in quiete etiam non est requies *Iob* 7. c. Si dixero, consolabitur me lectulus meus, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Item in peccato, *Isai* 62. d. Non est pax impiis. Sed vnde hoc, nisi, quia non sumus hic in loco proprio? Sicut enim lapis nisi obstaculum habeat non quiescit, donec veniat ad centrum, sic cor hominis qui sine peccato est, non quiescit donec veniat ad Deum qui est centrum eius & & proprius locus. Vndè *August.* in lib. Confess. inquietum est cor meum Domine, donec perueniat ad te. Propter hoc dicis Dominus. *Ioan.* 16. g. In mundo pressuram, in me autem pacem habebitis. Non tacet, nec tacebit oculus. *n* Donec respiceret, &c.] id est, donec receptus sit in æterna requie. De qua *Apoc.* 14. c. A modo iam dicis spiritus, vt requiescant à laboribus suis, scilicet *Eccl.* 35. d. Non discedet donec aspiciat Altissimus. *o* Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.] Verum est hoc ad literam. Multæ enim mulierculæ vrbis huius animas intuentium deprædantur. *Ierem.* 9. f. Docete filias vestras lamentum, & vnaquæque proximam suam planctum, quia ascendit mors per fenestras vestras, & ingressa est domos vestras disperdere paruulos deforis, iuuenes de plateis. Propter hoc dicit *Ecclesi.* 9. a. Ne respicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius. *r* Aperuerunt, &c.] Huic clausulæ præponitur. (Phe,) quæ interpretatus oris, vel os aperui. Cui alludens Ieremias ait: [Aperuerunt, &c.] Sicut frequenter facit vt littera sensum verbi, & verbum sensum litteræ explicet. Dicit ergo in persona Christi: [Aperuerunt super nos os suum omnes inimici,] id est, Iudæi in Passione blasphemantes, & irridentes, & illudentes. *Psalm.* 21. Aperuerunt super me os suum, sicut Leo rapiens, & rugiens. Et dicit, [super nos,] vt designetur Trinitas, in quam iniuria facta Christo redundauit, & ideo triduò ante Pascha omnino intermittitur, nec cantatur, Gloria Patri, &c. ad innuendum quod Patri, & Filio, & Spiritui sancto iniuria irrogata est in Christo, & gloria eis ablata, quantum in Iudæis fuit. Vel. Moraliter. Inimici sunt detractores, qui os aperiunt ad detrahendum. *Psalm.* 13. Qui deuorant plebem meam sicut escam panis. Item falsi fratres ad deridendum. *Iob* 30. a. Nunc derident me iuniores tempore. Item Dæmones ad accusandum, & inflammandum. De 1. *Apoc.* 12. c. Proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die, ac nocte. De secundo *Apoc.* 9. a. De fumo putei exierunt locustæ, & data est illis potestas sicut habent scorpiones terræ. Per puteum diabolus: per fumum suggestio eius. Locustæ consumentes totam viriditatem, sunt peccata. Scorpio qui blanditur facie, & caudâ pungit, diabolus est qui blanditur suggerendo, sed crudelis est pœnam inferendo. *Iob* 41. b. De ore eius lampades procedunt, sicut tædæ ignis accensæ. *s* Formido, & laqueus, &c.] Sic côstrue vt verba sint hæc Prælati, dicêtis. *x* Vaticinatio,] id est, contemptus sacræ Scripturæ, quæ vaticinatur præmia bonorum, & pœnam malorum.

Moraliter.

u Facta est nobis formido,] pœnæ æternæ. *Iob* 6. a. Et terrores Domini militant contra me. *y* Et contritio,] quia subditos nostros afflximus, [facta est nobis laqueus.]

Phe. *a* Diuisiones aquarum † deduxerunt oculi mei in contritione filiæ populi *b* mei. Sade *c* Venatione cæperunt me quasi *d* auem inimici mei *e* gratis. Sade *f* Lapsa est in lacum vita mea, & *g* posuerunt lapidem super me. Sade. *h* Inundauerunt aquæ *i* super caput *k* meum, dixi, *l* perij. Coph. *m* Inuocaui nomen tuum Domine *n* de lacu no-

Al. † deduxit oculus meus.

tio, & contritio.] Vaticinatio, id est, contemptus prædicationis Prophetarum, quibus credere noluimus. Et contritio, quia Prophetas afflximus, quia Iudæi, non solum Prophetas contempserunt, & vaticinia eorum, sed ipsos grauiter afflixerunt. Hæc inquam facta est nobis formido in tempore obsidionis, & laqueus in tempore captiuitatis. *a* Diuisionis aquarum, &c.] id est, pro captiuitate. *b* Filiæ populi mei, dicit Ieremias, id est, Ierusalem. *c* Venatione ceperunt me.] Verba sunt populi. *d* Quasi auē inimici mei] Aues sub reti cōteguntur ne euadant; sic omnes Iudæi fere in Ierusalem præ timore hostium congregati erant, & ibi simul capti sunt. *e* Gratis,] id est, sine obstaculo. Vel, [Gratis,] id est, sine causa. *f* Lapsa est in lacum, &c.] Hoc patet de Ieremia, qui in lacum positus fuit. *Ierem.* 38. b. *g* Et posuerunt lapidem, &c.] Hoc fortè verum fuit ad litteram. Vel lapis dicitur difficultas exeundi. Vel de populo qui positus est in lacu captiuitatis, & superpositus est ei lapis, id est, impossibilitas euadendi vsque ad voluntatem Domini. *h* Inundauerunt aquæ,] id est, tribulationes. *i* Super caput meum.] Ita vt pene me submergerent. *k* Dixi, perij,] id est, timui ne perirem, sic de Ieremia. Vel de populo, qui timuit ne vnquam de captiuitate rediret, & sic inter hostes periret. *m* Inuocaui nomē tuū Dñe de lacu nouissimo.] vox est Prophetę, vel populi captantis beneuolentiā à persona. Δ iudicis. Vocem

⊖ *Isa.* 14 c. Formida, & fouea & laqueus super te qui habitator es terræ. Vtuntur enim Dæmones creaturis factis propter hominem tanquam ad capiendum ipsos. *Sap.* 13. b. Creaturæ Dei factæ sunt in tentationem hominum, & in muscipulam pedibus insipientium. Item ipsis hominibus vtitur diabolus tanquam laqueis ad capiendum vnum per alium. *Eccl.* 7. d. Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, & vincula manus illius.

a Diuisiones aquarum, &c.] Verba sunt Christi, qui super filias Ecclesiæ fleuit. Super Lazarum, scilicet *Ioan.* 11. c. Super ciuitatem. *Luc.* 19. f. Super Crucem. *Hebr.* 5. b. Moraliter. Lacrymæ debent diuidi, quia sunt lacrymæ compunctionis, deuotionis, compassionis, sicut dictum est *sup.* 1. a. Lacrymæ eius in maxillis eius. Item quia debemus per singula peccata flere. *Psalm.* 6. Lauabo per singulas noctes. Peccata autem dicuntur noctes, quia nox visu priuat. *Psalm.* 57. Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea, &c. Item nox latrones delectat, sic peccatum Dæmones. *Osea* 7. a. Fur ingressus est spolians, latrunculus foris. *Psalm.* 103. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. *Iob* 24. c. Oculus adulteri obseruat caliginem. Item nox ægrotos grauat. *Iob* 30. c. Nocte os meum perforatur doloribus. Propter hoc dicit *Psalm.* 118. Riuos aquarum deduxerunt oculi mei, secundum aliam litteram, vbi nos habemus. Exitus aquarum, &c. *c* Venatione, &c.] Huic clausulæ præponitur, [Sade] quæ interpretatur consolatio, vel iustitiæ, quia Dominus iusto iudicio post lacrymas, & insultationes hostium consolationem infundit. Et quia hoc dicitur hic, propter hoc præponitur Sade. Dicit ergo. [Venatione cæperunt me quasi auem inimici mei] de Christo. Venatio fit cum artificio, sic Iudæi primò insidiati Christo, volentes eum capere in sermone, deinde aperta operatione manus in eum iniecerunt. Sed.

Moraliter.

d Quasi auem.] Christus enim dicitur auis. *Isaia* 26. d. Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. *Iob* 5. b. Homo natus ad laborem, & auis ad volatum, in Ascensione. Duobus autem generibus auium se comparat Dominus, Aquilæ, & Gallinæ. Aquilæ propter acumē contemplationis. *Deut.* 32. b Quasi Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans. Item Gallinæ propter affectum compassionis. *Matthæi* 23. d. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum Gallina, &c. Comparat autem se Gallinæ, vt dicit Chrysost. quia gallina pullos vagātes voce congregat. *Isai* 45. d. Congregamini, & venite, & accedite simul qui saluati estis de gentibus. Item quælibet auis filios sibi suppositos quasi proprios fouet, sic Christus omnes fouet, & bonos, & malos. *Matth. cap.* 6. c. Qui facit Solem suum oriri super bonos, & malos. Item sic afficitur circa pullos, quod ipsis infirmantibus infirmatur, sic Christus *Isaia* 53. b. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Item alis suis pullos protegit, sic Christus. *Psalm.* 62. In velamento alarum tuarum exultabo. *Malach.* 4. a. Vobis timentibus Deum orietur Sol iustitiæ & sanitas in pennis eius. Item præ clamore raucescit, sic Christus. *Psalm.* 58. Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ. *e* Gratis,] id est, sine adeptione commodi. *Prou.* 1. b. Abscondamus tendiculas contra insontem frustra Vel. [Gratis,] id est, sine culpa mea. *Psalm.* 118. Principes persecuti sunt me gratis. Vel inimici Ecclesiæ dicuntur clerici, qui venantur ad capiendum dignitatem aliquam Ecclesiæ parrochialis, scilicet, vel præbendam, sicut auem, id est, causā vanitatis suæ & pompositatis implendæ. *Ierem.* 5. f. Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes quasi aucupes. Item Moraliter, de anima, cuius venatores sunt Dæmones. *Psalm.* 123. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Item carnis concupiscentiæ. *Eccl.* 7. d. Inueni amariorem morte mulierem quæ laqueus venatorum est. Item mundi diuitiæ. *Osea* 5. a. Facti estis laqueus speculationi. Bene autem dicit. [Quasi auem,] id est, instabilem, quia nisi instabiles, non capiuntur. *Prou.* 27. a. Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui relinquit locum suum. *Osea nono* c. Ephraim quasi auis auolauit.

Christus comparat se Aquilæ & Gallinæ.

Christus comparat se Aquila & Gallina.

Moraliter.

f Lapsa est in lacum vita mea,] dicit Christus, qui descendit in lacum Inferni. *Zachar.* 9 c. Tu quoque in sanguine Testamenti tui eduxisti vinctos de lacu in quo non est aqua. Hoc fuit significatum. 2. *Reg.* 23. c. Vbi Banaias descendit cum baculo tempore niuis in lacum, & interfecit Leonem.

g Et posuerunt lapidem super me,] aduolutum ad ostium monumenti. *Matth.* 27. h.

Moraliter, hoc potest dicere peccator quilibet. Hoc etiam potuit dicere Adam. [Lapsa est in lacum vita mea.] lacum.

Moraliter.

Lacus.
- Culpæ. *Psalm.* 29. Saluasti me à descendentibus in] fæcis. *Psalm.* 39.
- Miseriæ. Eduxisti me de lacu miseriæ, & de luto.
- Verbi. *Zac.* 9. c. Tu quoq; in sanguine Testamēti, &c.

Ad primum descendit Adam quando pomum vetitum gustauit. Ad secundum, quando de Paradiso ad has miserias mundo exiuit. Ad tertium, quando ab hac vita migrauit. Primus significatus est per lacum, in quo missus est Daniel vt deuoraretur à Leonibus. *Daniel. vltim.* f. Secundus per lacum, in quo missus est Iosephus. *Genes.* 39. d. Tertius per lacum Helchiæ, in quo positus fuit Ieremias: *Ierem.* 38. b. De quo non exiuit, donec panni veteres sub missi fuerunt ad eum, quia per Ecclesiæ Sacramenta à Christo impleta reductus est Adam & alij de limbo. *Daniel.* 6. 6.

g Et posuerunt lapidem super me,] id est, duritiam cordis. Hic est lapis qui erat super Lazarum.] *Ioan.* 11. c. Et *Daniel.* 6. e. Allatus est lapis vnus, & positus super os laci.
h Inundauerunt aquæ, &c.] dicit Christus, id est, tribulationes. *Psalm.* 87. Omnes fluctus tuos induxisti super me. *Iona* 2. c. Pelagus operuit caput meum.
k Et dixi,] in Cruce. [Perij,] morte temporali. *Ioan.* 19. f. Consummatum est. *Psalm.* 68. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Moraliter. Aquæ sunt tribulationes *Cant.* 8. c. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Dicuntur autem aquæ, quia refrigerant. *Daniel.* 3. e. Angelus Domini descendit in fornacem, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Item quia mundant. *Matth.* 3. c. Ipse vos baptizabit Spiritu sancto, & igni, scilicet tribulationis. Item quia feruorem concupiscentiæ temperant. *Eccl.* 51. d. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ. Item quia terram fertilem faciunt, id est, hominem. *Heb.* 12. c. Omnis disciplina in præsenti quidem non videtur esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. *k* Et dixit, perij. *Isa.* 47. c. Iustus perit, & non est qui recogitet. *m* Inuocaui nomen, &c.] Huic clausulæ præponitur. Choph. quod interpretatur vocatio, vel conclusio, vel aspice, quia conclusio tribulationum est inuocare Deum, quia inuocatus aspicit, propter hoc præponitur Coph, ibi, vbi agitur de hoc Dicit ergo. [Inuocaui nomen tuum Dñe,] dicit Christus, qui Patrem inuocauit, dicens. *Matth.* 25. d. Pater si possibile est transeat à me calix iste. Et *Ps.* Aspice in me & miserere mei. *n* De lacu nouissimo,] i. de limbo Inferni Moraliter. Cum aquæ tribulationum inundant, non est aliud nisi inuocare Deum. 2. *Paral.* 20. c. Cū ignoremus quid agere debeamus, hoc solū habemus residui vt oculos nostros ad te Dñe dirigamus. Et hoc est quod hic dicitur. *m* Inuocaui nomē tuū Dñe de lacu no-

Moraliter.

Aqua significans tribulationes.

Moraliter.

A iudicis. a Vocem meam,] peccata confitentem, & misericordiam postulantem, audisti. Et si hoc.
c Ne auertas aurem tuam à singultu,) interiori meo.
d Et clamoribus,] exterioribus, sed potiùs exaudi.
e Appropinquasti in die quando vocaui te.] Hoc fuit quando liberauit Ieremiam de lacu, vel populum de captiuitate. Et hic intendit mouere Dominum per hoc quod consueuit misereri omnium qui ex corde inuocant illum. f Dixisti ne timeas.] *Isaiæ quadragesimo primo* c. Ne timeas, quia ego tecum sum.

uissimo. Coph. a Vocem meam b audisti, c ne auertas aurem tuam à singultu meo,& d clamoribus. Coph. e Appropinquasti in die quando inuocaui te, dixisti f ne timeas. Res. g Iudicasti Domine h causam animæ meæ i redemptor vitæ meæ. Res. Vide k Domine iniquitatem illorum aduersùm me, l iudica iudicium meum. Res. Vidisti m omnem furorem n vniuersas cogitationes eorum aduersùm me. Sin. o Audisti opprobria eorum Domine, p omnes cogitationes eorum aduersùm me. Sin. q Labia insurgentium mihi & r meditationes eorum s aduersùm me totâ die. Sin: t Sessionem eorum, & u resurrectionem eorum vide, x ego sum psalmus eorum.

g Iudicasti Domine causam animæ meæ redemptor vitæ meæ,] quasi dicat sententiam absolutionis dedisti quando fui liberatus de lacu, dicit Ieremias. Vel populus quando fuit liberatus de captiuitate.
k Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersùm me,] id est, quod iniquè aguint contra me, dicit Ieremias de Iudæis, vel Iudæi de Chaldæis.
l Iudica iudicium meum,] iudicio absolutionis.
m Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitiones eorum aduersùm me.] Hoc patet de Ieremia, quia *Ierem. decimo octauo* c. Venite & cogitemus contra Ieremiam cogitationes. Vel hoc dicunt Iudæi conquerentes de Chaldæis. o Audisti opprobria eorum Domine,] quia Iudæi Ieremiam exprobrabant, vel Chaldæi Iudæis.
p Omnes cogitationes eorum aduersùm me,] vt prius expone.
q Labia insurgentium mihi.] *Ierem. nono* c. Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij. Et *Ierem.* 18. c, Venite & percutiamus eum linguà.
r Et meditationes eorum aduersùm me tota die,] id est, assiduè. t Sessionem eorum & resurrectionem vide,] quas faciebant mala tractando de Ieremia. x Ego sum
A psalmus eorum,] id est, tota
Θ uissimo,] id est, de profunditate peccati. *Psalm. centesimo vigesimo nono.* De profundis clamaui ad te Domine. *Michea quarto* d. Venies in Babylonem ibique liberaberis.

Moraliter, a Vocem meam audisti,] dicit Christus, resuscitando me tertiâ die.
c Ne auertas aurem meàm à singultu meo & clamoribus.] *Hebr. quinto* b. Cum clamore valido & lacrymis offerens exauditus est pro sua reuerentia. Moraliter.
a Vocem meam,] id est, confessionem, tam peccati quam laudis.
b Audisti.] *Sapient. primo* c. Auris zeli audit omnia. *Eccl.* 39.b. Confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum & citharis.
c Ne auertas aurem tuam à singultu meo.] Singultus comes est fletus. Causæ singultus sunt frigus, inanitio, carentia virtutis, nimia repletio. *Ecclesiast. trigesimo quinto* c. Non despiciet vocem pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus. d Et clamoribus, [cordis. *Exod.* 4. b. Et clamorem eius audiui.

Deus nobis appropinquas. e Appropinquasti in die quando inuocaui te.] Deus nobis appropinquat, quando de malis amouendis deprecationem exaudit. *Eccl.* 35. c. Deprecationem læsi exaudiet. Item ad preces Sacerdotum peccata remittendo. *Sapient.* 18.d. Per incensum deprecationem allegans restitit iræ. Hoc dicitur de Aaron. Item in bonis impetrandis orationem Angelorum acceptando. *Tob.* 12. c. Cum orares obtulisti orationem tuam Dño. Propter hoc dicitur *Iacob.* 4 b. Appropinquate Deo,& appropinquabit vobis. f Dixisti ne timeas.] *Isaia* 44. a. Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi.
g Iudicasti.] Huic clausulæ præponitur. [Res,] quæ interpretatur caput, vel primarius. Et rectè, quia hic inuitamur concurrere ad Christum, qui Caput & Princeps noster est. Dicit ergo Christus. [Iudicasti Domine,] Pater, [causam animæ meæ, defensor vitæ meæ,] vel redemptor. Verba sunt Christi in die Passionis. Cuius causam Deus Pater iudicauit, quando de manibus Iudæorum ipsum eripuit in resurrectione. Vel.
g Iudicasti, &c.] Iudæos reprobando, & me eripiendo.
Moraliter. Vel. Moraliter verba sunt hominis ad Deum, qui homo causam habebat contra diabolum, sed non erat qui pro eo staret, donec venit Christus qui pro homine dedit sententiam cótra diabolum, & libertati adiudicauit genus humanú. *Ioan.* 8.c. Si vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Vndè dicit. g Iudicasti,] i. pro me iudicatum esse fecisti.
h Causam animæ meæ,] non agrorum. Hoc ideo dicit, quia diabolus nó quærit nisi animas. *Gen.* 14.d. Da mihi animas cætera tolle tibi. Nó quocumque modo, sed pro redemptione. Vndè. i Redemptor vitæ meæ.] *Psal.* 101. Qui redemit de interitu vitam tuam. k Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersùm me,] dicit Christus. *Ierem.* 18. d. Nunquid redditur pro bono malum, quia fuderunt foueam animæ meæ? Et in *eod.* Tu autem Domine scis omne consilium eorum aduersùm me in morté. l Iudica iudicium meú,] quia omnia iustè iudicas. *Ierem.* 11. d. Tibi reuelaui causam meam.
m Vidisti omnem furorem,] clamantium. Crucifige crucifige eum. *Ioan.* 19. a. Furor est ira magna. *Prou.* 27. a, Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. n Vniuersas cogitationes eorum aduersùm me,] vt caperent insidiando. *Luc.* 14. a. Illi autem obseruabant eum.

Moraliter. k Vidisti Domine iniquitatem illorum,] id est, Dæmonum. Ita conqueritur iustus ad Dominum de diabolo, & de detractoribus. m Vidisti omnem furorem.] *Eccl. vlt.* a. A rugientibus præparatis ad escam. *Psalm.* 57. Furor illis secundùm similitudinem serpentis. *Moraliter.*
n Vniuersas cogitationes eorum aduersum me.] *Prou.* 1. b. Abscondamus tendiculas contra insontem frustra.
o Audisti opprobria.] Huic clausulæ præponitur. [Sin,] quæ interpretatur dentium, vel super vulnus, quia hic plunguntur opprobria Christi, quibus Iudæi eum vulnerauerunt. Dicit ergo Christus ad Patrem. [Audisti opprobria eorum Dñe,] qui dicebant. Vah, qui destruis Templum Dei, & in tribus diebus illud reædificas. *Matth.* 27. e. *Ioan.* 8. Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & Dæmonium habes? p Omnes cogitationes eorum aduersùm me.] *Matth.* 9. a. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Vel de Ecclesia. o Audisti opprobria eorum Domine.] Opprobrium Ecclesiæ sunt mali Prælati. Vndè possunt Parochiani conqueri. *Eccles.* 41. b. De patre impio querentur filij, quando propter illum sunt in opprobrium. Vndè per *Psalm.* 118. Clamat Ecclesia. Aufer à me opprubrium. Et Dominus respondet. 1. *Regum* 17. e. Nunc vadam & auferam opprobrium populi, id est, prauum Prælatum. p Omnes cogitationes eorum aduersùm me,] Cogitationes enim loquuntur apud Deum. Ibi vir iustus cóqueritur de Dæmonibus qui peccata suggerunt, & de detractoribus qui peccata eaprobrant, vel imponunt. *Psalm.* 101. Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, &c. Sed de his habetur victoria silendo. *Isai* 30. d. In silentio, & spe erit fortitudo vestra. Vndè Rapsaci multa improperanti, nihil responderunt illi qui erant in Ierusalem. *Isaia* 36. d. q Labia insurgentium,] de Christo. *Psalm* 26. Insurrexerunt in me testes iniqui. r Et meditationes eorum aduersùm me tota die.] Hoc est quod dixit, *supra.* [Omnes cogitationes eorum aduersùm me.] De iusto. q Labia insurgentium.] i. detrahentium. *De Ecclesia.*
s Aduersùm,] iustum. *Eccl.* 10. c. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. Occultè dicitur detrahere, qui iuxta verbum *B. Bern.* conceptam malitiam quam retinere non potest, verecundiæ fuco obumbrare conatur: Grande, inquit, damnum, aliàs quamplurimú laudabilis est, sed in hoc excusari non potest. Vndè *Daniel.* 7. b. Ecce alia bestia similis Vrso in parte stetit. Stare videtur in parte, quando laudem præmittit, non stare autem in parte, quando detractionem subiungit.
t Sessionem eorum.] Per hoc illi intelliguntur qui sedentes in cathedris iudicabant Iesum. *Psal.* 68. Aduersùm me loquebantur qui sedebant in porta. u Et resurrectionem eorum vide.] *Psalm.* 26. Insurrexerunt in me testes iniqui.
x Ego sum psalmus eorum.] *Psal.* 68. Et in me psallebant qui bibebant vinum. Moraliter. t Sessioné.] In hoc notatur otiositas. *Ier.* 8. e. Quare sedemus? quasi tempus nostrum cito transit, & non sedet. *Ps.* 126. Surgite postquá sederitis. *Moraliter.*
u Et resurrectionem.] In opus malum, vide.] *Ps.* 138. Tu cognouisti sessionem meá, & resurrectionem, &c. x Ego sú
Θ Psalmus eo

A psalmus eorum,] id est, tota die cantant de me deridendo. *a* Redde eis vicem Domine iuxta opera manuum suarum.] Hoc dicit non optando, vel imprecando, sed prædicando. Et hoc dicitur de Iudæis, vel de Chaldæis. *b* Dabis eis scutum cordis laborem,] id est, quia te in peccatis suis laborare fecerunt nolentes obedire tibi. Propter hoc indurabis corda eorum ne ipsi ad te reuertantur. Et postquam fuerint indurati.

c Persequeris in furore tuo, & conteres eos sub coelis Dominus] *Deut.* 32. f. Et vindictam retribuet in hostes eorum. Ecce pœna, & labor afflictionis Iudæorum qui Ieremiam afflixerunt. Vel prædicitur hic destructio Chaldæorum.

Al. † ei. Tau. *a* Reddes † eis vicem Domine iuxta opera manuum suarum. Tau. *b* Dabis eis scutum cordis laborem tuum, Tau. *c* Persequeris in *d* furore tuo, & *e* conteres eos sub cœlis Domine.

Aleph.

C A P. IV.

f Quomodo obscuratum est aurum, *g* mutatus est color optimus, *h* dispersi sunt lapides Sanctuarij in *i* capi-

Psalm. 118. Θ Psalmus eorum,] id est, materia locutionis. Detractores enim omnes horas dicunt de sanctis viris. Dicunt enim matutinas, mala inuentutis recitando, & sic de alijs, vt sicut Sanctus vir dicit. Septies in die laudem dixi tibi, sic possunt dicere. Septies detraxi tibi. *a* Reddes eis] Huic clausulæ præponitur, (Tau:) quæ interpretatur signa, vel consummauit, quia quæ hic dicuntur signa sunt futuræ consummationis. Dicit ergo. [Reddes eis iuxta opera manuum suarum] Dominus reddit iustum pro iniusto, quando iniustè iudicantes iuste damnat. *Isai.* 27. b. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabit eam. Item pro malo culpæ, malum pœnæ. *Iohel.* 3. a. Citò velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum. *b* Dabis eis scutum cordis laborem tuum.] Passio Christi fuit Iudæis occasio cæcitatis, & obstinationis, vt non possent iaculis prædicationis corda eorum penetrari. *Iob* 41. Corpus eius quasi scuta fusilia versi sunt eis in stipulam lapides fundæ. Quare? Quia cor eius quasi malleatoris incus. Item in bono. Passio Domini est scutum, in quo possumus omnia tela nequissima ignea extinguere. *Ephes. vlt.* c.

c Persequeris] malos, scilicet. *d* In furore tuo,] quia, scilicet, pauperes tuos persecuti sunt. *Psalm.* 118. Principes persecuti sunt me gratis. *Prou.* 28. c. Leo rugiens & Vrsus esuriens, Princeps impius super populum pauperé. *e* Et conteres eos sub cœlis,] id est, in terra [Domine,] *Eccl.* 37. b. Contere caput Principum, & inimicorum. V. . [Sub cœlis,] id est, sub cœlestibus viris. *Malach. vlt.* 2. Calcabitis impios cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum. *Exod.* 17. d. Delebo memoriam Amelech de sub cœlo.

E X P O S I T I O C A P. IV.

Quomodo obscuratum est aurum, &c.] In hoc quarto alphabeto plangit Ieremias captiuitatem factam per Romanos, quæ fuit alijs acerbior, & minus plangit eam quam alias. Et hoc, quia pœna pro maximo peccato minus debet plangi. Hic tamen ad faciliorem prædictorum memoriam quæ superiùs in parte dicta sunt, resumamus, scilicet, quod duplex est materia huius partialis libelli. Litteralis, scilicet, quæ est duplex, scilicet, mors Iosiæ, & vrbis excidium. Quod fuit quadruplex. Primum per Assyrios, secundum, per Chaldæos, tertium, per Antiochum Epiphanem, & quartum per Romanos. Quod autem per Chaldæos, triplex. Primum sub Ioachim filio Iosiæ 2. *Paral.* 36. a. Secundum sub Iechonia filio ipsius. 4. *Reg.* 24. c. Tertium sub Sedechia. 4. *Reg.* 25. c. Item spiritualis materia est duplex. Allegorica & tropologica. Prima ad Ecclesiam pertinet, secunda ad animam. Et prima est Ecclesiæ euersio. Quæ est quadruplex. Prima per martyricidas, secunda per hæreticos, tertia per falsos fratres, quarta per Antichristum. Similiter tropologica quadruplex animæ euersio. Prima per consensum, secunda per opus, tertia per consuetudinem, quarta per desperationem. Ideo Ieremias has quadruplices. Ierusalem, Ecclesiæ, & animæ euersiones plangit quadruplici alphabeto, ita quod in alphabeto secundum diuersas expositiones omnia comprehendit. Quia verò trium, scilicet Ierusalem, Ecclesiæ, & animæ euersiones lamentatur, ideo clausulas ponit tribus versibus distinctas, vnde & libellus iste non threnorum quasi ternorum versuum, sub vna clausula accepit, licet quidam nomé latinum quod est trini deriuant a tres, & cæteris numero singulari, græcum æstimantes dicant threnos idem esse quod lamantationes, verum quidem dicentes, sed re, non nomine, quia enim quicquid in hoc libello dicitur lamento est propterea decepti à lamentatione librum dixerunt nominari, nouam latini nominis interpretationem fingentes. In hoc igitur alphabeto sicut in duobus prioribus cuilibet clausulæ vna tantum litera præponitur, per quam materia seu sententia clausulæ declaratur. Plangens ergo Templi euersionem & populi peruersitatem considerans, patrúmque sanctitatem commemorans, quasi admirando exclamat dicens.

f Quomodo obscur.] Templi, quod erat deauratum, sed per ignem fuit obscuratum post combustionem Templi. *g* Mutatus est color] per adustionem Cedrorum & lignorum *Zach.* 11. Deuorauit ignis Cedros tuos. *h* Dispersi sunt, &c.] id est, Templi quod fuit dirutum. *i* In capite omnium platearum] quod contra legem fuit. 1. *Mach.* 4. f. Reposuerunt lapides in monte domus in loco apto quoadusque Propheta veniret & responderet de eis. Sic prophetauerat Dñs *Luc.* 19. g. Nõ relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.

Mysticè. *f* Quomodo obscuratum, &c.] In hoc quarto alphabeto deplorat Ieremias persecutionem futuram sub Antichristo, quæ est quarta & cæteris grauior, quam Ieremias præuidens in spiritu admirando ait: [Quomodo obscuratum est aurum,] id est, Christus Deus: De quo *Cant.* 5. c. Caput eius, id est, Ecclesiæ, aurum optimum. Obscurabitur autem tunc, quia ab antichristo, & suis non reputabitur, vel, quia tunc non faciet miracula. *Apoc.* 6. d. Et sol factus est niger tanquã saccus cilicinus. Ibi latius dictum est de hoc. Et *Apoc.* 9. a. Obscuratus est Sol & aër de fumo putei. *g* Mutatus est sanctitatis, scilicet, Religionis, quia tunc Sancti & Religiosi pro peccatoribus habebuntur. *h* Dispersi sunt, &c.] De quibus 1. *Petr.* 2. a. Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini in domos spirituales. *i* In capite omnium, &c.] Tunc enim sancti dispergentur pro timore persequentium. *Eccl.* 3. a. Est tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. *Mysticè.*

Moraliter. Aurum sunt Clerici, quia sicut aurum est ductile, sic ipsi debent esse obedientes præceptis Dei. Quia *Prou.* 21. b. Vir obediens loquetur victorias. 1. *Reg.* 15. e. Melior est obedientia quam victimæ, & auscultare magis, quam offerre adipem arietum. Item aurum est fusile, sic ipsi, debent fundi per deuotionem, compassionem, largitatem. *Cant.* 5. b. Anima mea liquefacta est vt dilectus locutus est. Item ponderosum est, sic ipsi debent esse per constantiæ maturitatem. Sed quidam vt palea volant ad flatum Euri, illi, scilicet, qui cogitantes de nobilitate parentum, inde superbiunt. Eurus enim ventus orientalis est. Alij ad molliciem Zephyri, illi, scilicet, qui studiosè perquirunt, sibi medicinas & cibos delicatos & huiusmodi, vt amplius viuant in eis; Zephyrus enim ventus est occidentalis. Alij ad Austri fœcunditatem, illi, scilicet, qui de diuitiis habendis cogitant. Auster enim ventus est meridionalis. Alij ad Boreæ impulsionem, qui, scilicet, inter aduersa pertimescunt. Item aurum valet leprosis, & ipsi sunt medici animarum. *Eccl.* 38. a. Vnguentarius faciet pigmenta suauitatis & vnctiones conficiet sanitatis. Hoc aurum obscuratum est, quia ab his omnibus ferè omnes clerici recesserunt. Itẽ aurũ est anima, quæ obscuratur vanè cogitando, nimis curiosè perscrutando, malè loquẽdo iniquè operando. De primo: *Rom.* 1. c. Obscuratum est insipiens cor eorum. De secundo: *Eph.* 4. d. In tenebris obscuratum habentes intellectum. De tertio: *Sap.* 1. c. Sermo obscurus in vacuum non ibit. Et in *eod.* 4. c. Fascinatio nugacitatis obscurat bona. De quarto. *Ier.* 14. a. Portæ eius corruerunt & obscuratæ sunt. Portæ sunt bona opera quibus intratur in cœlum. *g* Mutatus, &c.] Conuersatio exterior bona, est color bonus, sed melior color est nitor conscientiæ interior, sed optimus est contemplatio: Iste color est saphyrinus: de quo *Isai.* 54. c. Fundabo te in saphyris. Hi mutati sunt in clericis. *h* Dispersi, &c.] i. clerici. *i* In capite, &c.] i. in capitulis capitalium Ecclesiarum, vbi habent diuersa beneficia. *Ezech.* 16. c. Fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis, ad omne caput viæ. Et *Exod.* 5. b. Dispersus est populus per vniuersam terram Ægypti ad colligendas paleas. Dicuntur autem lapides, quia insensibiles, i. sine compassione. *Amos* 6. b. Nihil compatiebantur super contritione Ioseph. Item duri, quia nec impressionem recipiunt, scil. alicuius boni viri imitationem, nec sculpturas admittunt. Fit enim sculptura per abscisionem partium, ipsi verò suas strumas remouere nolunt, quæ sunt pluralitas præbendarũ, & propter hoc difficile intrabũt in Regnũ cœlorũ. Si. n. Camelus vnũ habens gibbũ tantũ, nõ potest per foramé acus transire, quomodo

Moraliter. Clerici sunt aurum.

Aurum est anima.

destruatur. *a* Filij Sion inclyti & amicti auro primo,] id est, præcipuo, ad litteram habentes vestes deauratas.
d Quomodo reputati sunt in vasa testea,] id est, viles, quæ sunt.
e Opus manuum figuli,] id est, quæ operatus est figulus.

te omnium platearum. Beth. Filij *a* Sion inclyti & *b* amicti *c* auro primo, *d* quomodo reputati sunt in vasa testea, *e* opus manuum figuli. Gimel. Sed & *f* lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos. *g* Filia populi mei *h* crudelis quasi Struthio in deserto. Daleth. Adhæsit *i* lingua lactentis *k* ad palatum eius in siti, & *l* paruuli petierunt panem & *m* non erat qui frangeret eis

f Sed & lamiæ nudauerunt mammã, lactauerũt catulos suos] Ad litteram Ierusalem redacta est in solitudinem, & facta est habitatio bestiarum. Lamia est monstrum habens caput virgineum, & corpus porcinum, & pedes equinos, crudelissimum, quia etiam propriis fœtibus nõ parcit. Vndè dicitur lamia, quasi lania: quia etiam proprios fœtus laniat. *Isai.* 34. d. Ibi inuenit lamia requiem. *g* Filia populi mei,] id est, Ierusalem. *h* Crudelis quasi Struthio in deserto. *Isai.* 13. d. Habitabunt ibi Struthiones, scilicet præ solitudine. *i* Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in siti.] Matres enim præ fame confectæ, lac non habebant. *l* Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.]

illi qui plures gibbos portant plurium præbendarum, scilicet intrare poterunt in cœlum? *Matth.* 19. e. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem in Regnum cœlorum. Item lapides dispersi terrã occupant, nec fructificare permittunt, sic isti occupant Ecclesiam, in qua, nec fructum faciunt, nec alios intrare permittunt qui ibi facerent. Item lapides dispersi in via multos cespitare faciunt; sic isti malis operibus suis multos scandalizant. Vndè possunt timere illud *Matth.* 18. a. Væ illi per quem scandalum venit, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum. Per molam, circuitus mercatorum, & negociationum; per asinum, labor agricolarum, quasi dicat, melius esset tali vt esset miles, vel mercator, vel agricola.
a Filij Sion inclyti] quoniam, id est, clerici, vel Religiosi filij Christi, qui bene Sion dicitur, quia est speculum sine macula claritatis æternæ, *Sapient.* 7. d.
b Et amicti] quondam.
c Auro primo.] Aurum primum est charitas, aurum secundum amor proximi. De vtrisque *Matth.* 22. d. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: Hoc est primum & maximum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Item aurum primum, sacra Scriptura, scilicet Theologia; aurum secundum, leges & decreta. Auro primo quondam amicti erant Clerici, sed modo volunt indui auro secundo, cum tamen binarius numerus infamis est in sacra Scriptura: quia primus ab vnitate recedit. Item aurum primum est Charitas in principio conuersionis feruens; aurum secundum Charitas processu temporis tepescens. *Apoc.* 3. c. Quia tepidus es, incipiam te euomere & *ibidem* d. Suadeo tibi emere aurũ ignitum. Et *Apoc.* 2. a. Memor esto vnde excideris, & prima opera fac. Hi filij Christi nobiles erant. Vndè 1. *Petr.* 2. Vos estis genus electum, &c. Vndè & Clerici dicuntur à cleros, quod est sors: ipsi enim sorte sunt electi. Et propter hoc summopere studuit diabolus vt eis in coniugium filias suas daret: De quibus *Prou.* 30. b. Duæ sunt filiæ sanguisugæ, quæ semper dicunt affer, affer. Hæ sunt auaritia, & luxuria.
d Quomodo reputati sunt in vasa testea] viles effecti sicut vas luteum. *Sapient.* 15. c. Luto vilior vita eius. *Ierem.* 2. g. Quàm vilis facta es nimis iterans vias tuas. Item fragiles. Citò enim franguntur Clerici per peccata, sed difficillimè corriguntur. *Ierem.* 17. a. Peccatum Iuda scriptum est stilo ferreo in vngue adamantino. *Eccl.* 22. a. Qui docet fatuum quasi qui conglutinat testam. Quod dicitur hic: [Filij Sion, & cætera] est illud quod dicit *Isai.* 1. a. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.
e Opus manuum figuli,] id est, diaboli, qui eos tales fecit. *Sapient.* *decimo quinto*. b. Figulus mollem terram premens laboriosè fingit ad vsus nostros, vnumquodque vas.

f Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos.] Lamiæ sunt Sacerdotes Iudæorum, Scribæ, & Pharisæi, qui simplices Iudæos lactare debuerunt bonæ vitæ exemplo, & sanæ doctrinæ edulio; ipsi verò propter suas traditiones docebant eos relinquere mandata Dei *Matth. decimo quinto* a. Quare vos contemnitis mandata Dei propter traditiones vestras? Item lamiæ sunt hæretici, qui simplices, & idiotas, & paruulos lactant errorem suorum poculo. *Prouerbiorum nono* d. Qui est paruulus, declinet ad me, dicit mulier stulta. De hoc poculo. *Isaia primo* f. Caupones tui miscent vinum aqua. Et de pœna talium, *Abacuc.* 2. c. Væ qui potum dat amico suo miscens fel. Item lamiæ sunt hypocritæ, & mali Prælati qui exteriùs apparent boni, sed sunt mali. Hi dicit Dominus. *Matth. vigesimo tertio* c. Foris apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Hi nudant mammas, cùm bona exteriùs ostendunt, & catulos lactant cum subditos prauis consiliis inebriant. A talibus est cauendum. *Matth. septimo* c. Attendite vobis à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentu ouium, &c. Item lamiæ sunt Dæmones, qui primo in suggestione lac delectationis propinant, sed in fine venenum infundunt. *Prouerbiorum vigesimo tertio* d. Ingreditur blandè, sed in fine mordebit vt Coluber. *Ioannis secundo* b. Omnis homo primò bonum vinum ponit, & cætera. *Isaia* 34. d. Ibi cubauit lamia. Item lamiæ sunt vsurarij, qui filios suos lactant sapientiá sæculari. De his omnibus lactantibus dicitur. *Prouerbiorum primo* b. Fili si te lactauerint peccatores ne acquiescas eis. Et *Prouerbiorum decimo sexto* d. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. Debet autem quilibet ablactari ab his vberibus, triplici ratione. Prima est, vt faciat gaudium Angelis: Quia gaudium est in cœlo super
vno peccatore, & cætera. Vndè Abraham fecit grande Luc. 15. b
conuiuium in ablactatione Isaac. *Genesis vigesimo primo* a. Secunda ratio est: quia nisi ablactetur, non potest videre Deum, neque in præsenti per contemplationem, neque in futuro per speciem. Vndè *prima Regum primo*. Dixit Anna viro suo. Non vadam donec ablactetur infans, & ducam eum vt appareat ante conspectum Domioi, & maneat ibi iugiter. Tertia ratio est: quia sapientia Dei non potest intrare in cor eorum qui non sunt ablactati. *Isaia vigesimo octauo* c. Quem docebit Dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Sic mali suos malos subditos lactant. Et sic deberent facere Prælati: Sed quia non faciunt, conqueritur Dominus dicens.
g Filia populi mei crudelis quasi Struthio in deserto.) Filia populi, dicuntur Prælati. quia à populo nutriuntur vt filia à patre. *Isaia tertio* c. Vos enim depasti estis vineam meam, Hi bene Struthioni comparantur. Struthio enim ponit oua in transitu & non fouet: sic multi hodie suos subditos relinquunt, nec calore prædicationis fouent eos. *Iob trigesimo nono* b. Derelinquit oua sua in terra, obliuiscitur quod pes conculcet ea. Quare autem sint crudeles, subiungit Quare.
i Adhæsit lingua lactentis,] id est, simplicis.
k Ad palatum eius] non habens lac doctrinæ quo debuit à Prælatis potari. Sacra enim scriptura debet vt lac paruulis propinari *prima Corinthiorum tertio* a Tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis potum, non escam. Et quia lingua palatio adhæsit, muti sunt homines & à laude Dei & à confessione peccati. *Ezech.* 3. g. Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus.
l Paruuli petierunt panem,] eruditionis Scripturæ, quæ sicut lac lactentibus, sic panis est adultioribus. *Matth.* 4. a. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei.
m Et non erat qui frangeret eis.) Panis, vel manibus frangitur, vel dentibus. Manus operatores, dentes vero sunt Prædicatores. Vbi ergo & Prædicatores deficiunt, & operatores, panis non frangitur, nec reficiuntur homines. *Prouerbiorum* 14. a. Vbi non sunt boues præsepe vacuum est. Multi hodie per gratiam frangunt panem istum, & manu & dente, qui secundum regulam Domini nostri Iesu Christi quod prædicant ostendunt opere. *Actorum* 1. a. Cœpit Iesus facere & docere. Multi etiam dente frangunt panem istum, & non manu, qui scilicet, non faciunt quod dicunt. De quibus *Genes.* 27. c. Vox quidem vox est Iacob, manus sunt Esau. Aliquando erunt multi qui, nec dente, ne manu frangent, quando erit illud quod prædicit. *Amos* 8. d. Mittam famem in terram: non famem panis,

a qui frangeret eis.) *Supra* 2. d. Vbi eſt triticum, & vinum. *Amos* 8. d. Deficient virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti.

Primus locus conqueſtionis.

a Qui veſcebantur voluptuosè interierunt in viis, attenuati fame, vel ab hoſtibus capti. Vel hoc dicit, quia ſuſpendebantur in viis ſicut latrones. *Infrà quinto* c. Pueri in ligno corruerunt.

Hę. Qui a veſcebantur voluptuosè b interierunt in viis, qui c nutriebantur in croceis d amplexati ſunt ſtercora. Vau. Et e maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei f peccato Sodomorum, g quæ ſubuerſa eſt in momento, & h non cœperunt in ea i manus. Zai. k Candidiores Nazarei eius niue,

c Qui nutriebātur in croceis] ſcilicet, cibis, vel veſtibus, vel vaſis, vel lectis, vel domibus rubricatis.

d Amplexati ſunt ſtercora,] columbina vt inde pulmenta conficerent loco ſalis. Simile legitur, 4. *Regum.* 6. f. Quòd vendebatur quarta pars Cabi Columbarum quinque argenteis.

e Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei,] id eſt, Ieruſalem,

f Peccato Sodomorum,] quod fuit grauiter vindicatum. In Epiſtola *Iudæ.* c. Facti ſunt exemplum ignis æterni. *Ezech.* 16. f Viuo ego, dicit Dominus, quia non fecit Sodoma ſoror tua, & filiæ eius ſicut feciſti tu.

g Quæ ſubuerſa eſt in momento.] Contra *Geneſ.* 19. e. Pluit Dominus ignem, & ſulphur. Pluere autem dicit ſucceſſionem, Sol. In momento, id eſt, valde celeriter, & citò. Eſt autem momentum quadrageſima pars horæ, quod etſi dicit ſucceſſionem, tamen modicam, & breuem. Nec dicitur ſubitò, quia ſubitum eſt, quod ſucceſſione caret, & fit in inſtanti.

h Et non cœperunt in ea manus,] pauperum, quia nihil largiebantur pauperibus.] Vel Manus, hominum Sodomitarum, [non cœperunt in ea,] id eſt, in Sodoma, Angelos, vel filias Loth, quia percuſſi aoriſia non poterant oſtium inuenire. *Geneſ.* 19. c. Et *Sapient. vltim.* c. Vnuſquiſque oſtium manibus ſuis quærebat. Vel. [Non cœperunt in ea manus,] propriè aliquid de præda ad ſaluandum ſe, vel ad fugiendum.

Primus locus indignationis.

k Candidiores Nazarei eius niue.] Hoc dicit propter caniciem, quam ſeruabant Nazarei, quorum pulchritudo hic deſcribitur, vt ſic indignatio iudicis.

a contra aduerſarios non famem panis, nec ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Dei. Vel filia populi dicitur Hypocrita. Filia, quia debilis, & fragilis, non filius fortis, & ſtabilis. Hic comparatur Struthioni propter multa. Struthio enim eſt animal ſtultum, ſic Hypocrita, qui pro modico vento laudis vanæ dat, quod plus valet, quàm totus mundus. Vndè *Iob trigeſimo nono* c. Priuauit eum Deus ſapientia. Item ferrum comedit, ſic Hypocrita multa ardua opera, & difficilia facit in publico, quæ tamen emollit in occulto. *Prouerbiorum trigeſimo* c. Quæ comedit, & tergens os ſuum dicit, non ſum operata malum. Ipſi enim ſunt qui facies caſtigant, & non corda. *Matthæi ſexto* b. Exterminant facies ſuas. Item habet pedes, vt vituli, ſic Hypocrita greſſum maturitatis. *Iſaiæ tertio* c. Compoſito gradu incedebant. Item ſolo aſpectu fouet oua, ſic Hypocrita in ſolo aſpectu hominum ponit, & fouet opera, quia ſolùm, vt ab eis laudetur. *Epheſ. ſexto* a. Non ad oculum ſeruientes. Item eſt animal ſordidum, ſicut Hypocrita ſepulchrum plenum oſſibus mortuorum. *Matthæi vigeſimo tertio* c. Capſa vbi celantur reliquiæ Dæmonum. *Epheſ. quinto* c. Quæ in occulto fiunt ab eis, turpe eſt dicere. Item eſt nigra ſub pennis, quas tamen habet pulchras ſuperiùs; ſic Hypocritæ exterius veſtiti ſunt ſicut Sancti. *Iob trigeſimo nono* b. Penna Struthionis ſimilis eſt pennis Herodij, & Accipitris. Item nunquam volat, & tamen volare ſe ſimulat. *Iob trigeſimo nono* c. Cum tempus fuerit in altum alas erigit, ſed nunquam volat, ſic Hypocritæ. *Matthæi vigeſimo tertio* a. Dilatant philateria ſua, & magnificant fimbrias. Item dura eſt in filios, & crudelis. *Iob trigeſimo nono* b. Induratur ad filios ſuos, quaſi non ſint ſui, ſic Hypocrita. Hæc poſſent duobus verſibus retineri.

Hypocrita comparatur ſtruthioni.

Struthio ſtulta, vorax, pede bos, oculo fouet oua.
Spreta prius ſordens, nigra, non volat, impia natis.

a Qui veſcebantur voluptuosè.] Clerici, ſcilicet, & Religioſi, qui ſolebant in ſpiritualibus delicijs viuere, ſcilicet, in Scripturæ meditatione. *Sapient. decimo ſexto* c. Paratum de cœlo panem præſtitiſti eis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Item in cœleſti conſolatione. *Apocalip. ſecundo* c. Vincenti dabo manna abſconditum. Item in Sacramenti Altaris dulcedine, & ſuauitate. *Pſalmo vigeſimo ſecundo.* Paraſti in conſpectu meo menſam. De his tribus. *Ezechiel. decimo ſexto* b. Similam, ecce dulcedo corporis Christi, & mel, ecce ſuauitas cœleſtis contemplationis: & oleum, ecce meditatio Scripturæ, quæ illuminat, B comediſti, & decora facta es vehementer nimis. Hi qui ſic voluptuosè ſolebant veſci.

Myſticè.

b Interierunt in viis,] quæ ſunt ſuperbia, auaritia, inuidia, & luxuria. De quibus. *Prouerbiorum trigeſimo* c. Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Via Aquilæ in cœlo: ecce ſuperbia. Via nauis in medio mari, ecce auaritia. Auari enim per mare negociantur. Via colubri ſuper petram, ecce inuidia. Coluber enim venenum habet in lingua. Via viri in adoleſcentia, ecce luxuria. Hæ ſunt viæ difficiles quas confitebuntur ſe ambulaſſe mali, de quibus legitur. *Sapient. quinto* b. Ambulauimus vias difficiles.

c Qui nutriebantur in croceis,] id eſt, in delitiis Scripturæ per Chriſti Paſſionem rubricatæ. Crocus enim habet colorem rubeum. *Canticor. quarto* d. Cypri cum Nardo, Nardus, & crocus, & fiſtula, & cinnamomum cum vniuerſis lignis Libani. Item crocus colorat, & ſaporat. In croco ergo nutriuntur, qui interiùs ſapore delitiarum reficiuntur, exteriùs vero exemplo boni operis colorantur. Qui priùs erant tales

d Amplexati ſunt ſtercora,] id eſt, temporalia. *Philip. tertio* b. Omnia reputaui vt ſtercora. *Eccleſiaſtici vigeſimo ſecundo* a. De ſtercore boum lapidabitur piger. Item mulieres *Eccleſiaſtici nono* b. Mulier fornicaria, quaſi ſtercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. De amplexibus huius ſtercoris dicitur *Prouerbiorum ſeptimo* c. Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus. Item ſunt ſtercora honorum, *primo Machabæorum ſecundo* g. Gloria impij ſtercus, & vermis eſt, hodie extollitur, & cras non inuenietur. Hæc ſtercora multi clerici amplexantur.

e Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi mei,] id eſt, Clericorum.

f Peccato Sodomorum,] id eſt, laicorum.

g Quæ ſubuerſa eſt in momento,] id eſt, ſubitò. Magis enim clerici hodie, quam Sodomitæ peccant quantum ad hoc, quod illi, nec legem, nec doctores habuerunt. *Ezechiel. decimo ſexto* f. Iuſtificata Sodoma ſoror tua ex te. *Ierem. vndecimo* c. Quid eſt, quod dilectus meus facit in domo mea ſcelera multa? Vel per filiam populi, Prælati ſignificantur, per Sodomitas, laici peccatores. Et plus peccant Prælati in eodem genere peccati quam laici.

h Et non cœperunt in ea,] id eſt, in filia populi, id eſt, in Prælatis.

i Manus,] pauperum aliquid, In quo notatur auaritia eorum. *Eccl.* 4. d. Non ſit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta.

k Candidiores Nazarei eius niue.] Hic commendantur Prælati, & Doctores, Prædicatores, & pœnitentes à quatuor. Primò, à munditia carnis; ſecundò, à iocunditate mentis; tertiò à feruore charitatis; quartò, à meditatione contemplationis. Dicit ergo. [Candidiores Nazarei eius,] id eſt, Dei, niue.) Nazareni interpretatur floridi, vel germinantes, & ſignificant Doctores, & Prædicatores, & Prælatos, & quoslibet pœnitentes, qui omnes debent florere interiùs per conſcientiæ puritatem. *Canticor. primo* d. Lectulus noſter floridus. Et exteriùs per bonam operationem. *Pſalm. nonageſimo primo.* Iuſtus, vt palma florebit in domo Domini. Item germinare debent per puram, & ſanctam affectionem, & per deuotam de Deo meditationem. *Cantic.* 7. d. Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſent vineæ, germinaſſent mala punica. Iſti ſunt candidiores nunc per obſeruantiam ſanctimoniæ, & caſtitatis munditiam. Et bene nix comparatur caſtitati, vel per niuem caſtitas deſignatur,

Prælati, & prædicatores & pœnitentes commendantur à quatuor.

a contra aduersarios excitetur. a Nitidiores lacte propter candis munditiam, sicut candidi dicti sunt propter abstinentiam.

b Rubicundiores ebore antiquo,] per cœlibem vitam, quæ colorem subrubeum relinquit in facie, propter carnis afflictionem, sicut ebur antiquum non roseum habet colorem, sed pallori mixtum.

a nitidiores lacte, b rubicundiores ebore antiquo, c sapphiro pulchriores. Heth. d Denigrata est super e carbones facies eorum, & non sunt f cogniti in plateis. Adhæsit g cutis eorum ossibus, & h facta est quasi lignum. Teth. i Melius k fuit occisis gladio l quàm interfectis fame, m quoniam isti n extabuerunt o consumpti

c Sapphiro pulchriores,] quoad conuersationem cœlicam, quia Sapphirus habet colorem cœli. Tales inquam fuerunt olim, sed nunc.

d Denigrata est super carbones facies eorum,] euacuatis spiritibus, & subtracto naturali colore propter famem, & afflictionem captiuitatis. Vel ad literam propter calorem Solis quem sustinuerunt cùm ducerentur in captiuitatem. *Naum.* 2. c. In cunctis renibus defectio, & facies eorum sicut nigredo ollæ.

f Et non sunt cogniti in plateis,] propter mutationem c loris.

g Adhæsit cutis eorum ossibus, præ fame. h Et facta est quasi lignum, id est, aspera, & hirsuta quasi cortex ligni. *Amos* 2. c. Fortis ipse quasi quercus.

i Melius,] i. minus malum. k Fuit occisis gladio quàm interfectis fame.] *Eccl.* 30. c. Melior est mors, quàm vita amara, & requies æterna, quàm languor perseuerans.

m Quoniam isti, scilicet interfecti fame. n Extabuerunt,] paulatim morientes.

o Consumpti sunt à sterilitate terræ,] id est, quia non habuerunt fructus terræ quibus reficerentur: Terra enim Δ erat sterilis. Manus

o stitas designatur, quia sicut nix ex alto descendit, sic nullus castus est nisi dono speciali Dei. *Sapient.* 8. d. Cùm essem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum, & vt sciui, quoniam aliter non possum esse continens nisi Deus det. Item nix candorem habet, & refrigerium, quorum contraria sunt in peccato luxuriæ, scilicet turpitudo & ardor. Candor niuis, contra turpitudinem, refrigerium, contra ardorem luxuriæ. Qui ergo casti sunt candidiores. *Psalm.* 50. Lauabis me, & super niuem dealbabor.

a Nitidiores lacte.] In lacte duo sunt, candor & dulcedo, per quæ significatur iocunditas mentis, quæ prouenit ex puritate innocentiæ. *Eccl.* 30. c. Non est oblectamentum super cordis gaudium. Et in *eodem* 1. d. Iocunditas cordis hæc est vita hominis. *Psalm.* 4. Dedisti lætitiam in corde meo.

b Rubicundiores ebore antiquo.] Per rubrem feruor charitatis, per ebur quod est frigidum, castus homo significatur. Rubet ergo ille vt ebur antiquum, in quo ardet charitas cum castitate, vt posset dici de illo illud. *Cantic.* 5. c. Dilectus meus candidus, per castitatem, & rubicundus per charitatem. *Matth.* 16. a. Vespere dicitis, serenum erit, rubicundum enim est cœlum. Si enim homo in vespere mortis sit rubicundus per charitatem, habebit æternæ gloriæ serenitatem. In hoc quod dicit, [antiquo,] notatur radicatio charitatis. *Ephes.* 3. d. In charitate radicati, & fundati vt possitis comprehendere cum omnibus Sanctis quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Item notandum, quòd rubor in facie, aut coloris, aut pudoris solet esse indicium. Rubicundi ergo sunt Nazaræi, id est, virgines, & casti, id est, calore deuotionis feruidi, & reuerentia honestatis pudibundi: Sunt enim sensus eorum delicati: quia ad omnem turpitudinem erubescunt, pudet inhonesta videre, pudet non de se solùm, sed etiam de aliis turpia audire, pudet turpia dicere, pudet turpia cogitare. Per ebur antiquum illi possunt significari, qui sub lege Moysi fortes fuerunt, quibus debent perfectiores esse illi qui sub lege Christi sunt, quia *Hebr* 7. c. Lex neminem perduxit ad perfectum.

c Sapphiro pulchriores.] Sapphirus habet colorem æthereum, & significat meditationem cœlestium. Et sequitur ex tribus præcedentibus. *Isaia* 54. c. Fundabo te in sapphiris. *Sap.* 5. d. Cogitatio illorum apud altissimum *Philip.* 3. c. Nostra conuersatio in cœlis est.

d Denigrata est facies eorum,] qui priùs erant candidiores niue.

e Super carbones.] Hoc quando peccant mortaliter, & hoc deplorat hic Ieremias. Carbo ignitus rubeus est, sed extinctus niger, sic anima in charitate existens colorata est, & pulchra, sed quando incidit in peccatum, tunc deturpatur. *Naum.* 2. c. Facies omnium sicut nigredo ollæ. *Isaia* 13. b. Facies combustæ vultus eorum, *Ioel.* 2. b. Omnes vultus redigentur in ollam.

f Et non sunt cogniti in plateis:] quia creduntur esse boni cum sint mali. *Psalm.* 143. Filiæ eorum compositæ circumornatæ vt similitudo Templi. Et quamuis sic lateant, tamen possunt per duo cognosci, per verba, scilicet, & per opera. De primo *Eccles.* 27. a. Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis. *Matth.* 26. g. Loquela tua manifestum te facit. De secundo, *Matth.* 7. c. A fructibus eorum cognoscetis eos, id est, ab operibus. Vel,] Non sunt cogniti, id est, distincti, quia modò ita induuntur Religiosi, sicut Reges, vel Comites. Vndè *Rom.* 10. c. Non est distinctio Iudæi, & Græci. Iudæus confitens est Religiosus, Græcus sæcularis. *Iudith.* 7. a.

g Adhæsit cutis eorum ossibus.] Hoc dicitur de hypocritis, qui se macerant ieiunantes, vigilantes vt videantur boni.

h Et facta est quasi lignum,] aridum, insensibile, sterile, & inflexibile, vt dicit *Gloss. Interlin.* Et ipsi Hypocritæ aridi sunt à deuotione. *Ecclesiast.* 6. a. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdas, & relinquaris velut lignum aridum in eremo. Item insensibiles, quia sine compassione. *Iob.* 41. c. Indurabitur cor eius quasi lapis. Item steriles à bonis operibus, vel potiùs à fructu, id est, à mercede operum *Iob* 15. d. Congregatio enim hypocritæ sterilis. *Sapient.* 3. c. Vacua est spes illorum, & labores sine fructu. Item inflexibiles: quia curuari per obedientiam, vel per correctionem non possunt. *Isaia* 48. a. Durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua. Hoc totum.

d Denigrata est, &c.] potest de bonis exponi, & in bono quorum facies exterior tribulationibus denigrata, facies interior manet splendida, *Cantic.* 1. b. Nigra sum, sed formosa. Hoc significatum est. *Exod.* 26. in opertura tabernaculi, quod erat exteriùs tectum sagis cilicinis, per quæ ariditas exterior, & pœnitentia designatur, interiùs verò cortinis depictis, per quas interior pulchritudo. *Psalm.* 44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus hi.

f Non sunt cogniti in plateis,] quia, vt dicit *Bernardus*, Multi vident nostras cruces qui non vident nostras vnctiones. Horum cutis adhæret ossibus: quia ipsi se mortificant propter Deum. *Iob* 19. c. Pelli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum. *Iob* 17. a. Cutis mea aruit.

h Et facta est quasi lignum,] quod plantatum est secus decursus aquarum. De quo *Iob* 14. b. Lignum habet spem, si præcisum fuerit per mortem, rursus virescet, quando, scilicet, de morte resurget.

i Melius fuit occisis gladio.] Verbi Dei, hæc est mors bona.

l Quàm interfectis fame,] doctrinæ, vel eruditionis. Est autem fames defectus fidei. Item defectus diuinæ consolationis. Item duritia cordis. Item defectus prædicationis. De his omnibus exponitur.

Item est gladius multiplex.

Gladius.
- Verbi Dei. *Ephes. vltim.* c. Et gladium spiritus quod est verbum Dei. Hoc gladio occiduntur, qui de malis fiunt boni. *Deut.* 32. f. Percutiam, & ego sanabo.
- Sententiæ iudicij. *Deut.* 32. f. Gladius meus deuorabit carnes.
- Mundanæ tribulationis. *Isidorus* super *Genesis* 3. d. Gladius versatilis pœnæ temporales, quæ versatiles sunt, quoniam temporalia volubilia sunt. Ad arborem igitur vitæ non reditur, nisi per Cherubin, id est, scientiæ plenitudinem, id est, charitatem, & per gladium versatilem, id est, tolerantiam temporalem.
- Tyrannidis persecutionis. *Ezech.* 21. c. Hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere faciet eos.
- Compassionis. *Luc.* 2. e. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.

m Quoniam isti extabuerunt.] Spiritualiter extabescit, qui verbo Domini, vel diuina consolatione, vel virtutum pinguedine non roboratur. o Consumpti [sunt] à sterilitate terræ,] id est, Ecclesiæ. *Genesis primo* a. Terra erat inanis.

▲ erat sterilis. *a* Manus enim, mulierum misericordium, &c. vt, scilicet, eos comederent. Et hic in duobus notatur misericordia matrum, quia & filiis fame deficientibus ne diutiùs languerent subuenerunt, & sibi ipsis ne morerentur de cibo prouiderunt. Hoc factum est in captiuitate Romanorum, sicut legitur in Euangelica historia.

à sterilitate terræ. Ioth. *a* Manus mulierum misericordiũ coxerunt filios suos, *b* facti sunt † cibus eorũ in *c* contritione filiæ *d* populi mei. Caph. *e* Compleuit Dominus *f* furorem suum, *g* effudit iram *h* indignationis suæ. Et *i* succendit ignem in *k* Sion, & *l* deuorauit fundamenta eius. Lameth. *m* Non crediderunt Reges terræ, & *n* vniuersi habitatores Orbis

4. *Reg. c.* 16. *b* Facti sunt cibus earum] secundùm illud. *Deut.* 28. f. Comedes, fructum vteri tui. Et *Ier.* 19. c. Cibabo eos carnibus filiorum suorum.

al. † cibi

c In contritione filiæ populi mei.] *Ier.* 19. c. Vnusquisque carnes amici sui comedet in obsidione, & angustia, in qua concludent eos inimici eorum. Et post pauca. Sic conteram populum istum, sicut conteritur vas figuli, quod non potest vltra restaurari. Hoc est quod dicitur hic; Simile factum legitur. 4. *Reg.* 6. f. Coximus ergo filium meum & comedimus, sic dicit mulier petens à Rege iudicium de muliere altera quæ filium suum nolebat exponere, iam filio alterius comesto ab illis. *e* Compleuit Dominus furorem suum,] captiuando Iudæos.

g Effudit iram indignationis suæ.] In hoc notatur abundantia.

i Et succendit] Dominus.

k Ignem in Syon, & deuorauit fundamenta eius,] secundum illud *Amos* 2. b. Mittam ignem in Iudam, & deuorabit ædes Ierusalem.

m Non crediderunt Reges terræ,] Iudæ, scilicet, Ioachim, & Sedechias.

n Et vniuersi habitatores orbis] id est, Iudææ. Non crediderunt inquam Ieremiæ dicenti.

△ Quod ingrederetur hostis

⊖ ra erat inanis & vacua. *Ierem.* 4. f. Aspexi terram & ecce vacua erat.

a Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos.] Per mulierum manus Prælati intelliguntur propter fœcunditatem, sedulitatem, & compassionem. Misericordium, dicit, quia ipsi debent esse misericordes. *Luca* 6. f. Estote misericordes. Sed obliti misericordiæ coquunt filios suos, id est, subditos affligendo eos, & opprimendo. Ignis autem qui huic decoctioni supponitur, est prauum exemplum Prælatorum, & cupiditas eorum. *Iob.* 1. c. Ignis cecidit de cœlo, id est, de maioribus, & tactas oues & pueros consumpsit. Sed audiant quid dicitur *Exod.* 22. a. Si egressus ignis inuenerit spicas, & comprehenderit aceruos frugum siue stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit. Acerui frugum sunt qui iam ceciderunt, stantes segetes, qui adhuc stant in bono.

b Facti sunt cibus earum.] Hoc ad literam dicitur de illis, quæ vendunt filias suas, vt indè satientur, & viuant. *Ioel.* 3. a. Posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino, vt biberent. Vel de Prælatis, qui subditos comedunt. *Ezech.* 13. c. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis. Et hoc.

c In contritione] id est, ad contritionem.

d Filiæ populi mei,] id est Ecclesiæ, Per ipsos enim qui tales sunt destruitur Ecclesia, cum deberent ipsi custodire eam. Vel ad contritionem ipsorum, quia qui alios comedunt conterentur. *Prouerb.* 18. b. Os stulti contritio eius.

e Compleuit,] id est, complebit.

f Dominus furorem suum] id est, vindicabit se de malis. *Prou.* 6. d. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus. Vnde *Iob.* 14. e. dicebat. Quis mihi hoc tribuat, vt in Inferno protegas me & abscondas me donec pertranseat furor tuus? *Deut.* 32. d. & sagittas meas complebo in eis.

g Effudit] id est, effundet iram.

h Indignationis suæ] id est, vindictam *sup.* 2. b. Effundit quasi ignem indignationem suam. Et hoc, quia ipsi priùs se effuderunt per luxuriam & gulam, de primo. *Gen.* 49. a. Ruben effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui De secundo *Ierem.* 50 b. Effusi estis, sicut vituli super herbam. Effunde ergo primus cor tuum coram Domino sicut dicitur *sup.* 2. f. ne Dominus effundat super te indignationem suam.

i Et succendit] id est, succendet.

k Ignem in Syon.] id est, in Clericos & Religiosos. Ignem dico æternum. *Matth.* 25. d Ite maledicti in ignem æternum *Isaiæ* vlt. g. Ignis eorum non extinguetur. Et hoc quia ipsi priùs succenderunt se igne luxuriæ, & auaritiæ, & superbiæ.

De primo *Iob* 31. b. Ignis est vsque ad consumptionem deuorans. Hic assimilatur igni Infernali, quia ardet per concupiscentiam, fœtet per infamiam, omnia membra deuastat, & cutem denigrat. *Iob* 31. b. Omnia eradicans genimina. Hic ignis non extinguetur, nisi per miracula. Qui igitur ardet hoc igne debet venire in Templum religionis vt ibi sanetur. Hunc ignem pascit Diabolus cibariis delicatis, quibus fomes nutritur, & concupiscentia augmentatur.

Item diuitiis, quæ præbent opportunitatem, quia nõ habet paupertas vnde suum pascat amorem.

Item exteriori ornatu, qui prouocat libidinem, & nitore cutis. *Hieron.* Nitida cutis sordidum ostendit animum, & in paonis sericis libido dominatur. Hic ignis extinguitur per subtractionem prædictorum, quia.

Subtrahe ligna foco protinus ignis abest.

Item per aquæ appositionem, id est, tribulationum perpessionem. *Eccl.* 11. d. Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ.

Item per fugam. 1. *Cor.* 6. d. Fugite fornicationem.

Quà specie Martis cedit victoria Parthis.

Cypris eo Marte, vel ea deuincitur arte.

De secundo igne, scilicet, auaritiæ dicitur. *Eccl.* 23. c. Anima calida quasi ignis ardens non extinguetur, donec aliquid glutiat. Iste ignis est sulphureus vel Græcus, qui vix potest extingui, quia auarus non implebitur pecuniâ. *Eccl.* 5. b.

De tertio igne. *Iob.* 1. c. Ignis cecidit de cœlo & tactas oues & pueros consumpsit. Iste ignis est fulgureus. Ardet enim superbus per appetitum propriæ excellentiæ, & succendit alios per violentiam opprimendo, *Psal.* 9. Dum superbit impius incenditur pauper.

Item fœtet Deo & Angelis. *Eccl.* 10. a. Odibilis coram Deo & hominibus superbia.

Item fumigat gestu & ornatu exteriori, quia sicut fumus signum est ignis, sic superbiam cordis manifestat ornatus & gestus corporis. *Eccles.* 19. d. Amictus corporis & risus dentium, & gressus hominis enunciant de illo. Quia ergo illo triplici igne succensi sunt, propter hoc igne gehennali succendentur. *Deut.* 32. c. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.

l Et deuorabit fundamenta eius, id est, occultas cogitationes. *Sap.* 4. d. Commouebit eos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur.

m Non crediderunt Reges terræ. Est triplex terra. Suprema, media, infima, Suprema, Paradisus, media quam terimus, infima Infernus. *Triplex terra.*

De prima. *Psal.* 26. Credo videre bona Domini, in terra viuentium.

De secunda. *Gen.* 3. d. Terra es, & in terram ibis. *Psal.* 23. Domini est terra, & plenitudo eius.

De tertia. *Iob.* 10. d. Terram tenebrosam & opertam mortis caligine, &c. Quælibet terra habet suos Reges. Paradisus habet Reges, Patrem. *Malach.* 1. d. Rex magnus ego sum.

Item filium. *Psalm.* Deus autem Rex noster ante sæcula. Item. Ego autem constitutus sum Rex ab eo. *Psalm.* 73. *Psalm.* 2. *Apoc.* 19. c. Habet in vestimento & in femore scriptum, Rex regum, & Dominus dominantium. Item Spiritum sanctum. Hi tres sunt Rex vnus, Nec propriè dicuntur tres Reges sed vnus. Ibi etiam sunt Reges Angeli, & Sancti. *Iob.* 3. c. Nunc dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum Regibus & Consulibus terræ. Reges mediæ terræ, sunt *Iusti.* 1. *Pet.* 2. b. Vos estis genus electum regale Sacerdotium *Apoc.* 1. b. Qui fecit nos Deo nostro regnum & Sacerdotes. Reges infimæ terræ sunt Dæmones. *Genes.* 14. b. Quatuor Reges tulerunt substantiam Loth, id est, Dæmones qui asportant omne bonum hominum per quatuor genera tentationum. De quibus *Psalm.* 90. Non timebis à timore nocturno. A sagitta volante, &c. Reges ergo, id est, Angeli, & iusti, & Dæmones. Non crediderunt, & vniuersi habitatores terræ.

a Quod ingrederetur hostis,] id est, Chaldæi.
b Et inimicus] id est, Idumæi.
c Per portas Ierusalem.] *Ierem.* 26. b. Apprehenderunt eum, id est. Ieremiam. Sacerdotes & pseudo-prophetæ, & omnis populus dicentes, morte moriatur, quare prophetauit in nomine Domini, dicens sicut Silo erit domus hæc, & vrbs ista desolabitur: eò quòd non sit habitator? Et hoc totum factum est.

quod *a* ingrederetur hostis, & *b* inimicus per portas Ierusalem. Mem. *c* Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates Sacerdotum eius, qui *e* effuderunt in medio eius *f* sanguinem iustorum. Nun. *g* Errauerunt cæci

d Propter peccata Prophetarum eius & iniquitates Sacerdotum eius] Quia *Ier.* 5. g. Prophetæ prophetauerunt mendacium, & Sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus dilexit talia.
e Qui effuderunt in medio eius, id est, Ierusalem.
f Sanguinem iustorum,] sicut legitur de Manasse. 4. *Regum* 24. a. Impleuit Ierusalem cruore innocentium, & ob hanc causam noluit Dominus propitiari. *g* Errauerunt

cæci

a Quod ingrederetur hostis,] id est, Diabolus. *Iob* 16. b. Hostis meus terribilibus oculis intuitus est me.
b Et inimicus] id est, peccatum *Psalm.* 37. Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.
Multiplex porta. *c* Per portas Ierusalem] id est, per prælatos Ecclesiæ *Apoc.* 21. f. singulæ portæ erant ex singulis margaritis. *Isa.* 54. c. Ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos. Notandum est autem quod est multiplex porta.

Prima est Christus, *Genes.* 28. d. Non est aliud nisi domus Dei & porta cœli. Custus huius portæ est Petrus, & cæteri Prælati. *Matth.* 16. c. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Hæc porta aperietur bonis *Apocal.* 22. c. Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni, vt per portam intrent in ciuitatem. Sed claudetur malis *Apocal.* 21. g. Non intrabit in illam aliquid coinquinatum,

Secunda porta, est Beata Virgo *Ezech.* 44. a. Porta hæc clausa erit, & non aperietur. Custos huius portæ qui semper eam seratam tenuit, fuit Spiritus sanctus. *Luc.* 1. d. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.

Tertia porta est Iudicium. *Prouerb.* vlt. c. Nobilis in portis vir eius, cùm sederit cum Senatoribus terræ. Huius portæ clauem & potestatem habebunt Apostoli, & Apostolici viri *Matth.* 19. d. In generatione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos, &c. Hæc porta aperietur eis, quibus dicetur. Venite benedicti Sed claudetur eis, quibus dicetur. Ite maledicti in ignem æternum, &c. *Matth.* 25. d.

Quarta porta sunt Doctores, & Prælati *Isa.* 54. c. Ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos per has portas intratur in Ecclesiam. *Matthæi.* vlt d. Ite, docete omnes gentes. Et exitur, quando excommunicant. Custos & clauiger huius portæ Christus est. *Luc.* 21. c. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri.

Quinta porta sunt Sacramenta: *Psalm.* 99. Introite Portas eius in confessione, *Cant.* 7. b. Oculi tui sicut piscinæ in Esebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis Clauis qua hæc porta aperitur est illa forma, quam Dominus dedit in Sacramentis.

Hæc porta fuit aperta in latere arcæ, quando vnus militum lanceâ latus Christi aperuit. *Ioan.* 19. f. sed clauditur his qui fictè, & indignè accedunt 1. *Corinth.* 11. g. Quicunque manducauerit indigne, &c.

Sexta porta est conuersatio honesta, & operatio bona *Iob.* 29. b. Si quando procedebam ad portam ciuitatis, in platea parabant cathedram mihi, *Psalm.* 126. Non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta. Custos huius portæ est discretio. *Roman.* 21. a. Rationabile sit obsequium, vestrum.

Hæc porta est aperta adultis, qui habent tempus operandi qui tamen saluantur per sacramenta.

Septima porta sunt virtutes quibus ad Deum imus, & maxime humilitas, spes, & charitas. De his *Iudith.* 13. b.

Aperite portas, quia nobiscum est Deus. Custos huius portæ est perseuerantia, quia *Matth.* 10. c. & 24. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, *Apoc.* 3. c. Tene quod habes, ne alius coronam tuam accipiat.

Hæc porta generaliter aperitur omnibus, qui volunt intrare. *Matth.* 11. d. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos virtutibus, scilicet. Custos huius portæ malè seruauit Iudam. Humilitas igitur est porta ab Oriente:

A nostro enim ortum habemus quod debet alios humiliare. In hac porta stabat sponsa, cum dicebat: Cum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum, *Cant.* 1. d. Item spes est porta ab Aquilone, quæ incendia vitiorum, & persecutionem facit refrigescere, *Roman.* 12. c. Spe gaudentes, in tribulatione patientes.

In hac porta stabat sponsa, cum dicebat: Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum, *Cant.* 1. 2.

Item Charitas porta est ab Austro, quæ ortom mentis in gratia calefacit, & virtutum germina resoluit, *Luc.* 12. f. Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur. In hac porta stabat sponsa, cum dicebat: Surge Aquilo, & veni Auster, & perfla hortum meum, & fluent aromata illius, *Cant.* 4. d. Ab Occidente nulla porta est, quia Sancti quando moriuntur non occidunt, sed viuere incipiunt. Vnde mors eorum vocatur natalis. Vnde *Iob.* 11. b. Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis, miseriæ quoque obliuisceris, & quasi aquarum quæ prætereunt non recordaberis, & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaueris, orieris, vt Lucifer.

Hæ sunt septem portæ Ierusalem de quibus *Neemia* 5. Per primam portam quæ est Christus, non est ingressus hostis, quia peccatum non fecit, nec est inuentus dolus in ore eius, 1. *Pet.* 2. d. Per secundam portam, id est, beatam Virginem ingressus est hostis humani generis, id est peccatum originale, in quo concepta fuit, sed ab hoc sanctificata in vtero, & post conceptum filij non potuit hostis ingredi, quia etiam nec venialiter peccare potuit. *Hoc est contra decretum modernorum Patrum.*

Per tertiam, quæ est Iudicium ingredietur hostis Diabolus, scilicet, in plenam possessionem malorum.

Per quartam, quæ est Doctores, & Prædicatores, ingreditur quotidie hostis per peccatum.

Per quintam, scil. Sacramenta Ecclesiæ ingreditur hostis quando venialia exponuntur.

Vnde *Isa.* 1. f. Quomodo facta est meretrix, vendendo Sacramenta, ciuitas fidelis, scilicet, Ecclesia?

Per sextam, portam, quæ est operatio bona, vel conuersatio sancta, & per septimam, quæ est virtutes, ingreditur hostis, quando homo propter bonum opus, quod facit, vel propter virtutes, quas habet superbit. Vnde *August.* Superbia verò etiam bonis operibus insidiatur vt pereant. Hæc autem omnia.

d Propter peccata Prophetarum eius, & iniquitates Sacerdotum eius] id est, malorum Prælatorum.

e Qui effuderunt in medio eius,] id est, apertè, & in publico, sanguinem iustorum. Hoc est quod dicitur *Dan.* 13. a. Iniquitas egressa est à senioribus populi, qui videbantur regere populum. Effundunt autem Prælati sanguinem iustorum.

Vel animis asperè corripiendo, quia *Prouerb.* 30. d. Qui vehementer emungit, elicit sanguinem.

Vel apertè peccando, *Isa.* 3. b Peccatum suum vt Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.

Vel bona subditorum rapiendo. *Ierem.* 2. g. In alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum. Alæ sunt Prælati quibus debet Ecclesia volare, *Isa.* 3. c. Rapina pauperis in domo vestra.

Errauerunt cæci in plateis.] Cæci sunt qui non habent oculos: De quibus *Zach.* 3. d. Super lapidem vnum septem oculi sunt.

Primus oculus est Deus. *Zach.* 9. a. Dominus est oculus hominis. Hunc oculum qui non habet per gratiam, cæcus est. Ipse enim illuminat hominem interiorem. *Ps.* 26. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?

Secundus oculus est Prælatus bonus, *Iob.* 29. c. Oculus fui cæco: & pes claudo.

Tertius est Prædicator. *Apocal.* 1. d. Oculi eius tanquam

flamma ignis

Δ uerunt cæci in plateis, quia de nocte ducebantur in captiuitatem.
b Polluti sunt sanguine) occisorum.
c Cumque non possent intrare] in domos, scilicet.
d Tenuerunt lacinias suas] Id est, extremitates palliorum vt sic introducerentur, sicut cæcus tenet scissuram vestis illius à quo ducitur sic isti.

al. † Nō habet intrare.
al. † lasciuias.

Vel excæcati ad literā velati oculos ab hostibus in captiuitatē ducebātur Vel, lasciuias, sicut legit quædam Glos. Sed verior litera est lascinias. Laciniæ autem sunt vel extremitates vestium, vel linguæ quas habent ioculatores in vestibus suis.

a plateis, b polluti sunt sanguine. c Cumque non possunt † intrare d tenuerunt † lacinias suas. Samech. e Recedite f polluti g clamauerunt eis, h recedite, i abite, k nolite tangere. l Iurgati m quippe sunt, & n commoti, o dixerunt inter gentes, p non addet, q vltra, vt r habitet in eis: Phe. s Facies Domini t diuisit eos, u non addet vt x respicit, eos. y Facies Sacerdotum non erubuerunt, z neque senum miserti sunt.

e Recedite,] hic Propheta deplorat scelera populi, quæ tanta fuerunt, vt eis hostes insultarent. Dicit ergo.
g Clamauerunt eis) hostes, scilicet, Iudæis dicentes.
e Recedite] à sanctuario Dei vos Iudæi.
f Polluti criminibus multis, quasi iustè debetis captiuari, quia multi sceleribus estis pleni.
h Recedite.] In captiuitatem.
i Abite] de Ierusalem.
k Nolite tangere] Templum, vel nos, ne vestris criminibus nos inficiatis. Et hoc dicunt Chaldæi, vel Romani abominantes peccata Iudæorum. Hæc omnia dixerunt eis.
m Quippe.] Id est, quia.
l Iurgati sunt,) Inimici eorum.
n Et commoti,] sunt vtrique hostes ad iram, Iudæi ad lacrymas.
o Dixerunt,] Gentiles, vel ipsi Iudæi habitantes inter gentes.
p Non addet] Dominus, scilicet.
q Vltra vt habitet in eis. Id est, non reuertentur de captiuitate. Et hoc verum est de illa quæ facta est per Romanos, in qua erunt vsque in finem mundi. Vel hoc dicit, quia Iudæi inter gentes habitantes negauerunt Dominum.
s Facies Domini diuisit eos,] Id est, dispersit Iudæos.
u Non addet vt respiciat eos.] vsque in finem mundi.
Et: Quare? Quia. y Facies Sacerdotum non erubuerunt, quin peccarent coram eis: vel quia eos cæderent, vel conspuerent. z Neque senum miserti sunt,]
Δ cùm sit miseranda
Θ flamma ignis. *Cant.* 5. c. Oculi eius sicut columbæ super riuos aquarum quæ lacte sunt lotæ. Ipsi enim debent esse Columbæ per mansuetudinem; super riuos aquarum stare, per scripturarum continuam meditationem, lacte lauate per castitatem. Quartus est ratio. *Cant.* 6. a. Auerte oculos tuos, quia ipsi me auolare fecerunt. Cùm enim homo per rationes humanas Deum quærit cognoscere, Deus auolat. *Psalm.* 63. Accedet homo ad cor altum, id est, ad subtilitatem rationum, & exaltabitur Deus, *Iob.* 22. d. Qui inclinauerit oculos suos, id est, intellectum ipse saluabitur. Quintus conscientia. *Matth.* 7. a. Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides. Sextus est Intentio. *Luca* 11. e. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Septimus, meditatio *Ecclesiast.* 2. c. Oculi sapientis in capite eius, id est, in Christo. *Cant.* 4. c. Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, id est, in vna meditatione tua. Qui ergo hos oculos non habent, cæci sunt & ideò errant. Corde malè cogitando. *Psalm.* 94. Et dixi semper hi errant corde, *Sap.* 2. d. Hæc cogitauerunt & errauerunt, excecauit enim eos malitia ipsorum. Item ore male loquendo, vel male docendo, *Prou.* 21. c. Vir qui errauerit à via doctrinæ, in coetu gigantium commorabitur. Item, opere mala perpetrando. *Prou.* 14. c. Errant, qui operantur malum.
a In plateis.) Id est, in latitudine vitæ secularis, quæ trifurcata est, scilicet, in diuitias, in delicias & honores. De his plateis dicitur Prædicatori, *Luca* 14. c. Exi citò in vicos & plateas.
b Polluti sunt sanguine. Id est, peccatis, *Psalm.* 105. Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum.
c Cùmque non possent intrare,] In Ecclesiam Dei, vt ibi promouerentur impedientibus eorum peccatis.

d Tenuerunt lacinias suas.] Id est, peccatis amplioribus, & lasciuiis se expoluerunt, de promotione sua amplius desperantes. *Osea* 4. d. Sicut vacca lasciuiens declinauit Israel. Non attendentes quid dicat *Amos* 6. a. Væ vobis qui opulenti estis in Syon & confiditis in mōte Samariæ, i. in arca pecuniæ. Et post pauca. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Vel aliter.

c Cùmque non possent intrare.] in Ecclesiam, vt ibi fiant Prælati contradicentibus sibi multis, vel è contrario aliis electis.

d Tenuerunt lascinias suas. Id est, faciunt conspirationes, & colligationes iniquas, 1. *Cor.* 11. d. Audio inter vos scissuras esse, & ex parte credo.
e Recedite polluti clamauerunt eis,] sic clamant peccatoribus Prædicatores vt recedant à peccatis. Quia *Eccles.* 35. a. Salutare sacrificium est attendere mandatis & discedere ab iniquitate *Zach.* 2. b. O ô ô fugite de terra Aquilonis. Tripliciter dicit, ô, propter tria quæ impediunt hominem ne recedat à peccato, scilicet, timor, pudor, & amor; hic est funiculus triplex qui difficile rompitur, *Eccles.* 4. c.
h Recedite à consortio malorum. *Ier.* 50. b. Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini. *Num.* 16. d. Recedite de tabernaculis impiorum, 2. *Cor.* 6 d. Exite de medio eorum & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis.
i Abite,] mente ab eis, non solùm corpore. E contra dicit Pharao, scilicet, Diabolus, *Exod.* 8. g. Longiùs ne abeatis.
k Nolite tangere,) *Isa.* 52. d. Exite inde, pollutum nolite tāgere. Quia qui tāgit picem inquinabitur ab ea, *Eccl.* 13. a.
l Iurgati quippe sunt post prædicationem Prædicatorum & clamorem, ostendit quid faciant mali dicens, Iurgati, &c. Quia *Prou.* 17. b. Semper iurgia quærit malus. *Prou.* 6. b. Omni tempore iurgia seminat. E contrario faciunt boni. *Genes.* 13. b. Ne sit iurgium inter me, & te, sic dixit Abraham ad Loth.
n Et commoti sunt à statu rectitudinis, quia peiores fiunt ex admonitione bonorum, *Sap.* 4. a. infirmiter positi à vento commouebuntur. Sed tamen Prædicatores.
o Dixerunt inter gentes,] Id est, gentibus prædicauerunt, hoc quod sequitur.
p Non addet vltra] Dominus, scilicet.
r Vt habitet in eis.] Id est, in pollutis. Postquam enim in peccatis sunt mortui, non possunt ad misericordiam Dei reuerti, quia vbicunque ceciderit lignum siue ad Austrum siue ad Aquilonem ibi erit. *Eccles.* 11. b.
s Facies Domini.] Id est, filius.
t Diuisit eos.] Id est, diuidet peccatores, & pollutos à bonis in die Iudicij. *Matth.* 25. c. Separabit agnos ab hoedis. Vel.
s Facies Domini.] Id est, amor temporalis boni, in quo aliquantulum apparet Bonitas Dei.
t Diuisit eos.] Id est, clericos in pluribus Ecclesijs vbi sunt præbendati, quia enim Deus non sunt, simul tot in diuersis locis esse non possunt, & ideo sunt diuisi. Sed quid dicitur *Os.* 10. a. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Notandum autem est hic, quod Christus habet faciem pueri. *Malach.* 3. a. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam. Hic Angelus fuit Ioannes Baptista, qui puerum nesciturum præcessit. Item dicitur Deus habere faciem peregrini, *Luc.* 9. f. Facies eius erat euntis in Ierusalem. Item matris consolantis. *Iob.* 13. d. Quare faciem tuam abscondis. Item patroni defendentis. *Psalm.* 79. Ostende faciem tuam, & salui erimus. Item iudicis potentis. *Iob.* 13. b. Nunquid faciem eius accipitis, & iudicare pro eo nitimini?
u Non addet.] In die iudicij.
x Vt respiciat eos] ad liberandum, *Iud.* 10. c. Non addam, vt liberem eos, *Mat.* 25. a. Clausa est ianua misericordiæ. Et quare hoc? Quia.
y Facies Sacerdotum non erubuerunt] sed coram eis peccauerunt. *Ier.* 3. b. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. *Ier.* 6. Confusione confusi non sunt, & erubescere nescierunt.
z Neque senum miserti sunt] id est, non compatiebantur senibus, sed eos deridebant.

& cum sit miseranda senectus. *Luca.* 19. g. Honora faciem senis.

a Cum adhuc hic deplorat stultitiam Iudæorum qui plus in Ægyptijs quam in Deo confidentes, eorum auxilium expectabant, quod sibi videntes deesse dicebant. Cum adhuc subsisteremus, defendentes nos contra Romanos.

b Defecerūt oculi nostri,] Id est, spes nostra.

c Ad auxiliū nostrum vanum,] quod ab Ægyptijs expectauimus, & frustra, & inaniter. Et dicit: Oculi, quia tota die respiciebant in vias Ægypti, si venirent Ægyptij liberare eos. Vnde sequitur. d Cum respiceremus attenti ad gentem quæ saluare nos non poterat) Vnde *Isa.* 30. b. Ægyptus enim frustra, & vanè auxiliabitur.

D

Ain. a Cum adhuc subsisteremus b defecerunt oculi nostri ad c auxilium nostrum vanum, cum d respiceremus attenti ad e gentē quæ saluare nos non poterat. Sade f Lubricauerunt vestigia nostra in g itinere platearum nostrarum, h appropinquauit finis noster, i completi sunt dies nostri, quia k venit finis noster. Coph. l Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis cœli, m super montes persecuti sūt nos, n in deserto insidiati sunt nobis.

f Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum] ad literam, propter sanguinem effusum, qui vias facit lubricas. Vel sic quia sumus ingrauescente dolore, velut amentes effecti, inceperunt vndique discurrere, in vno loco, vel ad modicum subsistere non valentes, quasi in lubrico. Et impletum est in eis illud *Psalm.* 43. Fiant viæ illarum tenebræ, & lubricum. Et *Ierem.* 23. c. Ideirco via illorum erit, quasi lubricum in tenebris, impellentur & corruent in ea.

h Appropinquauit finis noster,] hoc factum est sub Tito, & Vespasiano. De quo fine *Ezech.* 7. b. Venit finis, finis venit.

i Completi sunt dies nostri] per completionem peccati, & bene dico, completi

k Quia venit finis noster] Planum est.

l Velociores fuerunt persecutores nostri Aquilis cœli] quæ ad escam properantes, velociter descendunt. *Isa.* 5. g. Festinus velociter veniet. *Abac.* 1. c. Volabunt quasi Aquila festinans ad comedendum.

m Super montes persecuti sunt nos] ad literam. Et hic captat beneuolentiam Iudæis a persona aduersarij.

n In deserto insidiati sunt nobis] ad occidendum & capturandum. *Mich.* 7. a. Omnes in sanguine insidiantur.

Δ Spiritus oris nostri

Θ Cum tamen dicat *Ecclesi.* b. 8, Ne spernas hominem in senectute sua, etenim ex nobis senescunt.

a Cum adhuc subsisteremus.] vox est damnatorum dicentium in Inferno. Cum adhuc subsisteremus, id est, viueremus.

b Defecerunt oculi nostri] Id est, intentiones nostræ, quæ sunt oculi interiores. *Iob.* 11. d. Oculi impiorum deficient, & effugium, peribit ab eis, & spes eorum abominatio animæ.

c Ad auxilium nostrum vanum] Id est, ad temporalia, in quibus confidebamus, quæ tamen vana sunt, quia iuuare non possunt. *Ezech.* 7. c. Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini.

d Cum respiceremus attenti] quasi in exemplari, quasi in speculo, quasi in libro nostro.

e Ad gentem quæ saluare nos non poterat] Id est, ad parentes & amicos pro quibus multùs nos exposuimus peccatis: qui non poterunt liberare nos. *Sapien.* 4. a. Multigena impiorum multitudo non erit vtilis. Et in eodem paulopost. Ex iniquis enim omnes filij qui nascuntur testes, sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua.

f Lubricauerunt.] Adhuc sunt verba damnatorum confitentium in Inferno se errasse, & dicentium. Lubricauerunt vestigia nostra,] id est, affectus.

g In itinere platearum nostrarum Id est, diuitiarum, deliciarum & bonorum, de vno, scilicet, cadentes in alterum, sicut pila cadens in terra plana, de latere super latus voluitur, *Isa.* 22. c. Quasi pilam mittet te in terram latam, & speciosam, de hoc lubrico *Ier.* 23 c. Via eorum erit quasi lubricum in tenebris, impellentur, & corruent in ea.

h Appropinquauit finis noster,] hoc dicunt damnati pœnitentes. Finis, id est, mors temporalis vel æterna *Eccl.* 21. b. Via impiorum complantata lapidibus, & in fine eorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Tria dicit, contra tria peccata superbiam, auaritiam, & luxuriam.

i Completi sunt dies nostri] Id est, consummati.

k Quia venit finis noster, Id est, mors, *Ezech.* 7 b. Venit finis, finis venit. *Psal.* Appropinquauerunt vsque ad portas mortis. *Psal.* 185.

l Velociores fuerunt persecutores nostri, id est, Dæmones, *Exod.* 15. b Dixit inimicus, persequar, & cōprehendam, diuidam spolia. Dat enim carnem hominis vermibus: substantiam parētibus, animam sibi, *Eccl.* 10. b. Cum morietur homo, hæreditabit serpentes, bestias & vermes. Sed quia Diabolus, cum diuidit. deteriorem partem sibi non retinet. Propter hoc sequitur, Implebitur anima mea. Isti sunt.

l Velociores Aquilis cœli,] id est, Prædicatoribus cœlestium gaudiorum. Prædicatores veloces sunt. *Isa.* 18. d. Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est alius, ad gentem expectantem, & conculcatam, cuius diripuerunt terram eius. Conuulsam, per superbiam, id est, ad illos ite, quos ventus superbiæ conuulsit ab horto Paradisi. Dilaceratam, per auaritiam quæ cor in diuersa trahit. Ad populum terribilem, per inuidiam, quæ facit similem Inferno. Post quem non est alius, ita vtis per luxuriam, Expectantem, per acediam. Conculcatam, per iracundiam quæ lapides pretiosos, id est, correctionem conculcat. Cuius diripuerunt flumina terram eius, per gastrimargiam. Flumina enim sunt nimius cibus, nimius potus.

Ad vos debent velociter currere Prædicatores. Sed velociores sunt Dæmones, quia præueneerunt, vt prædicationem impediant: faciendo choreas duci, vel ad nundinas iri, vel ad forum, vel huiusmodi. *Psalm.* 17. Præuenerunt me in die afflictionis meæ. *Ierem.* 4. d. Velociores Aquilis equi illius.

m Super montes dignitatum, persecuti sunt nos. Dignitates enim sunt montes Gelboe, 2. *Regum* 1. d. Vnde *Genes.* 31. c. Assumptis fratribus suis persecutus est eum septem diebus, & comprehenderunt eum in monte Galaad.

n In deserto insidiati sunt nobis:] Id est, in claustro. *Ecclesi.* 27. b. Leo venationi insidiabitur semper *Psalm.* 9. Insidiatur in abscondito, quasi Leo in spelunca sua. Vult claustrales decipere in occulto, sicut ipsi latent in occulto. *Ierem.* 5. f. Inuenti sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo. *Ecclesi.* 11. d. Multæ sunt insidiæ dolosi. Dicuntur autem Prædicatores Aquilæ, propter multa. Aquila enim altè volat, sic isti. *Iob.* 39. d. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur Aquila? Et prædicatores dicunt, & Prælati, *Phil.* 3. d. Nostra conuersatio in cælis. Item manet in petris; sic Prædicator in dura vita *Iob.* 39. d. In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus, inde contemplatur escam. Item rostrum terit ad petram, hoc est, quod Prædicator silentium sibi imponit cum tempus est, vt postea ad loquendum sit habilior. *Isaia* 32. d. Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium; sicut è contrario dicitur, *Prou.* 25. d. Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Item est Rex auium, sicut bos iumentorum & Leo ferarum, & homo rationalium, & isti & se & alios regunt. *Iob.* 3. b. Nunc enim dormiens silerem cum Regibus & Consulibus, qui ædificant sibi solitudines, id est, claustra. Item venatur Columbas, sic isti acquirunt dona Spiritus S. in orationibus, meditationibus, & lectionibus, non muscas, id est, temporalia. Item ieiunat vt dicitur, per quindecim dies, sic isti sunt abstinentes. Quia, *Eccl.* 37. Qui abstinens est adiiciet vitam. Item gemmam ponit in nido suo, vt pullos suos à serpentibus defendat. Hæc gemma est correctio. *Prou.* 25. b. In auris aurea, & margarita fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem. Item Solem intuetur in rota, quod non facit alia auis; sic Prædicator ad Dominum debet loqui in contemplatione familiaritate secreta. *Exod.* 33. b. Loquebatur Dominus

Prædicatores dicuntur aquilæ propter multa.

Θ tur Dominus

A *a* Spiritus oris nostri Christus Dominus Hoc exponitur secundum fabulas Iudæorum de Iosia, quem Iudæi vocant spiritum oris sui: quia sub ipso pacificum Regnum habuerunt, sicut spiritus bene regit corpus. Vel sic dicitur propter iactantiam Iudæorum, qui semper in ore habebant Iosiam de eo se iactantes. Hic inquam.

Res, *a* Spiritus oris nostri Christus Dominus *b* captus est in peccatis nostris, *c* cui diximus, in *d* vmbra tua *e* viuemus *f* gentibus. Sin. *g* Gaude &c, *h* lætare *i* filia Edom, quæ *k* habitas in terra Hus.

b Captus est in peccatis,] id est, pro peccatis nostris, intersectus à Pharaone Nechao. *4 Reg.23.* f. pro peccatis enim populi aliquando ponitur Prælatus. *Deut.3.* d. Iratúsque est mihi Deus propter vos.

c Cui diximus, in vmbra tua viuemus in gentibus] id est, sub tua protectione securi erimus: vbique enim ipsum gentibus opponebant Iudæi.

g Gaude & lætare filia Edom,] Hic quæritur quare comminetur Idumæis, cum deberet comminari Romanis. Et soluunt Iudæi dicentes, quòd Romani fuerunt de Idumæis. Sed constat quòd non dicunt verum; quia fuerunt de Iaphet filio Noe, Idumæi verò de Seir. Sed causa litteralis est, quia plus nocuerunt eis Idumæi quia cum Chaldæis venientes templum succēderunt, vel quia ipsi de malis Iudæorum lætati sunt, cùm deberent iuuare eos, vtpote fratres eorum: dicit ergo: Gaude, Ironicè, quasi non debes gaudere.

k Quæ habitas in terra Hus.] Contra, immo in Seir, *Gen. 36.* b. Hæ sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir. Item aliud contra *Gen.22.* d. legitur, quòd Hus fuit primogenitus Nachor fratris Abrahæ, qui de Melcha vxore sua octo filios habuit, qui omnes fuerunt in Mesopotamia Syriæ. Sol. De Hus filio Nachor non est hic sermo, sed de Hus quæ est terra, quæ dicitur esse in finibus Idumææ, & Arabiæ, quæ alio nomine terra Ausitidis vocatur. Vnde *Ieremiæ vigesimo quinto cap.* d. Cunctis regibus terræ Ausitidis. Vbi dicit *Gloss.* quæ Hebraicè dicitur Hus, de qua dicitur: homo quidam erat in Regione Ausitidis nomine Iob: Large itaque sumitur ad Idumeam, & Arabiam, & terram Ausitidis.

A Ad re quoque perueniet

tur Dominus ad Moysen facie ad faciem sicut loqui solet homo ad amicum suum, *Num.12.*b. Ore ad os loquar ei, scilicet, Moysi, & palam non per ænigmata, & figuras Dominum videt.

Item probat pullos suos ad radium Solis, sic Prædicator bona opera sua, vel discipulos ad exemplum Christi. *Ierem. 6.* g. Probatorem dedi te in populo meo robustum. *4. Reg. vlt.* e. Sophar, id est, speculator, Princeps exercitus qui probabat tyrones de populo terræ. Item lambit sanguinem, sic illi diligentius reuoluunt in corde, & narrant in lingua Christi Passionem, *Iob trigesimo-nono* d. Pulli Aquilæ lambunt sanguinem.

Item alas innouat pennas veteres deponendo, sic isti familiam suam in fonte pœnitentiæ innouant. *Zachar. 13.* a. In die illa erit fons patens, quia nulli negatur domui Dauid, & habitatoribus Ierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ.

Item fulua est exteriùs, similis Miluo, sic isti sunt exteriùs similes peccatoribus: quia omnibus se conformat sine peccato, *1. Cor. 9.* d. Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem.

Item quando stat, respicit vngues. Per vngues quibus fit rapina, designantur peccata: quia isti recepti sunt in quiete, in sua conscientia, propria deflent peccata, quamuis sperent ea esse sibi dimissa. *Eccl. 5.* b. De propitiatu peccatorum noli esse sine metu.

Item piscatur pisces, sicut dicit *Gloss.* super *Deut.14.* Per pisces mundam, & curiosi homines, quos Prædicatores piscantur extrahentes eos de mari mundi, & peccati. *Matth. 4.* d. Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum. Item de præda quam rapit, viuit *Matth. 24.* c. Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur & Aquilæ. Et præda istorum est Regnum cœlorum. *Matth. 11.* b. Violenti rapiunt illud. Item vocem habet clamosam, sic isti prædicationem. *Isa 58.* a. Clama ne cesses. *Osea 8.* a. In gutture tuo sit tuba quasi Aquila super domum Domini. *Isa. 40.* b. Vox dicentis: clama. De his sunt quatuor versus.

Alta volat, manet in petris, rostrûm terit, est Rex?
Venatur, ieiunat, habet gemmam visa Solis.
Sole probat pullos, lambit, fons innouat alas.
Fulua videns vngues: pisces prædam reboant vox.

a Spiritus oris nostri Christus Dominus.] Aptissima est hæc prophetia de Iesu Christo, qui captus est à Iudæis propter peccata nostra: Et hoc est quod dicit.

b Captus est in peccatis nostris.] *Isa.54.* b. Vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Et *Matth. 26.* e. Tanquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me. Dicitur autem Christus spiritus oris: quia sicut attrahimus aerem, & respiramus, sic Christum attrahimus per fidem, & respiramus per confessionem. *Psalm.118.* Os meum aperui, & attraxi spiritum. *Romanorum. 10.* b. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Vel attrahimus per bonam voluntatem, & respiramus per bonam actionem. Vel ideo Christus dicitur spiritus oris: quia sicut caro sine spiritu non viuit, sic nec spiritus noster sine Christo, *Ioan.14.* a. Ego sum via, veritas, & vita.

c Cui diximus] id est, dicere debuimus.

d In vmbra tua] id est, in protectione tua.

e Viuemus,] & vitâ naturæ, & vitâ gratiæ, & vitâ gloriæ.

f In gentibus] id est, nos qui fuimus Gentes, in quo notatur conuersio gentium. *Gen. 49.* b. Et ipse erit expectatio gentium. *Isa. 2.* a. Ad ipsum fluent omnes Gentes. In vmbra dicit, quia sicut gallina alas suas extendit, vt pullos suos foueat, & protegat; sicut Christus brachia sua extendit in Cruce, vt sub protectione ipsius viuamus. *Matth. 33.* d. Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti. Et notandum, quòd sicut vmbra facit refrigerium, sic Christi Passio refrigerium præstat contra omnia incentiua vitiorum. *Tob. 6.* b. Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. *Et post.* Cordis eius particulam, si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus Dæmoniorum, Christus est piscis, qui in aquis tribulationum non potuit naufragari. Hic habuit oculos à latere sicut piscis, quicquid sustinuit pro Ecclesia fecit. Hunc exenterat, qui passionem eius profundè cogitat. Cor eius reponit qui ex quanto corde nos dilexerit, attendit. Fel reponit, qui quanta fuerit Passionis eius amaritudo intelligit. Et quia non sufficimus totum amorem meditari, & cogitare, ideò dicitur de cordis particula, quòd extricat omne genus Dæmoniorum, & non de toto corde, si tamen super carbones ponatur, id est, si quis de hoc verè, & efficaciter meditetur. *Psalm.38.* In meditatione mea exardescet ignis. Siue etiam loquatur: Verbum enim Dei ignis est. *Ierem. 23.* f. Nonne verba mea quasi ignis est? Propter hoc dicitur, *1. Petr.4.* a. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. Et *Psalm. 56.* In vmbra alarum tuarum sperabo.

g Gaude, & lætare filia Edom,] filia Edom, est omnis qui Edom, id est, Esau imitatur, qui sua primogenita dedit pro modico edulio; sic multi pro temporali delectatione peccati, vel pro modicâ abundantia temporali, dant Paradisum, *sup. 1.* d. Dederunt pretiosa quæque pro cibo.

k Quæ habitas in terra Hus] quæ interpretatur consilium vel consiliator. Et hoc bene consulit Diabolus, vt pro mundanis relinquantur cœlestia, & tamen fatuum est consilium eorum. *Isai. 10.* b. Stulti principes Thaneos, sapientes consiliarij Pharaonis, dederunt consilium insipiens. Horum consilio noluit acquiescere Iob, qui dicebat *Iob 21.* b. Consilium impiorum longè sit à me. Istis ironicè dicitur, vt gaudeant in præsenti qui in futuro lugebunt. *Prou. 14.* b. Risus dolore miscebitur.

Vnde & sequitur hic: Ad te

Vel potest exponi in bono sic. *g* Gaude,] interius tu qui iustus es. *Prou. 17.* d. Animus gaudens ætatem floridam facit. *Aliter in bonum.*

h Et lætare] exteriùs, *Isai. 51.* d. Gaudium & lætitiam tenebunt. *i* Filia Edom] id est, Christi, qui suo sanguine fuit in Passione rubricatus. *Isa. 63.* a. Quare rubrum est indumentum tuum? & Edom interpretatur sanguineus.

k Quæ habitas in terra Hus, id est, qui consilio Dei credis. *Prou.12.* e. Qui pacis intrant consilia, sequitur eos gaudium. *Prou.8.* b. Ego sapientia habito in consiliis, & eruditis intersum cogitationibus.

a Ad te quoque perueniet calix] persecutionis.
b Inebriaberis] amaritudine.
Gen. 9. c Atque nudaberis,] præ paupertate. Vnum sequitur alterum, sic Noe primò inebriatus, postea nudatus. Ierem. 49. b. Ego discooperui Esau, reuelaui abscondita eius.

d Completa est iniquitas tua filia Sion] Id est, completum est tempus, captiuitatis tuæ, vt in terram tuam reuertaris, quæ pro iniquitatibus tuis ab ea recessisti. Et est hic vox Prophetæ consolantis Iudæos, & reditum de captiuitate promittentis. De quo dicitur Ierem. 25. c. Donec veniat tempus eius, cùm impleri cœperint septuaginta anni.

Ad a te quoque perueniet calix, b inebriaberis c atque nudaberis. Tau d Completa est e iniquitas tua f filia Sion, nō g addet vltra vt transmigret te: † h visitabit iniquitatem tuam i filia Edō, k discooperiet peccata tua.

al. † Visitauit

Expliciunt lamentationes Ieremiæ.

INCIPIT ORATIO Ieremiæ.

CAP. V.

RECordare l Dñe, quid m acciderit nobis n intuere, & o re-

g Non addet vltrà vt transmigret te,] si tamen ei fideliter adhæseris. Amos 8. a. Non adjiciam vltrà, vt pertranseam eum. Hoc exponunt Iudæi de fabula aureæ. Ierusalem, quam futuram dicunt tempore sui Messiæ.
h Visitabit iniquitem tuam filia Edom.] Hoc est quod dicitur Abdiæ 1. f. Et erit domus Iacob ignis. & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula. Et hoc est: quod dicit, Psalm. 136. Memor esto Domine filiorum Edom in die Ierusalem.
k Discooperiet peccata tua] id est, pœnam manifestam tibi inferet pro peccatis. Vnde & sequitur hic.
a Ad te quoque perueniet calix, id est, pœna æterna, quæ dicitur calix à mensura: Quia, Isa. 27. b. In mensura contra mensuram: cum abiecta fuerit iudicabit eam.
b Inebriaberis.] id est, maxima abundantiâ pœnam patieris. Iob. 27. d. Apprehendet eum, quasi aqua inopia, supr. 3. b. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio.
c Atque nudaberis,] quia omnia peccata malorum in futuro omnibus apparebunt. Naum 3. b. Reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & Regnis ignominiam tuam. Eccl. 11. d. In sinu hominis denudatio operum illius.

Aliter in bono Quadruplex calix. A a Ad te quoque perueniet calix, quadruplex. Primus eruditionis. Hic est sacra Scriptura. Genes. 40. b. Videbam coram me vitem, id est, Christum, in qua erant tres propagines, id est, anima, corpus, & Diuinitas, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere, calicémque Pharaonis, id est, Scripturam, in manu mea, id est, in opere. Secundus calix est tribulationis. Psal. 115. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Calicem salutaris, &c. Matth. 20. c. potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Tertius est æternæ iocunditatis. Psal. 22. c. Calix meus inebrians quàm præclarus est. Quartus est internæ deuotionis. Psalm. 74. Calix in manu Domini vini meri plenus, & cæt.
b Inebriaberis.] Primus calix inebriat. Ierem. 23. b. Factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino à facie Domini, & à facie verborum sanctorum eius. Item secundus inebriat. supra 3. b. Inebriauit me absinthio. Tertius inebriat. Psalm. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Item quartus inebriat. Eccl. 24. d. Rigabo hortum plantationum mearum & inebriabo partus mei fructum. Prima ebrietas facit obliuisci carnalitatem parentum. Psalm. 44. Obliuiscere populum tuum, &c. Secunda facit obliuisci propriam dilectionem, Eccl. 11. d. Malitia, id est, pœnalitas horæ obliuionem facit luxuriæ maximæ. Tertia facit obliuisci omnes miserias præteritas, Isa. 65. c. Et non erunt in memoria priora. Item in eodem Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, quia absconditæ sunt ab oculis nostris. Quarta facit obliuionem egestatis. Prou. 31. a. Date siceram mœrentibus, & vinum his qui amaro animo, bibant & obliuiscantur egestatis suæ.
c Atque nudaberis] tunica temporalium bonorum. Greg. Quid sunt ista temporalia nisi quædam vestimenta? Cant. 5. b. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Item Atque nudaberis. Hoc ad literam fuit verum de B. Agnete quæ vestibus fuit nudata, sed propriis crinibus crescentibus vsque ad pedes per totum corpus fuit à Domino velata. Vnde thema est in festo eius. Thema in fest.
d Completa est] id est, finita & terminata.
e Iniquitas tua] id est, pœna pro iniquitate, simile 1. Petr. 2. d. Qui peccata nostra, id est, pœnam pro peccatis nostris ipse pertulit in corpore suo super lignum. Et loquitur hic Propheta bonis, qui in fine mundi liberabuntur ab omni pœna & miseria, quando in bonis consummabuntur actus eorum. Vnde bene huic vltimæ clausulæ præponitur. Tau, quod interpretatur consummatio.
f Filia Sion] id est, ô Ecclesia. Apoc. 14. c. Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.
g Non addet vltra vt transmigret te,] modò enim transit Dominus in suis, quando eos tribulationibus exponit. Isa 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te: vel quando internam consolationem subtrahit: Cant. 2. b. Ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Sed tunc nec exponetur Ecclesia tribulationibus. Naum 1. b. Celebra Iuda festiuitates tuas & vota tua, quia non adiiciet vltra, vt pertranseat in te Belial, vniuersus interiit. Nec interna consolatio subtrahetur. Isa. 30. c. Non faciet à te auolare vltra doctorem tuum. Vnde Deut 33. b. Beniamin amantissimus Domino, habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die, id est. assiduè commorabitur. Ioan. 16 b. Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.
h Visitabit iniquitatem tuam] ad puniendum.
i Filia Edom.] id est congregatio malorum. Hic conuertit se ad consumptionem malorum. Isai. 13. b. Visitabo super orbis mala.
k Discooperiet peccata tua] Ierem. 49. b. Ego discooperui Esau, reuelaui abscondita eius, & celari non poterò. Iob. 20. d. Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget ad eum.

EXPOSITIO CAP. V.

RECordare Domine, &c. post fletum multiplicem & lamentum Ieremias pro se & pro populo ad deprecandum Dominum se conuertit. Vnde & hæc pars intitulatur. Oratio Ieremiæ Prophetæ, in qua satis secundum modū procedendi, modū orandi ostēdit, sic enim procedit. Primò, inuocat Dominum ad considerandū suas miserias & tribulationes, ipsius misericordiam humiliter obsecrans. Secundò, per ordinem suas tribulationes enarrat, Ibi Hæreditas nostra, &c. & illa pars multipliciter diuiditur. Tertiò, omnium tribulationū prius enumeratarum ostendit causam. Ibi Væ nobis quia peccauimus. Quartò Dei fortitudinem & potentiam prædicat. Ibi: Tu autem Domine in æternum permanebis. Quintò, descriptâ tribulatione sua & iniquitate confessa, & Dei magnitudine prædicata, quasi iam securus de liberatione, sed anxius de dilatione quærit quando liberabitur: Ibi Quare in perpetuum, &c. sed quia multus erat populus in captiuitate ne posset aliquis credere, quòd eorum fortitudine liberati de captiuitate reuerterentur in Iudæam, propter hoc sextò remouet hoc totum Deo attribuens. Ibi: Conuerte nos, &c. quasi per nos non possumus conuerti in terram nostram nisi tu facias. Septimò, ostendit quid post conuersionem & reditum sibi petit fieri, Ibi: Innoua dies nostros, &c. quia petit ad statum pristinum reduci quem habuit ante captiuitatē. Dicit ergo. l Recordare Domine] qui quasi oblitus videris. m Quid acciderit nobis] quam grauis pœna in captiuitate Babylonica. n Intuere, & respice] oculo misericordiæ.

A Opprobrium nostrum

l Recordare Domine] Moraliter exponitur totum sic, vt dicit Gl. Vox est Martyrum, qui in hoc mundo tormentis afflicti clamant ad Dominum Ier. 15. c. Recordare mei Domine, & visita me, & erue me ab his qui persequuntur me. Sed huic clamori respondet Dominus per Isa. 49. d. Nunquid potest obliuisci mulier infantem suum, vt nō misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui, ecce in manibus meis descripsi te. m Quid acciderit nobis] quam magnum, quam crudele nec tamē sumus contristati. Quia Prou. 12. c. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Moraliter.
n Intuere] cordis nostri deuotionem. o Et respice] corporū
° delectionem & vtilitatem.
l Recordare, & cæt.] Hoc est verbum peccatoris misericordiam postulantis. Simile. Supra 3. c. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ,] non ad puniendum, sed ad erudiendum me. n Intuere, & respice,] Oculo
A misericordiæ, quo

a Opprobium nostrum] factum nobis in captiuitate Romana in quâ ipsi Iudæi modò sunt, & erunt vsque in finem mundi, quia pro idololatria fuerunt captiuati in Babylonia, sed tantum modo septuaginta annis, sed in captiuitate Romanorum fuerunt iam plus quam mille annis. & erunt vsque ad finem Mundi in opprobrio. Ex quo lucidè patet, quòd hoc est pro peccato maiori, quàm pro idololatria, sed maius non inuenitur quàm illud quòd Dominũ Iesum tradiderunt.

spice a opprobrium nostrum, b Hæreditas nostra c versa est ad alienos, d domus nostræ e ad extraneos. f pupilli facti sumus absque patre, g matres nostræ quasi viduæ. h Aquam nostram i pecunia bibimus, k ligna nostra l pretio comparauimus.

b Hæreditas nostra.] Secunda pars, in qua vt Dominum magis flectat ad misericordiam, populi tribulationes enumerat. Et primò enumerat ea mala quæ sustinuit. Secundò, ea bona in quibus defecit, ibi: Senes defecerunt &c. Quatuordecim autem mala, quæ sustinuerunt, enumerat. Primum est, quod de propria hæreditate, & terra expulsi. Vnde dicit Hæreditas nostra versa est ad alienos, Chaldæos, scilicet, & Romanos.

d Domus nostræ ad extraneos.] Hoc referri potest ad decem tribus, quarum terram inhabitauerunt Samaritani. Secundum est, quod amici eorum fuerunt ab hostibus interfecti, ibi.

f Pupilli facti sumus absque patre.] ad literam de multis ita fuit. Vel hoc dicit: quia Regem, & Sacerdotes amiserunt Iudæi,

g Matres nostræ quasi viduæ] ad literam: quia patres multorum interfecti sunt. Vel matres vocat Synagogas. Tertium malum fuit, quod res propriæ eis ablatæ vendebantur eis carè. Vnde dicit.

h Aquam nostram] nobis ablatam.

i Pecunia] à nobis emptam, bibimus

k Ligna nostra) scilicet, tigna domorum nostrarum, vel nemora communia.

l Pretio comparauimus. Quartum malum quod ipsi cum percussionibus, & flagellis ducebantur in captiuitatem: Vnde dicit.

Δ Ceruicibus nostris

* deiectionem, & vtilitatem: Vnde sequitur.

a Opprobrium nostrum.] *Iob.* 12. a. Deridetur iusti simplicitas lampas contempta apud cogitationes diuitum *Heb.* 11. g. Ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, &c. Sed ideò dicitur *Luc.* 6, d. Beati eritis cùm vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis, gaudete in illa die, &c. ecce enim duo exigit, deuotionem cordis, afflictionem corporis pro quibus in duobus glorificabimur in anima, scilicet, & corpore. *Apoc.* 2. e. Vincenti dabo manna absconditum, & hoc quia in secreto cordis deuotionem habuerunt, & dabo illi calculum candidum, id est corpus glorificatum, & aureola martyrij decoratum. Sanctos autem suos Dñs exponit hic tribulationibus propter multa. Primò, quia sic redeunt, & se tenent cum Domino semper. *Greg.* Qui exire foras per laudes potuit, repulsus contumeliis ad se redit. Secundò, quia opprobrium superbiam reprimit. *Ier* 31. e. Castigasti me Domine, & eruditus sum quasi iuuenculus indomitus. Tertiò, quia sic cognoscere facit hominem, quantum læsit alios commtiando eis. *Eccl.* 7. e. Cunctis sermonibus qui dicuntur ne accommodes cor tuum, ne fortè audias seruum male dicentem tibi: Si enim conscientia tua, quia & tu crebrò maledixisti aliis, Quartò, quia facit cognoscere. quantum inanem gloriam diligebat, *Greg.* Qui laudem non quærit, nec contumeliam sentit. *Chrysost.* Quia valde appetitiuum est inanis gloriæ genus humanum, propterea tam facilè opprobriis captiuatur. Super illud *Matt.* 5. Beati qui persecutionem patiuntur, &c. *Gl.* Qui gloriam cœli optat, non timet opprobrium in terra. Quintò, quia homo tribulatus seipsum circumspicit & corrigit, vt nihil reprehensibile inueniatur in eo. Vnde *Isa.* 37. a. Cùm audisset Rex Ezechias verba Rapsacis, scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domum Domini. Sextò, quia sic ad deuotionem, & pœnitentiam ampliorem inuitat. Vnde *Tob.* 3. a. Cum audisset Tobias verba vxoris exprobrantis, ingemuit & cœpit orare cum lachrymis. Septimo, quia sitim vindicandi se extinguit *sup.* 5. d. Saturabitur opprobriis, scilicet, ita vt

Sancti exponuntur tribulationibus propter multa.

non expetat vindictam: saturatus enim nec sitit, nec esurit.

b Heredıtas nostra versa est ad alienos] hic deplorat Ecclesia terrã promissionis, quæ modo est in manu Saracenorum. Hæc est vera Christianorum hereditas Christo patre nostro in terris derelicta. Habuit enim Christus duplicem hæreditatem Vnam ex parte Patris, scilicet, æternam gloriam, & alteram ex parte matris, scilicet, terram promissionis.

d Domus nostræ] id est, Ecclesiæ, & loca Religiosa, quæ ibi erant.

e Ad extraneos] scilicet Saracenos *Psal.* 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam.

b Hæreditas nostra] id est, sacra Scriptura, quæ animam pascit, sicut hæreditas corpus.

c Versa est ad alienos] scilicet, hæreticos qui eam deprauant & alieni sunt à Deo. *Isa.* 1. a. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis, dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt Sanctum Israel, ab alienati sunt retrorsum.

d Domus nostræ] sacra Scriptura, quæ nos protegit contra intẽperiem, & caloris & frigoris. Caloris qui prouenit ex amore malè inflammante; & frigoris, quod prouenit ex timore malè humiliante.

e Ad extraneos] hæreticos eam deprauantes. 2. *Petr* vlt. d. Quæ indocti & instabiles deprauant. Et quòd hæretici sint extranei à Deo, dicitur *Prou.* 2. c. Vt eruaris à muliere alienâ & extraneâ quæ mollit sermones suos, & relinquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est.

Δ misericordiæ quo respexisti Petrum, *Luc.* 22. g.

a Opprobrium nostrum] factum à Dæmonibus nobis quando cecidimus in peccatum, *Psal.* 34. Dixerunt euge, euge viderunt oculi nostri, *sup.* 1. c. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.

b Hereditas nostra] cœlestis patria, quæ nobis debebatur, quando eramus in gloria.

c Versa est ad alienos] id est, ad alios, quibus dabitur loco nostri si cecidimus. *Apoc.* 3. b. Tene quod habes ne alius coronam tuam accipiat. d Domus nostræ i. cœlestes mansiones nobis promissæ. e Ad extraneos] i. ad alios vt prius *Ioh.* 14. a. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Hoc etiam verum est de monachis, quorum hæreditates, & domus propter dilapidationes suas, & superfluas expensas ad extraneos, i. ad milites, & ad clericos seculares, & ad vsurarios deuoluuntur, sequitur.

f Pupilli, &c.) Pater maior est Prælatus, qui debet subditos pascere. *Ioan.* vlt. e. Pasce agnos meos. Item vestire virtutibus, 2. *Reg.* 1. d. Filiæ Ierusalem super Saul flete qui vestiebat vos coccino in delitiis. Itẽ corrigere 2. *Tim.* 4. a Argue, obsecra, increpa. Sed in multis locis subditi facti sunt sine patre: quia in multis Ecclesiis non sunt patres sed statuæ, *Zach.* 11. d. O pastor, & idolum. Et propter hoc.

g Matres nostræ id est, particulares Ecclesiæ, sunt quasi viduæ. Mali enim Episcopi malos constituunt Sacerdotes. Vnde & sequitur illud, quod legitur 4. *Reg.* 4. a. quod quia mortuus erat maritus mulieris, volebat creditor tollere duos filios eius. Duo filij Ecclesiæ sunt, s. boni & mali.

h Aquam, &c.] i. Sacramenta Ecclesiæ quæ à peccatis nos purgant. *Zach.* 13. a. Erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Ierusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ.

i Pecunia bibimus] dicunt subditi quibus Sacramenta venduntur à Sacerdotibus cum tamen dicatur, *Isa.* 55. a. Omnes sitientes, venite ad aquas & qui non habetis argentum properate, &c. Vel aqua sacra Scriptura est, quæ dicitur aqua, quia mundat. *Ioan* 15. a. Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Item quia fluit ad valles, id est, ad humiles. *Matth.* 11. d. Confiteor tibi Pater cœli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Item quia est potus pauperum. *Isa* 41. d. Egeni & pauperes quærunt aquas. Item quia fructificare facit cor bonis operibus. *Iob.* 12. c. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur, & si emiserit eas, subuertent terram ad fructificandum.

Sacra Scriptura dicitur aqua.

k Ligna nostra] s. septem Sacramenta, quibus sustentamur appodiati eis in hac vita. l Pretio comparauimus à simoniacis Sacerdotibus, dicit. *Gl.* De hoc miratur Dñs, *Isa.* 1. f. Quomodo facta est meretrix, id est, venalis ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicid. De his *Greg.* Tolerabiliores sũt hæretici qui dicũt Spiritum S. seruum Patris & filij, quam simoniaci qui faciunt eum seruum sibi vendendo eum in Sacramentis.

a Ceruicibus nostris *b* minabamur; *c* lassis non *d* dabatur requies. *e* Ægypto dedimus ma-
B num, & *f* Assyriis, vt *g* saturaremur pane. *h* Patres nostri *i* peccauerunt, & *k* non sunt, & *l* nos *m* iniquitates eorũ portauimus. *n* Serui *o* dominati sunt nostri, *p* non fuit qui redimeret de manu eorum. In *q* animabus nostris *r* afferebamus *s* panem *t* nobis *u* à facie gladij in *x* deserto. *y* Pellis nostra quasi *z* clibanus exusta est *a* facie *b* tempestatum famis. *c* Mulieres in Syon *d* humiliauerunt, *e* & virgines in

a Ceruicibus nostris] percussi. *b* Minabamur] id est, ducebamur in captiuitatem. *c* Et lassi] in via, non dabatur requies. Quintum malũ est, quod præ famis inopia, Ægyptiis & Assyriis qui eis prius seruierunt, fecerunt homagium, & se eis locauerunt vt serui. Vnde dicit. *e.* Ægypto] id est, Ægyptiis, & Assyriis dedimus manum, fidelitatem faciendo, vel homagium. *g* Vt saturaremur pane recepto ab eis, vel in terra eorum lucrato. Sextum: quia mala patribus suis debita qui peccata receperunt, eis sunt reddita, qui Patrum peccata continuauerunt. Vnde dicit. *h* Patres nostri peccauerunt.] In deserto, vbi vitulum adorauerunt. *k* Et non sunt] quia iam mortui sunt. *l* Et nos imitantes eos in peccatis. *m* Iniquitates eorum portauimus] id est, pœnam pro iniquitate eis debitam. Vel hoc dicit Ieremias in persona modernorum Iudæorum, qui adhuc captiuati sunt: quia Patres eorum noluerunt recipere Christum. Septimum est, quòd gentes finitimæ quæ priùs eis erant subiugatæ, & quasi videbantur esse amicæ eorum, modo per dominium opprimebant eos. Vnde dicit.

n Serui nostri] priùs, postea dominati sunt nostri, &c. *p* Non fuit qui redimeret] nos de manu eorum. Ferè idem dixerat, *ibi*: Ægypto dedimus manum, sed repetit, quia addit hoc: Non fuit, &c. eadem reuoluens, vt pius iudex ad misericordiam moueatur. Octauum: quia in captiuitate erant in periculo latronum insidiantium sibi, quando opera faciebant in campis, vnde panem lucrabantur de quo viuerent. Vnde dicit. *q* In animabus nostris] id est, in periculo animarum nostrarum, id est, vitarum, afferebamus panem nobis, a facie gladij] id est, latronum habentium gladios insidiantium nobis. *x* In deserto] id est, in nemoribus vnde ligna portabamus de quorum pretio viueremus, vel in campis vbi operabamur. Nonum fuit desiccatio totius corporis, propter famem. Vnde dicit.

y Pellis nostra quasi clibanus exusta est.] In quo pro assiduitate ignis non remanet humor. Et hoc. *a* A facie] id est, à præsentia. *b* Tempestatum famis] quæ homines reddit & siccos, & nigros. Decimum est vxorum, & filiarum violatio. Vnde. *c* Mulieres in Sion humiliauerũt] Chaldæi, vel Romani, id est, violauerunt suã libidinem explendo. *e* Et Virgines in ciuitatibus Iuda] scilicet, corru-

Δ perunt. Vndecimum

* *a* Ceruicibus nostris minabamur] à Diabolo capti. Vnde, *Ier.* 2. d. filij Mempheos & Thaneos constuprauerunt te vsque ad verticem. *c* Et lassis] per peccata. *d* Non dabatur requies] quia in illis non est nisi labor *sup.* 1. a. Habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. *e* Ægypto dedimus manum, dicit peccator, & pœnitens, id est, fecimus professionem Diabolo.

f Et Assyriis] qui interpretatur dirigentes, & significant Diabolum qui semper in nos dirigit iacula suggestionum. *Psalm.* 119. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoriis. *g* Vt saturaremur pane] ad mensam Diaboli. Quæ est multiplex. Prima superbiæ, *Isai.* 21. b. Pone mensam & contemplare in specula. Hoc dicitur Balthasar, qui interpretatur absorbens diuitias. Item secunda est auaritiæ. *Eccl.* 14. b. Oculus mali ad mala & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suam. Item tertia simoniæ. *Io.* 2. c. Nummulariorum æs effudit, & mensas subuertit. *Dan.* 14. c. Fecerunt sub mensa absconditum introitum. Item quarta hæresum. *Eccl.* 31. c. Si coactus fueris in edendo multum, surge è medio & vome per confessionem, & refrigerabit te. Item quinta augutiorum: *Isa.* 65. b. Qui ponitis fortunæ mensam. Item sexta leccacitatis. *Eccl.* 40. d. Vir respiciens ad alienam mensam, sicut Histriones & Bedelli, non est vita eius in cogitatione victus, alit enim animam suam cibis alienis. Item septima deceptionis 3. *Reg.* 13. d. Cùmque sederet ad mensam, factus est sermo Domini ad Prophetam, &c. Item octaua libidinis. 3. *Reg.* 18. c. Congrega ad me vniuersum Israel in monte Carmeli, & Prophetas Baal quadringentos & quinquaginta Prophetásque lucorũ quadringentos qui comedunt de mensa Iezabel, quæ interpretatur sterquilinium. Item nona est mendacij. *Dan.* 11. c. Ad mensam vnam loquentur mendacium & non proficient. *Prou.* 20. c. Suauis est homini panis mendacij, &c. De omnibus his mensis dicit, *Isa.* 28. c. Omnes mensæ repletæ sunt vomitu sordiúmque.

Mensa diaboli est multiplex.

h Patres nostri] Adam, & Eua.

i Peccauerunt] mandatum Dei trangrediendo. *Isa.* 44. d. Pater tuus primus peccauit.

k Et non sunt] id est, mortui sunt, cum prius essent immortales, id est, potentes, non mori.

l Et nos iniquitates eorum] id est, pœnam pro iniquitate portauimus. *Eccl.* 40 a. Occupatio magna creata est omnibus hominibus & iugum graue super filios Adam quod est fames, sitis, frigus, calor, lassitudo, infirmitas, & mors. *Iob.* 6. a. Sagittæ Domini in me sunt.

n Serui] peccati scilicet, mali Prælati.

o Dominati sunt nostri] non profectum quærentes sed dominium, cùm tamen dicat Apostolus 1. *Cor.* 4. a. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi. Sed hæc est maxima abusio, quòd etiam homines volunt dominari, cùm sint mali, quibus etiamsi sint boni, non permittitur dominari nisi malis, *Gen.* 1. d. Dominamini piscibus maris, volatilibus cœli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Et quia sic faciunt commouetur Ecclesia. Vnde *Pro.* 30. c. Per tria mouetur terra, & quartum quod non potest sustinere, per seruum cùm regnauerit; per stultum cùm saturatus fuerit cibo; per odiosam mulierem cùm assumpta fuerit in Matrimonio, & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ.

p Non fuit, &c.] In quo notatur negligentia malorum Prælatorum, qui deberent minores corrigere.

q In animabus] hoc est verbum sollicitè studentium in Scriptura. In animabus nostris, id est, in desiderio animarum, vel in animabus, id est in corde retinendo.

r Afferebamus] id est, acquirebamus.

t Nobis] id est, ad vtilitatem nostram, non sicut asinus qui non sibi portat, sed aliis.

s Panem] sacræ Scripturæ, quo debemus primò nos refici, & tunc de eius sapore & valore possumus aliis loqui. Quia *Eccl.* 34. Qui non est expertus saporem, scilicet, & valorem huius panis per degustationem, quid scit? Et hoc pane munimur. *u* A facie gladij] linguæ detractoris. *Ps.* 56. Lingua eorum gladius acutus. Gladij dico percutientis vel insidiantis. *x* In deserto] id est, eis qui sunt in claustro, vel quolibet alio statu Pœnitentiæ. Et hi sunt similes Pharaoni, cui dicitur *Exod.* 5. a. Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto, quasi dicat Dominus, nolite detrahere seruis meis, qui quotidie seipsos mihi offerunt in claustro. Meditatio igitur, & lectio Sacræ Scripturæ debet esse munimem religiosorum contra linguas detractorum. Et bene dicit: In animab. quia multi habent Scripturam in linguis vel in manib. & super genua, qui non habent in corde, quia eam non intelligunt. *Ps.* 118. In corde meo abscondi eloquia tua. Vnde magnam gratiam fecit Dominus illis religiosis, qui habent apud se, qui sacram scripturam eis possint exponere.

y Pellis nostra] cutis exterior ad literam. *z* Quasi clib. exust. est] id est, denigrata, dicũt boni Prædicatores. *a* A facie tempestatum famis] id est, præ desiderio conuertendi animas. *Ps.* 58. Famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem, & quare sic sunt soliciti? quia Dæmones humiliauerunt per peccata. *c* Mulieres in Syon] id est, Prælatos muliebriter viuentes in Ecclesia, quasi dicat, quia Prælati Ecclesiarum deficiunt, & vitá & scientiá, propter hoc alij de salute animarum solliciti sunt 2. *Cor.* 11. f. Præterea quæ extrinsecùs sunt instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Vel potest sic dici. Ipsi Sacerdotes & Prælati. *d* Humiliauerunt] i. corruperunt. *c* Mulieres in Syon] id est, in Ecclesia, etiam coram crucifixo & altari. *Eccl.* 20. a concupiscentia spadonis, id est, Clerici, qui debent esse spadones propter Regnum Dei, deuirginauit iuuenculam. Propter hoc dicit Dominus. *Ier.* 11. e. Quid est, quod dilectus meus, clericus scilicet, in domo mea facit scelera multa? *Osea* 6. d. In domo Israel, id est, in Ecclesia, horrendum vidi, ibi fornicationes Ephraim, id est, Monachi proprietarij. *e* Et virgines in Ciuitatibus Iuda] id est, in cœnobiis, quod est maximum peccatum 1. *Cor.* 5. a. Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Vxor patris nostri Christi est Virgo claustralis.

* vel quælibet monialis.

Δ perunt. Vndecimum, quòd Principes eorum præ timore hostium seipsos occiderunt, & præcipitauerunt, & suspenderunt. Vel hostes in contemptum, & terrorem aliorum, maiores de Iudæis ipsis videntibus suspenderunt. Vndè dicit.

a Principes manu] propria vel hostium suspensi sunt, duodecimum, quod non reuerebantur senes, nec eis compatiebantur. Vndè dicit. d Facies senum non erubuerunt,] hostes, scilicet, sicut prædixerat eis Dñs: *Deut.* 28. e. Adducã gentem procacissimã quæ non deferat seni. Tertium decimũ fuit, quod non sufficiebat eis humiliare mulieres, imò per abusum polluebant iuuenes. Vndè dicit.

C ciuitatibus Iuda. a Principes b manu c suspensi sunt, d facies senum non erubuerunt. e Adolescentibus impudicè abusi sunt, & f puerili in ligno g corruerunt. h Senes defecerunt de portis, i iuuenes de k choro psallentium. l. Defecit gaudium cordis nostri, m versus est in luctum chorus noster.

e Adolescentibus impudicè abusi sunt.] Quartum decimum quòd etiam pueros suspendebant. Vndè dicit.

f Et pueri in ligno,] suspensi, scilicet, vt matres eorum hoc videntes amplius dolerent.

g Corruerunt.] id est, mortui sunt. Vel hoc dicit: quia tam diu ibi fuerunt suspensi, quòd per se ceciderunt: Noo enim audebant eos auferre matres, vel amici.

h Senes defecerunt.] Ostensis malis quæ sustinuerunt, ostendit bona in quibus defecerunt. Primum est, quòd non habuerunt Iudices, qui in portis sedentes iudicarent eos. Vndè dicit: Senes defecerunt de portis, vbi solebant sedere, ad iudicandum, secundùm præceptum Domini. *Deut.* 16. d. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis. Secundum est, quòd non habuerunt iuuenes, qui festa & cantica celebrarent. Vndè dicit.

i Iuuenes de choro psallentium] ad literam, de choreis quas in festis faciebant iuuenes. Et ex his duobus sequitur tertium, scilicet, defectus interioris gaudij. Vndè dicit.

l Defecit gaudiũ cordis nostri, versus est in luctum chorus noster.] Hoc dicit, quia in die Paschæ quando putabant in gaudio esse, & lætitia, capti sunt à Romanis. Quar-

Δ tum malum defectus

* vel quælibet monialis. a Principes] Prælati Ecclesiæ *Isa.* 1. f. Principes tui infideles, socij furum. Et propter hoc.

b Manu] propria, id est, pro operatione sua malâ.

c Suspensi sunt] ad furcas Diaboli, In quibus duæ trabes erectæ sunt, vanitas, & voluptas, id est, diuitiæ, & deliciæ. Trabs ex transuerso in qua latro suspenditur est honoris ambitio. De his tribus trabibus. 1. *Ioa.* 2. c. Quicquid est in Mundo, aut est concupiscentia carnis, &c. Funis est amor triplex sui, scilicet, & parentum, & dominationis, *Eccl.* 4. c. Funiculus triplex difficilè rumpitur. In his furcis suspensi sunt hodie Principes Ecclesiæ. *Amos* 6. a. Væ vobis, qui opulenti estis in Sion, ecce auaritia: Ingredientes pompaticè domum Israel, ecce superbia. Qui dormitis in lectis eburneis & lasciuis in stratis vestris, ecce luxuria. *Num.* 25. a. Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra Solem in patibulis. Et quia suspensi, propter hoc maledicti. *Deut.* 21. d. Maledictus omnis qui pendet in ligno. Notandum, quòd suspensi sunt nudi, habent oculos velatos, & manus ligatas, & sunt escæ coruorum. Sic isti sunt nudi à bonis operibus. *Apocal.* 3. Et nescis; quia pauper es, & cæcus, & nudus. Item habent oculos velatos per auaritiam. *Gen.* 20. d. Mille argenteos, id est, temporalia dedi fratri tuo, id est, Christo, dicit Deus Pater Ecclesiæ, hoc erit tibi in velamen oculorum tuorum, id est, Prælatorum.

Item manus habent ligatas: quia ad pauperes non extendunt eas, *sup.* 4. a. Non cœperunt in ea manus. Item sunt escæ coruorum, id est; detractorum, histrionum, & mimorum quibus dare est Dæmonibus immolare, vt dicit *Greg.*

Vndè *Eccl.* 20. b. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius. Qui enim edunt panem illius, falsæ linguæ sunt.

d Facies senum non erubuerunt] minores in claustris, vel in Ecclesiis. In quo notatur impudentia iuuenum, qui deberent reuereri senes, *Ierem.* 3. b. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Quando enim ad aspectum, vel correctionem senis, vel maioris, non erubescit iuuenis, tunc actum est de eo.

e Adolescentibus impudicè abusi sunt.] Hic redarguuntur quidam de peccato contra naturam, quòd multùm disseminauit hodie Diabolus in clericis, *Isa.* 2. b. Pueris alienis adhæserunt. *Ioel.* 3. a. Posuerunt puerum in prostibulo. *Rom.* 1. d. Relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes.

f Et pueri] id est, Prælati molles, & effœminati, qui tales inquirere deberent, & in eos vindicare.

g In ligno corruerunt,] id est, auaritiam temporalium secuti sunt. *Eccl.* 31. a. Multi dati sunt in auro casus, & facta est in specie ipsius perditio illorum: Lignum offensionis est aurum sacrificantium. *Osea* 4. c. Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei: hoc est, quia cùm aliquis accipit baculum Pastoralem, quando fit Episcopus, baculus suus ei annunciat, dicens: Plus oportet te habere modo de equis, & cæteris ornamentis quàm prius, & excedendo in huiusmodi, corruit per peccatum.

h Senes defecerunt de portis.] Quæ sunt septem, de quibus legitur *Neemiæ* 3. Prima est porta gregis, per quam significatur Baptismus. Vndè. *Cant.* 4. a. Dentes tui] id est, Prædicatores, Prælati, & Doctores, qui dicuntur senes, sicut grex tonsarum, quæ ascendunt de lauacro, id est, de Baptismo. Isti enim ita mundi debent esse, ac si quotidie ascendant de Baptismo. Secunda porta Ierusalem erat porta piscium: Hæc est Sacra Scriptura, in qua debent nutriri, sicut pisces in aqua. *Isa.* 50. b Computrescent pisces sine aqua. Tertia, porta vetus: Hæc est charitas, 1. *Ioan.* 2. a. Charissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus quod habuisti ab initio. Quarta porta vallis: Hæc est humilitas, *Cant.* 2. a. Ego flos campi, & lilium conuallium. *Nota septem portas Ierusalem.*

Debet enim Prælatus esse exemplum, & liber campestrium hominum, & odorem bonæ famæ infundere humilibus.

Quinta porta sterquilinij: Hæc est pœnitentia, *Iob.* 2. c. Sedebat in sterquilinio. Sexta porta fontis: Hæ sunt lachrymæ, *Ier.* 9. a. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei? Septima, porta equorum. Hæc est prædicatio, per quam exitur à vitiis, & ingreditur homo ad virtutes. Egressus enim vitij virtutis operatur ingressum, vt dicit *Greg.* Et equi sunt Prædicatores. *Abac.* 3. d. Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum, Ab his portis deficiunt multi senum, id est, Prælatorum. Et ideo.

i Iuuenes] id est, renouati per gratiam, deficiunt.

k De choro psallentium] Per chorum laus per Psalmum bona operatio significatur, quasi dicat, quia à prædictis deficiunt maiores, propterea nec renouantur minores per gratiam. Et ideo deficiunt à laude Dei, & à bona operatione. Vndè *Mich.* 2. c. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum, & paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum.

l Defecit gaudium cordis nostri,] id est, interna consolatio per peccatum mortale. *Ierem.* 2. d. Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum.

m Versus est in luctum chorus noster,] Hoc est bonum thema in vesperis omniũ Sanctorum, vel in die Mortuorum, quando post gaudium de solemnitate omnium Sanctorũ, conuertitur Ecclesia ad luctum pro animabus omnium fidelium defunctorum, simile *Iob.* 30. d. Versa est in luctum cythara mea, & organum meum in vocem flentium. Hoc verbum est verbum de Clericis, & de multis Religiosis, qui multùm cantant ore, sed parum gaudent in cordis deuotione. Vndè dicunt. *Thema in die animarum.*

l Defecis gaudium cordis oostri,] scilicet deuotio cordis, non oris.

m Versus est in luctum chorus noster,] dicunt Clerici de Ecclesiis, quasi in toto choro nostro non inuenitur largus qui alios inuitet sicut fiebat antiquitus. Vndè 1. *Mach.* 1. e. Dies festi nostri versi sunt in luctum. Item chorus. *Gloss. Interl.* virtutum. In hoc choro quando non est interdictus, per peccata cantat Alauda spei, Philomela amoris, Turtur castitatis, Columba mansuetudinis, Hirundo deuotionis *Isa.* 38. c. Sicut pullus hirundinis sic clamabo per deuotionem, scilicet. Item in hoc choro legit ratio Dei beneficia, orat concupiscibilis, gemit & flet peccata sua irascibilis. *Psal.* Laudate Dñm in tympano & choro, &c. *Psalm.* 150. Luget autẽ iste chorus, quia anima spoliata est omnibus his, sicut terra dicitur lugere, quando non abundat, vel deficit in segete. *Ier.* 4. f. Lugebit terra, & mœrebunt cœli desuper, eo quod locutus sum.

* Cecidit co-

tum malum defectus Regis. Vndè dicit.

a Cecidit corona capitis nostri.] Id est, Regia dignitas est ablata a nobis, *Ezech.* 21. f. Aufer Cidarim, tolle coronam.

b Væ nobis] tertia pars, io qua ostendit causam omnium præmissorum, scilicet, peccata. Vnde dicit: Væ nobis temporalis captiuitatis, quia peccauimus: ecce dicunt se tutle punti, in quo fau-nt iustitiæ Dei.

> *a* Cecidit corona capitis nostri, væ *b* nobis, quia peccauimus. *c* Propterea *d* mœstum factum est in dolore cor nostrum, *e* ideo contenebrati sunt oculi nostri. *f* Propter montem Sion, quia *g* disperiit, *h* vulpes *i* ambulauerunt in eo. *k* Tu autem Domine, in æternum † permanes, *l* solium tuum in *m* generatione & generationem.

c Propterea] quia peccauimus, vel quia corona cecidit de capite nostro.

D

Al. † Permanebis.

d Mœstum factum est in dolore cor nostrum, *sup.* 1. g. Multi gemitus mei, & cor meum mœrens. Et *e* Ideò contenebrati sunt oculi nostri] præ fletu.

f Propter montem Sion] Id est, Ierusalem.

g Quia disperiit.] Id est, in diuersa periit. In diuersis enim locis & regionibus dispersi fuerunt Iudæi, in quibus perierunt.

q Vulpes] Id est, Chaldæi, vel Romani, pleni fraudibus, & dolis.

i Ambulauerunt in eo] contra legem. Vndè *sup.* 1. d. Vidit gentes ingressas Sanctuarium suum, de quibus præceperas, ne intrarent in Ecclesiam tuam.

k Tu autem Domine in æternum permanet,] hic quarto Deum magnificat, & prædicat eius fortitudinem, & veritatem, quasi dicat. Ita Ierusalem est destructa: tu autem Domine in æternum permanes, id est, permanebis, id est, tua promissio stabit, quamvis ciuitas sit destructa. 2. *Paral.* 7. d. Elegi enim & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.

l Solium tuum] Id est, Templum permanet, scilicet.

m In generatione & generationem] id est, semper.

Δ Quare in perpetuum

* *a* Cecidit corona capitis nostri,] hoc possunt dicere omnes illi qui ceciderunt per mortale, vndè amiserunt coronam gratiæ, & gloriæ. De prima dicitur *Prou.* 4. b. Cùm eam, id est, sapientiam amplexatus fueris, dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te *Psalm.* 102. Qui coronat te in misericordiâ & miserationibus. De secunda, *Iac.* 1. b. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitæ. In corona gratiæ sunt quatuor lapides pretiosi, id est, quatuor virtutes. In fronte est charitas, quæ nos inflammat ad cœlestia appetenda, *Phil.* 3. e. Ea, quæ retrò sunt obliuiscens, ad ea, quæ sunt priora extendens, hæc est carbunculus ardens, : de quo *Isa.* 6. b. Carbunculus, quem tulerat de altari. Item in occipite est humilitas, quæ bona sua nec videt, nec numerat: *Bern.* Magna & rara virtus est, vt magna facientem, magnum te nescias. Hæc est Amethustus, qui mixtum habens colorem, violæ & rosæ quasdam flammulas de se effundit, & significat humilem Sanctorum verecundiam, cum odore bonæ operationis. Item in parte dextera est obedientia, quia quicquid nobis præcipit debet esse prosperum nobis. *Prou.* 21. d. Vir obediens loquetur victorias, hæc est Hiacynthus qui cum aëre mutatur, in sereno perspicuus, in nubilo obscurus est: sic obediens ad voluntatem Prælati de hoc mutatur in illud. Item in sinistra parte est patientia in aduersis. Hæc est Chrysopassus, cuius duæ sunt species, quidam viridis aureæque mixturæ; alius purpureus cum guttis aureis, & significat patientiam martyrij, vel cuiuscunque tribulationis. Item corona gloriæ quatuor habet. Ante est æternitas visionis diuinæ. Retro, euasio periculorum habitationis mundanæ. A sinistris societas Sanctorum. A dextris iocunditas Angelorum.

Quatuor lapides pretiosi sunt in corona gratia.

b Væ nobis, quia peccauimus] hæc est vox pœnitentium. *Osea* 7. d. Væ eis quoniam recesserunt à me. vastabuntur, quia præuaricati sunt in me. Vel potest esse vox damnatorum, quibus est, væ, id est, æterna damnatio, quia peccauerunt. *Isa.* 3. b. Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. *Isa.* 3. b. Væ animæ eorum, quoniam reddita sunt eis mala. Multiplex autem est corona. Prima virtutum, *Prou.* 14. c. Corona sapientum diuitiæ eorum, id est, virtutes. Secunda, sapientia, *Eccl.* 25. a. Corona senum in multa peritia. Tertia, timor Domini, *Eccl.* 1. b. Timor Domini gloria, & gloriatio & lætitia, & corona exultationis. Quarta, bona opera, *Prou.* 17. a. Corona senum filij filiorum. Quinta, superborum prosperitas, *Isa.* 28. a. Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti gloriæ exultationis eius, *Sap.* 2. b. Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Sexta, religiositas, *Apoc.* 12. a. Corona duodecim stellarum in capite eius. *Prou.* 16. d. Corona dignitatis senectus, quæ in viis iustitiæ reperietur. Septima, dignitas, vel honor temporalis, *Phil.* 4. a. Itaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, & corona mea, 1. *Thess.* 2. d. Quæ est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis, &c. Octaua, est corona gratiæ. Nona gloriæ. Hæ omnes ceciderunt de capite damnatorum.

Corona multiplex.

c Propterea] quia cecidit corona, & de peccatoribus, & de damnatis, dicit Ecclesia.

d Mœstum factum est in dolore cor nostrum,] Id est, Religiosi, qui comparantur cordi, quia sicut cor de læua spirat ad dexteram, sic ipsi de Mundo ad cœlum, *Cant.* 2. d. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, donec aspiret dies. Item cor latet, sic Religiosi, *Cant.* 4. a. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es, oculi tui Columbarum: absque eo quod intrinsecùs latet. Illud enim quod latet in Religiosis, debet esse pulcherrimum. Item in corde est pulsus, & Religiosi orationibus, & meditationibus, & lectionibus pulsant cœlum. *Luca* 11. b. Pulsate, & aperietur vobis. Item cor est sedes sapientiæ. *Prou.* 7. a. Scribe illam in tabulis cordis tui: sic Religiosi saporant cœlestia, *Apocal.* 2. e. Vincenti dabo manna absconditum. Item cor est rubeum, sic Religiosi per imitationem Passionis Christi. *Iob.* 39. d. Pulli eius, id est, Aquilæ volutantur in sanguine. *Psal.* 101. similis factus sum Pellicano, quæ auis est rubea. Item cor cibus est Accipitris, id est, Christi, qui electos sibi incorporat, *Abac.* 1. d. Cibus eius electus. Item quando succenditur totum corpus febricitat; sic quando Religiosi ardent per auaritiam, vel per luxuriam, tota Ecclesia damnificatur. *Ierem.* 23. d. A Prophetis Ierusalē egressa est pollutio super omnē terrā.

Religiosi comparantur cordi.

e Ideo contenebrati sunt oculi nostri] Id est, boni Ecclesiarum Prælati, qui dolent de casu hominum. *Iob.* 29. c. Oculus fui cæco. *Isa.* 50. b, Induam cœlos, id est, Prælatos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. Isti oculi debent esse clari, exempli boni ostensione, plani sine vitæ remissione, rotundi perfectione, extensi pœnitentiæ operatione, tenerrimi deuotione, gemini dilectione, flexibiles pietate, tecti humilitate, inuoluti septem tunicis, id est, spiritu septiformis gratiæ. Item oculus est amator pulchritudinis, oditor turpitudinis, receptor & repræsentator imaginis, Iudicator coloris, gubernator itineris, nunciator rei exterioris. Et quare hæc omnia?

f Propter montem Sion,] id est, Ecclesiam, quæ dicitur mons propter vitæ bonæ eminentiam. *Psalm.* 2. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius.

g Quia disperiit,] pro maiori parte. Vndè *Psalm.* 11. clamare cogitur; Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus, &c.

h Vulpes] id est, mali Prælati.

i Ambulauerunt in eo] Vulpes animal est fœtidum, *Ier.* 51. c. Ecce ego ad te mons pestifer, qui corrumpis vniuersam terram.

Item dolosum animal. *Ierem.* 5. f. Inuenti sunt in populo meo impij.

Item habet magnam caudam, sic isti multos socios, *Amos* 6. a. Ingredientes pompaticè domum Domini, id est, cum magna societate. De his vulpibus, *Ezech.* 13. a. Quasi vulpes in deserto Prophetæ tui Israel erant. Vel vulpes sunt hæretici, qui ex omni parte quasi obsident Ecclesiam, & Dominicam demoliuntur vineam.

k Tu autem Domine in æternum permanes,] *Iac.* 1. c. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. *Psalm.* 101. Tu autem Domine in æternum permanes. *l* Solium tuum in generatione & generationem,] Idem est solium quod thronus. Et thronus Christi est multiplex. Primus est Crux. *Apocal.* 5. b. Vidi & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem, tanquam occisum. Item thronus eius B. Virgo 3. *Reg.* 10. c. Fecit Rex Salomon

Thronus Christi est multiplex,

thronum

b a Qoare in perpetuum, &c.] Quinta pars vbi quasi iam securus iste liberationem quærit à Domino, quando liberabitur, dicens. Quare in perpetuum obliuisceris nostri, quasi dicat, & si de captiuitate Babylonica nos reducere dicas, tamen nobis videtur quod in perpetuum ibi esse debeamus, obliti à te. Et nunquid.

b Derelinques nos in longitudine dierum?] quasi dicat, tu non debes hoc facere. Et loquitur sicut homo, qui de re quam expectat anxius est & dolens. Vel hoc refertur ad captiuitatem Romanam in qua vsque in finem Mundi quasi obliti à Deo permanebunt.

a Quare in perpetuum obliuisceris nostri, b derelinques nos in longitudine dierum. c Conuerte nos Domine ad te, & d conuertemur, e innoua dies f nostros g sicut à principio. h Sed proiiciens † i repulisti nos, k iratus es contra nos vehementer.

Expliciunt Threni Ieremiæ.

al. † expulisti.

c Conuerte nos, &c.] Sexta pars, in qua suam liberationem non viribus suis, sed Domino attribuit, dicens, Conuerte nos Domine ad te, id est, ad Templum tuum in Ierusalem reuerti nos præcipe.

d Et conuertemur) quasi dicat, aliter non possumus.

e Innoua, &c.] Septima pars, in qua ostendit quid petat sibi fieri à Domino post reditum de captiuitate, scilicet, vt ad illum statum & libertatem redeant in qua fuerunt tempore Moysi, & Iosue, dicens. Innoua dies nostros sicut à principio scilicet, tempore Moysi, & Iosue, quasi dicat, sic educ nos de captiuitate, sicut eduxisti de Ægypto sub Moyse, & de deserto sub Iosue. *Eccl.* 36. a. Innoua signa, & immuta mirabilia.

h Sed proiiciens,] id est, procul à te faciens per Romanos, propter peccata nostra.

i Repulisti nos,] de terra nostra. Et quare hoc? Quia.

k Iratus es contra nos vehementer,) quando Dominum tradiderunt & occiderunt. Vnde hoc vltimum verbum refertur ad captiuitatem Romanorum, quasi dicat Propheta, etsi de prima captiuitate liberati sumus, tamen de secunda vsque in finem mundi non liberabimur. Et hoc deplorat in vltimo verbo orationis & lamentationis suæ.

* Thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus. Item Maiestas Dei. *Apoc.* 4. b. Et de throno procedebant fulgura, & voces & tonitrua. Item cœlum. *Matth.* 5. f. Ego autem dico vobis, non omnino iurare, neque per cœlum, quia thronus Dei est, &c. Item Angeli. *Coloss.* c. Siue throni, siue dominationes. Item æqualitas Filij cum Patre. *Heb.* 1. c. Thronus tuus Deus in sæculum sæculi. Item Iudiciaria potestas. *Dan.* 7. c. Aspiciebam donec throni positi sunt. Item misericordia. *Heb.* 4. d. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur. Item quilibet Sanctus. *Ecclesi.* 24. a. Et thronus meus in columna nubis. Item anima iusti. *Sap.* 7. d. Anima iusti thronus est Dei. Vbi nos habemus. In animam iusti se transfert. Item gloria æterna. *Apoc.* 3. d. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius. De his omnibus potest exponi verbum prædictum.

a Quare in perpetuum obliuisceris nostri.] Verba sunt tentatorum, qui credunt se à Deo oblitos esse. Sed non est ita. Vnde *Psalm.* 76. Nunquid obliuiscetur misereri Deus? *Isai.* 49. d. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.

b Derelinques nos in longitudine dierum.] Vox est adhuc tentatorum. *Isa.* 49. d. Dixit Sion, dereliquit me Dominus, & oblitus est mei. Sed non est ita. Quia *Isa.* 54. b. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Et *Isa.* 62. Non vocaberis vltra derelicta.

c Conuerte nos Domine ad te,] gratiam infundendo. *Psalm* 84. Conuerte nos Deus salutaris noster. Dominus igitur conuertit hominem, ipsum iustificando. *Psalm.* 22. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Et conuertit ad hominem ipsum pro peccatis puniendo. *Isai.* 1. f. Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, &c.

d Conuertemur] à vitiis ad virtutes, de mundo ad claustrum. *Ecclesi.* 5. c. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. *Matth.* 18. a. Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli non intrabitis in Regnum cœlorum.

e Innoua dies nostros, sicut à principio.] Vox est Ecclesiæ, cuius dies sunt Prælati, qui debent totam Ecclesiam illuminare, *Matth.* 5. b. Vos estis lux mundi. Quot ergo boni Prælati sunt in Ecclesia, tot sunt dies. Quælibet autem dies habet duodecim horas. *Ioann.* 11. b. Nonne duodecim horæ sunt diei? si quis ambulauerit in die, non offendit. Hæ horæ duodecim sunt duodecim fructus Spiritus. De quibus *Apoc.* 22. a. Ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium. Qui autem sunt illi fructus duodecim, determinat Apostolus. *Galat.* 5. d. Fructus autem spiritus sunt, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersùs huiusmodi non est lex. Dicit ergo Ecclesia ad Dominum.

e Innoua] per pœnitentiam. *Ecclesiast.* 36. a. Innoua signa & immuta mirabilia, glorifica manum, & brachium dextrum.

f Dies nostros,] id est, Prælatos, qui inueterati sunt. *Psalmus*. Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. *Psalm.* 17.

g Sicut à principio] quasi dicat, sicut boni fuerunt à principio Ecclesiæ, & ita modò fac bonos. *Psal.* 101. Dies mei sicut vmbra declinauerunt. *Item.* Quia defecerunt sicut fumus dies mei. Propter hoc rogat modò vt innouentur.

h Proiiciens,] quasi dicat, ita rogo te, sed proiiciens repulisti nos, dando malos Prælatos. *Osea* 13. c. Dabo eis Regem in furore meo. Et *Osea* 8. a. Ipsi regnauerunt, & non ex me, Principes extiterunt, & non cognoui, id est, non approbaui. *Chrysost.* Cor & stomachus Ecclesiæ Sacerdotes, quia si peccauerint, totus populus conuertitur ad peccandum. *Ierem.* 6. g. Frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos, *sup.* 2. a. Proiecit de cœlo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.

k Iratus es contra nos vehementer] permittendo regnare malos. *Isai.* 5. f. Iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum. Item hoc totum.

e Innoua dies, &c.] potest de illis exponi, qui internam consolationem amiserunt, & petunt sibi reddi. Dicunt itaque. Innoua dies nostros, consolationem quam prius habuimus reddendo. *Psalm.* 50. Redde mihi lætitiam salutaris tui. *Iob.* 29. a. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos secundùm dies quibus Deus custodiebat me?

h Sed proiiciens, &c.] Proiicit Dominus; id est, proiicere videtur quando tentandum hominem tentatori exponit. Sicut exposuit *Iob.* 1. c. Cuncta quæ habet in manu tua sunt. Repellit homines quasi pollutos, quando tentationibus exponit, sed nondum omninò, quia ad pœnitentiam reducit, Sed vehementer irascitur, quando non reuocat peccantem. Vnde *Isai.* 64. c. Ne irascaris Domine satis.

***

Postilla D. Hugonis Cardinalis super Threnos Ieremiæ explicit.

REVE

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI, DOMINI Hugonis, &c.

Cardinalis in Postillam super Baruch.

PROLOGVS.

Eremiæ 18. b. Benedictus vir qui confidit in Domino & erit Dominus fiducia eius: Et erit tanquam lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus. In hoc primo verbo, Benedictus vir, notatur auctor huius operis, id est, Baruch, qui benedictus interpretatur super benedictione dextræ, non sinistræ: quia multa mala sustinuit in hoc Mundo, sed postea multa bona habuit, & habet modo. Vnde *Ier.* 45. a. dicit Væ mihi misero, quoniã addidit Dominus dolorẽ dolori meo. Laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. Et sequitur post, *ibi*: Quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dñs, & dabo tibi animam tuam in salutem in omnibus locis, ad quæcunque pertexeris. Vir autem dicitur à virgo, vel vigore virtutum: Magnæ enim constantiæ & audaciæ fuit, cum volumen scripsit, & sermones Domini ex ore Ieremiæ de vniuersis malis quæ cogitabat Dominus facere filiis Israël populo Iudæorum, & Ierusalem, & legit cunctis audientibus. Et etiam cum volumen illud scidisset Rex Ioachim maior scalpello scribæ, & proiecisset in ignẽ iterum scripsit Baruch, & additi sunt sermones multo plures quàm ante vt legitur *Ier.* 36. Quâ de causâ autem, & quâ intentione scripsit Baruch, notatur, *ibi*: Qui confidit in Domino: scripsit enim ad consolationem captiuorum qui erant in Babylonia, vt confidentiam, & spem haberent in Domino. Quo loco autem scripsit notatur, *ibi*: & erit tanquam lignum, &c. Fuit enim transplantatus in Babylonem à terra sua, quæ Babylon sita est super aquas, ad literam, vel super aquas concupiscentiæ & luxuriæ, de quibus *Apoc.* 17. a. Veni & ostendam tibi statum meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt Reges terræ. Et in fronte eius nomen scriptum mysterium Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. Finis autẽ notatur per hoc: Quod ab humorem mittit radices. Ad humorem, id est, ad gaudium liberationis de captiuitate Babylonis. Vel ad humorem, id est, ad Christum, tractando de eius aduentu *inf.* 3. d. Post hæc in terris visus est. &c. Vel ad humorem, s. conuersionem Iudæorum & Gentium factam per Aduentum Christi, de qua *Isa.* 45. b. Rorate cœli desuper, &c. hic habes quis sit auctor huius operis, qua de causa, vel intentione scripserit, quo loco, quo fine. Fuit autem Baruch notarius Ieremiæ ductus in Babylonem cum tribu Iuda de Ægypto, quo cum Ieremia, & reliquiis Iuda iuit mortuo Godolia *Ier.* 43. c. Edidit autem ibi duas Epistolas. In prima inuitat Iudæos relictos in Ierusalem ad adorationem, & sacrificium faciendum pro peccatis suis, vnde & ipsi faciebant collectam in Babylonia, & simul cum hac Epistola miserunt in Ierusalem ad thus, & holocaustomata: Postmodum ostendit eos pro peccatis suis iustè punitos fuisse: deinde multa interserit de aduentu Domini in carnem: Tandem consolatur eos, affirmans quia Dominus eum honor & gloria reducet eos in Ierusalem. Secundam Epistolam scripsit Ieremias concaptiuis suis, cuius continentia loco suo dicetur.

Explicit Prologus Auctoris.

INCIPIT PROLOGVS in Librum Baruch. Propheta.

a Liber iste qui Baruch nomine prænotatur, in Hebræo canone non habetur, b sed tantùm in vulgata editione, c similiter & Epistola Ieremiæ. d Propter notitiam autem legentium hîc scripta sunt, quia e multa de Christo nouissimisque temporibus indicant.

Explicit Prologus.

INCIPIT BARVCH Propheta.

CAP. I.

ET hæc f verba libri quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedechiæ, filij Sedæi, filij Helchiæ in Babylonia, in g anno quinto, & in septimo die mensis, in h tempore, i quo ceperunt Chaldæi Ierusalẽ, & succenderunt eam igni. Et k legit Baruch verba libri huius ad l aures Iechoniæ, filij Ioachim Regis Iuda, & m ad aures vniuersi populi, venientis ad librum & n ad aures potentium filiorum Regum, & o ad aures Presbyterorum, & ad aures populi à minimo vsque ad maximum eorum, omnium habitantium in Babylonia ad flumen Sodi.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI, DOMINI Hugonis, &c.

Prologi Sancti Hieronymi in Librum Baruch.

EXPOSITIO.

LIber iste] Ieronym⁹, qui hunc librum trãstulit sicut & cæteros libros veteris Testamenti, Prologum loco suo præponit, dicens.

a Liber iste, &c.] vbi ostendit Ieron. quod script⁹ sit liber iste, cum tamẽ in Hebræo nõ habeatur, sed tamen in vulgata editione. Dicit ergo, Liber iste, qui Baruch nomine prænotat⁹, in Hebræo Canone non habetur, i. apud Hebræos, strictè dicuntur Canones, viginti duo libri veteris testamenti, vt in principio Bibliæ, largè dicuntur etiam Agiographa. b Sed tantum in vulgata editione,] vulgata editio dicitur editio Septuaginta, quæ tempore Ieronymi celebris erat. Quandoque editio vulgata dicitur editio Theodotionis. Quandoque quædam editio quæ inuenta fuit in Ierusalem, cuius auctor ignoratur, vulgata dicitur. Sicut enim vulgus non habet nomen, nec illa aliquod nomen habebat.

c Similiter, & Epist.] forte illa quæ sequitur lamentationes quadruplici: alphabeto descripto Recordare, &c.

d Propter notiam eorum quæ sequuntur in Epistola de aduentu domini, & huiusmodi. Vnde bene sequitur. e Quia multa de Christo, &c.] vt infra in libro locis suis patebit.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRIS ET DOMINI, DOMINI Hugonis, &c.

Cardinalis Postilla super Baruch.

EXPOSITIO CAP. I.

ET hæc verba libri, &c.] Tres sunt partes huius capituli. Primò, agitur de collatione pecuniæ ad mittendum in Ierusalẽ. Secundò est oratio pro principibus sub quibus erant captiui, *ibi*: Ecce misimus, &c. Tertiò, sequitur oratio pro ipsis confitentibus peccata, *ibi* & pro nobiipsis, &c. Et nota quod hæc dictio, & copulat ad ea quæ erant in mente Prophetæ, ea quæ sequuntur, quasi dicat, præmissa sunt verba Ieremiæ. f Et hæc sunt] verba libri quæ scripsit Baruch filius Neriæ, &c. In Babylonia. Ecce locus. g In anno quinto, & in septimo die mensis] ecce tempus. h In tempore] id est, à tempore. i Quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni] scripsit quæ in Ierusalem, vel fortè hæc eadem ex ore Ieremiæ Prophetæ, vt legitur *Ier.* 45. a anno quarto Ioachim, & recitauit in Babylone. k Et legit Baruch verb] s. antequã mitteret librũ fratribus oppressis in Ierusalẽ. l Ad aures Iechoniæ, &c.] per m, scribi debet Ioachim pater: Ioachin filius per n. Sed quomodo legit ad aures ei⁹ cũ esset in carcere, vt dicitur *Ier.* vlt. g. vbi etiã dicitur quod Euilmerodach eduxit Ioachim de carcere, & locutus est cũ eo bona, & exaltauit eam in Babylone. Ad hoc respondetur quòd licèt esset in custodia, non tamen erat mutilatus, & licèt esset in magna vilitate, honorabatur tamen à suis. Vel hanc Epistolam legit ipsi Iechoniæ, iam eleuato. Vel forte potuit etiam Baruch habere accessum ad ipsum in carcere. m Et ad aures vniuersi populi, &c.] Omnes. n. captiui Iudæi ad videndum librum antequam in Ierusalem mitteretur conuenerunt. n Et ad aures potentium filiorum Regum] i. nobilium qui erant ibi captiuati. o Et ad aures Presbyterorũ, & ad aures populi à minimo vsque ad maximum eorũ

omni im habitantium io Babylonia ad flumen Sodi] non iurdi, vt quidam habent, id est, iuxta illud flumen legit Baruch librum istum antequam mitteret in Iudæam.

Moraliter. A minimo vsque ad maximum, &c. Sic omnes debent interesse sermoni & officiis diuinis. *Ioel.* 1. c. Sanctificate ieiunium, vocate coetum, congregate senes, & omnes habitatores terræ in domum Dei vestri, & clamate ad dominum. *Ionæ* 3. b. de Niniuitis. Et vestiti sunt saccis à minore vsque ad maiorem. Minores debent venire ad sermonem. Vnde *Threnor.* 3. c. Bonum est viro, cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Sequitur.

B

a Qui *b* audientes *c* plorabant & *d* ieiunabant & *e* orabant in conspectu Domini. *f* Et collegerunt pecuniam in † conspectu Domini, *g* secundùm quod potuit vniuscuiusque manus. *h* Et miserunt in Ierusalem Ioachim filiũ Helchiæ filij Salon Sacerdotem, *i* & ad reliquos Sacerdotes, & ad omnem populũ, qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem, cùm acciperent vasa Templi Dñi quæ ablata fuerant de Tẽplo, *k* reuocare in terram Iuda, *l* decima die mẽsis Sibã, *m* vasa argentea quæ

al. † non habet in conspectu Domini.

a Qui] Iudæi, scilicet qui erant in Babylonia.

b Audientes plorabant & ieiunabant & orabant in conspectu Domini.] Sic 4. *Reg.* 22. c. de Iosia auditis verbis legis fleuit & scidit vestimenta sua. Quidam autem audiunt verbum Dei quasi carmen lyricum. *Ezech.* 33. g. Et sedent coram te populus meus, & audiunt sermones tuos & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertent illos, & auaritiam suam sequitur cor eorum & es eis quasi carmen musicum quod suaui dulcique sono canitur. Et nota quod tria dicit hic:

c Plorabant] contra concupiscentiam oculorum.

d Ieiunabant] contra concupiscentiam carnis.

e Orabant] contra superbiam vitæ. De his 1. *Ioan.* 2. c. Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est. Vel sic.

c Plorabant] propter commissa.

d Ieiunabant] propter cauenda.

e Orabant] propter bona adipiscenda. *Ioel.* 2. c. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & in planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, &c.

f Et collegerunt pecuniam in conspectu Domini,] id est, in beneplacito Domini, vel in conspectu collecti ad gloriam Domini. *Matth.* 18. c. Vbi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Argumentum est hic, & verum est, quòd in angustiis, & tribulationibus maxime insistendum est operibus misericordiæ faciendis.

g Secundùm quod potuit vniuscuiusque manus.] 2. *Cor.* 8. b. Nunc autem & facto perficite, vt quemadmodũ promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est, secundùm id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Et *eiusd.* 9. b. Qui parcè seminat, parcè & metet. Et bene post planctum, ieiunium, & orationem, subiicit de collectione pecuniæ, quia prædicta per eleemosynam confirmantur & sanctificantur. Vnde super *Ioel.* 1. dicit *Gregorius*: Sanctificate ieiunium per eleemosynam. Et super *Leuit. vigesimo-tertio* habetur, quòd octauo die fiebat collecta ad opus Templi & ministrorum eius.

h Et miserunt in Ierusalem ad Ioachim filium Elchiæ filij Salon Sacerdotem, & ad reliquos Sacerdotes, & ad omnem populum qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem cùm acciperent vasa Templi Domini quæ ablata fuerant de templo reuocare in terram Iuda, decima die mensis Siban, vasa argentea quæ facit Sedechias filius Iosiæ Rex Iuda postea quàm cepisset Nabuchodonosor Rex Babylonis Iechoniam & Principes, & cunctos potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & eduxit eos vinctos in Babylonem. 4. *Reg.* 24. Modo reuertere.

h Et miserunt in Ierusalem,] istud respicit illud quod sequitur.

k Reuocare, &c] id est, ad reuocandum, id est, miserunt cogitantes & penes se tractantes de reuocatione & reductione aliquorum vasorum ablatorum à templo, Et hoc fecerunt. *l* decima die mensis Siban. Reuocare dico prius.

m Vasa argentea] in terram Iuda. Vel.

k Reuocare] id est, reuocanda esse ostendentes in Ierusalem. De quibus dicitur 1. *Esdr.* in principio.

n fecit Sedechias filius Iosię Rex Iuda, posteaquam cepisset Nabuchodonosor Rex Babylonis Iechoniam, & Principes, & cunctos potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & duxit eos vinctos in Babylonem. *o* Et dixerunt: *p* Ecce misimus ad vos pecunias de quibus emite holocaustomata, & thus, *q* & facite Manaa, *r* & offerte pro peccato ad aram *s* Domini Dei nostri. Et *t* orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis, & *u* pro vita Balthasar filij eius:

n Quæ] inquam vasa, fecit Sedechias, &c.

h Miserunt) inquã ad Ioachim, &c. cùm acciperent, Chaldæi, & Iudæi de acceptione & ablatione vasorum dolerent vel ita, Miserunt cùm acciperent, id est, audirent vasa Templi, &c. Vel forte aliqua vasa acceperũt a Chaldæis, & remiserunt in Iudæam. Videtur quantum ad literam, istud non esse verum. Et miserunt ad Ioachim, &c. quia cùm Ismael interfecit Godoliam, & eos, qui cum eo erant, cum prælectus esset reliquis Israel, fugerunt illæ reliquiæ in Ægyptum cum mulieribus, & paruulis, vt dicitur *Ierem.* 41. 42. & 43. Respondetur, quod tunc aliqui remanserunt. Videntes etiam alij qui fugerant in Ægyptum, quòd Rex Babylonis non vindicaret mortem Godoliæ, multi ex eis redierunt in Ierusalem propter loci sanctitatem, inter quos fuerunt aliqui Sacerdotes quorum principalior fuit Ioachim hic nominatus.

i Et ad reliquos Sacerdotes, &c.] *Gal.* vlt. c. Operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. *Zachar.* 7. c. Misericordiam & miserationes facite vnusquisque cum fratre suo. Et est argumentum, fideles & maiores eligendos esse ad recipienda bona Ecclesiæ, vel oblata ad fabricam, & alia pia opera. Vnde *Exod.* 36. a. multum commendatur Beseleel antequam committatur ei officium recipiendi donaria. Et Apostolus commendat quos mittit. 2. *Corinth.* 8. d. Misimus etiam cum eo fratrem nostrum cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias, dicit *Gloss.* Lucam & Barnabam. Item *eod.* dicitur: Misimus autem cum illis & fratrem quem probauimus in multis sæpe sollicitum esse, scilicet Apollo. Sequitur.

o Et dixerunt] per literas.

p Ecce misimus, &c.] Secunda pars capituli, in qua hortatur eos ad sacrificandum Domino pro peccatis suis, si fortè ignoscat eis. Dicit ergo Ecce misimus ad eos pecunias, de quibus emite holocaustomata, & thus, non varias vestes & superfluas, non phaleras non turres, sed necessaria officio Ecclesiæ. *Matth.* 17. d. Aperto ore eius inuenies staterem vnum, illum sumens da pro me & pro te. Ibi *Gloss.* Iudas communia habebat in loculis, sed res pauperum in suos vsus conuertere nefas duxit, idipsum dans exemplum nobis.

q Et facite Manaa] idest, sacrificium. Manaa debet esse, vt colligitur *Ierem.* 17. d. *ibi*: Et ab Austro portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Dñi. Super illud, Sacrificium, &c. dicit Ieronymus in *Gl.* Septuaginta ipsum Hebraicum posuerunt Manaa, quod in nostris codicibus scriptorum negligentia manna legitur. Aliqui libri habent mana, aliqui magna. Vera litera est, Manaa.

r Et offerte pro peccato vestro & nostro.

s Ad aram Domini Dei nostri.] Potest etiam pro peccato, esse vna dictio, genus scilicet sacrificij, sicut dicit *Gloss.* super illum locum *Psal.* 39. Holocaustum & pro peccato, &c. *t* Et orate pro vita Nabuchodonosor Regis Babylonis. Argumentum est hic optimum, quod pro malis est orãdũ, 1. *Tim.* 2. a. Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus. Et 1. *Esdr.* 6. b. Orent pro vita regis & filij eius & 2. *Matth.* 12. g.

u Et pro vita Balthasar filij eius.] Contra. Iste Balthasar, nec

far, nec fuit filius, nec nepos, nec pronepos, vt *Dan.* 5. in principio, *vbi*, Balthasar Rex, dicit *Gloss.* Non filius &c. Respondetur quod hoc intelligitur de Euilmerodach, qui fuit filius Nabuchadonosor. De quo *Ierem.* vlt. g. &c binominis fuit, & dictus est etiam Balthasar. Et quid sit orandum, subiungit.

optimus est. *Eccl.* 32. a. Musica in luctu importuna narratio. Argumentum est hic, quòd studere possumus in diebus festis. Verum est in lege diuina, & cùm pro Deo addiscimus, & vtilitate animarum, non pro lucro corporali, & fauore populorum, & huiusmodi.

a vt sint dies ipsorum sicut dies cœli super terram, *b* & vt det Dominus virtutem nobis, *c* & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor Regis Babilonis, *d* & sub vmbra Balthasar filij eius, *e* & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum. *f* Et pro nobisipsis orate ad Dominum Deum nostrum: *g* quia peccauimus Dño Deo nostro, & nõ est auersus furor eius à nobis vsque in hunc diem. *h* Et legite librum istum quem misimus ad vos recitari in *i* templo Dñi in die solemni, *k* & in die opportuno. *l* Et dicetis: Domino Deo nostro iustitia *m*, nobis autẽ confusio faciei nostræ, *n* sicut est dies hæc, *o* omni Iuda, & habitantibus in Ierusalem, Regibus nostris, & Principibus nostris, & Sacerdotibus nostris, & Prophetis nostris, & Patribus nostris. *p* Peccauimus ante Dominum Deum nostrum, & non credidimus diffidentes in eum, & non fuimus subiectabiles illi, *q* & non † obaudiuimus vocem Domini Dei nostri vt *r* ambularemus in mandatis eius, quæ dedit nobis: *s* A die qua eduxit patres nostros de terra Ægypti vsque ad diem hanc, eramus incredibiles ad Dominum Deum nostrum, & dissipati recessimus ne audiremus vocem ipsius. *t* Et adhæserunt nobis multa mala, & maledictiones quæ constituit Dominus Moysi seruo suo, *u* qui eduxit patres nostros de terra Ægypti dare *x* nobis terram fluentẽ lac & mel, *y* sicut hodierna die. *z* Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri, secundùm omnia verba Prophetarũ quos misit ad nos, & ad Iudices nostros, & abiimus vnusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari *a* diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

C

CAP. II.

PROPTER *b* quod

A

al. † audiuimus.

D

a Vt sint dies ipsorum sicut dies cœli super terra] id est, regnent in pace, super terrã, sicut in cœlo sunt omnia pacifica.

b Et] iterum orate, [vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros.] Oculos scilicet mentium ad cognoscendum, & intelligendum ea quæ acciderunt nobis. Et propter quid? Orate, inquam, pro Nabuchodonosor.

infr. 2. b.

c Vt viuamus sub vmbra] id est, sub protectione, [Nabuchodonosor Regis Babilonis.] Simile *Treren.* 4. d. In vmbra tua viuemus in gentibus.

d Et sub vmbra] id est, protectione, [Balthasar filij eius.]

e Et seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiã in conspectu eorum.] Pro infidelibus & malis Principibus orare possumus, vt sub eis in pace viuamus, multo magis pro Catholicis. *Ierem. vigesimo-nono* b. Et quærite pacem ciuitatis ad quam transmigrare vos feci, & orate pro ea ad Dominum, quia in pace illius erit vobis pax.

l Et dicetis: Domino Deo nostro iustitia scilicet sit *m* Nobis autem cõfusio faciei nostræ.] *Dan.* 9. b. Tibi enim Domine iustitia, nobis autem confusio faciei.

n Sicut est dies hæc Aposiopisis est, scilicet defectus locutionis præ nimio dolore, & supplendum est, manifestat. *o* Omni Iuda & habitantibus in Ierusalem, Regibus nostris, & Principibus nostris, & Sacerdotibus nostris, & Prophetis nostris, & Patribus nostris.] *Dan.* 9. b. Nobis confusio faciei, Regibus nostris, Principibus nostris, & patribus nostris qui peccauerunt.

p Peccauimus ante Dominum Deũ nostrum, & non credidimus diffidentes in eum, & non fuimus subiectibiles illi,] id est, prompti, & parati subijci.

Moraliter. Moraliter. Multi sunt qui hoc solùm orant, & ad hoc laborant vt gratiam inueniãt in conspectu Principum terrenorum, non timentes illud quod dicitur *Ierem.* 17. a. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor eius. Tales petunt viuere sub vmbra temporalium, l. sub diuitũs diuitum quæ significantur per vmbram *Sap.* 5. b. Transierunt omnia illa tanquam vmbra. Sed notandus est ordo qui sequitur.

e Seruiamus eis multis diebus & inueniamus gratiam, &c. quasi dicat, primò oportet seruire multis diebus, postea gratiam inuenire. Hoc est contra illos, qui statim in principio seruitij sui volunt mercedem accipere. Multotiens etiã contingit, quòd aliqui seruiunt multis diebus & tamen paruam in fine inueniunt gratiam. Et hoc fit dispensatione diuina, vt homo frustratus spe humana recurrat ad Deum. Sequitur.

f Et pro nobis ipsis orate ad Dominum Deum nostrum] Nota quod inuitat eos, vt primo orent pro Nabuchodonosor, & filius eius & Postmodum pro se, & sic videtur quod ordinem peruertat charitatis. Sed non facit, sed affectum suum ostendit; licet enim prius faciant orari pro illis, tamen plus diligunt se.

g Quia peccauimus Domino Deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis,] pœna illata nobis, [vsque in hunc diem]

h Et legite librum istum quem misimus ad vos recitari, id est, ad recitandum

i In Templo Domini,] vt omnes audiant qui conueniunt illuc.

k In die solemni, & in die opportuno.] *Eccles.* 10. c. Ex ore fatui reprobatur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. *Prouerbiorum* 15. Et sermo opportunus

q Et non obaudiuimus vocem Domini Dei nostri] id est, non audiuimus cum magna intentione, & auiditate. Et sumitur in bonũ præter modum vsitatum. *Daniel* 9. b. Quia recessimus a te, & non audiuimus vocem Domini Dei nostri.

r Vt ambularemus in mandatis eius, quæ dedit nobis] in deserto. *Exod.* 20.

s A die qua eduxit patres nostros de terra Ægypti vsque ad diem hanc eramus incredibiles ad Dominum Deum nostrum & dissipati] id est, discussi corde, recessimus ne audiremus vocem ipsius.

t Et adhæserunt, &c.] Hoc respicit illud, *infra*: Sicut hodierna die. Et adhæserunt nobis mult. mala, & maledictiones quæ constituit Dominus Moysi seruo suo. *Deut.* 27. & 28. *Dan.* 9. c. Stillauit super nos maledictio, & detestatio quæ scripta est in lege Moysi serui Dei.

u Qui eduxit patres nostros de terra Ægypti dare] id est, ad dandum.

x Nobis terram fluentem lac, & mel] *Deut.* 6. a.

y Sicut hodierna die, patet, scilicet.

z Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri secundùm omnia verba Prophetarum quos misit ad nos, & ad Iudices nostros, & abiuimus vnusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari] id est, ad operandum.

a Diis alienis] id est, ad honorem deorum alienorum, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

EXPOSITIO CAP. II.

PRopter quod, &c.] Secũdum capitulũ, vbi primò post culpã, pœnã declarat iustè illatam secundũ statutũ legis. Secundò fit oratio ad Deũ, vt eos paratos obedire liberet a captiuitate, *ibi*: Et nũc Dñe Deus Israel. Tertiò, allegat templi destructionem, & desolationem populi in terra aliena, vt Deum incliuet ad misericordiã, *ibi* Respice Dñe de domo, &c. Dicit ergo. *b* Propter quod] i. propter mala

mala quæ fecimus. *a* Statuit Dominus Deus noster verbum suum quod locutus est ad nos,] per Prophetas, vel per Moysen, comminans eis mala quæ passi sunt, si eum contemnerent. *Deut.* 27. & 28. *Daniel.* 9. c. Et statuit sermones suos quos locutus est super nos.

a statuit Dominus Deus noster verbum suum quod locutus est ad nos, *b* & ad Iudices nostros qui iudicauerunt in † Israël & ad Reges nostros, & ad Principes nostros, & ad omnem Israël & Iuda *c* vt adduceret Dominus super nos mala magna quæ *d* non sunt facta sub cœlo quemadmodum facta sunt in Ierusalem, secundùm ea quæ scripta sunt in lege Moysi, *e* vt manducaret homo carnes filij sui & carnes filiæ suæ. *f* Et dedit eos sub manu Regum omnium *g* qui sunt in circuitu nostro in improperium, *h* & in desolationem, *i* & omnibus populis in quibus nos dispersit Dominus. *k* Et facti sumus subtus & non suprà, *l* quia peccauimus Domino Deo nostro non obaudiendo *m* voci ipsius. *n* Domino Deo nostro iustitia, *o* nobis autem & patribus nostris confusio faciei, *p* sicut est dies hæc. *q* Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc quæ venerunt super nos, *r* & non sumus deprecati faciem Domini Dei nostri, vt reuerteremur vnusquisque nostrûm à vijs † nostris pessimis. Et vigilauit *s* Dominus in malis, & adduxit ea super nos, *t* quia iustus est Dominus in omnibus operibus suis quæ mandauit nobis, *u* & non *x* audiuimus vocem ipsius vt *y* iremus in *z* præceptis Domini quæ dedit *a* ante faciem nostram. Et nunc *b* Domine Deus Israël qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu valida, *c* & in signis, *d* & in prodigijs, *e* & in virtute tua magna, *f* & in brachio excelso, *g* & fecisti tibi nomen *h* sicut est dies iste, *i* peccauimus, *k* impiè egimus, *l* iniquè gessimus Domine Deus noster in omnibus iustitijs tuis. *m* Auertatur ira tua à nobis, *n* quia derelicti sumus pauci inter gentes vbi dispersisti nos. *o* Exaudi Domine preces nostras, & orationes nostras, & educ nos propter te, & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt, *p* vt sciat omnis terra, quia tu es Dominus Deus noster, *q* & quia nomen tuum inuocatum est super Israël, *r* & super genus ipsius. *s* Respice Domine de domo sancta tua in nos, & in-

al. † Ierusalem. — al. † suis.

b Et ad iudices nostros qui iudicauerunt in Israel,] vel Ierusalem, & ad Reges nostros, & ad Principes nostros, & ad omnem Israel, & Iuda,] id est, ad decem & duas tribus.

c Vt adduceret Dominus super eos mala magna, quæ,] id est, qualia.

d Non sunt facta sub cœlo, quemadmodum facta sunt in Ierusalem, secundum ea quæ scripta sunt in lege Moysi.] *Deut.* 27. & 28.

e Vt manducaret homo carnes filij sui, & filiæ suæ. *Deuter.* 28. f. Comedes fructum ventri tui, & carnes filiorum tuorum, & cętera. Et *inf.* Homo delicatus in te & luxuriosus valde inuidebit fratri suo, & vxori quæ cubat in sinu suo, ne det eis de carnibus filiorum suorum quas comedet, eo quòd nihil aliud habeat in obsidione, & penuria qua vastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. *Thren.* 4. b. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei. *Et.* 4. *Regum*, cap. 6. f. De obsidione Samariæ. B

f Et dedit eos sub manu Regum omnium,] secundùm quod prædixit Moyses. *Deut.* 58. versus finem.

g Qui sunt in circuitu nostro in improperium,] verborum. *Psalm.* 30. Facti sumus opprobrium vicinis nostris.

h Et in desolationem,] flagellorum vel iniuriarum.

i Et in omnibus populis in quibus nos dispersit Dominus,] quod grauius est.

k Et facti sumus subtus, & non supra.] *Threnor.* 1. b. Facti sunt hostes eius in capite, &c. *Deut.* 28. d. Aduena qui tecum versatur in terra, ascendet super te eritque sublimior, tu autem descendes, & eris inferior.

l Quia peccauimus Domino Deo nostro non obaudiendo, in bono, id est, deuotè parendo.

m Voci ipsius,] in lege & Prophetis.

n Domino Deo nostro iustitia,] est scilicet.

o Nobis autem & patribus nostris confusio faciei.] Repetit eandem sententiam, quæ *supr.* 1. c. Posita est in pœnæ eorum aggrauationem.

p Sicut est dies hæc,] id est, sicut apparet in die hac.

q Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc quæ venerunt super nos.] *Dan.* 9. c. Omne malum venit super nos.

r Et non sumus deprecati faciem Domini Dei nostri, vt reuerteremur vnusquisque nostrûm à vijs suis,] vel, nostris pessimis. Frequenter legitur in prædictis libris, quòd Iudæi pro peccatis suis à Deo percussi per pœnam, non reuertebantur ad Deum per pœnitentiam.

s Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos. Intellige. Vigilauit, ad puniendum. Dominus enim ad modum dormientis se habet, cùm peccatores non punit, sed dicitur vigilare cùm punit. *Psalm.* Excitatus *Psalm.* 77. est tanquam dormiens Dominus, &c. *Daniel.* 9. c. Vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos. *Thren.* 1. c. Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius.

t Quia iustus est Dominus in omnibus operibus suis quæ mandauit nobis.] *Psalm.* *Psal.* 144. Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

u Et,] id est, quia.

x Non audiuimus vocem ipsius,] per Moysen in Exod. & Prophetas, & Patriarchas.

y Vt iremus,] complendo.

z In præceptis Domini quæ dedit,] nobis. C *Dan.* 9. d.

a Ante faciem nostram,] id est, videntibus in Sina. Facie enim ad faciem locutus est Dominus Moysi, *Deut.* 5. a. *Et* 4. *eiusdem.* f. De cœlo te fecit audire vocem suam, vt doceret te. Vel nobis petentibus. Vnde dixerunt. Non est qui impleat, &c.

b Et nunc Domine Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu valida,] in submersione Ægyptiorum, *Exod.* 14. g.

c Et in signis,] minoribus.

d Et in prodigijs,] maioribus.

e Et in virtute tua magna,] contra impedimenta D deserti, vel in operatione miraculorum & mirabilium. *Isai.* 63. d.

f Et in brachio excelso,] contra vexationes gentium.

g Et fecisti tibi nomen.] *Dan.* 9. d. Qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundùm diem hanc.

h Sicut est dies iste,] id est, sicut apparet vsque hodie. *Ierem.* 25. d. Vt darem eos in solitudinem & in stuporem, & in sibilum, & in maledictionem sicut est iste. *i* Peccauimus,] in nosmetipsos. Idem *Dan* 9. a. Impiè gessimus,] in proximum. *l* Iniquè egimus,] in Deum, Domine Deus noster in omnibus iustitijs tuis.

m Auertatur ira tua à nobis,] id est, dimittas culpam propter quam iratus es nobis.

n Quia derelicti sumus pauci inter gentes vbi dispersisti nos.] *Dan.* 3. d. Immici sumus plus quam omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra.

o Exaudi Domine preces nostras, & orationes nostras, & educ nos propter te, & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt,] in captiuitatem. Hæc est verior litera. Alia, adduxit.

p Vt sciat omnis terra, quia tu es Dominus Deus noster,] cultu speciali.

q Et quia nomen tuum inuocatum est super Israël.] *Ierem.* 14. b. Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum inuocatum est super nos.

r Et super genus ipsius.] Vnde *Ps.* Non fecit taliter omni nationi. *Psalm.* 147.

s Respice Domine de domo sancta tua in nos,] qui in templo in Ierusalem, ad literam, visibilibus signis & indicijs consueuisti respicere ad miserandum, respice compatiendo ad templum materiale Ierusalem reædificandum, ad lite-

ram, vel ad spirituale templum in peccatoribus reædificandum spiritualiter ministerio Angelorum, qui sunt deputati ad custodiam nostram. *Psal.* Respice de cœlo & vide & visita vineam istam. *Isai.63.* d. Attende de cœlo & vide de habitaculo sancto tuo, & solio gloriæ tuæ.

mihi Dominus in signum & portentum Israël. *Aggai* 1. a. Factum est verbum Domini in manu Aggæi, id est, in dictis & operibus quæ erant signa futurorum.

o Dicens. Sic dicit Dominus: Inclinate humerum vestrum, & ceruicem vestram.] Hoc similiter habetur *Ierem.* 27.

a Et inclina aurem tuam,] scilicet, clementiæ, & exaudi nos.

b Aperi oculos tuos, & vide,] oculos scilicet, misericordiæ per misericordiam subueniendo. *Dan.* 9. e. Aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & cætera. Qui hucusque gessisti te ac si oppressionem nostram non videres. Et merito hoc debes facere.

c Quia non mortui qui sunt in Inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem,] laudis *Iosue* 7. e. Da gloriam Deo.

d Et iustificationem,] confessionis peccati, Domino. *Ps.* 113. Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui de-

al. † infirma.

clina a aurem tuam, & exaudi nos. b Aperi oculos tuos, & vide, c quia non mortui qui sunt in Inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem d & iustificationem Domino, e sed anima quæ tristis est super magnitudinem mali, f & incedit curua, g & in † infimis, h & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam, & iustitiam Domino, i quia non secundùm iustitias Patrum nostrorum nos fundimus preces & petimus misericordiam k ante conspectum tuum Domine Deus noster. l Sed quia misisti iram tuam, m & furorem tuum n super nos sicut locutus es in manu puerorum tuorum Prophetarum, o dicens. Sic dicit Dominus: Inclinate humerum vestrum, & ceruicem vestram, p & opera facite Regi Babylonis, & sedebitis in terra quam dedi patribus vestris. q Quod si non feceritis, nec audieritis vocem Domini Dei ve-

stri operari Regi Babyloniæ, r defectionem vestram faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Ierusalem, s & auferam à vobis vocem iocunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsæ, t & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. u Et non audierunt vocem tuam vt operarentur Regi Babylonis, x & statuisti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum Prophetarum, vt transferrentur y ossa Regum nostrorum, & ossa Patrum nostrorum de loco suo. z Et ecce sunt proiecta in calore Solis & in gelu noctis, a & mortui sunt in doloribus pessimis, b in fame, & in gladio, c & in emissione. d Et posuisti Templum in e quo inuocatum est nomen tuum in ipso, f sicut hæc dies, g propter iniquitatem domus Israël, h & domus Iuda. i Et fecisti in nobis Domine Deus noster secundùm omnem † bonitatem tuam, & secundùm omnem miserationem tuam illam magnam.

p Et opera facite Regi Babylonis, & sedebitis in terra quam dedi patribus vestris,] id est, redibitis, vt sedearis in terra vestra.

q Quod si non feceritis, nec audieritis vocem Domini Dei vestri operari,] id est, ad operandum, Regi Babyloniæ.

r Defectionem vestram faciam de ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem,] quasi vos omnino auellam inde.

s Et auferam à vobis vocem iocunditatis, & vocem gaudij, & vocem sponsi, & vocem sponsæ.] *Ierem.* 7. g. Quiescere faciam de vrbibus Iuda, & de plateis Ierusalem, vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem

al. † benignitatem.

Psalm. 6. scendunt in Infernum. Et *alibi*: In Inferno autem quis confitebitur tibi? Ibi enim non est confessio laudis, vel Peccati. Vel mortui peccato, quia non est speciosa laus in ore peccatoris. *Eccles.* 15. c.

e Sed anima, &c.] Ita diximus quòd qui mortui sunt non laudabunt te, [sed anima quæ tristis est super magnitudinem mali,] id est, quæ dolet & pœnitet pro peccatis quæ gessit, dabit gloriam, &c.

f Et incedit curua,] non eleuata fronte, sicut illæ de quibus dicitur *Isaia* 3. c. Pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo.

g Et in infimis,] 2. *Paral.* vlt. de Manasse: Incuruatus sum multo vinculo ferri, & non est respiratio mihi, quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci, statuens abominationes, & multiplicans offensiones, & nunc flecto genua cordis mei precans à te bonitatem Domine, &c.

h Et oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam & iustitiam Domino,] ad laudem Dei dignè exhibendam Notantur hic quinque, scilicet: Dolor de peccato, qui notatur *ibi*: Tristis est, &c. Humilitas, quæ notatur

Psalm. 37. *ibi*: Curua *Psalm.* Miser factus sum, & curuatus vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Consideratio propriæ miseriæ & vilitatis, *ibi*: In infimis. *Psalm.* 37. Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, &c. Consideratio imperfectionis, respectu superiorum, *ibi*: Oculi deficientes. *Psalm.* Imperfectum meum viderunt oculi tui. Item: Neque elati sunt oculi mei. Item

Psalm. 138. desiderium cœlestis patriæ, *ibi*: Esuriens. *Matth.* 5. a. Beati

Psalm. 130. qui esuriunt & sitiunt iustitiam. *Luc.* 1. e. Esurientes impleuit bonis.

i Quia non secundùm iustitias patrum nostrorum nos fundimus preces & petimus misericordiam,] id est petitionem misericordiæ.

k Ante conspectum tuum Domine Deus noster] id est, precibus nostris vel meritis te ad misericordiam tuam consuetam prouocare non possumus, nec sufficimus sicut patres nostri.

l Sed quia misisti iram tuam,] id est, pœnam minorem.

m Et furorem tuum,] id est, tribulationem grauem.

n Super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum Prophetarum.] *Isaia* 8. d. Ecce ego & pueri mei quos dedit

sponsi, & vocem sponsæ, in desolatione enim erit terra. *Osea* 2. b. Cessare faciam omne gaudium eius, solemnitatem eius, neomeniam eius, sabbatum eius, & omnia festa tempora eius.

t Et erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam,] quasi non erit qui inhabitet. *Ierem* 9. d. Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum, & ciuitates Iuda dabo in desolationem eo quòd non sit habitator.

u Et non audierunt vocem tuam, vt operarentur Regi Babylonis.] Verba Baruch ad Dominum.

x Et statuisti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum Prophetarum,] quasi dicat, quæ prius per Prophetas dixisti, modò contigerunt.

y Vt transferrentur ossa Regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo.] Ad literam, eiecta fuerunt vt haberent garas sepulchri *Ierem.* 8. a. Eiicient ossa Regis Iuda, & ossa Principum eius, & ossa Sacerdotum, & ossa Prophetarum, & ossa eorum qui habitauerunt Ierusalem de sepulchris suis.

z Et ecce sunt proiecta in calore Solis, & in gelu noctis.] Chaldæi cupidi, & auari, animaduertentes, quòd Iudæi cadauera mortuorum suorum pretiosis vestibus, & gemmis ornarent, exuta de monumentis, & auro & gemmis enudata, ad Solem dimittebant.

a Et mortui sunt in doloribus pessimis,] id est, pestilentiis.

b In fame, & in gladio,] scilicet, quidam illorum.

c Et in emissione,] id est, in captiuitatem euntes.

d Et posuisti Templum, in desolationem.

e In quo inuocatum est nomen tuum,] quondam ante captiuitatem, nostram in ipso, more Hebraico loquitur.

f Sicut hæc dies, declarat scilicet. Templum esse desolatum. Et hoc merito contigit.

g Propter iniquitatem domus Israël,] scilicet, decem tribuum.

h Et domus Iuda,] duarum tribuum, quæ hoc nomine censentur.

i Et fecisti in nobis Dñe Deus noster secũdùm omnẽ bonitatẽ tuã, & secũdùm omnẽ miseratiõnẽ tuã illã magnam.] *Abac.* 3. a. Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

Psalm.

Psal. 79. *Pſalm.* Iratus es,& miſertus es nobis, quaſi dicat, omnem tuam voluntatem impleſti exponendo nos pœnis, & tribulationibus.

a Sicut locutus es in manu pueri tui Moyſi.] *Leuit.* 26. b. *Deut.* 7. c. & 28. b.

b In die qua præcepiſti ei ſcribere legem tuam coram filiis Iſrael, dicens:

a ſicut locutus es in manu pueri tui Moyſi, *b* in die quà præcepiſti ei ſcribere legem tuam coram filiis Iſraël, dicens:Si non audieritis vocem meam, *c* multitudo hæc magna conuertetur in minimam gentẽ, *d* quoniã ego eos diſpergam,quia ſcio quòd me nõ audiet populus. *e* Populus eſt enim dura ceruice,*f* Et conuertetur ad cor ſuum in terra captiuitatis ſuæ,*g* & ſciẽt quia ego ſum Dominus Deus eorum. *h* Et dabo eis cor & intelligent, *i* & aures & audient. *k* Et laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ, & memores erunt Nominis mei. *l* Et auertent ſe à dorſo ſuo duro, *m* & à *n* malignitatibus ſuis,quia reminiſcentur viam patrum ſuorum qui peccauerunt in me.*o* Et reuocabo illos in terram quam iuraui patribus eorũ, Abraham,

Si non audieritis vocem meam, id eſt, obedieritis, vel deuotè audiẽdo non impleueritis.

c Multitudo hæc magna conuertetur in minimam gentem. Hæc eſt vera litera, & ſũpta ſũt hæc verba

G verbis de Moyſi, *Deut.* 27. & 28.

d Quoniam eos diſpergam, quia ſciu quod me nõ audiet populus,] ſecundum quod dicit Moyſes, *Deut.* 9.

e Populus eſt enim dura ceruice. *Deut.* 9. c. Rurſumque ait Dominus ad me, Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit. *Deut.* 31. f. Scio contentionem tuam, & ceruicem tuam duriſſimam.

f Et conuertetur ad cor ſuum in terra captiuitatis ſuæ.] Hoc ſæpè contingit quod ſcilicet,in aduerſitatibus requiritur Dominus, qui priùs in proſperitate non cognoſcebatur. *Ierem.* 2. f. Verterunt ad me tergum,& non faciem & in tempore afflictionis ſuæ dicent, ſurge & libera nos. *Ierem.* 6. b. Per omne flagellum erudieris Ieruſalem, alia litera, vbi nos habemus: Erudire Ieruſalem ne fortè recedat anima mea à te. Ideo Adam eiectus eſt de Paradiſo, vt pœnitentiam ageret extra locum deliciarum, quaſi in terra captiuitatis.

g Et ſcient quia ego ſum Dominus Deus eorum,] i. per expertam expreſſionem intelligent, quia Dominus ſum potens punire peccantes in me.

h Et,] cum ita per flagella ſint conuerſi, dabo eis cor & intelligent, iam rationales facti, qui quaſi priùs vecordes & obſtinati effecti, me ignorabant. *Ierem.* 32. g. Dabo eis cor vnum, & animam vnam, vt timeant me vniuerſis diebus. *Ezech.* 18. g. Facite vobis cor nouum, Et 36. f. Auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum,&c.

i Et aures,]dabo eis, vt audient.

k Et laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ, & memores erunt nominis mei,] qui priùs obliti ſunt,ſcilicet,rem nominis mei,ſc.ſalutem ſuam,quæ deſignatur in nomine,ad memoriam reuocabunt. *Pſalm.* 44. Memores erunt nominis tui Domine in omni generatione & generationem.

l Et auertent ſe à dorſo ſuo duro,] retrorſum incedentes, vt cancer *Ier.* 7. Facti ſunt retrorſum, & non in ante.

m Et,] pro, id eſt.

n A malignitatibus ſuis,&c. qui peccauerunt in me.] quaſi dicat, pœnitentiam agent de peccatis ſuis, delicta patrum ſuorum ad memoriam reuocantes.

o Et,] ideo, [reuocabo illos in terram quam iuraui patribus eorum, &c. & non minorabuntur,] ſecundùm quòd dixit Moyſes. *Deut.* 28. a.

p Et ſtatuam illis teſtamentum alterum,] myſticè, Euangelium ſempiternum. *Matth.* 24. c. Cœlum & terra tranſibunt,verba autem mea non præteribunt.

q Vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum,] per doctrinam & operationem Euangelicam. Congruum enim eſt vt veritate à Chriſto veniente, vmbra legis ceſſaret. *Hebr.* 8 c. Ecce ego conſummabo ſuper domum Iſraël, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum, non ſecundum quod feci patribus eorum, &c. Item *Ierem.* 31. c. Et ſe iam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum quod pepigi patribus veſtris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, &c. Sequitur. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael, poſt dies iſtos dicit Dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam.

r Et non mouebo amplius populum meum filios Iſraël à terra quam dedi illis.] Iſtud adhuc expectant Iudæi ad literam. Sed re vera myſticè intelligendum eſt.

Iſaac, & Iacob, & dominabuntur eis. Et multiplicabo eos, & non minorabuntur.*p* Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum,*q* vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. *r* Et non mouebo amplius populum meum filios Iſrael à terra quam dedi illis.

CAP. III.

ET *ſ* nunc Dñe omnipotens *t* Deus Iſrael, *u* anima in anguſtiis *x* & ſpiritus anxius clamat ad te. *y* Audi Dñe & miſerere,quia Deus es miſericors,& miſerere noſtri,quia peccauimus *z* ante te, *a* quia tu ſedes in ſempiternum,*b* & nos peribimus in æuum ? *c* Domine omnipotens Deus Iſraël audi nunc orationẽ mortuorũ Iſraël

EXPOSITIO CAP. III.

ET nunc Domine, &c.] Hoc eſt tertium Capitulum, quod diuiditur in quatuor partes. In prima continuat Baruch orationẽ populi pro liberatione à captiui- A tate,quam in præcedenti capitulo inchoauit. In ſecunda commendat ſapientiam & prudentiam,oſtẽdens quod prædicta mala paſſi ſunt Iudæi, quia veram ſapientiã, & prudentiam contempſerunt, & quis fructus ſequatur ex poſſeſſione eius, per hoc inuitans eos ad ſapientiæ ſtudium, *ibi*: Audi Iſrael mandata vitæ. In tertia commendat terram Promiſſionis, in qua olim habitauerunt Iudæi, ſic inuitans eos ad deſiderium redeundi. Per hoc Myſticè Eccleſiam militãtem, Anagogicè verò triumphantem commendans, *ibi*: O Iſrael quam magna eſt domus Dei! In quarta parte perfectè poſita commendatione ſapientiæ, oſtendit quis fuerit adinuentor, & auctor eius ſc. Chriſtus, de cuius Incarnatione manifeſtè prophetat, Quis aſcendit in cœlum? &c. Dicit ergo:

ſ Et nunc Domine omnipotens:]qui timendus.

t Deus Iſrael,]qui amandus.

u Anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te,] & ideo faciliùs exaudiri debet. *Pſalm.* Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. *4. Reg.* 4. c. Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine eſt. Et *1 Reg.* 1. b. Cùm eſſet Anna amaro animo,orauit ad Dominum flens largiter. *Iudith.* 13. a. Stetit Iudith ante lectum orans cum lacrymis, & labiorum motu in ſilentio. Et *Tob.* 3. a. Ingemuit Tobias, & cœpit orare cum lacrymis. Psal. 129.

x Et ſpiritus anxius. *Iſai.* 26. b. Anima mea deſiderauit te in nocte,ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis, de manè vigilabo ad te. *Pſalm.* 142. Anxiatus eſt in me ſpiritus meus. *Daniel.* 3. d. In ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. *Ionæ* 2. d. Cùm anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum, vt veniat ad te oratio mea ad Templum ſanctum tuum.

y Audi Domine & miſerere, quia Deus es miſericors, &c. quia peccauimus,]id eſt, dolemus de peccato. Et ponitur antecedens pro conſequente.

z Ante te,] qui ſolus ſaluare potes. *Pſalm.* 50. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci.

a Quia tu ſedes,] iudicans & manens, in ſempiternum.

b Et nos peribimus in æuum,]in te confidentes ? *Sapient.* 12. b. Non eſt alius Deus quàm tu,cui cura eſt de omnibus,vt oſtendas quoniam non iniuſtè iniudicas iudicium. Virtus enim tua iuſtitiæ initium eſt, & ob hoc quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis. *Sapient.* 11. d. Miſereris omnium, quia omnia potes & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

c Domine omnipotens Deus Iſrael, audi nunc orationem mortuorum Iſrael,] ſcilicet patrum noſtrorum, quibus promiſiſti te daturum terram fluentẽ lac & mel. Vel moueat te ad pietatem & miſericordiam de nobis habendã,

quia Reges & Principes nostri, & viri fortes tam miserabiliter coram te mortui sunt in transmigratione. Nam in fide & sanctitate sancti mortui erant pro viuis. Vnde 2. *Machab. vltim.* c. dicitur de Onia Iudæ Machabæo apparente, & dicente: Hic est fratrum amator & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ieremias Propheta Dei. Extendisse autem Ieremiam dexteram, &c. Et *Exod.* 32. c. Quiescat ira tua: Recordare Abraham, & Isaac, & Iacob, seruorum tuorū. Sed contra. In *Psalm.* 133. Non mortui laudabūt te Domine, neque omnes qui descendunt in Infernum. Sed istud de damnatis, illud de saluandis. Vnde non est exaudita oratio diuitis in Inferno rogantis mitti ad fratres suos, vt dicitur. *Luca* 16. g. Vel mortuorum peccato & mundo. *Isa.* 41. d. Noli timere vermis Iacob qui mortui estis ex Israel, ego auxiliatus sum tui, dicit Dominus & Redemptor tuus sanctus Israel.

a & filiorum ipsorum, *b* qui peccauerunt ante te, *c* & non audierunt vocem Domini Dei sui, & *d* agglutinata sunt *e* nobis mala. *f* Noli meminisse iniquitatis patrū nostrorū, *g* sed memento manus tuæ, *h* & nominis tui in *i* tēpore isto *k* quia tu es Dn̄s Deus noster & laudabimus te Domine, quia propter hoc dedisti timorem tuū in cordibus nostris; *l* & vt inuocemus Nomen tuū, *m* & laudemus te in captiuitate nostra, quia *n* conuertemur ab iniquitate patrū nostrorū qui

a Et filiorum ipsorum: orationem audi, supple.

b Qui peccauerunt ante te] quasi palam, vt ad exemplum aliorum alii similia committerent. Vnde *Isa* 3. b. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.

c Et non audierunt vocem Domini Dei sui,] sicut Aspis, quæ cauda obdurat aurem vnam, & terræ aliam supponit, ne audiat vocem incantantis.

d Et agglutinata sunt, quasi inseparabiliter.

e Nobis mala] culpæ & pœnæ. Et est metaplasmus, mutatio personæ, de tertia transit ad primam.

f Noli meminisse iniquitatis patrum nostrorum] *Tobia* 3. a. Ne reminiscaris Domine delicta mea, vel parentum meorum.

g Sed memento manus tuæ,] id est, virtutis tuæ.

h Et nominis tui] vt salues nos. Et maximè.

i In tempore isto] dum sic opprimimur. Et hoc meritò facere debes.

k Quia tu es Dominus Deus noster, & laudabimus te Domine, quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris,] id est, intus in cordibus, non in labiis tantùm. *Eccles* 25. b. Beatus homo cui donatum est habere timorem Dei.

l Et vt inuocemus nomen tuum. *Ioel.* 2. g. Et erit omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

m Et laudemus te in captiuitate nostra,] quasi postquam per cōfessionem fuerimus à peccatis nostris liberati, dignè prorumpemus in laudem nominis tui. Vnde sequitur.

n Quia conuertemur, &c.] *Osea* 14. a. Aufert iniquitatem, & accipe bonum, & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Et nota ordinem.

l Vt inuocemus,] scilicet, ad liberationem faciendam.

m Et laudemus] iam liberati, sicut filij Israel liberati ab Ægypto decantauerunt Domino, *Exod.* 15. a. *n* Quia conuertemur ab iniquitate patrum nostrorum qui peccauerunt ante te,] i. contra te peccato idololatriæ *Ierem.* 18. b. Reuertatur vnusquisque à via sua mala: Et propitius ero iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor ampliùs. Et *Ioel.* 2. c. Conuertimini ad me in toto corde

Ierem. 31. *f.* vestro, &c. *o* Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie quo nos dispersisti in improperium.] Hoc ideo dicit, quia improperabant eis peccata Chaldæi, & pœnas quas propter mala sua eis inferebant.

p Et in maledictum.] Hoc quantùm ad increpationes, quas sustinebant à Chaldæis.

q Et in peccatum,] id est, pœnam pro peccato. Vel inter peccatores. Vel ita nos dispersisti propter quod viles & peccatores, imò vilissimos nos reputant.

r Secundum omnes iniquitates patrum nostrū qui discesserunt à te Domine Deus noster.] Iustum enim fuit vt iuxta mensuram debiti punirentur, iuxta illud *Matth. cap.* 7. a. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

s Audi Israel mandata vitæ.] Hoc quod sequitur retorquetur ad commendationem, & exaltationem Ecclesiæ. Et ostendit quod diuitiæ, vel deliciæ temporales extra Ecclesiæ vnitatem congregatæ, vanæ sunt & transitoriæ. Commendat etiam sapientiam, & inuitat eos ad sapientiam & prudentiam discendam, ostendens contraria quæ passi sunt, quia sapientiam addiscere noluerunt, vel contempserunt; quantus etiam profectus sequatur ex doctrina Sapientiæ. Dicit ergo Audi Israel mandata vitæ, id est, ducentia ad vitam, quasi dicat si ea adimpleueris, viues. *Matth.* 19. c. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. *t* Auribus percipe vt scias prudentiam] ad cauendum mala. *Deuteronom. cap.* 4. a. Et nunc Israel audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te vt faciens ea viuas. Et *Psal.* 48. Auribus percipite qui habitatis orbem. Vel, vt scias, per experientiam, quia nihil prodest audire vel scire nisi ea operemur.

peccauerunt ante te. *o* Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie quò nos dispersisti in improperium *p* & in maledictum *q* & in peccatum *r* secundùm omnes iniquitates patrū nostrorum qui discesserunt à te Dn̄e Deus noster. *s* Audi Israel mandata vitæ, *t* auribus percipe vt scias prudentiam. *u* Quid est Israël quòd in terra inimicorum es; *x* Inueterasti in *y* terra aliena, *z* coinquinatus es cū mortuis. *a* Deputatus es cū descendentibus in Infernū, *b* dereliquisti fontē sapientiæ

u Quid est Israel quod in terra inimicorum es?] id est, Chaldæorum, ad literam. Sic fecerunt filij Israel malum in conspectu Domini qui tradidit eos in manu Madian septem annis & oppressi sunt valdè, *Iudic.* 6. a.

x Inueterasti,] id est, vilis & mutilis effectus es, sicut pannus inueteratus. Et hoc.

y In terra aliena.] *Psalm.* 6. Inueteraui inter omnes inimicos meos, &c. Vel inueterasti in terra aliena, id est, in mala conuersatione, & regione mortis, & dissimilitudinu. *Luca cap.* 15. c. De filio prodigo abeunte in regio- A
nem longinquam, & dissimilitudinis vt dicit *Augustinus* in 1. lib. de Confess. Terra aliena, id est, quæ à Deo alienat, quam alieni inhabitabant. Triplex est terra, scilicet, interior, id est, propria voluntas: terra exterior, id est, propria caro: terra inferior, id est, terrena substantia. *Apocalyp. cap.* 8. d. Væ, væ, væ habitantibus in terra.

z Coinquinatus es cum mortuis,] id est, dum potestati alienorum subiectus es, coinquinatus es ex societate & cohabitatione Chaldæorum, qui sunt immundi, vel sordibus vitiorum tuorum. Vel, coinquinatus es cum mortuis, i. cum peccatoribus. Tangens enim mortuum, immundus est, & qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: *Ecclesiast. capit.* 13. a. *Isa.* 55. d. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. *Numeri. capit.* 16. d. Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. *Ierem. capit.* 51. a. Fugite de medio Babylonis. *Psalm.* 17. Cum peruerso peruerteris. Et *Apostolus.* ad Romanos *capitulo* primo, d. dicit: Qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam consentiunt facientibus.

a Deputatus es cum descendentibus in Infernum,] vel lacum, quasi dicat, captiuitas tua reputatur irrecuperabilis, & æterna, secundum captiuitatem illius qui in Infernum descendit, vbi nulla est redemptio. *Psalm.* 142. Non auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum.

b Dereliquisti fontem sapientiæ,] scilicet, Deum *Psalm.* 35. Apud te est fons vitæ. *Ieremia capitulo* secundo, c. Duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas. *Ierem. capitulo secundo*, d. Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum. Et benè dicit, sapientiæ, ex cuius defectu procedit malum. *Isaia capitulo quinto*, d. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. *Ieremia capitulo secundo.* b. Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus, & tenentes legem nescierunt me, & Pastores præuaricati sunt in me, &c.

Item rectè ait, dereliquisti, quia vt ait *Augustinus*: Peccatum non est adeptio malarum naturarum, sed desertio meliorum.

a Nam

a Nam si in via, &c.] Quia nec causari debetis contra Deum quasi vobiscum iniustè egerit nec mirari quòd captiuati estis. Nam si in via Dei ambulasses, quæ est obseruantia mandatorum. De qua. *Isa.* 30. c. Hæc est via, ambulate in ea.

b Habitasses vtique in pace super terram, vel, [sempiterna,] alia litera. [Pace, scilicet, temporis, & pectoris. *Ioan.* 14. d. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, &c. *Isa.* 57. d. Non est pax impiis. *Iob.* 5. d. Cū lapidibus regionum pactum tuum, & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi, non formidabis., Hic expreßè habes quòd peccata sua expellunt homines à regionibus suis. Sed ô Israel qui dudum scientiam repulisti.

al. † sempiterna.

a Nam si in via Dei ambulasses, *b* habitasses vtique in pace † super terram. *c* Disce vbi sit *d* prudentia, *e* vbi sit virtus, *f* vbi sit intellectus, *g* vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ *h* & victus, *i* vbi sit lumen oculorum *k* & pax? *l* Quis inuenit locum eius? *m* Et quis intrauit in thesauros eius? *n* Vbi sunt Principes gentium, *o* & qui dominantur super bestias quæ sunt super terram? *p* Qui in auibus cœli ludunt, *q* qui argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines, *r* & non est finis acquisitioni eorum. *s* Qui argentum fabricant *t* & solliciti sunt, *u* nec est inuentio operum illorum. *x* Excommunicati sunt, *y* & ad Inferos descenderunt *z* & alij loco eorum exsurrexerunt.

c Disce] nunc saltem.

Philip. 1. b. *d* Vbi sit prudentia,] scilicet, vt scias conuersari inter homines huius prauæ, & peruersæ nationis. Vbi autem non sit sapientia, dicit *Iob.* 28. b. Sapientia vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus dicit, non est in me, & mare dicit non est mecum. Vbi autem sit, & vbi possit inueniri, dicit Apostolus. *Colos.* 2. a. in Iesu Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Item disce.

e Vbi sit virtus,] fortitudo mentis, & corporis.

f Vbi sit intellectus,] mandatorum Dei.

g Vt,] scilicet, per ista [scias simul vbi sit longanimitas vitæ æternæ.

h Et victus,] vbi plenam habebimus refectionem. *Psalm.* Satiabor cùm apparuerit gloria tua.

Psalm. 16. *i* Vbi sit lumen oculorum.] Hoc ideo dicit, quia priùs excæcati fuerunt per culpam, & ideo in pœnam inciderunt. Sed in patria videbunt Deum suum, sicuti est. *Sap.* 7. d. Candor est lucis æternæ.

1. Ioan. 3. a. *k* Et pax,] scilicet, pectoris, quæ est tranquillitas conscientiæ, in futuro verò habebimus pacem æternitatis. *Isa.* 32. d. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Nota tria in præsenti quæ valent ad cognitionem, siue consecutionem quatuor sequentium quæ erunt in futuro. Prudentia enim est auriga virtutum, vt dicit *Bernardus*. Hæc docet & discernit quid sit faciendum, quid non: virtus fortiter facit quod prudentia rectè faciendum decreuit: intellectus est informare facta & opera ad modum Ecclesiæ triumphantis. Vnde dictum est Moysi. Fac secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. *Exod.* 25. d. *Hebr.* 8. b. Et benè quærit: Vbi est: quod determinatur. *Genes.* 2. b. scilicet, in terra Euilath, vbi nascitur aurum, & aurum illius terræ optimum. Euilath parturiens interpretatur, hic est timor Domini qui est initium sapientiæ. *Ecclesiast.* 1.

Psal. 100. b. & *Prouerbiorum* 1. a. *Iob.* 28. d. Ecce timor Domini. ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia. Non inuenitur in terra suauiter viuentium, vt dictum est *Iob.* 28. b. Per tria prædicta scilicet, prudentiam, virtutem, & intellectum benè se regit homo, vt quatuor sequentia & sciat & consequatur. Primum est longiturnitas vitæ, per hoc glorificatio corporis in patria designatur. Ibi enim nulla indigentia, nullus defectus, impassibilitas, immortalitas. *Prouerbiorum* 3. a. Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi mandata Dei, scilicet, custodita, misericordia & veritas non te deserant. *Eodem* b. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria.

h Et victus, &c.] Hæc tria dotes animæ significant. Victus, dilectionem: lumen, cognitionem: pax fruitionem, Hæ sunt tres dotes animæ. Victus est amor Dei quo reficimur. *Isa.* 65. c. Serui mei comedent, & vos esurietis, & cætera. *Psalm.* 35. Torrente voluptatis tuæ potabis eos. Lumine cognoscimus & videmus. *Ioan.* 17. a. Hæc est vita æterna vt cognoscant te verum Deum, & cætera. *Eccles.* 11. d. Dulce lumen & delectabile est oculis videre Solem, maximè Solem iustitiæ, de quo *Malach. vltim* a. *Tobia* 5. b. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Item in fruitione est pax omnimoda, vltra quam nihil quæritur. Vnde fruuntur, ne

fastidiunt. *Isaia vltim.* d. Ecce ego declinabo super eam quasi flumen pacis, & cætera. Et *infrà*: Quomodo si cui blandiatur mater, ita consolabor vos, & cætera. Sequitur.

l Quis inuenit locum eius.] Hic commendatur sapientia multipliciter. *Iob.* 28. d. Vnde ergo sapientia venit, & quis est locus intelligentiæ? Sequitur post: Deus intelligit viam eius.

m Et quis intrauit in thesauros eius,] scilicet perfectè eam perscrutando, & ad vnguem inuestigando? quasi dicat, nullus, quia ad hoc non sufficit sensus humanus. Vel ista interrogatio paucitatem notat, non impossibilitatem, quasi dicat pauci inuenerunt sapientiam. *Isaia* 33. a. Diuitiæ salutis sapientia & scientia. Timor Domini ipse est thesaurus eius. Thesauri sapientiæ increatæ, id est, Christi, sunt omnes prædestinati ad vitam qui adhuc absconditi sunt, etiam aliqui in peccatis. *Iob.* 38. c. Nunquid ingressus es thesauros niuis, &c. Hos thesauros nemo ingressus est, quia nemo scit an Eccl. 9. a.
amore vel odio dignus sit.

n Vbi sunt Principes.] Ecce commendata sapientia, consequenter inuehitur in eos qui sapientiam contemnunt & diuitiis temporalibus insistunt, dicens: Vbi sunt Principes gentium, id est, quò deuenerunt? *Psalm.* 36. Transiui & ecce non erat, &c. quasi dicat, hodie se extollunt, & cras sicut stipula exsiccata in clibanum mittuntur ad comburendum. *Matth.* 6. d. id est, in ignem æternum detrahuntur. Et meritò, quia pœna respondet culpæ. *Apocal.* 8. b. Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum, &c.

o Et], Vbi sunt, [qui dominantur super bestias quæ sunt super terram?] *Genes.* 9. a. Tremor & terror vester sit super cuncta animantia terræ. Ibi *Gregorius*: Vbi non delinquimus, pares sumus.

p Qui in auibus cœli ludunt.] Ecce Principes terrarum redarguuntur, eò quòd in auibus cœli ludunt. Quid ergo erit cleris moderni temporis?

q Qui argentum thesaurizant & aurum in quo confidunt homines.] *Prou.* 11. Qui confidit in diuitiis suis corruet. *Matth.* 6. c. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. *Ierem.* 8. d. A minimo vsque ad maximum omnes auaritiæ student.

r Et non est finis acquisitionis eorum. *Isa.* 2. b. Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum eius. *Eccles.* 5. b. Auarus non implebitur pecunia.

s Qui argentum fabricant,] id est, qui faciunt sibi idola argentea, vel qui vasa aurea sibi fabricare student.

t Et solliciti sunt,] qui per mare, per terras discrimini se exponunt, vt diuersa lucra sectentur. *Eccles.* 27. a. Inter medium emptionis & venditionis angustabitur. Et nota quòd dicit solliciti, quia diuitiæ cum sollicitudine acquiruntur, cum timore possidentur, vbi est maxima sollicitudo in custodiendo. Nam vbi est thesaurus tuus, ibi est Matt. 6. a.
& cor tuum; & ideo cum dolore amittuntur. Item nota, quod ex conflatione argenti dentes nigrescunt & putrescunt, sic ex cupiditate virtutes. Dicitur tamen *Eccles.* 28. d. Aurum tuum & argentum tuum confla, in conflatorio sacræ Scripturæ, non mundanæ, ne dentes putrefiant.

u Nec est inuentio,] id est perfectio, operum illorum *Psalm.* 75. Nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Respondet hoc illi quod supra dictum est. Non est finis. *Psalm.* 63. Defecerunt scrutantes scrutinio. *Eccles.* 3. b. Quid habet ampliùs homo de labore suo? Vidi afflictionem quam dedit Deus filiis hominum vt distendantur in ea, cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, &c.

x Exterminati sunt.] Ecce solutio prædictarum quæstionum, id est extra terminos suos posui. Termini diuitum sunt deliciæ & honores, & ipsi erunt in Inferno in paupertate & confusione summa.

y Et ad Inferos descenderunt.] *Luca* 16. f. Mortuus est diues & sepultus in Inferno. *Iob.* 21. b Ducunt in bonis dies suos, & in puncto in Inferna descendunt. *z* Et alij,] scilicet, praui, loco eorum exsurrexerunt. Vnde sequitur.

a Iuuenes, &c] *Eccles.* 6. a. Vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honores, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud.

C

a Iuuenes] sensu, id est, & instabiles. b Viderunt, lumen,] quasi illi qui surrexerunt post illos inerauerunt bona eorum & gloriam eorum. Est enim lumen prosperitatis. *Iob.* 3. d. Quare misero data est lux. *Psal.* 55. Ab altitudine diei timebo. Item lumen est cognitio naturalis. *Iob.* 29. a. Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.

a Iuuenes b viderunt lumen & c habitauerunt super terram, d viam e autem disciplinæ f ignorauerunt, g neque intellexerunt semitas eius, h neque filij eorum i susceperunt eam. k A facie ipsorum longè facta est. l Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in m Theman. Filij n quoque Agar qui † exquisierunt prudentiam quæ de terra est, o negotiatores terræ & Theman, p & † confabulatores & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ, q viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius. O r Israël f quàm magna est domus Dei t & ingens locus possessionis eius. u Magnus est & x non habet finem, excelsus & immensus. y Ibi fuerunt gigãtes nominati, z illi qui ab initio fuerũt statura magna, † scientes bellum, a Non hos elegit Dñs, b neque viam disciplinæ inuenerunt c propterea perierunt. d Et quoniam non habuerunt sapientiam, e interierunt propter suam insipientiam. f Quis ascendit in g cœlum, & h accepit eam, i & eduxit eã de nubibus?

al † exquirunt.

al † fabulatores.

al † cientes.

e Et habitauerunt super terram,] præcedentium malorum hominum. *Apocal.* 8. d. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. *Philip.* 3. d. Nostra conuersatio in cœlis est.

d Viam autem, &c.] Surrexerunt inquam.

e Autem, pro sed, Viam disciplinæ, verborum vel verberum. *Heb.* 12. c. Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Et ita in disciplina perseuerate. 1. *Corinth.* 9. d. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Vel viam ducentem ad disciplinam, scilicet, Fidem, quæ est Principium omnis boni. *Abacuc.* 2. a. Iustus ex fide viuit. *Hebr.* 11. b. sine fide impossibile est placere Deo. Vel mandata leuiora. *Tobia* 4. c. Quod ab alio oderis fieri sibi, vide ne tu aliquando alteri facias. *Matt.* 7. b. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis.

f Ignorauerunt,] tam subsequentes quam præcedentes ignorantia, scilicet, affectata, quæ neminem excusat, 1. *Corinth.* 14. g. Si quis ignorat ignorabitur.

g Neque intellexerunt semitas eius,] quasi dicat, neque secundum consilia, neque secundùm præcepta Domini vixerunt. Semitæ, altiora præcepta, vel consilia. De quibus *Matt.* 5. c. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides, & cætera. *Psalm.* 24. Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.

h Neque filij eorum,] succedentes eis.

i Susceperunt eam,] sapientiam cœlestem, scilicet, ambulando post ipsam. k A facie ipsorum longè facta est, quia non acquieuerunt doctrinæ Patriarcharum & Prophetarum. *Iob.* 20. b. Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. l Non est audita in terra Chanaam, neque visa est,] scilicet, oculis mentis, & rationis.

m In Theman,] in terra illa, sic dicta, à quodam Thema, de quo 1. *Paralipom.* 1. b.

n Filij quoque Agar qui exquisierunt prudentiam, quæ de terra est, non ipsam veram sapientiam quæ de sursum est à patre luminum. Ipsi dico.

o Negotiatores terræ, & Theman,] Generale prius ponit, deinde specificat de Theman, quæ erat terra de qua fuit Eliphaz Themanites. p Et confabulatores, &c. Et,] pro id est. Potest esse expositio quod dicitur.

o Negotiatores terræ,] id est, quibuscunque terrenis lucris inhiantes. Et hoc est.

p Et confabulatores & exquisitores prudentiæ & intelligentiæ,] rerum terrenarum. Prudentia est de terrenis, prouidentia & cautela respectu futurorum, intelligentia de præsentibus, sapientia de superioribus & æternis.

q Viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas eius,] quasi dicat, nullus præcedentium, vel in via, vel in semitis Dei ambulauit, id est, mandata vel consilia Dei adimpleuit, nec inter eos est sapientia Dei.

Moral.

Moraliter l Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Themam, &c.] Chanaan interpretatur commotio, vel negotiator, per hoc auaritia, vel litigium. Theman, Auster, vel Africus mollis ventus, per hoc luxuria vel inanis gloria. Ibi non inuenitur via disciplinæ, neque apud filios Agar, vt sequitur. Agar enim interpretatur aduena, vel conuertens, siue festum suscitans, vel solemnitates vigiliarum, per hoc prodigalitas. Vel per Chanaan intellige legistas, & Decretistas, qui multa commouent. *Eccl.* 28. b. Lingua tertia multos commouit. Per Themam Dialecticos, ventum inanis gloriæ exquirentes. Per filios Agar Medicos, qui suadent gaudendum, non tristandum. De talibus scientiis, dicis *Iacob.* 3. d. Non est ista sapientia desursum descendens à patre luminum, & cæt. Vbi enim est zelus & contentio; ibi inconstantia, & omne opus prauũ. Quæ autem desursum est sapientia, &c. Sequitur.

r O Israel] qui vides Deum per fidem, quod non alij.

f Quam magna est domus Dei,] Templum, scilicet, materiale, in quo responsa Domini suscepimus. t Et ingens locus possessionis eius. Ad literam, erant in possessionibus terrarum, ibi, scilicet, in terra Israel.

Mystice.

u Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus.] Mysterium huius magnum est, & quasi incomprehensibile. Et hoc ostendit Baruch, dicens.

r O Israel quam magna est domus Dei,] scilicet, Ecclesia, Paradisus, Cœlum Empyreum. Magna durationis perpetuitate, habitatorum magnitudine, mansionum multitudine. *Isa.* 33. d. Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ. Oculi tui videbunt ciuitatem Ierusalem, habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnis funiculi eius non rumpentur, quia solummodò ibi magnificus est Dominus Deus noster. *Ioan.* 14. a. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. *Psalm.* 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, &c.

x Et non habet finem. *Isa.* 9. b. Et Regni eius non erit finis. Sequitur.

y Ibi fuerunt gigantes nominati.] De his *Genes.* 6. a. Iosue 11. pugnauerunt contra Israel.

z Illi qui ab initio fuerunt staturâ magna scientes bellum; id est decocti ad pugnandum, 1. *Reg.* 17. d. Hic vir bellator ab adolescentia. Sed de his prædictis erat Nemroth, de quo *Gen.* 10. b. Vel cientes, id est mouentes bellum, a cieo, cies, quod est idem quod moueo, moues. Et quia tales erant, scilicet, superbi & indisciplinati.

a Non hos elegit Dominus,] quin potius deposuit potentes de sede. Et *Eccles.* 10. b. Sedes superborum ducum destruxit Dominus. *Eccles.* 16. a. Non exorauerunt pro peccatis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt, confidentes suæ virtuti, & non pepercit peregrinationi illorum, sed percussit & execratus est eos præ superbia verbi illorum. *Isa.* 26. c. Morientes non viuant, & gigantes non resurgant. *Luc.* 1. e.

b Neque vitam disciplinæ inuenerunt,] mandata, scilicet, & præcepta legis, per quorum obseruationem saluari possent.

c Propterea,] scilicet, quia sine lege erant, & sapientiam contemnebant, perierunt.

d Et quoniam non habuerunt sapientiam,] sicut vos quos in populum peculiarem de omnibus gentibus sibi Dominus Deus elegit. *Deut.* 14. a.

e Interierunt,] scilicet, propter suam insipientiam. *Isa.* 5. d. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame.

f Quis ascendit.] Quis raritatem notat, non impossibilitatem.

g In cœlum,] vbi est radix veræ sapientiæ.

h Et accepit eam] id est, perfectè intelligit? Solus Christus. Ipse enim ascendit baiulis nubibus. *Act.* 1. a. *Ephes.* 4. b. Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos, vt repleret omnia. *Prouerb.* 30. a. Quis ascendit in cœlum, atque descendit? Et Paulus raptus fuit vsque ad tertium cœlum, 2. *Corinth.* 12. a.

i Et eduxit eam de nubibus.] *Psal.* 17. Tenebrosa aqua in nubibus aëris. *Isaia* 5. b. Et nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem.

a Quis

a Quis transfretauit mare, id eſt, amaritudines ſollicitudinum huius mundi, & peccatorum.
b inuenit illam, &c. quaſi dicat non eſt aurum quod poſſit ei comparari. *Prouerbior.* 3. b. Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentiâ. Melior eſt acquiſitio eius negotiatione auri, & argenti, &c. Vnde mirum eſt, quòd per mare, per terras varias transferunt ſe homines ad diuitias ſibi ſollicitè quærentes, & veram ſapiẽtiã poſtponunt. *Iob.* 28. c. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in cõmutatione eius.

a Quis transferauit mare, & b inuenit illam, & attulit illam ſuper aurum electum? c Non eſt qui poſſit ſcire vias eius, neq; qui exquirat ſemitas eius. d Sed qui ſcit vniuerſa, nouit eam, & adinuenit eam prudentia ſua. e Qui præparauit terram in æterno tẽpore, f & repleuit eam bipedibus, g Qui emittit lumen, h & vadit, i & vocauit illud, k & obedit illi in tremore. l Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodiis ſuis & lætatæ ſunt. m Vocatæ ſunt n & dixerũt: Adſumus. o Et luxerunt ei p cum iocunditate, qui fecit illas. q Hic r eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſùs eum. ſ Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, t & tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. u Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

c Non eſt qui poſſit, &c.) quia non eſt aliquis qui vel ſecundum legis præcepta, vel Dei conſilium ambulet. Vnde ſubdit. d Sed qui ſcit vniuerſa, &c.] quia fuit auctor eius, Ille inquam. e Qui præparauit, &c. *Eccl.* 1. a. Terra in æternum ſtat. Vel ab æterno præuidit. Et notatur hic æternitas filij cum Patre. Item magnitudinem nota in Præparatione.
f Et repleuit eam bipedibus, & quadrupedibus,] id eſt, hominibus, & animalibus.
g Qui emittit lumen) gratiæ, & doctrinæ. *Eccleſ.* 24. d. Qui mittit diſciplinam, ſicut lucem. h Et vadit,] per internam inſpirationem.
i Et vocauit illud, &c.] quia diuidit ſingulis prout vult, 1. *Cor.* 12. b. Vel g Emittit lumen,) Solem ſcilicet, iuſtitiæ, id eſt, Chriſtum de quo *Malach.* 4. a. Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iuſtitiæ. *Pſalm.* 135. Solem in poteſtatem diei.
k Et obedit.] *Philip.* 2. a. Factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis.
l Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt,] id eſt, per omnia ei obediendo. Simile *Abacuch.* 3. c. Sol, & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ.
m Vocatæ ſunt.] Quandoque vocantur elementa in teſtimonium, ſicut ſub Moyſe, *Deut.* 32. a. Audite cœli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Et *Ioſue* 24. f. En lapis iſte erit vobis in teſtimonium. *Iſai.* 1. a. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt.
n Et dixerunt: Adſumus.] Promptitudo obſequendi notatur.
Pſalm. 32. o Et luxerunt ei,] id eſt, ad honorem Dei patris.
Moraliter. p Cum iocunditate, qui fecit illas,] per filium ſibi conſubſtantialem, & coæternum, iuxta illud: Dixit, & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt.

Moraliter. Stellæ ſunt Prædicatores, qui dicuntur lux. *Matth.* 5. b. Vos eſtis lux mundi. *Iudicum* 5. c. Stellæ manentes in ordine, & curſu ſuo aduerſus Siſaram pugnauerunt. Stelæ dicuntur à ſtando, quia Firmamento, id eſt, Chriſto affixæ ſunt. Sunt quædam erraticæ, per has Prædicatores diſcurrentes ſignificantur. *Philip.* 2. c. Vos lucetis, ſicut luminaria in mundo verbum vitæ continentes, &c. Hi vadunt ad prædicandum, & reuertuntur ab contemplationem. Vnde *Ezech.* 1. d. Ibant, & reuertebantur *Iob.* 38. d. Nunquid mittet fulgura, ibunt & reuertentia dicent tibi, adſumus? *Eccl.* 11. b. Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur. Sequitur.
q Hic,] ſcilicet, qui operatus eſt vniuerſa.
r Eſt Deus noſter, &c.] Non idola vana, & muta. De quibus dicitur *Ierem.* 10. b. Dij, qui non fecerunt cælum, & terram pereant de terra.
ſ Hic adinuenit omnem viã diſciplinæ,] id eſt, facit adinueniri. Nunquam enim plus, vel minùs ſciunt, quam fiant. Vnde quæritur *Iſa.* 40. b. Quis erudiuit eum ſcientia, & viam prudentiæ oſtendit illi? quaſi dicat nullus.
t Et tradidit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo, per moyſen, & Aaron in monte Sina, vt habetur *Exod.* 20. quaſi dicat, nobis Iudæis veram legem, non gentibus dedit.

u Poſt hæc in terris viſus eſt, cum hominibus conuerſatus eſt.] Ecce hic aperta Prophetia de Incarnatione Chriſti. Idem *Leuit.* 26. b. Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter. *Prou.* 8. Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum.

EXPOSITIO CAP. IV.

Hic liber, & cætera,] Hoc capitulũ diuiditur in quinque partes. In prima alloquitur Iudæos exiſtentes in Babylonia, vel in Ieruſalem ſub tributo, vt reſipiſcant a malis, & legem obſeruẽt. In ſecunda inuitat eos ad patiẽtiam aduerſorũ quæ eis a gentibus infligebãtur, A ibi: Animæquior eſto. In tertia ponuntur verba Ieruſalem conquerentis, & condolentis ſuper captiuitate filiorum & filiarum ſuarum, ibi: Audite confines Sion. In quarta conſolatur Ieruſalem filios ſuos captiuos, promittens quòd Dominus liberabit eos, inuitans eos ad pœnitentiam, & orationem, quæ ſunt maximè neceſſaria in tribulatione, ibi: Ego autem quid poſſum. In quinta conſolatur Baruch Ieruſalem promittens filiorum liberationem, & hoſtium deſtructionem, ibi: Animæquior eſto Ieruſalem. Dicit ergo:

CAP. IV.

x Hic liber mandatorum y Dei, z & lex, quæ eſt in æternum. a Omnes, qui tenent eam, peruenient ad vitam, b qui autem dereliquerunt eam, in mortem. c Conuertere Iacob. d & apprehende eam

x Hic liber mandatorum Dei] eſt. Vel, hic liber, ſcilicet, mandatorum, id eſt, legis vetuſtæ, vbi mandata ſcribuntur, eſt.
y Dei, quia ab illo editus.
z Et lex, quæ eſt in æternum, ſeruanda quantum ad moralia, non quod legalia, & figuralia. Nam adueniente re, debuit vmbra ceſſare, & figura. Lex, ſcilicet, quæ eſt in veteri, & nouo Teſtamento, quæ ſemper durabit. Et nunc benè ſequitur.
a Omnes, qui tenent eam, peruenient ad vitam.] *Prouerb.* 3. a. Fili mi, ne obliuiſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat. Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. Et *infra*, c. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eam beati. Et nota, quòd mandata dicit affirmatiua præcepta, vt bonum fiat legem negatiua, vt mala vitentur. Et poteſt eſſe introitus ad totam Bibliam. Lex dicitur, quia ligat. *Prouerb.* 3. c. Cuſtodi legem atque conſilium, & erit vita animæ tuæ. Vel.
x Hic liber, ſcilicet, Chriſtus, in quo omnia leguntur. Vnde de ſapientia dicitur *Sapient.* 7. d. Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. *Eccl.* 24. c. Hæc omnia liber vitæ, & teſtamentum Altiſſimi, & agnitio veritatis. *Iſaia* 8. a. Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis.
b Qui autem dereliquerunt eam, in mortem,] ſupple peruenient æternam, vel ad minus temporalem, ſecundùm primam lecturam, quia tranſgreſſores legis interficiebantur olim *Hebr.* decimo, c. Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duobus vel tribus teſtibus moritur. Ergo, quia in maliuolam animam non introibit ſapientia. *Sapient.* *primo*, a.
c Conuertere Iacob] à peccato. Alloquitur concaptiuos in Babylonia, vel Iudæos exiſtentes in Ieruſalem ſub ſeruitute, & tributo, vt reſipiſcant à malis ſuis: quæ facere conſueuerunt, & vt in obſeruatione legis inſiſtant. Vnde ſequitur.
d Et apprehende eam,] per firmam animi applicationem. [Apprehende,] quaſi citò, & cum feſtinantia, & firmiter memoriæ tuæ commenda, & perſeueranter retine. *Deuteronom* vndecimo, c. Ponite hæc verba mea in cordibus veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos veſtros collocate. Nota, in cordibus per memoriam, in manibus per operis applicationem in ore per prædicationem. *Prouerbiorum* 6. a. Liga eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. Et cum ambulaueris gradiantur tecum, cùm dormieris, &c.

Ambula

a Ambula per viam *b* ad splendorem eius contra lumen eius. *c* Ne tradas alteri *d* gloriam tuam, *e* & dignitatem tuam genti alienæ. *f* Beati sumus Israel, *g* quia quæ Deo placent manifesta sunt nobis. *h* Animæquior esto populus Dei *i* memorabilis Israel. *k* Venundati estis gentibus *l* non in perditionem, *m* sed propter quod in ira ad iracundiam prouocastis Dominum, *n* traditique estis, *o* aduersariis. *p* Exacerbastis enim eum, qui fecit vos Deum æternum, *q* immolantes dæmoniis, & non Deo, *r* Obliti enim estis eum, qui nutriuit vos *s* & contristastis nutricem vestram Ierusalem, *t* Vidit enim *u* iracundiam à Deo *x* venientem vobis, *y* & dixit: Audite † confines Sion. *z* Adduxit enim mihi Deus luctum magnum. Vidi *a* enim captiuitatem populi mei, filiorũ meorum, & filiarum quam superduxit illis æternus. *b* Nutriui enim illos cum iocũditate, *c* dimisi autẽ illos cum fletu, & luctu. *d* Nemo gaudeat super me viduam, & desolatam, à *e* multis derelicta sum *f* propter peccata filiorum meorũ, quia declinauerũt à lege Dei. *g* Iustitias autem ipsius nescierunt, *h* nec ambulauerunt per vias mã-

Al. † confusiones.

a Ambula per viam,] id est, secundum legis præcepta viue, quia mentem bonam sursum dirigunt, & rationem illuminant. Propter quod sequitur.
b Ad splendorem eius] oculos conuertendo, scilicet, contra lumen eius. Vnde *Psalm.* Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. — *Psal. 118.* Vel *a* Ambula per viam,] bonæ operationis. *Prou. 3. c.* Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ.
b Ad splẽdorem, &c.] vt faciem ad Deum habeamus, & non tergum. *Prou. 6. c.* Mãdatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ. D
c Ne tradas, &cæt.] Hortatur eos, vt legem per cuius obseruantiam gloriosi erãt & omni honore digni omnino obseruent ne per eorum incuriam, & negligentiam ad gentes transeant, sicut postmodum contigit. *Act. 13. g.* Quia verbum Dei repellitis, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Dicit ergo Ne tradas alteri, ad literam, Babylonio, vel Chaldæo.
d Gloriam tuam,] gloriosam ciuitatem, & Templum, & sancta, hæc ad literam. *e* Et dignitatem tuam genti alienæ] idem est. Vel aliter. Ne tradas alteri,] scilicet, gentili.
d Gloriam,) fidei, & Synagogæ. vt fides à Iudæis transeat ad gentes. Optat hic fidem à Iudæis non remoueri. Contra *Iob. 5. a.* Longe fient filij eius à salute, scilicet, Iudæi, & conterentur in porta, & non erit qui eripiat, cuius messem famelicus comedet, id est, gentilis, &c.

Moraliter. Vel Moraliter. *c* Ne des alteri gloriam, &c.] gloriam, innocentiæ & virtutem. *Psalm. 7.* Gloriam meam in puluerem deducat. *Prou. 5. b.* Ne des alienis honorem tuum, &c. *Eccl. 10. a.* Si Spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.
f Beati sumus Israel.] Consolatur eos per ea, quæ Dominus eis contulit. *g.* Quia quæ Deo placent manifesta sunt nobis. Vnde *Rom. 3. a.* Quid ergo amplius Iudæo est, aut, quæ vtilitas circumcisionis? Et respondet talem: Multum per omnem modum. Primum quidem quia credita sunt illis eloquia Dei. Et *Psalm. 147.* Non fecit taliter omni nationi, &c. *Deut. 4. b.* Quæ enim est alia gens sic inclita, &c.
h Animæquior esto, &c. Secunda pars in qua inuitat ad patientiam in tolerando aduersa, quæ eis à gentibus infligebantur, dicens: Animæquior esto, per patientiam.
i Populus Dei memorabilis Israel.] Dicit hoc ad consolationem captiuorum ne desperent.
k Venundati estis gentibus] id est, ad tempus puniti. Vnde sequitur.
l Non in perditionem, &c. *Isa. 50. a.* Ecce enim in iniquitatibus vestris vendiui estis. *Et 52. a.* Gratis venundati estis, non in perditionem. Sicut dicit *Apostolus 1. Corinth. 5. b.* Iudicaui tradere huiusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis. Et sequitur: Vt spiritus saluus sit, *Iob. 2.* Veruntamen animam illius serua.
m Sed propter,] quasi dicat, non sine causa puniti estis, sed propter, quod in ira ad iracundiam prouocastis Dominum, id est, quia propter peccata vestra iram Dei prouocastis. *Psalm. 77.* In iram concitauerunt eũ in inaquoso, & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt. *Osea. 14. a.* Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum.
n Traditique estis,] ad flagellandum, aduersariis. *Psalm. 77.* Tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum, in manus inimici. *Roman. 1. d.* Propterea tradidit illos Deus in passiones ignomiæ. Et meritò hæc patimini.
p Exacerbastis enim eum, qui fecit vos, Deum æternum.] *Psalm. 105.* Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo & humiliati sunt in iniquitatibus suis.

q Immolantes Dæmoniis, & non Deo.] Ecce vnum peccatum, quod commiserunt. Sed quomodo inciderunt in tale peccatum? Ecce.
r Obliti enim estis eum, qui nutriuit vos.] Dominus circumduxit populum suum, & docuit, & custodiuit, quasi pupillam oculi. *Deuterono. 32. b.* Obliti, &c. *Roman. 1. c.* Quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerũt. *Deuter. 32. c.* Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. *Isaia. 1. a.* Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. *Osea 11. a.* Ego quasi nutricius Ephraim portabam eos in brachiis meis, & nescierunt quod curarem eos. C *Matthæi 23. d.* Quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, dicit Ierusalem, & noluisti. Ierusalem dicitur Ecclesia. *Isaia 49. f.* Erunt Reges nutricij tui, & Reginæ nutrices tuæ.
s Et contristastis nutricem vestram Ierusalem,] id est, Synagogam, vel legem in qua edocti estis.
t Vidit enim,] scilicet, ciuitas Ierusalem per Prophetarum prænunciationem.
u Iracundiam à Deo] exponente vos pœnis, & tribulationibus, vel puniri permittente.
x Venientem vobis, [vel, nobis.
y Et dixit. Audite confines Sion,] quasi dicat, non solùm ciuitas Sion destruetur, sed & confines, & vicinæ ciuitates. Alia litera: Audite confusiones, scilicet, superuenturas.
z Adduxit enim mihi Deus luctum magnum.] Verba sunt ciuitatis Ierusalem rememorantis captiuitatem, & destructionem populi sui, & condolentis super captiuitatem filiorum, & filiarum eius. [Luctum.] *Threnor. 1. a.* Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius. Et *Ierem. 9. a.* Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum?
a Vidi enim captiuitatem, &c.] Dolor est diuisio continuorum. *1. Cor. 12. d.* Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra.
b Nutriui enim illos cum iocunditate.] *Deuteron. 32. b.* Constituit eum super excelsam terram, vt comederet fructus agrorum.
c Dimisi autem illos cum fletu, & luctu] animi, & fletu corporis, quia risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. *Prou. 14. b.* Dimisi, &c. De dimissione decem tribuum, *4. Reg. 17.* De duabus *4. Reg.* in fin.
d Nemo, &c. Consequenter postulat, ne vicinæ ciuitates congratulentur de desolatione, & destructione sua, dicens: Nemo gaudeat super me viduam, & desolatam. *Threnor. 1. a.* Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Nemo gaudeat, &c. *Prouerb. 17. a.* Qui in ruina alterius lætatur, non erit impunitus, *Mich. 7. b.* Ne lætetur inimica super me, quia cecidi consurgam. Hoc dicit Ierusalem, vel propheta in eius persona.
e A multis derelicta sum.) Hoc dicit, quia duabus tribubus ductis in captiuitatem à Nabuzardan Principe militiæ Nabuchodonosor, de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas, vt *4. Reg. 25. c.*
f Propter peccata filiorum meorum declinauerunt a lege Dei.] Maledicti qui declinant à mandatis tuis.
g Iustitias autem ipsius nescierunt], id est, fecerunt ac si nescirent, vel scire, vel addiscere noluerunt. *Psal. 118.*
h Nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei] id est, per præcepta. *Psalm. 71.* Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, id est, fecerunt ac si nescirent.

a Neque

a Neque per semitas veritatis eius] id est per consilia. *b* Cum iustitia ingressi sunt] quasi dicat, neque secundùm Domini præcepta maiora, & minora, neque secundùm eius consilia vixerunt, vel operati sunt. *Prou.* 3. c. Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ.

a Animæquiores, &c.] Inuitat eos ad patientiam habendam, & orationem faciendam Quæ duo sunt necessaria, maxime in tribulatione. Vnde dicit: Animæquiores estote filij, per longanimitatem, vt nec aduersa deiiciant, nec prospera extollant.

Et cum iustitia debemus ingredi, vt restituamus aliena. Sed sicut rebelles sumus, qui libenter faciunt omnia, exceptis ad quæ tenentur.

c Veniant confines Sion.] Hic inuitat ciuitas Ierusalem confines ciuitates ad compatiendum ei. Et interserit iterum hanc clausulã ad maiorem exaggerationem doloris, dicens:

r Veniant] ad succurrendum, & plangendum, & vt sibi caueant, & prouideant.

D

datorum Dei, *a* neque per semitas veritatis eius cum *b* iustitia ingressi sunt. *c* Veniant *d* confines Sion & *e* memorentur captiuitatem filiorum, & filiarum mearum quam superduxit illis æternus. *f* Adduxit *g* enim *h* super illos *i* gentem de longinquo, *k* gentem improbam, & alterius linguæ, *l* qui non sunt reueriti senem, neque puerorum misertl sunt. *m* Et abduxerunt dilectos viduæ *n* & à filiis vnicam desolauerunt. *o* Ego autem quid possum adiuuare vos? *p* Qui *q* enim adduxit *r* super vos mala, *s* ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. *t* Ambulate filij, ambulate, *u* ego enim derelicta sum sola. *x* Exui me stola pacis, *y* indui autem me sacco obsecrationis, *z* & clamabo ad Altissimum in diebus meis. *a* Animæquiores estote filij, *b* clamate ad Dominum, *c* & eripiet vos de manu Principum inimicorum. *d* Ego *e* enim speraui in *f* æternum salutem vestrãm, *g* & venit mihi *h* gaudium à sancto *i* super misericordia, *k* quæ veniet vobis ab æterno salutari nostro. *l* Emisi enim vos cum *m* luctu *n* & ploratu, *o* reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio, & iocunditate in sempiternum.

b Clamate ad Dominum triplici clamore, scilicet cordis, oris, & operis. Clamor cordis est sanctum desiderium. *Psalm.* 9. Præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Clamor oris est feruens oratio. *Psalm.* Non despexit clamorem pauperum, id est orationem humilium. Clamor operis est recta intentio operantis. *Psalm.* 101. Clamor meus ad te veniat.

Horatius in epistolis. *Nam tua res agitur, paries dum proximus ardet.* *d* Confines Sion.] Per hoc patet, quòd sit vera litera: Confines Sion. Supra *eodem*, b. *e* Et memorentur captiuitatem filiorum, &c.] Et meritò debent mihi compati vicinæ ciuitates.

g Enim] pro quia.

f Adduxit] id est adduci permisit Dominos.

h Super illos] populum meum, scilicet opprimendum.

i Gentem de longinquo] quia de Babylonia, vel Romanam, ad literam. *Deut.* 28. e. Adducet Dominus super te gentem de longinquo, &c. *Ier.* 5. d. Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus, gentem robustam, &c. Vel Mysticè, de Dæmonibus. *Ier.* 6. f. Crudelis est, & non miserebitur.

k Gentem improbam, & alterius linguæ, Et ideo magis puniti, & vehementius. Nam cum plangerent & dolerent, non intelligebant. Vnde contingebat eos nequaquam ad misericordiam flecti. *Thren.* 1.

l Qui non sunt reueriti senem, neque puerorum miserti sunt.] *Thren.* 5 c. Facies senum non erubuerunt.

m Et abduxerunt,] in captiuitatem, [dilectos viduæ,] quia.

n A filiis vnicam desolauerunt.] *Thren.* 5. a. Facta est quasi vidua domina gentium.

o Ego autem quid possum adiuuare vos?] quasi cuius nullæ sunt vires modo, sed citò liberabimini.

q Enim,] quia.

p Qui adduxit] idest, adduci permisit.

r Super vos mala] culpæ permittendo, pœnæ operando.

s Ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. Iuxta illud *Osea* 1. d. Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, &c. *Iob* 5. c. Ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.

t Ambulate filij, ambulate. Adhuc sunt verba ciuitatis Ierusalem, quasi dicat, ite in captiuitatem.

u Ego enim derelicta sum sola.] *Thren.* 1. a. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo. Item ambulate, corde, affectu, ambulate opere, effectu *Ioan.* 12. c. Ambulate dum lucem habetis.

x Exui me stola pacis,] ductis in captiuitatem. Et dicitur à stolon, quod est longum, veste iocunditatis longa, & pulchra.

y Indui autem me sacco obsecrationis,] quod est indumentum pœnitentium, *Ieronymus*: Cinis, & cilicium sunt arma pœnitentium. *Iudith* 8. a. Et habens super lumbos suos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ. *Iona* 3. c. de Rege Niniue: Et abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, &c. Et operiantur saccis homines.

z Et clamabo ad Altissimum in diebus meis,] quasi dicat hic in præsenti, quando est tempus merendi, quia post mortem erit tempus recipiendi.

c Et eripiet vos de manu principum inimicorum,] id est Chaldæorum, vel Dæmonum. 1. *Reg* 7. Præparate corda vestra Domino, & seruite illi soli, & eruet vos de manu inimicorum vestrorum.

d Ego enim, &c.] Benè dico, quia Dominus eripiet vos de captiuitate.

e Enim,] pro quia. *d* Ego speraui in æternum salutem vestram] quasi præ oculis meis semper habui liberationem vestram.

f In æternum] id est non in solam temporalem ereptionem vestram à seruitute Babylonica speraui, sed æternam quietem in cœlestem Ierusalem. *Ecclesiast.* 2. c. Quis sperauit in Domino, & confusus est. *Rom.* 5. a. Spes non confundit. *Eodem* 8. c. Spe salui facti sumus.

g Et venit] id est veniet.

h Mihi gaudium à sancto] Deo, qui solus est.

i Super] idest pro misericordia.

k Qui veniet vobis ab æterno salutari nostro] qui saluabit vos misericorditer à captiuitate Babylonica. Et ita à sola Dei gratia est, quòd resurgimus, quia homo est spiritus per se vadens, & non rediens. Æterno, dicit ad differentiam terrenorum, quia etsi quem liberant a pœna non nisi ad tempus.

l Emisi enim vos cum luctu, & ploratu, cùm captiui ducebamini in babyloniam.

o Reducet autem,] pro sed, [vos mihi Dominus cum gaudio, & iocunditate in sempiternum. *Isa.* 57. d. Sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. Item, *m* Cum luctu] quia terram suam deserere cogebantur. *n* Et ploratu] quia in terram alienam captiui ducebantur. Sic plorandum est de incolatu miseriæ, & de dilatione patriæ. Hæc sunt duo irrigua. Irriguum superius, & irriguum inferius, quæ Axa, id est fidelis anima petit à Caleph, id est à Christo. *Iosue* 15. d. Et *Iud* 1. c. *Psal.* 119. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Ecce irriguum superius. Habitaui cum habitantibus Cedar, Ecce inferius. *Rom.* 9. d. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Possunt etiam ista verba esse Ecclesiæ militantis, quæ luget, & plorat quotiens cogitur aliquos è filiis suis, vel per degradationem, vel per excommunicationem, vel alio modo de gremio suo emittere, siue eiicere, vt patet euidenter, cùm solemniter pœnitentes in die Cinerum eiiciuntur. Sed cùm ijdem per pœnitentiam redeunt congaudet, & iocundatur. Vel hoc potest intelligi de lapsu cuiuslibet fidelis animæ per peccatum mortale. Pro quo casu, & Angeli eorum custodes videntur lugere. Vnde *Isa.* 33. b. Angeli pacis amarè flebunt: cùm verò pœnitent, iocundari. *Luc.* 15. b. Gaudium est Angelis Dei super vno peccatore, pœnitentiã agente, quam super nonaginta nouẽ iustis, &c. Vel possunt esse verba Dei Patris, alloquẽtia totum genus humanum in primis parentibus, qui cũ luctu emissi vel dimissi erãt de paradiso terrestri ad ærumnas seculi. Sed eosd. reduxit filius Dei incarnatus cum iubilo, &

exultatione

exultatione in Paradisum cœlestem in die Ascensionis. Vnde *Psal.* 46. Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tubæ.

a Sicut enim, &c.] Alloquitur Propheta Ierusalem, quasi sicut omnibus innotuit captiuitas vestra; etiam reductio vestra omnibus manifestabitur. Et hoc est.

a Sicut enim viderunt vicinæ Sion] id est ciuitates circa Iudæam positæ.

b Captiuitatem vestram a Deo] iuste factam, quasi non ab homine, sed à Deo vobis inflictam propter peccata vestra.

c Sic videbunt, & in celeritate] id est post septuaginta annos, tempore Cyri Regis Persarum. 1. *Esdræ* 1.

d Salutem vestram] vel, à Deo, quasi non ab homine.

al † vertices.

F

a Sicut enim viderunt vicinæ Sion *b* captiuitatem vestram à Deo, *c* sic videbunt, & in celeritate *d* salutem vestram in Deo, *e* quæ superueniet vobis cum *f* honore magno, & *g* splendore æterno. *h* Filij patienter sustinete iram, *i* quæ superueniet vobis. *k* Persecutus est enim te *l* inimicus tuus, *m* sed *n* citò videbis perditionem ipsius, *o* & super † ceruices ipsius ascendes. *p* Delicati mei ambulauerunt vias asperas, *q* ducti sunt enim vt *r* grex direptus ab inimicis. *s* Animæquiores estote filij, & proclamate ad Dominum. *t* Erit enim memoria vestra *u* ab eo, qui ducit

e Quæ superueniet] id est desursum veniet è cœlo [vobis cum honore magno,] Hoc quantum ad temporalem, siue corporalem liberationem.

g Et splendore æterno.] Hoc quantum ad spiritualem, & æternam liberationem. *Ier.* 31. b. Qui dispersit Israel, congregabit eum, & custodiet eum, sicut pastor gregem suum. Redimet enim Dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris, & venient, & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini. Vel.

g Splendore] id est veritatis manifestatione. *Isa.* 60. a. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui.

f Et honore] de hostis triplici superatione, *Psal.* 8. Gloria & honore coronasti eum Domine.

h Filij &c.] Inuitat eos ad patientiam habendam in tolerandis aduersis. Et possunt esse verba Ierusalem alloquentis Iudæos relictos in Ierusalem sub tributo. Vnde dicit: Filij patienter sustinete iram, id est captiuitatem, vel pœnam quamlibet.

i Quæ superueniet vobis] id est desuper. *Eccl.* 2. a. Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum, & argentum, &c.

k Persecutus est enim te] perfectè insecutus, quasi omnino deleuit te.

l Inimicus tuus] Chaldæus, vel Diabolus. *Psalm.* 142. Persecutus est inimicus animam meam.

m Sed] non impunè, quia.

n Citò videbis perditionem ipsius] Regis Babylonis, vel, Dæmonum. Et hoc iusto Dei iudicio. *Iob.* 40. d. Et videntibus cunctis præcipitabitur.

o Et super ceruices ipsius ascendes] quasi vobis subijcientur, qui prius vos compresserunt. *Isa.* 60. c. Et venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum.

p Delicati mei ambulauerunt vias asperas] id est grauiter sunt afflicti ab aduersariis. Verba sunt ciuitatis Ierusalem. Vel Mysticè sunt verba Ecclesiæ militantis dolentis de captiuitate filiorum per peccatum. *Sap.* 5. b. Ambulauimus vias difficiles. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis. *Eccles.* 21. b. Via peccantium complanata lapidibus, *Prouerb.* 15. c. Iter pigrorum quasi sepes spinarum.

q Ducti sunt enim] in captiuitatem Babylonicam, vel de peccato in peccatum. *Osea* 4. a. Sanguis sanguinem tetigit.

r Vt grex direptus ab inimicis. *Psalm.* 43. Æstimati sumus sicut oues occisionis. *Ierem.* 50. a. Grex perditus factus est populus meus.

s Animæquiores estote filij, & proclamate ad Dominum] ore, & corde. Et sic inuitat eos ad pœnitentiam habendam, & ad orationem faciendam, quæ duo maximè sunt necessaria in tribulatione.

t Erit enim memoria vestra] ad liberandum.

u Ab eo, qui ducit vos,] Domino, scilicet, qui modò permittit vos abduci, quia iterum reducet vos à captiuitate.

x Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo] per peccatum sensualitatis quod ducit ad errorem. *Gen.* 8. c. Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malū prona sunt ab adolescentia sua.

y Decies tantùm,] quasi multò plus.

z Iterum conuertentes requiretis eum] per pœnitentiā. Argumentum est euidens hic, quod oportet multo maiorem esse satisfactionem, quam fuerit culpa, & quòd maior exigitur labor in satisfaciendo, quam fuerit delectatio in peccando. Vnde dicitur *Numer.* 14. f. Filij vestri vagi erunt in deserto annis quadraginta, & portabunt iniquitatem vestram donec consumantur cadauera patrum in deserto iuxta numerum quadraginta dierum quibus considerastis terram. Annus pro die computabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam. E dicit *Gloss.* quæ incipit: Quasi pro die. Si enim cuique peccatorum annus ascribitur ad pœnam pro vnius diei peccato, & secundum rationem dierum quibus peccatur, totidem annorum numerus in suppliciis consumitur, vereor ne fortè nobis qui quotidie peccamus, nec fortè ipsa sæcula, aut etiam sæcula sæculorum sufficere possint ad pœnas luendas. Sequitur.

vos. *x* Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis a Deo *y* decies tantum *z* iterum conuertentes requiretis eum. *a* Qui enim induxit vobis mala, *b* ipse rursum adducet vobis sempiternam iocunditatem *c* cum salute vestra. *d* Animæquior esto Ierusalem. *e* Exhortatur enim te, qui te nominauit. *f* Nocentes peribunt, qui te vexauerunt, *g* & qui gratulati sunt in tua ruina punientur. *h* Ciuitates quibus seruierunt filij tui punientur, *i* & quæ accepit *k* filios tuos. Sicut *l* enim gauisa est in tua ruina, *m* & læta est in casu tuo, sic contristabitur in sua desolatione.

a Qui enim induxit vobis mala] pœnæ, scilicet captiuitatem.

b Ipse rursum vobis adducet sempiternam iocunditatem,] reductionis, vel vitæ æternæ. *Psalm.* 44. In lætitia, & exultatione adducentur in templum Regis. *Iob.* 5. c. Percutit, & manus eius sanabunt. *Osea* 6. a. Percutiet, & curabit nos. *Deuter.* 32. f. Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo. 1. *Reg.* 2. a. Dominus mortificat & viuificat. *Luc.* 2. e. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.

c Cum salute vestra] 2. *Corinth.* 2. d. Aliis quidem sumus odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.

d Animæquior esto Ierusalem.] Verba sunt ipsius Baruch alloquentis, & consolantis ipsam ciuitatem, vel Iudæos in ciuitate relictos.

e Mysticè. Verba sunt Christi ad Ecclesiam militantem. Mysticè.

e Exhortatur enim te, qui te nominauit] id est nominabilem fecit.

f Nocentes peribunt, qui te vexauerunt] quasi dicat, qui prius te obsidione vallauerunt, & destruxerunt, fauebunt, & concedent captiuis reditum, & etiam, vt reædificent, vt patet 1. *Esdræ* 1.

g Et qui gratulati sunt in tua ruina punientur [vt Idumæi, & Moabitæ. Vnde *Psalm.* 136. Memor esto Domine filiorum Edom, in die Ierusalem. Et etiam de Tyriis, qui propter hoc destructi sunt. Et non solùm ciuitates vicinæ lætantes de tua destructione destruentur, sed & *h* Ciuitates quibus seruierunt filij tui, punientur] scilicet ipsa Babylonia, quæ funditus est euersa. Vnde subdit.

i Et] etiam in illa, [quæ accepit] id est seruituti adduxit.

k Filios tuos] primitus in te genitos.

l Sicut enim gauisa est in tua ruina] Babylon. scilicet.

m Et lætata est in casu tuo illic cōtristabitur in sua desolatione per Cyrū, & Darium, vt habetur Danielis quinto, in fine Vnde *Apocal.* 18. b. Quantum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantùm date illi tormentum, & luctum. *Eccl.* 36. b.

Eccl. 36. b. Extolle aduersarium, & affige inimicum. *Prou. vigesimo quarto.*

c Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne fortè videat Dominus, & displiceat ei.

a Et amputabitur exultatio multitudinis eius quia in solitudinem redacta est postmodum.

b Et gaudimonium eius, scilicet euidens lætitia, quam sperant se habituros.

al. † multitudine.

c Erit in luctum.] *Prou.* 14. b. Risus dolore miscebitur A & extrema gaudij luctus occupat.

d Ignis enim, &c.] Quasi vere destruetur.

e Enim] id est, quia.

Et a amputabitur exultatio multitudinis eius, & b gaudimonium eius c erit in luctum d Ignis e enim f superueniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & h habitabitur à Dæmoniis in † i longitudine temporis.

CAP. V.

k CIrcumspice Ierusalem ad l Orientem, & vide iocunditatem m à Deo tibi venienté.

d Ignis] i. magna vastitas. quæ plerunque solet fieri per ignem. f Superueniet ei] & hoc ex præcepto Domini. g Ab æterno in longiturnis diebus] quia nunc postea reædificabitur.

h Et habitabitur a Dæmoniis] ibi in solitudinem missis vel bestiis horribilibus. i In longitudine temporis. *Isa.* 34. b. Et erit terra eius in picé ardentem nocte, & die & non extinguetur in sempiternum. *Eod.* d. Et erit cubile draconum & pascua struthionum, &c.] Item *Isa.* 13. Habitabunt ibi Struthiones, & pilosi, &c.

EXPOSITIO CAP. V.

CIrcumspice Ierusalem, &c.] Supra in fine capituli præcedentis consolatus est Baruch Ierusalem super reditu filiorum. Nunc autem vnde sint redituri, ostendit, scilicet ab Oriente, & Occidente, & ab Aquilone, & Austro. Sed ab oriente principaliter, quia inde venit Cyrus & Darius, qui dedit eis licentiam redeundi. Vnde in prima parte huius capituli hortatur Ierusalem ad Orientem aspicere, quia inde veniet ei iocunditas, id est, Cyrus, qui destruet Babylonem, & dabit Iudæis licentiam redeundi, vnde ipsa iocundabitur. In secunda parte monet eam deponere signa tristitiæ & assumere habitum lætitiæ, & iocunditatis, *ibi.* Exue te Ierusalem. In tertia hortatur iterum Ierusalem ad Orientem circumspicere, vt videat filios suos pariter reuertentes. Non quidem sicut ierunt in captiuitatem, id est, pedites & tristes, sed equites, & lætantes, *ibi.* Exurge Ierusalem. Dicit ergo. k Circumspice Ierusalem ad orientem, & vide iocunditatem] de reductione populi captiui. m A Deo tibi venientem] quasi ab Orientali plaga redibunt ad te, qui prius ducebantur captiui. Media enim, & Persis est versus Orientem respectu Ierusalem. Et ideo dicit, quòd ibi respiciat, quia inde veniet liberatio sua, à Cyro, scilicet, qui dedit licentiam redeundi. Vnde *Isa.* 46. d. Vocans ab Oriente auem, scilicet, Cyrum. *Zachar.* 3. d. Ecce ego adducam seruum meum Orientem. Vel.

Mysticè. k Circumspice ad Orientem] i. Christum ex quo est liberatio generis humani Orientem ex patre, orientem ex matre. De vtroque dicitur *Mich.* 5. a. Ex te egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. *Zach.* 6. d. Ecce vir, Oriens nomen eius, & subter eum orietur, & ædificabitur Templum Domino, & ipse extruet Templum Domino, &c.

Moraliter. Moraliter. k Circumspice Ierusalem] id est, anima fidelis.

l Ad Orientem,] id est, ad tuam Natiuitatem, siue creationem, quia creata es ad imaginem, & similitudinem Dei, vnde iocunditatem debet habere. Item. k Circumspice] id est, omni parte aspice.

Gen. 1. d.

l Ad orientem] id est, ad Christum nascentem; morientem, resurgentem, iudicantem. Propter primum, te humilia; propter secundum ama: propter tertium, gaude; propter quartum time. De primo dicitur *Isa.* 9. b. Paruulus natus est nobis. De secundo. *Rom.* 5. b. Christus pro nobis mortuus est. De tertio, *Rom.* 6. a. Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris. De quarto, *Amos* 3. b. Leo rugiet, quis non timebit? n Ecce enim, &c.] Bene dico, quod circumspicere debes ad Orientem. o Enim] id est quia.

n Ecce veniunt filij tui] quasi, vel in breui, *Psalm.* 33. Venite filij, &c.

p Quos dimisisti dispersos.] Dispersio eiicit. *Osea* 10. a. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Vnitas, & concordia reducit.

n Ecce o enim veniunt filij tui p quos dimisisti dispersos, q veniunt collecti ab Oriente, vsque ad occidentem, in r verbo † sancti s gaudentes in t honorem Dei. u Exue te Ierusalem stola x luctus, & y vexationis tuæ, & z indue te a decore, & b honore, qui c à Deo tibi est sempiterna gloria. d Circundabit te Deus diploide iustitiæ, & e imponet mitram capiti tuo honoris æterni.

q Veniunt] inquã collecti ab Oriente vsque ad Occidentem, quasi ab omnibus locis, in quibus erãt captiui ducti veniunt inquam.

r In verbo sancti] id est, † secundum quod prophetatũ est per verbum sanctum Prophetarum, vel Isaiæ, vel Ieremiæ, vel aliorum.

al. † sancto.

s Gaudentes] inquam veniunt.

t In honoré] Dei id est, ad honoré Dei, vt Deum honorent in terra sua. *Zachar.* 8. b. Ecce ego saluabo populum meum de terra orientis, & de occasu Solis, & adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem, & erunt mihi in populum. *Ierem.* 31. b. Qui dispersit Israel congregabit eum, & custodiet eum, sicut pastor gregem suum. *Isaia* 60. a. Leua in circuitu oculos tuos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi. Et 49. d. Ecce isti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone, & mari, & isti de terra Australi.

Moraliter. Ab Oriente, & Austro veniunt innocentes, ab Aquilone, & mari veniunt pœnitentes. Vel ab Oriente venient illi, qui natiuitatis suæ consideratione humiliantur. Ab Occidente qui mortis recordatione terrentur. Ab aquilone, qui præsentis miseriæ experientia mundum despiciunt. Ab Austro, qui futuræ iocunditatis desiderio inardescunt. *Ezech. cap.* 37 c. A quatuor ventis veni spiritus & insuffla super interfectos istos, vt reuiuiscant. Hæc enim quadruplex consideratio multos reuiuiscere facit. Sequitur. *Moraliter.*

u Exue te Ierusalem, &c.] Alloquitur Ierusalem, & ad gaudium inuitat, dicens. Exue te Ierusalem stola luctus. Hoc dicit ipsi Ierusalem, vel Ecclesiæ, vel animæ.

y Et vexationis tuæ] quam assumpsisti ad tui vexationem.

z Et indue te decore, & honore] id est, ad honorem Dei. Vel, id est, stola decoris, & honoris.

c Qui à Deo tibi est sempiterna gloria.] *Isa* 52. a. Induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas Sancti.

Mysticè. u Exue te &c. id est, peccatum depone propter quod luges, & vexaris. *Mysticè.*

z Et indue te decore, & honore] id est, virtutibus. Vel.

u Exue] id est, exues.

x Te stola luctus, & vexationis tuæ] id est, miseria, & mortalitate.

z Et indue te] gloria, & immortalitate. 1. *Cor.* 15. g. Vel.

a Decore, & honore] id est, duplici stola, Quod Mysticè intelligitur de Martyribus, qui duplicem habent stolam, scilicet aureolam, quæ tantùm Martyribus, Virginibus, & Doctoribus debetur; & auream. Vel.

a Decore] quantum ad stolam corporis.

b Et honore] quantum ad stolam animæ. *Isa.* 61. a. Et dabis eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. *Iudic.* 10. a. Abstulit a se cilitium, exuit se vestimentis viduitatis suæ, & induit se vestimentis iocunditatis.

d Circumdabit te Deus diploide iustitiæ] id est, duplici veste, id est, stola corporis, & animæ. *Zach.* 3. b. Ecce abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis. Diplois quandoque in bono sumitur, pro duplici gaudio animæ, scilicet, & corporis, vt hic *Isa.* 61. c. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis, &c. Quandoque in malo, scilicet pro duplici pœna corporis, & animæ. *Psalm.* 118. Induantur sicut diploide confusione sua.

e Et imponet mitram capiti suo honoris æterni.] Mitra capitis est æterna lætitia mentis. Item mitra figuratur per picturam rotundam, quæ est circa caput cuiuslibet imaginis, cuius non est reperite terminum, sic nec in æterna beatitudine finem. *Zach.* 3. b. Posuerunt cidarim super caput Iesu mundam, & induerunt eum vestibus.

a Deus, enim, &c.] Et merito debes prædicta facere.
b Enim] id est, quia.
a Deus ostendet splendorem suum in te, qui sub cœlo est. Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum, pax iustitiæ, & honor
B pietatis.] Illud non videtur mihi exponi ad literam sicut nec illud. *Isa.* 60. a. Surge illuminare Ierusalem quia venit lumen
C tuum, & gloria Domini super te orta est. Et *inf.* Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui, hoc enim exponunt Iudæi de Ierusalem aurea, quam se adhuc credūt habituros.

a Deus enim b ostendet splendorem suum in te, qui sub c cœlo est. d Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum, pax e iustitiæ, & f honor pietatia. g Exurge Ierusalem, & h sta in excelso, & i circumspice ad Orientem, & k vide collectos filios tuos ab oriente sole vsque ad occidentem, io l verbo sancti m gaudentes Dei memoria. n Exierunt enim o aba te pedibus ducti ab inimicis; p adducet autem illos Dominus ad te portatos in honorem sicut filios regni. q Constituit r enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & s rupes perennes, & s conualles replere in æqualitatem terræ, vt ambulet Israel diligenter in u honorem Dei. x Obumbrauerunt autem y siluæ, & omne lignum suauitatis Israel z mandato Dei. a Adducet enim Deus b Israel cum iocunditate in c lumine maiestatis suæ, d cum misericordia, & iustitia, quæ est ex ipso.

Mysticè. Mysticè, potest hoc dici animæ fideli.
a Deus enim ostendit splendorem suum in te] id est, conferet gratiam per quam illuminaberis a tenebris ignorantiæ, & erroris, & bene conuersaberis. *Psal.* 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.
c Qui sub cœlo est] in præsenti vita, quasi in futuro dabit æternam gloriam. Vnde subdit, Nominabitur enim tibi nomen tuum, &c. Item possunt esse verba Prophetæ ad Ecclesiam.
a Deus enim ostendet splendorem suum in te] id est, filium incarnati faciet, qui dicitur splendor patris. *Heb.* 1. b.
d Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum] scilicet, bona fama tua. *Cantic.* 1. a. Oleum effusum nomen tuum. *Eccl.* 49 a. Memoria Iosiæ in compositione odoris. Et quod est illud nomen?
e Pax iustitiæ) id est, pax proueniens ex iustitia. *Isa.* 32. d. Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternum.
f Et honor pietatis] id est, honor pro pietate, quando dicitur: Esuriui, & dedistis mihi manducare, *Prou.* 10. d. Memoria iusti cum laudibus. *Psalm.* 111. In memoria æterna erit iustus, auditione mala non timebit. *Isa.* 56. b. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, & nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. *Apoc.* 2. c. Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Tria autem ponit. Pacem, quoad proximum. *Rom.* 12. d. Ad omnes homines pacem habentes. *Marc.* 9. g. Pacem habete inuicem. Iustitiam, quoad seipsum. *Isa.* 26. d. Iustitiam non fecimus in terra, id est, io carne, ideo non ceciderunt habitatores eius, id est, motus carnales. Honorem pietatis, quoad Deum. *Tit.* 2. d. Sobriè & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo.
g Exurge Ierusalem, &c.] Hortatur Ierusalem, quæ diu depressa fuit in terra captiuitatis, surgere, & stare, circumquaque respicere eosdem cum gaudio remeantes, quod reuera fuit post septuaginta annos. Vel.
Mysticè. Mysticè, Exponatur.
g Exurge Ierusalem] à vitiis. *Isa.* 52. a. Consurge consurge, induere fortitudine tua Sion. *Ephes.* 5. d. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.
h Et sta in excelso] in bono adepto.
i Et circumspice ad Orientem) id est, Christum. Circumspice præterita, vt doleas, ad futura vt caueas, ad præsentia vt ingemiscas. B. *Bernard.* Vide homo vnde venis, & erubesce, vbi sis, & ingemisce, quò vadis, & contremisce. Item circumspice ad dexteram, vt vites mala, & bona desideres; ad sinistram, vt fugias, & timeas pœnam. Ad orientem suum circumspiciebat Iob, cum diceret: Putredini dixi, pater meus es, &c. Sequitur. *Iob.* 17. b.
k Et vide collectos filios tuos ab oriente Sole] id est, ab ortu Solis, vsque ad occidentem, Filios dico collectos, vel reductos.
l In verbo sancti] id est, secundum verbum propheticum, quod est verbum Sancti, id est, Ieremiæ, vel Christi. *Psalm.* 113. A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini. *Malach.* 1. c. Ab ortu Solis vsque ad occasum magnum nomen meum in gentibus, &c.
m Gaudentes Dei memoria] id est, in hoc, quod Deus est eorum memor, aut à captiuitate liberentur.
n Exierunt enim, &c.] Et verè debes gaudere cum ipsis.
o Enim] id est, quia
n Exierunt abs te, &c.] i. pedites sunt & humiles in eorum abdicatione, sed nobiles, & gloriosi in equis, & curribus ad te reuertentur. Vnde subiungitur.
D p Adducet autem illos Dominus ad te portatos in honorem, sicut filios Regni,] *Isa.* 66. f. Et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & in mulis, & in carrucis.
q Constituit enim, &c.] Et verè gloriosi, & honorabiles in reditu suo.
r Enim] id est, quia.
q Constituit Deus humilia omnem montem excelsum] id est, superbum. *Isa.* 2. c. Dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum. *Iob.* 40. d. Disperge superbos in furore tuo.
s Et rupes perennes] id est, diuites, qui se reputant diu victuros, & suas diuitias semper duraturas, non attendentes illud *Iac.* 5. a. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt.
t Et conualles replere in æqualitatem terræ, vt ambulet Israel diligenter] id est, sine offensa de virtute in virtutem. Et hoc.
u In honorem Dei.] 1. *Cor.* 10. g. Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Fortè ad literam, montes inclinati sunt, vt via pateret sicut dicitur *Num.* 21. d Scopuli torrentium inclinati sunt. Vt requiesceret in Arnon, & recumberent in finibus Moabitarum. *Psal.* 113. Montes exultauerunt vt Arietes, & colles, sicut Agni ouium. *Isa.* 40. a. Omnis vallis exaltabitur & omnis mons, & collis humiliabitur.
Moraliter, intelligimus, vt humilientur superbi, ad quem intellectum duas vltimas auctoritates supra dictas adduximus.
x Obumbrauerunt autem, &c.] Habuisti de remedio contra asperitatem viæ. Nunc ponit remedium contra æstum, & intemperiem aeris. Vnde *Isa.* 4. b. Erit in vmbraculum diei ab æstu, Dicit ergo. Obumbrauerunt, id est, humiliabuntur, vt vmbram contra Solis æstum nobis conferant.
y Siluæ, & omne lignum suauitatis Israel mandato] id est, de mandato vel propter mandatum Dei. Silua est congregatio arborum infructuosarum. Hæc est congregatio malorum. Lignum est arbor à terra præcisa. Vnde omne lignum suauitatis est congregatio iustorum. Vtrique obumbrant Israel contra æstum vitiorum, illi maledicendo humiliant ne extollatur in præsumptionem, isti consolando sustentant ne cadat in desperationem.
z Mandato Dei.] De bonis planum est, quia illis præcepit, vt consolando obumbrent Israel. Vnde *Isa.* 40. a. Consolamini, consolamini, Sacerdotes populum Domini. Alia litera est de malis. 2. *Reg.* 16. c. dixit Dauid. Dimitte eum vt maledicat iuxta præceptum Domini.
a Adducet enim, Deus] à captiuitate Babylonica in Ierusalem.
b Israel cum iocunditate] scilicet, cum prosperitate, & mentis serenitate, & conscientiæ tranquillitate.
c In lumine maiestatis suæ] quasi non solum in Ierusalem reducet, sed gratiam suam, quia interius illuminabuntur gratias conferet. Vnde subdit.
d Cum misericordia, & iustitia, quæ est ex ipso] permittente, & approbante misericordia fuit in reductione à captiuitate, iustitia in punitione inimicorum suorum. *Prou.* 3. a. Misericordia, & veritas non te deserant, *Psal.* 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas.

EXPO

EXPOSTIIO CAP. IV.

IN.ipit exemplum,&c.]Præcedens epistola fuit Baruch, vt auctoris Hæc autem fuit Ieremiæ, vt aucturis, Baruch vero fuit vt ic.iptoris, Ie-
A remias, siquidem timens ne Iudæi capti in Babylonia idola adorarent scripsit eis hanc epistolam, ostendens non esse verosdeos quos Babylonij venerantur. Dicunt autem quidam hanc epistolam scriptá, & missam a Ieremia Baruch notario suo, tunc existente in Babylonia cum transmigrans & non missam fuisse ad omnes captiuos qui transmisit eá & explanauit, &

CAP. IV.

a INcipit exemplum epistolæ eiusdem, quam misit Ieremias ad abductos captiuos in Babyloniam à *b* Rege Babyloniorum, vt *c* annunciaret illis secundùm *d* quod præceptũ est illi *e* à Deo, *f* Propter peccata, quæ peccastis *g* ante Deum *h* abducemini in Babyloniam captiui à Nabuchodonosor Rege Babyloniorum. *i* ingressi itaque in Babylonem eritis ibi annis plurimis, & *k* temporibus lõgis vsque ad generationes septẽ, *l* post hoc autem *m* educam vos inde cũ pace. Nunc *n* autem

ob hoc appellatam epistolam Baruch. Sed qui hoc dicunt non videntur legisse. 43.*cap.Ier.* vbi expresse dicitur, quòd mortuo Godolia Baruch cũ Ieremia ing essus est in Ægyptum. Vbi cõstat Ieremiã à Iudæis lapidatũ, & Iudæos illos postea à Nabuchodonosor in Babylonia captiuatos, cum quibus creditur Baruch fuisse adductus in Babyloniam, & tunc primn. Sed ante captiuitatem Iudæorum scripsit Ieremias aliam epistolam transmigrationi, in qua ostendit eis, quòd post septuaginta annos essent ad terram propriam reuersuri, vt legitur *Ierem.29.* c. Ideò videtur quod hanc Epistolam misit Ieremias de Ierusalem, non solum transmigrationi, sed toti captiuati iam factæ, quòd videtur velle procemium huius epistolæ, vbi dicitur, quod Ieremias misit eam ad captiuos. Diuiditur ergo istud capitulum in quatuor partes. In prima ponitur procemium, in quo ostenditur quis misit epistolam, & vbi. & ad quid ? Ieremias siquidem misit, & Iudæis captiuis misit, & in Babyloniam misit, & ad Iudæorum instructionem, & exhortationem misit. In secunda parte ostenduntur Iudæi propter peccata propria captiuati, ostenditur, & tempus captiuitatis, *ibi*. Propter peccata, &c. In tertia admonentur Iudæi ne idola venerentur, vel timeant, vel adorent *ibi*. Nunc autem videbitis. In quarta, & vltima ponitur vituperatio, & detestatio idolorum, vilitas, & impotentia indignatio eorum, propter, quod apparet ipsos non esse deos, nec aliquatenus adorandos, *ibi*. Nam lingua ipsorum polita. Dicit ergo Baruch, qui procemium posuit.

a Incipit exemplum, &c.] explanans eam, misit vbique concaptiuis suis dispersis per totam Babyloniam. Vnde patet, quod epistola ista, & Ieremiæ est, & Baruch. Sed Ieremiæ primo, Baruch secundò, Ieremiæ vt auctoris, Baruch, vt scriptoris, & explanatoris Ad abductos inquam.

b A Rege Babyloniorum.] Misit inquam. *c* Vt annunciaret illis] scilicet, captiuis.

d Secundum quod præceptum est illi] Ieremiæ. *e* A Deo] inspirante, scilicet *f* Propter peccata, quæ peccastis.] Hæc geminatio notat hic exaggerationem delicti Similæ. *Thren* 1. c. Peccatum peccauit Ierusalem *Osea* 4.a. Sanguis sanguinem tetigit. Quandoque autem confirmationem. *Ioan*.12. d. Amen amen dico vobis.

g Ante Deum ;] quasi palam peccastis, quod graue est valde, quia qui in aperto, & se, & proximum cui malum præbet exemplum interficit. De hoc conqueritur *Isa*.3.b. Peccatum suum, quasi Sodoma prædicauerunt. Propter hoc inquam.

h Abducemini in Babyloniorum, &c.] Nonne iam adducti erant ? Responsio. Fortè scripsit eis dum erant in via. Vel expone, i. abducti estis. Sic etiam omnis, qui peccat abducetur à diabolo in æternam confusionem, nisi pœnituerit. *i* Ingressi itaque in Babyloné eritis ibi annis plurimis,] quia per septuaginta annos, sicut prædixit *Ier*.29.c. *k* Et temporibus longis vsque ad generationes septem,] decades *Ierem* 29.e. Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum.

Videtur per hoc, quòd hic dicitur, quod Ieremias misit hanc epistolam transmigrationi, non captiuitati. Sed siue transmigrationi miserit, vel captiuitati, veritas non mutatur.

l Post ho. autem] id est, post septuaginta annos completos.

o videbitis in Babylonia deos aureos, & *p* argenteos & lapideos, & ligneos in *q* humeris portari *r* ostentantes metum gentibus. *s* Videte ergo ne, & vos similes efficiamini factis alienis, & *t* metuatis, & *u* metus vos capiat *x* in ipsis. Visa *y* itaq; turba *z* de retro, & *a* ab ante *b* adorantes, *c* dicite in cordibus vestris. *d* Te oportet adorari Domine, Angelus *e* autem meus vobiscum est. Ipse *f* autẽ *g* exquirã animas vestras. *h* Nam † lingua ipsorum polita à fabro, *i* ipsa etiam inaurata, & inargentata falsa sunt, & *k* non possunt loqui

m Educam vos inde cum pace] tempore, s. Cyri. 1. *Esdræ* 1. per Zorobabel filium Salathiel, & Iesum Iosedech Sacerdotem magnum. Per septuaginta annos significatur tempus vitæ præsentis, in quo peregrinamur a Domino, sed postea si patienter peregrinationem, & captiuitatem nostrã tulerimus, per obseruantiam Decalogi, fulti septem virtutibus, ad patriam cum gaudio reuertemur. *al.* † ligna.

n Nunc autem] id est, interim durante ista captiuitate.

o Videbitis in Babylonia, &c.] idola aurea.

Mysticè, in Prælatos *Exod*. 22. d. Diis non detrahes. *Mysticè.*

p Argenteos, & lapideos & ligneos] id est, diuites, & immisericordes.

q In humeris portari.] *Ierem*.10. Portata tollentur, quia incedere non valent.

r Ostentantes metum gentibus] scilicet, vt eos adorent homines, id est, videntur ostendere. Vel, id est, sic se habent ac si ostenderent. Ita enim sunt effigiata, vel per arma quæ tenent in manibus, vt dicetur. *infra*. Item, Ostentantes metum gentibus.] *Ezech* 34. a. Væ pastoribus Israel. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis, sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.

s Videte ergo ne, & vos similes efficiamini factis alienis.] *Psalm*.113. Similes illis fiant, qui faciunt ea, vt non habeant, sensum, sicut nec idola oculos habent, & non videbunt.

t Et ne metueritis] eos, scilicet, Babylonios, vel idola. *Isaia* 8. c. Timore eorum ne timueritis, &c.

u Et metus vos capiat] id est, in peccatum inducat.

x In ipsis) idolis. *y* Visa itaque turba,] Babyloniorum.

z De retro respectu idoli. *a* Et ab ante,] idola vana adorantes.

b Adorantes] vos Iudæi ipsum Dominum verum.

c Dicite in cordibus vestris] in secreto conscientiarum. *Matth*.6.a. Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, &c.

d Te oportet adorari Domine] supple, qui dixisti.

e Angelus meus, &c.] Vel meritò hoc deberis facere, quia, Angelus meus vobiscum est. *Exod*.33.a. Mittam præcursorem tui Angelum.

f Ipse autem) id est, pro se.

g Exquiram animas vestras] id est, vitam vestram ab his, qui puniunt vos, vel a vobisipsis. Et sunt verba Domini consolantis populum suum captiuum *Gen*.9.a. Sanguinem vestrum requiram de manu bestiarum. Vel. Exquiram, &c. id est, de captiuitate educam.

h Nam lingua, &c.] Ne ergo similes efficiamini factis vestris. Nam lingua ipsorum polita à fabro, i. artifice. Est autem faber ferrarius, & faber lignarius. Et nota, quod litera communis est. *h* Lingua ipsorum polita à fabro,) & tunc suppletur est, quasi dicat linguam habet idola sed non possunt loqui, sicut habent oculos, & non vident, aures, & non audiunt. Aliqui habent, Ligna, ipsorum, id est, ligna ex quibus fiunt, sunt polita à fabro, vt luceant, & pulchra appareant. *Ierem*.10.b. Opus artificum vniuersa *i* Ipsa etiam idola, inaurata, & inargentata falsa sunt, quasi non sunt illud cuius rei similitudinem prætendunt. Aliud prætendunt, aliud nõ sũt non habent velle, nec posse, & habere videntur. *k* Et non possunt loqui) Per hoc patet, quod litera vera est Lingua eorum polita.

Mysticè autem per idola designãtur dogmata hæreticorũ quæ ipsi, & decorãt & poliunt venustate verborũ. Et ipsi

hæretici idololatræ

hæretici idololatræ appellantur, qui figmenta sua, id est, falsa dogmata sua corde artificiose componunt, & venerantur, quæ faciunt. Nec sufficit eis sua damnatio, sed simplices decipere, & ad errorem suum trahere non cessant. Vnde *Ierem.* 5. f. Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, quasi aucupes, laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros. Itẽ cultores idolorũ sunt omnes superbi, qui de sua sapientia, aut fortitudine, aut pulchritudine, aut nobilitate, aut bonitate, aut aliquo huiuſmodi gloriantur. Illi quidem aureum idolum adorant, & colunt, qui de sua sapientia gloriantur. Illi vero argenteum, qui de sua eloquentia superbiunt. Illi autem luteum, qui de sua pulchritudine gloriantur.

Et *a* sicut virgini amanti ornamenta, *b* accepto auro fabricata sunt. *c* Coronas certè aureas habent super capita sua dii illorum, vnde subtrahunt Sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsis. *d* Dant autem, & ex ipso prostitutis, & *e* meretrices ornant, & *f* iterum cum receperint illud à meretricibus ornant deos suos. Hi *g* autem *h* non liberantur ab erugine, & tinea. *i* Opertis autem illis veste purpurea, *k* extergent faciem ipsorum propter puluerem domus, *l* qui *m* est plurimus inter eos. *n* Sceptrum autem habet, vt homo *o* sicut iudex regionis, *p* qui *q* in se peccantem non interficit. *r* Habet etiam in manu gladium, & securim, se *f* autem de bello, & à latronibus non liberat. *t* Vnde *u* vobis notum sit, quia non sunt dii *x* Non ergo *y* reuereremini eos. *z* Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt, & dii illorum. *a* Constitutis illis in domo, oculi eorũ pleni sunt puluere à pedibus introeuntium. Et *b* sicut alicui, qui Regem offendit circũſeptæ sunt ianuæ, *c* aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum, *d* ita tutant Sacerdotes ostia *e* clausuris, & seris ne à latronibus expolientur. *f* Lucernas accendũt illis, & quidẽ multas, ex *g* quibus *h* nullã vide-

riantur. Quid enim pulchritudo carnis, nisi decoratio luti, & pulcher homo quid est, nisi lutum exteriùs decoratum alieno colore? Vnde *Eccl.* cap. 10. b. Quid superbis terra, & cinis? *Isaie* 49. b. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri. Illi etiam adorant ferreum idolum, qui de sua fortitudine gloriantur, & sic de alijs. *Ier.* 9. g. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & nõ glorietur fortis in fortitudine sua, &c. De hoc dicitur *Ezech.* 16. b. Et tulisti vasa decoris tui de auro meo, & de argengento meo, quæ dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. *Ose.* 8. a. Aurum suum, & argentum suum fecerunt sibi idola, vt interirent. *Origines* super Iosue. Vnusquisque, quod miratur, quod colit, quod diligit, hoc illi Deus est. *August.* O magne nimus te amat, &c. Item per idola, quæ creduntur esse dij, & non sunt, designantur mali Prælati, qui videntur esse Prælati, & in veritate non sunt, sed dicuntur. *Zach.* capitulo 11. d. O pastor, & idolum derelinquens gregem: Et de his satis conuenienter possunt exponi ea, quæ sequuntur. Sequitur. *a* Et sicut virgini amanti ornamenta, fiunt supple, & dantur ei.

b Ita accepto auro fabricata sunt] quasi, sicut virgo delicata amat pulchrum ornatum, & se illo studet ornare, ita artifices idola, quæ faciunt, auro componere student, ac si idolum huiuſmodi ornamentum diligeret.

c Coronas certè aureas habent super capita sua dij illorum, vnde subtrahunt Sacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogant illud in semetipsis,] id est, expendunt in proprios vsus. Sicut leguntur fecisse Sacerdotes Baal. *Dan.* 14. c. Et ita apparet, quòd Sacerdotes gentilium consulentes auaritiæ suæ populum in idololatriam declinauerunt. Similiter & Sacerdotes Iudæorum faciebant Vnde *Daniel. decim. tert.* a. A sacerdotibus egressa est omnis iniquitas, & *Ierem. vigesimo tertio.* c.

d Dant autem, & ex ipso prostitutis. [Hoc ad vxores scribarum, & Pharisæorum, maximè ob quarum spurcitias templa spoliant, vt modò Ecclesias. *Isaia* capitulo 3. c. Pro eo, quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, &c.

e Et meretrices ornant,] quod est contra Prælatos nostri temporis, qui de patrimonio crucifixi, & de oblatis pro peccatis focarias suas diuersimodè ornant.

f Et iterum cùm receperint illud à meretricibus ornant Deos suos, quod videtur nimis ignominiosum. Multò magis hæc inhonesta sunt in ornamentis Ecclesiæ. *Deuteronom. vigesim. tert.* d. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium *f* carnis in domo Domini Dei tui. *Leuit. vigesim. secund.* b. Immundus non vescetur his, quæ sanctificata sunt Domino, nec alienigena, nec inquilinus, &c.

ad f. canis.

g Hi autem] scilicet, dij aurei, vel lapidei, vel lignei.

h Non liberant ab erugine, & tinea.] Vnde patet eos falsos esse Deos, vanos.

i Opertis autem illis veste purpurea. *Ierem. decima.* c. Hiacyntus, & purpura indumentum eorum.

k Extergent faciem ipsorum propter puluerem domus,] quasi nullam habent potentiam in mundo, scilicet.

l Qui] puluis.

m Est plurimus inter eos,] ex strepitu hominum.

n Sceptrum autem, &c.] Et licet nullus deorum ipsorum alicuius sit momenti, tamen. Sceptrum habet, vt homo, scil virgam iudiciariam. Vnde sequitur

o Sicut iudex regionis, [constitutus in iudicio, sicut Nicolaus de Calcıata. Hoc malis, & stultis Prælatis conuenit, qui similitudinem habent, non rem. Interdum fistulis, & vanis, cum à lupis deberent arcere gregem. Vnde *Zachar. vndecim.* b. Sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, &c. Et postea. O pastor, & idolum derelinquens gregem, De bono duce dicitur, *Roman. vigesim. tert.* b. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.

p Qui] scilicet, Deus eorum.

q In se peccantem non interficit,] quasi non potest punire, vel interficere eum, qui contra eum deliquit. Et præter prædicta.

r Habent etiam,] aliquis Deus eorum, in manu gladium, & securim.

f Se autem de bello, & à latronibus non liberat,] id est, non valet liberare.

t Vnde] id est, quia ita est.

u Vobis notum sit, quia non sunt dii. *Ierem. decim.* b. Dij, qui cœlos, & terram non fecerunt, pereant de terra.

x Non ergo] ex quo tales sunt.

y Reueremini eos] quia in eis nihil est numinis, nec eis est aliqua reuerentia exhibenda.

z Sicut enim, &c. *Ecclesiastic. vigesim. prim.* c. Cor fatui, quasi vas confractum, & omnem sapientiam non tenebit. Et ita exquisito exemplo consequenter ostendit, quòd nihil vtilitatis est in ipsis, dicens. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt, & dij illorum.

a Constitutis, &c.] Adhuc patet idola eorum esse contemptibilia. Nam, Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium, quod omnibus videtur posse contingere. Vnde patet nullam eorum fore potentiam.

b Et sicut, &c.] Aliis elegantissimis exemplis ostendit idola nullius esse potentiæ. Vnde dicit. Et sicut alicui, qui Regem offendit circumseptæ sunt ianuæ, ne possit exire de carcere.

c Aut sicut ad sepulchrum adductum mortuum, ita tutant, quasi dicat, sicut corpus alicuius mortui lapide clauditur in sepulchro, ne fœtor exeat, & alios corrumpat.

d Ita tutant Sacerdotes) & muniunt ostia, domus vbi sunt dii eorum. Et hoc est. Ita tutant Sacerdotes ostia, suorum templorum.

e Clausuris, & seris] ne idola sua, à latronibus expolientur. Et ita hæc clausa exponit præcedentem.

f Lucernas, & cæt.] Et hoc faciunt idolis suis, quòd lucernas accendunt illis, & quidem multas, quasi magna expendunt in lucernis accendendis, & in emendis necessaria. *g* Ex quibus,] lucernis omnibus. *h* Nullam

videre

videre possunt] idola sua. Et ideo patet quod inutiliter expendunt.

a Sunt autem,&c.] Ecce aliud exemplum, quod idolum nullius est potentiæ.

a Sunt autem sicut trabes in domo] id est, nihil sentiunt. Sed nec etiam trabes sunt. quia illæ in domibus explent officium, sed idolum, nullum.

b Corda vero eorũ] id est, interiorem partẽ ligni, de quo fabricata sunt idola.

c Dicuntur elingere] id est, corrodere.

d Serpentes qui de terra sunt] id est, parui vermiculi. Nota quod quædã idola erant lutea, & serpentes ea comedebãt. Est enim serpẽti dictum. *Gen.* 3. c. Terrã comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et *Isa.* 55. d. Serpenti puluis panis eius. Vel aliqua idola erant interiùs terrea, & exteriùs ærea vel huiusmodi, & sic serpentes, qui terram comedunt, id est, interiora idolorum, quæ erant quasi corda ipsorum, consumebant. Vel per serpentes intellige teredines comedentes ligna.

G

re possunt. a Sunt autem sicut trabes in domo. b Corda vero eorum c dicuntur elingere d serpẽtes qui de terra sunt: e dũ comedũt eos & vestimentũ ipsorũ, & non sentiunt. Nigræ f fiunt facies eorũ à g fumo qui in domo fit. h Supra corpus eorum & supra caput eorũ volant noctuæ i & hirundines & k aues etiã l similiter & cattæ. m Vnde sciatis, quia non sunt dij. n Ne ergo timueritis eos. o Aurũ etiã p quod habent ad † speciẽ est, nisi q aliquis exterserit ęrugioẽ, r nõ fulgebunt. f Neque enim dũ conflarentur s sentiebant. Ex u omni x pretio empta sunt in y quibus spiritus non est in ipsis. z Sine pedibus in a humeris portãtur: b ostentantes c ignobilitatẽ suam hominibus. d Confundãtur etiã qui colũt ea. e Propterea si f ceciderint in terrã, à semetipsis nõ consurgunt: g neq; si h quis eum statuerit rectũ, per semetipsum stabit, sed i sicut mortuis humeri illis apponentur. k Hostias illorũ l vendunt Sacerdotes ipsorũ & m abutũtur n similiter & mulieres eorũ decerpẽtes, o neq; infirmo, neq; mendicanti aliquid impertiũt, p de sacrificiis eorũ fœtę & mẽstruatę cõtingũt q Sciẽtes itaq; r ex his, quia f nõ sũt dij ne timeatis eos. Vnde t .n. vocantur dij, u quia x mulieres y apponũt diis argẽteis & aureis & ligneis, & in z domib. eorũ a Sacerdotes sedent b habentes tunicas scissas

al. † specimen.

Isa. 46.

e Dum comedunt eos,&c. & non sentiunt] idola vermiculorum corrosionem.

f Nigræ fiunt facies eorum] quasi dicat, denigrantur dij eorum qui penates dicuntur.

g A fumo qui in domo fit] Comburebantur enim ibi thura in venerationem idolorum, & ex fumo ascendente denigrabantur facies eorum. Et ita patet quòd neque priuati dij eorum, neque communes qui in Templis publicè coluntur, aliquid possunt facere, vel alicuius sunt valoris.

h Supra corpus eorum & supra caput eorum volant noctuæ] auiculæ fœtidæ, & obscœnæ.

i Et hirundines] quæ similiter sunt aues, & immundæ.

k Et aues etiam] aliæ immundæ.

l Similiter,& cattæ] animal immundum.

m Vnde sciatis] quia non possunt se defendere à cattis, vel noctuis, & aliis animalibus immundis: scietis experimento: quia non sunt dij. Et ex quo ira est.

n Ne ergo timueritis eos] id est, nullus timor ad ea adoranda vos compellat.

o Aurum etiam. Et non solùm per prædicta patet ea idola nullius esse potestatis: sed etiam ex eo, quia, aurum.

p Quod habent ad speciem est] id est, ad decorem.

q Nisi aliquis exterserit eruginem] superexcrescentem.

r Non fulgebunt] sed magis obscura erunt: Vnde ex eo etiam sunt contemptibilia.

f Neque enim dum conflarentur] in fornace.

t Sentiebant] quia nihil habent vitæ. Et ideo subditur.

u Ex omni] quasi non solùm ex auro, & argento, sed etiam ex omni.

x Pretio] omnium rerum, empta sunt: & ideo contemptibilia.

y In quibus spiritus non est in ipsis] ex eo etiam contemptibilia quòd spiritus vitæ non est in eis. Vnde sequitur.

z Sine pedibus] id est, sine potentia gradiendi.

a In humeris portantur. Vnde *Psal.* 113. Pedes habent, & non ambulabunt.

b Ostentantes] id est, manifestè ostendentes per hoc quod portantur.

c Ignobilitatem suam hominibus:] quasi confusionem suam & insufficientiam, quod pedibus super terram nullam penitus habent potentiam, & ideo valdè despicabiles. Et quidam Prælati pedes non habent, id est, firmamentum virtutum. Alij habent confractos, vt Simon Magus in altum volans, cecidit confractis pedibus. Sed.

Psa. 96. d Confundantur etiam qui colunt ea.] *Psal.* Confundantur omnes qui adorant sculptibilia. *Sapient.* 14. b. Per manus etiam quod fit idolum maledictum est, & ipsum, & qui fecit illud.

e Propterea] quia sine pedibus sunt sibi insufficientia.

f Si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt] id est, propria virtute non possunt surgere: sed oportet, quòd ab aliquo homine subleuentur.

g Neque,] quod minus. h Si quis eũ] id est, idolum] statuerit rectum per semetipsum stabit] quin potius in terrã cadet, *Sapient.* 13. d. In pariete ponẽs illud, & cõfirmans ferro ne forte cadat prospiciens illi.

i Sed sicut mortuis,&c.] id est, sicut mortuis apponuntur humeri ad portandum, ita idolis. Vel fulcimenta aliena quibus sustentãtur. 3. *Reg.* 7. e. Per quatuor partes quasi humeruli subter luterem,&c.

k Hostias illorũ,] idolorum, id est, oblatas illis.

l Vendunt Sacerdotes ipsorum] causã auaritiæ. *Eccles.* 30. c. Quid proderit libatio idolo? Neque enim manducabit nec odorabitur. *Ibidem*: Bona abscondita in ore clauso quasi appositiones epularum circumpositæ sepulchro. Hoc contra eos qui apponebant cibaria: vel adhuc apponunt sepulchris.

m Et abutuntur] non expendendo in vsibus propriis. Vnde hic latenter de auaritia reprehenduntur. Sed quid de Prælatis nostri temporis dicetur? qui parcè, & cum magna restrictione viuendo in vsibus propriæ familiæ non expendunt: manifestum est de talibus quod rarò, vel nunquam se necessitate vrgente, vel ingruente, murum pro domo Israel opponerent, ex quo diuitias suas quibus abundant, etiam in vsibus propriis non expendunt: nec in necessitatibus aliorum subleuandis aliquando exponunt.

n Similiter,&c.] quasi non solùm hoc faciunt Sacerdotes, sed similiter & mulieres eorum decerpentes, quasi vnaquæque mulier rapit de oblationibus quantumcunque potest, quod peius est. Et in hoc iterum auaritia illorum suggillatur.

o Neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt,] mulieres, vel ipsi dij falsi.

p De sacrificiis eorum fœtæ & menstruatæ contingunt] id est, manibus suis attrectant, quod non permitterent si essent veri dij. In quo redarguuntur Prælati qui quamuis fœdas & menstruatas habeant concubinas, & cognoscant nihilominus tamen ad altare Dei accedunt.

q Scientes itaque] vos.

r Ex his] scilicet, quæ Sacerdotes ipsorum in ipsis agunt. vel ex eorum impotentia.

f Quia non sunt dij, ne timeatis eos] vel Babylonios.

t Vnde enim vocantur dij] id est, quã ratione reuerentiã eis debetur sicut Deo? quasi non sunt dij appellandi, vel alio honore venerandi: quia, scilicet, præter prædictas illusiones, quas Sacerdotes idolis eorum faciunt.

u Quia] id est, etiam.

x Mulieres] id est, concubinæ Sacerdotum quæ publicè sunt in vitiis, vnde maioribus contumeliis & illusionibus quam Sacerdotes Deos afficiunt. Vnde magis redduntur contemptibiles.

y Apponunt] oblationes, diis argenteis & aureis, & ligneis.

z Et] præterea, in domibus eorum, id est, Templis idolorum.

a Sacerdotes sedent.] Permanentiam notat.

b Habentes tunicas scissas] quasi vestes suas scindunt, quotiens aliquis blasphemat, vel idolis suis maledicit. Et hoc totum faciunt vt videantur eis honorem impendere.

a Et capita & barbam rasam] in signum subiectionis & humilitatis & cõtemptus proprij corporis ad idoli venerationem quia per humilitatem & subiectionem ministrorum videtur aliquid accrescere Domino & potestati ac honori imperantium. Mos erat veterum & barbas radere & vestes scindere, in signũ admirationis audita blasphemiá. de Matth. 26. g. Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens blasphemauit. Vel,
D Capita,& barbam rasam, quasi diuersimodè componunt facies suas & corpora sua, vt magis placeant meretricibus.
b Quorum] scilicet, Sacerdotum,
c Capita nuda sunt] id est, nudata, vt crispatos crines concubinis suis ostendant, quasi dicat, ex hoc magis patet, non ob reuerentiam idoli nudant caput suum.

& a capita & barbam rasam: b quorum c capita nuda sunt d Rugiunt autem clamantes contra Deos suos, e sicut in cœna mortui. f Vestimenta eorum g auferunt Sacerdotes: h & vestiut vxores suas & filios suos. i Neq; si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni poterunt retribuere, k neque Regem constituere possunt neque auferre. Similiter l neq; m diuit. dare possunt, n neque malum retribuere. Si o quis illis p votum vouerit & non reddiderit? q neque hoc r requirunt. s Hominem à morte t non liberant: u neque infirmum à x potentiori eripiunt. y hominem z cæcum ad visum non a restituunt, de b necessita-

d Rugiunt autem clamantes contra Deos suos] vt sic eos excitent ad auxilium ferendum & facilius exaudiantur. De Sacerdotibus Baal legitur 3. Reg 18. e. Clamabant ergo voce magná & incidebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Et è contra de Sacerdotibus Israel. Ezech. 44. c. Non radent caput neque comam nutrient, &c.
e Sicut in cœna mortui] i. facta pro mortuo, quasi dicat, sicut parentes mortui solebant conuenire ad sepulchrum & lautè comedere, & bibere: & postmodum mortuum deflere & super ipsum iugire, sic faciunt Sacerdotes idolorum, postquam saturati sunt, imponentes ipsis idolis quod pauca sibi largiuntur, vel ea commendando, & veniam de commissis flendo postulantes ab eis. Sicut adhuc faciunt quidam ebriosis, qui pransi magis inueniuntur deuoti quàm ieiuni, & qui prius aridi vix vnam emiserant lachrymam: nunc potu repleti in lachrymas defluunt.
f Vestimenta, &c.] Præter prædicta etiam, Vestimenta eorum, id est, dolorum.
g Auferunt] cum quadam violentia, Sacerdotes.
h Et inde vestiunt vxores suas & filios suos.
i Neque, &c]Patet etiam, quòd sunt contemptibilia eorum idola: quia, Neque si quid mali patiuntur ab aliquo: neque si quid boni, poterunt retribuere, id est, siue inhonores, siue honores, nihil commodi, vel incommodi inde sibi possunt rependere. Constat ergo quòd nullius sunt potestatis. Vnde sequitur.
k Neque Regem constituere possunt, neque auferre] quasi nullum habent velle aut posse: sed solus Deus. Dan. 4. c. Scias quod dominetur excelsus super Regnum hominum, & cuicunque voluerit det illud.
l Similiter] præter prædicta.
m Neque dare diuitias] temporales aut æternas, possunt dij eorum, sed hoc potest solus Deus. Prou. 3. b. In sinistra illius diuitiæ & gloria, 1. Reg. 2. b. In cantico Annæ: Dominus pauperem facit & ditat: humiliat & sublevat,
n Neque malum retribuere] possunt sibi irantibus. o Si quis illis] diis.
p Votum] aliquod vouerit & non reddiderit.
q Neque hoc]aliquo modo, quia nullo modo vegetantur,
r Requirunt]id est, requirere possunt. Dominus autem vo-
Ps. 75. tum requirit. Psal. Vouete & reddite. Deut. 23. d. Si votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, Præterea.
s Hominem à morte] temporali vel æterna.
Psal. 32. t Non liberant) Sap. 13. d. Pro sanitate infirmum depre-
Psa. 122. catur, & pro vita rogat mortuum, & in auxilium inutilem inuocat. Sed Deus hoc facit. Psal. Vt eruat à morte animas eorum. Et alibi. Qui sanat omnes infirmitates tuas.
u Neque infirmum] viribus debilem, vel ægrotum in corpore, vel fidelem onere peccati depressum.

x A potentiori eripiunt] id est, eripere possunt in bello quum eum opprimat, nec possunt vincula soluere, nec liberare, vel a validá ægritudine non valent liberare quin moriatur.
y Hominem cæcum ad visum non restituunt. Vnde patet eorum impotentia. Vel, z Cæcum] i. excæcatum per peccatum mortale, & lumine gratiæ priuatum.
a Non restituunt] ad priorem statum vel gratiæ à qua cecidit. Sed Dominus cæco visum corporalem reddit. Tob. 21. c. Ioan. 9. b. Et cæcos spiritualiter illuminat. Isa. 49 c. Vt diceres his qui vincti sunt, exite, & his qui in tenebris reuelamini.
b De necessitate hominem non liberabũt,]id est, de instanti inopia corporali, & spirituali non quęsit. B

te hominem non liberabuot. c Viduæ non miserebuntur, d neque orphanis benefacient. e Lapidibus de monte f similes sunt dij illorũ lignei & lapidei & aurei argentei g Qui auté colũt ea, confundentur h quomodo ergo æstimandum est aut dicendum illos esse Deos? i Adhuc enim ipsis k Chaldæis non honorátibus ea, l qui cum m audierint mutum non posse loqui, n offerunt illum ad Bel, o postulantes ab eo p loqui, q quasi possint sentire r qui s non habent motum. t Et ipsi u cum intellexerint, x relinquent ea. y Sensum enim non z habent ipsi dij illorum, a mulieres autem circumdatæ funibus

Sed Dominus Psal. Adiuuit pauperem de inopia. c Viduæ Psal. 106.
non miserebuntur:] quasi neque etiam pro miserabilibus personis de quibus magis videbatur, misericordiam impendere possunt. Psal. 9.
d Neque orphanis, &c.] Vnde Psal. Orphano tu eris adiutor, nec mirum. Quia.
e Lapidibus de monte, artificum manibus excisis.
f Similes sunt dij illorum] sine sensu lignei & lapidei & aurei & argentei.
g Qui autem colunt ea confundentur] confusione æterna quæ adducit ignominiam. Eccl. 4. c. Psal. Confundantur omnes qui adorant sculptilia. Psalm. 96.
h Quomodo ergo ex quo tales sunt, æstimandum est, aut dicendum illos esse Deos.
i Adhuc enim]id est, præcipuè.
k Ipsis Chaldæis non honorantibus ea] non debetis adorare ipsis peiores facti: cum Chaldæi contemnant, parvipendant & inhonorent ea.
l Qui] Chaldæi, vel Sacerdotes.
m Cum audierint mutum non posse loqui] id est, de aliquo dici, quod naturaliter loquelá caret: vel ab aliquo habente Dæmonium mutum.
n Offerunt illum ad Bel idolum suum sic dictum,
o Postulantes ab eo) id est, de suo.
p Loqui]id est, vt loquatur, & dicat quomodo mutus sanari valeat. Vel, postulantes loqui) id est, vt mutus loquatur. q Quasi possint sentire] id est, audire. Et sic genus ponitur pro specie. Sicut species, pro genere; videre pro sentire vel audire. Exod. 20. c. Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & sonitum buccinæ, montémque fumantem, &c.
r Qui] scilicet, dij.
s Non habent motum] sensibilem: Solus autem Deus facit loqui mutum. Sap. 10. d Sapientia aperuit os mutorũ, &c. Exod. 4. c Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est surdum & mutum, quasi dicat, ego & non alius.
t Et ipsi] Chaldæi, vel Sacerdotes eorum, qui offerunt mutos ad curandum.
u Cum intellexerint) quod nihil possint idola. x Relinquent ea idola contemnentes, vel vilipendentes. Et merito. y Sensum enim discernendi inter aliqua vel discretionem aliquid operandi. z Non habent ipsi dij illorum.) Vnde probantur nullius esse momenti. a Mulieres autem, &c.] Tangit quendam modum decipiendi, propter luxuriam enim mulieres veniebant in compitis & ligabant se funibus, quasi ad inuocandum Deos, vel ad pœnitentiam simulandam veniebat adolescens, funem rumpebat & cognouit illam, & illa æstimabat adhuc à Deo suo missum, & vicinæ suæ quod Deus non miserat ei aliquem exprobrabat. Sic & in biuiis faciunt plurimi sacrilegia & inuocationes Dæmonum. Vnde patet quod luxuria trahit hominem ad idololatriam, vt patet in Salomone. 3. Reg. 11. a. Sap. 14. b. Initium fornicationis exquisitio idolorum. Et hoc est. Mulier auté circundata funib.] quasi pro enormibus

mibus criminibus poenitentiam agent.
a In viis sedent,] per quas transitur ad Templa Deorum: vt visa poena earum, à transeuntibus, aliquid largiatur eis. b Succendentes ossa oliuarum,] propter sortilegia, vel pro defectu lignorum, vt sic facilius obtineant aliquid a transeuntibus.

c Cum autem aliqua ex ipsis, mulieribus funibus ligatis.
d Abstracta] à coetu & societate aliarum similiter ibi sedentium.
e Ab aliquo transeunte] per viam ad téplum. f Dormierit cum eo] i. cognita fuerit, seorsum ducta, & à vinculis ab eo soluta statim regressa ad locum suum priorem.
g Proximæ suæ exprobat clamosa voce contumeliosè, dicendo: adhuc iaces ibi vinculata, Et hoc est.
h Quod ea non sit digna habita] vt Deus tuus ei aliquem mitteret, sicut ipsa. i Neque funis eius] sicut suus, diruptus sit.
k Omnia autem, &c.] Cum ergo hæc omnia audieritis fieri, vt virtute idolorum fiant non credatis.

A in viis a sedens b succendentes ossa oliuarum. c Cum autem aliqua ex ipsis d abstracta ab e aliquo transeunte f dormierit cum eo, g proximæ suæ exprobrat quod h ea non sit digna habita sicut ipsa, i neque funis eius diruptus sit. k Omnia autem l quæ illis m fiunt n falsa sunt. o Quomodo æstimandum aut dicendũ est illos esse Deos? A p fabris autem & ab aurificibus facta sũt. Nihil q aliud erunt nisi id r quod volũt esse Sacerdotes. s Aurifices etiã ipsi qui ea faciunt non sunt multi tẽporis. t Nunquid ergo possunt ea quæ u ab ipsis x fabricata sũt esse dij? y Reliquerunt autem z falsa & a opprobrium b postea futuris. c Nam cum superuenerit illis d prælium & e mala, f cogitãt Sacerdotes post g se vbi se abscondant cum illis. h Quomodo ergo i sentiri debeãt quoniam dij sunt, k qui nec de bello se liberant l neque de malis se m eripiant? n Nam cum sint lignea, & inaurata & inargentata scietur postea, quia o falsa sunt p ab vniuersis gentibus & regibus q quæ r manifesta sunt, quia s non sunt dij, sed opera manuũ hominum & t nullum opus Dei † in illis. u Vnde ergo x notum est, quia non sunt Dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in ipsis est. y Regem z regioni non suscitant, a neque pluuiam b hominibus dabunt. c Iudicium quoque non discernent, d neque regiones liberabunt ab iniuria, e quia nihil possunt, f sicut corniculæ inter medium coeli, & terræ. g Etenim cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum & argenteorum, & aureorum, Sacerdotes quidem h ipsorum fugient & liberabuntur, ipsi i vero sicut trabes in medio comburentur. k Regi autem, & l bello non resistent

k Omnia autem] id est, quia. l Quæ illis) sic vinculatis, vel ab idolis. m Fiunt] i. fieri dicuntur, vel fieri videntur idiotis adorantibus ea. n Falsa sunt,] quia non habent potentiam aliquid operandi, o Quomodo] id est, ex quo ita est æstimandũ, aut dicendũ est illos esse Deos? Et quod ita sit patet. p A fabris autem,) id est, quia & ab aurificibus vel artificibus facta sunt. Ex quo patet quod nullius sunt efficaciæ. Aurifices qui in auro fabricant, fabri qui in ferro, vel etiam in ligno quandoque. *Isa.* 40. c. Conflabit faber sculptibile, aut aurifex auro fabricauit, &c. *Sap.* 14. b. Superuacuitas hominum hæc aduenit in Orbem terrarum Deinde interueniente tempore, &c. q Nihil aliud erunt,] ipsa idola.
r Nisi id quod volunt esse Sacerdotes) id est, iuxta voluntatem Sacerdotum, & aurificum aptantur formæ, & nomina idolis, quæ magis credunt hominibus placere, vberiores inde suscipiant oblationes auaritiæ suæ explendæ consulentes per hoc. Quod est contra illos qui ex cupiditate multiplicant altaria pluribus Sanctis: De quibus *Osea* 8. c. Multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum, factæ sunt ei aræ in delictum. s Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt non sunt multi temporis) id est, non semper permanebũt, de quibus magis videretur, ex quo meliores sunt illis. Ex quo ita est. t Nunquid ergo possunt ea] idola.
u Quæ ab ipsis] artificibus. x Fabricata sunt] secundum dispositionem sacerdotum, esse Dij, cum dignior sit efficiens, supple: quasi dicat, non.
y Reliquerunt autem] fabricatores opinantes ea adorari ab aliquibus. z Falsa) scilicet, idola nullius vigoris.
a Et opprobrium,] reliquerunt idola ipsa, vel fabricatores.
b Postea futuris) hominibus, scilicet adorantibus. Magnum enim est opprobrium adorare opus hominis.
c Nam cum superuenerit illis) idolis, vel colentibus ea.
d Prælium) tam ipsa idola, quam etiam ipsos idololatras comprimens. e Et mala] superuenerint suppleeis.
f Cogitant Sacerdotes) ipsorum idolorum.
g Post se vbi se abscondat cum illis) idolis, ne sibi auferantur. Prius cauent, & prouident sibi Sacerdotes, quam idolis. Vel posse, verbum, cogitant, scilicet quid possit, quasi nihil. Aliqui nec habent post se, nec posse, nec pro se.
h Quomodo ergo) ex quo ita est, i Sentiri) id est, credi, debeant quoniam Dij sunt,] quasi dicat nullo modo.
k Qui nec de bello se liberant) quod sibi imminet quandoque.
l Neque de malis] culpæ, vel poenæ.

m Se eripiunt] i. homines adorantes se. Quod probat.
n Nam cum sit lignea, & inaurata, & inargentata, scietur] experimento, scilicet postea.
o Quia falsa sunt,) id est, nihil boni temporalis, vel æterni præstantia scitur inquam.
p Ab vniuersis gentibus, & Regibus) qui colunt ea.

q Quæ) idola.
r Manifesta sunt,] id est, propter hoc quod manifestum est. Vel, manifesta, propter suam impotentiam.
s Quia non sunt dij, sed opera manuum hominum.
t Et) etiam manifestum est quod, nullum opus Dei in illis) i. nihil vsus insit in eis, vel aliqua virtute diuina operentur. 1. *Cor.* 8. a. Scimus quia Idolum nihil est in mundo. *Gloss.* inter creaturas mundi. Naturam enim formauit Deus, sed stultitia hominum formã dedit. Ergo aliquod opus Dei est in illis, quia nihil operantur idola, nec Deo cooperantur, vel nulla vtilitas in eis quam conferre possint. *al.* † cum.

u Vnde] id est, ex hoc quod ita est. x Ergo notum est,] i. visibiliter apparet, quia non sunt Dij, sed opera manuum hominum, & nullum opus Dei in ipsis est. y Regem mortuum, vel ab aliquo violenter expulsum.
z Regioni non suscitant) id est, nequeunt suscitare, vel in Regnum restituere, sicut Dominus fecit Dauid, cum ab Absalon filio suo fuisset expulsus. 2. *Regum* 19. Deus autem suscitat Regem. *Iudic.* 3. b. Fecerunt filij Israel malum, & Dominus iratus tradidit eos in manu Chusanrasathaim Regis Mesopotomiæ, seruieruntque ei octo annis Et clamauerunt ad Dominum qui suscitauit eis saluatorem, &c. *Infra* eodem de Aoth. Item *Prou.* 21. a. Cor Regis in manu Dei. Vel idola mali, scilicet Prælati, Regem qui se regere sciat non suscitant, non promouent, sed malos seruos peccati.
a Neque pluuiam] temporaneam, & serotinam.
b Hominibus laborantibus, dabant, sicut fecit Elias precibus suis. 3. *Reg.* 18. g. Sed Dominus dat. *Psal.* Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ, &c. *Iob* 38. c. Quis est pluuiæ pater, & quis genuit stillas roris? Vel hoc de malis Prælatis qui non possunt dare pluuiam doctrinæ. Vnde in eis impletur maledictio. *Leuit.* 26. c. Dabo coelum quod super te est æreum, scilicet vt non pluat, & terrã, quæ sub te est ferream, vt scilicet non fructificet. Præter hæc prædicta. *Psal. 67.*
c Iudicium quoque non discernent] quia discretionem non habent: Hæc de malis Prælatis. Sed de bonis dicitur *Sapient.* 1. a. Diligite iustitiam qui iudicatis terram. *Psal.* Iuste iudicate filij hominum.
d Neque regiones liberabunt ab iniuria] illata, vel ab inferenda. e Quia nihil) mali, vel boni, possunt. *Psal. 57.*
f Sicut corniculæ inter medium coeli, & terræ] volantes supple, quasi ita paruipendentur. *Isa.* 36. d. dixit Rapsaces: Non vos conturbet Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium vnusquisque terram suam de manu Regis Assyriorum? Vbi est, &c. Et significat Diabolum.
g Etenim) Ecce probatio quod nihil possunt: Etenim cum inciderit ignis in domum Deorum ligneorum, & argenteorum, & aureorum, Sacerdotes quidem, qui sunt alicuius potentiæ. h Ipsorum,) idolorum fugient, & liberabuntur. i Ipsi vero] dij insensati, & immobiles sicut trabes in medio comburentur. k Regi autem,) contra ea bellanti.
l Et bello non resistent,) sicut Elias reprehendit Achab. 3. *Regum. cap.* 17. a. sed statim oppugnabuntur.

a Quomodo ergo æstimandum est , aut recipiendum] ab aliquibus dicentibus.
b Quia dij sunt ?] quasi dicat nullo modo. Et quod dij non sint, probat. Quia.
c Non à furibus] de nocte.
d Neque à latronibus] de die.
e Se liberabunt,] id est . liberare valebunt , sed ab eis asportantur , dij]

a Quomodo ergo æstimandum est aut recipiendum , *b* quia dij sunt. *c* Non à furibus *d* neque à latronibus se *e* liberabunt dij lignei & lapidei, & inaurati, & inargentati , *f* quibus *g* iniqui fortiores sunt, *h* Aurum, & argentum , & vestimentum quo operti sunt auferent illis : & *i* abibunt *k* nec sibi auxilium ferent. *l* Itaque melius est esse Regem ostentantem virtutem suá, *m* aut vas in domo *n* vtile in quo gloriabitur , qui possidet illud, *o* vel ostium in *p* domo, quod custodit, quæ in pace sunt, quá falsi dij. *q* Sol quidem, & Luna ac sidera cum sint splẽdida, & emissa *r* ad vtilitates *s* obaudiunt , *t* similiter, & fulgur cum apparueri *u* perspicuum est. *x* Idipsú autem, & spiritus in *y* omni regione *z* spirat, & *a* nubes *b* quibus cum imperatũ fuerit à Deo perambulare in vniuersum Orbem, perficiunt quod imperatum

lignei , & lapidei , & inaurati , & inargentati.] *Genes.* 31.c. Rachel furata est idola Laban. 4.*Reg*.12. d. Ioas vitulos argenteos, & deos aureos portauit secum.
f Quibus] idolis.
g Iniqui fortiores sunt,] raptores. scilicet , vel fures. Quod patet. Quia.
h Aurum, & argẽtum, & vestimentum quo operti sunt dij , auferent illis. *Iud*. 18. c. de filiis Dam furantibus Deos Micheæ.
i Et abibunt auferentes, quocunque volunt.
k Nec sibi mutuo, auxilium ferent. *Sapient*.13.d. Petit ab eo, qui in omnibus est inutilis. Itaque prolas , quod quantumlibet bonus homo, melior est ipsis idolis. Et hoc est.

l Itaque melius est esse Regem ostentantem virtutem suam] per effectum in subditis suis.
m Aut vas in domo,] vt patella, scyphus , & huiusmodi , quod inquam vas est.
n Vtile in quo gloriabitur,] quia eius emolumentum habet, qui possidet illud , quasi dicat melius est inquam, quam falsi dij in quibus nulla vtilitas , vel bonus vsus.
o Vel ostium] melius est.
p In domo, quod custodit ea, quæ in pace sunt, in domo clauso ostio , quam falsi dij.
q Sol quidem.] Probat etiam, quod rebus irrationabilibus nullo modo possunt comparari. Et hoc quidem verum est. Nam , Sol quidem , & Luna ac sidera cum sint splendida, & emissa, à Deo.
r Ad vtilitates] hominum, quia vsibus humanis pandunt lumina. Vel, Ad vtilitates, quia sunt in signa, & tempora, & dies, & annos. *Gen*.1.b.
s Obaudiunt] Deo statim , quasi deuotè intenti.
t Similiter, & fulgur cum apparuerit] super terram.
u Perspicuum est, id est , valde clarum. *Psalm*.148. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius, obediunt Creatori suo.
x Idipsum autem , & spiritus ,] id est, ventus , siue flatus cuiuslibet animalis ad præceptum Dei facit. *Psalm*. Ignis grando, nix, glacies , spiritus procellarum , &c.
y In omni regione] totius Orbis.
z Spirat,] id est, perflat.
a Et nubes,] aquosæ, quæ protegunt vos ab æstu Solis
b Quibus cùm imperatum fuerit à Deo perambulare in vniuersum Orbè perficiunt, quod imperatũ est eis] à Deo *Iob* 37.b. Nubes spargunt lumen suum, quæ lustrant cuncta per circuitum. *Isa*.5.b. Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem.
c Ignis etiam] elementum.
d Missus desuper] à Deo in die Iudicij.
e Vt consumat montes , & siluas, facit, quod præceptum est ei.] Præsentialiter loquitur , propter certitudinem, quam habet. Vel.
c Ignis] scilicet fulgur. *Iob* 38. Nunquid mittes fulgura, & ibunt , & reuertentia dicent tibi adsumus ? Vel, Ignis, splendor solis. *Eccl*.43.a. Tripliciter Sol exurens montes radios igneos exufflans , & refulgens radiis suis obcæcat oculos.

f Hæc autem, &c.] Ita faciunt prædicta.
g Autem] id est, sed.
f Hæc] idola, scilicet, quæ videtis gentes adorare,
h Neque speciebus ,] forma visibili.
i Neque virtutibus] potentiis perfectis.
k Vni eorum] supra enumeratorum.
l Similia sunt ,] aliquid boni agendi, vel mali.

est eis. Ignis *c* etiam *d* missus desuper vt *e* consumat montes, & siluas , facit quod præceptũ est ei. *f* Hæc *g* autem *h* neque speciebus *i* neque virtutibus vni *k* eorum *l* similia sunt *m* Vnde *n* neque æstimandum est, neque dicendum illos esse Deos, *o* quando *p* non possunt neque iudicium iudicare, neque facere *q* hominibus. *r* Scientes itaque *s* quia non sunt dij , ne ergo timueritis eos. *t* Neque enim regibus maledicẽt neq; benedicẽt. *u* Signa etiam in cœlo gentibus *x* non ostendũt, *y* neque vt Sol lucebunt , neque illuminabunt, vt Luna. *z* Bestiæ *a* meliores sũt illis, *b* quæ *c* possunt fugere sub tectũ, *d* ac prodesse sibi. *e* Nullo itaque modo nobis est manifestum, quia sunt *f* dij , *g* propter quod ne timeatis eos. *h* Nã sicut in cucumerario formido nihil *i* custodit , *k* ita sunt dij illorum lignei , & argentei, & inaurati,

m Vnde patet ea.
n Neque creaturis rationalibus aliquo modo posse comparari.
m Vnde ,] id est , quapropter, neque æstimandum est , neque dicendum illos esse Deos.
o Quando] id est, quandoquidem , vel quoniam.
p Non possunt neque iudicium iudicare , neque facere,] id est , exequi.
q Hominibus] qui ea adorant , & iudicium fieri ab eis sibi postulant.
r Scientes itaque] Ita reputantur à Chaldæis dij , sed vos Iudæi, qui capti estis inter eos seminari, sitis scientes per prædicta, quæ in hac epistola vobis dixi.
s Quia non sunt dij] ne ergo timueritis eos Chaldæos , vel Deos , id est , nullo timore coacti , aliquando velitis ea adorare , præsertim cum nullius sint momenti. Quod patet.
t Neque enim Regibus maledicent, neque benedicent,] id est, pro bene sibi gestis benedicere non valent.
u Signa etiam in cœlo gentibus] eis petentibus.
x Non ostendunt ,] id est , nequeunt ostendere. *Psalm*. 73. Signa nostra non vidimus , iam non est Propheta , & nos non cognoscet amplius.
z Neque , vt Sol lucebunt, neque illuminabunt, vt Luna] id est , neque splendori solis , vel Lunæ potest eorum claritas , quæ in auro est comparari Prædicatores sunt lux. *Matth*.5. b. Vos estis lux mundi Quid plura ?
z Bestiæ] etiam syluestres.
a Meliores sunt illis ,] quia omnium earum est aliquis vsus bonus, & necessarius hominibus.
b Quæ] bestiæ.
c Possunt fugere sub tectum ,] imminente tempestate aliqua.
d Ac prodesse sibi) id est, saluare se , quod non idola.
e Nullo ,&c.] Eandem sententiam , quam supra toties posuit iterum repetit , vt vel sic eos , ab idololatriá retrahat. Et hoc est, Nullo itaque modo nobis est manifestum, per virtutes, vel operationes quas faciunt.
f Quia sunt dij .] Liptote est, minus dicit, & plus significat, id est, manifestum est, quod non sunt dij, & ideo adorandi non sunt.
g Propter quod ne timeatis eos,] id est , propter nullum timorem adoretis. Et quòd nullius sint efficaciæ, ostendit.
h Nam sicut in cucumerario formido) id est , signum illud positum in eminenti , vt sic animalia nociua fugentur, & terreantur ab horto.
i Nihil custodit) id est, operatur.
k Ita sunt dij illorum lignei , & argentei , & inaurati,] nihil , scilicet operantes in Templis suis, sicut nec huiusmodi signum in hortis suis. *Isaia* 1. c. Derelinquetur , sicut tugurium in cucumerario, locus , scilicet ferens cucurbitas , vel cucumeres Prælati mali sunt , quasi formido in cucumerario. A quibus quæri potest , quid facis ibi ? Quasi nihil. Sicut quæritur *Isa* 22. c. Vade, ingredere ad eum , qui habitat in tabernaculo ad Sobnam propositum Templi , & dices ad eum. Quid tu hic , aut quis hic ? Et dicitur *Ierem*. 23. c. In prophetis Ierusalem , vidi similitudinem , quasi in

Prælatis

præ lacis est similitudo, non veritas. Sunt enim quasi similia quæ habent similitudinem hominis. *Cant.* 1. b. Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui Sequitur. *a* Eodem modo, &c.] id est, etiam.
b In horto spina alba] stans, vel crescens.
c Supra quã omnis auis sedet] supple potest huiusmodi idolis comparari, quia sicut spina in horto nihil operatur, ita idolum in templo. Huiusmodi spina similis lignis Sethin imputribilibus, de quibus. *Exod.* 25. b. Spina impedit fructum, retinet, rumpit vestimenta, & pungit, *Mich.* 1. b. Ponam Samariam quasi aceruum lapidum. Item 7. a. Qui optimus in eis, est quasi paliurus, & qui rectus quasi spina de sepe. Nec tantum prædictis assimilari possunt, sed.

Eodem modo, *a* & in *b* horto spina alba, *c* supra quam omnis auis sedet. *d* Similiter, & mortuo proiecto in tenebris, *e* similes sunt dij illorum lignei, & inaurati & inargentati. A *f* purpura quoque, & † marmore, quæ suprà † teneant, *g* scietis itaque, *h* quia non sunt dij. *i* Ipsi etiam *k* postremò comeduntur, *l* & erit opprobrium in *m* regione. *n* Meliorque est *o* homo † iustus, qui non habet simulacra, *p* nam *q* erit *r* longe ab opprobriis.

Al. † murice.
Al. † illud.

al. † iniustus.
2. Cor. 6. c.

Explicit liber Baruch.

d Similiter, & mortuo proiecto in tenebris] nullius membri vsum habenti.
e Similes sunt dij illorum lignei & inaurati, & inargentati] id est, nihil potentes operari, & inutiles, sicut & mortui, & contemptibiles. Vnde sequitur.
f A purpura quoque, & marmore, quæ supra teneant] supple non differunt, quasi etsi idola sint marmorea, vel purpurea habeant vestimenta non tamen ob hoc sunt meliora, vel tamen non differunt ab eis marmore, quæ purpuræ. Vel sic. A purpura quoque, & marmore, vel supra teneant, id est, quæ superiora contineant intelligens, à purpura, & marmore. Alij habent hanc literam. A purpura quoque, & marmore, quæ supra illud teneant: Sensus potest esse. A purpura, & marmore, quæ Sacerdotes teneant supra illud, scilicet idolum, & chariora habeant, adhuc inquam scietis, &c.
g Societatis itaque.] Infert ex præmissis, quasi vos Iudæi videntes gentes adorare idola.
g Scietis itaque] experimento.
h Quia non sunt dij] ex eo, quod eis accidit. Quia.
i Ipsi dij etiam postremò comeduntur, id est, de his accipitur pretium, quo emitur quod comeditur.
l Et ita erit opprobrium in regione, in hoc, quòd venales facti. Vel.
k Postremò comeduntur] id est, tandem post suam longam duritiam à vermibus corrodentur, & sic, erit opprobrium, &c.] Vel postquam populus vastatus fuerit.

i Ipsi] dij, scilicet.
k Postremò comeduntur] id est, vastabuntur, & eorum Sacerdotes.
l Et] tunc. erit opprobrium, scilicet, omnibus, quia idola colunt, idolorum vastatio, siue destructio.
m In regione vniuersi Orbis, cum hæc omnibus palã fient, & ideo exẽpla idololatrarum patent.
n Meliorque] i. minus malus.
o Est homo iniustus] scil. omnibus idololatris. Et hoc est qui non habet simulacra. Et probat hoc.
p Nam erit longè, ab opprobriis] huiusmodi. Vel.
n Melior est homo iustus] id est, comparatione eius apparet esse bonus. Sed quæ comparatio lucis ad tenebras? Et hoc probat.
p Nam erit longè ab opprobriis) id est, cruciatibus sempiternis. Vel sic.
g Scietis, &c.] id est, in die Iudicij omnibus manifestabitur.
h Quia non sunt] ipsi, dij, vel idola, quæ gentes adorauerunt *Zach.* 11. d. O pastor, & idolum derelinquens gregem! Vel dæmones, quibus me spreto seruierunt, vel vitia in quibus mali delectabantur, & in æternum duratura sibi promittebant, subitò euanescunt. *Iob.* 21. b. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad Inferna descendent.
i Ipsi etiam] mali qui prædicta fecerunt.
k Postremò comeduntur) id est, vermibus conscientiarum in Inferno cruciabuntur, iuxta verbum, *Isa.* 66. g. Vermis eorum non morietur.
l Et] tunc erit quilibet reprobus in opprobrium sempiternum. *Psal.* 77. Opprobrium sempiternum dedit illis.
m In regione] dissimilitudinis. Ergo
n Melior est homo iustus, qui non habet] nec habere cupit in præsenti vita.
o Simulacra] id est, aliquam rem temporalem, cuius amorem amori Dei præponat. Vnde *August.* Illud quis sibi idolum constituit, quod valde diligit.
p Nam] quasi qui ita se habuit.
q Erit, talis iustus.
r Longè ab opprobriis] id est, pœnis, & confusionibus æternis, quas reprobi sustinebunt.

Explicit Postilla D. Hugonis Cardin. &c. super Baruch.